BIBLIOTECA NAZ
Vittorio Emanuele III
XX I
H
4
NAPOLI

XXI.
H.
4.

Digitized by Google

Digitized by Google

D. HECTORIS

CAPYCII LATRO

JURISC. NEAPOL.

CONSULTATIONES

JURIS SELECTIORES

CUM

OBSERVATIONIBUS

C.A. DE LUCA ET C. DE ALEXIO

Super Materias

Tam ECCLESIASTICAS quam CIVILES

Duobus Tomis Diſtinctæ.

Digitized by Google

D. HECTORIS
CAPYCII LATRO
I. C. AC PATRITII NEAPOL. MARCHIONIS TORELLI.
Olim Advocati Famigeratiſſimi poſtmodûm S. R. C. nunc Supremi Ordinis à Latere Conſiliarii, ac Regentis Regiam Cancellariam

CONSULTATIONUM
JURIS SELECTIORUM
IN VARIIS, AC FREQUENTIORIBUS FACTI CONTINGENTIIS,
Una cum DECISIONIBUS, ſive RESOLUTIONIBUS Supremorum Tribunalium Regii Collateralis, Sacrique Conſilii, ac Regiæ Cameræ Summariæ Regni NEAPOLITANI,

Acceſſerunt huic NOVISSIMÆ EDITIONI

OBSERVATIONES CAROLI A. DE LUCA
MELPHICTENSIS ad Singulas CONSULTATIONES hujus Tomi;

IN Quibus PRINCIPALIORES QUÆSTIONES RERUM JUDICATARUM SUFFRAGIIS, Recentiorumq; Doctorum authoritate conſtabiliuntur, & illuſtrantur, novæ ſupplentur, & excitantur, notabiliores in Foro quotidiè occurrentes proponuntur, de CONTRACTIBUS nempè, DONATIONIBUS, MAJORATIBUS, FIDEICOMMISSIS, LEGATIS, aliiſq; ULTIMARUM VOLUNTATUM Speciebus, Baronibus, FEUDIS, Aſſenſu, Officiis, Judiciis, & Judiciorum Ordine, AQUIS, Aquarumq; decurſibus, MOLENDINIS, Cauſis Fraudati vectigalis, Pedagiis, Linea legali, Confiniis, SALARIO, & mercede Officialium, CRIMINE peculatus, PRÆCEDENTIIS, poteſtate pro-Regis, Regentibus Supremi Italiæ, & Collateralis Conſilii Regni hujus, Conceſſione Principis, & Privilegiis, Ambitu extirpando, Cuſtodia, Annona, & Abundantia Civitatis, SERVITUTIBUS, Nunciatione novi operis, Liquidatione inſtrumentorum ad formam Ritus M. C. V. & de aliis.

Subnectuntur quoque cautelæ ſervandæ a peritis ADVOCATIS *in materia* FEUDALI, *prætenſa admiſſione* Mulierum ad munus *tutelare, & in renunciatione S. C. Vell.*

OPUS MAGISTRATIBUS, ADVOCATIS, CÆTERISQUE IN UTROQUE Foro verſantibus non ſolum utile, ſed & neceſſarium.

Cum SUMMARIIS, ac duplici INDICE, ARGUMENTORUM Scilicet, & RERUM omnium Memorabilium locupletiſſimis.

TOMUS PRIMUS.



COLONIÆ ALLOBROGUM.
Sumptibus PERACHON & CRAMER.
MDCCXXVIII.

Digitized by Google

PHILIPPO QUARTO
MAGNO
HISPANIARUM REGI
SEMPER INVICTO
HECTOR CAPYCIUS LATRO
In Neapolitano Regno Regens Salutem, & Imperii diuturnitatem precatur.

CUM haſce meas de jure Conſultationes, PHILIPPE, REX inviĉtiſſime, quas jam pridem in forenſibus cauſis agendis elaboraveram, amicorum ſuaſu, ne dicam impulſu, prælo committendas ſtatuerim; nulli alii, quàm magno nomini tuo inſcribendas; nec ſub alio, quàm ſub tuo Auguſtiſſimo clypeo eas in lucem edendas eſſe putavi. Quod ſi patiare, non leve ſane in maximis tuis erga me meritis ſummæ humanitatis tuæ argumentum extabit; qua ſolum fretus, fateor, non modò tantum audere non ſum veritus, verùm etiam haud ingratas eas tibi fore confido. Idque mihi facile perſuaſum eſt: primum, quia non parum illæ juri dicendo inſerviunt, quo tibi nihil jucundius eſſe ſolet, quippe qui nihil tam vehementer expetit, quàm verum Dei Optimi Maximi honorem, & cultum: ideoque non in aliud aſſiduè majori invigilas cura, quàm ut æqua lance jus, & juſtitia omnibus ſub ampliſſimo Imperio tuo feliciter degentibus adminiſtretur. Huc accedit majorum meorum ſingularis erga te obſervantiæ ſtudium: quos tu ſemper honeſtiſſimis provinciis, muneribuſque cohoneſtatos eſſe voluiſti. Quare par eſt, ut meis hiſce pagellis, mei in te grati animi ob tot, tantaque in me à benignitate tua collata beneficia teſtimonium aliquod terrarum Orbis agnoſcat; quæ, quanta, & qualia ſint, licèt nemo eſt, qui non videat, tamen inter innumera, quæ extant, nonnulla recentiora percenſere non pigeat. Et ut ab Sorore tua Imperatrice Auguſta incipiam, quæ tredecim ab hinc annis ad FERDINANDUM III. nunc Imperatorem Auguſtum conjugem iter faciens, Mediolano lue tunc laborante, Neapolim appulit; mihique, ut pro hoc Regno, & Urbe Neapolitana communi omnium nomine Auſtriacæ Heroinæ, tanquam Syndicus, & publicus Procurator, debitum præberem obſequium, demandatum fuit: quæ publicas illas meas curas adeò humaniter accepit, ut, cùm Anconam perveniſſet, debitum illud officium meum pergratum ſibi fuiſſe literis ſuis ad te tranſmiſſis teſtatum eſſe voluit; & quæ generoſo in primis animo præſtat, ut ſuſceptos pro obſervantia in Sororem labores ampliſſimis muneribus proſequi velles, iiſdem literis expoſtulavit. Et jam nemo fuit, qui non intelligeret, quàm cumulatiſſimè id præſtitiſti, cùm non ſolùm ſtatim in tuorum Conſiliariorum numerum tunc me coaptari juſſiſti, verum etiam in dies tuorum erga me meritorum magnitudini novas acceſſiones facere minimè ceſſas. Etenim, ut vetera taceam, quantis tu me nuperrime honoris, ac benevolentiæ ſignificationibus excepiſti; cùm pro eodem Regno, & Urbe Patria mea ſupplex ad pedes tuos pro Reipublicæ commodis, ac neceſſitatibus legatus acceſſiſſem? Tanta me quidem humanitate complexus es, ut & univerſalibus à me expoſitis precibus, munificentiſſimè gratias fueris clargitus; & iterum, atque iterum tum voce, tum ſcriptis hujuſce Regni fidem, benevolentiam, obſequium, obſervantiam, officia, liberalitatem, animi promptitudinem commemoraveris, commendaveris; nam & plurimis te ab illo in Regii ſubſidium ærarii numerorum millibus donatum aiebas, & plures fortiſſimorum militum centurias, validiſſimorumque equitum turmas, qui pro te Rege ſuo egregiam in bellis navaverant operam, commemorabas,

morabas. Addo, quod ſupremo Italiæ Conſilio, ut de meo etiam privati hominis commodo, atque honore augendo nullis neque precibus, neque petitionibus meis, ſed ſola humanitate, ac ſapientiſſimo judicio tuo adductus, ut conſulerent, imperaſti; meque ad ſupremum hujus Regni Magiſtratum Regiæ Cancellariæ Regentis, ac Collateralis Conſiliarii adſcari juſſiſti. Nec omittam, quàm pronis auribus, quàm hilari fronte me ISABELLA Regina Auguſtiſſima, & BALTHASARIS CAROLI Principis noſtri Celſitudo me excepere: habuit nimirum uterque vel in viro, vel in parente tantæ humanitatis exemplar, ut tibi ſcilicet illud & meis, & Regni rebus conſulendis, quod in utroque ſtudium extitit, referam acceptum. Jam quid dicam de illo verè Auguſto, Magnatum tuorum Senatu, quanta in me omnes facilitate, comitateque uſi fuere? de quibus longè verius illud apud te, quàm apud Pyrrhum Cyneas de Romanis uſurpaverim? Tot mihi ſcilicet Reges viſos eſſe, quot Regios ibi viderim ſtipatores; ut tantò tu mihi Auguſtior videreris, quantò illos, Ego majores quidem viros, præ te uno tamen longè minores deprehenderim. Et mihi quidem non eſt facile æſtimare, an illi beatiores, qui te ſummo Rege, an tu fælicior, qui tantis Regni frueris Adminiſtris. Hæ ſunt, Rex Auguſtiſſime, qui ad hoc (qualecunque illud demum ſit) meorum laborum opus nomini potiſſimum tuo inſcribendum cauſę impulerunt; ne ſcilicet magnitudine beneficiorum tuorum oppreſſus, atque obrutus ingratus ſuccumberem; licèt enim in hoc, quo me honeſtari voluiſti munere, commodiſque tuis ſtudere pro viribus non deſinam, tamen cùm huic etiam ipſi ſim impar, aliam mihi incundam; nulla alia aptior ſeſe obtulit occaſio, ut grati animi ſignificatione hoc publicè teſtatum facerem. Sinas igitur, bumiliter exoro, in lucem illud ſub tuis auſpiciis prodire; erit id ſanè perquàm conſpicua ſummæ benignitatis, atque humanitatis probatio; & mihi recens excreenti hoc beneficio devincti animi orietur acceſſio. Nemo tandem erit, qui non intelligat futurum neminem, qui illud invido dente carpere audeat, ſi tu illi patronus acceſſeris, atque in lucem ſub tui nominis umbra prodierit: Diutiſſimè, ac feliciſſimè regnes, & Vale.

VITA
D. HECTORIS CAPYCII LATRO
AUCTORE
JOSEPHO CITO JURISCONSULTO NEAPOLITANO.

Nunc Primum in Lucem Edita.

NON uno nomine, nec aſpernandis ex titulis inſigni, ampliſſimaque familia, & in hiſtoriis ſatis ſuperque laudata, ſive antiquiſſimam Feudorum poſſeſſionem ſpectes, ſive egregia geſta ac memoranda, ſive demum quod plurimos omni ævo protulerit ſupremis honoribus, ac Magiſtratibus conſpicuos Viros, natus HECTOR CAPYCIUS LATRO, florentem adhuc Avitum ſplendorem non ſervavit tantum, ſed meritis doctrinaque ſua auxit etiam quam maximè & cumulavit. A primis ſiquidem annis eam indolem, ingeniumque prætulit in humanioribus diſciplinis, tantaque laude ſeſe geſſit, ut jam tum appareret in puero, quæ deinde eluxit in juvene ſapientia, & doctrina cum in reliquis ſcientiis, tum præſertim in Juriſprudentia, in quibus dignum profecto ſe præſtitit, quem literati Viri omnes ſuſpicerent maximè, atque admirarentur. Non immerito igitur factum eſt, ut vix Doctoratus laurea inſignitum plerique patronum in cauſis graviſſimis maximique momenti optarent; tametſi ut refert Franciſcus de Andrea in monitis ad Nepotes ſuos, nequaquam à natura ornatum iis dotibus, quibus oportet eum eſſe, qui in Foro, & ſubſelliis cum laude verſari ſtudet, inter quas omnium conſenſu primæ ac præcipuæ ſunt gratia in dicendo, & eloquentia. Verum tantum abfuit, ut hæc obſtiterint, quominus quiſquam ſui ſuorumque bonorum patrocinium illi concrederet, ut potius primi quique Regni hujus Magnates ſibi Patronum depoſcerent, ut ex ipſo *Conſultationum* ſuarum libro ſatis conſtat; ubi nemo non miratur ejus hominis in cauſis difficilioribus, & abſtruſioribus expediendis mentem, ac felicitatem. Adeo naturæ defectus ſupplet plerumque ingenium, & doctrina. Nemo eſt, qui hinc non videat, quantam ſibi famam, quantamque ſui exiſtimationem apud omnes comparaverit. Quamobrem anno 1630. Capuanæ Curiæ Patricij in illum unum tanquam inſigne ſui decus, & ornamentum, oculos converterunt, ut Syndicatus honore, qui ſummus apud eos habetur, eo quod gerit vices totius Civitatis, decorarent. Decebat enim, ut quem unum omnes tum ſuſpiciebant, ac mirabantur, in eum honorem illum conferrent, quem non niſi in Viros meritis, & virtute inſignes, aut ex nobiliſſima omnium familia ortos ſemper

collatum

collatum conſtat. Sed & ea, quæ ſecuta ſunt, ſatis aperte demonſtrarunt, quam non fuerint Curiæ illius Patricij in tanto Viro deligendo decepti. Cùm enim Maria iter in Germaniam ſuſceptura eſſet, ubi à Fratre ſuo PHILIPPO IV. Hiſpaniarum Rege, FERDINANDO III. primùm Hungariæ Regi, deinde verò Imperatori Auguſto, collocata in matrimonium fuerat, opus fuit, ut ab illuſtrioribus Regnorum ſuorum Principibus eo deduceretur. Merito igitur in unum HECTOREM omnes conjecerunt oculos, qui eo munere pro dignitate fungeretur. Mandatis igitur à Duce Alcalæ acceptis, quibus quo pacto gerere ſe, quibuſque finibus continere deberet, ſatis inſtruebatur, in Hiſpaniam profectus eſt; ubi præclara, ac luculenta virtutum ſuarum documenta præbuit, quibus factum eſt, ut anno 1631. Regius Sanctæ Claræ Conſiliarius à Rege nominaretur. Quod munus profectò ſicuti digniſſimo Viro collatum eſſe ſenſerunt omnes, ſic neminem ſpes fefellit fore, ut ab eo ſumma fide, ſummaque integritate gereretur. Namque ita ſeſe geſſit, ut optimum iis, qui ſibi in eo Magiſtratu ſucceſſuri eſſent, ad imitandum præberet exemplum. Anno verò 1641. iterum in Hiſpaniam iter inſtituit, eo miſſus Legatus à Deputatis Millionis, quos dicunt, ut apud PHILIPPUM IV. quædam Neapolitanæ Civitatis, & Regni negotia curaret, ut ex Epiſtola illius conſtat, quam in ſua tertia Epiſtolarum collectione *Antonius Bulifonius* edidit: in qua ſat luculenter expreſſit quid ſibi primum fuerit impedimento apud Comitem Olivares, quo minus ad Regem intromitteretur, quod nimirum negaret ille excipiendum eſſe eum Virum, quem non Legatum Italiæ Conſilium declaraſſet; utque omnem cunctationem, prolatis documentis, confeſtim diſcuſſerit, exceptuſque à Comite duce fuerit, & ad Regem, Reginamque deductus, uſque deinde à Cardinali etiam Borgia, & à Palatinis Principibus ſummo loco ſit habitus. Sed ſi fides habenda ſit *Francisco de Andrea* in monitis ad Nepotes ſuos, in Hiſpaniam miſſus eſt à duce Medinæ, tunc temporis Prorege, ut conatibus ducis S. Joannis obſiſteret, qui pauló ante eò venerat miſſus à Patritiis ad Regem, ut contra Proregem de quibuſdam acceptis injuriis conquereretur. Harum inter Proregem, & Patritios ſimultatum ea fertur occaſio. Cùm primum Gallorum claſſis ductore Domino *de Bordeos* in conſpectum veniſſet, Prorex earum, quæ tumultuariè è Populo collectæ erant, copiarum, imperium ad Populares quoſdam detulerat. Id cùm ægrè tuliſſent Patricii, contenderentque contra antiquiſſimum, & pluribus majorum exemplis confirmatum morem eſſe, Ducem S. Joannis totius Civitatis nomine legatum miſerunt, qui apud Regem de injuriis ageret. At Populus contra contendebat non poſſe Patricios publico Civitatis nomine legatum mittere, ſi quando inter Populum, & Patricios diſſenſio orta eſſet. Eam ob rem Dux Medinæ per literas primum perfecit, ne Dux S. Joannis Civitatis nomine exciperetur; tum Populo, ac tribus tantum Patriciorum Curiis annuentibus (nam Capuana, & Nili, quoniam quod futurum erat jam animo ante proſpiciebant, acquieſcere detrectarunt) *Hectorem* Civitatis nomine Legatum in Hiſpanias miſit, per ſpeciem quidem aliarum publicarum rerum apud Regem agendarum, reipſa tamen ut conatus S. Joannis eluderet. Hæc eadem narrantur in Hiſtoria Civili Regni Neapolitani; ſed quæ omnia ab iiſdem *Francisci de Andrea* monitis deſcripta ſunt.

Sed quæcumque demum fuerit ejus legationis cauſa, id certe conſtat, *Hectorem* & illâ fuiſſe feliciſſimè functum, & ſibi novos honores quæſiviſſe. Namque & à Rege *Torelli Marchio* nominatus eſt, & ut in locum primi, qui ceſſiſſet è vita, Regentis, ſufficeretur, obtinuit. Itaque confeſtim à Prorege proclamatus eſt Proregens: ac paulo poſt etiam Regentis extra ordinem honore donatus à Rege, & ad poſtremum tertius iſque ordinarius, ut vocant, Regens additus, Camera Aragonenſi adnitente.

Eo Magiſtratu diu ſumma fide, ac laude functus eſt; habuitque ubi non modo legum peritiam ſummam, ſed ingenii quoque præſtantiam oſtenderet. Plurimum enim in eo erat, ut res maximi momenti ſumma felicitate, ſummaque arte ad optatum exitum perduceret, atque expediret. Cùm Regia Apuleæ Vectigalia in extremas anguſtias præteritæ ſeditiones, & tumultus adduxiſſent, eo à Comite Ognarte miſſus eſt *Hector*, quippe quem ſatis noſſet parem rebus difficillimis expediendis, ut iis malis occurreret;

occurreret ; quod & accidit ; nam rebus optimè compoſitis Regium Ærarium quam maximè auxit. Sed & ingentem ſibi quoque pecuniam coegit. Verum immodici, effuſique ſumptus in filios, quorum alterum Romæ Prælatum habuit, alterum Primogenitum Bello Mediolanenſi Præfectum Caſtrorum, impenſæque in ſuo matrimonio cum Lucretia Caracciolo ſatis magnæ fuerunt, ut nihil ad Poſteros tot fortunarum devenerit, præter Ducatum Seiani, quem cùm adhuc Regius Conſiliarius eſſet, coëmerat.

Suorum Operum alia quidem nobis inedita reliquit, inter quæ illa eſt Epiſtola, quam deinde *Antonius Bulifonius* edidit tom. 3. Epiſtolarum Memorabilium, ut paulo ante dictum eſt. Alia typis ipſe mandavit jam ſenex. In quibus ſunt duo illa volumina Deciſionum S. Conſilii, quæ edidit anno 1639. dicavitque *D. Ramiro Philippo de Guzman* Duci Medinæ de las Torres, tunc temporis Prorege, apud quem tum & gratia ſumma valebat, & ſub quo illas magnam partem concinnaverat. In eo Opere mira illius in rebus forenſibus eruditio ſatis elucet, cùm & plurimæ perdifficiles Juriſprudentiæ quæſtiones inſtitutæ, præſertim circa contractus, & teſtamenta, facile ſimul & ingenioſe ſolvantur, inſignes Controverſiæ circa Conſuetudines Urbis Neapolitanæ agitentur, Feudorum jura expendantur, omniaque quæ per alias Deciſiones in hujus Regni Tribunalibus habitas, luculenter & accuratè comprobentur.

Cùm autem eo opere magnam ſibi famam, tum apud Cauſidicos, tum apud Judices comparaſſet, inſtare amici, ut altera duo ederet volumina *Conſultationum*. quas cùm adhuc cauſas in Foro ageret ſcriptis mandaverat, quod & fecit anno 1643. & per Epiſtolam Regi Philippo IV. nuncupavit, in qua, veluti è re nata, plurima ab eo in ſe collata beneficia commemorat, utque primum Regius Conſiliarius creatus ſit, tum etiam Regentis honore decoratus. Quod profectò opus non minori quo prius plauſu exceptum eſt, quippe in quo ita accurate pleræque Conſultationes, tantaque doctrinæ copia, & firmitate roborantur, ut quas cum adhuc in Cauſarum patrociniis verſaretur, adornaverat, & non paucas etiam illarum Amicorum ſuorum cauſa. haud itaque inferiori laude dignum eſt, nec etiam ex eo mediocris utilitas, & fructus capitur, ob præcipuas quæſtiones, quæ in Foro ſæpiſſime agitantur, explanatas. Atque equidem quas nullis temporis anguſtiis detento ſcribere per otium licuit, illæ ſat manifeſte ingenii ſui aciem, doctrinam, eruditionem ſummam arguunt ; ut non immeritò Conſiliarius *Arias de Meſa*, qui opus probavit, cum Conſultationibus *Alvari Velaſci* nequaquam putaverit componendas. Utinam illi ſat otii ab aſſiduis curis, atque occupationibus, quibus perpetuò diſtinebatur, ſuperfuiſſet, ut majori cura, atque diligentia percurrere oculis, quæ ſcripſerat, ac limare potuiſſet, de quo & ipſe in epiſtola ad Lectorem conqueritur, abſolutiſſimum profectò opus prodiiſſet.

Cùm tandem ſatis doctrina, atque honoribus auctus ad ultimam ſenectutem vixiſſet, fato conceſſit IV. idus Auguſti anno 1654. ſepultuſque eſt Neapoli in Eccleſia ſanctiſſimæ Annunciatæ in Gentilitio Sacello S. Antonio dicato. Viri hujus ſapientia, & doctrina eximii in Cauſis agendis verſatiſſimi, in jure dicendo juſtiſſimi, atque integerrimi, in regenda Republica prudentiſſimi omnium Ordinum luctu funus elatum eſt.

Ejus laudes ſcripſerunt tum Laurentius Craſſus in ſecunda parte Elogiorum Virorum illuſtrium, tum Conſiliarius Franciſcus de Andrea in monitis ad Nepotes ſuos, tum demum Auctor Hiſtoriæ Civilis Regni Neapolitani tom. 4. cap. 4. ſed & illius ſemper cum laude meminerunt Conſiliarius Blaſius Altomarius lib. 2. Nobilium Familiarum,

liarum, Regens Joannes Franciſcus Marcianus, Præſidens Merlinus, Conſiliarii Philippus Paſchalis, Scipio Theodorus, Thomas Carlevalius, Regens Donatus Antonius de Marinis, aliique ex noſtris Juriſconſultis non pauci, ut facile in ipſis additamentis ſingularum Deciſionum, & Conſultationum poterit per ſe quiſque animadvertere.

Admonitio ad Lectorem.

ADmonendus Lector erroris typographici in ſecundo harum Conſultationum Tomo in quo p. 551. videbit Conſultationem CXLVIII. quæ notari debet CXLIX. ſic inſcripta: *Pro Octavio Cognetto, cum Laura Comonte, & ejus viro.* Hocce monito facilè percipiet Lector nullam hic deficere Conſultationem.

A D

AD LECTOREM.

NUNQUAM animò cogitaveram, Amice Lector, has meas (qualeſcunque ſint) vigiliolas inter tumultuoſos concertantium clamores, & tenebricoſos litium anfractus, ortas, & quæ Lucinam non noverant, niſi pulverulentam, memoriis eſſe tradendas, quas quidem adulterino veluti eductas fœtu, quaſque in auras ego ipſe prodiiſſe vix memini, oblivioni illas deſtinandas, ſuoereoque ſupplicio mulctandas eſſe decreveram. Verùm, cùm biois noodum elapſis annis alterum Deciſionum Sacr. Reg. Conc. Neapolitani ediderim partum: ipſumque non ingratum, oec injucundum perſpexerim, conſilium mutaſſe amicorum fecit humanitas, qui opus hoc, quod flammæ jam pridem potiùs addixeram, quàm famæ, ex politiovum veluti liberum propria lactandum benevolentia è manibus extorſere. Libenter paſſus ſum, licèt pro temporis, quibus premor, anguſtiis, inconditum illud eſſet, in lucem tamen edi, certus à tantæ obſtetricis cura id ei futurum laudis, quod non hauſerat à parente; utpotè qui, & rei familiaris, qua angor, & publica regiminis cura, oppreſſus penè provinciis, nihil, ut par erat, operi ad trutinam redigendo otioſus vacare potui. Tuum nunc eſt, Lector benevole, legitimam Aoctoris excuſationem agnoſcere, niſi noveris literaturam, & juvenili ingenio, cùm id præſertim temporis potiorem voluminis hujus partem confecerim, aliqua remitte, meaſque partes in opus minùs, ut reor, accuratum caſtigando fac tuas. Aſtreæ namque lances, quas in Reg. hoc Collaterali Conſilio jam tum gero, non literis, ſed arduis negotiis ſunt uſui. Cæterùm ſi laborem hunc meum probatum tibi, acceptumque comperero, facilis, & aliis ſuſcipiendis mihi dabitur anſa. Vale.

APPROBATIONES.

Ad Ill. & Rever. D. Riccium Epiſcop. Vici Equenſis.

Gregorius Peccerillus Vicarius Generalis.

Imprimi poſſunt Conſultationes iſtæ.

Epiſcopus Riccius Deputatus.

IMPRIMATUR.

Gregorius Peccerillus Vicarius Generalis.

ILLUSTRISSIMO, ET EXCELLENTISSIMO SIGNORE.

GIo. Domenico Bove ſupplicando eſpone à V. E. come havendo da far ſtampare le Conſultaooni del Spettabile Signor Regente Ettore Capecelatro in dui tomi, deſidera ottenerne il Regio Imprimatur. Per tanto de ſupplica reſti ſervita commettere la reviſione di quelle, & lo riceverà à gratia ſingolariſſima; ut Deus.

Mag. Reg. Conſiliar. Arias de Meſa videat, & in ſcriptis referat Suæ Excellentiæ.

Zufia Regens.

Proviſum per Suam Excellentiam Neapoli die 27. Novembris 1642.

Locus Signi. *Scarella.*

ILLUSTRISSIME, ET EXCELLENTISSIME PRINCEPS.

SElectiores Juris Conſultationes D. Hectoris Capycii Latro, Clariſſimi Jureconſulti, ac ſupremi ordinis à latere digniſſimi Conſiliarii, avidè, anxièque vidi, & legi. Magnum opus, eximia eruditione, ac varia rerum doctrina conſpicuum, ut omnium ſanè res agatur, publiceque interſit, fori præcipuè cauſa diſertiſſima hæc ſcripta in lucem prodire, non diaria, qualia hodie pleraque, ſed quæ ſæculi famam ſuſtineant, ætatem ferant, *ſolidumq; crepent*, ut ait ille. Talia hæc Juris Reſpooſa, ſeu verè Conſultationes, quas ſi quis cum aliis Doctiſſimi *Alvari Valaſci* Luſitani comparaverit, non laudet pro merito, cùm certè, judicio meo, emineant, adeò, ut Nobiliſſimus Author negotietur hac ſcriptione, *coronam, & gloriam, & qualem poteſt præſtare ſæculum de fama æternitatem, de memoria reſurrectionem*, ut alibi *Tertullianus*, ita cenſeo, Neapoli die 5. Februarii 1643.

Excellentiæ veſtræ Addictiſſimus Servus

Doctor D. Ferdinandus Arias de Meſa.

IMPRIMATUR.

Tapia Reg. *Zufia Reg.* *Sanfelicius Reg.* *Azçon Reg.*

Digitized by Google

AD ILLUSTRISS. DOMINUM

HECTOREM CAPYCIUM LATRO

COLLAT. CONSILIAR. REGENTEM REG. CANC.

MERITISS. MARCHIONEM TORELLI.

De eruditiſſimis ipſius Conſultationibus.

CARMINA DIVERSORUM.

D. DIDACI CAPYCII LATRO J.C. FILII ACADEM. OCIOSI

EPIGRAMMA.

QUod ſeptingemino ſurgat circundata Clivo
Roma per anguſtum tollit ad aſtra caput:
Quodve laborato Babylonia limina muro
Cinxerit aeternum fœmina jactat Opus.
Quidquid id eſt: longe Romana tutior Urbe
Parthenope eſt tuta, nec Babylone minor:
Firmior hanc murus ſepit; CONSULTA tuentur
HECTORIS, Argolica mœnia nota domus.

D. JOSEPHI CAPYCII LATRO FILII.

EPIGRAMMA.

CAeca Ariadna via filo dum duxit amantem,
Invicta valuit ſternere Monſtra manu;
Cæca, pater, mea dum juris veſtigia ducis
Conſilio errorum ſternere Monſtra queo.

Ejuſdem Diſtichon.

MEnte regis populos, pennis tu tendis ad aſtra,
HECTOR, Parthenope, te duce, læta viret.

Ejuſdem Diſtichon.

ORe rapis corda, & calamo tu pectora nectis,
LATRO; quid mirum? HECTORIS iſtud opus.

P.C. PALLADINI S.I.

alluditur ad Stemma.

EPIGRAMMA.

SYlvarum Regem, fortemque imitare Leonem,
Quemque refers claro ſtemmate, pinge manu.
Hic ubi lethali percuſſus fulmine, vitam
Evomit, & multo ſanguine merſus obit,
Florilegas eructat apes, mellitaque monſtra;
Quam ſubito dulcis, qui modo durus eras!
Legales quot doctę theſes, quot ſchemata mandas,
Tot per amœna leves compita mittis apes.
Hoc gentile refers: niſi quod Leo mortuus ore
Dulce ſcatet; vivo ſunt Tibi mellis opes.

HONOPHRII RICCII JATROPHYSICI

EPIGRAMMA.

AUt aliena rapit quiſquis, vel dicta recantat,
Rarum inventorem civica jura vident;
Tu ſolus nova mente paris, mirandaque res eſt
Cum fueris LATRO, Te dare, non rapere.
Dum tua CONSILIA erudiunt, lis omnis abibit,
Nec Fora clamoſo preſſa Cliente frement.
Ignari ò utinam Teucri Te conſuluiſſent.
Troia quidem ſub tanto HECTORE ſtaret adhuc.

IANUARII GROSSI V.I.D.

Anagramma purum.

HECTOR CAPICIUS LATRO REGENS

EN REGI PLACET CHARIOR CUSTOS.

EN REGI CUSTOS PLACET undique CHARIOR, inde
Sacratas legum ſervat, adauget opes.

Ejuſdem.

Anagramma purum.

HECTOR CAPICIUS LATRO REGENS:
O SIC PERGRATE, CHARE CONSULIT.

O ſic PERGRATE' CHARE jam CONSULIT Hector.
Non gladio, calamo jurgia, bella fugat.

MICHAELIS ANGELI GIZZII V.I.D.

EPIGRAMMA.

DIvinis Orbem ditas, dum conſulis HECTOR,
Legibus, ac magno maxima jure ſapis.
Pallas an è ſummi cerebro depulſa Tonantis
Gaudet in ingenium nunc abiiſſe tuum?
Ignem ſurripuit de Sole Prometheus: aſtris,
Cum LATRO ſis, Sophiam te rapuiſſe reor

Ejuſdem.

Anagramma purum.

HECTOR CAPICIUS LATRO REGENS:
HINC LÆTE' SURGO RECTOR PACIS.

ASpice Parthenopes, quam LÆTE' HINC diſſeco bella,
Et SURGO RECTOR PACIS, & arma fugo.

D. PETRI ANGELI ROSSINI.

Heſaſtichon.

ARgolicas ferro ſternebat Trojus Hector
Turmas; hic calamo crimina cuncta fugat.
Viribus ille ſuis cingebat Pergama Trojæ:
Conſilio hic miro Parthenopæa tegit.
Jamque pares cunctis: uno diſcrimine pugnant,
Is tandem cecidit, hicque perennis erit.

Ejuſdem

EPIGRAMMA.

GRandia quid volvis numeroſa volumina legum,
Lector? Quid quæris? Quid juvat iſte labor?
Quidquid enim Argivi narrant, quidquidve Latini,
Unius hoc unum HECTORIS inquit opus:
Sic formas Græcus diffuſas pictor in unam
Induſtri valuit concumulare manu.
Nonne ſtupes, Lector? quod ſomnia fingam?
HECTORIS an neſcis quid valuere manus?

ILLUST.

Digitized by Google

ILLUSTRISSIMO DOMINO
D. JANUARIO ANDREÆ
PATRITIO NEAPOLITANO,

In Supremo Rerum Italicarum Senatu apud Sacram Catholicam Majeſtatem Regenti, mox verò in hoc Regno Regio Collaterali Conſiliario, ac Regiam Cancellariam Regenti, & Pro-Magno Cancellario, &c.

PER veterem illam, Vir Illuſtriſſime, & quæ uſque adhuc viget apud eruditiſſimos homines, conſuetudinem, qua virorum Principum nomina laboribus ſuis, more ſatis laudabili inſcribunt, cùm literatorum ad publicam lucem progrediuntur, non commendatione tantùm, verùm imitatione digniſſimam ſum etiam arbitratus. Quandoquidem ea dentes invidorum retundere, improbitatem lividorum, & voculas poſſis malevolorum; eo ſiquidem clariſſimi nominis ſplendore, quemadmodùm Lunæ aſperitas Solis radiis, ità ingeniorum opera, etſi aliqua ex parte maculata, obſcuraque, illuſtrantur: Illud verò tandem maximum ab ea emolumentum accipimus, quod etiam in tenui fortuna quiſque ingrati animi objurgationem, ſuſpicionemque cavere, immò & cumulatiſſimè, pro maximis quamquàm beneficiis, hujus ope, gratiam referre poſſit. Etſi enim omnium eſſem feliciſſimus, quid pro officiis erga me tuis, Vir Illuſtriſſime, rependere valerem, quid me juvarent opes, quid divitiæ, & argentum in area poſitum, ſi Tu ſuprà hominum opinionem, conſuetudinemque ea contemnere, & alta mente deſpicere cenſueris, & poſthabitis ſupervacuis, moderatione vis eſſa ditiſſimus. Quid me juvaret ſplendorem generis polliceri, ſi honorum ſatis, & domi Imagines, quas non ut intuearis tantùm, ſed virtute qua polles, omnibus ornamentis ut augeas, & cumules? Quid tandem me diſciplinæ, & moderatrices morum, animorumque virtutes, ſi Jurisprudentia, qua Tibi ſummam gloriam, non dicam honorum gradus, ſalutem verò Populis innumeris comparaſti, cœterarum diſciplinarum concurſu ſeſe penè deſpiciat, cùm Philoſophiæ, Geometriæ, Hiſtoriæ, cœteriſque ingenij dotibus primas nè dare debeat? Quamvis Juſtitiæ impenetrabili, animi conſtantiæ, Prudentiæ, ac Temperantiæ non abnueret, vereatur. Hac igitur ſpe tuendi operis, Vir Illuſtriſſime, pariterque exhibendi obſequij voluntate, hanc conſuetudinem libenti animo, attamen non plenè ſum proſequutus. Siquidem cœteris liberum erat ire per laudes vel generis, vel animi; ipſe ad taciturnitatem, ſilentiumque tua moderatione compellor; laude enim minimè caperis, etſi fateri veram cogaris invitus; ſed fruſtrà, cùm enim nominis celebritatem deprimere coñaris, in altiſſimum gloriæ ſolium elevas; Indè ne graveris hanc puſillam obſequij ſignificationem deſpicere, & ex alto tuo patrocinio ſaltem ex parte tutari: nam multa, eaque egregia, nè dicam penè divina, tua ſunt, quæ ad laboris commendationem, gloriamque operi intexere celeberrimus Author curavit.

Illuſtriſſ. Dominationis Tuæ

Humillimus, & addictiſſimus Servus
NICOLAUS RISPOLUS.

De Mandato Eminentiſſimi.

Dominus Canonicus D. Antonius Cangiano revideat, & in ſcriptis referat. Neap. 23. Junij 1701.

JO. A. SILIQUINUS VIC. GEN.

D. Petrus Marcus Giptius Can. Dep.

EMINENTISS. AC REVERENDISS. DOMINE.

VIDI, tè mandante, Obſervationes ad primum tomum Conſultationum Regentis Capycij Latro congeſtas ab V. I. D. D. Carolo Antonio de Luca Melplictenſe: Opus ſanè tanto Auctore dignum, in quo nil inveni, quod noſtræ Orthodoxæ Fidei, boniſque moribus repugnet, quin imò omnia per juris terminos explicata dignoſcuntur; Quare pro bono publico eas imprimi poſſe dijudico, ſi ità videbitur Eminentiæ Tuæ. Hac die 2. Septembris 1701.

Eminentiæ Tuæ Reverendiſſ.

Cliens Humillimus
Antonius Cangianus.

Attenta ſupra ſcripta relatione Domini Canonici Reviſoris, Imprimatur Neap. 5. Septembris 1701.

JO. A. SILIQUINUS VIC. GEN.

D. Petrus Marcus Giptius Canon. Dep.

D. CAROLUS

D. CAROLUS ANTONIUS DE LUCA MELPHICTENSIS

AD LECTOREM.

RESPONDENDI de jure munus maximo in honore ſemper habitum; nihilque ad conciliandam hominum gratiam, nil ad augendam dignitatem conducibilius, nil denique ad ornandam, & celebrandam ſenectutem honeſtius refugium eſſe poteſt, quàm Jus ſumma cum gravitate interpretari, Regibus, Populis, ac Civibus omnibus conſilium expetentibus præbere, & de Jure interrogantibus reſpondere, ut his ferme verbis loquitur *Cicero* 1. *de Orator.* Reſponſorum, atque Conſultationum origo antiquiſſima eſt, & propè Divina cenſenda, ut paſſim in Sacra Scripura. Sic Moſes uti Judex Populi Iſrael cùm peteretur à filiis Salphaad de Tribu Manaſſe, ut mortuo patre ſine deſcendentibus maſculis, ipſis fœminis decerneretur paterna hæreditas: cùm eſſet anceps, quid à ſe judicandum foret, conſuluit Dominum, qui reſpondit filias Salphaad juſta petere, ut habetur *Numer. cap.* 27. In Conſultationibus major prudentia reſpondentis, magiſque ſolidum ingenium, atque emunctius judicium, & accuratior diligentia perſpicitur; Et cum de Jure in aliqua cauſa eſt reſpondendum, plurima ſunt excogitanda, rimanda, diſcutienda: teſtamenta, pacta, conventiones, ſtipulationes, cogitationes, affinitates, leges, ſtatuta, decreta, Juriſdictiones, Judiciorum ordines, voluntates, mentes, verba, omneſque tum perſonarum, tum rerum, locorum, temporum, cauſarum qualitates, & circumſtantiæ non modò ſpectandæ ſunt, ſed ſedula cura, ſumma vi ingenj, altiſſimaque prudentia perpendendæ, atque ad rem accommodandæ. Ad hæc univerſum Advocatorum ſtudium intenditur ad utilitatem Conſulentium. Inſuper omnia Jura, & Jurium interpretationes, Forum, ac Judicia ſpectant. Hinc fit in noſtra Juriſprudentia omnem laudis, & gloriæ punctum tuliſſe, qui ad perpendiculum ſciverit omnia, quæ didicit, Foro egregiis *Conſultationibus* coaptare. Quam laudem ampliſſimus, & nobiliſſimus Neapolitanorum Advocatorum cœtus pleniſſimè eſt aſſecutus; Et quod ſummoperè eſt notandum, ex eorundem Advocatorum præſtantia id evenit, ut quotidiè, inter forenſes ſtrepitus promptuariè excitentur, & feliciter reſolvantur articuli, qui in aliis locis nec etiam excogitantur. Inter tot ſtrenuos, eoſque præclariſſimos Viros nemo eſt, qui non agnoſcat *D. Regentem Hectorem Capycium Latro* editis *Conſultationibus* jam pridem celeberrimum; Hæ ſiquidem *Conſultationes* articulorum copiam, reſolutionum acumen, amœnitatem, & delectum materiarum, undique redolent. Quia meorum verò laborum initio *Obſervationes* ad *deciſiones D. Præſidis Vincentij de Franchis* adtexui, hinc è re fore dijudicavi, ut ad eorundem laborum metam ſeneſcente jam ætate perductus, ad commendatas *Conſultationes* paritèr has *Obſervationes* congererem. Inchoato jam Operi, Deo favente, faſtigium præ mea tenui facultate impoſui; novas quæſtiones, rerum judicatarum exempla, quamplurimas quoque cautelas Foro apprimè utiles, & neceſſarias recenſere ſum conatus; Intexui etiam nonnullas Allegationes, hactenus non impreſſas, inſignium Advocatorum Neapolitanorum; in omnibus punctuales DD. authoritates retuli, quæ contradictores non habentes pro caſu legis ſunt reputandæ, *Card. de Luca de uſur. diſcurſ.* 22. *num.* 2. & 3. *Rot. in Melphicten. Capellaniæ* 4. *Junij* 1698. §. *authoritates*, *coram R. P. D. Muto*, quæ eſt *deciſ.* 22. *num.* 13. poſt *prax. D. Advocati Maradei.* Adductæ paritèr fuerunt probabiles rationes; non enim ſufficiunt pro ratione ea, quæ ineptè aſſignantur ab hominibus ad diſſentiendum unicè paratis, juxta *text. in l. item ſi unus*, 19. §. *principaliter, ff. de recept. arbitr.* optimè *Jacobus Meſtertius de Juſtitia Romanarum legum cap.* 15. *verſic. ſi dixeris.* Nihil moror eo, qui objurgaturi ſunt potuiſſe multo plura ad harum *Conſultationum* uberrimam ſegetem, materiamque pertinentia obſervari, & diffuſius pleniuſque omnia tractari nam id facere ſi quis in animum induxerit, ejus propoſito nihil officient hæ præcurſoriæ *Obſervationes*, ſed viam potius aperient, atque ità repoſiturus ero illud *Horatij.*

—— Si quid noviſti rectius iſtis,
Candidus imperti: ſi non, his utere mecum.

Utere igitur, Amice Lector, meis Obſervationibus? & ſi non magnum ingenium, ut quidam ajebat ſaltem ſummum laborem, ut decantes, rogo.

Mag. V. I. Doct. Franciſcus Maradei videat, & in ſcriptis referat.

ANDREASSI REG. GUERRERO REG.

Proviſum per S. E. Neap. die 2. Maij 1701.

Spect. Marchio Acerni impeditus, *Portius.*
Et cœteri Spect. Regentes non interfuerunt.

EXCELLENTISSIME DOMINE.

VIDI jubente Excell. Veſtra doctiſſimas Obſervationes Rev. D. Caroli Antonij de Luca Melphictenſis ad Conſultationes Reg. Hectoris Capycij Latro Marchionis Torrelli, quas nedùm locupletatus fuit eximiis obſervationibus, & illuſtribus quæſtionibus benè reſolutis, & comprobatis auctoritate rerum judicatarum; ſed cuncta quæ Regens Capycius Latro omiſerat, adjecit, multaque Pragmatico forenſi uſui inſervientia tradidit; Quare imprimendas cenſeo ſi Exc. Veſtræ videbitur cùm illas non invenerim Regali Juriſdictioni, nec bonis moribus contradicentes; imo maximopere Reipublicæ utiliores, & non minoris utilitatis aliarum ejuſdem Auctoris editarum lucubrationum, quarum non exiguus eſt numerus, & profectò ejus ingenij monumenta judicio univerſali apud juſtos rerum extimatores ſatis probata fuerunt, ut conſtat ex Actis Eruditorum Lipſiæ anni 1694. fol. 238. Neapoli 10. Martij 1702.

Exc. V.

Addictiſſimus & Humillimus Servus
Franciſcus Maradei.

Viſa ſupra dicta relatione, Imprimatur, & in publicatione ſervetur Reg. Pragmatica.

GASCON REG. GUERRERO REG.

Proviſum per S. E. Neap. die 13. Martij 1702.

Cœteri Spect. Regentes non interfuerunt. *Portius.*

CATALOGUS

CATALOGUS LIBRORUM
JURIDICORUM CIVIL. CANONICORUM, ET ALIORUM, qui reperiuntur GENEVÆ, MDCCXXVIII.
Apud PERACHON & CRAMER.
Ut & eorum qui ſub eorum PRÆLIS ſudant.

ALtogradi Controverſiæ Forenſes fol. 2 Tom. 1701.
Actolini Reſolutiones Forenſes fol.
Aldenſius de Contractibus Symbolicis &c. accur. Oldenburgero f.
Ærodii Pandectæ Rerum ab omni Antiquitate Judicatarum & de Patrio Jure atque Auctoritate Judiciorum, f.
Arias de Mela Variæ Reſolutiones Juris f.
Alciatus de Verborum & Rerum Significatione f.
Acaranza de Partu Legitimo Tract. Juridico-Practicus 4.
Arreſta Papomj f.
Anſaldi Conſilia Juridica f. *Lugd.*
Anſaldus de Commercio & Mercatura fol.
Azonis Commentaria in Codicem 4.
Alphonſus Peres de Lara Toletanus de Anniverſariis Capellaniis, Compendium vitæ hominis in jure fori, & Poli à Ventre concepto uſque ad perfectam ætatem & Senectutem, y Compendio de las tres Gracias de la S. Cruçada, ſubſidio &c. f. 3. Tom. *ſub Prælo.*
Barboſæ (*Auguſt.*) Opera omnia cum Repertorio f. 20. Tom. *& ſequentes Tract. ſeparatim.*
——— de Penſionibus Eccleſiaſt. f. 2. Tom.
——— in Codicem f. 2. Tom.
——— in Concilium Tridentinum f.
——— de Canonicis f.
———Tractatus Varii f.
——— Summa Deciſionum Apoſtolicarum f.
——— de Poteſtate Epiſcopi f. 2. Tom.
Berſani Tractatus de Viduis earumque Privilegiis f.
Bichii Deciſiones S. Rotæ Romanæ f. 2. Tom.
Boerii Deciſiones Forenſes f.
Baytellus de Ultimis Voluntatibus f.
Bayle Inſtitutiones Phyſicæ ad uſum Scholarum accommodatæ *cum multis fig.* 4. 3. *Tom.*
Burgoldenſis ad Inſtrumentum Pacis Weſtphaliæ &c. 4.
Brunnemanni Commentaria in Pandectas fol. 2. Tom. *nov. Edit.*
——— ——— in Codicem f. 2. Tom. *nov. Edit.*
Borcholten ad Inſtituta 4.
Barboſæ Loci Communes Juris 8
Berberii Viatorium Juris 8
Briſſonii Lexicon Juridicum 8.
Caſtilo Sotomajor (*Joannes Del*) Opera omnia Juridica, ſuper materias tam Civiles quam Eccleſiaſticas cum Additionibus Melii & S. Rotæ Romanæ Deciſionibus numquam antea editis & Repertorio Generali fol. 10. Tom. *Editio nova Coloniæ Allobrogum* 1727.
——— S. Rotæ Romanæ Deciſiones Recentiſſimæ & Selectiſſimæ, Opera omnia Caſtillo Sotomajor Amplectentes, confirmantes, laudantes &c. fol. *ſub Prælo.*
Covarruvias Opera omnia Super Materias tam Eccleſiaſticas quam Civiles f. 2. Tom. *nova Edit.* 1723.
——— Additiones per Fariam f. 3. To. *nova Editio.* 1726.
Cancerii Variæ Reſolutiones Juris f. 2. Tom. *Edit. nova.*
Concinli Reſolutiones Juris fol. *Lugd.*
Corradinus de Jure Prælationis cum S. Rotæ Romanæ Deciſionibus Recent. numquam antea editis fol. *nov. Edit.*
Ciarlini Controverſiæ Juris f.
Cyriaci Controverſiæ Forenſes fol. 4. Tom. *Lugd. & Genevæ.*
Cohelii Commentaria in Bullam de Bono Regimine Univerſitatum ditionis Eccleſiaſt. ut & Bullæ Reſolut. & Decret. S. Pontificum &c. f. 1698.
Capycii Latro Deciſiones Juris cum novis additionibus Gizzii &c. fol. 2. Tom. 1706
——— Conſultationes Juris cum novis additionibus C. A. De Luca & C. de Alexio &c. fol. 2. Tom. 1728
Corpus Juris Civilis Textus 4.
Chaſſanei Catalogus Gloriæ Mundi in quo de Rebus Materialibus & Immaterialibus doctiſſ. diſſeritur f.
Cardani Opera omnia Philoſophica Mathemat. Aſtronomica, Medica & Philologica f. 10. Tom. *Lugd.*
Ciceronis Opera omnia cum notis Variorum 4. 4. Tom.

Cenſura Celebriorum Autorum in qua Varia Virorum Doctorum & Clariſſ. cujuſq. Seculi Scriptorum judicia traduntur per Th. Pope Blount Anglum 4. *Edit. nova*
Catalogus Autorum qui Librorum Catalogos, Indices, Bibliothecas, Virorum Literat. Vitam &c. Scriptis Conſignat. Aut. Teiſſero adornatus cum Labbei Bibliotheca Nummaria &c. cum Novo Supplemento 4. 2. Tom.
Celſi Deciſiones S. Rot. Romanæ f.
Cencinus & alii Autores ad Oleam de Ceſſione Juris cum Spicilegio de Luca f. 1725.
Caſſiodori Opera omnia 4.
Corraſius & Hopperus de Juris Arte 8.
Calvini Magnum Lexicum Juridicum cum addit. Jus Publicum Germanicum ſpectantibus fol. 2. Tom. *ſub prælo.*
De Luca, (*Card.*) Theatrum Veritatis & Juſtitiæ & alia opera juridica cum S. Rot. Romanæ Deciſionibus f. 24. Tom. *ſub prælo.*
——— de Officiis Venalibus Vacabilibus & de Locis Mont. non Vacab. Urbis f.
——— de Statutariis Succeſſionibus, de Penſionibus Eccleſ. & de Stilo Legali f.
——— Deciſiones S. Rot. Romanæ & S. Pontificum Conſtitut. Recentiſſimæ ad Opera de Luca ſpectantes cum Mantiſſa Deciſ. & indice Gener. f. 4. *Tom.*
——— Mantiſſa Deciſionum cum Indice Generali f. 2. Tom. *Separat.*
De Luca (*Carol. Ant.*) Animadverſiones ad Gratiani Diſceptationes Forenſes atque Deciſiones cum Indice Generali f. 7. *Tom.*
——— Praxis Judiciaria f.
——— Spicilegium ad Oleam de Ceſſione Juris f.
Dunozeti Deciſiones S. Rot. Romanæ f.
De Marinis Obſervationes & Deciſiones Juris Recentiorij f. 3. *Tom. Lugd.*
——— Allegationes Juris f.
Del Bene additiones ad Tract. de Inquiſitione f.
Derodonis Opera omnia Philoſophica 4
——— Philoſophia Contracta 4.
Dictionarium Poeticum Geographicum & Hiſtoricum Stephano inchoatum à L.Loydio valde auctum & locupletatum 4.
Dionyſius Halicarnaſſeus 16.
Faria Additiones ad Covarruviam fol. 3. Tom *nova Edit.* 1726.
Fontanella de Pactis Matrimonialibus cum S. Rotæ Romanæ Deciſionibus Recentiſſimis numquam antea Editis f. 5. Tom, *nov. Edit.*
——— Deciſiones Cataloniæ f 2. Tom.
Fulgineus de Jure Emphyteutico cum Deciſionibus S. Rot. Roman. Recentiſſ. numquam antea editis f. 1717.
Fabri Rationalia in Pandectas, f. 5. Tom.
——— Codex Definitionum Forenſium, cum novis additionibus, f. 2. *Tom. ſub Prælo.*
——— de Conjecturis Juris Civilis, fol. & 4.
Fayardi Allegationes Fiſcales, fol. *Lugd.*
Frances Reſolutiones Juris, fol.
Ferrarii Lexicon Geographicum cum notis & addit. Baudrand f. 2. Tom. *Genevæ, & Padoa.*
——— Praxis Aurea Judiciaria, 4.
Fuſarius de Subſtitutionibus f. *nov. Edit.*
Fabri Syntagma Juris Civilis Canon. & Feudal. &c. f.
——— Clavis Juriſprudentiæ, 4.
——— de Juſtitia & Jure, 4.
——— Breviarium Codicis, 4.
——— Logica & Phyſica, 4. & 8.
Felicius de Societate & Communione Bonorum, 4.
Florus, cum notis Conſtantii, 12.
Flores Illuſtrium Poëtarum, 16.
Forſteri Hiſtoria Juris Civilis, 8.
Fulginei Deciſiones Rotæ Romanæ Recentiſſ. ad Tract. de Jure Emphyteutico additæ, fol. *ſeparat.* 1717.
Gonzalez (*Emanuel*) Commentaria perpetua in V. Libros

bros Decretalium, f. 5. Tom. *Lugd. nov. edit.* 1725.
Gratiani Diſceptationes Forenſes, cum De Luca ad Gratianum, f. 13. Tom.
——— Deciſiones Rotæ Merchiæ, fol.
Gaſſendi Philoſophia Epicuri, *ſive* Animadverſiones in X. Libr. Diogenis Laertii qui eſt de vitâ, moribus, placitiſque Epicuri Fol. 2. Tom. *Lugd.*
Galleratus de Renunciationibus, fol.
Galli Tractatus de Fructibus, fol.
Galeotæ Reſponſa Fiſcalia ſelectiora, fol.
Garcias de Beneficiis Eccleſiaſticis, f. 2. Tom.
Giurbæ Deciſiones Civiles, f.
Gaitus de Credito, fol.
Gobii Tractatus varii Juridici cum Deciſ. S. R. Romanæ f. 1695.
——— Deciſiones S. Rot. Romanæ, fol. *ſepar.*
Gregorii Tholoſani Syntagma Juris Civilis, fol.
Grivellii Deciſiones Senatus Dolani, fol.
Guidonis Papæ Deciſiones Senatus Gratianopoli, fol.
Graſſus de Succeſſionibus, fol.
le Grand Philoſophia, 4. *cum fig.*
Gulielmini Opera omnia, Mathematica, Hydraulica, Medica, & Phyſica, accedit Vita Authoris 4. 2. Tom. *cum multis figur.* 1719.
Gothofredi Manuale Juris, 12. *nova Edit.*
——— de Regulis Juris, 4.
——— de Jure Præcedentię, 4.
——— Tractatus Novus & Practicus de Salario, 4.
——— Tertulliani ad Nationes, 4.
——— de Famoſis Latronibus, 4.
Galvanus de Uſufructu, 4.
Gutierrez (*Joan.*) Opera omnia Civilia & Canonica cum novis addit. fol. 10. Tom. *Col. Allobr. ſub Prelo.*
Henao de Scientia Media, fol. 2. Tom. *Lugd.*
Hiſtoriæ Romanæ Scriptores, fol.
——— Argonautarum, *ſeu*, de Navigationis Inventoribus *aut.* Valerio Flacco, 8.
Hodiernæ Controverſiæ Forenſes, fol.
——— Additiones & Obſervationes ad Surdum fol.
Index ſeu Repertorium Generale Rerum Notabilium quæ in Tomis octo Operum D. Joannis del Caſtillo Sotomayor continentur, eleganti ordine compoſitum, & facili methodo digeſtum, f. *nov. edit.* 1726.
Indices Librorum Prohibitorum & expurgandorum noviſſimi, Hiſpanicus & Romanus, fol. 2. Tom.
Inſtitutiones Juris Civilis, 12. 16. & 24.
——— cum notis Criſpini, Pacii, & Theophili, 16. *Græcè & Latinè.*
Julii Clari Opera omnia Criminalia &c. cum novis addition. fol. *ſub Prelo.*
Limnæus Enucleatus, *ſive* Pandectæ Juris Publici Imperii Romano-Germanici cum notis Oldenburgeri, fol. 5. Tom.
Lexicon Magnum Juridicum Calvini cum additionibus Jus Publicum Germanicum ſpectantibus, fol. 2. Tom. *ſub Prelo.*
Melii [*Jo. Paul.*] Additiones & Obſervationes ad Caſtillum de Alimentis cum S. Rot. Romanæ Deciſionibus recentiſſimis, hactenus non editis & ad materiam valdè facientibus, *nova editio aucta*, f. 1727.
de Murga Opera Canonica, *ſive*, de Appellationibus & aliis materiis Canonicis &c. fol.
Menochii de Præſumptionibus, Conjecturis, Signis & Indiciis Commentaria ſuper materias tàm Civiles quàm Canonicas &c. fol. 2. Tom. *nova edit.* 1724.
——— de Arbitrariis Judicum, fol.
——— de Adipiſcenda & retinenda Poſſeſſione, fol.
——— de Juriſdictione, Imperio & poteſtate Eccleſiaſt. ac ſæculari, fol.
Manticæ de Tacitis & Ambiguis Conventionibus, Vaticanæ Lucubrationes, fol. 2. Tom. *nova edit.* 1723.
——— de conjecturis Ultimarum Voluntatum, fol.
Merlini Tractatus de Legitima, fol.
Maria de Juriſdictione, fol.
Mangilius de Imputationibus, f.
——— de ſubhaſtationibus, f.
Michalorius de Fratribus, f.
——— de Poſitionibus, & de Cæco, Surdo & Muto, f. *nova edit.* 1720.
Matthæus de Criminibus, 4. 1702.
Monzambanus illuſtratus & reſtrictus per à Lapide cum Puffendorffii diſquiſitione de Republ. irregulari &c. 8.
Martialis cum notis Farnabii, 12.
Mores & Ritus Turcarum & omnium Gentium, 16.
Noguerol Allegationes Fiſcales, f. *Lugd.*
Novarius de Vaſſallorum Gravaminibus, f.
——— Deciſiones, fol.
Oliva de Foro Eccleſiæ, f. 5. Tom. *nova edit.*
——— *idem* Pars 3. *ſepar.* f.
Olea de Ceſſione Jurium & Actionum cum Novis Tractatibus, S. Rotæ Rom. Deciſ. Recent. ad materiam facientibus nunquam antea editis, & de Luca Spicilegio, f. 2. Tom. *edit. nova.*
Olea Additiones, ſive Cencinius & alii Authores de Ceſſione Juris, cum de Luca Spicilegio. f. *ſeparat.*
——— Deciſiones Noviſſimæ, fol. *ſeparat.*
Oldenburgeri Limnæus Enucleatus Juris Publici Rom. Germ. fol.
——— Diſcurſus Juridico Politico-Hiſtoricus ad Inſtrum. Pacis Oſnabugico-Monaſterienſis, ſive Notitia Rerum Illuſtrium Imperii Romano-Germao. &c. 4.
——— Tractatus Jurid. Polit. de Rebuſpublicis turbidis in tranquillum ſtatum reducendis in eoque conſervandis, 12.
——— de IV. Elementis Juridicè conſideratis, omnibus Peregrinaotibus præcipuè Germ. utiliſſimus, 8.
——— Manuale Principum 12.
——— Collegium Practicum, 4.
Pignatelli Conſultationes Canonicæ, cum Indice Generali, fol. 11. Tom.
——— ——— Noviſſimæ, Variæ & circa Materiam Inquiſitionis, fol. 2. Tom.
Pithing in Jus Canonicum, ſive Nova Methodus Juris Canonici, f. 5. Tom. *nova edit.*
Poſthii Tractatus Mandati de Manutenendo, *ſive* Summariſſimi Poſſeſſorii Interim. Cum de Bocatiis de Manutentione in Poſſeſſionem & S. Rotæ Romanę Deciſ. Recent. fol. 3. Tom. 1717.
——— de Bocatiis ad Tractat. de manutenendo & Deciſiones ſeparat. fol.
——— Reſolutiones Juris, fol.
——— Deciſiones Rotæ Bononienſis, fol.
——— de Subhaſtatione cum addit. & S. Rotæ Rom. Deciſ. Recent. nunquam antea editis, fol. *ſub Prelo.*
Pacioni Allegationes Civiles & Canonicæ, f. 1700.
——— de Locatione & Conductione, f.
Pereira de Manu Regiâ, f. 2. Tom. *Lugd.*
Pichardi Commentaria ad inſtituta, fol. 2. Tom.
Ponte Conſilia & Deciſiones Juris, fol. 2. Tom.
Pecchius de Servitutibus, f. 3. Tom.
Papæ Guidonis Deciſiones Juris, fol.
Petavii Rationarium Temporum cum continuatione 5 8. 3. Tom. 1720.
Peregrinus de Fideicommiſſis cum Cenſalio fol. 2. Tom. *nova edit.* 1725.
Rocca Diſputationes Selectæ Juris, fol.
Rodriguez de Concurſu Creditorum, fol.
Rubei Reſolutiones practicabiles circa Teſtam. aliaſque Diſpoſitiones ad Pias & non Pias Cauſas, f. *Lugd.* 1676
S. Rotæ Romanæ Deciſiones Recentiſſimæ ad Oleam de Ceſſione Juris ſpectantes, fol. *ſeparat.*
——— ad Poſthium de Manutenendo fol. *ſeparat.*
——— ad Fulgineum de Jure Emphyteutico, f. *ſeparat.*
——— ad Corradinum de Jure Prælationis, f. *ſeparat.*
——— ad Fontanellam de Pactis Matrimonialibus, f. *ſep.*
——— ad Vela Diſſertationes Juris Controverſi, f. *ſep.*
——— ad Meſium de Alimentis ad Caſtillo, f. 1726. *ſep.*
——— ad Valenzuela Conſilia f. 1727. *ſepar.*
Scaccia de Commercio & Mercatura, fol.
——— de Sententia & Re Judicata, fol.
——— de Appellationibus, fol. *Colon.* 1716.
Scopa Obſervationes ad Diſceptationes Forenſes Gratiani, fol.
Sanlegerii Tonduti, Quęſtiones & Reſolutiones Juris, fol. *Lugd.*
——— de Pręventione fol. *ibid.*
Torre de Pactis Futuræ Succeſſionis, cum S. R. Romanæ Deciſionibus & Mantiſſâ, fol. 2. Tom. 1699.
——— Mantiſſa & Deciſiones ad Mantiſſam, *ſepar.* fol.
Theſauri Quæſtiones Forenſes, fol.
Tractatus Variorum Authorum de Inventario Benefic. f.
——— de Tutore & Curatore Variorum Author. &c. f.
Tholoſani [*Gregorii*] Syntagma Juris Civilis, fol.
Tuſchi Concluſiones Juris cum addition. f. 9. Tom. *Lug.*
——— Additiones fol. *ſeparatim.*
Teiſſeri Catalogus Authorum, qui Biblioth. vitam &c. Conſignarunt cum Auctuario, 4. & Auctuarium, *ſep.* 4.
Vela de Oreña Diſſertationes Juris Controverſi, tàm in Hiſpalenſi quàm Granatenſi Senatu, ſuper Materias tàm Eccleſiaſticas quàm Civiles cum novis addition. Vita Authoris & S. Rot. Romanæ Deciſionibus Recentiſſimis nunquam antea editis, f. 2. Tom. *Coloniæ Allobrogum*, 1726.
Urceoli Conſultationes Forenſes cum novis additionibus, fol. 1701.
——— de Tranſactionibus cum multis addition f. 1700.
——— Deciſiones Rotæ Foroliavienſis, fol.
Villegas Deciſion. Civiles, Canonicæ & Crimin. f. 1715.
Valenzuela Velazquez Conſilia Juridica cum *Novis additionibus*, & S. Rot. Rom. Deciſionib. Recentiſſimis, f. 2. Tom. 1727.
——— Opuſcula Theol. Juridico Politica fol. 1728.

ARGUMENTA

ARGUMENTA CONSULTATIONUM.

Conſult. I.

PRÆCEPTUM factum mulieri, ne alloquatur, mutet ſtatum, aut contrahat matrimonium ſub pœna, quando dicatur matrimonii impeditivum & quando valeat præſertim ſi magna ſit, & agatur contra Neapolitanam, minorem, ac viduam. Item quando exceſſiva dicatur, & an, & quando pro ſpreto mandato exigi poſſit, & practicetur, maximè occaſione contractus matrimonij, quiſque dicatur ex contemptu non parere, & contravenire mandatis & quomodo ſuccurri poſſit minoribus in delictis, & quando adverſus illa reſtituantur, vel reſtitui illos non oporteat.

Conſult. II.

Conceſſio juris Portulaniæ, Ponderum, & Menſurarum ex quibus probetur & quando omnia Regalia conceſſa præſumantur, & multa de probatione centenaria, vel immemoriali, & quando dicatur interpretativa privilegij.

Conſult. III.

De origine, progreſſu, & probatione, & uſu juris Longobardi, ac juris Francorum in hoc Regno, & in dubio quando conceſſio feudorum non apparet facta cum prærogativa ætatis, quomodo eis ſuccedatur, de jure Longobardorum, an verò Francorum? & quid quando in conceſſione adeſt clauſula, *ad habendum, vendendum, &c.*

Præſcriptio qualiter, & quando interrumpatur citatione, & an differat à conſuetudine, & multa notatu digna circa ſucceſſionem ſecundum jus Francorum ex uſu familiarum, ad intellectum *Conſtitutionum Regni, Conſtitutionem divæ memoriæ, In aliquibus Ut de ſucceſſionibus, & capit. Regni, Conſiderantes.*

Conſult. IV.

Teſtes quando dicantur varij, quando verò contrarij, & quando dicantur variare, ſive ſe contradicere circa ſubſtantialia, & ex quibus excludatur variatio, & falſitatis ſuſpicio.

Conſult. V.

Additio, ſive nova oblatio quando, & intra quod tempus fieri poſſit in locatione rerum Fiſcalium poſt extinctam candelam & cujus quantitatis eſſe debeat, & multa ad intellectum *text. in l. ſi tempora, C. de fide inſtrum. & jur. haſtæ fiſcal. lib.* 10. *& text. in l. & ſi ſine §. quæſitum, ff. de minor.*

Conſult. VI.

Agitur de nullitatibus propoſitis adverſus plures ſententias Sacr. Conſilij ex capite notoriæ injuſtitiæ, infra quod tempus proponi poſſint, & inſtantia duret, & an, & quando competat adverſus non proſequutionem ipſarum in integrum reſtitutio, & qualis debeat eſſe notoria injuſtitia. Quando dicatur aliquem incidiſſe in crimine rebellionis vel perduellionis, & an ſi inquiſitus fuerit per ſententiam ad mitiorem pœnam condemnatus, poſſit dici rebellis, & quando quis dici poſſit notorius rebellis, & an requiratur ſententia declaratoria, & multa de pœna perpetui carceris; & an ex minoratione pœnæ ordinariæ delicti dicatur quis non commiſiſſe delictum, & an ſi quis per delictum fuerit inhabilis effectus, per commutationem pœnæ habilitetur ad ſuccedendum.

Conſult. VII.

Pluribus agentibus judicio univerſali in eadem re, an & quando non finito dicto judicio univerſali unus ipſorum poſſit agere, pro eadem re particulari judicio reivendicationis.

Conſult. VIII.

Agitur de ſervitute aquæductus, & an, & quando quis habens ſervitutem ducendæ aquæ ſuper territorio vicini, de qua uſus fuit per molendina, poſſit alia molendina ex eadem aqua facere, & quid quando Dominus fundi ſervientis damnum pateretur ex minori concurſu molentium.

Conſult. IX.

Hæres in certis feudis an, & quando dici poſſit hæres univerſalis, vel particularis, & an teneatur contribuere oneribus hæreditariis, & quid quando teſtator habet plura feuda, & cum Regis conſenſu inſtituit unum in certis feudis, in reliqua verò hæreditate alium.

Conſult. X.

Agitur de eodem articulo contributionis inter hæredem in certis feudis, & inſtitutam in reliqua hæreditate, & ex quibus conjecturis ex teſtamento elici poſſit, teſtatorem noluiſſe, ut inſtitutus per ipſum in certis feudis oneribus hæreditariis contribuat latè diſcutitur.

Conſult. XI.

Contractus emptionis, & venditionis an, & quando requirat ſcripturam, & quid in feudis. Et an revocatio vigore *Conſtitutionis Conſtitutionem divæ memoriæ* debeat fieri verbis expreſſis.

Conſult. XII.

De probatione nobilitatis, & ex quibus actibus probetur, & num eodem tempore poſſit quis eſſe nobilis, & plebeius, exercere officia nobi-

lium, & plebeiorum, & quæ dicantur incompatibilia, & inter ſe repugnantia.

CONSULT. XIII.

In diſcuſſione inventarij quod tempus ſit attendendum, tempus aditæ hæreditatis, an verò tempus diſcuſſionis, & an hæres cum beneficio legis & inventarij teneatur vendere res hæreditarias, maximè quando non inveniretur emptor, abſque promiſſione evictionis facienda per ipſum hæredem, & num ei noceat teſtatoris aſſertio circa valorem hæreditatis.

Onus ſolvendi relevium an, & quando ſpectet ad hæredem vel in damnum hæreditatis.

CONSULT. XIV.

Teſtamentum nuncupativum, an & quando dicatur nullum, ex quo non fuit poſt ipſius confectionem coram teſtibus relectum, & publicatum, & ex quibus probetur, & præſumatur relectio, & publicatio, & quando ex una ſubſcriptione Notarij authenticetur tam teſtamentum, quàm codicillus, & an in illo poſſint adhiberi teſtes Religioſi, abſque Superioris licentia, & ex quibus probetur, vel præſumatur dicta licentia.

CONSULT. XV.

Continuatur eadem materia præcedentis conſultationis innumeris penè additis ad confirmanda quæ in prioribus ſcriptis fuerunt cumulata, traditiſque quamplurimis de teſtamentorum validitate, Religioſorum teſtimoniis, & Notariorum clauſulis *Actum, ſcripſi, publicavi*, eorum fide, & authoritate in addendo, aut corrigendo inſtrumentis jam publicatis circa pertinentia ad illorum officium. Immiſſio vigore *tex. in l. fin. C. edict. Div. Hadrian.* quando concedi, vel retardari poſſit, latè explicatur.

CONSULT. XVI.

Filius-familias an & quando poſſit abſque conſenſu patris ſe obligare, præſertim attento jure Regni, & ex quibus præſumatur, vel probetur emancipatio.

Probationes factæ in uno judicio, an, & quando probent in alio.

Donatio an, & quando caducetur, ſi donatarius præmoriatur.

CONSULT. XVII.

An, & quando maritata ante materiam maritagij poſſit concurrere in maritagio poſtea maturato.

CONSULT. XVIII.

Vectigale non ſoluto an & quando res incidat in commiſſum, & ex quibus dolus præſumatur, vel excludatur.

Judicium ſuper interceptione quando dicatur civile, vel criminale, & quo caſu quis teneatur ad ſolutionem duplicatæ gabellæ.

CONSULT. XIX.

In parentum ſucceſſione in medietate bonorum quæ obvenit proximioribus per Conſuetudinem Civitatis Neapolis, an ſit attendenda perſona mediata, an immediata, an verò origo bonorum, & quid de jure communi, ex diſpoſitione *tex. in l. quod ſcitis; C. de bonis, quæ liberis*, ut attenditur linea, ex qua bona pervenerunt, & multa ad explicationem *text. in Conſuetudine Si quis, vel ſi qua*, & ad tradita per *Napodan. ibidem, nu. 240. & 242.*

CONSULT. XX.

Declaratur novus uſus Capuanæ, & Nidi vulgariter dictus, *alla nova manera*, quid importet, & an attento dicto uſu ſuccedatur perſonæ mediatæ, vel immediatæ, & quid in fideicommiſſis, an ſuccedatur ultimo morienti, an verò teſtatori, & multa ad declarationem *deciſionis Vincentij de Franchis 29.*

CONSULT. XXI.

Mandans alicui Campſori in partibus degenti, ut pro ipſius mandantis computo emat aliquam olei quantitatem, ſi mandatarius mandatum acceptaverit, & mandanti ſcripſerit, illam emiſſe pro certo pretio, & mandans de dicta emptione contentus remanſerit, ſi verè tota quantitas prædicta nunquam in poſſe mandatarij conſignata fuerit, vel quia venditores defecerint vel quia vere aliqua pars non fuerit empta, & interim pretium olei decreverit, utrum mandatarius poſſit nedum oleum à venditoribus recuperare, & mandanti conſignare, verùm etiam aliam ejuſdem qualitatis, & bonitatis in locum quantitatis deficientis ipſi mandanti tradere, an verò pro pretio diminuto.

CONSULT. XXII.

Tractatur articulus, quis ſit actor, vel reus, & de materia confinium inter duas Univerſitates, & quomodo & per quas probationes verificentur.

CONSULT. XXIII.

Feudatarius an & quando præjudicet ſucceſſoribus, ſi feudum obliget vel fructus, etiam cum domini conſenſu, & feudum ſit ex pacto, & providentia, quibuſque verbis feudum erigatur ex pacto, vel hæreditarium, item quando aſſenſus operetur, vel ne, teneaturque hæres habere ratum factum prædeceſſoris, vel poſſit contravenire adita hæreditate cum beneficio legis, & inventarij, & an inventarium proſit, & ad quid in feudo ex pacto, & reſpectu primi acquirentis; cogaturque, vel ne, primogenitus aliis fratribus communicaret pretium à communi patre erogatum in emptione Tituli.

CONSULT. XXIV.

Conceſſione facta de feudo ex pacto, & providentia ſucceſſor non tenetur ad onera, nec requiritur, quod quis ſit hæres primi inveſtiti, ſed quod ſit filius, vel deſcendens, & quæ inveſtitura faciat feudum ex pacto, & quando ex legato oriatur actio perſonalis vel hypothecaria, & multa de clauſulis, *veris exiſtentibus prænarratis, & ſalvis juribus noſtris*, & de interpretatione *Statuti Mediolani 273. lib. 1.*

CONSULT. XXV.

Partis pretii an, & quando debeatur ſecundogenito de feudo noviter acquiſito per communem patrem, & quod tempus debeat in ipſius liquidatione attendi, emptionis, vel mortis.

Collationi in quibus caſibus locus ſit, in quibus verò non, & ea an detur in linea collaterali.

Augmentum temporis cujus beneficio cedat, hæredis primogeniti, qui in feudo ſucceſſit, an verò omnium fratrum, & ſororum.

Ex mora irregulari quando uſuræ, ſive intereſſe debeantur.

In antefato an ſuccedant filij utriuſque matrimonii, an verò illi tantum, qui ex matrimonio, in quo antefatum promiſſum fuit, orti fuerunt.

CONSULT. XXVI.

Particularis ſucceſſor an & quando teneatur ſtare colono, & quid quando adeſt generalis hypotheca cum pacto de non contraveniendo, vel quod pendente ſolutione non transferatur dominium, vel adeſt juramentum, & emptor ſcivit, rem emptam fuiſſe locatam.

CON-

Argumenta Conſultationum.

CONSULT. XXVII.

Jus protomiſeos, ſive jus retractus an, & quando habeat locum in feudo hæreditario, ad explicationem *text. in cap. 1. §. Titius. ſi de feud. defunct. mil. fuerit controverſ. & in c. 1. §. ſed & res, per quos fiat inveſtitura, & in c. 1. §. porrò, qualiter olim feudum alien. poterat*, & an agnatus, vel creditor præferatur, & an habeat locum in venditione ſub haſta.

CONSULT. XXVIII.

Agitur de eadem materia prælationis, an detur in feudo hæreditario, & an verè dici poſſit jus protomiſeos, vel jus revocandi & de eorum differentiis. *Text. in d. §. Titius, §. ſed & res, & §. porrò* quomodo intelligi debeant, ac etiam agitur de interpretatione doctrinæ *Hartmanni Piſtoris in q. 12. lib. 1. n. 20.* & multa alia ad materiam concernentia diſcutiuntur, & examinantur.

CONSULT. XXIX.

De aſſenſu tacito pro dotium reſtitutione ex Capitulo Gratiæ Neapol. conceſſæ circa feudalia, quando locum habeat, & an præſumptus, an verò fictus dicendus ſit, explicatur, & an operetur, ſi non adſit expreſſa obligatio feudalium in capitulis matrimonialibus, ſed tantùm promiſſio de illa obligando, & hypothecando ad finem ut reſpectu allodialium, ita & feudalium bonorum hypotheca incipiat, vel retrotrahatur, nec ne ex die initorum capitulorum matrimonialium, multis adductis circa promiſſionem de obligando, vendendo, donando, locando, renunciando, & ſimilibus, quid importet, & quæ actio ex ea oriatur, an perſonalis tantùm, an verò etiam hypothecaria.

CONSULT. XXX.

Compenſationis exceptio an & quando opponi poſſit, & an agenti pro credito liquido virtute publici inſtrumenti via exequutiva poſſit retardari ejus exequutio pro prætenſo credito, nondum liquido, & quòd in prima inſtantia ſuccubuerit, licèt in cauſa reclamationis jam ſit proceſſus compilatus.

CONSULT. XXXI.

Hæres cum beneficio legis, & inventarij, qui ſe proprio, privato, & principali nomine, obligavit ſolvere debitum hæreditarium an poſſit creditori exceptionem diſcuſſionis inventarij opponere, plures referuntur opiniones, & ſententiæ tam Sac. Conſil. Neapolitani, quàm aliorum Senatuum inter ſe contrariæ.

CONSULT. XXXII.

Fideicommiſſum an, & quando inducatur ex prohibitione facta de non alienando & quando dicatur nuda, & quando verò veſtita, & quæ dicatur prohibitio realis, vel perſonalis, & quid importent verba, *ſemper, & in perpetuum* & ſimilia.

CONSULT. XXXIII.

Regius Theſaurarius, Perceptor, vel alius adminiſtrator pecuniæ fiſcalis an, & quando incidat in crimine legis Juliæ peculatus, vel de reſiduis, & qua pœna puniatur, ad interpretationem *text. in l. pecunia, Cod. de Privil. Fiſci, & in l. deferre, §. fin. ff. eod. tit.* Fiſcus an poſſit ex fiſcali privilegio pecuniam ab Adminiſtratore, ſuo creditori ſolutam avocare, & qua actione, & an pro pœna delicti præferatur creditoribus ipſius Adminiſtratoris in pecunia perventa ex venditione ejuſdem officij, non gratuito conceſſi ſed pecunia empti.

CONSULT. XXXIV.

Agitur de eiſdem articulis, & pretium perventum in poſſe Regij Fiſci ex venditione officij Regij perceptoris, vel Theſaurarij debeat cedere in cauſam crediti, vel in pœnam commiſſi delicti, & quando erit locus pœnæ quatrupli, vel nonupli, & in quibus caſibus locum ſibi vindicet exceptio rei judicatæ, & multa etiam de pacto legis commiſſariæ, adjectionis in diem, & prælationis, & an, & quando officium pecunia emptum ob pœnam commiſſi delicti revertatur ad Dominum, & an eo caſu teneatur ſolvere id, quod creditoribus ipſius inquiſiti debetur, & quæ pœna de jure Regni ſit impoſita Adminiſtratoribus fiſcalibus qui malè pecunia Regia uſi fuerunt, & an ex pœna à ſtatuto impoſita cenſeatur remiſſa pœna de jure communi, & in quo differat officium Regij Dohanerij ab officio Regij Perceptoris, ſive Theſaurarij.

CONSULT. XXXV.

De nullitate contractus venditionis factæ per venditorem ignarum, & prodigum reputatum emptori callido, & verſuto, & quando contractus dicatur dolosè, vel cum fraude geſtus, & ex quibus dolus præſumatur, vel probetur, & quis dicatur dolus dans cauſam contractui, vel re ipſa, & ex propoſito, & an, & quando dici poſſit, fuiſſe factam venditionem enormiſſima cum læſione, & quibus modis probetur dicta læſio, latè diſcutitur.

CONSULT. XXXVI.

Solutio ſalarij officij, ſtipendiorum, ac penſionis annuæ, an & quando denegari poſſit ſtipendiario emerito, vel retento, ſeu ut vulgo *intertenuto*, occaſione delicti contumaciæ, condemnationis inde ſequutæ ad carcerem in tempus, vel in exilium, ad declarationem *Capitali, & Literarum Catholicæ Majeſtatis de anno 1590.*

CONSULT. XXXVII.

Oblatio verbalis, vel realis quando ſit neceſſaria ad finem ut mora non contrahatur, & an & quando per non adimplementum ex contrahentibus non debeatur intereſſe, & quid in dote promiſſa, quamvis maritus onera matrimonij ſuſtinuiſſet ſi tamen per eum ſtetit, ut cautelæ in capitulis matrimonialibus promiſſæ non ſtipularentur, & multa ad intellectum *cap. ſalubriter, extra de uſuris.*

CONSULT. XXXVIII.

Conceſſio facta ob benemerita, an & quando poſſit per Principem concedentem, ſive per ejus ſucceſſorem revocari, & quæ dicantur merita & ſervitia, quæ faciunt, & conceſſio tranſeat in vim contractus, & quid in vaſſallo, qui tenetur ex ſuo officio pro Domino militare, & num Princeps teneatur, ſi conceſſionem benemerito factam revocat, ſolvere pretium, latè diſſeritur.

CONSULT. XXXIX.

Molendinum an, & quando liceat Baroni conſtruere in ejus territorio, non obſtante oppoſitione alterius Baronis vicini, magis antiquum molendinum habentis, & quando flumen dicatur publicum vel privatum.

CONSULT. XL.

Mercedis remiſſio an, & quando debeatur Conductoribus Gabellarum, & qui dicantur caſus inſoliti, & quid quando adeſt generalis renunciatio omnibus caſibus fortuitis, exceptis belli, & peſtis.

CONSULT. XLI.

Baroni habenti Scapham in flumine decurrente per ejus territorium, ſi ordine Regiæ Curiæ pro majori commoditate tranſeuntium ſuper eodem flumine fiat pons, an debeat refici damnum, quod patitur, & à quo.

CONSULT. XLII.

Literas cambii acceptans an & quando non obſtante morte, vel decoctione mandantis, ſolvere ſit obligatus, & quid quando ipſe acceptans erat procurator, & vicarius mandantis.

Argumenta Conſultationum.

Conſultat. XLIII.

De præcedentia Dominorum Regentium Regiam Cancellariam, & Collateralis Conſilij, cum aliis de Collaterali Conſilio non rogatis, & quomodo inter ipſos obſervetur,& an Regens per Suam Majeſtatem creatus pro Supremo Italiæ Conſilio, qui poſt aliquos annos reverſus fuit ad Collaterale hujus Regni Conſilium titulo decoratus, præcedere debeat omnes non togatos, etiam titulo decoratos poſt ipſum prædicta dignitate Collateralis inſignito.

Conſult. XLIV.

Quæſita per mulierem conſtante matrimonio an, & quando præſumantur quæſita de bonis viri, & cui incumbat onus probandi, ea fuiſſe quæſita ante, vel poſt matrimonium, & quid in prælato an præſumatur acquiſiviſſe de bonis Eccleſiæ poſt adeptum beneficium.

Conſult. XLV.

Minor fidejubens an, & quando reſtituatur adverſus fidejuſſionem à ſe præſtitam, præſertim cùm ea jurata ſit, aut ratificata, & an, ac qualis læſio ad id requiratur, vel probari oporteat & de invaliditate contractuum gratuitorum à minore factorum, quamvis juratorum, & cum authoritate curatoris, etiam in matrimoniis, explicato *text. in auth. ſacramenta puberum*, an procedat in minore curatorem habente, & cui is reputari debeat ſimilis.

Conſult. XLVI.

Donatio contemplatione matrimonij patre ſtipulante pro ſe, & filus, aut pro ſe, & hæredibus, an, & quomodo filiis quæratur, uti ſcilicet filiis, vel uti hæredibus, præſertim ſi facta alicui ſit ut commodius vivere poſſit cum uxore & filiis, relata cautela, ut in ea pater præjudicare filiis non valeat, & quorum interventus exigatur, ut facta ſemel irritetur, aut ſecus. Item quando cenſeri debet cauſa finalis matrimonij, vel impulſiva. Et an, ac quibus in caſibus hæres, aut ſucceſſor non teneatur ſtare facto defuncti, multis additis de ſimulatione arguenda, vel excludenda, de effectibus præfationis in conjicienda mente loquentis, & intelligentia verborum diſpoſitionis, & actus ſequentis, de diſpoſitione, *Text. in l.procula, de probat.* ut locum habeat, quot, & quæ concurrere debeant.

Conſult. XLVII.

De judicio ſpolii, & quæ requirantur, & an pro-rex poſſit de poteſtate ordinaria, vel abſoluta Judices Magnæ Curiæ Vicariæ per ipſum creatos, tempore exercitij dicti officij non finito, de facto, & abſque juris ordine privare; alioſque in eorum locum eligere, & an ipſi privati debeant à Pro-rege ſucceſſore reintegrari.

Conſult. XLVIII.

Feudo per vaſſalli rebellionem, aut alio modo ad Regem devoluto, illoque alteri de novo conceſſo cum mero, & mixto imperio, ac cum juriſdictione in primis, & ſecundis cauſis, an in conceſſione comprehendantur ſecundæ cauſæ Caſalis dicti feudi, ſive Baroniæ ante devolutionem dimembrati, & cum Regis aſſenſu ſubinfeudati cum juriſdictione in primis cauſis civilibus tantum, & quid ſi eidem ſubfeudatario per Regiam Curiam ſit conceſſa juriſdictio, etiam in primis cauſis criminalibus, an comprehendantur in conceſſione de capite feudi facta ſecundæ cauſæ vel appellationes in cauſis criminalibus.

Conſult. XLIX.

Fidejuſſio de judicatum ſolvendo vel de præſentando debitorem infra menſem quomodo ſit intelligenda, & an, & quando ob citationem principalis, vel aliter eo in fuga poſito non teneantur fidejuſſores, neque ad præſentationem debitoris.

Conſult. L.

Nobilitas alicujus in aliquo Sedili, & ubi adeſt ſeparatio inter Nobiles, & ignobiles quomodo & per quos actus probari debeat, & an ſufficiat deſcriptum aliquem reperiri in numero nobilium, vel in aliquo actu facto per nobiles, aut in Sedili. An & quando probetur verbis enunciativis, privilegiis in privilegio relatis, Regum & Pontificum enunciatione, & matrimoniis, maximè ſi exteri ſint, qui nobilitatem in Civitate prætendant & collaterales eorum, quos gaviſos aſſerunt non deſcendentes. Item quomodo deſcendentia probetur & an, & quando ad hæc ſententia proſit, vel ſecus, præſertim quæ lata ſit à Reg. Camera ſuper alicujus immunitate à gabellis in Civitate, & Regno Neapolis, multis additis de probanda civilitate, ac de immunitate conceſſa civibus effectis vigore Reg. Pragmaticæ, vel aggregatis. An, & quando extendatur ad filios, & oriundos Neapolitanos, qui alibi commorentur.

Conſult. LI.

De excuſationibus tutorum, & curatorum, & an avo, qui a tutela nepotis ex filia ſe excuſavit, pupillo iterum tutore carente poſſit ipſo inſtante, & volente iterum tutela deferri, non obſtante excuſatione,

Conſult. LII.

Sententia lata in cauſa majoratus an, & quando præjudicet ſucceſſoribus non auditis, & multa de ejus erectione in feudalibus cum Regio aſſenſu.

Privilegium ſi infra annum non fuerit præſentatum juxta formam *Regia pragmatica prima, de privileg. infra annum exhibend.* an poſſit elapſo anno præſentari, & an Princeps poſſit diſpenſare, quando oritur tertii præjudicium.

Conſenſus diſpoſitivus hæredis an probetur per ſupplicationem Principi porrectam pro impetratione aſſenſus ſuper aliquo contractu.

Conſult. LIII.

Fidejuſſor de præſentando debitorem infra certum tempus in carceribus vel de ſolvendo creditori quantitatem, pro qua carceratus reperiebatur, an, & quando eo in exilium condemnato, vel aliter ejus, ſtatu mutato teneatur ad debiti ſolutionem.

Conſult. LIV.

Exceptio Senatuſconſulti Velleiani an competat mulieri, quæ ſimul cum viro ſe obligavit communi filio contemplatione matrimonii, & quid ſi adfuit metus compulſivus, vel reverentialis, & an cum metu reverentiali requiratur enormis, vel enormiſſima læſio, & quanta, & qualis eſſe debeat,

Diſpoſitio *text. in l. Quintus Mutius, ff. de donation. inter vir. & uxor.* quibus modis limitetur. & ex quibus cauſis præſumptio turpis quæſtus mulieris excludatur.

Conſult. LV.

Clericus, & laicus ſimul conventi judicio reivendicationis an ſint conveniendi coram Judice Eccleſiaſtico,an vero quilibet ipſorum in ſua juriſdictione.

Con-

Argumenta Conſultationum.

Consult. LVI.

Facto depoſito per tertium pro illo liberando creditoribus, ad finem acquirendi anteriora jura ſuper aliquo feudo, ſi inter illos, quibus venit pecunia liberanda adſit creditor cum aſſenſu, quam eo carentes, an ſint præferendi creditores prædicti creditoris cum aſſenſu, quamvis poſteriores creditoribus anterioribus, aſſenſum non habentibus.

Consult. LVII.

Mulier, minor, ruſticus, aut miles an & quando reſtituantur adverſus omiſſas ſolemnitates inventarii, in ejuſque confectione, ad hoc ne teneantur ultra vires, vel ſecus, & an, & quando mulieribus ſuccurratur ob juris ignorantiam, deturque in integrum reſtitutio adverſus jus omiſſum ob lapſum temporis, aliquid malè geſtum & ignorantiam craſſam.

Consult. LVIII.

Tutor idemque creditor an præſumatur de bonis adminiſtratis ſibi ſatisfeciſſe, & an poſſit agere antequam rationes reddiderit, & quid in eo, qui non fuit tutor relictus, ſed fuit injunctus tutoribus, *ut nihil agerent abſque ejus interventu*, & an prædicta verba importent, ut dicatur tutor honorarius, vel datus notitiæ cauſa, & ad quid teneatur ex dicto interventu.

Consult. LIX.

Intereſſe alterius intereſſe an, & quando debeatur, & quid quando eſt intereſſe conventum data dilatione ad ſolvendum pendente ſolutione pretii, & in quo differat à venditione annuorum introituum.

Consult. LX.

Fideicommiſſum an, & quando cenſeatur inductum tacita prohibitione alienandi, *ut bona remaneant penes hæredem & ejus hæredes & ſucceſſores*. Item an & quando, *hæredes* aut *ſucceſſores*, verbum, deſcendentes comprehendat ſolùm, vel etiam hæredes extraneos, & an ſufficiat hos eſſe deſcendentes abſque qualitate hæreditaria.

Consult. LXI.

De Novo uſu, ſive Conſuetudine Nobilium platearum Capuanæ, & Nidi, & de ejus effectu inter taliter contrahentes, & an ſi mater moriatur relicto filio, qui deinde in pupillari ætate deceſſerit, debeat reſtitutio dotium à viro fieri proximioribus ipſius matris, an verò filii, & an habeat locum ſubingreſſio.

Consult. LXII.

De ſalute Civitatis, ad quem ſpectet, deque illa conſervanda quorum officio; & ſumptibus, quave diligentia. Item de pœna delinquentium in deputatione ſanitatis, & an, & quando reſtitutus à Principe, officium, beneficium, aut feudum recuperet, à cujus exercitio fuerat ejectus propter delictum, in illius adminiſtratione patratum, præſertim cùm collatio non ad Principem ſpectet ſed ad alium, multis additis. De requiſitis, & admittendis in judicio ſpolii, atque ſummario, & interdicto unde vi, ad intellectum *tex. in cap. redintegranda 3. q. 1.*

Consult. LXIII.

Conditio matrimonii cum conſenſu alicujus contrahendi, an, & quando valida ſit, ac debeat impleri, ut legatarius, vel hæres excludat ſubſtitutum, & an, & quando verificetur per ingreſſum Monaſterii, profeſſionem, & ſacerdotium, & quid in conditione liberorum, nuptiarum, dotis, ac donationis ante nuptias, an Monaſterium, & quando faciat illam deficere, & an dos dicatur quæ Monialibus datur, cum Monaſteria ingrediantur. Item de exceptione excluſiva intentionis agentis, an per quem & quibus in caſibus opponi poſſit, vel ſecus. De quæſitis per filios familias, & ſolutis per hæredes, an, & quando quærantur patri, & præſumantur ex bonis paternis, vel hæreditariis, multis adjectis de obligatione fideicommiſſarii circa reſtitutionem faciendam, hæredis, & adminiſtratorum in rationibus reddendis, ac de ſequeſtro faciendo per Judices, vel denegando.

Consult. LXIV.

De novi operis nunciatione & ejus effectu, & an, & quando ille, qui habet domum ſupra viam vicinalem, vel publicam, quæ non habet exitum, niſi ad domos privatorum poſſit ſupra proprium murum ponere tectum, quod habeat ſtillicidium in via prædicta, & quæ dicatur via vicinalis, vel publica.

Consult. LXV.

Agitur de pœna exigenda à Bajulis, quanta eſſe debeat, & an poſſit excedere damnum, & quid in locis, ubi viget conſuetudo vivendi per Capitula, an ſint ipſa obſervanda, an verò Regia Pragmatica, & an, & quando Regius Fiſcus, qui vendidit Bajuli juriſdictionem alicui Baroni, teneatur, vel teneri poſſit, de evictione, & an cauſa prædicta ſit remittenda ad Regiam Cameram Summariæ.

Consult. LXVI.

Agitur de immunitate à ſolutione Gabellarum; ſive juris Plateæ, & an producens privilegium confirmans, obtinere debeat ſaltem in poſſeſſorio, ſi non producit privilegium confirmatum, & quid operetur confirmatio, & eo uti poſſit contra alium, qui habet privilegium anterius.

Consult. LXVII.

Agitur de jure tractarum pro frumentis, & aliis victualiis, quæ à Regno extrahuntur. Indulgentia conceſſa omnibus delictis, exceptis tamen delictis officialium in officio commiſſis, an comprehendat delicta commiſſa per Barones.

Consult LXVIII.

An & quando Mercatores debeant conſervari in poſſeſſione immunitatis non ſolvendi gabellas & ex quibus probetur dicta immunitas.

Observ. LXIX.

An & quando adverſus citationem ſuper tenore publici inſtrumenti liquidari petiti, ſervata forma *Ritus Mag. Cur. V.* 166. poſſit procurator citari, audiri, producendo fidem infirmitatis ejus principalis, quando in ea non adeſt dies, vel locus, & quid quando citatus commoratur in diſtrictu, vel ſuburbiis Civitatis.

Argumenta Conſultationum.

Consult. LXX.

Contractus uſurarius ex quibus conjecturis præſumatur, & quomodo probetur, & an, & quando reddat ipſum nullum, & multa ad explicationem *Reg. Prag. 1. & 2. de contract.*

Consult. LXXI.

Teſtamentum primum an, & quando revocetur per ſecundum, & quid ſi teſtator tempore ſecundi teſtamenti non poterit articulatè loqui, ob morbi gravitatem, ſed nutu, & ſignis reſponderet ad interrogationem Notarii, vel alterius, & an legata pia relicta in primo teſtamento debeantur, ſi ſecundum ſit validum, ſed non fuerunt expreſsè revocata, & plura de requiſitis in teſtamento ad revocationem primi, & de clauſula codicillari.

Consult. LXXII.

Legatum factum puellæ, cum conditione nubendi cum perſonis certis, & aliis de familia teſtatoris, an, & quando ſit validum, & quid ſi legetur aliqua pars ejuſdem legati ei, cum quo nubere juſſit, caſu, quo dicta puella matrimonium cum illo contrahere nollet, an, & quando ei quæratur, & quid quando adeſſet inter eos magna inæqualitas, ætatis ſcilicet vel paupertatis, & quid quando ipſa puella erat Monaſterium ingreſſa, licet non profeſſa, & prætenſus ſponſus in habitu Clericali, ita ut matrimonium contrahi non poſſit ſine aliquo dedecore.

Consult. LXXIII.

De aſſecuratione judicii, & quæ requirantur ad hoc, ut quis poſſit cogi ad præſtandum cautionem de judicio ſiſti, vel de judicatum ſolvendo, & an, & quando inſtitor erit nomine proprio obligatus ex geſtis per ipſum, vel alium inſtitorem, & an, & quando Dominus remaneat obligatur ex facto ſui inſtitoris.

Consult. LXXIV.

Agitur de feudo quaternato ſimpliciter, vel mixto, ſeu ſecundum quid, & unde hoc nomen in hoc Regno originem ſumpſit, & an, & quando aſſenſus Regis, qui intervenit in alienatione, dicatur feudum quaternare, ad interpretationem doctrinæ *Andr. de Iſern. in Conſt. Regni*, incipiente, *Si quis Baro*, *& in Capit. qui Cur. vendidit.*

Consult. LXXV.

Filia feudatarii ſuperſtes feudo paterno ſpolianda non eſt prætextu incapacitatis, quia fœmina; ſed vel manutenenda eſt in poſſeſſione, vel in eam immittenda, dum pendet deciſio articuli, an filia ſit capax ſucceſſionis feudi, ſive Dominus feudum poſſideat ſive agnatus, & ab inteſtato, item ſive feudum ſeculare ſit ſive Eccleſiaſticum, ad materiam *Cap. Ex præſumptuosè*, quid circa ſequeſtrandam feudi poſſeſſionem in Regno, mortuo feudatario, quando, & quomodo procedat, explicatur latè. In petitorio autem an, & quando fœmina ſuccedat in feudo, an in eo recipienda ſit, vel latiſſimè tractatur, dilucidata ferè tota conceſſionum formula, & cauſa, cum mediante pecunia, vel pro ſervitiis fiat alicui, *pro ſe, & filiis maſculis, deſcendentibus, hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque* ac *pro ſe, & quibus dederis*, ad finem agnoſcendi proprietatem feudi ejuſque improprietatem, ac admittendi, vel ne fœminas, extraneos, & uxorem in illius ſucceſſione, concurrentibus maſculis, ſive iis deficientibus, & ad excluſionem Domini ſolùm qui quando debeat ex æquitate inveſtire fœminas deſcendentes, quæ ſecundum inveſtituræ formam non eſſent comprehenſæ, illæque conqueri poſſint, niſi inveſtiantur, maſculis deficientibus, ponitur conjecturis aliquot in medium allatis quibus ex mente concedentis fœminæ à feudi ſucceſſione ìncluſæ; vel ſecus videri poſſint

Aſſenſus an, & quando operetur obſtaculi remotionem, vel habeat vim novæ inveſtituræ, & alienatio feudi valeat etiam poſt mortem alienantis, abſque legitimo ſucceſſore, clariſſimè aperitur relatis, ac elucidatis *Conſtitutionibus Pii V. Innoc. IX.* & aliorum Pontificum de prohibitione alienandi, & infeudandi Civitates, Terras, Oppida, & Loca S. R. E. & ex quibus iis derogatum appareat, & an valida ſit revocatio illarum, dato præſertim jurejurando revocantis de illas obſervando, ſi poſtea contraveniat, & an tunc perjurus dici Pontifex poſſit, ſeque ipſum abſolvere, additis multis de Summi Pontificis poteſtate.

FINIS.

ARGUMENTA

ARGUMENTA

OBSERVATIONUM C. A. DE LUCA.

Observ. I.

Matrimonia debent eſſe libera; Et ad honeſtum finem quoad circumſtantias, & appendices ſi non circa ſubſtantiam per Magiſtratus, & Principes temporales valeant fieri prohibitiones, & mandata pœnalia ad adjuvandam libertatem, elucidatur. Sequeſtrationis puellæ praxis; & pœnæ ſpreti mandati. Et ſublata confiſcatione valeat fieri ſequeſtratio. Mulcta à pœna diſtinguitur. Expenduntur *Capiblanc. Reg. Sanfelic. Card. de Luca, D. Franc. Maradei*, & Teſtatricis Peruſinæ diſpoſitionis notabilis expoſitio.

Observ. II.

Portulania duplex. Una maris. Altera Terræ. Utriuſque deſcriptio ab alto deſumitur, & ambæ ſint de Regalibus. Tota quæſtio eſt, utrum portulania maris veniat in generali conceſſione, & per quas clauſulas. Calamum deſuper celeberrimi Scribentes arripuere. Qui nominatim laudantur. At *Conſ. D. Joſeph de Roſa* affluenter ediſſerit, & hunc locum impugnat.

Observ. III.

In Regno cujus generis ſint feuda, celebris eſt deciſio in cauſa ſucceſſionis *Andredochi* in Aprutio, & alio non apparente, ſub qua natura conceſſum intelligatur, ut qui allegat naturam juris Francorum, uti jus ſpeciale teneatur probare juxtà *Montan.* Vel potius an ſit ſpeciale hujus Regni eſſe juris Francorum. Recenſentur loca Regni aliquorum feudorum juris Longobardorum. Commemorantur *R. Latr.* & alij Commilitones per *Conſ. Joſeph de Roſa.* In Lombardia, Alemania, & locis, in quibus viget jus Longobardorum, qualiter dentur juxtà *Bellon.* exceſſivi Comites, & non Semicomites; Explicatur individuitas Dignitatum feudi juris Longobardorum.

Observ. IV.

Teſtis varius an idem ſit, quod contrarius? Num conveniant inter ſe *Bald. & Bart.* Idem in effectu eſſe *Hoſtienſ.* opinatur. De ſtylo teſtis torquendi in criminalibus ad ſciendum, quænam ex depoſitionibus ſit vera. Et an requiratur citatio Partis. Negat *Conſ. Roccus*, qui declaratur. Formulæ decretorum pro tortura exarantur. In conflictu, & contrarietate teſtium cùm ignorent quis veritatem depoſuerit, nùm locus ſit inquiſitioni de falſo. *D. Rodoer.* in facti contingentia pro negativa conſuluit, & per M. C. V. obtinuit.

Observ. V.

Re Eccleſiæ, Fiſci, Minoris, Univerſitatis, & perſonarum privilegiatarum legitimè licitata, utrum melior nova oblatio ſit recipienda. Adjectio in diem, vel ex pacto, vel ex lege, ambæ exemplificantur in ſpecie uberioris oblationis, Reſtitutio adverſus lucrum, & juſtum pretium an locum habeat ex latitudine juſti pretij, & gradibus. Dùm animoſæ licitationes in jure non tolerantur. Recenſentur varia exempla rerum judicatarum ad intellectum *Prag. 71. de offic. Procur. Caſ.* Et latitu do decimæ, vel ſextæ juxtà *Prag.* declaratur. Fiſcus an poſſit renunciare bannimentis cum diſpenſatione? *Afflitt. dec.* 340. quæ circumfertur, an ſubſiſtat?

Observ. VI.

Inſtantia in cauſa nullitatum à ſententia, quantum duret. Diſtinguitur, an excipiendo; An poſtquam ſunt propoſitæ; Vel poſt exequutionem. Locum hunc illuſtrant *Card. de Luca, Conſil. D. Altim. D. Maradei*; Quo remedio agendum ſit poſt exequutam ſententiam nullam, advertit *Card. de Luca.* Quid per ultimam *Pragmaticam* à ſententia Sacri Conſilij. *Pragmaticæ* perpetuum ſilentium imponentes duabus conformibus, an ſint ceremoniales. *Reg. Latro* impugnatur per *Card. de Luca.* Variæ aſſertiones ſuper crimine læſæ Majeſtatis examinantur.

Observ. VII.

Pendente judicio univerſali, an ſilere debeat judicium particulare, ut ſit opus formale judicium præcedat, ſivè ſententia canonizatoria Status univerſalis. Correctio jurium indicata per *Reg. Latr.* diſtinctione evitatur. Exemplificatione rem elucidat *Cardin. de Luca.* Diverſus eſt caſus, quando pendente lite inter petitorem, & poſſeſſorem hæreditatis unus agere velit contra debitores hæreditatis. Et an ſolvens hæredi putativo liberetur. Et de præjudicialitate judiciorum in ordine.

Observ. VIII.

Conceſſio aquarum omni pretio eſt æſtimabilis ob ſuperlativam neceſſitatem, & utilitatem. At materiam non rectè intellectam conqueritur *Borrell.* Fluminum ſpecies dividuntur, & quod ſit de Regalibus. Uſus aquæ fluminis an ſit communis civibus, vel poſſint à Baronibus prohiberi. Aquæ dicuntur ejus, in cujus prædio naſcuntur. Soluto juſto pretio etiam pro bono publico cogendus quis ad conceſſionem. Conceſſio jure ſervitutis ſtrictè accipienda, & facta uni conceſſione an poſſit alteri concedi. Locus hujus Conſultationis elucidatur per *Card. de Luca, Montan. & alios.*

Observ. IX.

In Feudis mixtis hæreditariam, & ſanguinis qualitatem requirentibus conſtanter *Rot. Rom.* tenet non exigi qualitatem hæreditariam reſpectu ultimi. Alio jure vivitur in Regno. Succeſſor in feudalibus an teneatur contribuere in ſolutione onerum hæredi in allodialibus; An hæres in feudis juvetur inventario? Variis linguis Regnicolæ ediſſeruere. Et quæ praxis. Et cum quibus limitationibus, & habetur ſermo in *conſult. ſeq.* Et Feudatarius fungitur vice duorum teſtatorum.

Digitized by Google

Argumenta Obſervationum.

Obſerv. X.

Hæres in uno feudo inſtitutus an teneatur contribuere in ſolutione debitorum hæredi inſtituto in aliis feudalibus & allodialibus bonis; Viriliter *Reg. Latr*, militat pro hærede in feudo particulari, tanquam legatario ex conjecturata voluntate Teſtatoris adverſus hæredem univerſalem. Quid reſpectu creditorum. Contributio an ceſſet inter inſtitutos in patrimonio ſub diverſis Principatibus ſito. Debitor num valeat præjudicare creditoribus. Et quid reſpectu creditorum inter ſe.

Obſerv. XI.

Contractus emptionis, & venditionis de ſui ſubſtantia an requirat ſcripturam, ſi dictum ſit in principio, medio, & fine inſtrumenti? Dubium hoc, an Partes voluerint habere contractum pro perfecto, an ad imperfectionem ſufficiat, vel imperfectionis ſit indicium, & pœnitere liceat. Quid ſi dictum ſit: *Eſſendo l'iſtromento di mia ſodisfazione*. Vel *con li patti, condizioni, cautela, e ſicurezza, che ſaremo d'accordo*, præſertim inter formidoloſos. Reſervatio pactorum an reddat incertam pretij conſtitutionem. Rem elucidat *Rota Rom.* Cum aliis ad materiam revocationis contractus diſtractionis feudi antè aſſenſum, An debeat fieri in ſcriptis, vel intimari.

Obſerv. XII.

Major pars de Platea nobilium in aggregando ad Plateam an poſſit præjudicare minori? *Reg. Latro* conſuluit pro minori parte ad favorem nobilium Civitatis Capuæ, occurrens *deciſ. 2. Praſ. de Franch.* aſſignando inter Sedilia Neapol. & nobiles Capuæ diſcrimen. In ſtricta juris diſputatione, utrum vera ſit opinio, ediſſeritur. Major pars contradicente minore, an validè concludat? Diſtinguitur inter actus neceſſarios, & voluntarios; Et cùm paſſim adſit diſſidium, & actus voluntarius ſit utilis, quæ cautela pro confirmatione. Nobilitatis quis ordo. An ſit nobilius naſci in Civitate, quàm in Caſtris perbellè indagatur. Nobilitatus à Principe an ſit verè nobilis.

Obſerv. XIII.

Hæres beneficiatus an teneatur rationem reddere creditoribus hæreditatis, vel legatariis de fructibus poſt hæreditatem aditam perceptis; Ex profeſſo pro utraque parte deciſiones recenſentur, & opiniones diſtinguentes an reſpectu creditorum, vel legatariorum. Vel adſit hæredis ſcientia debitorum, vel urgentia creditorum adverſus hæredem. Occurrit *Ep. Rocco, Merlin. de pignorib.* declarans *deciſionem Rota Roman.* Hæres beneficiatus an poſſit abjicere à ſe curam vendendi bona hæreditaria, & cogere creditores, ad accipiendum bona in ſolutum.

Obſerv. XIV.

Publicatio, & recitatio omiſſa teſtamenti quando inducat voluntatis defectum, & ſit præparatio ad teſtandum, & res non ſit in termino. Statuitur regula, ingens dubitatio eſt, an ceſſet favor piæ cauſæ omiſſio. Pro negativa conſuluit *Oldrad.* & recenſentur Aſſeclæ. Simile eſt de patre inter filios teſtante. *Marta* refellit *Oldradum*, redarguens eum. Quem celebrat *Card. de Luca* cum ſuo diſcurſu, & quando neceſſaria non ſit publicatio.

Obſerv. XV.

Religioſi profeſſi an poſſint adhiberi teſtes in teſtamentis, ex quo comparentur ſervis; Pro affirmativa *Reg. Latr.* in antecedenti, & præſenti 15. *conſult.* concludit. Requiſita perfectionis inſtrumenti recenſentur ad dignoſcendum, an teſtamentum ſit perfectum, vel imperfectum. Velleitatis à voluntate diſcrimen; An clauſula codicillaris operetur. Num teſtator ſine ſolemnitate valeat efficaciam dare teſtamento. Teſtes qualiter impediant ſucceſſionem ab inteſtato, vel alium hæredem inſtitutum in teſtamento in ſcriptis condito. Rem dotat *D. Marades*.

Obſerv. XVI.

Juris communis differentia à jure Regni circa prohibitionem contrahendi filij familias. Dum conjunctim requiri ut filius efficaciter obligetur, tradit *Reg. Latr.* An ſit verum. Per quod temporis habitationis filij ſeorſum à patre inducatur emancipatio. Diſcrimen maximum inter actus inter vivos ab ultimis voluntatibus additur.

Obſerv. XVII.

Ad legatum relictum puellis de familia pro dote, vel maritagio an concurrere valeat puella nupta, dum cauſa matrimonij videtur extincta per matrimonium ſequutum. *Reg. Latr. conſult.* 17. arguit mentem teſtatoris pro maritatis ex verbis teſtamenti. Status conſultationis totus eſt conjecturalis. Ad favorem nuptæ adverſus innuptam, etiam ſtrictiorem in gradu extendit *Gutier*. Legatum relictum pro dote an debeatur nuptis ſine dote, Si pater in teſtamento mille pro dote legavit, & deindè vivens cum octingentum maritavit, an filia poſſit petere reſiduum. Expenditur *Reg. de Marin.*

Obſerv. XVIII.

Cauſæ intercepti an ſint civiles, vel criminales, dum inter delicta connumeratur fraudati vectigalis crimen. Diſtinguitur, an agatur de commiſſis, & pœnis ob non ſequutam profeſſionem mercium, vel ad criminis vindictam, & ad pœnas corporales à Pragmaticis impoſitas. An abolitione, & indulto tollatur crimen, & quando contra hæredes agatur. Et licitum cum illicito an intercipi valeat.

Obſerv. XIX.

An detur linea obliqua, ut per obliquationem mutentur bona juxtà *Conſuet. Neap. ſi quis, vel ſi qua*. Diſtinguitur jus Canonicum à civili? Expenduntur *Conſil. Provenzal. Reg. Latr. Praſ. de Franch.* & alii. Si quis decedens habeat fratrem utrinque conjunctum uterinum, & conſanguineum qualiter fiat ſucceſſio, & ſuccedat uterinus & non conſanguineus. An attendatur potius cauſa immediata, quàm origo bonorum. An detur linea effectiva matris. Proximior ex parte patris, an ſit nepos Avi materni.

Obſerv. XX.

Perperacuta quæſtio, utrum matrimonio contracto juxta morem Capuani, & Nidi pro reſtitutione dotium ad uxoris hæredes in caſu obitus filiorum pupillari ætate, vel quandocumque abſque liberis ab inteſtato decedentibus, dicatur fa-

ctū

cto caſu ſuccedi filiis, vel matri? *Reg. Latr.* laudat *Reg. de Ponte* adverſus *Praſ. de Franch.* cujus deciſionem tuetur *Conſil. D. Altim.* refellens antilogiam *Conſ. Carleval.* commemorantur *Reg. Galeot.* & *Reg. Rovit.* & recenſentur caſus varij præſentis Conſultationis.

Obſerv. XXI.

Mandati fines ſunt diligenter ſervandi, cùm mandans ſit mandati dominus, & legem rei ſuæ dixerit dando formam mandati, ut etiam quæ præter, aut citra, vel ultrà mandatum irrita ſint. Aſſertio dubia eſſe poteſt, ſi melior fuerit mandantis conditio reddita. Mandatum acceptatum an re integra revocari poſſit, an ex parte mandantis ſolummodò, cùm in gratiam mandantis fiat mandatum, & judicentur ad imparia. Ad favorem mandatarij inclinat *Reg. Latr.* qui declaratur. Mutationis monetæ caſus an ſpectet ad mandantem. *Gaſp. Theſaur.* notat *Marantam.*

Obſerv. XXII.

Libellus, per quem petit quis nullam declarari ſententiam pro ſe latam, an admittatur. Actor an dicatur provocans. Quid ſi poſſeſſor ſit. Controverſa pars territorij ad unam, vel alteram Civitatem, vel Terram pertineat hæc determinatio ad peritos, & Geometras. Vel ad Judicem pertineat. In controverſiis confinium, vel ſituationum ipſa rei evidentia, principaliter attendenda venit, ut minus fallax ſit.

Obſerv. XXIII.

Feudum ex pacto, & providentia deſcribitur, & hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus non eſſe ex pacto, & providentia firmatur rejecto *Card. de Luca.* An primus acquiſitor feudi ex pacto, & providentia poſſit præjudicare vocatis in feudo, utrum poſſit feudatarius diſponere de fructibus feudi, & Regius Aſſenſus ſuper fructibus operetur devoluto feudo.

Obſerv. XXIV.

Legati gravamen impoſitum hæredi infra ſcripto in perpetuum, an tranſgrediatur perſonam hæredis, vel ſit perſonale durante vita hæredis. Et hæredis appellatione veniat hæres hæredis in infinitum in materia etiam ſtricta. Quid in legato alimentorum. Et actio hypothecaria pro legato annuo temporali an competat. *I. C. Petr. Peracin.* penès *Reg. Latr.* cum *Surdo* expenditur. Demum filius an debeat eſſe hæres patris in feudo ex pacto, & providentia novo. Rejecto *Freccia.*

Obſerv. XXV.

Fratres ſecundogeniti an admittantur ad partem pretij impenſi per patrem in emptione feudi novi, dum reperiretur in arca partis pretium, ſi non fuiſſet impenſum ad beneficium etiam ſecundogeniti, vel potiùs contradicat voluntas ejuſdem patris ementis pro ſolo primogenito, & feudum ſit impartibile quoad corpus, & quoad commoditatem, & debeatur ſolum vita militia. Et quid ſenſerit Sacrum Conſilium de collatione, an impropria. Expenditur *Reg. Rovitus.* Valor feudi an attendatur tempore emptionis; vel mortis patris.

Obſerv. XXVI.

Emptor an teneatur ſtare colono ſi adſit generalis hypotheca cum juramento cum pacto de non alienando, vel non contraveniendo. Pactum de non alienando inducatur per clauſulas æquipollentes. Et quæ ſint. Undè idealis hodiè diſpoſitio *text. in l. emptorem, C. locat.* Vendens rem cum pacto de retrovendendo reemens teneatur ſtare locationi.

Obſerv. XXVII.

Jus protomiſeos an locum habeat in feudis mixtis? Nervosè negativam cum aliis tuetur *Reg. Latr.* Affirmant *Aponte*, *Rovit.* & alij. Et attentis rebus judicatis, quæ opinio ſit magis recepta. Quid ante aſſenſum Regium. Quid in feudo novo. *Conſil. Roccus*, cum aliis expenditur.

Obſerv. XXVIII.

Rursùs accipitur calamus de jure protomiſeos, utrum militet in feudo mixto, dum poteſt vendi cum aſſenſu Domini reluctantibus agnatis. Quid in feudo novo, & plano, & de tabula.

Obſerv. XXIX.

Gratia Neapolitanis conceſſa, ut pro ſolutione, vel reſtitutione dotis cenſeatur præſtitus aſſenſus in hypotheca bonorum feudalium, utrum exigat hypothecam expreſſam? plenè ſcripſit *Reg. Latr.* pro negativa. Contrarium in eadem cauſa ſcribens *Brancatio*, & *Amat.* At *Card. de Luca* laudat *Latr.* Ampliationes, & limitationes, quando gratia habeat locum, vel non habeat, recenſentur.

Obſerv. XXX.

Regula generalis in materia compenſationis, ut non detur illiquido ad liquidum, concluſio hæc in abſtracto obſcura exemplificatur in exceptione redditionis rationum, per quam eſt incertum an remaneat quis debitor, vel creditor. Ex quo praxis pro demittenda compenſatione per deductionem bonorum, quæ obvenerunt in creditorem, præſertim ſi ex cauſa criminoſa ſpolij, vel expilationis hæreditatis. An ſit neceſsè, ut creditum ſuperventum ſit exequutivum, vel ſufficiat, ſit experibile in judicio ordinario.

Obſerv. XXXI.

Hæres cum inventario in ſolidum obligatus pro debito defuncti, utrum juvetur inventario cùm hæres beneficiatus juvetur inventario, ne teneatur in ſolidum, & nihilominùs obligatur in ſolidum, præſertim ſi obligat bona ſua præſentia, & futura, *Reg. Latr.* reſpondet contra hæredem. At articulus contra ſuam conſultationem hodiè paſſim deciditur. Quid ſi obligatio contineret dilationem, & proprium hæredis commodum.

Obſerv. XXXII.

Teſtatore ordinante perpetuum, & ſucceſſivum fideicommiſſum pro hæredibus, & ſucceſſoribus ſubſtituti cum prohibitione alienationis, ut bona conſerventur in eis in perpetuum, an valeat fideicommiſſum, vel ſit nudum. Articulus per *Reg. Latr. in Conſult.* 33. *& Reg. Rovit.* elaboratus, expenduntur *Conſ. Joſeph. de Roſa Card. de Luca*, & alij. An hæredes teneantur ad debita ſubſtituti: cum aliis attinentibus ad locum præſentem.

Obſerv. XXXIII.

Theſaurarius Regius, vel Perceptor fugam ac-

cipientes cum pecunia Regalis Patrimonij, ex crimine peculatus, qua pœna puniantur. Peculatus an ſit gravius furto, & diminuta pœna furti, ſit diminuta pœna peculatus. Et an officium poſſit applicari Regio Fiſco juxtà aſſertionem *R. Larr.* Et an delictum patris poſſit nocere filio nominato.

Obſerv. XXXIV.

Materia criminum, quæ patrari poſſunt per Perceptores, aliosque ſimiles Officiales pecuniam Fiſcalem adminiſtrantes abundans eſt, & ex ea novæ pullulant controverſiæ, de quibus *Reg. Latr.* in hac *Conſul.* 34. Corollaria ſpecies in Arrendatoribus, ad quos pecunia Fiſcalis pervenit an verè ſubjaceant legibus, quæ loquuntur de Perceptoribus nullum uſum habentibus pecuniæ Fiſcalis? Et an Fiſcus condicat à creditoribus ſui debitoris non exiſtentis ſolvendo pecunias ſolutas, etiam quod bona fide conſumpſerint. Et quid quando ipſa pecunia Fiſcalis eſt ſoluta? Subnectuntur *DD.* remiſſivè ad ornatum *cit. Conſult.* 34. *Reg. Latro.*

Obſerv. XXXV.

Contractus, continens ſolum læſionem intra dimidiam, an ſit nullus, quando intervenit dolus, & quomodo probetur. *Reg. Latro* nuncupatim impugnatur per *Andreolum.* Contractus continens læſionem longè ultra dimidiam eſt nullus; nec tunc opus eſt uti remedio reſciſſionis, aut reſtitutus in integrum, ſed nullitatis. Diſtinguitur dolus incidens à dolo dante cauſam contractui per *Ayllon. in addit. ad Gomez.* In dote an ſufficiat læſio intrà dimidiam. Et quid in minore utrum reſtituatur adverſus tranſactionem, etiam ex quacumque lævi læſione, & intrà dimidiam? Laudatur *Hermoſilla*: cum aliis ad ornatum hujus *Conſult.* 35. *Reg. Latro.*

Obſerv. XXXVI.

Solutio ſalarij officij, ſtipendiorum, ac penſionis annuæ, an, & quando denegari poſſit ſtipendiario emerito, aut *intertenito. Reg. Latro in hac Conſult.* 36. diſtinctè; & magiſtraliter ediſſerit in terminis juris communis, Conſuetudinem Feudalium, & Juris Regni ad germanum intellectum Literarum S. C. M. Ann. 1590. Refertur Praxis Reg. Cameræ. Enumerantur corollarij caſus militis carcerati, infirmi, deſertoris, & capti ab hoſtibus, an quoque his caſibus ſit præſtandum ſalarium. Laudatur *Conſil. Rocc. in tractat. de officiis*; Et num Officiali, qui abſque ſua culpa, & contumacia poſſeſſionem officij non fuit adeptus, debeatur ſalarium. Adducitur *Noguerol.* qui laudat ex Regnicolis *Reg. de Ponte*, & *Praeſ. de Franch.*

Obſerv. XXXVII.

Oblatio verbalis, vel realis, quando ſit neceſſaria ad effectum, ut mora non contrahatur. *Leotardus in tract. de uſur.* exornat præſentem *Conſult.* 37. *Reg. Latro.* Oblatio verbalis ut excuſet à mora, quæ copulativè requirantur. Oblatio ſola an ſufficiat, ut uſuræ pretij non debeantur ab emptore. Potentia oblationis, præſertim judicialis, in mora contrahenda, ſecùs in contracta juxtà diſtinctionem *Antonij Fabr. in Cod.* Refertur caſus noviter controverſus in S. C. Depoſitum factum in manus publici Mercatoris, præſertim in locis, in quibus non reperitur commoditas publicorum Bancorum, an ſufficiat. Oblatio ſola prodeſt debitori non habenti, cui legitimè ſolvat. Mora modici temporis num attendenda, præcipuè quando creditoris jus non ſit factum deterius; & debitor promptus ſit ſubire expenſas, & intereſſe, caſu quo fecerit depoſitum, vel oblationem; ſed cum aliquali mora, & non in prætenſo loco deſtinatæ ſolutionis. Maritus, qui ex parte ſua non adimplevit in renunciationibus faciendis, vel ſimilibus, an poſſit petere inter-uſuria dotalia: Author remittit ſe ad tradita *in cap.* 443. *Gratian.*

Obſerv. XXXVIII.

Periculoſa eſt materia, de qua *Reg. Latro in hac Conſultat.* 38. ubi ad examen revocatur Principalis authoritas; Agitur enim, an conceſſio facta per pecuniam, vel benemerita poſſit à Principe concedente, vel ejus ſucceſſore revocari. Pro facultate revocandi, communiter ſolet allegari *textus in l. Titius, ff. de obſequ. parent. & patron. praeſtand.* ſed malè juxtà ſubtiliſſimam interpretationem *D. Chriſtophori Creſpi de Valdaura*, qui perpenſis verbis citati *textus*, affert verba alterius *textus in l.* 4. §. 1. *ff. de manumiſſ.* & carpit ex Regnicolis *Reg. Capycium Galeot.* Laudatur eruditiſſimus *Dionyſius Gothofredus.* Ab alio reſumitur controverſia noviter relatis tribus opinionibus; Quarum prima indiſtinctè negat Principi legitimam facultatem revocandi; Secunda adhuc negat, ſi tamen pecunia, vel merita æquivaleant conceſſioni; ſecùs verò ſi non æquivaleant. Poſtrema verò opinio remittit negotium arbitrio Judicum, variè definiendum ex perſonis, & contingentiis cauſarum. Pro firmitate conceſſionis ſtrenuè pugnant ex Ultramontanis *Reinoldus Curicke*, & *Henricus Hurbertonius*, qui ad ornatum adducuntur.

Obſerv. XXXIX.

Baroni, an, & quando liceat conſtruere novum molendinum in ſuo territorio, non obſtante oppoſitione alterius Baronis vicini antiquius molendinum habentis? Exornatur *Conſult.* 39. *Reg. Latr.* copioſa *controv.* 462. *Nigr. Cyriac.* Jura negativa, & prohibitoria præſcribuntur, præcedente tamen prohibitione cum acquieſcentia Adverſarij; Ideò ſola antiquitas molendini, etiam per mille annos nequit ſuffragari, nè novum molendinum conſtruatur, juxtà *Reg. Latr.* & *D. Pecchium tractat. de aquaduct.*

Obſerv. XL.

Conductoribus gabellarum num competat remiſſio mercedis ex cauſa peſtis, belli, aliorumque ſimilium infortuniorum, & caſuum fortuitorum? *Conſultatio* 40. *Reg. Latr.* extollitur à præclariſſimis Recentioribus, inter quos *Card. de Luca*, *Epiſcop. D. Rocca*, & *D. Leonardus Guttierez.* Quomodò ponderandum damnum paſſum in præſenti quæſtione. Et quid ſi conductores renunciaverint hujuſmodi caſibus, & infortuniis. Plures caſus curioſi pro ornatu materiæ adducuntur per *D. Aloyſium Manſi.* Fructus ſi fuerint adeò abundantes, atque ex abundantia eorum pretium adeò viluerit ut non fuerint ſufficientes conductori pro penſione ſolvenda, an hoc caſu intret remiſſio mercedis. Quæſtio originaliter excitata à *Jo. de Imola.* Similis controverſia in emphyteuta an teneatur ad integrum canonem, vel potius excuſandus ob caſum fortuitum incendij emanati ex prodigioſa eruptione Montis Veſuvii; Et quid dicendum cùm penſio debita per emphyteutam ſit ingens, non verò modica reſpectu fructuum? Tranſcribitur eruditiſſimum Reſponſum elucubratum per *Reg. D. Januarium Andream*: cum aliis ad ornatum materiæ.

Obſerv. XLI.

Exactio pedagij ſi ſiat in aliquo flumine ex cauſa ſcaphæ in eo exiſtentis, in quo deindè ſit pons, an

an eadem exactio poſſit fieri in ponte, ſicut fiebat in ſcapha? Diſtinguit *D. Ageta* explicans *Reg. Latr. in hac conſult.* 41. *& Conſ. Rocc. reſponſ.* 94. *lib.* 1. in eodem articulo ſcribentes. Si quis nolit tranſire per pontem, ſed natando, vel per vadum fluminis, an adhuc ad pedagij ſolutionem teneatur? Affirmat *Reg. Latr.* Sed Regia Camera noluit articulum decidere, niſi ubi eſſet probatum ſolitum, vel non ſolitum exigi. Senſus *Ansberis*, ut quæſtio ſit indiſtinctè decidenda contra exactores pedagiorum: qua occaſione meritis laudibus celebratur *Dom. Reg. Conſil. Franciſcus Andreas* Regalis Patrimonij Advocatus præſtantiſſimus.

Obſerv. XLII.

Literas cambij acceptans, an, & quando ſolvere ſit obligatus, non obſtante morte, vel decoctione mandantis? *D. Aloyſius Manſi, D. Sac. Rot. Rom. Auditor Anſaldus, Epiſcopus D. Rocca, & Author in obſerv.* 303. *Praſ. de Franch.* laudant *Conſult.* 42. *Reg. Latr.* Proximus decoctioni quis dicatur? Acceptans ignorando antecedentem decoctionem Scribentis ſolvere non eſt obligatus juxtà veriorem, & æquiorem ſententiam. Sumitur argumentum à caſu ſponſionis, quæ non obſtat aſſecuratori navis jam naufragium paſſæ; Explanatur, & conciliatur contraria ſententia.

Obſerv. XLIII.

Regentes Regiam Cancellariam, & Collateralis Conſilij, an, & quando præcedant alios de Collaterali Conſilio non togatos. Regens pro Supremo Italiæ electus, qui ante diſceſſum obtinuit poſſeſſionem muneris Regentis in Regio Collaterali Regni hujus, quando poſteà revertitur, an præcedat Regentem poſt ſupra dictam poſſeſſionem adeptam, ad idem munus aſſumptum? Controverſia fuit acerrime exagitata inter Spectabiles Regentes D. Jacobum Capycium Galeota, pro quo ſcripſit inſignis Advocatus D. Marcus Aurelius Mattei Baro Terræ Tini, & D. Franciſcum Antonium Muſcettulam ſub patrocinio Conſil. Prati. Et adducitur deciſio præfatæ controverſiæ *Conſil. Roccus in tract. de Officiis*, pleno calamo ediſſerit ſuper præſenti *Conſult.* 43. *Reg. Latr.* Cum alis ad materiam pertinentibus.

Obſerv. XLIV.

Bona an in dubio cenſeantur mariti, vel uxoris, & cui incumbat onus hoc probandi, uxori ne, aut hæredibus mariti talia bona petentibus? Adducuntur *Doctores* explicantes *Text. in l. Quintus Mutius, ff. de donat. inter vir. & uxor.* & inter hos *Tiberius Decianus in eleganti reſponſ.* 47. *lib.* 2. quod reſumitur. Uxor defuncto viro ſuperſtitibus liberis communibus ſi tranſivit ad ſecunda vota, an amittat proprietatem rei ſtabilis per primum virum emptæ nomine ipſius uxoris aſſerentem pecuniam illius; dum pretium præſumitur de pecunia viri ſolutum, & per mortem confirmatur donatio inducta per emptionem. Quid ſi adeſſent præſumptiones pro uxore bona extradotalia habente; Vel de nobiliſſima familia. *Conſultatio* 44. *Reg. Latr.* noviſſimè expenditur per *Authorem in Metamorphoſ. honor. legal. ex binubnt. qu.* 135. Concubina an præſumatur acquiſiviſſe ex bonis amaſij ad evitandum turpem quæſtum cum aliis.

Obſerv. XLV.

Minori fidejubenti an ſit concedendum beneficium reſtitutionis in integrum adverſus fidejuſſionem? Quæſtio utilis magiſtraliter examinata per *Reg. Latro in præſenti Conſult.* 45. Læſio minoris an ſatis probata dicatur ex ipſamet fidejuſſione abſque alia probatione? Recenſentur *Moretus*, & alij adducti per *Authorem in animadverſ. ad cap.* 513. *Gratian*; Quid in fidejuſſione juramento vallata, num juramentum faciat majorem de minore, & auferat reſtitutionis remedium? Communior opinio pro minore expenditur cum verbis *Antonij Fabri*. Praxis Cataloniæ traditur ex *Peguer. & Fontanell.* Tranſcribuntur verba *D. Cala in Tract. de reſtit. in integr. minorib. quandoque denegand.* ubi quid dicendum, ſi minor poſſet à principali debitore ſervari indemnis. Affertur diſtinctio inter modicum, & maximum damnum ex fidejuſſione. Minor ſi taceat per quinquennium major factus, an ratificare cenſeatur contractum læſivum. Optima conſideratio, quod duplex juramentum requiratur ad convalidandam fidejuſſionem minoris; unum nempè ad convalidandam fidejuſſionem, ex *c. cum contingat, de jur. jur.* aliud ratione minoris ætatis ad excludendam reſtitutionem in integrum contra fidejuſſionem, ex *Auth. Sacramenta puberum, C. ſi adverſ. vendit.* Secùs quæſtio præſens nullatenùs procedere poteſt juxta ſenſum *Negueroli alleg.* 34. qui laudatur.

Obſerv. XLVI.

Donatio contemplatione certi matrimonij nùm poſſit per donatarium retrocedi, aut alitèr in ea paciſci? *Reg. Latr.* ſtat pro nullitate retroceſſionis, & pactionum contra ea, quæ promittuntur in capitulis matrimonialibus. Arguitur in contrarium per *Authorem in obſervat.* 205. *Præſ. de Franch.* pro validitate ſcilicet retroceſſionis, à poteſtate obligandi bona donata, ex *Ann. Reg. de Ponte, & Rot. Rom.* Item ex validitate retroceſſionis fructuum. Validam hujuſmodi retroceſſionem probat *Conſil. Dexart dec. Sardin.* cujus non meminit *Conſil. Prat.* Filij in dicta donatione nùm veniant uti patris hæredes? *Author* remittit ſe ad tradita in *meliorat. Reg. de Marin. Epiſc. D. Roccu* laudat *Reg. Latr.* & alij recentiores adducuntur. Expenditur cum *Reg. Latr. text. in vulgat. leg. cum à matre, C. de rei vindicat.* ut hæres poſſit venire contra factum à defuncto, Lege prohibente. Commendatur notabilis *deciſio Senatus Valentin* apud *Hieron. de Leon. lib.* 1. *dec.* 69. quod impugnans diſpoſitionem factam in fraudem Legis non incurrat pœnam privationis hæreditatis à teſtatore adjectam caſu, quo impugnaretur. Et num hæres impugnet factum defuncti in feudo hæreditario, ſi factum fuerit in fraudem? Et cumulantur DD. remiſſivè ad intellectum alterius *textus in vulg. l. Procula, ff. de probat.* citati per *Reg. Latr.* quem refert *Author in meliorat.* 75. *lib.* 1. *reſol. jur. Reg. de Marin.* Pro germana intelligentia *text. in cit. l. Procula*, extollitur debitis laudibus *Jacobus Cujacius ad lib.* 20. *Quæſt. Papinian.* Et quæ requirantur pro diſpoſitione ejuſdem *l. Procula. Cæſar Carena* ait non requiri ſanguinis conjunctionem.

Obſerv. XLVII.

De judicio ſpolij plenè agitur in hac *Conſult.* 47. *Reg. Latr.* Spoliatus authoritate Principis ante omnia

Argumenta Obſervationum.

omnia eſt reſtituendus, quando ſpoliatio evenit cauſa non cognita; & etiam Judex; ſi nulliter, & injuſtè proceſſerit, adhuc dicitur ſpoliare. Quæ ſunt probanda in judicio ſpolij. Et cum *Mangil. in Tract. de ſubhaſtat.* diſtinguitur, quando quis agat ex perſona propria, vel defuncti ſpoliati. Rem enucleant *Conſil. Staib. & Author in animadverſ. ad cap.* 173. *Gratian.* Agitur etiam de poteſtate Pro-regis, an ſcilicèt poſſit ad nutum, ſine cauſa, & cauſæ cognitione Officiales removere ab officio? Opinio affirmativa pluribus rationibus firmatur per *Reg. Latr.* qui taxatur à *Conſil. Staib.* & noviſſime *D. Staibanum* ſequi videtur *D. Ageta in annot. ad dec. Reg. Moles.* Approbatur tamen *Reg. Latro* per *Conſil. Rocc. in Tract. de Offic.* Adducitur locus *Horatij Montani in Tract. de Regal. offic.* diſtinguentis inter poteſtatem Regis, & Pro-Regis; Et *D. Chriſtophor. Creſp. de Valdaur.* ſimiliter agens de revocatione officiorum, quæ ad beneplacitum, vel durante nutu, & libera voluntate conceduntur, ſtatuit plures concluſiones. *Author* in ſenſu veritatis pugnat pro opinione *Reg. Latr.* adverſus illos Officiales, qui nullis ſuffragantibus propriis meritis, ſed per pecuniam, interceſſiones, & per ſordes ad Magiſtratum fuerunt electi, ut iſti ſint privandi, & indiſtinctè ab officiis ejiciendi. Et commendatur *Reg. de Ponte in Tractat. de poteſt. Pro-Reg.* aiens, nedùm privandos tales Officiales, ſed etiam acriter eſſe puniendos, etiam ad aliorum exemplum, ut peſtis hæc omninò deleatur, radix, & cauſa omnium malorum. *Author* execratur venditiones officiorum concernentium adminiſtrationem juſtitiæ, eorumque venditores, & emptores. E' converſo ſtabilitur per *Authorem* concluſio favore illorum, qui propriis ſudoribus, & vigiliis, & notoriis meritis aſſumpti fuerunt ad Magiſtratum, & ideò per ora omnium commendati, ut tales Officiales ad juſtitiam miniſtrandam, quamvis *ad Beneplacitum* conſtituti, abſque tamen urgentiſſima, & legitima cauſa, indiſtinctè nequeant removeri. *Arcadius, & Honorius Imperatores* ambitui, & nundinationi Officiorum obviam ivere, ut obſervat eruditiſſimus *Jacob. Gothofred. in Commentar. ad C. Theodoſ. ex loco Claudiani.* Laudatur zelus *Excellentiſſimi Principis Dom. D. Ludovici de la Zerda y Aragon* pro Catholica Majeſtate in hoc Regno integerrimi, & vigilantiſſimi Pro-Regis, qui compreſſo, & penitùs extirpato ambientium concurſu, ad Magiſtratum promovit, & quotidiè promovere ſtudet viros doctiſſimos ex nobiliſſimo cœtu Advocatorum, inter quos omnium plauſu electi fuerunt Regij Conſiliarij *DD. Petrus Fuſcus, & Flavius Gurgus* Advocati celeberrimi. Alia de poteſtate Pro-Regis circà Spectabiles Regentes ſubnectuntur per *Regentem Sanfelic.* in differentia *Jo. Alonſi Suarez cum Excell. Pro-Rege Comite de Lemos.* Et quod Pro-Rex in hoc Regno repræſentet perſonam potentiſſimi noſtri Monarchæ, cum aliis prærogativis celebratis per *Authorem in Tractat. de pluralit.* recenſentem hanc *Conſult. Reg. Latr.* Denique reſumitur Quæſtio, an tempus recipiat functionem alterius temporis. *Reg. Latr.* comprobat *deciſ.* 419. *Præſ. de Franch.* ubi *Author in obſerv.* meminit hujus *Conſult. Reg. Latr.* cum aliis.

Obſerv. XLVIII

In conceſſione facta Baroniæ ad Regem devolutæ, an comprehendatur Caſale, quod prius alteri erat conceſſum in ſubfeudum quoad juriſdictionem civilem, ita ut neque cenſeatur conceſſa juriſdictio criminalis, neque juriſdictio primarum, & ſecundarum cauſarum civilium, & criminalium in dicto Caſali? Feudum ſitum intra diſtrictum alterius feudi, ſi aperiatur domino, & dominus deindè concedat feudum, intra cujus diſtrictum erat cum clauſula, *Cum juribus, & pertinentiis ſuis* num tranſeat illud feudum in conceſſionarium? Ad ornatum *Conſult.* 48. *Reg. Latr.* adducitur affinis quæſtio enucleata per doctiſſimum *Dom. Maradei ſuper Pragmat.* Juriſdictiones ſecundarum cauſarum non veniunt in generali conceſſione, etiam conceſſa juriſdictione, *Cum mero, mixtoque imperio, aliiſque pertinentiis.* Cauſa liquidationis inſtrumenti num ſit civilis, vel potiùs criminalis dijudicanda? Affertur *Reg. de Marin. in obſ. ad Reverter.* Liber Feudalis, in quo introitus ad feudum pertinentes deſcribuntur, quam fidem faciat; Et totum reſidere in arbitrio Judicis juxtà opinionem inſignis Feudorum Interpretis *Franciſci de Amicis.*

Obſerv. XLIX.

Fidejuſſor an, & quandò liberetur ob mortem, vel aliam mutationem ſtatus principalis debitoris; & mutatio evenerit ob factum Judicis, vel creditoris, vel ipſiuſmet debitoris, per fugam, ſuſceptionem Clericatus, vel alitèr. Tranſcribuntur verba *Card. de Luca* extollentis præſentem *Conſult.* 49. *Reg. Latr.* Quam Conſultationem quoque expendit nuncupatim *Author in meliorat.* 134. *lib.* 1. *Reg. de Marin.* cum aliis.

Obſerv. L.

Nobilitas ad examen vocatur in hac *Conſult.* 50. *Reg. Latr.* Pleniſſimè agitur, an, & quomodò probetur nobilitas Familiæ; Inſuper de identitate, vel diverſitàte familiæ. Illuſtrat materiam *Franciſcus de Petris* pleniſſimè ediſſerens *in ſuis conſiliis*; Adducitur locus *Authoris in Tractat. de linea legal.* Incolatus in loco Baronali an præjudicet nobilitati familiæ. *Ælius Marckeſius* carpit nobiliſſimam *Familiam Paganorum* ex incolatu in loco Baronali; Eadem tamen vindicatur per *Borrell.* Et *Card. de Luca* juridicè, & hiſtoricè ex profeſſo reſumit quæſtionem, & acritèr contendit incolatum in loco Baronali nullatenùs præjudicium inferre nobilitati. *D. Reg. Petr.* expendit Literas S. C. M. in cauſis admiſſionis, & reintegrationis ad Sedilia. Cum aliis.

Obſerv. LI.

Reſumitur *Conſultatio* 51. *Reg. Latro*, de excuſationibus Tutorum, & Curatorum; Et an avo, qui à tutela nepotis ex filia ſe excuſavit, pupillo iterùm tutore carente, poſſit ipſo inſtante, & volente iterùm tutela deferri non obſtante excuſatione? Exornatur *Conſultatio* traditis per *Conſil. Fab. de Anna, Antonin. de Amat. & Conſil. Arias de Meſa.* Affines quæſtiones tanguntur de tutore, qui propoſuit legitimam cauſam excuſationis, an poſtmodum poſſit excuſationi renunciare; Et de matre, quæ tanquàm ſecundò nuptura depoſuit tutelam, ſi poſtmodum mutato conſilio non nubat, & cupiat reaſſumere tutelam, an valeat reaſſumere tutelam. Renunciatio tutelæ quid operetur, & quomodò ad praxim reducenda? Pleniſſimè diſcutitur, an mulieres, extrà matrem, & aviam, poſſint aliquandò relinqui tutrices: Adducuntur cautelæ neceſſariæ, inter quas commendatur cautela tradita per doctiſſimum *Jacobum Menochium.* Praxis à cautis Advocatis ſervanda quandò mulieres extrà matrem, & aviam reperiantur relictæ tutrices,

trices,

trices, & baliæ. *Conſil. Marcellus Marcianus* egregiè diſcurrit etiam in terminis Baliatus; Et quod mulieres, licèt qualitate inſignes, cùm non ſint mater, & avia, ad tutelam, & Baliatum admitti non poſſunt ſine expreſſa licentia Principis, per *text. in l. final. ff. de tut.* Mater, & avia quando jam agnoverunt tutelam, an poſſint poſtmodum illam reſpuere, & renunciare? Et quando tutelam delatam acceptare intendunt, intrà quantum tempus id à Judice petere debeant? Ætas annorum 70. completorum excuſat à munere tutelæ; & ad ornatum *Conſult.* 51. *Reg. Latro* tranſcribuntur verba eruditiſſimi *D. Jo. à Sande in deciſ. Friſiæ*; Et indiſtinctè à quibuscunque muneribus perſonalibus ætas 70. annorum excuſat juxtà praxim Regiæ Cameræ, quæ conſtabilitur. Cum aliis notabilibus.

Obſerv. LII.

Diſcutitur pleniſſimè famigerata quæſtio, de qua *Reg. Latro* in hac *Conſult.* 52. An ſcilicèt ſententia ſuper bonis fideicommiſſi, vel majoratus lata ſucceſſoribus non citatis præjudicet? Adducuntur varii caſus de ſententia lata contra Prælatum, vel contra emphyteutam; item de quietatione bona fide facta inter gravatos; de calculo inito cum gravato; & de aliis. Traditur praxis, quæ confirmatur noviſſimis deciſionibus, & ratione adducta per *Authorem in obſ.* 702. *Praſ. de Franch.* Agitur quoque de diſpoſitione *Pragm.* 1. *de privileg. infr. ann. exhibend.* utrum ſcilicèt privilegij præſentatio fieri poſſit elapſo anno; Et an Princeps poſſit diſpenſare quando orietur tertij præjudicium. Tranſcribuntur verba *Reg. D. Raphaelis de Viloſa* nuncupatim laudantis *Reg. Latr.* in hac *Conſult.* 52. cum deciſione de anno 1673. *Reg. de Philipp.* firmat Pro-Reges non poſſe diſpenſare privilegiorum exhibitioni, ſeu intermationi intrà annum faciendæ vigore *ſupr. cit. Pragmat.* Quodnam decretum ſit interponendum pendente lite introducta ad impediendum *Regium Exequatur.* Cumulatur meritis laudibus *D. Franciſcus Maradei in ſingular. ſuper Pragmatic. Author* pro materia aſſenſus impetrandi poſt mortem remittit ſe ad ſcripta in *melior. Reg. de Marin. & in Tractat. de Aſſenſ.* ubi meminit præſentis *Conſult.* 52. *Reg. Latro.* Cum aliis.

Obſerv. LIII.

Fidejuſſor, an, & quando mutato ſtatu principalis debitoris teneatur ad debiti ſolutionem? *Conſultatio* 53. *Reg. Latro* expenditur per R. *de Marin.* cujus verba tranſcribuntur. Caſus ſingugularis propoſitus per *Thor. in Cod. rer. judicatar.* An ſcilicèt fidejuſſor ſit liberatus per præſentationem debitoris, non quidem in carceribus, ſed in Curia, & coram Officialibus, qui poſtmodum aſſignaverunt Cameram Curiæ pro carcere. Alia poſita per *Authorem in obſervat. ad conſult.* 49. *Reg. Latro*; & in *meliorat.* Reg. *de Marin. & alibi.*

Obſerv. LIV.

Quæſtiones proponuntur, quarum ſingulæ *tractatu* indigerent. De S. C. Velleiani beneficio; an mulier ſe obligans ex cauſa dotis, vel antephati, vel donationis propter nuptias factæ à filio, vel nepote ſuæ uxori, juvetur Velleiano; Et an in donatione contemplatione matrimonij facta à matre ad favorem filij de parte dotis? Explicantur *text. in l. ſi dotare, l. final. & Auth. ſi qua mulier, C. ad S. C. Velleian.* Quodnam tempus attendendum muliere allegante S. C. Velleiani beneficium? Et de rerum qualitate probanda allegato Velleiano. De renunciatione facta beneficio S. C. Velleiani in privata ſcriptura contrà formam à *Juſtiniano* præſcriptam in *l. antiqua.* 23. *C. ad S. C. Velleian.* Laudatur eruditiſſimus *D. Jo: à Sande in dec. Friſiæ.* Caſus etiam diſputatus in S.C. teſte *Reg. de Marinis*, ſed non deciſus. Et quid judicandum, ſi renunciationi Velleiani factæ in Albarano, ſeù alia quavis privata ſcriptura contrà formam *cit. text. in l. antiqua*, præceſſerit Regia diſpenſatio, an ſcilicet hæc diſpenſatio tollat quoque obſtaculum nullitatis ob omiſſionem formæ in *cit. l. antiqua*? Et negativè concluditur cum diſtinctione caſuum, adducta etiam *cautela* ſervanda à perito Advocato in terminis ejuſdem *text. in cit. l. antiqua*, Renunciatio generalis S. C. Velleiani non includit renunciationem *text. in d. l. antiqua.* Efficacia Regiæ diſpenſationis pro Velleiano, an vires porrigat ad auferendum obſtaculum metus mulieri illati? Et agitur quoque de metu concurrente cum Velleiani beneficio. Metus reverentialis ſolus, an ſufficiat ad invalidandum actum? *Reg. Latr. in hac conſult.* 54. adducitur per *Conſ. D. Altimar.* in noviſſimo, & aureo *Tractat. de nullit. contract.* Metus reverentialis, tanquàm probatio præſumpta, alia probatione non indiget juxtà doctiſſimum *D. Maradei in prax.* cujus verba tranſcribuntur. Metus reverentialis quando dicatur inductus. Inſtrumenti executivi rigor, an impediatur, vel retardetur propoſita exceptione metus. Ad ornatum *Conſultationis* adducuntur plures caſus notabiles circà exceptionem *non implementi. Correſpectivorum* regula, & natura *remiſſivè* traditur, laudato *Conſ. D. Altimar.* De irrevocabilitate donationum contemplatione matrimonij. Illuſtratur *Conſultatio* doctrina *Jacobi Cujacij.* Et denique proponitur materia *text. in l. Quintus Mutius, ff. de donat. inter vir. & uxor.* cujus principaliores fallentiæ panduntur; Et an præſumptio *l. Quintus Mutius* poſſit à quocumque allegari; Et num tempus acquiſitionis præcisè ſit probandum in terminis *l. Quintus Mutius*? Referuntur *Anton. Merend. Urceol. Actolin.* aliique moderni. Cum aliis.

Obſerv. LV.

Cauſa plures contingens, an coram uno, & eodem Judice terminanda, an ſeparatim? Continentia cauſæ, an, & quandò dividi valeat, tàm in civilibus, quàm in criminalibus inter plures diverſi fori? *D. Octavius Caracciolus Siculus* fusè ediſſerit adductis ampliationibus, & limitationibus. Notabilis limitatio eſt, ut continentia cauſæ non ſit attendenda in privilegiato cum clauſula abdicativa. Prout in privilegiis pro juriſdictione abdicativa conceſſis Curiæ Magni Admirati, & Delegationi Officij Curſoris major hujus Regni; Et quid in militibus committentibus delicta junctim cum aliis non militibus, an milites remittendi ſint ad Judicem militarem; Refertur *D. Cala Tractat. de præminent. M. C.* Et quid ſi inter plures inquiſitos, & carceratos in M. C. adſit aliquis Vaſſallus Baronis, an ſit locus remiſſioni ad Curiam Baronis reſpectu Vaſſalli? Negat *Gizzius* nuncupatim laudans *Reg. Latr. in hac Conſultat.* 55. Tranſcribuntur verba *Modeſtini Paſtoris* ad ornatum hujus *Conſult.* Singularis Quæſtio excitatur, & reſolvitur per *Fermoſin.* an ſcilicèt continentia

tinentiâ cauſæ ſit attendenda in terminis Clerici habentis diverſa feuda à diverſis Principibus, ſtante ratione dubitandi adducta ab eodem, *Fermoſin.* Cauſa de una, eademque re commiſſa duobus Senatoribus apud illum relinquitur, cui prius commiſſa reperitur: Et rationes. Explicantur *tex. in l. nulli, C. de judic. & in l. 1. ff. de quib. reb. ad eund. Judic. eatur Gonzalez, Fermoſin. & Author in obſ. ad deciſ. 426. Præſ. de Franch.* tractant materiam continentiæ cauſæ. Cum aliis.

Observ. LVI.

Creditores cum aſſenſu præferuntur creditoribus anterioribus aſſenſum non habentibus ſuper depoſito pecuniæ perventæ ex venditiona feudi, & ſi pecunia fuerit liberata cum cautione, erit locus avocationi, nulla facta excuſſione ſuper bonis communis debitoris exiſtentis ſolvendo, Rejiciuntur recentiores contrarium ſentientes, tamquam non jure loquentes. Creditor abſque aſſenſu poteſt immitti ſuper commoditate percipiendi fructus feudales. Examinatur articulus; num ceſſio hypothecæ ſuper feudo requirat aſſenſum, ad cujus reſolutionem adducitur celebre Reſponſum *D. Conſil. Flavij Gurgo* ad interpretationem Gratiæ anni 1586. de qua in *Pragm. 27. de feudis.*

Observ. LVII.

Conſultatio 57. *Reg. Latro* illuſtratur ex celebri *reſponſo Regij Conſiliarij D. Franciſci Andrea* per quem nedum laudatur *Reg. Latro*, ſed in medium afferuntur plures articuli ad excuſandum hæredem non conficientem Inventarium, & præcipuè quando adſit certitudo bonorum hæreditariorum, vel quandò creditores ſciverint bona ex ſequeſtro, annotatione, vel appretio facto ordine Judicis. Proteſtatio facta per hæredem, vel Tutorem coram Judice de bonis remanſis in hæreditate, an habeatur loco Inventarij; & in materia ſolemnitatis Inventarij; an attendatur Conſuetudo, etiam quod ſit contra Jus. Mulier num Jure, & Conſuetudine hujus Regni reſtituatur nedum adverſus ſolemnitates omiſſas, verùm etiam adverſus nullum Inventarium confectum; & affertur deciſio S. R. C. quæ prodiit Junctis Aulis ſecundum allegata teſte *Conſiliario Staibano.* Cum aliis.

Observ. LVIII.

Tutor, idemque Creditor pupilli quæ concurrere debent, ad hoc ut præſumatur ex bonis pupilli ſibi ſatisfeciſſe, Tutor an poſſit ſibi propria authoritate ſolvere vel pecuniam mutuo accipere, ſi pecunia parata non ſit. Reſolvitur quæſtio per *Anton. Merend.* Tutor relictus conſilij cauſa num habendus ſit ut tutor honorarius. Expenditur *tex. in l. quero, §. item Paulus, ff. de teſtament.* & *Regens Latro* laudatur per *Cardin. de Luca*, cujus verba tranſcribuntur.

Observ. LIX.

Intereſſe alterius intereſſe an & quando debeatur, *Card. de Luca, Conſil. D. Altimar.* aliique recentiores laudant *Reg. Latr.* in hac *Conſult.* 59. Recenſentur *Authores* materiam pertractantes; Et videnda ſunt tradita per *Authorem in obſerv. ad deciſ. Præſ. de Franc. & in meliorat. reſol. jur. Reg. de Marin.* Solvens pro alio nulla neceſſitate ſuadente, ac etiam uti negotiorum geſtor, an conſequatur intereſſe, etiam pro intereſſe quod pro alio ſolvit? Diſſidium inter *Leonard. & Olcam.*

Observ. LX.

Prohibitio alienandi an, & quandò inducat fideicommiſſum; Et quid operetur prohibitio alienationis quandò eſt realis; Et ex quibus cognoſcatur prohibitionem alienationis eſſe realem? *Conſil. D. Altimar,* refert hanc *Conſult.* 60. *Reg. Latr.* Eandemque materiam ſuperius tractavit *Author in Obſerv. ad Conſult. 32. in animadverſ. ad Gratian. in meliorat. reſol. jur. R. de Marin. & alibi*, adductis. *Card. de Luca Andreol. D. Manſ.* aliiſque.

Observ. LXI.

De novo uſu, ſivè Conſuetudine Nobilium Platearum Capuanæ, & Nidi, & de ejus effectu inter talitèr contrahentes. Ad ornatum *Conſult. 61. Reg. Latro* adducitur *Allegatio*, quam *Conſiliar. D. Franciſcus Andreas*, cùm Advocati munere fungebatur, edidit in famigerata cauſa Marchionis Vriæ cum Joanna Grillo hærede q. Caroli Imperialis. Copiosè examinatur Articulus, nùm matrimonio contracto juxtà novum uſum Capuanæ, & Nidi, atque muliere defuncta abſque filiis, qui tamen poſteà ab inteſtato decederent, dos tranſeat ad hæredes dotantis, an verò ad mulieris hæredes. Et occaſione prænarratæ cauſæ adducitur quoque alia *Allegatio Regentis D. Januarij Andrea* pro eodem Marchione Vriæ contra DD. Jo: Baptiſtam, & fratres Imperiales; Magiſtraliter per vera juris principia diſcutitur Articulus, An paragium tranſmitti poſſit ad hæredes filiæ; & an tranſmittatur integrum paragium, an ſola legitima; Et an tranſmittatur ſuper burgenſaticis tantùm, an verò etiam ſuper feudis, Et impugnatur *Conſil. D. Joſeph. de Coſa.*

Observ. LXII.

De conſervanda Civitate tempore peſtis. Adducuntur *Authores*, qui meminere hujus *Conſult.* 62. *Reg. Latr.* Cuſtodia clavium, & portarum alicujus Civitatis ad quoſnam ſpectet? Spolij materia, de qua *Reg. Latr.* in hac *Conſult.* eſt videnda in *Obſerv. Authoris ad Conſult. 47. ejuſd. Reg. Latr.* Princeps quandò utitur in reſcripto hac formula, *gratiam facimus* quid cenſeatur remittere?

Observ. LXIII.

Conditio, *ſi ſine liberis*, num dicatur deficere per ingreſſum Monaſterij, quod, an, & quando habeatur loco filij exiſtentibus verbis naturalitatem importantibus. Referuntur deciſiones tam antiquæ, quàm recentiores. Conditio, *ſi ſine liberis*, duplicem continere videtur conditionem, alteram ſcilicèt filiorum, alteram verò mortis. Celebratur, & tranſcribitur celebre Reſponſum *Dom. Conſil. Franciſci Andrea.*

Observ. LXIV.

De nunciatione novi operis, ejuſque effectu, *Card. de Luca* laudat locum hunc *Reg. Latr.* Per oblationem ſatiſdationis de demoliendo, & num nunciatus perficere valeat ædificium cœptum. Inſignis *D. Emanuel. Gonzalez* proponit tres caſus. *Card. de Luca* paritèr inclinat ad circumſtantias caſuum, Et de intellectu *tex. in l. unic. C. de oper. nov. nunciat. Fachineus* reprobat *deciſ.* 204. *Theſaur.* cujus meminit *Faber in ſuo Codic.*

Recenſentur

Argumenta Obſervationum.

Recenſentur *Authores* ad copioſiorem ornatum *Conſultat.* prout quoque tranſcribitur *Allegatio D. Jacobi Mariæ de Rubeis in Romana Cur. Advocati*; Et ibidem reprobata *deciſ. 92. Reg. Revit.* conſtabilitur *Pragmaticam 3, ſub tit. de Monial.* nullatenus eſſe extendendam ad Monaſteria Religioſorum. Quam *Pragmaticam* pluries quoque approbavit *Sac. Rot. Rom.* Æmulatio an, & quando præſumatur in conſtruente novum opus? Et nonnulla expenduntur, de Beneplacito præſumpto. Poſtremò ediſſeruntur plura de via vicinali, vel publica, & de ſervitute ſtillicidij, relato *D. Pecchio in noviſſimo Tractat. de ſervitut.* Cum alijs.

Obſerv. LXV.

Prag. 1. de offic. Bajul. nùm ſublata dicatur per contrariam Conſuetudinem, quæ proponitur adeſſe in Provincia Hydruntina. Opinio *Reg. Latr.* in hac *Conſult. 65. & 141.* in dubium revocatur; Examinatur articulus, ſi ſtylus poſſit ſubſiſtere contra legem, tàm in judicio plenario quàm poſſeſſorio ſummariſſimo, & quando lex poſſit tolli per ſimplicem non uſum; & quæ requirantur ad legem tollendam; Poſſeſſio Baronis ſemper præſumitur extorta contra vaſſallos habentes Juris aſſiſtentiam. Expenditur *Pragm. 16. de Baronib. cum deciſ. 77. Reg. Latr.* Bajuli an, & quando poſſint fidare animalia in territorijs appatronatis Civium, ſecatis ſegetibus; Affertur praxis proviſionum, quæ expedire ſolent per Tribunalia Superiora cum deciſionibus tàm antiquis, quàm recentiſſimis, quas cumulat *D. Maradei in obſerv. ad ſingul. ſui Genitoris obſ. 53. à num. 3. ad 5.* cujus verba fideliter tranſcribuntur. Controvertitur quando venditor feudi teneatur de evictione: Expenditur *tex. in l. ferè. 5. ff. de evict. & l. 1. C. eod.* quæ Jura accommodantur ad praxim receptam apud *Urſil. de Meſa. & Card. de Luca.* Examinatur vis clauſulæ, *ſi quæ, vel ſi qua*, quæ adjici ſolet in venditione feudi, & num cenſeatur appoſita in privilegijs, & conceſſionibus Regalibus.

Obſerv. LXVI.

Poſſeſſorij materia primo loco poponitur per *Reg. Latr. in hac Conſult. 66. Textus in vulgat. cap. cum perſona, de privileg: in 6.* plures habet limitationes; Et adducuntur nonnullæ notabiliores quæſtiones ad ornatum ejuſdem *tex. Author* ſupplet *textus* non allegatos per *C. Latr.* Privilegij confirmantis vis, & poteſtas latè diſcutitur in pluribus caſibus; & præcipuè in caſu productionis ſolius privilegij confirmantis; Et ponderantur plures clauſulæ laudatis *Conſil. de Georg. Surdo, alijſque*, Exornatur *Conſult. 133. tom. 2. Reg. Latro.* Cautela peritorum Advocatorum; ut allegent titulum, & poſſeſſionem probent, extollitur per doctiſſimum *Horatium Montanum in Tractat. de Regalib. Textus in l. licitatio* alias *locatio, §. earum. ff. de publican. & vectigal*, explanatur tranſcriptis verbis *Card. de Luca.* Libri Gabellariorum, & ſimilium Exactorum, an, & quam probationis ſpeciem inducant? *Cardin. de Luca* laudat *Conſult. 66. Reg. Latro.* Commiſſio de obſervandis privilegiis quomodò intelligenda? Cum alijs.

Obſerv. LXVII.

Suprema authoritas Principis circà annonæ curam recenſetur; Item de poteſtate; & facultatibus Præfecti annonæ. *Conſil. Rocc. in Tractat. de offic.* plures citat locum hunc *Reg. Latr.* Atque etiam agitur *de jure Tractarum.* Laudatur *D. Ageta in annotat. deciſ. Reg. Moles.* Indultum conceſſus pro omnibus delictis, exceptis tamen delictis Officialium in officio commiſſis, num comprehendat quoque delicta commiſſa per Barones? non dicuntur Regij Officiales, nec conſiderantur uti tales, niſi tantum circà exercitium juriſdictionis juxtà *Reg. Merlin.* Barones num ſubjaceant Regiæ generali Viſitationi? *Authores* Feudatarij, quos inter *Reg. de Ponte Marchio Muem Reg. Latro Marchio Torelli*, & noviſſimè *D. Cala Dux Diani* fortiter pugnant pro Baronum cætu, contrà quos ſtat *Author* cum doctiſſimis Juriſconſultis *Afflicto, Horatio Montano, alijſque.* Chronologica ſerie illuſtratur quæſtio addita etiam opportuna admonitione pro incolumitate Regis, & Regni juxtà mentem Invictiſſimi, & immortalis memoriæ *Imperatoris Caroli V.* qui etſi continuis bellis eſſet implicitus, nihilominus totus fuit in extirpandis, & penitus comprimendis gravaminibus vaſſallorum; & ipſomet die ſui adventus ad Civitatem Neap. illicò deputavit Judices circà gravamina vaſſallorum. Panditur circumſtantia, ob quam in anno 1680. particulari Reſcripto Barones Regni hujus non fuerunt ſubjecti Regiæ generali Viſitationi ſub patrocinio famigeratiſſimi tunc Advocati, nunc Regij Conſiliarij *D. Flavij Gurgo.* Et poſtremò agitur de fructibus perceptis & ſeparatis à territorijs feudalibus, quomodò ſcilicèt hi fructus ſint cenſendi; & an obnoxij diricti bus Dohanarum, & alijs? Tranſcribuntur verba *Regentis de Marinis.*

Obſerv. LXVIII.

Mercatores, an, & quando debeant conſervari in poſſeſſione, ſeù quaſi immunitatis non ſolvendi vectigalia; Et ex quibus probetur dicta immunitas? Commerciorum, & mercaturæ immunitatibus Magiſtratus omninò incumbere debent; Et in dubio ſemper eſt judicandum pro immunitate, & exemptione. Immunitas non ſolvendi etiam præſcriptione libertatis inducitur, ſufficitque ſpatium 30. vel 40. annorum. Titulo immunitatis non ſolvendi, opus non eſt ſtante præſcriptione longiſſimi temporis. Libris gabellæ quæ fides ſit adhibenda? *Card. de Luca* recenſendo *Reg. Latr. in conſult. 68.* diſtinguit ſpecies librorum; Et ſenſus *Authoris.* Publicanis non eſt credendum; Et tranſcribuntur verba *Burſati.* Exornatur *Conſultatio 68. Reg. Latro*, adductis principalioribus caſibus immunitatis à præſtatione vectigalium ex ipſamet juris diſpoſitione; Et jus correturæ num ſolvatur, quandò tranſeunt immunes aſportantes bona cum animalibus alienis, quorum domini non ſunt immunes? Laudatur *D. Ageta.* Cum alijs.

Obſerv. LXIX.

Reaſſumuntur practicabilia circa liquidationem inſtrumenti. Explicatur *Pragm. 8. in §. 8. de inſtrument. liquidat.* cum deciſionibus Coll. Conſ. ad interpretationem ejuſdem *Pragm. Authore Reg. Sanfelicio deciſ. 416. par. 3. & in addit. ad deciſ. 306.* Comprobatur praxis faciendi acceſſum per judicem hebdomadarium M.C.V. ad domum debitoris infirmi exiſtentis intus Civitatem, ejuſque ſuburbia. Excluditur comparitio de ſero non comparentibus perſonaliter debitoribus citatis ſuper tenore inſtrumenti.

Obſerv. LXX.

Contractus venditionis annuorum introituum pro pretio mobilium, dicitur contractus infectus, & uſura-

Argumenta Obſervationum.

uſurarius, vulgò *di dare robbe a partito.* Unica conjectura ſatis, ſuperque ſufficiens reputatur ad reddendum contractum hunc illicitum, & uſurarium in tempore indigente pecunia, non autem nominibus debitorum. Exornatur *Pragm.* 2. *&* 5. *de contract.* cujus diſpoſitio extenditur, & ampliatur in pluribus caſibus, & præſertim in cenſu conſtituto ſuper nominibus debitorum non aſcendentibus ad verum cenſus valorem. Laudatur *D. Reg. Latro conſult.* 125. *à num.* 37. *ad* 46. *tom.* 2. Refertur noviſſima determinatio S. C. tàm in petitorio, quàm in poſſeſſorio in cauſa Principis Roccellæ cum Principiſſa Conchæ.

Obſerv. LXXI.

Oſtenditur teſtamentum ad pias cauſas conditum ad interrogationem, & nutu, non valere, maximè in reſtatore correpto morbo apoplectico, ob quod non poterat articulatè loqui; Tranſcribitur Reſponſum *D. Franciſci Maradei*, brevius, & clariùs reſpondentis in ſenſu veritatis pro reſolutione dicti articuli; Altiùs examinantur termini clauſulæ derogatoriæ à lege, & ab homine, traditis quinque exemplis quibus inducitur ſpecialis revocatio dictæ clauſulæ; Et quid quando utrumque vel plura teſtamenta facta proponuntur cum clauſulis derogatoriis ad pias cauſas; Articulus illuſtratur noviſſima deciſione *S. R. C.* quæ prodiit ſub die 20. Junij 1682.

Obſerv. LXXII.

Controvertitur num validum ſit judicandum legatum puellæ cum conditione nubendi cum certis perſonis nempè conjunctis, vel de familia Teſtatoris, vel de non contrahendo matrimonium in Italia, vel in alio certo loco. Conditio appoſita in fundatione Majoratus de contrahendo matrimonium cum perſonis Nobilibus Platearum hujus Civitatis, num poſſit adimpleri per æquipollens. Refertur caſus diſputatus in S. C. de anno 1690. Adducuntur pro deciſione controverſiæ, *Reg. Marcianus*, *Torre*, *Reg. de Marin.* & *Cardinalis de Luca*, cujus verba tranſcribuntur.

Obſerv. LXXIII.

Dominus remanet obligatus ex facto ſui inſtitoris adminiſtrantis ad ipſius domini utilitatem, quia contraxiſſe videtur nomine præponentis, ipſumque præponentem, & ejus bona propria obligat ſine ſpeciali mandato, perindè ac ſi cum ipſo contraxiſſet; Laudatur *Marius Giurba*, *&* *Cardin. de Luca*; & quid quando inſtitor exceſſit fines mandati; Complimentarius an dicatur propriè Inſtitor; Computis integris adhuc non diſpunctis, an ſit locus viæ executivæ, & quid adminiſtratore recuſante reddere rationes. Aſſecuratio judicij quando venit practicanda contra debitorem de fuga, vel inopiæ ſuſpectum, & quid in Clerico reconvento coram Judice laico pro redditione computorum; Refertur articulus diſputatus, ſed non deciſus apud *Reg. Capyc. Latr. deciſ.* 141. *tom.* 2.

Obſerv. LXXIV.

Feudum planum, & de tabula, quando per Regis aſſenſum efficiatur feudum quaternatum mixtum, vel ſecundum quid; Afferuntur diſtinctiones *Reg. Rovit. in rubr. de feud. num.* 59. quas evertere conatur *Reg. Latro*, ſed defenduntur per *Conſil. de Georgio in repetit. feudal. cap.* 8. *num.* 5. & ſub brevi compendio reaſſumuntur per *Reg. de Marinis cap.* 126. *ſuar. reſolut.* Altius examinatur principalis articulus, qui emerſit diſputandus in hac *Conſultat. ſi Conſtit. Divæ memoriæ*, habebat locum in feudis planis, & de tabula, & quaternato mixto, & num Regis aſſenſus potuiſſet impetrari poſt mortem venditoris; de quo non inquirit *Reg. Latr.* ſed *D. Bambacar.* & *D. Capan. de jure adoha q.* 7. *num.* 21. 22. 23. *&* 42. laudatis *Afflict. Parid. de Puteo*, *&* *Reg. de Ponte*, cujus argumenta confutantur per *Horat. Montan.* & afferuntur rationes, quibus innititur *Montan.* Cautela ſatis proficua proponitur, ad hoc ut aſſenſus poſſit impetrari poſt mortem feudatarij feudum alienantis, & laudantur *Reg. de Ponte*, *Reg. de Marinis*, *&* *D. Maradei*, & de aliis notabilibus ad feudalem materiam pertinentibus.

Obſerv. LXXV.

Controvertitur articulus, nùm filia feudatarij ſub prætextu incapacitatis veniat ſpolianda a poſſeſſione feudi, vel potius ſit immittenda, pendente deciſione dicti articuli. Examinatur *text. in cap.* 1. §. *inter filiam ſi de feud. defunct.* in cujus terminis adducuntur, tàm antiquæ, quàm recentiores deciſiones. Diſſeritur ad materiam *Cap. Regni, ex præſumptuosè*, & num habeat locum in feudis planis, & de tabula, & in feudis non repertis in hæreditate feudatarij, & refertur caſus deciſus per Regiam Cam. de anno 1672,

Finis Argumentorum.

D. HECTORIS

D. HECTORIS
CAPYCII LATRO
SELECTIORUM
CONSULTATIONUM
JURIS

Cum Decisionibus, ſive Resolutionibus Supremorum Neapolitani Regni Senatuum

CUM

OBSERVATIONIBUS C. A. DE LUCA
LIBER PRIMUS.

ARGUMENTUM.

Argumentum factum mulieri, ne alloquatur, mutet ſtatum, aut contrahat matrimonium ſub pœna, quando dicatur matrimonii impeditivum, & quando valeat, præſertim ſi magna ſit, & agatur contra Neapolitanam, minorem, ac viduam. Item quando exceſſiva dicatur, & an, & quando pro ſpreto mandato exigi poſſit, & practicetur, maximè occaſione contractus matrimonii, quiſque dicatur ex contemptu non parere, & contravenire mandatis, & quomodo ſuccurri poſſit minoribus in delictis, & quando adverſus illa reſtituantur, vel reſtitui illos non oporteat.

SUMMARIUM.

1 *Pœna, & mandatum in duobus capitibus impoſitum non extenditur ad tertium.*
2 *Inhibitio non ſimplex, ſed limitata, limitatum producit effectum.*
3 *Inhibitio non extenditur ad aliam cauſam, quàm quæ continetur in verbis mandati.*
4 *Inhibitio unius cauſa non extenditur ad aliam, & quare, num. 5.*
5 *Verba determinata ad certam cauſam, perſonam, aut locum, non extenduntur ad alia, etiam quòd ſit eadem ratio in una, quæ in alia, n. 6.*
7 *Lex ſi diſponat in certo caſu cum ratione, non attenditur ratio, ſed diſpoſitio, & ideò non habet locum niſi in caſu expreſſo, neque fit extenſio ex identitate rationis, maximè ſi ſit correctoria, & exorbitans.*
8 *Verba ſtatuti debent intelligi in proprio ſignificatu, & ſtrictè, quando agitur de odio, & legis correctione.*
9 *Verba ſemper ſunt interpretanda, ut excludantur dolus & delictum.*
10 *Præcepti à forma nullo modo recedi debet.*
11 *Præceptum, & mandatum ſatis differunt à conſilio.*
12 *Præceptum aliquando reſolvitur in conſilium, ſi dirigatur ad perſonam.*
13 *Mandatum quod quis non alloquatur, niſi cum certis perſonis, an, & quando ſit ipſo jure nul-*

lum, quod practicari nequeat, & obſervari, & quam impoſſibilitatem id contineat, nu. 22. & quare, n. 29.

14 Impoſſibilium nulla eſt obligatio.

15 Praceptis nullis & injuſtis parendum eſt.

16 Statutum eſt nullum, ſi obſervari nequeat.

17 Impoſſibilitas vitiat contractum.

18 Pracepto continenti maximam difficultatem non eſt obediendum.

19 Praceptum, continens difficile, excuſat ipſo jure.

20 Impoſſibile aliquid quot modis dicatur.

21 Impoſſibile de facto dicitur quod eſt impoſſibile ob difficultatem eventus.

23 Judex ſi velit, quod examinandus, aut delinquens cum aliquo non alloquatur, non inhibeat, ne loquatur, & quare, quidvè agere tunc debeat, & antè datas defenſiones, vel poſt, num. 24. & quando hoc practicetur, n. 25.

26 Impoſſibile dicitur etiam id, quod commodè fieri non poteſt.

27 Impoſſibilium & difficilium idem eſt judicium.

28 Impoſſibilitas ratione incommoditatis etiam excuſat à pœna.

30 Praceptum, ut quis non intret Curiam Regis, eſt injuſtum, niſi fiat in pœnam delicti.

31 Praceptum injuſtum obſervare non tenetur, etiamſi ſit Summi Pontificis, n. 32.

33 Lex, ſtatutum, aut Princeps, quotieſcunque pracipit aliquid alicui, quod ejus reſpiciat favorem, dicitur conſulere, non pracipere, & ideo non peccat, n. 34.

35 Prohibita alloqui non incidit in pœnam, ſi alloquatur, ut contrahat matrimonium, quando matrimonium non eſt inhibitum, & quare, n. 36. & 37.

36 Matrimonium abſque verbis contrahi non poteſt.

37 Matrimonium cùm non eſt inhibitum, non dicitur inhibitum omne id, per quod ad illud perveniri poteſt.

38 Prohibito aliquo, prohibetur omne id, per quod pervenitur ad illud.

39 Pœnam contumacibus, & obnoxiis quam poſſint imponere Judices, & n. 42. & 52.

Proconſul quam, & quam

Spectabilis, item &

Prafectus Pratorio, &

Prorex in hoc Regno, cum conſilio tamen, & voto Collateralis Conſilii, n. 40.

40 Prorex in hoc Regno locum obtinet Prafecti Pratorio.

41 Judices hodie de facto non obſervant diſpoſitionem l. eos, C. de modo mulctarum.

43 Pœna, qua ab homine ſtatuitur tanquam mulcta, non debet eſſe multum exceſſiva, numero quadrageſimo quinto.

44 Contumax mulctari non poteſt amiſſione totius cauſa, nec pœna confiſcationis bonorum.

45 Mulcta inſolita, & non conſueta dicitur injuſta, & cùm eſt immoderata, & exceſſiva, dicitur ipſo jure nulla, n. 48. & 53.

46 Pracepto non parens excuſatur, ſi praceptum contineat pœnam inſolitam.

47 Mulcta ducatorum viginti-mille aquivalet valori totius cauſa, & propterea dicitur crudelis.

49 Contumacis pœna de jure Regni non excedit tertiam partem mobilium, & n. 51.

50 Judices in ſumma adminiſtratione conſtituti, & habentes merum imperium, an poſſint citare, ſub pœna omnium bonorum in cauſis arduis.

54 Pœna magna imponuntur, ut homines timeant, & evitentur atrocia, non ut exigantur.

55 Contemptum mandati inobedientia ſola non inducit, & quando quis dicatur ex contemptu non parere, n. 56.

57 Contemnere non dicitur qui contravenit ex negligentia, vel cupiditate.

58 Pœnam ut incurrat contraveniens, quomodò contravenire debeat, & n. 61.

59 Contemnere aliud eſt, aliud non parere.

60 Contemptus propriè quis dicatur.

62 Pœnam contemptus mandati injuncti, ne nubat aliquis, qua excuſent, & n. 64. & 98.

63 Praceptum alicui, ne nubat, ſine licentia, an ſit licitum.

65 Mandato Superioris non obediens propter aliquam ſuam particularem cauſam, non dicitur contemnere, nec peccat.

66 Parentelam faciens cum inimico domini quando cadat à feudo.

67 Mandatum contra legem non ligat, nec ei parere quis cogitur.

68 Matrimonii libertas an, & quando impediri poteſt aut coarctari.

69 Mandata, ne aliqua contrahat matrimonium, fieri ſolent ad evitanda ſcandala, qua niſi ſequantur aut intereſſe Fiſci, pœna exigi nequit.

70 Pracepto obſcuro non obediens excuſatur.

71 Mandatum, ne mulier contrahat matrimonium inconſulto Principe, ſub pœna fieri non poteſt, & quare, n. 72. 83. & 84. qua tamen ratione, quomodo juſtificari poſſit, num. 86. 87. 89. 90. & 92. ubi fiat pro adjuvando puella voluntatem, vel eam explicandi, n. 103.

72 Matrimonii contrahendi libera facultas nec per indirectum prohiberi poteſt.

73 Princeps, vel Judex ſecularis non poteſt ſe intromittere in prohibendo liberam matrimonii facultatem, nec poteſt aliquid circa id ſtatuere, aut pœnam imponere, n. 79. & 84.

74 Statuta laicorum, qua pœnam imponunt retrahendo à libertate matrimonii contrahendi ob metum pœna, qua vel diminuit patrimonium vel famam, non ſunt ſervanda, & n. 76.

75 Pœna libertatem matrimonii impedientes rejiciendæ ſunt nec exigi poſſunt, quamvis eſſet appoſitum juramentum, n. 77.

78 Pœna in adjectione major requiritur poteſtas quàm in diſpoſitione.

80 Matrimonium contractum contra mandatum pœnale Principis, aut Judicis ſecularis valet, & pœna exigi non poteſt, contra Bartolum.

81 Statutum, ut filia nubere non poſſit, abſque conſenſu patris ſub aliqua pœna, an valeat, & numero 84.

82 Pœna ſtatuti contra filiam nubentem, abſque conſenſu patris, ceſſat quando condignè nubit.

83 Filia nubens viro digno, abſque conſenſu patris, non privatur legitima, aut hareditate.

85 Puella, ut valeat ſpontè ſuam liberam voluntatem explicare circa matrimonium, ſequeſtrari poteſt in aliquo Monaſterio: vel in domo, in qua nihil timeri illam oporteat, n. 91. per quem tamen Judicem fieri debeat, n. 88.

90 Praſes Provinciæ ſe interponit, ut matrimonium liberè contrahatur.

93 Prorex, cujus officium eſt facere judicium, atque juſtitiam, & liberare oppreſſos, abſurdum eſt, ſi & ipſe oppreſſos calumnietur, & opprimat.

94 D. Franciſcus Antonius de Alarcon, Supremi Caſtella, ac Cubiculi ſua Majeſtatis Conſiliarius, in Regno Generalis Viſitator, laudatur.

95 Mulier vidua non tam ſtricto vinculo adſtringenda eſt in matrimonio, ſicut virgo.

96 Vidua

96 *Vidua licèt olim nubere non poterat, abſque patris conſenſu, ſicut virgo, attamen ſi pares erant competitores, poterat eligere, qui cum ſibi potior videbatur.*

97 *Filia ſi ſine patris conſenſu nubat, licèt exhæredari à patre poſſit ex legibus Caſtella, id tamen non procedat in filia vidua, quando condignè nubit.*

99 *Inhibitio ceſſat, ceſſante cauſa inhibitionis.*

100 *Pœna banni ceſſat, ceſſante banno.*

101 *Statutum ceſſat, ceſſante ratione ſtatuti.*

102 *Fidejuſſio ceſſat, ceſſante cauſa fidejuſſionis.*

104 *Inhibitionem fuiſſe extinctam, quotieſcunque poteſt comprehendi, puniendi nullo modo ſunt qui contravenunt.*

105 *Cauſa qualibet excuſat à dolo, quamvis juſta non ſit, & legitima, ſed fatua & beſtialis.*

106 *Ignorantia juris intricati excuſat, quod inhibitioni non ſit obtemperatum.*

107 *Inhibitionem contrafacientes puniendi non ſunt ſi habuerunt aliquam dubitandi cauſam.*

108 *Pœna ſpreti mandati Superioris ut locus ſit, requiritur dolus, ad cujus excluſionem ſufficit error juris.*

109 *Error juris inducit bonam fidem.*

110 *Bona fides præſumitur in eo, qui facit ſecundùm jus naturale, & libertatem.*

111 *Pœna locus non eſt, ubi adeſt juſta cauſa credulitatis.*

112 *Credulitatis juſta cauſa ubi adeſt, excuſatur quis à dolo, pœna, & contemptu Judicis.*

113 *Uuverſitati ſi ſit conceſſa per Principem poteſtas condendi ſtatuta, ſi utitur ea poteſtate, & ſtatutum condidit, poteſt virtute illius poteſtatis illud revocare, & aliud facere*

114 *Inhibitio quamvis actualiter non ſit moderata, vel revocata, ſi tamen veniat revocanda, debet ſuperſedere in revocatione attentatorum, & numero 116.*

115 *Factum poſt novi operis nunciationem non eſt revocandum, quando nunciatio fuit remiſſa, aut in ea cauſa eſt, ut remitti deberet.*

117 *Pœna mandati ſpreti non incurritur, quando poſt mandatum nova cauſa ſupervenit; quæ ad honorem, & exiſtimationem pertinet.*

118 *Neapolitanorum bona non poſſunt confiſcari, niſi pro crimine læſæ Majeſtatis, & hæreſis; ex privilegio Neapolitanorum.*

119 *Idque procedit, etiam reſpectu tertiæ partis bonorum, quæ contumaces puniuntur.*

120 *Pœna ſpreti mandati an exigantur contra Neapolitanos, & an illa exigantur per M. C. V. numero 121.*

122 *Contumacia aliud non eſt, quam inobedientia.*

123 *Pœna liquidationis inſtrumenti, quæ eſt decem pro centenario, non eſt ſimpliciter pœna ſpreti mandati, ſeu contumaciæ, ſed perjurii.*

124 *Pœna exactio ex mandatis occaſione contractus matrimonii, an aliquando, & quomodo fuerit practicata.*

125 *Minor pœnis legalibus tutus eſt ipſo jure, in conventionalibus verò ope reſtitutionis in integrum.*

126 *An verò tutus ſit à pœnis contraventionis mandati, vel potiùs melius debeat puniri.*

127 *Minor 25. annis non ſolùm reſtituitur in integrum adverſus delictum, quod conſiſtit in committendo, ſed etiam in omittendo, ſi tractetur de damno vitando, quo caſu abſque alia reſtitutione excuſatur, n. 129.*

128 *Minori datur reſtitutio in integrum etiam adverſus dolum.*

130 *Minori ſuccurritur etiam in delictis, quæ in committendo conſiſtunt, quando non ex animo doloſè, ſed culpa tantum deliquit, quamvis minori non veniret imponenda niſi pœna pecuniaria, numero 131. maxime ſi talia delicta non ſint punibilia de jure gentium, ſed civili, numer. 132. & in delictis prohibitis à jure ſtatutario, aut conſuetudine, & quo in jure non reperiuntur punibilia, n. 133. & n. 137.*

134 *Feudatarii de jure communi, & regni quando habeantur pro majoribus, & reſtituantur, quomodocunque læſi reperiantur.*

135 *Minor regulariter reſtituitur in omnibus cauſis, in quibus non reperitur prohibitum.*

136 *Minor abſque Curatoris authoritate conſentire non poteſt.*

138 *Pœna in mandato contenta locus non eſt, quando mandatum non eſt ritè, rectèque factum.*

139 *D. Pro-regis contemnere præceptum delictum graviſſimum eſt.*

140 *Deciſio cauſa refertur.*

Pro Illuſtr. Duciſſa Termularum Contra Regium Fiſcum.

CONSULTATIO I.

AD excluſionem ſolutionis pœnæ ducatorum quinquaginta mille prætenſæ per Regium Fiſcum ab Illuſtr. Duciſſa Termularum ratione aſſerti ſpreti mandati ob matrimonium contractum cum Illuſtr. Principe Roccæ Romanæ ſufficeret legere verba dicti mandati. Verùm ut ex omni ſui parte appareat neque de jure, neque de facto mandatum fuiſſe validum, neque quod locus ſolutioni pœnæ eſſe poterit, infra ſcripta conſideraveram. Verba mandati ſunt infra ſcripta, videlicet.

Dize el Duque mi Señor, que V. S. haga mandado à la Señora Duqueſſa de Termune, que ſe alla en caſa del Marques de la Mota Joioſa, que no hable con ningono, ſi no es con el dicho Marques, y la Señora Marques ſu muger, ni ſalga de caſa; ſi no es para oyr Miſſa à las Ygleſias mas vezinas, pena de cinquenta mil ducados que todo eſto ſe haze por bien ſuyo, y por la miſma razon convendrà, que no tome ninguna reſolucion de mudar eſtado, ſin dar quanta à S. E. por ſer aſſi ſervicio de Su Mageſtad Palacio 19. de Abril. 1618.

Domingo Gaztelu, y Gamboa.

Tria in hoc chirographo, ubi Reg Fiſcus ſe fundat, continentur. Primò, quòd non loquatur. Secundò, quòd non exeat de domo. Tertiò, quòd ſtatutum non mutet niſi data notitia Excellentiſſ. Pro-regi, in primis duobus adeſt mandatum, & pœna ducaroſum quinguaginta mille, & amplius ratio, quod erat propter ejuſdem Duciſſæ beneficium, in tertio verò adeſt tantùm ratio, *y por la miſma cauſa, &c.* & non adſunt verba, quæ poſſunt importare mandatum, ſed tantum,
quòd conveniens erit, † ut non mutet ſtatum, niſi data 1
notitia,* & ſic per modum conſilii, nec pœna, & man- 2
datum impoſitum in duobus primis capitibus poteſt
extendi ad tertium; inhibitio enim non ſimplex, ſed
limitata, * limitatum producit effectum, *l. in agris, ff. de* 3
acquir. rer. domin. nec poteſt ad aliam cauſam exten-
di; præter eam, quæ in verbis mandati continetur.
Hiero. Magon. in dec. Rot. Floren. 128. n. 13. * & inhibi- 4
tio unius cauſæ non poteſt ad aliam extendi, *Pariſ.*
conſ. 39. n. 28. vol. 1. Mandoſ. de inhibit. q. 41. n. 4. Co-

5 *ſta de remed. ſubſid. remed.* 16. *in illatione*, *n.* 9. * qui
ampliùs dicit, quod verba determinata ad certam cau-
6 ſam, † vel perſonam, vel locum, non extenduntur ad
7 alium, Bald. † *conſ.* 339. *vol.* 1. neque dici poteſt,
quod eadem eſt ratio in una, quæ in alia, quando
enim lex diſponit in certo caſu cum ratione, non de-
bet attendi ratio, ſed diſpoſitio tantùm, & ideò non
poteſt habere locum, niſi ad caſum expreſſum, ne-
que fit extenſio ex identitate rationis, maximè quan-
do lex eſt correctoria, & exorbitans, *gl. in auth. quas
actiones*, *C. de ſacroſ. Eccleſ. Silvan. conſ.* 2. *num.* 53.
Barboſa, qui alios cumulat *in leg. ſi conſtante*, *in pr.
ſub n.* 103. *ver.* 2. *principalis concluſio*, *ff. ſolut. matrim.
Everard. in topica Juris*, *loco à legis larg. n.* 40. quando
8 enim agitur de odio, * & legis correctione, verba ſta-
tuti debent intelligi in proprio ſignificatu, & ſtri-
ctè, *l. præcipimus. C. de appell. l. ſancimus*, *C. de te-
ſtam.* Bart. *in l. omnes populi*, *ff. de juſt. & jur. Imol.
in l. ſi verò*, *§. de viro*, *ff. ſolut. matrim. Georg. Nat-
ta in tract. quòd ſtantibus maſcul. fœmin. non ſucced. n.*
9 21. * & ſemper ſunt interpretanda verba, ut do-
lus, & delictum excludantur, Bat. *in l. licitatio*, *§.
quod illicitè*, *ff. de pœnis*, *Honded. conſ.* 87. *num.* 105.
10 *vol.* 2. *Marius Giurba in conſ.* 51. *nu.* 25. * & à for-
ma præcepti nullo modo recedi debet Bald. *in l.
unic. §. ſi procurator. in addit. n.* 2. *ff. ſi quis jus dicen-
11 ti non obtemper.* † & ſatis differt præceptum, ſivè
mandatum à conſilio, *Beatus Joannes à Capiſtrano in
12 Speculo conſcientiæ*, *nu.* 111. *in* 1. *vol. tract.* † & quòd
præceptum aliquando reſolvatur in conſilium, quan-
do dirigitur ad perſonam, probat *Bellug. in ſpecul.
princ. rub.* 12. *in §. quadam*, *n.* 18.

Quòd ſi prætendat Reg. Fiſcus pœnam mandati
tranſgreſſionis, ex eo quia Duciſſa alloquuta fuit cum
aliis, dum alloqui non poterat, niſi cum Marchionibus
13 Mottæ Giojoſa, * advertatur, quod in hoc manda-
tum fuit ipſo jure nullum: impoſſibile enim erat, ut
non loqueretur cum aliis, propter neceſſitatem vi-
ctus, veſtitus & negotiandi cum ſuis vaſſallis & aliis,
qui in domo Marchionis acceſſum habebant, nec un-
quam poterat hoc mandatum practicari, & ſic ob-
ſervatio mandati, nedùm facto, ſed de jure erat im-
poſſibilis, & proindè mandatum fuit ipſo jure nul-
lum. ità in terminis in prætento Judicio, cujus impoſ-
14 ſibilis eſt obſervantia, † tradidit *Lanfranc. de Oriano
de dilationibus n.* 14. *ex text. in l. fin. ff. quæ ſentent. ſine
appell. reſcind.* & ex vulg. regul. quòd impoſſibilium
nulla eſt obligatio, *l. impoſſibilium*, *ff. de reg. jur. l. ſi
deceſſerit*, *ubi* Bald. *ff. qui ſatiſd. cogant.* Pariſ. *de ſyn-
dic. in verſ. præceptum*, *verſ. quin ſæpe*, *ſub n.* 12. *Horat.
Lucius conſ. num.* 7. *inter conſ. crimin. volu.* 1. Ruin.
15 *in conſ.* 160. *num.* 7. *volu.* 3. † & præceptis nullis, &
injuſtis obediendum non eſt, *cap. ne captanda*, *de con-
ceſſ. præbend. in* 6 & ex multis hoc probat *Giurb. in de-
ciſ.* 37. *in princ.* latiſſimè hoc fundat *Surdus in conſ.*
414. *nu.* 32. *cum pluribus ſeqq. vol.* 3. Menoch. *conſ.*
16 132. *n.* 22. † qui loquitur in ſtatuto impoſſibile ſer-
vari, *Spec. de advoc. §.* 3. *verſ. ad evidentiam*, *l. non
17 dubium C. de leg.* * & vitiat etiam contractum, *l. im-
poſſibilis*, *ff. de verb. oblig. Reg. Valenz. in conſ.* 14. *n.* 15.
18 *ex tex. in l. ſi urbenda*, *ad l. Rhod. de jact.* * videndus,
quia loquitur nedùm in impoſſibilitate, ſed etiam ubi
adeſt maxima difficultas, ſic etiam Bart. *in l. quaſi-
19 tum*, *ff. de re judic.* * dixi, quòd præceptum continens
difficile excuſat ipſo jure.

20 Dicitur * autem quid impoſſibile trib. modis, ſci-
licet juris, facti, & naturæ, *gl. in c. nemo de reg. jur. in* 6.
quod poſt Paul. *Dur. in tract. de cond. & mod. impoſſ. p.*
o. *c.* 2. benè declarat Leand. Galgan. *de conſ. & de-
monſt. p.* 1. *c.* 2. *qui n.* 14. addit quartam ſpeciem im-
poſſibilitatis, quæ quidem poſſibilis eſt, ſed perple-
xiu impoſſibilem facit, dicitur autem impoſſibilis de
facto, * quæ impoſſibilis eſt ob difficultatem even- 21
tus, veluti ſi ſervus, quem nihil habere certum eſt,
liberum eſſe teſtator reliquerit, ſi mille aureos hæredi
dederit, *l. cùm hæres*, *§.* 1. *ff. de ſtatul.* ut exempli-
ficat *Galganet. in loco citato n.* 10. * & quæ major 22
impoſſibilitas conſiderari poteſt, quòd homo, qui
ex ſui natura eſt animal rationale, & ſociabile, non
loquatur, niſi cum duabus perſonis, tempore quo aliis
in eadem domo dabatur acceſſus, & commoditas cum
ipſa loquendi? quæ quidem impoſſibilitas nedùm eſt
de facto, * ſed de jure naturali. Hinc videmus, quòd 23
quotieſcunque Judex non vult delinquentem, vel te-
ſtem, quem examinare intendit, ut cum aliquo allo-
quatur, nunquàm præcipit ei, nè loquatur, quia hoc
eſſet impoſſibile obſervari, & per conſequens nullum,
ſed eum retinet ſecretum, cum ordine Cuſtodi carce-
rum, ut non permittat, quod cum aliquo alloquatur,
vel inhibet quibuſcunque perſonis, nè cum carcerato
loqui audeant; iſto enim caſu valet inhibitio, quia
commodè fieri poteſt, cùm ſe reſtringat mandatum
ad unum tantùm, cum quo nulla juris, vel facti adeſt
neceſſitas loquendi & tamen etiam in iſto caſu illa ge-
neralitas reſtringitur in eo qui loquitur carcerato cum
Fiſci intereſſe, ut benè fundat *Cravett.* videndus *in
conſ.* 3. & eum ſequitur *Urſil. ad Afflict. in deciſ.* 130.
n. 8. *Capibl. de* Baron. *in prag.* 14. *n.* 51. dicit, quòd
hæc prohibitio valet antè datas defenſiones, po-
ſteà autem minimè ſubſiſtit, & ità refert judicatum in
Sac. Conſ. inter Univerſitatem Hoſtiliani, & ejus
Dominum, & eſt ratio, quis antè poteſt inſtrui
inquiſitus in damnum Fiſci, poſteà verò non, ſed
nunquàm fuit practicatum, ut hæc inhibitio fiat
delinquenti, quia hoc eſt impoſſibile ſervari, dici-
tur enim impoſſibile etiam id, quod commodè fie-
ri non poteſt, *Menoch. de arbitr. jud. lib.* 2. *caſu*
237. *num.* 24. & impoſſibilium, & difficilium idem
eſt judicium, *Alber.* & alii relati per * *Galganettum* 28
in d. c. 2. *ſub num.* 10. & iſta impoſſibilitas excuſat
à pœna, *Bar. in l. ſi homo*, *num.* 1. *ff. de verb. ſi-
gnif. Ceph. conſ.* 18. *n.* 7. *Ferrete. in tract. de obedien-
tia*, *n.* 53. latè *Sebaſt. Medices de fortuitis caſibus*,
qu. 5. *per tot.* & præcipuè *n.* 35. *in* 7. *vol. tract. Fa-
rinac. qu.* 160. *n.* 124. *&* 126. *& in repertorio Judicia-
le*, *qu.* 86. *n.* 40. * patet ergo, hoc mandatum nè 29
loquatur niſi cum duabus perſonis, eſſe ex ſui par-
te, nedum nullum tanquam impoſſibile obſervari,
ſed etiam injuſtum, * dum non in pœnam ei fuit ſta- 30
tutum, ſicuti in ſimili dicimus, non tenere præcep-
tum, ut quis non intret Curiam Regis niſi in pœ-
nam delicti, * ut habetur ex *Azeved. in l.* 1. *tit.* 23. *l.* 31
8. *n.* 2. *nova recopil.* & injuſtum præceptum obſerva-
re non tenemur. * *Bal. in proœm. Gregoriano*, *n.* 4. *glo.* 32
in l. ſubmerſis, *C. de naufrag. lib.* 12. *Monac. in c. cu-
pientes*, *in pr. de election. in* 6. neque etiam ſi eſſet præ-
ceptum Summi Pontificis, ut ex multis hoc fundat
Azeved. li. 0. *tit.* 3. *l.* 14. *n.* 32. *cum pluribus ſeqq. no-
va recopil.* 22.

Si autem Reg. Fiſcus prætendat hanc pœnam, † 33
quia alloquuta fuit Tabellioni tempore, quo man-
datum dedit Januario Caracciolo ad contrahen-
dum matrimonium, * & tunc ultrà ſuperiùs conſi- 34
derata, erit animadvertendum, quod ad contra-
hendum matrimonium mandatum non extenditur,
ut ſuprà fundavi, * cùm non appareat mandatum, 35
nè contrahat matrimonium, * & nunc addo, quod 36
quamvis mandatum, etiam in prædicto caſu ſe ex-
tenderet, tamen quotieſcumque lex, vel ſtatutum
diſponit, * vel Princeps præcipit aliquid alicui, re-
ſpiciens favorem illius, cui præcipit, tunc potiùs 37
cenſetur conſilium, quàm præceptum, ità *Joan.
Ignens* loquens in præcepto facto minori, * quod 38
non contrahat inconſulto, & ideò contraveniens
tiun

non peccat, ut *in auth ſacram pub. nu. 46. C. ſi adverſ. vendit. Antonius Burgos in cap. cùm accepiſſent, de conſtit. n.* 88. Neque potuſt dici incidiſſe in pœnam, cùm abſque verbis matrimonium contrahi non poſſit, *Sanch. lib.* 1. *diſp.* 18. & eſt ſatis vulgate regula, quod ſi non eſt inhibitum matrimonium, neque erit inhibitum omne id, per quod ad illud perveniri poteſt, ſicut etiam prohibito aliquo, prohibetur omne id per quod pervenitur ad illud, *l. oratio, ff. de ſponſ. Reb. in c. poſt. in pr. de cler. excom. miniſtr.* & propterea nullo modo poteſt eſſe locus prætenſæ pœnæ.

39 Verum quia ex aliis etiam hoc idem fundatur, ideò quamvis non ſit neceſſe, ut tanto magis juſtitia Clientis appareat, breviter per aliqua capita diſcurram.

Et primò† quia hæc pœna ducatorum quinquaginta-mille tanquàm exceſſiva exigi nullo modo poteſt, quia inhibitio fuit ipſo jure nulla tanquàm contra legem, ſiquidem Judices non poſſunt contumaces, & obnoxios ultrà ſummam duarum unciarum mulctare. Proconſules verò ultra ſummam ſexaginta, & Spectabiles ultra ſummam trium unciarum, Præfectus verò prætorio propter ejus di-
40 gnitatem poteſt uſque * ad quinquaginta libras auri mulctare: *tex.* eſt in *l. eos, & l. illuſtres C. de modo mulct.* & Pro-rex, qui locum Præfecti prætorio in hoc Regno obtinet, uſque ad ſummam ducatorum trium mille poſſe pœnam irrogare, cum conſilio
41 tamen, † & voto Collateralis Conſilii, habetur ex *Surg. de Neap. illuſtr. c.* 15. *n.* 6. & quamvis Judices hodie diſpoſitionem *dict. l. eos* de facto non obſervent, ut dixit poſt alios *Farinac. qu.* 18. *n.* 31. *Sebaſt. Guazzin. de pace & treug. tit. de cauſ.* §. 3. *quæſt.*
42 23. *nu.* 2. & 3. * ſed Judicis arbitrio relinquitur, ut habetur ex *Menoch. de arbitr. caſu* 280. *Franch. dec.* 271. *Regens Tapia in Conſt. Regni, Pœnam novem unciarum, Maſtrill. dec.* 208. *n.* 36. non tamen hæc
43 pœna quæ ab homine * tanquàm mulcta, & non tanquàm pœna delicti à lege ſtatuta eſt, tàm ex-
44 ceſſiva irrogari poteſt, † cùm non poſſit contumax mulctari amiſſione totius cauſæ, *l. properandum, §. cum autem, C. de judiciis, & l. poſt edictum, ff. eodem*, nec pœna confiſcationis bonorum, *Andr. de Iſern. in c.* 2. *§. contrahentium, in* 2. *add. quæ regal. Farinac. d. quæſt.* 18. *n.* 32. & 37. & propterea mulcta inſolita, & non conſueta dicitur injuſta, *l. fin.* ubi
45 *Aeg. C. de canon.* † *larg lib.* 10. *Felin. in cap.* 2. *in verſ. ſtilus Curiæ, de reſcript.* & excuſari quem à
46 præcepto, † quod continet pœnam inſolitam, ſi præcepto non paruit, poſt *Menoch. Brun. & alios Carrar. dec. crim. Mediol.* 23. *n.* 28. qui loquitur in propriis terminis de pœna appoſita in contrahentibus matrimonium contra Judicis præceptum, nam pœna debet eſſe conveniens delicto, *cap. quæſivit de his, quæ fiunt à major. part. Cap. l. ſancimus,*
47 *C. de pœnis* † *Capyc. deciſ.* 126. *n.* 5. & alii per *Carrar. dict. deciſ.* 23. *nu.* 21. & mulctam ducatorum viginti mille eſſe æquivalentem valori totius cauſæ, & propterea crudelem, dixit *Benedict.* de *Plotis* inter conſ. criminalia, *conſ.* 3. *vol.* 2. *nu.* 3. *in fin.* & quando
48 pœna indicta eſt immoderata, * & exceſſiva, dicitur ipſo jure nulla, ut *in add. ad Abb. in c. de cauſis, nu.* 12. *lit. H. de offic. deleg. Bonacoſ. comm. opin. par.* 1. *pag.* 116. *Cagn. in l.* 1. *C. ſi quis jus dicen. non obtemperaverit*, & de communi teſtatur *Gallia conſ.* 21. *nu.* 4. & poſt ipſum *Farinac. d. qu.* 88. *n.* 29.

49 De jure verò * Regni pœna contumacis tertiam partem mobilium non excedit, ut in *Conſt. Reg. Pœnam eorum*, quamvis *Andr. ibidem* dicat, quod ali-
50 qui Moderni dixerunt, quod Judices in ſumma adminiſtratione conſtituti, & habentes merum imperium poſſunt citare ſub pœna omnium bonorum in arduis cauſis, tamen dicit ipſe, quod hoc corrigitur hodiè, aut in deſuetudinem abiit, quia contrarium videmus ſervari, & ſe allegat *in tit. quæ ſunt* 51
rega. ſuper ver. inceſtas nuptias. † ubi *n.* 42. dixi, quod non poteſt major pœna tertiæ partis mobilium irrogari, hoc etiam dixit *Aff. in d. conſt. Regni, Pœnam novem unciarum, nu.* 29. & *Baiard. ad Julium Clar. in q.* 31. *nu.* 31. * loquens de pœna quæ poteſt in 52
Regno in præcepto per Judicem faciendo inſerri, cùm igitur hæc pœna ducatorum quinquaginta mille † nec in Regno nec extra Regnum fuerit un- 53
quàm practicata, ſuccedit indubitata juris concluſio, quod nulla fuit ipſo jure, per ſupra dicta.

Ulterius conſiderandum eſt, * nullo modo poſſe 54
tractari de exactione pœnæ, cùm iſtæ pœnæ magnæ imponantur, ut magis homines timeant, & evitentur atrocia, non autem ut exigantur, ita poſt *Joan. Rayn. in c. Imperial. de prohib. feud. alien. per Fed. & Rol. à Vall. conſ.* 47. *nu.* 60. *vol.* 2. voluit *Ri-* 55
min. jun. loquens in pœna ducentorum aureorum *in conſ* 137. *n.* 27. *vol.* 3. Et quod pœnæ magnæ ad timorem, non autem ad exactionem imponantur *Stappa. de jure non ſcripto, l.* 5. *c.* 193. *n.* 5. Nec Duciſſam eſſertum mandatum contempſiſſe dici poteſt, * ſola enim 56
inobedientia non inducit contemptum *Covar. in c. alma mater, §.* 5. *n.* 6. *p.* 2. *de ſent. exc. Rim. jun. conſ.* 337. *Alter. de cenſur. li.* 5. *c.* 6. *diſ.* 22. *verſ. poſtremo remanet*, quando autem dicatur ex contemptu non parere declarat Giurbe, *conſil.* 30. *nu.* 25. poſt Archidiac. & alios, quos allegat, ubi cenſet, tunc aliquem in contemptum non parere, ubi ſcienter, & contumaciter legis diſpoſitioni, aut Superioris præcepto ſubjici non vult, & ob id directè movetur ad tranſgrediendam legem, aut ad inobediendum Superioris voluntati, at ſi legem, aut mandatum Principis ob aliquam peculiarem cauſam qui tranſgreditur, non delinquit ex contemptu, *Gemin. in c. libellus*, poſt *gl.* 20. *diſt. Carrar. deciſ.* 130. *nn.* 11. & 12. *Tiber. Decian. conſ.* 14. *nu.* 9. *vol.* 3. *Rim jun. conſ.* 337. *nn.* 16. ſic etiam ſi ex negligentia, vel cupiditate 57
quis contravenit, non dicitur contemnere, *Leſſius de juſt. & jur. lib.* 2. *cap.* 40. *dub.* 9. hinc dixit *Bal. in leg.* 1. *C. de his, quæ pœn. nom.* quod ut contraveniens in pœnam incurrat, * debet contravenire formali- 58
ter, ita quod ejus animus directò ſit ad contraveniendum, * ſequitur eum *Natta in conſ.* 339. *nu.* 2. *li.* 59
2. aliud eſt enim contemnere, aliud non parere, *gloſ. in c. ſi quis autem. diſt.* † 10. propriè enim dicitur 60
contemptus contra legem, aut Principis præceptum agere, non quia lex, ſive Principis præceptum diſpliceat, ſed ipſe legiſlator, ut ex multis probat poſt *Divum Thom. Cajet. Alphonſ. à Caſtro, Alterium*, & alios *Marius Giurba in conſ.* 32. ſub *n.* 25. quotieſcunque * verò ex aliqua cauſa, etiam non juſta, 61
quis præcepto non obtemperat, non dicitur contemnere, ut propterea non erit locus mulctæ, ut fundat *Benedictus de Plotis*, cui ſe ſubſcribit *Bal. de Ubal. in conſ.* 3. *nu.* 6. *inter conſ. crimin. vol.* 2. Et quod in hoc caſu non dicatur * præceptum Judicis 62
fuiſſe contemptum, ita ut locus pœnæ eſſe poſſit, adduco in terminis in propria materia matrimonii *Albert. Brun. conſ.* 115. *vol.* 1. *nu.* 23. cujus verba tanquam punctualiſſima referam, & ſunt infra ſcripta, videlicet.

Nec videtur, D. Juliam poſſe privari ratione contemptus mandatorum cœtus Dominorum Cardinalium, ne nuberet ſine eorum licentia, quia dato quod præceptum fuiſſet licitum, † tamen qualitas perſonæ, 63
& juventus ſeu levitas excuſarent tranſgreſſionem, ſecundum Mart. Laud † in tract. de pr. verſ. 185. *in-* 64
cip. conſuevit ſervari, ubi allegat Bald facit quod

dixit Bal. conſ. 158. incip. ſuper eo. pen. col. 3. vol. & quia non parens mandato Superioris propter aliquam
65 *ſuam particularem cauſam, non dicitur contemnere, nec peccare ſecundum Card. in clem. 1. in 4. not. de ſepul. & quia contra legem eſt, quod quis cadat à ſendo fa-*
66 *ciendo parentelam, vel contrahendo amicitiam cum inimico Domini, quando hoc non ſit principaliter in damnum domini ſecundum Alu. in §. porrò qua fuit prima cauſ. beneſ. amit. quod dictum ſequuntur communiter D. & Moderni Summiſta in tract. ſeudorum, & Do. Jaſ. in*
67 *l. ſi non ſortem, §. libertus, 1. col. ff. de cond. indeb. ideò mandatum contra legem non ligat, nec quis parere tenetur, c. ſi quando ubi Panor. & alii, de reſc. &*
68 *tantò magis, ex quo impediri non debet libertas matrimonii, nec arctari, c. requiſivit, &c. gemma, de ſponſ. ubi Zoccus, & Moderni in d. c. requiſivit tenent, quod ſolùm poſſit impediri in certum genus perſonarum, non veniendo ad ſpecialitatem cum in caſu iſto prohibitio eſſet generalis, reducens matrimonium ad voluntatem Domini Papa.* Hæc ille.

69 Et *Brunnus* * refert, & ſequitur *Roſent. c. 10. concl.* 30. *n.* 40. *tom.* 2. & alii infra citandi, & rei veritate ſolent hujuſmodi mandata fieri ad evitanda ſcandala, unde ſi nullum ſequutum fuit ſcandalum, nec ullum verſetur Fiſci intereſſe, pœna exigi nequit *Gram. conſ.* 74. *Franc. Niger controv. jur.*
70 *ſi. 1. contr.* 101. *n.* 15. *cum ſeqq.* Nec prætereundum cenſeo, quod aſſertum præceptum, ſive mandatum factum Duciſſæ fuit valdè obſcurum, & quando præceptum eſt obſcurum, non obediens excuſatur, *Lancel. in templo omnium Judicum, lib. 1. §. 4. verſ.* 27. *loco ſ.* 90.

Secundò, hæc aſſerta pœna exigi nequit, cùm
71 neque mandatum, † ne contrahat in conſulto Prin-
72 cipe * ſub pœna fieri poſſit; prohiberetur enim libera contrahendi matrimonii facultas, quod neque per indirectum fieri poteſt, *c. gemma, de ſponſal.* neque Princeps, vel judex ſecularis ſuper hoc ſe poteſt ullo modo intromittere, *c. tuam, de ord. cogn.* & probatur etiam * *per tex. in l. cum inferior, de ma-*
73 *jor. & obedien. Abb. in c. 1. de ſponſ. n.* 7. & 8. & de communi reſtatur Alex. *in rubr. ff. ſol. matr. Gomez. in l. Tauri* 49. *n.* 2. hinc ſtatuta laicorum, quæ pœnam imponunt * retrahendo à libertate matrimonii
74 contrahendi ob metum pœnæ, quæ vel diminuit patrimonium, vel famam, non ſunt ſervanda, *c. pen. de ſecundis nupt. Jo. Andr. in c. ſtatutum, de hæret. in* 6. *Felin. in c. 1. n.* 13. *de ſponſ. Rim. jun. conſ.* 8. *nu.* 14. *lib.* 1. Gayl. *obſer.* 63. *nu.* 2. *lib.* 2. Aflfl. *dec.* 350. Proſper. Paſct. *conſ.* 32. *nu.* 82. Reuſner. *conſ.* 7. *nu.* 92. *& conſ.* 10. *n.* 99. *lib.* 1. & alii relati per Suarez. *in lib. 2. de matr. ſub numer.* 17. fol. mihi 265. & per Ricc. *in dec.* 187. *lib.* 3. & quod rejiciendæ ſint pœnæ libertatem matrimonii * impedien-
75 tes, ne metu pœnæ ſolvendæ coactè nubant; nam in contrahendis nuptiis libera debet eſſe voluntas, latè poſt alios explicat Didacus de Medrano *in tract. de conſenſu connubiali, c.* 15. *n.* 1. Ambroſ. *dec.* Peruſ. *6. nu.* 8. nec hoc ſtatuto fieri poteſt, * Fontan.
76 *de pact. nupt. clauſ.* 12. *gl. unica, n.* 73. qui *n.* 74.
77 ampliat, quod talis pœna non exigitur, * quamvis eſſet appoſitum juramentum, idem reperis *dec.* 142. *nu.* 10. *Paul. Durand de coadit. & mod impoſſib p.*
78 2. *c.* 3. *nu.* 46. quod etiam fundatur, * quia major poteſtas requiritur in adjectione pœnæ, quam in diſpoſitione. Bal. *in l. omnes populi, col. 7. verſ. ſed nunquid ſtatutum ff. de juſt. & jur.* ſi ergò non poteſt in principali diſpoſitione matrimonii Princeps, vel
79 Judex laicus aliquid ſtatuere, ergo pœnam poteſt apponere, *Suar. in loc. citato n.* 18. optimè *Seſſe deciſion. Aragon.* 279. *par.* 3. *nu.* 13.

Et quamvis *Bar. in l. edicimus, C. de mutileg. lib.* 11. teneat, quod valeat matrimonium, ſed poſſit 80
pœna exigi, tamen contra *Bart.* inſurgunt omnes, ut per *Alex. in l. Sejus Angerius, ff. ad l. falcid. & conſ.* 17. *lib.* 1. *& conſil.* 1. *lib.* 3. ubi etiam contraria reſpondet, *Feder. de Sen. conſ.* 175. *Anch. conſ.* 18. *Abb. in conſ.* 65. *lib.* 2. *Cardinalis Alex. in c. fin. de ſecund. nupt. & in c. 1. de ſponſal.*

Hinc *Doctores* * tractaverunt articulum an poſſit 81
fieri ſtatutum, ut filia non poſſit nubere abſque conſenſu patris ſub aliqua pœna, in qua quæſtione latiſſimè diſputato articulo partem negativam tenuerunt Suar. *in l. 2. de los caſamientos.* Dec. *conſ.* 231. *& in c. Eccleſia Sancta Maria de Conſt. Matien. in dial. Relatorum p. 3. c. 31. n.* 3 Morot. *conſ.* 97. *per tot. Covar. in 4. decr. 2. par. §. 8. nu.* 3. cum aliis relatis per Font *de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 2. n.* 14. Paul. Durand. *in eod. tr. p. 2. c. 3. n.* 82. Azev. *conſ.* 4. & hanc opinionem tanquam communem, & magis probabilem dixit Ceval. *commun. contr. comm. q. 5. n.* 6. Covar. *pract. quaſt. li. 2. q. 2. n. 4. &* 6. *cum ſeqq.* Maſtrill. *dec.* 163. *n.* 17. pleniſſimè per Riccium qui cæteros colligit *in d. dec.* 187. *Dominus Regens Tapia de jure Regni, li. 4. tit. de matrim. à ſeud. abſque Reg. aſſen.* Barzius *dec.* 29. quod hodie
eſt abſolutum per Concilium Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 9. 82
& licèt alii contrarium teneant, attamen ſi eſſet attendenda contraria opinio, quando condignè nubit, ceſſat pœna, poſt Montalia, Sanch. Jaſ. Lopez Navar. Decium, Molin. Fontan. *de pact. nup. gloſ. 2. clauſ. 4. tom. 1. n.* 28. & deciſum refert Cancer. *lib.*
3. *var. reſolut. c.* 11. Theſaur. *qu. foren.* 70. *vol.* 1. 83
Nam & mulier nubens viro digno abſque patris conſenſu, non privatur legitima, ſive hæreditate, ut deciſum refert Cancer. *d. cap.* 11. *nu.* 6.

Nec poſſunt mandata, ſeu ſtatuta prædicta ſuſtineri ratione publicæ utilitatis, prævalere enim debet libertas matrimonii. *Gabr. conſ. 12. lib. 2. & Barzius in d. dec.* 29. latiſſimè *Fontan. de pact. nuptial. tom. 1. d. clauſ. 4. gloſ. 2. ex n. 11. ad* 26. ubi
relatis opinionibus reſidet in opinione negativa, 84
quod non poſſit ſtatuto laicorum aliquid diſponi, ea ratione, quia libertas matrimonii per indirectum diminueretur, contrà mentem Sacrorum Canonum, & Sacri Concilii Tridentini, ac idem firmat *in tom. 2. clauſ. 12. glo. unic. nu. 3. in fin.*

Sequeſtratio tamen puellæ à Canoniſtis admitti- 85
tur in aliquo Monaſterio, ut valeat ſpontè ſuam liberam voluntatem explicare, *Georg. de Privi. conſil. 42. n. 8. inter conſ. matrim. Carocius de ſequeſtr. par. 1. quaſt.* 1. & ita fuit practicatum in Sacro Conſilio, ut per *Ann. ſing.* 395. *Dominus Rovit. in Pragmat. 9. de Baronibus*, Epiſcopus *Riccius coll.* 1826. ubi meminit, & practicatum fuiſſe in eodem S. C. in caſu relato à *Thero in 1 part. compendii, verbo ſequeſtratio, & collect.* 1050.

Quod quidem admittit etiam *de Ponte in tract. de poteſt.* † *Proreg. tit. de aſſenſ. Regis ſuper dot. n.* 48. 86
juſtificat tamen mandata, quæ ſolent fieri mulieribus, ut non contrahant matrimonium, inconſulto Prorege, vel ſeculari Judice, vel quòd reponantur in loco tuto, non habendo reſpectum ad magnitudinem divitiarum, & ſimilia, hoc enim nullo modo fieri poſſe affirmat, ſed tantùm *n.* 51. mandata admittit, quando adeſt informatio, ſubductio volun-
tatis puellæ, timor violentiæ, ſcandali, & pudi- 87
citiæ, vel conjunctorum diſſenſio, ut ex diſpoſitione *text. in l. 1. C. de nuptiis* voluerunt *Faber ibi, & Cyn. in l. ſi quis non dicam rapere, C. de Epiſc. & Cler.* & hanc doctrinam *Jos. Franciſci de Ponte* ſequitur *Maſtrill. de Magiſtr. lib. 5. cap. 6. num.* 120. *Covar. de ſponſal par. 2. cap. 5. §. 6. n. 3. Azeved. conſ. 37. Capibl. in prag. 9. de Baron.* qui alios allegat

88 legat *nu.* 5. *&* 10. & quòd hoc poſſit fieri per Judi-
cem laicum tenet etiam *Epiſcopus Montis Marani in
praxi Curiæ Archiepiſcopalis cap.* 15. in impreſſione fa-
cti Neapoli in anno 1602. licèt in impreſſione fa-
cta Romæ de anno 1603. in *cap.* 14. ſequeſtratio-
nem, dicat, eſſe faciendam à Judice Eccleſiaſtico,
Ricc. qui ex multis hoc probat *in d. dec.* 187. *n.* 7.
& fundatur ex *text. in cap. tuam, de ord. cognit.* &
probatur ex ſuprà diſcuſſis: Amiſſa tamen opinione
de Ponte, quæ hodiè practicentur in Regno, non
89 poteſt verificari, niſi in illis caſibus, in quibus man-
datum ſit, quando adeſt informatio, vel timor ſub-
ductionis voluntatis puellæ, violentiæ, & ſcanda-
li, pudicitiæ, & honoris ejuſdem puellæ, quæ cùm
eſſent in hoc caſu, non enim adfuit ſubductio, non
violentia, nec ſcandalum pudicitiæ, & propterea
nulliter fuit proceſſum ad mandatum prædictum,
non præcedentibus prædictis, ex quibus manda-
tum juſtificari potuiſſet, & hoc eſt quod voluit
90 *Petr. de Bellapert. in d. l.* 1. *C. de nupt.* ut Præſes
Provinciæ ſe interponat, ut matrimonium liberè
contrahatur, hoc etiam probat *text. in cap. cùm lo-
cum, de ſponſal.* ut puella, de cujus matrimonio ven-
91 tilatur quæſtio, in domo, in qua nihil timere eam
oporteat, collocetur, quem etiam ad hoc allegat
Covar. de ſponſa. d. par. 2. *cap.* 3. *§.* 6. *nu.* 2. *Maſtrill.
in loco* allegato *ſub d. num.* 120. nec loquuntur præ-
citati *Doctores*, niſi in pupilla ſub tutoris authorita-
te, & ex eis nullo modo ſinendum erat, ut in do-
mo, in qua ſuſpicio coactionis voluntatis aderat,
moraretur puella, immò tantùm abeſt, ut de præ-
92 tenſa pœna inhibitionis tractari poſſit, * quinimmò
potiùs partes Superiorum erant in adjuvando puellæ
voluntatem, prout ſic credendum eſt, fuiſſe ipſo-
rum intentionem, & ſunt notanda aurea verba
Maſtr. in d. tract. de magiſtr. lib. 5. *capnt.* 6. *num.*
119. *in fine*, cujus verba ſunt infraſcripta, videlicet:
*Maximum enim eſſet abſurdum, ſi Pro-rex, cujus offi-
cium eſt facere judicium, atque juſtitiam, † & liberare
93 de manu opprimentium oppreſſos, & ipſe idem calumnia-
ret, & opprimeret, prout aliquando experientia docuit.*
Hæc ille.

Erit etiam maximæ conſiderationis diſcordia,
quæ eſt inter Principem Conchæ patrem, & Princi-
piſſam uxorem, qui per multos annos ſimul non
cohabitant, nec benè inter ſe conveniunt, & quam-
vis Principiſſa Comitem Palenæ ejus filium cum Du-
ciſſa matrimonio copulari deſiderare dicebat, atta-
men nec è Monaſterio exire, & cum ejus filio, &
futura Nuru habitare intendebat, nec aliquid, niſi
ſatis minimam quantitatem de proprio, pro ſuſten-
tatione ejus domus, & familiæ eidem ſtatuere vo-
lebat. Princeps autem pater, nec matrimonium
prædictum deſiderabat nec condecentem victum
filio aſſignare ullo modo intendebat, & in diſcor-
diis, & diſſenſionibus tranſierunt menſes, & men-
ſes etiam poſt explorationem voluntatis, factam
de ordine Domini Pro-regis, per eximium I. C.
natalium ſplendore, ac morum ſuavitate, non
94 minus, quàm doctrina præclarum Dom. D.
Franciſcum Antonium de Alarcon, ſupremi Caſtel-
læ, ac Cubiculi S. M. Conſiliarium, Equitem Divi
Jacobi de Spata, & tunc in hoc Regno Genera-
lem Viſitatorem, non ſine maximo puellæ dede-
core.

Ampliùs conſiderandum eſt, quòd ſumus in
95 muliere vidua, * quæ non tam ſtricto vinculo ad-
ſtringenda in hac materia eſt, ſicuti virgo, hinc
dixit *text. in l. vidua* 18. *C. de nupt.* quod quam-
vis vidua non poterat olim nubere abſque patris
96 conſenſu, † ſicut virgo, attamen ſi pares ſint
competitores genere, & moribus, poterit vidua
eligere eum, qui ſibi potior videbitur; ſic etiam
dicimus, quod quamvis ex legibus Caſtellæ mu-
lier, quæ ſine patris conſenſu nubit, * exhæ-
redari à patre poſſit, ſecundùm aliquos, de qua 97
quæſtione poſt alios, quos allegant, videndus
Reg. Tapia in 4. *lib. Juris Regni, rubr.* 12. *de matri.*
pleniſſimè per *Rebell. de obligat. juſtit.* 2. *par. lib.*
2. *quæſt.* 14. attamen hoc non procedit in vidua,
quando condignè nubit, ut fundat idem *Rebell.
ibidem, ſub numero* 30. *Paſchal. de virib. patr. pot.
par.* 2. *cap.* 5. *numero* 31. quod tantò magis pro-
cedere debet in muliere vidua, quæ parentibus or-
bata condigno nubit.

Tertiò, * non poteſt tractari de exactione præ- 98
tenſæ pœnæ, ex quo prætenſum mandatum, qua-
tenus tale poſſit appellari, expiravit, vel ſaltem
quia habuit juſtam cauſam credendi, fuiſſe extin-
ctum, ad excluſionem prætenſi doli, ex ſupra-di-
ctis enim ſatis fundatum apparet, quod inhibitio,
& ſequeſtratio puellæ non admittitur à Judice lai-
co ad alium finem, niſi ut ſuam poſſit puella li-
beram explicare voluntatem, ſtatim atquè illam
explicavit coram dicto * D. Viſitatore Generali, 99
juſſu Domini Pro-regis inhibitio ceſſat, nam ceſſan-
te cauſa inhibitionis, ceſſat & ipſa inhibitio, *c.
ceſſante, de reg. jur. in* 6. & probatur per *Seſſe de
inhibit. cap.* 21. *num.* 6. & ceſſante cauſa banni,
ceſſat ipſius pœna, *Tiraq. in tract. ceſſante cauſa* 100
in prin. p. 1. *num.* 41. ſic etiam ceſſante ratio-
ne ſtatuti, ceſſat ſtatutum *Francus in cap. deteſtanda,
de concess. præbend. Mexia in prag.* * *taxa panis, con.* 101
2. *ex num.* 31. *cum ſeq.* & ceſſante cauſa fidejuſſio-
nis, ceſſat & fidejuſſio, *Caball. reſol.* 56. *num.* 16.
cùm ergo mandata ſuſtineantur ad finem explo- 102
randi voluntatem, * ut libera ſit puellæ voluntas,
ea explorata, ceſſat mandatum, & quidem quo-
tieſcunque poterit comprehendi, inhibitionem fuiſſe 103
extinctam, * qui ſunt, ut plenè probat *Seſſe de in-
hibition. cap* 10. *§.* 1. *num.* 18. & quælibet cau-
ſa excuſat à delicto, ad excuſandum enim à dolo,
nedum ſufficit juſta, & legitima cauſa, ſed etiam
fatua, & beſtialis † *Angel. in l.* 1. *in fi. ff. de eo, per* 104
*quem fact. & in l. plagis, ubi gloſ. C. ad l. Jul. de
plag. Gram. vot.* 10. *num.* 20. *Burſ. conſ.* 152. *vol.* 2.
immò ignorantia juris intricati excuſat, * quod inhi- 105
bitioni non ſit obtemperatum, nec contra-facien-
tes, habentes aliquam dubitandi cauſam, ſunt pu-
niendi, *Cypr. dec.* 20. *num.* 10. *Seſſe in d. cap.* 10.
§. 1. *num.* 26. eſt *text. in leg. igitur, §.* 1. *de liber.
cauſ.* latè *Anton. Gabr. commun. opin. lib.* 7. *concl.*
8. *per tot. Lancell. de attent. par.* 2. *cap.* 20. *limit.*
24. *num.* 25. & in terminis, ad hoc, ut ſit lo-
cus pœnæ ſpreti mandati Superioris, quòd requi-
ratur dolus, † ad cujos excluſionem ſufficit er- 106
ror juris, qui inducit bonam fidem, quæ etiam
præſumitur in eo, qui aliquid facit ſecundum jus
naturale, & libertatem, fundat præclariſſimè *Cra-
vetta conſ.* 6. *num.* 118. *uſque ad* 122. ubi ex *Bal.* & 107
alius ſubnectit, non eſſe locum pœnæ, ubi adeſt juſta
cauſa credulitatis, & quod hoc caſu excuſetur quia
à culpa, pœna, & à contemptu Judicis, & ubi adeſt 108
injuſta credulitas, excuſet à dolo, † latiſſimè ſundat
alia relatis *Giurba d. conſ.* 34. *num.* 25.

Et ex ipſa † voluntatis exploratione revocatio- 109
nem mandati, & inhibitionis induci, ex eo etiam
probatur, * quia non fuit facta ad alium finem, niſi 110
ut matrimonium ſequeretur cum perſona digna à
muliere electa, * cùm ergo Duciſſa nubendo Comi-
ti contra-feciſſet, alias enim exploratio voluntatis 111
nihil operatur, ita etiam nec ipſi Principi; potuit
enim hanc voluntatem revocare, * ſicuti in ſimili di- 112
cimus, quod conceſſa Univerſitati per Principem

Digitized by Google

uſurarius, vulgò *di dare robbe a partito.* Unica conjectura ſatis, ſuperque ſufficiens reputatur ad reddendum contractum hunc illicitum, & uſurarium in tempore indigente pecunia, non autem nominibus debitorum. Exornatur *Pragm. 2. & 5. de contract.* cujus diſpoſitio extenditur, & ampliatur in pluribus caſibus, & præſertim in cenſu conſtituto ſuper nominibus debitorum non aſcendentibus ad verum cenſus valorem. Laudatur *D. Reg. Latro conſult. 125. à num. 37. ad 46. tom. 2.* Refertur noviſſima determinatio S. C. tàm in petitorio, quàm in poſſeſſorio in cauſa Principis Roccellæ cum Principiſſa Conchæ.

Obſerv. LXXI.

Oſtenditur teſtamentum ad pias cauſas conditum ad interrogationem, & nutu, non valere, maximè in teſtatore correpto morbo apoplectico, ob quod non poterat articulatè loqui; Tranſcribitur Reſponſum *D. Franciſci Maradei*, brevius, & clarius reſpondentis in ſenſu veritatis pro reſolutione dicti articuli; Altiùs examinantur termini clauſulæ derogatoriæ à lege, & ab homine, traditis quinque exemplis quibus inducitur ſpecialis revocatio dictæ clauſulæ; Et quid quando utrumque vel plura teſtamenta facta proponuntur cum clauſulis derogatoriis ad pias cauſas; Articulus illuſtratur noviſſima deciſione *S. R. C.* quæ prodiit ſub die 20. Junij 1682.

Obſerv. LXXII.

Controvertitur num validum ſit judicandum legatum puellæ cum conditione nubendi cum certis perſonis nempè conjunctis, vel de familia Teſtatoris, vel de non contrahendo matrimonium in Italia, vel in alio certo loco. Conditio appoſita in fundatione Majoratus de contrahendo matrimonium cum perſonis Nobilibus Platearum hujus Civitatis, num poſſit adimpleri per æquipollens. Refertur caſus diſputatus in S. C. de anno 1690. Adducuntur pro deciſione controverſiæ, *Reg. Marcianus, Torre, Reg. de Marin.* & *Cardinalis de Luca*, cujus verba tranſcribuntur.

Obſerv. LXXIII.

Dominus remanet obligatus ex facto ſui inſtitoris adminiſtrantis ad ipſius domini utilitatem, quia contraxiſſe videtur nomine præponentis, ipſumque præponentem, & ejus bona propria obligat ſine ſpeciali mandato, perindè ac ſi cum ipſo contraxiſſet; Laudatur *Marius Giurba, & Cardin. de Luca;* & quid quando inſtitor exceſſit fines mandati; Complimentarius an dicatur propriè Inſtitor; Computis integris adhuc non diſpunctis, an ſit locus viæ executivæ, & quid adminiſtratore recuſante reddere rationes. Aſſecuratio judicij quando venit practicanda contra debitorem de fuga, vel inopiâ ſuſpectum, & quid in Clerico reconvento coram Judice laico pro redditione computorum; Refertur articulus diſputatus, ſed non deciſus apud *Reg. Capyc. Latr. deciſ. 141. tom. 2.*

Obſerv. LXXIV.

Feudum planum, & de tabula, quando per Regis aſſenſum efficiatur feudum quaternatum mixtum, vel ſecundum quid; Afferuntur diſtinctiones *Reg. Rovit. in rubr. de feud. num. 59.* quas evertere conatur *Reg. Latro*, ſed defenduntur per *Conſil. de Georgio in repetit. feudal. cap. 8. num. 5.* & ſub brevi compendio reaſſumuntur per *Reg. de Marinis cap. 126. ſuar. reſolut.* Altius examinatur principalis articulus, qui emerſit diſputandus in hac *Conſultat. ſi Conſtit. Divæ memoriæ*, habebat locum in feudis planis, & de tabula, & quaternato mixto, & num Regis aſſenſus potuiſſet impetrari poſt mortem venditoris; de quo non inquirit *Reg. Latr.* ſed *D. Bambacar.* & *D. Capan. de jure adoha q. 7. num. 21. 22. 23. & 42.* laudatis *Afflict. Parid. de Puteo, & Reg. de Ponte*, cujus argumenta confutantur per *Horat. Montan.* & afferuntur rationes, quibus innititur *Montan.* Cautela ſatis proficua proponitur, ad hoc ut aſſenſus poſſit impetrari poſt mortem feudatarij feudum alienantis, & laudantur *Reg. de Ponte, Reg. de Marinis, & D. Maradei*, & de aliis notabilibus ad feudalem materiam pertinentibus.

Obſerv. LXXV.

Controvertitur articulus, nùm filia feudatarij ſub prætextu incapacitatis veniat ſpolianda a poſſeſſione feudi, vel potius ſit immittenda, pendente deciſione dicti articuli. Examinatur *text. in cap. 1. §. inter filiam ſi de feud. defunct.* in cujus terminis adducuntur, tàm antiquæ, quàm recentiores deciſiones. Diſſeritur ad materiam *Cap. Regni, ex præſumptione*, & num habeat locum in feudis planis, & de tabula, & in feudis non repertis in hæreditate feudatarij, & refertur caſus deciſus per Regiam Cam. de anno 1672,

Finis Argumentorum.

D. HECTORIS

Digitized by Google

D. HECTORIS
CAPYCII LATRO
SELECTIORUM
CONSULTATIONUM
JURIS

Cum Decisionibus, ſive Resolutionibus Supremorum Neapolitani Regni Senatuum.

CUM

OBSERVATIONIBUS C. A. DE LUCA

LIBER PRIMUS.

ARGUMENTUM.

Argumentum factum mulieri, ne alloquatur, mutet ſtatum, aut contrahat matrimonium ſub pœna, quando dicatur matrimonii impeditivum, & quando valeat, præſertim ſi magna ſit, & agatur contra Neapolitanam, minorem, ac viduam. Item quando exceſſiva dicatur, & an, & quando pro ſpreto mandato exigi poſſit, & practicetur, maximè occaſione contractus matrimonii, quiſque dicatur ex contemptu non parere, & contravenire mandatis, & quomodo ſuccurri poſſit minoribus in delictis, & quando adverſus illa reſtituantur, vel reſtitui illos non oporteat.

SUMMARIUM.

1 *Pœna, & mandatum in duobus capitibus impoſitum non extenditur ad tertium.*

2 *Inhibitio non ſimplex, ſed limitata, limitatum producit effectum.*

3 *Inhibitio non extenditur ad aliam cauſam, quàm quæ continetur in verbis mandati.*

4 *Inhibitio unius cauſa non extenditur ad aliam, & quare, num. 5.*

5 *Verba determinata ad certam cauſam, perſonam, aut locum, non extenduntur ad alia, etiam quòd ſit eadem ratio in una, quæ in alia, n. 6.*

7 *Lex ſi diſponat in certo caſu cum ratione, non attenditur ratio, ſed diſpoſitio, & ideò non habet locum niſi in caſu expreſſo, neque ſit extenſio ex identitate rationis, maximè ſi ſit correctoria, & exorbitans.*

8 *Verba ſtatuti debent intelligi in proprio ſignificatu, & ſtrictè, quando agitur de odio, & legis correctione.*

9 *Verba ſemper ſunt interpretanda, ut excludantur dolus & delictum.*

10 *Præcepti à forma nullo modo recedi debet.*

11 *Præceptum, & mandatum ſatis differunt à conſilio.*

12 *Præceptum aliquando reſolvitur in conſilium, ſi dirigatur ad perſonam.*

13 *Mandatum quod quis non alloquatur, niſi cum certis perſonis, an, & quando ſit ipſo jure nul-*

lum, quod practicari nequeat, & obſervari; & quam impoſſibilitatem id contineat, nu. 22. & quare, n. 29.

14 Impoſſibilium nulla eſt obligatio.

15 *Praceptis nullis & injuſtis parendum eſt.*

16 *Statutum eſt nullum, ſi obſervari nequeat.*

17 *Impoſſibilitas vitiat contractum.*

18 *Pracepto continenti maximam difficultatem non eſt obediendum.*

19 *Praceptum, continens difficile, excuſat ipſo jure.*

20 *Impoſſibile aliquid quot modis dicatur.*

21 *Impoſſibile de facto dicitur quod eſt impoſſibile ob difficultatem eventus.*

23 *Judex ſi velit, quod examinandus, aut delinquens cum aliquo non alloquatur, non inhibet, ne loquatur, & quare, quidvè agere tunc debeat, & antè datas defenſiones, vel poſt, num. 24. & quando hoc practicetur, n. 25.*

26 *Impoſſibile dicitur etiam id, quod commodè fieri non poteſt.*

27 *Impoſſibilium & difficilium idem eſt judicium.*

28 *Impoſſibilitas ratione incommoditatis etiam excuſat à pœna.*

30 *Praceptum, ut quis non intret Curiam* Regis*, eſt injuſtum, niſi fiat in pœnam delicti.*

31 *Praceptum injuſtum obſervare non tenetur, etiamſi ſit Summi Pontificis, n. 32.*

33 *Lex, ſtatutum, aut Princeps, quotieſcunque pracipit aliquid alicui, quod ejus reſpiciat favorem, dicitur conſulere, non pracipere; & ideo non peccat, n. 34.*

35 *Prohibita alloqui non incidit in pœnam, ſi alloquatur, ut contrahat matrimonium, quando matrimonium non eſt inhibitum; & quare, n. 36. & 37.*

36 *Matrimonium abſque verbis contrahi non poteſt.*

37 *Matrimonium cùm non eſt inhibitum, non dicitur inhibitum omne id, per quod ad illud perveniri poteſt.*

38 *Prohibito aliquo, prohibetur omne id, per quod pervenitur ad illud.*

39 *Pœnam contumacibus, & obnoxiis quam poſſint imponere Judices, & n. 42. & 52.*

Proconſul quam, & quam

Spectabilis, item &

Prafectus Pratorio, &

Prorex in hoc Regno*, cum conſilio tamen, & voto Collateralis Conſilii, n. 40.*

40 *Prorex in hoc* Regno *locum obtinet Prafecti Pratorio.*

41 *Judices hodiè de facto non obſervant diſpoſitionem* l. eos, C. de modo mulctarum.

43 *Pœna, qua ab homine ſtatuitur tanquam mulcta, non debet eſſe multum exceſſiva, numero quadrageſimo quinto.*

44 *Contumax mulctari non poteſt amiſſione totius cauſa, nec pœna confiſcationis bonorum.*

45 *Mulcta inſolita, & non conſueta dicitur injuſta, & cùm eſt immoderata, & exceſſiva, dicitur ipſo jure nulla, n. 48. & 53.*

46 *Pracepto non parens excuſatur, ſi praceptum contineat pœnam inſolitam.*

47 *Mulcta ducatorum viginti-mille aquivalet valori totius cauſe, & propterea dicitur crudelis.*

49 *Contumacis pœna de jure* Regni *non excedit tertiam partem mobilium, & n. 51.*

50 *Judices in ſumma adminiſtratione conſtituti, & habentes merum imperium, an poſſint citare, ſub pœna omnium bonorum in cauſis arduis.*

54 *Pœna magna imponuntur, ut homines timeant, & evitentur atrocia, non ut exigantur.*

55 *Contemptum mandati inobedientia ſola non inducit, & quando quis dicatur ex contemptu non parere, n. 56.*

57 *Contemnere non dicitur qui contravenit ex negligentia, vel cupiditate.*

58 *Pœnam ut incurrat contraveniens, quomodò contravenire debeat, & n. 61.*

59 *Contemnere aliud eſt, aliud non parere.*

60 *Contemptus propriè quis dicatur.*

62 *Pœnam contemptus mandati injuncti, ne nubat aliquis, qua excuſent, & n. 64. & 98.*

63 *Praceptum alicui, ut nubat, ſine licentia, an ſit licitum.*

64 *Mandato Superioris non obediens propter aliquam ſuam particularem cauſam, non dicitur contemnere, nec peccat.*

66 *Parentelam faciens cum inimico domini quando cadat à feudo.*

67 *Mandatum contra legem non ligat, nec ei parere quis cogitur.*

68 *Matrimonii libertas an, & quando impediri poteſt aut coarctari.*

69 *Mandata, ne aliqua contrahat matrimonium, fieri ſolent ad evitanda ſcandala, qua niſi ſequantur aut intereſſe Fiſci, pœna exigi nequit.*

70 *Pracepto obſcuro non obediens excuſatur.*

71 *Mandatum, ne mulier contrahat matrimonium inconſulto Principe, ſub pœna fieri non poteſt, & quare, n. 72. 83. & 84. qua tamen ratione, quomodo juſtificari poſſit, num. 86. 87. 89. 90. & 92. ubi fiat pro adjuvando puella voluntatem, vel eam explicandi, n. 103.*

72 *Matrimonii contrahendi libera facultas nec per indirectum prohiberi poteſt.*

73 *Princeps, vel Judex ſecularis non poteſt ſe intromittere in prohibendo liberam matrimonii facultatem, nec poteſt aliquid circa id ſtatuere, aut pœnam imponere, n. 79. & 84.*

74 *Statuta laicorum, qua pœnam imponunt retrahendo à libertate matrimonii contrahendi ob metum pœna, qua vel diminuit patrimonium vel famam, non ſunt ſervanda, & n. 76.*

75 *Pœna libertatem matrimonii impedientes rejiciendæ ſunt nec exigi poſſunt, quamvis eſſet appoſitum juramentum, n. 77.*

78 *Pœna in adjectione major requiritur poteſtas quàm in diſpoſitione.*

80 *Matrimonium contractum contra mandatum pœnale Principis, aut Judicis ſecularis valet, & pœna exigi non poteſt, contra* Bartolum.

81 *Statutum, ut filia nubere non poſſit, abſque conſenſu patris ſub aliqua pœna, an valeat, & numero 84.*

82 *Pœna ſtatuti contra filiam nubentem, abſque conſenſu patris, ceſſat quando condignè nubit.*

83 *Filia nubens viro digno, abſque conſenſu patris, non privatur legitima, aut hareditate.*

85 *Puella, ut valeat ſpontè ſuam liberam voluntatem explicare circa matrimonium, ſequeſtrari poteſt in aliquo Monaſterio: vel in domo, in qua nihil timeri illam oporteat, n. 91. per quem tamen Judicem fieri debeat, n. 88.*

90 *Praſes Provincia ſe interponit, ut matrimonium liberè contrahatur.*

93 *Prorex, cujus officium eſt facere judicium, atque juſtitiam, & liberare oppreſſos, abſurdum eſt, ſi & ipſe oppreſſos calumnietur, & opprimat.*

94 D. Franciſcus Antonius de Alarcon, *Supremi Caſtella, ac Cubiculi ſua Majeſtatis Conſiliarius, in* Regno *Generalis Viſitator, laudatur.*

95 *Mulier vidua non tam ſtricto vinculo adſtringenda eſt in matrimoniis, ſicut virgo.*

96 *Vidua*

96 *Vidua licèt olim nubere non poterat, abſque patris conſenſu, ſicut virgo, attamen ſi pares erant competitores, poterat eligere, qui eum ſibi potior videbatur.*

97 *Filia ſi ſine patris conſenſu nubat, licèt exheredari à patre poſſit ex legibus Caſtellæ, id tamen non procedat in filia vidua, quando condignè nubit.*

99 *Inhibitio ceſſat, ceſſante cauſa inhibitionis.*

100 *Pœna banni ceſſat, ceſſante banno.*

101 *Statutum ceſſat, ceſſante ratione ſtatuti.*

102 *Fidejuſſio ceſſat, ceſſante cauſa fidejuſſionis.*

104 *Inhibitionem fuiſſe extinctam, quotieſcunque poteſt comprehendi, puniendi nullo modo ſunt qui contravenrunt.*

105 *Cauſa qualibet excuſat à dolo, quamvis juſta non ſit, & legitima, ſed fatua & beſtialis.*

106 *Ignorantia juris intricati excuſat, quod inhibitioni non ſit obtemperatum.*

107 *Inhibitionem contrafacientes puniendi non ſunt ſi habuerunt aliquam dubitandi cauſam.*

108 *Pœna ſpreti mandati Superioris ut locus ſit, requiritur dolus, ad cujus excluſionem ſufficit error juris.*

109 *Error juris inducit bonam fidem.*

110 *Bona fides præſumitur in eo, qui facit ſecundùm jus naturale, & libertatem.*

111 *Pœnæ locus non eſt, ubi adeſt juſta cauſa credulitatis.*

112 *Credulitatis juſta cauſa ubi adeſt, excuſatur quis à dolo, pœna, & contemptu Judicis.*

113 *Univerſitas ſi ſit conceſſa per Principem poteſtas condendi ſtatuta, ſi utitur ea poteſtate, & ſtatutum condidit, poteſt virtute illius poteſtatis illud revocare, & aliud facere*

114 *Inhibitio quamvis actualiter non ſit moderata, vel revocata, ſi tamen veniat revocanda, debet ſuperſederi in revocatione attentatorum, & numero 116.*

115 *Factum poſt novi operis nunciationem non eſt revocandum, quando nunciatio fuit remiſſa, aut in ea cauſa eſt, ut remitti deberet.*

117 *Pœna mandati ſpreti non incurritur, quando poſt mandatum nova cauſa ſupervenit; quæ ad honorem, & exiſtimationem pertinet.*

118 *Neapolitanorum bona non poſſunt confiſcari, niſi pro crimine læſæ Majeſtatis, & hæreſis, ex privilegio Neapolitanorum.*

119 *Idque procedit, etiam reſpectu tertiæ partis bonorum, quæ contumaces puniuntur.*

120 *Pœna ſpreti mandati an exigantur contra Neapolitanos, & an illa exigantur per M. C. V. numero 121.*

122 *Contumacia aliud non eſt, quam inobedientia.*

123 *Pœna liquidationis inſtrumenti, quæ eſt decem pro centenario, non eſt ſimpliciter pœna ſpreti mandati, ſeu contumacia, ſed perjurii.*

124 *Pœna exactio ex mandatis occaſione contractus matrimonii, an aliquando, & quomodo fuerit practicata.*

125 *Minor pœnis legalibus tutus eſt ipſo jure, in conventionalibus verò ope reſtitutionis in integrum.*

126 *An verò tutus ſit à pœnis contraventionis mandati, vel potiùs melius debeat puniri.*

127 *Minor 25. annis non ſolùm reſtituitur in integrum adverſus delictum, quod conſiſtit in committendo, ſed etiam in omittendo, ſi tractetur de damno vitando, quo caſu abſque alia reſtitutione excuſatur, n. 129.*

128 *Minori datur reſtitutio in integrum etiam adverſus dolum.*

130 *Minori ſuccurritur etiam in delictis, quæ in committendo conſiſtunt, quando non ex animo doloſè, ſed culpa tantum deliquit, quamvis minori non veniret imponenda niſi pœna pecuniaria, numero 131. maximè ſi talia delicta non ſint punibilia de jure gentium, ſed civili, numer. 132. & in delictis prohibitis à jure ſtatutario, aut conſuetudine, & quæ in jure non reperiuntur punibilia, n. 133. & n. 137.*

134 *Feudatarii de jure communi, & regni quando habeantur pro majoribus, & reſtituantur, quomodocunque læſi reperiantur.*

135 *Minor regulariter reſtituitur in omnibus cauſis, in quibus non reperitur prohibitum.*

136 *Minor abſque Curatoris authoritate conſentire non poteſt.*

138 *Pœna in mandato contenta locus non eſt, quando mandatum non eſt ritè, rectèque factum.*

139 *D. Pro-regis contemnere præceptum delictum graviſſimum eſt.*

140 *Deciſio cauſa refertur.*

Pro Illuſtr. Duciſſa Termulatum Contra Regium Fiſcum.

CONSULTATIO I.

AD excluſionem ſolutionis pœnæ ducatorum quinquaginta mille prætenſæ per Regium Fiſcum ab Illuſtr. Duciſſa Termulatum ratione aſſerti ſpreti mandati ob matrimonium contractum cum Illuſtr. Principe Roccæ Romanæ ſufficeret legere verba dicti mandati. Verùm ut ex omni ſui parte appareat neque de jure, neque de facto mandatum fuiſſe validum, neque quod locus ſolutioni pœnæ eſſe poterit, infra ſcripta conſideraveram. Verba mandati ſunt infra ſcripta, videlicet.

Dize el Duque mi Señor, que V. S. haga mandado à la Señora Duqueſſa de Termine, que ſe alla en caſa del Marques de la Mota Joioſa, que no hable con ninguno, ſi no es con el dicho Marques, y la Señora Marques ſu muger, ni ſalga de caſa, ſi no es para oye Miſſa à las Ygleſias mas vezinas, pena de cinquenta mil ducados que todo eſto ſe haze por bien ſuyo, y por la miſma razon convendrà, que no tome ninguna reſolucion de mudar eſtado, ſin dar quanta à S. E. por ſer aſſi ſervicio de Su Mageſtad Palacio 19. de Abril. 1628.

Domingo Gaztelu, y Gamboa.

Tria in hoc chirographo, ubi Reg Fiſcus ſe fundat,
continentur. Primò, quòd non loquatur. Secundò,
quòd non exeat de domo. Tertiò, quòd ſtatutum non
mutet niſi data notitia Excellentiſſ. Pro-regi, in primis
duobus adeſt mandatum, & pœna ducatorum quinquaginta mille, & amplius ratio, quod erat propter
ejuſdem Duciſſæ beneficium, in tertio verò adeſt tantùm ratio, *y por la miſma cauſa, &c.* & non adſunt
verba, quæ poſſunt importare mandatum, ſed tantum,
quòd conveniens erit, † ut non mutet ſtatum, niſi data 1
notitia,* & ſic per modum conſilii, nec pœna, & man- 2
datum impoſitum in duobus primis capitibus poteſt
extendi ad tertium; inhibitio enim non ſimplex, ſed
limitata, * limitatum producit effectum, *l. in agris, ff. de* 3
acquir. rer. domin. nec poteſt ad aliam cauſam extendi; præter eam, quæ in verbis mandati continetur,
Hiero. Magon. in dec. Rot. Floren. 128. n. 13. * & inhibi- 4
tio unius cauſæ non poteſt ad aliam extendi, *Pariſ.*
conſ. 39. n. 28. vol. 1. Mandoſ. de inhibit. q. 41. n. 4. Co-

5 *ſta de remed. ſubſid. remed.* 16. *in illatione*, *n.* 9. * qui
ampliùa dicit, quod verba determinata ad certam cau-
6 ſam, † vel perſonam, vel locum, nun extenduntur ad
7 alium, Bald. † *conſ.* 339. *vol.* 1. neque dici poteſt,
quod eadem eſt ratio in una, quæ in alia, quando
enim lex diſponit in certo caſu cum ratione, non de-
bet attendi ratio, ſed diſpoſitio tantùm, & ideò non
poteſt habere locum, niſi ad caſum expreſſum, ne-
que fit extenſiu ex identitate rationia, maximè quan-
do lex eſt correctoria, & exorbitans, *gl. in auth. quas
actiones*, *C. de ſacroſ. Eccleſ. Silvan. conſ.* 2. *num.* 53.
Barbuſa, qui alios cumulat *in leg. ſi conſtante*, *in pr.
ſub n.* 103. *ver.* 2. *principalis concluſio*, *ff. ſolut. matrim.
Everard. in topica Juris*, *loco à legis larg. n.* 40. quando
8 enim agitur de odio, * & legia correctione, verba ſta-
tuti debent intelligi in proprio ſignificatu, & ſtri-
ctè, *l. præcipimus. C. de appell. l. ſancimus*, *C. de te-
ſtam.* Bart. *in l. omnes populi*, *ff. de juſt. & jur. Imol.
in l. ſi verò*, *§. de viro*, *ff. ſolut. matrim. Georg. Nat-
ta in tract. quòd ſtantibus maſcul. fœmin. non ſucced.* n.
9 21. * & ſemper ſunt interpretanda verba, ut do-
lus, & delictum excludantur, Bar. *in l. licitatio*, *§.
quod illicitè*, *ff. de pœnis*, *Honded. conſ.* 87. *num.* 105.
10 *vol.* 2. *Marias Giurba in conſ.* 51. *nu.* 25. * & à for-
ma præcepti nullo modo recedi debet Bald. *in l.
unic. §. ſi procurator*. *in addit. n.* 2. *ff. ſi quis jus dicen-*
11 *ti non obtemper.* † & ſatis differt præceptum, ſivè
mandatum à conſilio, *Beatus Joannes à Capiſtrano in*
12 *Speculo conſcientiæ*, *nu.* 111. *in* 1. *vol. tract.* † & quòd
præceptum aliquando reſolvatur in conſilium, quan-
do dirigitur ad perſonam, probat *Belling. in ſpecul.
princ. rub.* 12. *in §. quadam*, *n.* 18.

Quòd ſi prætendat Reg. Fiſcua pœnam mandati
tranſgreſſionis, ex eo quia Duciſſa alloquuta fuit cum
alia, dum alloqui non poterat, niſi cum Marchionibus
13 Mottæ Gioioſa, * advertatur, quod in hoc manda-
tum fuit ipſo jure nullum: impoſſibile enim erat, ut
non loqueretur cum aliis, propter neceſſitatem vi-
ctua, veſtitus & negutiandi cum ſuis vaſſallis & aliia,
qui in domo Marchionis acceſſum habebant, nec un-
quam poterat hoc mandatum practicari, & ſic ob-
ſervatio mandati, nedùm facto, ſed de jure erat im-
poſſibilis, & proindè mandatum fuit ipſo jure nul-
lum. ità in terminis in præcepto Judicis, cujua impoſ-
14 ſibilis eſt obſervantia, † tradidit *Laufranc. de Oriano
de dilationibus n.* 14. *ex text. in l. fin. ff. qua ſentent. ſine
appell. reſcind.* & ex vulg. regul. quòd impoſſibilium
nulla eſt obligatio, *l. impoſſibilium*, *ff. de reg. jur. l. ſi
deceſſerit. ubi* Bald. *ff. qui ſatiſd. cogant.* Pariſ. *de ſyn-
dic. in verſ. præceptum*, *verſ. quin ſæpe*, *ſub n.* 12. *Horat.
Lucius conſ. num.* 7. *inter conſ. crimin. vola.* 1. Ruin.
15 *in conſ.* 160. *num.* 7. *vola.* 3. † & præceptis nullis, &
injuſtia obediendum non eſt, *cap. ne captanda*, *de con-
ceſſ. prabend. in* 6 & ex multia hoc probat *Giurb. in de-
ciſ.* 37. *in princ.* latiſſimè hoc fundat *Sardus in conſ.*
414. *nn.* 32. *cum pluribus ſeqq. vol.* 3. Menoch. *conſ.*
16 132. *n.* 22 † qui loquitur in ſtatuto impoſſibile ſer-
vari, *Spec. de advoc. §.* 3. *verſ. ad evidentiam*, *l. non
17 dubium C. de leg.* * & vitiat etiam contractum, *l. im-
poſſibilis*, *ff. de verb. oblig. Reg. Valenz. in conſ.* 14. *n.* 15.
18 *ex tex. in l. ſi vehenda*, *ad l. Rhod. de jact.* * videndus,
quia loquitur nedùm in impoſſibilitate, ſed etiam ubi
adeſt maxima difficultas, ſic etiam Bart. *in l. quæſi-
19 tum*, *ff. de re judic.* * dixi, quòd præceptum continens
difficile excuſat ipſo jure.

20 Dicitur * autem quid impoſſibile trib. modis, ſci-
licet juris, facti, & naturæ, *gl. in c. nemo de reg. jur. in* 6.
quod poſt Paul. *Dur. in tract. de cond. & mod. impoſſ. p.*
1. *c.* 2. benè declarat Leand. Galgan. *de conſ. & de-
monſt. p.* 1. *c.* 2. qui *n.* 14. addit quartam ſpeciem im-
poſſibilitatia, quæ quidem poſſibilia eſt, ſed perple-
xiu impoſſibilem facit, dicitur autem impoſſibilis de
facto, * quæ impoſſibilis eſt ob difficultatem even- 21
tus, veluti ſi ſervus, quem nihil habere certum eſt,
liberum eſſe teſtator reliquerit, ſi mille aureos hæredi
dederit, *l. cùm hæres*, *§.* 1. *ff. de ſtatuli*, ut exempli-
ficat *Galganet. in loco* citato *n.* 10. * & quæ major 22
impoſſibilitas conſiderari poteſt, quòd homo, qui
ex ſui natura eſt animal rationale, & ſociabile, non
loquatur, niſi cum duabus perſonis, tempore quo aliis
in eadem domo dabatur acceſſus, & commoditas cum
ipſa loquendi? quæ quidem impoſſibilitas nedùm eſt
de facto, * ſed de jure naturali. Hinc videmua, quòd 23
quotieſcùnque Judex non vult delinquentem, vel te-
ſtem, quem examinare intendit, ut cum aliquo allo-
quatur, nunquàm præcipit ei, nè loquatur, quia hoc
eſſet impoſſibile obſervari, & per conſequens nullum,
ſed eum retinet ſecretum, cum ordine Cuſtodi carce-
rum, ut non permittat, quod cum aliquo alloquatur,
vel inhibet quibuſcunque perſonia, nè cum carcerato
loqui audeant; iſto enim caſu valet inhibitio, quia
commodè fieri poteſt, cùm ſe reſtringat mandatum
ad unum tantùm, cum quo nulla juris, vel facti adeſt
neceſſitaa loquendi & tamen etiam in iſto caſu illa ge-
neralitas reſtringitur in eo qui loquitur carcerato cum
Fiſci intereſſe, ut benè fundat *Cravett.* videndua *in
conſ.* 3. & eum ſequitur *Urſil. ad Afflict. in deciſ.* 130.
n. 8. *Capibl. de* Barun. *in prag.* 14. *n.* 51. dicit, quòd
hæc prohibitio valet antè datas defenſiones, po-
ſteà autem minimè ſubſiſtit, & ità refert judicatum in
Sac. Conſ. inter Univerſitatem Hoſtiliani, & ejus
Dominum, & eſt ratio, quia antè poteſt inſtrui
inquiſitua in damnum Fiſci, poſteà verò non, ſed
nunquàm fuit practicatum, ut hæc inhibitio fiat
delinquenti, quia hoc eſt impoſſibile ſervari, dici-
tur enim impoſſibile etiam id, quod commodè fie-
ri non poteſt, *Menoch. de arbitr. jud. lib.* 2. *caſu*
237. *num.* 24. & impoſſibilium, & difficilium idem
eſt judicium, *Alber.* & alii relati per * *Galganetium* 28
in d. c. 2. *ſub num.* 10 & iſta impoſſibilitaa excuſat
à pœna, *Bar. in l. ſi homo*, *num.* 1. *ff. de verb. ſi-
gnif. Ceph. conſ.* 18. *n.* 7. *Ferreir. in tract. de obedien-
tia*, *n.* 53. latè *Sebaſt. Medices de fortuitis caſibus*,
qu. 5. *per tot.* & præcipuè *n.* 35. *in* 7. *vol. tract. Fa-
rinac. qu.* 160. *n.* 124. & 126. *& in repertorio Judicia-
le*, *qu.* 86. *n.* 40. * patet ergo, hoc mandatum nè 29
loquatur niſi cum duabua perſonis, eſſe ex ſui par-
te, nedum nullum tanquam impoſſibile obſervari,
ſed etiam injuſtum, * dum non in pœnam ei fuit ſta- 30
tutum, ſicuti in ſimili dicimua, non tenere præcep-
tum, ut quia non intret Curiam Regia niſi in pœ-
nam delicti, * ut habetur ex *Azeved. in l.* 1. *tit.* 23. *l.* 31
8. *n.* 2. *novæ recopil.* & injuſtum præceptum obſerva-
re non tenemur. * *Bal. in proœm. Gregoriano*, *n.* 4. *glo.* 32
in l. ſubmerſis, *C. de naufrag. lib.* 12. *Monac. in c. cu-
pientes*, *in pr. de election. in* 6. neque etiam ſi eſſet præ-
ceptum Summi Pontificis, ut ex multis hoc fundat
Azeved. li. 1. *tit.* 3. *l.* 14. *n.* 32. *cum pluribus ſeqq. no-
va recopil.* 22.

Si autem Reg. Fiſcua prætendat hanc pœnam, † 33
quia alloquuta fuit Tabellioni tempore, quo man-
datum dedit Januario Caracciolo ad contrahen-
dum matrimonium, * & tunc ultrà ſuperiùs conſi- 34
derata, erit animadvertendum, quod ad contra-
hendum matrimonium mandatum non extenditur,
ut ſuprà fundavi, * cùm non appareat mandatum, 35
nè contrahat matrimonium, * & nunc addo, quod 36
quamvia mandatum, etiam in prædicto caſu ſe ex-
tenderet, tamen quotieſcumque lex, vel ſtatutum
diſponit, * vel Princepa præcipit aliquid alicui, re-
ſpiciens favorem illius, cui præcipit, tunc potiùs 37
cenſetur conſilium, quàm præceptum, ità *Joan.
Igneas* loquens in præcepto facto minori, * quod 38
non contrahat inconſulto, & ideò contraveniens
non

Digitized by Google

non peccat, ut *in auth ſacram pub. nu. 46. C. ſi ad-*
verſ. vendit. Antonius Burgos in cap. cùm accepiſſent,
de conſtit. n. 88. Neque poteſt dici incidiſſe in pœ-
nam, cùm abſque verbis matrimonium contrahi
non poſſit, *Sanch. lib. 1. diſp.* 18. & eſt ſatis vulgata
regula, quod ſi non eſt inhibitum matrimonium,
neque erit inhibitum omne id, per quod ad illud per-
veniri poteſt, ſicut etiam prohibito aliquo, prohi-
betur omne id per quod pervenitur ad illud, *l. ora-*
tio, ff. de ſponſ. Reb. in c. poſt. in pr. de cler. excom. mi-
niſtr. & propterea nullo modo poteſt eſſe locus præ-
tenſæ pœnæ.
39 Verum quia ex aliis etiam hoc idem fundatur,
ideò quamvis non ſit neceſſe, ut tanto magis juſti-
tia Clientis appareat, breviter per aliqua capita diſ-
curram.
Et primò † quia hæc pœna ducatorum quinqua-
ginta-mille tanquàm exceſſiva exigi nullo modo
poteſt, quia inhibitio fuit ipſo jure nulla tanquàm
contra legem, ſiquidem Judices non poſſunt con-
tumaces, & obnoxios ultrà ſummam duarum un-
ciarum mulctare. Proconſules verò ultra ſummam
ſexaginta, & Spectabiles ultra ſummam trium un-
ciarum, Præfectus verò prætorio propter ejus di-
40 gnitatem poteſt uſque * ad quinquaginta libras auri
mulctare: tex. eſt in *l. eos, & l. illuſtres C. de modo*
mulct. & Pro-rex, qui locum Præfecti prætorio in
hoc Regno obtinet, uſque ad ſummam ducatorum
trium mille poſſe pœnam irrogare, cum conſilio
41 tamen, † & voto Collateralis Conſilii, habetur ex
Surg. de Neap. illuſtr. c. 15. *n.* 6. & quamvis Judi-
ces hodie diſpoſitionem *dict. l. eos* de facto non ob-
ſervent, ut dixit poſt alios *Farinac. qu.* 18. *n.* 32. *Se-*
baſt. Guazzin. de pace & treug. tit. de cauſ. §. 3. quaſt.
42 13. *nn.* 2. & 3. * ſed Judicis arbitrio relinquitur, ut ha-
betur ex *Menoch. de arbitr. caſu* 280. *Franch. dec.*
271. *Regens Tapia in Conſt. Regni, Pœnam novem*
unciarum, Maſtrill. dec. 208. *n.* 36. non tamen hæc
43 pœna quæ ab homine * tanquàm mulcta, & non
tanquàm pœna delicti à lege ſtatuta eſt, tam ex-
44 ceſſiva irrogari poteſt, † cùm non poſſit contumax
mulctari amiſſione totius cauſæ, *l. properandum,*
§. cum autem, C. de judiciis, & l. poſt edictum, ff. eo-
dem, nec pœna confiſcationis bonorum, *Andr. de*
Iſern. in c. 2. §. contrahentium, in 2. add. quæ regal.
Farinac. d. quaſt. 18. *n.* 32. & 37. & propterea mulcta
inſolita, & non conſueta dicitur injuſta, *l. fin.* ubi
45 *Ang. C. de canon.* † *larg lib.* 10. *Felin. in cap.* 2. *in*
verſ. ſtilus Curia, de reſcript. & excuſari quem à
46 præcepto, † quod continet pœnam inſolitam, ſi
præcepto non paruit, poſt *Menoch. Brun. & alios*
Carcar. dec. crim. Mediol. 23. *n.* 28. qui loquitur in
propriis terminis de pœna appoſita in contrahen-
tibus matrimonium contra Judicis præceptum,
nam pœna debet eſſe conveniens delicto, *cap. quæ-*
ſivit de his, quæ fiunt à major. part. Cap. l. ſancimus,
47 *C. de pœnis* † *Capyc. deciſ.* 126. *n.* 5. & alii per *Cartar.*
dict. deciſ. 23. *nu.* 21. & mulctam ducatorum viginti
mille eſſe æquivalentem valori totius cauſæ, &
propterea crudelem, dixit *Benedict. de Plotis* inter
conſ. criminalia, *conſ. 3. vol. 2. nu. 3. in fin.* & quando
48 pœna indicta eſt immoderata, * & exceſſiva, dicitur
ipſo jure nulla, ut *in add. ad Abb. in c. de cauſis, nu.*
12. *lit. H. de offic. deleg. Bonacoſ. comm. opin. par.* 1.
pag. 116. *Cagn. in l. 1. C. ſi quis jus dicen. non obtem-*
peraverit, & de communi teſtatur *Gallia conſ.* 21. *nu.*
4. & poſt ipſum *Farinac. d. qu.* 88. *n.* 29.
49 De jure verò * Regni pœna contumacis tertiam
partem mobilium non excedit, ut in *Conſt. Reg. Pœ-*
nam eorum, quamvis *Andr. ibidem* dicat, quod ali-
50 qui Moderni dixerunt, quod Judices in ſumma ad-
miniſtratione conſtituti, & habentes merum impe-
rium poſſunt citare ſub pœna omnium bonorum
in arduis cauſis, tamen dicit ipſe, quod hoc corri-
gitur hodiè, aut in deſuetudinem abiit, quia con-
trarium videmus ſervari, & ſe allegat *in tit. quæ ſint* 51
rega. ſuper ver. inceſtas nuptias. † ubi *n.* 42. dixi, quod
non poteſt major pœna tertiæ partis mobilium ir-
rogari, hoc etiam dixit *Afſl. in d. conſt. Regni, Pœ-*
nam novem unciarum, nu. 29. & *Baiard. ad Julium*
Clar. in q. 31. nu. 31. * loquens de pœna quæ poteſt in 52
Regno in præcepto per Judicem faciendo inferri,
cùm igitur hæc pœna ducatorum quinquaginta
mille † nec in Regno nec extra Regnum fuerit un- 53
quàm practicata, ſuccedit indubitata juris conclu-
ſio, quod nulla fuit ipſo jure, per ſupra dicta.
Ulterius conſiderandum eſt, * nullo modo poſſe 54
tractari de exactione pœnæ, cùm iſtæ pœnæ magnæ
imponantur, ut magis homines timeant, & evi-
tentur atrocia, non autem ut exigantur, ita poſt
Joan. Rayn. in c. Imperial. de prohib. feud. alien. per
Fed. & Rol. à Vall. conſ. 47. *nu.* 60. *vol.* 2. voluit *Ri-* 55
min. jun. loquens in pœna ducentorum aureorum
in conſ 137. *n.* 27. *vol.* 3. Et quod pœnæ magnæ ad ti-
morem, non autem ad exactionem imponantur *Stap-*
pa. de jure non ſcripto, l. 5. c. 193. n. 5. Nec Duciſſam aſſer-
eum mandatum contempſiſſe dici poteſt, * ſola enim 56
inobedientia non inducit contemptum *Covar. in c.*
alma mater, §. 5. n. 6. p. 2. de ſent. exc. Rim. jun. conſ.
337. *Alter. de cenſur. li. 5. c. 6. diſ. 22. verſ. poſtremo*
remanet, quando autem dicatur ex contemptu non
parere declarat Giurba, *conſil.* 30. *nn.* 25. poſt Ar-
chidiac. & alios, quos allegat, ubi cenſet, tunc ali-
quem in contemptum non parere, ubi ſcienter, &
contumaciter legis diſpoſitioni, aut Superioris præ-
cepto ſubjici non vult, & ob id directè movetur ad
tranſgrediendam legem, aut ad inobediendum Su-
perioris voluntati, at ſi legem, aut mandatum Prin-
cipis ob aliquam peculiarem cauſam qui tranſ-
greditur, non delinquit ex contemptu, *Gemm. in*
c. libellus, poſt gl. 10. *diſt. Cartar. deciſ.* 13*n. nu.* 11. &
12. *Tiber. Decian. conſ.* 14. *nu.* 9. *vol.* 3. *Rim jun. conſ.*
337. *nn.* 16. ſic etiam ſi ex negligentia, vel cupiditate
quis contravenit, non dicitur contemnere, *Leſſius* 57
de juſt. & jur. lib. 2. *cap.* 40. *dub.* 9. hinc dixit *Bal. in*
leg. 1. C. de his, quæ pœn. nom. quod ut contraveniens
in pœnam incurrat, * debet contravenire formali-
ter, ita quod ejus animus directò ſit ad contrave- 58
niendum, * ſequitur eum *Natta in conſ.* 339. *nu.* 2. *lib.*
2. aliud eſt enim contemnere, aliud non parere, 59
gloſ. in c. ſi quis autem, diſt. † 10. propriè enim dicitur
contemptus contra legem, aut Principis præcep- 60
tum agere, non quia lex, ſive Principis præceptum
diſpliceat, ſed ipſa legiſlator, ut ex multis probat
poſt *Divum Thom. Cajet. Alphonſ. à Caſtro, Alte-*
rium, & alios *Marius Giurba in conſ.* 32. ſub *n.* 25.
quotieſcunque * verò ex aliqua cauſa, etiam non juſta,
quia præcepto non obtemperat, non dicitur con- 61
temnere, ut propterea non erit locus mulctæ, ut
fundat *Benedictus de Plotis*, cui ſe ſubſcribit *Bal.*
de Ubal. in conſ. 3. nu. 6. inter conſ. crimin. vol. 2. Et
quod in hoc caſu non dicatur * præceptum Judicis 62
fuiſſe contemptum, ita ut locus pœnæ eſſe poſſit,
adduco in terminis in propria materia matrimonii
Albert. Brun. conſ. 115. *vol.* 1. *nu.* 23. cujus verba
tanquam punctualiſſima referam, & ſunt infra ſcripta,
videlicet.
Nec videtur, D. Juliam poſſe privari ratione con-
temptus mandatorum cœtus Dominorum Cardina-
lium, ne nuberet ſine eorum licentia, quia dato quod
præceptum fuiſſet licitum, † *tamen qualitas perſonæ,* 63
& juventus ſeu levitas excuſarent tranſgreſſionem,
ſecundum Mart. Laud † *in tract. de pr. verſ.* 185. *in-*
cip. conſuevit ſervari, ubi allegat Bald facit quod 64

dixit Bal. conſ. 158. incip. ſuper eo. pen. col. 3. vol. & quia non parens mandato Superioris propter aliquam
65 *ſuam particularem cauſam, non dicitur contemnere, nec peccare ſecundum Card. in clem. 1. in 4. not. de ſepul. & quia contra legem eſt, quod quis cadat à feudo fa-*
66 *ciendo parentelam, vel contrahendo amicitiam cum inimico Domini, quando hoc non fit principaliter in damnum domini ſecundum Alu. in §. porrò qua fuit prima cauſ. benef. amitt. quod dictum ſequuntur communiter D. & Moderni Summiſta in tract. feudorum, & Do. Jaſ. in*
67 *l. ſi non fortem, §. liberens, 1. col. ff. de cond. indeb. ideò mandatum contra legem non ligat, nec quis parere tenetur, c. ſi quando ubi Panor. & alii, de reſc. &*
68 *tantò magis, ex quo impediri non debet libertas matrimonii, nec arctari, c. requiſivit, &c. gemma, de ſponſ. ubi Zoccus, & Moderni in d. c. requiſivit tenent, quod ſolùm poſſit impediri in certum genus perſonarum, non veniendo ad ſpecialitatem cum in caſu iſto probibitio eſſet generalis, reducens matrimonium ad voluntatem Domini Papa.* Hæc ille.

69 Et *Brunum* * refert, & ſequitur *Roſent. c. 10. concl.* 30. *n.* 40. *tom.* 2. & alii infra citandi, & rei veritate ſolent hujuſmodi mandata fieri ad evitanda ſcandala, unde ſi nullum ſequutum fuit ſcandalum, nec ullum verſetur Fiſci intereſſe, pœna exigi nequit *Gram. conſ.* 74. *Franc. Niger controv. jur.*
70 *li.* 1. *contr.* 101. *n.* 15. *cum ſeqq.* Nec prætereundum cenſeo, quod aſſertum præceptum, ſive mandatum factum Duciſſæ fuit valdè obſcurum, & quando præceptum eſt obſcurum, non obediens excuſatur, *Lancel. in templo omnium Judicum, lib.* 1. *§.* 4. *verſ.* 27. *loco ſ.* 90.

Secundò, hæc aſſerta pœna exigi nequit, cùm
71 neque mandatum, † ne contrahant to conſulto Prin-
72 cipe * ſub pœna fieri poſſit; prohiberetur enim libera contrahendi matrimonii facultas, quod neque per indirectum fieri poteſt, *c. gemma, de ſponſal.* neque Princeps, vel judex ſecularis ſuper hoc ſe poteſt ullo modo intromittere, *c. tuam, de ord. cogn.* & probatur etiam * *per tex. in l. cum inferior, de ma-*
73 *jor. & obedien. Abb. in c.* 1. *de ſponſ. n.* 7. & 8. & de communi teſtatur Alex. *in rubr. ff. ſol. matr. Gomez. in l. Tauri* 49. *n.* 8. hinc ſtatuta laicorum, quæ pœnam imponunt * retrahendo à libertate matrimonii
74 contrahendi ob metum pœnæ, quæ vel diminuit patrimonium, vel famam, non ſunt ſervanda, *c. pen. de ſecundis nupt. Jo. Andr. in c. ſtatutum, de hæret. in* 6. *Felin. in c.* 1. *n.* 13. *de ſponſ. Rim. jun. conſ.* 8. *nu.* 24. *lib.* 1. Gayl. *obſer.* 63. *nu.* 2. *lib.* 2. Afﬂ. *dec.* 350. Proſper. Paſit. *conſ.* 32. *nu.* 82. Reuſner. *conſ.* 7. *nu.* 98. & *conſ.* 10. *n.* 99. *lib.* 1. & alii relati per Suarez. *in lib.* 2. *de matr. ſub numer.* 17. fol. mihi 265. & per Ricc. *in dec.* 187. *lib.* 3. & quod rejiciendæ ſint pœnæ libertatem matrimonii * impedien-
75 tes, ne metu pœnæ ſolvendæ coactè nubant; nam in contrahendis nuptiis libera debet eſſe voluntas, latè poſt alios explicat Didacus de Medrano *in tract. de conſenſu connubiali, c.* 15. *n.* 1. Ambroſ. *dec.* Poruſ. 6. *nu.* 8. nec hoc ſtatuto fieri poteſt, * Fontan.
76 *de pact. nupt. clauſ.* 12. *gl. unica, n.* 73. qui *n.* 14. ampliat, quod talis pœna non exigitur, * quam-
77 vis eſſet appoſitum juramentum, idem reperit *dec.* 248. *nu.* 10. *Paul. Durand de condit. & mod impoſſib p.* 2. *c.* 3. *nu.* 46. quod etiam fundatur, * quia major
78 poteſtas requiritur in adjectione pœnæ, quam in diſpoſitione. Bal. *in l. omnes populi, col.* 7. *verſ. ſed nunquid ſtatutum ff. de juſt. & jur.* ſi ergò non poteſt in principali diſpoſitione matrimonii Princeps, vel
79 Judex laicus aliquid ſtatuere, ergo pœnam poteſt apponere, *Suar. in loc. citato n.* 18. optimè *Seſſe deciſion. Aragon.* 279. *par.* 3. *nu.* 13.

Et quamvis *Bar. in l. ediximus, C. de marileg. lib.*
11. teneat, quod valeat matrimonium, ſed poſſit 80
pœna exigi, tamen contra *Bart.* inſurgunt omnes, ut per *Alex. in l. Sejus Augerius, ff. ad l. falcid. & conſ.* 17. *lib.* 8. & *conſil.* 1. *lib.* 3. ubi etiam contraria reſpondet, *Feder. de Sen. conſ.* 175. *Anch. conſ.* 18. *Abb. in conſ.* 65. *lib.* 2. *Cardinalis Alex. in c. fin. de ſecund. nupt. & in c.* 1. *de ſponſal.*

Hinc *Doctores* * tractaverunt articulum an poſſit 81
fieri ſtatutum, ut filia non poſſit nubere abſque conſenſu patris ſub aliqua pœna, in qua quæſtione latiſſimè diſputato articulo partem negativam tenuerunt Suar. *in l.* 2. *de los caſamientos.* Dec. *conſ.* 231. & *in c. Eccleſia Sancta Maria de Conſt. Matien. in dial. Relatorum p.* 3. *c.* 31. *n.* 3. Morot. *conſ.* 97. *per tot. Covar. in* 4. *decr.* 2. *par. §.* 8. *nu.* 3. cum aliis relatis per Font *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 2. *n.* 64. Paul. Durand. *in eod. tr. p.* 2. *c.* 3. *n.* 82. Azev. *conſ.* 4. & hanc opinionem tanquam communem, & magis probabilem dixit Ceval. *commun. contr. comm. q.* 5. *n.* 6. Covar. *pract. queſt. li.* 8. *q.* 2. *n.* 4. & 6. *cum ſeqq.* Maſtrill. *dec.* 163. *n.* 17. pleniſſimè per Riccium qui cæteros colligit *in d. dec.* 187. *Dominus Regens Tapia de jure Regni, li.* 4. *tit. de matrim. à feud. abſque Reg. aſſen.* Barzius *dec.* 29. quod hodie
eſt abſolutum per Concilium Trident, *ſeſſ.* 24. *cap.* 9. 82
& licèt alii contrarium teneant, attamen ſi eſſet attendenda contraria opinio, quando condignè nubit, ceſſat pœna, poſt Montalia, Sanch. Jaſ. Lopez Navar. Decium, Molin. Fontan. *de pact. nup. gloſ.* 2. *clauſ.* 4. *tom.* 1. *n.* 28. & deciſum refert Cancer. *lib.*
3. *var. reſolut. c.* 11. Theſaur. *qu. forcn.* 70. *vol.* 1. 83
Nam & mulier nubens viro digno abſque patris conſenſu, non privatur legitima, ſive hæreditate, ut deciſum refert Cancer. *d. cap.* 11. *nu.* 6.

Nec poſſunt mandata, ſeu ſtatuta prædicta ſuſtineri ratione publicæ utilitatis, prævalere enim debet libertas matrimonii. *Gabr. conſ.* 12. *lib.* 2. & *Barzius in d. dec.* 29. latiſſimè *Fontan. de pact. nuptial. tom.* 1. *d. clauſ.* 4. *gloſ.* 2. *ex n.* 11. *ad* 26. ubi
relatis opinionibus reſidet in opinione negativa, 84
quod non poſſit ſtatuto laicorum aliquid diſponi, ea ratione, quia libertas matrimonii per indirectum diminueretur, contrà mentem Sacrorum Canonum, & Sacri Concilii Tridentini, ac idem firmat *in tom.* 2. *clauſ.* 12. *glo. unic. nu.* 3. *in fin.*

Sequeſtratio tamen puellæ à Canoniſtis admitti- 85
tur in aliquo Monaſterio, ut valeat ſpontè ſuam liberam voluntatem explicare, *Georg. de Privi. conſil.* 48. *n.* 8. *inter conſ. matrim. Carocius de ſequeſtr. par.* 1. *quæſt.* 1. & ita fuit practicatum in Sacro Conſilio, ut per *Ann. ſing.* 395. *Dominum Rovit. in Pragmat.* 9. *de Baronibus*, Epiſcopus *Riccius coll.* 1826. ubi meminit, & practicatum fuiſſe in eodem S. C. in caſu relato à *Thoro in* 1 *part. compendii, verbo ſequeſtratio, & collect.* 1050.

Quod quidem admittit etiam *de Ponte in tract. de*
poteſt. † *Proreg. tit. de aſſenſ. Regu ſuper dot. n.* 48. 86
juſtificat tamen mandata, quæ ſolent fieri mulieribus, ut non contrahant matrimonium, inconſulto Prorege, vel ſeculari Judice, vel quòd reponantur in loco tuto, non habendo reſpectum ad magnitudinem divitiarum, & ſimilia, hoc enim nullo modo fieri poſſe affirmat, ſed tantùm *n.* 51. mandata admittit, quando adeſt informatio, ſubductio volun-
tatis puellæ, timor violentiæ, ſcandali, & pudi- 87
citiæ, vel conjunctorum diſſenſio, ut ex diſpoſitione *text. in l.* 1. *C. de nuptiis* voluerunt *Faber ibi*, & *Cyn. in l. ſi quis non dicam rapere, C. de Epiſc. & Cler.* & hanc doctrinam *Joa. Franciſci de Ponte* ſequitur *Maſtrill. de Magiſtr. lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 120. *Covar. de ſponſal par.* 2. *cap.* 5. *§.* 6. *n.* 3. *Azeved. conſ.* 37. *Capibl. in prag.* 9. *de Baron.* qui alios al-
legat

88 legat *nu.* 5. *&* 10. & quòd hoc poſſit fieri per Judi-
cem laicum tenet etiam *Epiſcopus Montis Marani in*
praxi Curia Archiepiſcopalis cap. 15. in impreſſione fa-
cti Neapoli in anno 1602. licèt in impreſſione fa-
cta Romæ de anno 1603. in *cap.* 14. ſequeſtratio-
nem, dicat, eſſe faciendam à Judice Eccleſiaſtico,
Ricc. qui ex multis hoc probat *in d. dec.* 187. *n.* 7.
& fundatur ex *text. in cap. tuam, de ord. cognit.* &
probatur ex ſuprà diſcuſſis: Amiſſa tamen opinione
de Ponte, quæ hodiè practicentur in Regno, non
89 poteſt verificari, niſi in illis caſibus, in quibus man-
datum ſit, quando adeſt informatio, vel timor ſub-
ductionis voluntatis puellæ, violentiæ, & ſcanda-
li, pudicitiæ, & honoris ejuſdem puellæ, quæ cùm
abſent in hoc caſu, non enim adfuit ſubductio, non
violentia, nec ſcandalum pudicitiæ, & proptereà
nulliter fuit proceſſum ad mandatum prædictum,
non præcedentibus prædictis, ex quibus manda-
tum juſtificari potuiſſet, & hoc eſt quod voluit
90 *Petr. de Bellapert. in d. l.* 1. *C. de nupt.* ut Præſes
Provinciæ ſe interponat, ut matrimonium liberè
contrahatur, hoc etiam probat *text. in cap. cùm lo-*
cum, de ſponſal. ut puella, de cujus matrimonio ven-
91 tilatur quæſtio, in domo, in qua nihil timere eam
oporteat, collocetur, quem etiam ad hoc allegat
Covar. de ſponſa. d. par. 2. *cap.* 3. *§.* 6. *nu.* 2. *Maſtrill.*
in loco allegato *ſub d. num.* 120. nec loquuntur præ-
citati *Doctores*, niſi in pupilla ſub tutoris authorita-
te, & ex eis nullo modo ſinendum erat, ut in do-
mo, in qua ſuſpicio coactionis voluntatis aderat,
inotaretur puella, immò tantùm abeſt, ut de præ-
92 tenſa pœna inhibitionis tractari poſſit, * quinimò
potiùs partes Superiorum erant in adjuvando puellæ
voluntatem, prout ſic credendum eſt, fuiſſe ipſo-
rum intentionem, & ſunt notanda aurea verba
Maſtr. in d. tract. de magiſtr. lib. 5. *caput.* 6. *num.*
119. *in fine*, cujus verba ſunt infraſcripta, videlicèt:
Maximum enim eſſet abſurdum, ſi Pro-rex, cujus offi-
cium eſt facere judicium, atque juſtitiam, † *&* *liberare*
93 *de manu opprimentium oppreſſos, & ipſe idem calumnia-*
ret, & opprimeret, prout aliquando experientia docuit.
Hæc ille.

Erit etiam maximæ conſiderationis diſcordia,
quæ eſt inter Principem Conchæ patrem, & Princi-
piſſam uxorem, qui per multos annos ſimul non
cohabitant, nec benè inter ſe conveniunt, & quam-
vis Principiſſa Comitem Palenæ ejus filium cum Du-
ciſſa matrimonio copulari deſiderare dicebat, atta-
men nec è Monaſterio exire, & cum ejus filio, &
futura Nuru habitare intendebat, nec aliquid, niſi
ſatis minimam quantitatem de proprio, pro ſuſten-
tatione ejus domus, & familiæ eidem ſtatuere vo-
lebat. Princeps autem pater, nec matrimonium
prædictum deſiderabat nec condecentem victum
filio aſſignare ullo modo intendebat, & in diſcor-
diis, & diſſenſionibus tranſierunt menſes, & men-
ſes etiam poſt explorationem voluntatis, factam
de ordine Domini Pro-regis, per eximium I. C.
natalium ſplendore, ac morum ſuavitate, non
94 minus, quàm doctrina præclarum Dom. D.
Franciſcum Antonium de Alarcon, ſupremi Caſtel-
læ, ac Cubiculi S. M. Conſiliarium, Equitem Divi
Jacobi de Spata, & tunc in hoc Regno Genera-
lem Viſitatorem, non ſine maximo puellæ dede-
core.

Ampliùs conſiderandum eſt, quòd ſumus in
95 muliere vidua, * quæ non tam ſtricto vinculo ad-
ſtringenda in hac materia eſt, ſicuti virgo, hinc
dixit *text. in l. vidua* 18. *C. de nupt.* quod quam-
vis vidua non poterat olim nubere abſque patris
96 conſenſu, † ſicut virgo, attamen ſi pares ſint
competitores genere, & moribus, poterit vidua
eligere eum, qui ſibi potior videbitur; ſic etiam
dicimus, quod quamvis ex legibus Caſtellæ mu-
lier, quæ ſine patris conſenſu nubit, * exhæ-
redari à patre poſſit, ſecundùm aliquos, de qua 97
quæſtione poſt alios, quos allegant, videndus
Reg. Tapia in 4. *lib. Juris Regni, rubr.* 12. *de matri.*
pleniſſimè per *Rebell. de obligat. juſtit.* 2. *par. lib.*
2. *quaſt.* 14. attamen hoc non procedit in vidua,
quando condignè nubit, ut fundat idem *Rebell.*
ibidem, ſub numero 30. *Paſchal. de virib. patr. pot.*
par. 2. *cap.* 5. *numero* 32. quod tantò magis pro-
cedere debet in muliere vidua, quæ parentibus or-
bata condigno nubit.

Tertiò, * non poteſt tractari de exactione præ- 98
tenſæ pœnæ, ex quo prætenſum mandatum, qua-
tenus tale poſſit appellari, expiravit, vel ſaltem
quia habuit juſtam cauſam credendi, fuiſſe extin-
ctum, ad excluſionem prætenſi doli, ex ſupra-di-
ctis enim ſatis fundatum apparet, quod inhibitio,
& ſequeſtratio puellæ non admittitur a Judice lai-
co ad alium finem, niſi ut ſuam poſſit puella li-
beram explicare voluntatem, ſtatim atquè illam
explicavit coram dicto * D. Viſitatore Generali, 99
juſſu Domini Pro-regis inhibitio ceſſat, nam ceſſan-
te cauſa inhibitionis, ceſſat & ipſa inhibitio, *c.*
ceſſante, de reg. jur. in 6. & probatur per *Seſſe de*
inhibit. cap. 21. *num.* 6. & ceſſante cauſa banni,
ceſſat ipſius pœna, *Tiraq. in tract. ceſſante cauſa* 100
in prin. p. 1. *num.* 41. ſic etiam ceſſante ratio-
ne ſtatuti, ceſſat ſtatutum *Francus in cap. deteſtanda,*
de conceſſ. prabend Mexia in prag. * *taxa panis, con.* 101
2. *ex num.* 31. *cum ſeq.* & ceſſante cauſa fidejuſſio-
nis, ceſſat & fidejuſſio, *Caball. reſol.* 56. *num.* 16.
cùm ergo mandata ſuſtineantur ad finem explo- 102
randi voluntatem, * ut libera ſit puellæ voluntas,
ea explorata, ceſſat mandatum, & quidem quo-
tieſcunque poterit comprehendi, inhibitionem fuiſſe 103
extinctam, * qui ſunt, ut plenè probat *Seſſe de in-*
hibition. cap. 10. *§.* 1. *num.* 18. & quælibet cau-
ſa excuſat à delicto, ad excuſandum enim à dolo,
nedum ſufficit juſta, & legitima cauſa, ſed etiam
fatua, & beſtialis † *Angel. in l.* 1. *in fi. ff. de eo, per* 104
quem fact. & in l. plagii, ubi gloſ. C ad Flav. de
plag. Gram. vot. 10. *num.* 20. *Burſ. conſ.* 152. *vol.* 2.
imò ignorantia juris intricati excuſat, * quod inhi- 105
bitioni non ſit obtemperatum, nec contra-facien-
tes, habentes aliquam dubitandi cauſam, ſunt pu-
niendi, *Capyc. dec.* 20. *num.* 10. *Seſſe in d. cap.* 10.
§. 1. *num.* 26. eſt *text. in leg. ignus, §.* 1. *de liber.*
cauſ. latè *Anton. Gabr. commun. opin. lib.* 7. *concl.*
8. *per tot. Lancell de attent. par.* 2. *cap.* 20. *limit.*
24. *num.* 25. & in terminis, ad hoc, ut ſit lo-
cus pœnæ ſpreti mandati Superioris, quòd requi-
ratur dolus, † ad cujus excluſionem ſufficit er- 106
ror juris, qui inducit bonam fidem, quæ etiam
præſumitur in eo, qui aliquid facit ſecundum jus
naturale, & libertatem, fundat præclariſſimè *Cra-*
vetta conſ. 6. *num.* 118. *uſque ad* 122. ubi ex *Bal.* & 107
aliis ſubnectit, non eſſe locum pœnæ, ubi adeſt juſta
cauſa credulitatis, & quod hoc caſu excuſetur quis
à culpa, pœna, & à contemptu Judicis, & ubi adeſt 108
injuſta credulitas, excuſet à dolo, † latiſſimè fundat
aliis relatis *Giurba d. conſ.* 34. *num.* 25.

Et ex ipſa † voluntatis exploratione revocatio- 109
nem mandati, & inhibitionis induci, ex eo etiam
probatur, * quia non fuit facta ad alium finem, niſi 110
ut matrimonium ſequeretur cum perſona digna à
muliere electa, * tùm ergo Ducissa nubendo Comi-
ti contra-feciſſet, alias enim exploratio voluntatis 111
nihil operatur, ita etiam nec ipſi Principi; potuit
enim hanc voluntatem revocare, * ſicuti in ſimili di- 112
cimus, quod conceſſa Univerſitati per Principem

poteſtate

poteſtate condendi ſtatutum, ſi otitur ea poteſtate,
& ſtatutum condidit, poteſt etiam vittute ejuſdem
113 poteſtatis illud revocate, † & uliud facere, *Bal. in c.
1. verſ. deinde quarn, pont, quod Princeps. de pac. coa-
ſtan.* & quamvis poſt explorationem voluntatis man-
datum non eſſet revocatom, tamen certum eſt, de-
114 buiſſe aſque dubio revocati, & quando actualitet
inhibitio non eſſet moderata, vel revocata, ſed ve-
niret revocanda, quod debear ſuperſederi tn revo-
catione attentatorum, voluit *Rota in una Caſaran-*
115 *guſtana † erectionis Capellæ in dec.* 176. quod etiam
probat *text. in l. prætor ait. in princ. & ibi gl. in*
116 *verbo deberet* * *ff. de novi oper. nunc.* ubi habetur,
qood factum poſt novi operis ounciationem ooo
revosandum, quando nuntiatio aut fuit remiſſa,
aut in ea cauſa eſt, ut remitti deberet, quod pro-
cedere etiam in inhibitione probat *Lancell. de attn.
par. 2. c. 20. lim. 2. n. 8.*

Quod etiam convincitur, cùm poſt voluntatis ex-
plorationem magna fuerit diſſenſio in modo capi-
tulandi, & contrahendi, & in promiſſione facienda
per Principes Conthæ, ita ut plures menſes erant
elapſi, & de facili dubitabat Ducilla, quod ex parte
117 ipſorum (ex quo * non erant Princeps Pater & Prin-
cipiſſa Mater inter ſe concordes,) poterar matri-
monium excludi, cum maximo ipſius dedecore, ex
quo facto ipſa Duciſſa, perquam maximè indigna-
ta, potuit voluntatem mutare, & ſibi de alio viro
providere, nec pœnam mandati quis incurrit, quando
poſt mandatum nova cauſa ſupervenit, quæ ad ho-
norem & exiſtimationem pertinet, * ut latè fundat
118 *Sebaſt. Guazz. de pac. & treug p. 2. §. 1. qu. 40. per
totam.*

Iſtis accedat, quod ſumus in muliere Neapolita-
na, quæ non poteſt ad pœnam prædictam ſolven-
dam adſtringi vigore Capiruli conceſſi huic Fideliſſi-
mæ Civitati de anno 1505. per Regem Catholicum,
119 quod eſt * *capitulum* 14. *fol.* 41. per quod ſtatutum
reperitur, quod non poſſint bona Neapolitanorum
confiſcari, niſi pro crimine læſæ Majeſtatis, & hæ-
reſis, qood Capitulum per Collaterale Conſilium
fuit extenſum, & declaratum etiam reſpectu pœnæ
tertiæ partis mobilium, quâ contumaces puniuntur,
per *Conſtitutionem Reg. Pænam*, ut apparet ex ipſa de-
claratione inſerta poſt Capitulum prædictum, cujus
vigore fuit iterum ſupplicatum, † recolendæ memo-
120 riæ, Carolo V. Cæſari in anno 1550. quod non poſ-
ſint exigi illæ prætenſæ pœnæ pro ſpretia mandatis,
ſed quod debeant ſervari Capitula, & Conſtitutio-
nes Regni, & ita fuit obtentum *in c.* 8. *fol.* 149. Ex
quibus Capitulis non poſſe exigi talem pœnam,
fundat *Reg. de Ponte in conſ.* 64. qui *in fin.* ita deci-
ſum refert, & ſequitur *Reg. Tapia in d. Conſt. Regn.
Pænam*, de qua *Nos dec.* 77. n. 3. & licèt idem *de
Ponte* parum ſibi conſtans ſententiam mutaverit *de
121 poteſt. Pror. tit. 1. n. 28.* ea ratione, † quia Invictiſſi-
mus Carolus V. noluit aliquid concedere in anno
1550. ſed tantùm dixit, quod ſerventur Capitula,
& Conſtitutiones Regni, & nullum adeſt Capi-
tulum Regni circa hoc, ſed tantùm Capitulum Ci-
vitati conceſſum in anno 1505. & ideò refert, quòd
ſemper in Magna Curia ſolet exigi pœna ſpreti man-
dati, & quòd ita fuit mandatum in cauſa Marchio-
nis Padulæ, qui ob ſpretom mandatum; ne à do-
mo diſcederet, pœna cœpit exequi, ſed quòd Pro-
rex mandavit, non procedi ulterius ad exactionem
illius, de quo caſu Marchionis Padulæ meminit etiam
Surgens, licèt ſuppreſſo nomine *de Neapo. illuſtr. c.*
122 15. *& Balzara. in c. 1. §. bona committentium † ſub
numero* 15. *quæ ſint regalia, Thorus in compend. p. 1.
verbo pœna ſpreti.* Verùm erit per reſponſionem anim-
advertendum, quòd *de Ponte* non reſpondet decla-

rationi Collateralis Conſilii, per qood Capitulum
anni 1505. fuit declaratum, etiam reſpectu pœnæ
contumaciæ, & quòd aliud non eſt contumacia
niſi inobedientia, & tamen eſt caſus longè fortior,
quia pœna eſt ſtatuta à lege, mandatum, * ſeu præ- 123
ceptum ſub pœna pecuniaria ab homine, nec eſt
verum, (ſalva reverentia tanti viri) quòd in dies
Perceptor Magnæ Curiæ exigit pœnas ſpreti man-
dati, nam pœna liquidationis inſtrumenti, quæ eſt
decem pro centenario, non eſt ſimpliciter pœna
ſpreti mandati, ſeu contumaciæ, cùm etiam com-
parens, & non ſolvens, eandem pœnam patitur,
ſed eſt pœna ſtatuta pro illo perjurio, quòd eſt de-
lictum, & ſic termini non ſunt pares; in caſu
verò Marchionia Padulæ certum eſt, quòd pœ-
na non fuit exacta, ſicut in aliis caſibus practicatum
fuit, & licèt forſan in aliquo caſu contrarium fuerit
ſervatum, fuit potiùs de facto, quàm in jure, in iſtis
tamen † mandatis occaſione contractus matrimonii 124
nunquam fuit talis exactio pœnæ practicata, nec in
caſu Juliæ Muſettulæ, quem Regius Fiſcus tantope-
rè extollit, fuit ad exactionem pœnæ proceſſum, &
in cauſa Dominorum de Milano fuit per ſuam Ma-
jeſtatem juſſum, pœnam eſſe reſtituendam, caſus
verò Franciſci da Summa fuit ſatis diverſos, quia
ibi aderat verè contemptus, & tamen fuit negotium
tranſactione finitum.

Et tandem nullo modo poteſt exigi, ex qoo tem-
pore mandati, † & prætenſæ contraventionis Duciſſa 125
erat, prout hodie quoque eſt minor, & proinde
pœnis legalibus tuta eſt ipſo jure, *l. fin. C. ſi adverſ.
delict. & l. 1. Cod. in quibus cauſis reſtitut.* non eſt neceſ-
ſaria, in pœnis verò conventionalibus per viam re-
ſtitutionis in integrum, *Bald. in l. 1. num. 2. Cod. de
ſponſalib. Odd. de reſtit. in integr. qu. 82. n. 113. p. 2.
Caldas ad l. ſi curatorem habens, verſ. ſua facilitate, n.
93. C. de reſtitut. in integr.*

Et quatenus diceretur, † quòd hæc pœna oritur ex 126
prætenſo delicto contraventionis mandati, & pro-
pterea, quòd eidem minor ætas non opituletur, niſi
ut mitius puniatur, ex *text. in l. auxilium, §. in deli-
ctis, ff. de minor.* adhuc facilis eſt reſponſio, ſiquidem
quatenus delictum hoc nominari poſſet, cùm contra-
rium appareat ex ſupradictis, non fuit in committen-
do, cùm de per ſe nubere, & de nubendo alloqui non
ſit delictum, & maximè cum perſona condigna, ſed
delictum prætenditur, ex quo omiſit Duciſſa habere
licentiam, & relaxationem mandati ab excellentiſſi-
mo hujus Regni Pro-rege, ſiquidem non fuit inhibi-
tum, ne nubat, ſed ut non mutet ſtatum, inconſulto
Pro-rege, quo caſu ſequitur communis regula, quòd
minor * viginti-quinque annis non ſolùm reſtituitur in 127
integrum adverſus delictum, quod in omittendo con-
ſiſtit, ut per *Tiraquell. de pæn. temper. caſu 44. nu. 43
& 45.* & de commun teſtatur *Sfortia Oddus de reſtit. in in-
tegr. queſt. 80 num. 9. q. 83. n. 13.* * ubi probat, dari re- 128
ſtitutionem in integrum adverſus dolum, † verum 129
etiam in committendo affirmat, quando tractatur de
damno vitando, *Caldas in l. ſi curatorem habens, in
verbo adverſarii dolo, n. 62. C. de reſtit. in integr. Menoch.
conſ.* 100. n. 281. *Bonacoſſ. commun. opin. par. ſol....
col. 1. verſ. minor ubi deliquit*, in qoo caſu abſque alia
reſtitutione excuſatur, ut poſt *Aretin. Cagn. Ant.
Gomez, Plaza, Ludov.* & alios plene probat *Farin.
de pæn. temper. q. 82. n. 69. & 70.*

Dico amplius, † quòd etiam in delictis, quæ in 130
committendo conſiſtunt, ſuccurritur minori, quan-
do non ex animo, & ſic doloſè, ſed culpa tantùm
deliquit, *gloſ. in l. fin. verſ. conſtat, C. ſi adverſ. delict.
& in l. ſi ex cauſa, §. nunc videndum in verſ. delictis,
ff. de minor. Sfort. Oddus de reſtit. in integr. part. 2. qu.
80. art. 5. nu. 31.* qui *n. 33.* ampliat, etiam ſi minori non
venitet

132 veniret imponenda, * niſi pecuniaria pœna, ex *text.*
135 *in l. 1. C. ſi adverſ. delictum*, * ſic etiam in delictis, quæ in committendo conſiſtunt, non tamen ſunt delicta punibilia de jure gentium, ſed de jore civili, prout poſt *Bald. Jac.* & alios teſtatur idem *Sfort. Oddus d. q.* 80. *n.* 63. & 64. qoi pluribus rationibus, argumentis, & Doctorum authoritatibus hanc opinionem confirmat,
133 † *Farin. d. quaſt.* 92. *n.* 142. & 143. ampliat etiam in delictis prohibitis à jure ſtatutario, vel à conſuetudine, quod maximè procedit in delictis, quæ de jure punibilia non repotantur, ut *n.* 153. hinc dixit *Andr. in cap.* 1. *§ praterea ſi quis infeudatus, de prohibit. feud.*
134 *alien. per Feder. n.* 27. & 28. quòd feudatarii, * qui de jure communi feudorum poſt decimum quartum annom liberam habeant bonorum ſuorum adminiſtrationem, abſque Curatore, vel Balio, quia pro majoribus, & perfectæ ætatis habebantur, licèt per *Regiam Pragmaticam* tempore præſidatus Comitis Olivares de anno 1597. quæ eſt *ſecunda, in tit. de minoribus*, ut uſque ad annum 18. ſub Balio permanere ſancitom reperiatur, quòd nihilominus beneficio reſtitutionis in integrum poterant ſe juvari, quando quomodolibet læſi reperiuntur, *Dominus Rovitus in Pragm.*
135 1. *n.* 4. *de minoribus*, & regulare eſt, † quòd in omnibus cauſis, in quibus expreſsè prohibitum non reperitur, minor in integrum reſtituitur, ut probat *Decius conſ.* 556. *num.* 8. *Mariſcott. variar. reſol. lib.* 2. *cap.* 98. *nu.* 6. ex quibus apparet, quòd ſi dicamus, quòd hæc pœna eſt legalis, & erit ipſo jure tuta Ducissa, ſive conventionalis, ex quo in judicio quaſi
136 contrahitur, * licèt nullus adfuerit conſenſus in mandato, neqoe per ipſam dari poterat tanquam minor, ſine Curatoris authoritate, *Guazzin. tom.* 2. *cap.* 32.
137 *defenſ.* 32. & per viam reſtitutionis in integrum, * ſive deliquerit in omittendo, ſive in committendo, non ex animo doloſè, ſive culpa, ſive etiam doloſè, ſed non in delictis punibilibus de jure gentium, in omni caſu non poteſt pro hac prætenſa pœna à Regio Fiſco moleſtari.

Ceſſant ergo quæ per diſertiſſimum Fiſci patronum adducuntur pro fundando delicto in prætenſa
138 contraventione mandati, * & quòd ſit locus pœnæ, etiam ex eo, quòd mandatum non fuit ritè, rectèque factum ex *Maſcard. concl.* 802. & *Menoch. praſ.* 3. *Quintiliano Mandoſio de inhibit. quaſt.* 20. *Menoch.*
139 *caſ.* 388. *Farinac.* & alia, * quæ in contrarium forſan adducuntur. Quamvis enim contemnere Domini Proregia præceptum ſit delictum graviſſimum, *Bart. in l.* 1. *n.* 6. *de nov. oper. nunc.* tamen nec adfuit mandatum, oec contraventio, nec ſi adfuiſſet, qood expreſsè negatur, exigi poteſt, ex ſupra dictis.

140 *Hac cauſa in anno 1629. fuit facta in Collaterali Conſilio in praſentia Excellentiſſ. Pro-regis D. Antonii Alvarez de Toletn Ducis Alba, qui valdè indignatus erat ex dicto matrimonio contra praceptum de ejus ordine factum, & pro exactione pœna valdè urgebat* Reg. *Conſiliarius D. Franciſcus Salgado, qui in hac cauſa Regii Fiſci partes acerrimè tuebatur, & ideò ad ejus inſtantiam fuerunt dati quatuor adjuncti, & tamen poſt magnam diſcuſſionem viſis his ſcriptis, nullo modo viſum fuit eſſe procedendum ad pœna exactionem, ſed fuit datus terminus in cauſa nec ampliùs de exactione dicta pœna fuit loquutum, immò poſt aliquos dies dixit mihi unus ex Dominis, quòd omnes Domini Judices inclinabant, & decernere volebant, quod dicta Domina Ducissa pro dicta exactione non moleſtaretur, verùm quia pro parte ipſius ad majorem cautelam fuerat petitus terminus, ideò ejus petitioni in termino impartiendo annuerunt. Majorino Actuario aſſumpto.*

OBSERVATIO IN CONSULT. I.

ARGUMENTUM.

Matrimonia debent eſſe libera; Et ad honeſtum finem quoad circumſtantias, & appendices ſi non circa ſubſtantiam per Magiſtratus, & Principes temporales valeant fieri prohibitiones, & mandata pœnalia ad adjuvaodam libertatem, elucidatur. Sequeſtrationis puellæ praxis; & pœnæ ſpreti mandati. Et ſublata confiſcatione valeat fieri ſequeſtratio. Mulcta à pœna diſtinguitur. Expenduntur *Capiblanc.*, *Reg. Sanfelic.*, *Card. de Luca*, *D. Franc. Maradei*, & Teſtatricis Peruſinæ diſpoſitionis notabilis expoſitio.

SUMMARIUM.

1 *Matrimonia debent eſſe libera.*
2 *Ad honeſtum finem an poſſint fieri per Magiſtratus, & Principes temporales prohibitiones cum exemplificatione.*
3 *Violentiis, & ſeductionibus puellarum qualiter occurratur adjuvandu libertatem.*
4 *Mandata pœnalia nè metus, ac blanditiarum ſuſpicio ſit pro exploratione voluntatis ſit ſequeſtrum puella.*
5 *Circa locum ſequeſtrationis* Capiblanc. *traditio.*
6 *Praxis quoad Judicem.*
7 *Electio loci an fiat per puellam. Quid ſi babeat patrem.*
8 *Mulcta impoſitio pro exercenda juriſdictione an ſit neceſſaria, & debeat eſſe moderata.*
9 *Mulcta differt à pœna.*
10 *Pacta pœnalia in contractu appoſita quando valeant.*
11 *Mandata pœnalia reſolvuntur quandoque in conſilium.*
12 *Pœna per quos augeri poſſit.*
13 *Expenditur* Reg. Sanfel.
14 *Procurator an admittatur ad impediendum executionem pœna.*
15 *Ad terrorem quandoque pœna imponitur.*
16 *Diſpoſitio teſtatoris an ſemper ſervanda circa matrimonium.*
17 *Mandatum qualiter fiat, nè carceratus cum aliis alloquatur.*
18 *Pœna ſpreti mandati an poſſit exequi contra Neapolitanum.*
19 *Reſtitutio in integrum an competit minori adverſus contraventionem mandati.*
20 *De facto non eſt deveniendum ad executionem mulcta.*
21 *Juriſdictione conceſſa an veniat contumacia punitio per mulctam.*

MAtrimonia * debent eſſe libera juxtà *Sacrum Concilium Trident. ſeſſ.* 24. *de reform. matrim. cap.* 9. ubi inhibetur Principibus, & Magiſtratibus ſæcularibus, nè matrimonii libertatem impediant, ſivè aboleantur leges temporales, quæ deſuper diſponant, directè matrimonii libertatem percutientes, ſivè etiam ità per indirectum, quod directi ſpeciem habeant. 1

Secùs

2 Secùs autem ubi ad alium finem honeſtum, ut ſunt leges municipales prohibentes, nè bona, præſertim ſtabilia, vel æquipollentia in propria ditione exiſtentia in forenſes alienari poſſint etiam ex cauſa dotis. Sivè ſunt prohibitiones, quas Domini directi feudorum faciunt mulieribus feudatariis, nè feuda in dotem dare poſſint; Seù nè extra Regnum, vel Principatum nubant ad finem ſuccedendi in dotem eadem feuda, aut alia bona juriſdictionalia, & alias qualificata, nè ſcilicet in dotem dentur, aut ſi in dotem dentur, adhuc tamen ex cauſa illius, quaſi dominicalis poſſeſſionis, ac adminiſtrationis, quam vir de facto pro frequentiore contingentia obtinet etiam in bonis extradotalibus uxoris, ità feuda, vel alia bona bujuſcemodi tranſeant ad inimicos, vel infenſos, aut ſuſpectos, ſivè potentiores cum ſimilibus, *Andreol. contr. for.* 271. agens de ſtatuto excludente mulieres nubentes cum forenſibus à ſucceſſione, quod licèt non valeat quoad ineundum matrimonium ex eo, quod laici ſuper eo ſtatuere non poſſunt. Attamen ſit validum ſaltem quoad pœnam, Per tale enim ſtatutum non invehitur contra matrimonium, vel ejus ſubſtantiam, ſed tantùm quoad incidentiam, dum non inducitur viduitas, cùm poſſit mulier aliis nubere, *Sanch. de matrim. lib.* 1. *diſp.* 33. *n.* 13. *Fuſar. conſ.* 179. *nu.* 5. *Seraph. dec.* 806. *&* 821.

Simile de ſtatuto, quod filia non nubat ſine conſenſu parentum ſub pœna exhæredationis, quia diſpoſitio non ordinetur principaliter circa validitatem, vel invaliditatem matrimonii, ſed circa circumſtantias, & appendices. Et quamvis jus Canonicum clarè diſponat derogando pœnis, non tamen tolluntur illæ circa ſucceſſionem, cùm non præjudicetur contra Sacramentum, & pœna per negationem lucri non ſit circa ſucceſſionem, prout vidua tranſiens ad ſecunda vota amittit ſucceſſionem favore filiorum primi matrimonii quoad proprietatem, *Merlin. de legit. lib.* 3. *qu.* 25. *Altograd. conſ.* 97 ubi etiam, quod filia nubat de conſenſu patris, non dicatur coactè nubere, ſed voluntariè, nec à patre compelli poſſit contra propriam voluntatem. Et videndi ſunt *Andreol. Sanch.* & alii, & *Fontanell. de pact. nuptial. clauſ.* 4. *gloſ.* 2. *per tot. Card. de Luca in annot. ad Sacr. Concil. Trid. diſcurſ.* 26. *n.* 30. Perbellè *Bichius dec.* 90. ubi quid ſi filia juſſu patris nupſit, an ſaltem competat reſtitutio in integrum, ſi fuerit minor, & poſſit eludi voluntas teſtatoris, ubi latè ediſſeritur.

3 Cum eadem diſtinctione, † ſeù cum diſcreto modo intelligendi, & practicandi ſecundum *Card. de Luca* decidenda videtur quæſtio inter Eccleſiaſticos ſuper poteſtate ſequeſtrandi puellas ad effectum explorandi earum veras, ac liberas voluntates, ut occurratur ſeductionibus, ac violentiis, & ſic circa meram temporalitatem ad prædictum tamen bonum, ac laudabilem finem ejuſdem libertatis directum, non autem ut ità indirectè, atque ſub boc pallio libertas verè impediatur.

Occurrere violentiis, & ſcandala evitare ſuperioris eſt, ac potiùs matrimonii libertatem coadjuvare, quàm tollere, *Reg. de Ponte de poteſt. Pro-reg. tit. de aſſenſ. ſuper dot. ex n.* 48.

4 Idcircò † ſolent puellis fieri præcepta pœnalia, nè inconſulto D. Pro-rege, vel ſuperiore nubant, vel ſtatum mutent, de qua re affluenter *Reg. Latr. in præſenti conſult.* 1. laudatus per *Capiblanc. de Baron. prag.* 9. *num.* 10. *Montan. de Regal. §. bona contrah. n.* 3. *& in c. Imperialem n.* 162. *Reg. Rovit. in prag.* 9. *de Baron.* Verùm non ſine maxima, nec velata cauſa.

Exiſtente aliqua metus, perſuaſionis, ac blanditiarum conductorum ſuſpicione, ut aliquem in virum puella ſuſcipiat, ejus ſequeſtratio in loco tuto, & non ſuſpecto peti poterit, ubi per Superiorem ejus voluntas pluries explorari debeat *l.* 3. *§. ut interdicto, ff. de liber. homin. exhib. cap locum de ſponſal. Urſill. deciſ.* 111. Et totum arbitrio Judicis remittitur *l.* 1. *C. de nupt.* ubi ad Præſidem eſt recurrendum, ſecuta aliqua juſta cauſa ſuſpicionis, vel inter conſanguineos in collocanda puella emergit, & Præſidis erit eligere locum tutum, ubi ejus voluntas explorari poſſit, *Aano ſingul.* 395. prout pronunciatum in Regia Audientia Calabriæ extitit, & penes ipſum tunc Auditorem quædam puella educaretur, refert idem *Capibl. num.* 8.

Sequeſtrationem † in aliquo Monaſterio practicatam referunt *Anna*, & *Rovit.* & *Latro num.* 85. & banc praxim aſſerit *Capibl. num.* 8. Subdens. Sed rarò hodiè, quia non poſſunt puellam revocare, alioſque actus facere. 5

Puellæ † ſequeſtratio an poſſit fieri à Judice laico, vel facienda ſit ab Eccleſiaſtico? Pro laico Judice practicam eſſe in Regno, tradit *Latr. n.* 88. Si matrimonium non eſt contractum, nec pendet lis coram Eccleſiaſtico, poſſit laicus Judex ſequeſtrare, nè illi inferatur violentia, cùm Reipublicæ interſit ſcandala, & violentias tolli, *l.* 1. *C. de nupt.* Poſtquam laicus Judex ſequeſtraverit puellam, poterit Epiſcopus ad quem ſpectat licentiam concedere contrahendi matrimonium, eam ponere io loco tuto, & explorare ejus voluntatem, nam ad ipſum præcipuè ſpectat, nè matrimonia ſint coacta, alias non concedere licentiam contrahendi, *Genuenſ. ubi ſupr. in add.* 6

Si puella major ſit, † ad eam pertinet electio loci, ubi ſequeſtrari debeat; Et id regulariter, nam ſi dubitetur de ea, utrum indigno amore ſit capta, vel ab aliis ſubducta, locus tunc arbitrio Judicis erit eligendus, *Capibl. ubi ſup. n.* 11. 7

Patrem ſi habeat puella, non eſt ab eo amovenda, cùm conſilium nullum vincat paternum, niſi pater tranſierit ad ſecunda vota, & ſeverè cum filiis primi matrimonii ſe gerat, *Peguera deciſ.* 55. *n.* 5. Imò nec diſſenſus, nec conſenſus parentum impedit filiis matrimonium, ut *Concil. Trid. cap.* 4. *de reform. matrim.*

Mandata per Judices pro tuenda, † & exercenda eorum juriſdictione ſub pœna fieri poterunt. *l. unic. ff. ſi qui in jus vocat. non obtemperav.* Nam ſine coercitione juriſdictionis dignitas conſervari non poterit, *l. fin. ff. de offic. pen. ejus.* Verùm mulcta tres uncias auri excedere non poterit. At *l. eos de mulct. pœnar.* vide *inf. nu.* 12. 8

Et bæc præcepta ſi abſque legitima cauſa, & ſub pœna exceſſiva, & non conſueta fiunt, ſunt nulla, & eis non obtemperantes excuſantur, *Cancer. lib.* 2. *var. de juriſd. omn. Judic. à n.* 189. *Farin. quæſt.* 18. *à n.* 50.

Undè ſi prudentes Judices pro inferendo terrore in pœna exceſſerint, eam non exequuntur, ſed ad juris terminos eam limitant, & moderantur *Dec.* & *Felin. in cap.* 1. *de conſtit.*

In Civitate, ſeù Terra Altamuræ, cùm Gubernator aliquibus civibus mandaſſet, ut in Parlamento ſub pœna ducatorum mille per quemlibet ſe congregarent, & pœnam incuſaſſet, habito recurſu ad Sacrum Conſilium, fuit dictum illos cives ob pœnam exceſſivam impoſitam non eſſe moleſtandos, *Capiblanc. de Baron. pragm.* 14. *n* 79.

Mulcta differt à pœna, * nam pœna eſt verbum generale ad delicta coercenda potiùs quam ad contemptus defenſionem, *l. aliud eſt fructus, §.* 1. *ff. de verbor. ſignif. l. fin. C. de mod. mulctar.* ubi notatur, modum mulctarum Judicis arbitrio reſtenari. 9

Pacta † pœnalia in contractu appoſita valeant, 10 veluti nè maritus ad Amaſiam accedat ſub tali pœna, *Bal. in l. fin. C. de ſponſal. Menoch. de arbitr. caſ.* 260.

Digitized by Google

11 Præcepta aliquando reſolvuntur in conſilium, ſi diriguntur ad perſonam, & concernunt intereſſe privatum, ex *Belluga Latra numera* 12. 37. & 38. ſi præceptum reſpicit ſavorem illius, cui præcipit.

12 Officialibus * in ſuprema Dignitate conſtitutis pœnas pecuniarias augere permittitur, *l.* 2. *C. de ſponſal.* Sed non generaliter ex cauſis tamen urgentibus, & gravibus, ut per *Lucam de Penn.* & alios in *l. certa, C. de jur. fiſc. lib.* 10. Et in exactione etiam cum moderamine perſonæ, cauſæ, & actus inobedientiæ qualitate inſpecta, *de Pont. de poteſt. Proreg. tit.* 21. *à num.* 20.

D. Proregem poſſit mulctare uſque ad ſummam ducatorum trium mille cum voto Regii Collateralis Conſilii, *Surg. de Neapol. illuſtrat. cap.* 15. *n.* 6. Et diſpoſitionem *textus in l. eos, C. de modo mulcta*, contrarium ſancientem de facto non ſervari dixit poſt alios *Farinac. q.* 18. *n.* 31. & *Guazzin.* quos refert *Reg. Latra n.* 43. Cùm non poſſit contumax mulctari amiſſione totius cauſæ, & mulcta inſolita dicatur injuſta, & mulcta ducat viginti-mille æquipatetur valori totius cauſæ.

13 Cæterum * *Reg. Sanfel. deciſ.* 237. refert injunctum mandatum D. Illuſtr. Principi Gallicani per Proregem, nè ſub pœna ducatorum decem mille converſaretur cum muliere Stenita. Et capta ſummaria informatione de contraventione per teſtes non citata Parte receptos fuiſſe ad pœnæ executionem deventum.

14 Ediſſerens † *Sanfelic.* an potuiſſet impediri executio per Procuratorem generalem Principis dùm agebatur de pœna pecuniaria; Et ulterius an fuiſſet neceſſaria teſtium repetitio pro fiſco examinatorum. Et è contrario, ſtante quod pœna applicanda fiſco, cauſa erat criminalis, & non erat audiendus procurator.

15 Pœnæ * quandoque imponuntur ad terrorem, ut magis timeant homines, quam ut exigantur cum *Rol. à Vall.* & aliis *Latr. n.* 54.

Io propoſita ſpecie adducitur, quod tradit *Bonacin. de legib. diſput.* 1. *part.* 7. §. 4. *n.* 29. quod lex, gravem pœnam continens, non obligat ſub mortali, nec pœna ad unguem exigitur, quoties in re levi imponitur tantummodò ad terrorem, ut homines magis timeant, & evitent atrocia, ut ſi ſub pœna capitis prohibeatur venatio leporum, cervorum, vel aliud leve. Et *Sanch. in Summa lib.* 6. *cap.* 4. excuſat à mortali ſæpè Clericos, quibus paſſim Judex Eccleſiaſticus ſub pœna excommunicationis præcipit, ut publicis precibus interſint ubi materia non eſt ità gravis, nec neceſſitas publica, *Vaſq. cap.* 5. *n.* 45. *Meroll. de legib. civil. cap.* 3. *n.* 26. ubi quod nulla ſit excommunicatio; Et præſupponendum ſit, quod ſuperior exequi non intendat, nec ſubditus obedire teneatur ex vi talis legis.

16 Teſtatrix † vidua nobilis Peruſina inſtituto hærede filio ex viro etiam nobili ſuſcepto ultra alias diſpoſitiones in iuſtitutione per verba præciſa materno ſermone concepta: *Con accaſarſi con gentildonna ſua pari, e laſciare la prattica cattiva della concubina. E non laſciandola, che reſti prive, come meglio mi dichiararò.* Alia diſpoſitione non facta cùm Teſtatrix obiiſſet, hæredi filio ſe obtulit occaſio matrimonii cum filia cujuſdam Mercatoris aromatum, vulgò *Drogheria*, cum magna dote comparativè ad illas, quæ per nobiles privatas pro mora regionis dari ſolet, timeret autem incurſum pœnæ comminatæ per matrem. Hinc conſuluit Sapientes in partibus, quorum vota fuerunt varia.

Aliqui credebant, quod præceptum uti contrarium libertati matrimonii eſſet invalidum, & non obligatorium, ideòque ſperni poſſet. Alii è converſò opinantes illud eſſe validum, & obligatorium, cenſuerunt, ut obtineretur diſpenſatio. Neutram *Card. de Luca de teſtam. diſc.* 84. approbavit opinionem exiſtens in ſenſu, quod matrimonium poſſet contrahi citra probabilem timorem incurſus, quia privationi acceſſit præceptum dimiſſionis concubinæ ex adductis per *Reg. Latro n.* 3. & *ſeqq.* ubi quod inhibitio limitata effectum limitatum producat, nec poſſit ad aliam cauſam extendi ex identitate rationis, maximè ſi adſit diverſa ratio.

Mandatum † factum carcerato, nec ſub aliqua pœna cum alio loquatur, dum examinare illum Judex intendit tamquam principalem Reum, vel tamquam teſtem pro crimine patrato an valeat? *Reg. Latro n.* 23. docet praxem, qua Judex quandocumque intendit examinare aliquem tamqoam Reum, vel teſtem, numquam præcipit ei, nè loquatur, nam hoc eſt impoſſibile, cùm homo ſit animal ſociabile, ſed cum retinet ſecretum cum ordine cuſtodi carcerum, ut non permittat, quod cum aliquo colloquatur, vel inhibet quibuſcumque perſonis, nè cum carcerato loqui valeant, quo caſu valet inhibitio, dum commodè fieri poteſt, cùm reſtringat mandatum ad unum tantùm, cum quo nulla juris, vel facti adeſt neceſſitas loquendi, & reſtringitur in eo, qui loquitur carcerato cum fiſci intereſſe, ut ſundat *Cravett. conſ.* 3. poſt *Urſill. Capibl. prag.* 14. *n.* 51. modificans, ut prohibitio valeat ante datas defenſiones, poſteà autem minimè referens ità judicatum in Sacro Conſilio. Aſſignat rationem, quia anteà poſſit inſtrui inquiſitus in damnum fiſci, poſteà verò non. 17

Pœna * ſpreti mandati an poſſit exequi contra Neapolitanum attenta gratia conceſſa de anno 1505. ut in capitulo 14. per quod ſtatutum reperitur, quod non poſſint bona Neapolitanorum confiſcari, niſi pro crimine læſæ Majeſtatis, & hæreſis, quod Capitulum per Collaterale Conſilium fuit extenſum, & declaratum etiam reſpectu pœnæ tertiæ partis mobilium, qua puniuntur per *Conſtitutionem* Regni, *Pœnam*, & ex Capitulis Regni, quod non poſſint exigi pœnæ ſpreti mandati, ſundat *Reg. de Ponte in conſ.* 64. qui in fine ità deciſum refert. 18

Qui *de Ponte* licèt parum ſibi conſtans ſententiam mutaverit in *tract. de pot. Prereg. tit.* 1. *n.* 28. & referat, quod ſemper in Magna Curia ſoleat exigi pœna ſpreti mandati, & ità fuit mandatum in cauſa Marchionis Padulæ, qui ob ſpretum mandatum, nè à domo diſcederet, pœna etſi cœpit exequi; Attamen Prorex mandavit, non procedi ulterius ad exactionem pœnæ, de quo caſu poſt alios *Thor. in compend. p.* 1. *verb. pœna ſpreti*, & *Latra n.* 123. firmat oti certum. quod pœna non fuit exacta, uet aliter alias practicatum.

Noviter *D. Police lib.* 2. *de præemin. R. Aud. c.* 49. *n.* 30. cum opinione noſtri *Authoris* occurrit traditis per *R. de Ponte* laudans *Reg. Sanſ. dec.* 135. *n.* 41. reſpectu Neapolitanorum.

Confiſcatio ſi per gratiam, vel conſuetudinem in Regno, vel aliqua ditione non fiat, vel ſit ſublata, ità nec contra contumaces ſit exactio hujuſmodi pœnæ pecuniariæ, ità in terminis privilegii *Reg. Sanfelic. deciſ.* 135. *n.* 24. *Raynald. in ſyntax. rer. criminal. in proœm.* §. 12. *n* 9. & *ſeqq.* excepto in crimine hæreſis, & læſæ Majeſtatis in primo capite.

Subinquirit idem *Raynald. num.* 16. utrum ſaltem contra crimínoſos poſſit practicari ſequeſtratio bonorum?

Acat. Ripoll. in add. ad Pegner. in practic. crim. cap. 20. *de proceſſ. contr. fautor. receptator. & auxiliat. facineroſor. verſ. ſciro tamen debet.* Et reſpondet affirmativè. Intelligit tamen ut fieri poſſit revocabiliter, quod ſit per viam ſequeſtrationis. Dummodò domini rerum fructibus rei ſequeſtratæ non priventur, & ſic in Catalonia contra Barones juriſdictione abuten-

Digitized by Google

abutentes facinoroſoa homines ſcienter receptando, & ipſoa capere, & punire negligendo, idqun affluenter comprobar *Ripoll.* Cujua verba tranſcribir *Raynald.* Advertunt autem, quod fructus non ſtatim, ac ſunt maturao debenr pervenire ad dominum, ſed ſolum qoando reſtituitur juriſdictio ſequeſtrata. Alias ſi interim non privaretur uſu fructuum, reportarent Barones commodum ex eorum malitia, & Curia ſerviret illis pro adminiſtratore.

Subdit idem *Raynald. num.* 24. Quod prædicta non traoſeunt ſine difficultate reſpectu ad bona condemnatorum ad pœnam vitæ, ſeù ſorjudicatorum, ſtante opinione *Reg. de Ponte conſ.* 69. *num.* 6. & nominatim per me tradita in *obſerv.* 102. *de Franch. num.* 8. *Montan. de Regal. rubr. verb. bona contrah. juxtà inceſt. nupt. num.* 12. Qui dicunt, quod per privilegium non confiſcandi bona delinquentium tollitur confiſcatio in beneficium fiſci; ſed non inducitur, quod banniti, ſeù ſorjudicati poſſint tenere bona, quia ipſi efficiuótur hoſtes publici, & poſſint à quocumqoe occidi, efficiuntur incapaces ſucceſſionia activè, & paſſivè, & eo ipſo, quod ſunt talea dicuntur mortui, & habentur, ac ſi eſſent mortui. Er quod ideò ſi fuerint forjudicati nequear Curia ſacere ſequeſtrum ſuper bonis, quæ non ſpectanr ad ipſoa.

Propterea ſequeſtrationem admittit *Raynald.* antè ſorjudicationem. Pariter quando bannitus declaretur hoſtis quoad perſonam, & non qooad bona. At ſecunda limitario non practicatur cum dicta reſtrictione.

Civitas ſi habeat privilegiom excludens confiſcationem, adhuc poſſunt fieri præcepta de non exeundo à domo, & de non tranſcundo per certam eontradam Civitatis, de non offandendo, & hujuſmodi *de Ponte de poteſtar. Proreg. tit.* 1. *de provis. fier. ſolit. nu.* 20. & ſequitur *Thor. in addit. ad n.* 20. Quia in d. privilegio non cenſetur comprehenſus uſus œconomicæ poreſtatis Principia, & aliaa privilegium diceretur continere rem injuſtam, & ideò non ſervandum, ut pluribus *Creſpi de Valdaur. obſerv.* 3. *num.* 74. *Montan. de regal. ubi ſupr. n.* 15. Subdit *de Ponte numer.* 28. quod anno 1550. de hoc ſpecificè Fideliſſima Civitas ſupplicavit Cæſaream Majeſtatem dicendo, quod per indirectum inducebantur eonfiſcationes, à quibus Cives Neapolitani ſunt exempti, ut apparet ex *c.* 6. *lib. Capitulorum.* Et tamen Cæſarea Majeſtas noluit concedere. Et paulò poſt ait, quod Civitas habuit recurſum ad Proregem prætendena vigore ſuorom Capitulorum talem pœnam exigi non poſſe, præſupponendo eſſe ſpeciem confiſcationis. Et qood Rege conſulto fuit reſponſum mandata fieri poſſe, idem *de Ponte conſ.* 94. *lib.* 1. *nu.* 19. *Sanfel. dec.* 135. *num.* 34. *Reg. Latr. conſ.* 1. *num.* 119. *& ſeq.* nominatim laudatus per *Raynald. ubi ſup. in proœm.* §. 6. *n.* 76.

Tutori de jure Civili prohibitum eſt ducere puellam in uxorem, vel illam cum ſuo filio collocare, textus ſunt *in l.* 1. *C. de interd. matrim. l. non ſolum, ff. de rit. nuptiar. l. ſi quis,* §. *quamvis, ff. eod. l. tutor, ff. de ſponſal.* Sed de jure Canonico matrimoniom inter perſonas prædictaa permittitur, *gloſ. in c. ità diligere in verb. quandoqnidem* 3. *qu.* 3. *Jaſ. in l. filius,* § *ſi quis n.* 2. *ff. de lib. & poſth.* quod jus Canonicum attenditur *Gutior. de tutel. p.* 2. *c.* 12. *n.* 8. ratio aſſignatur, quia matrimonia debent eſſe libera, *D. Franc. Maradri ad Reg.* Pragm. *ſingul.* 123. *ſuper pragm.* 1. *de education. pueror.* per quam educationem puerorum, & puellarum habentes non poſſunt per ſe, nec per interpoſitas perſonaa tractare matrimonia, vel ſponſalia, etiam per verba de foturo illorum, qoos tenent in educationem abſque decreto, & licentia ſuperiorum.

In caſu contraventionia nonquam mandata fuiſſe exacta cum *Reg. Latro n.* 123. *& Thoro in ſupplem. verb. pœna ſpreti mandati, D. Maradei n.* 4. ubi quod in caſu relato per *Thor.* in ea facti contingentia puella erat ſequeſtrata in domo conſanguineorum, & detinebatur ſub militari cuſtodia, & hoc non obſtante conſanguinei fracto oſtio illam abſtulerunt, & ſecum duxerunr in Civitatem Beneventanam, ubi illum in virum condignum collocarunr in matrimonio, & non obſtante, quod tempore ſubtractionis fuerat eia injunctum mandatum ſub pœna pecuniaria, nè illam abducerent. Tamen ſacta relatione in Collaterali Conſilio ſub die 14. Auguſti 1640. fuit judicatum non teneri ad ſolutionem pœnæ. Sed contradicere videntur ſcripta per *Moutan. de* Regal. §. *bona contrahentium inceſtas nuptias n.* 3.

Matrimonio contracto ceſſent mandata, & ſequeſtrationes puellæ juxtà *Borrell.* Verùm ſi matrimonium reperiatur contractom furtim, & malis artibus poterunt puniri Principis arbitrio juxtà *Reg. de Marin. lib.* 2. *reſ.* 132.

In iſtia mandatia occaſione contractus matrimonii numquam fuiſſe practicaram hanc exactionem pœnæ, nec in caſu Juliæ Muſcettolæ, nec Dominorum de Milano tradit R. *Latr. n.* 124. quinimò per ſuam Majeſtatem juſſum pœnam eſſe reſtituendam, formam mandati, & edicti ſub pœna, ne quis teneat domum loco carceris, tranſcribit *Sarno in praxi p.* 2. *formul.* 74. *in fine.*

Minor an reſtituatur in integrum adverſus pœ- 19
nam contraventionia mandati, vel ſolum, ut mitiùs puniatur juxtà *text. in l. auxilium,* §. *in delictis, ff. de minor.* & quando veniret imponenda ſolum pœna pecuniaria ex *text. in l.* 1. *C ſi adverſ. delict.* & quoties delicta non ſunt punibilia de jure gentium, latè *Latro à n.* 126. *uſque ad finem,* & videndus *Farin. q.* 92. *n.* 69. *&* 142. *& ſeq.* ubi de delictis in omittendo commiſſia.

De facto † ad mulctam deveniendum non eſſe 20
ſcribir *Guazzin. defenſ.* 7. *c.* 1. *numer.* 9. ubi quod requirendus ſit Reua ad ſe defendendum, eitandus exindè ad dicendum cauſam quare mulctari non debeat, & poſteà ad videndum ſe condemnari ad pœnam comminatam, & Reg. *Saufelic. dec.* 71. refert praxim contrariam hujus Regni, qua contumax non aoditur, & agatur de pœna acceſſoria contumaciæ, & non de principali debita delicto.

Juriſdictione * conceſſa mulctandi contumaces fa- 21
cultaa conceſſa intelligitur, ut perbellè Rota *dec.* 253. *to.* 1. *rec.* ubi contingit dubitari, an qui præeſt in choro, ut Archipresbyter, vel Primicerius habena jus indicendi ſilentium, habeat jus mulctandi, cùm alias inanis eſſet illa juriſdictio. Et deciſum fuit affirmativè de modica coercitione per captionem pignorum, *cap. ex litteris de offic. deleg. l. fin. ff. de offic. ejus.* Secùs de coercitione ſpirituali, ut in *cap. cum contingat de for. compet.*

Non obſtat *deciſ.* 129. Ror. poſt *vol.* 2. *conſ. Forn.* Nam ea loquitur de jodiciali coercitione, non de mulcta, cujus indictio ſpectat habenti Juriſdictionem tamquam appendix. Et loquitur in Archipresbytero reali, non cathedrali.

Additur io materia de pœnis gravibus in re levi, ut circa moderationem veſtium in pragmaticis, cùm non conſideretur delictum, ſed quædam abuſio levia, ut *Revir. in pragm.* 1. *de veſt.* noviſſimè pronunciatum, quod non moleſtaretur Doctor Scipio Gattino, ut *D. Marad. in ſing.* 399. *n.* 11. *&* 12.

ARGU.

ARGUMENTUM.

Conceſſio juris Portulaniæ, Ponderum, & Menſuratum ex quibus probetur, & quando omnia Regalia conceſſa præſumantur, & multa de probatione centenaria, vel immemoriali, & quando dicatur interpretativa privilegij.

SUMMARIUM.

1 *Regalia non veniunt conceſſo feudo, vel Caſtro, niſi ſpecificè exprimantur, & quarè, n.2.*
3 *Jura Portulaniæ, Ponderum, & Menſurarum non veniunt in conceſſione feudi facta ſimpliciter.*
4 *Regalia quando veniant conceſſo Caſtro, cum omnibus ſuis juribus, & pertinentiis, ſpectantibus, & pertinentibus, nu.5. & cum omni juriſdictione, n.6.*
7 *Omne quo dicit, nihil excludit.*
8 *Regale aliquod ſi concedatur conceſſo feudo, & ultra merum, & mixtum imperium concedantur quæcunque alia jura, tunc omnia expreſſis ſimilia comprehenduntur, & quando ſecus, n.9.*
10 *Clauſula in conceſſione feudi*, aliiſque juribus, juriſdictionibus, rationibus omnibus, & pertinentiis omnibus, & quibuſcunque cum juribus foculariorum, & ſalis, *quid importet.*
11 *Juriſdictio omnis, etiam Portulaniæ, quibus verbis conceſſa intelligatur.*
12 *Taciti & expreſſi eadem eſt virtus.*
13 *Exitura jus idem eſt, quod Portulania.*
14 *Bajulatione conceſſa etiam jus Portulaniæ conceſſum videtur.*
15 *Privilegium interpretationem recipit à poſſeſſione, & conſuetudine præcedente, & an ad id requiratur, quod illa ſit præſcripta, vel ſufficiat unus, vel binus actus, n.16.*
17 *Poſſediſſe ſi quis probet per centum annos, & plus, jus Portulaniæ, non conſtito de contrario, præſumitur etiam poſſediſſe de præterito, & jus Portulaniæ adeſſe in Comitatu poſſeſſo.*
18 *Centenaria, quando non includit rei initium, facit præſumere idem fuiſſe antè centum annos.*
19 *Immemorialis probatio eſt pluſquam centenaria & dicitur vetuſtas.*
20 *Regalia præſcribuntur, etiam contra Fiſcum, probata præſcriptione immemoriali, vel centenaria, num.22.*
21 *Præſcriptio immemorialis non prodeſt quoad conceſſionem, cùm conſtat de titulo invalido, & vitioſo, & in quo non adeſt conceſſio.*
23 *Privilegio, & præſcriptione poteſt quis uti, quando privilegium non eſt contrarium præſcriptioni.*
24 *Baro poteſt præſcribere etiam ea, quæ in privilegio fuerunt reſervata Principi.*
25 *Præſcriptio immemorialis an interrumpatur per rebelliones ſequutas, & num.30. & quid data in priſtinum reſtitutione, num.26. & num.33.*
27 *Reſtituere eſt in priſtinum ſtatum reducere.*
28 Reſtituimus *verbum pleniſſimam habet ſignificationem.*
29 *Reſtitutus reponitur ad tempus privationis, & recuperat omnia bona, jura, & actiones.*
31 *Uſucapio per captivitatem interrumpitur, nec poſtliminio reſtituitur.*
32 *Poſtliminii, & reſtitutionis gratioſæ jus non per omnia æquiparatur, & propterea argumentum de uno ad aliud non valet.*
34 *Reſtitutio juris, vel hominis non trahitur ad alterius jacturam.*
35 *Præſcriptionis inchoatio, vel interruptio an, & quomodo procedat, data rebellione, ſi jus alteri fuerit quæſitum, vel ſecus, num.36.*
37 *Præſcriptio non interrumpitur abſque aliqua voluntatis declaratione, vaſallo poſſidente feudum ex alia cauſa, quam ex inveſtitura, antequam felonia committatur.*
38 *Gratia cùm eſt facta ſimpliciter, comprehendit nedum perſonam, ſed etiam bona non adhuc alienata, niſi aliter Princeps exprimat, n.39.*
40 *Verba ſunt accipienda, & interpretanda, ut ſint ſuperflua, & ſine fructu, & ut aliquid operant, num. 41.*
42 *Verba dubia in gratioſis ſunt latiſſimè interpretanda in favorem recipientis.*
43 *Relatum eſt in referente cum omnibus ejus qualitatibus, & quando ſecus, n.44.*
45 *Senſus accipiendus eſt qui vitio caret, quando ſequitur abſurdum, ſi relatum ſit in referente.*
46 Reſtituere, *verbum poteſt importare etiam ea, quæ quis unquam habuit.*
47 *Dictio*, juxta, *quando ſtet cauſativè, & conditionaliter, & non relativè.*
48 *Deciſio refertur.*

CONSULTATIO II.

Pro Illuſt. Principe Conchæ, & Comite Calatiæ Contra Regium Fiſcum.

EX latiſſimè in facto ponderatis quatuor validiſſimi reſultant tituli Juris Portulaniæ, Ponderum, & Menſurarum, ad beneficium Illuſtr. Principis Conchæ, & Comitis Calatiæ ſui authoris, unoſquiſque de per ſe ſufficientiſſimus ad obtinendum.

Primum quidem ex privilegiis præſentatis per Regium Fiſcum, alterum ſcilicet conceſſum Roberto Sanſeverino in anno 1461. alterum Jo. Franciſco filio in anno 1483.

Ad quod fundandum conſtituo regulam, * quòd conceſſo feudo, vel Caſtro, non veniunt Regalia, niſi ſpecificè exprimantur, *Gaſpar. Valaſcus in leg. Imperium, ff. de jur. omn. Jud. Jacob. de Sancto Georgio in verb. cum mero Imperio, n.14. & 16.* quamplorimos addocit *Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſu. 97. n.41. Rolandus à Valle conſ.42. n.2. volum. 2. Franciſc. Sonsbek. part. 8. num. 18. & ſequ. Henricus à Roſentall. cap.1. concl. 14. num.1. Regens de Curte in diverſor. jur. feudor. §. multoties, num. 44. Cabed. deciſ. Luſitan. 38. n.1.3. & 5. part.2. & deciſion. 40. num.6.* Henricus Buccer. *in tract. de regal. cap. 4. in pr. poſt Arnulphum Ruzeum in tract. juris regalia, privil.16. in princ.* ubi rationem aſſignat, * quia ſunt inſeparabilia, incorporata, & annexa Coronæ, noviſſimè *Herm. Vulo. de feudis lib.1. ſub n.7. verſ. atq; poſſunt, fol.77. Andr. Rhinkm de jure territ. cap.1. n.416. & ſeq.* Bammacar. *in comment. ad tit. ſi de feud. defunct. cont. int. quæſt. 15. in cap. in generali,* Petr. Greg. *de conceſſion. feud. part.7. qu.5. nu.1. ad 7.* latiùs Joan. Bapt. *Bilotta in ſuis concluſion. feud. concl. 58. Regens de Ponte deciſ. 2. n.21.* Joannes Jacobus Anichinus *in loco* infra citando, & ideò in hac conceſſione ſic ſimpliciter facta non venire jus Portulaniæ, Ponderum, & Menſurarum dixerunt *Ann. in ſingul. 587.* ex Ludovic. Roman. *in conſ.271.* & noviſſimè *Doctor. Joan. Jacobus Anichinus apud Novar. de gravam. tom. 3. gravam. 72. n.35.* & fuit judicatum in cauſa Ducis Nuceriæ, & Abbatis Sancti Petri, ut refert *Joan. Thomas Minad. rubric. Conſtitut. Regn. In aliquibus, in verb. Comi-*

1 2

tum, *& B[illegible]*, *nu*.14. & in iſtis terminis loquitur
Capiblancus de author. Baron. pragm.8. *n*.151.
4 Quæ * tamen regula limitatur, quando eſſet con-
ceſſum Caſtrum, nedum cum mero, & mixto impe-
rio, ſed cum omnibus ſuis juribus, & pertinentiis,
5 nam tunc regalia veniunt, & maximè * quando ad-
ſunt illa verba *ſpectantibus*, *& pertinentibus*, ita pun-
ctualiſſimè *Cephal. in conſ*.150. *n* 7. *& conſ*.593. *n*.16.
Afflict.in cap.1. *in verbo argentaria*, *d. cap. qui tur.ven-
didit*, quod tamen declarat *Peregr. de jure Fiſc. lib*.1.
tit.2. *n*.10. cum alia apud eundem *Buccer. d. tr. cap*.
4. *n*.8. *And. Knicken. in comment. de Saxon. non provoc.
jur. cap*.5. *num*.31. *Bammac. ubi ſupra n*.158. in omni-
bus juriſdictionibus penes Regem exiſtentibus, quæ
talia ſint, ut per conceſſionatium poſſideri vale-
ant, alia verò, quæ perſonæ Principia cohætere de-
bent, tranſlata non cenſentur, prout etiam tenuit ſic
diſtinguendo *Luc.de Pen.in l*.1.*Cod.de privil.ſchol.l*.12.
Secundò limitatur, quando * conceditur Caſtrum
6 cum mero imperio, & cum omni juriſdictione, nam
qui omne * dicit nihil exclodit, & propterea veniunt
7 Regalia, prout tenuit *Jaſ. in conſ*.45. *col. pen.* ex do-
ctrina *Innoc. in ca. ex literis*, *de jure patron. Cuman.
conſ*. 162. Cravet. *conſ*. 209. *n*.10. & alii relati à *Pe-
regrino in d. tract. de jure Fiſc.lib*.1. *tit*.2. *n*.100. Bucc.
ubi ſupra, *n*.13. *Rutinger controv. jur. feud. lib*.2.*c*.18.
And. Knicken. de jure territ. d.c. 1. *n*.344.
Tertiò, quando * in conceſſione ultra merum,
8 & mixtum imperium conceduntur aliqua de Rega-
libus, & deinde ſequitur, *& quæcunque alia jura*,
tunc enim omnia expreſſis * ſimilia comprehendun-
9 tur, niſi ad ſingularem Imperatoris eminentiam in
ſignum ſuperioritatis reſervata cenſerentur, ita *Iſern.
in c*.1. *quæ ſint regal*. ubi etiam *Afflict*.& alii, quos re-
fert, & ſequitur *Henric. à Roſen c*.5. *concl*. 14. *n*.4.
Buccer. *ubi ſupra*, *n*.10. *Ruting. ubi ſupra*, *n*.19. *Andr.
Knicken. in tract. de veſtit. pact. part*.2. *c*.1. *n*.105.
Cùm * ergo in prædictis conceſſionibus adſint ver-
10 ba, *aliiſq*, *juribus*, *juriſdictionibus*, *rationibus omnibus*,
& pertinentiis omnibus, *& quibuſcunque cum juribus
fortulariorum*, *& ſalis*, de qua clauſula agit *Camill.
de Medic. conſil*. 152. *nu*. 78. *& ſeq*. & optimum
conſ. Pauli Staibani 94. conſimile huic factum, *Petr.
de Greg.de conceſſ. feudi p*.7.*qu*. 1. non poteſt dubitari
11 quod conceſſæ videntur † omnes juriſdictiones, &
Portulaniæ, cùm nedum qui omne dicit, nihil ex-
12 cludit, verùm taciti & expreſſi * eadem eſt virtus,
ut latiſſimè argumentatur *Cephal. in d. conſ*. 150. &
13 in propriis terminis juris * exituræ, quod idem eſt,
quod Portulania, tenuit *Loffr. in conſ*. 24. *n*. 12. *cum
14 ſeq*. quem rogo videri, * ſic pariter conceſſa Ba-
julatione, etiam jus Portulaniæ conceſſum videtur,
latè *Camill. de Medic. conſ*. 122. *in princ.*
Quod quidem omni prorſus caret dubitatione ex
obſervantia dicti privilegii, ſic ſequuta, cùm in facto
probatum ſit, per centum annos, & tanti tempo-
15 ria, cujus memoria non extat, * prædeceſſores Baro-
nes hoc jus Portulaniæ poſſediſſe, & ſic pondero
probationem immemorabilia, non ad finem præ-
ſcribendi, ſed tanquam interpretationem privilegii,
cap. cum dilectus, *de conſuet. cap*.2. *de tranſ. Cuman. in
ſuo conſil*. 162. *Cepol. conſ*.34. *n*.23. *Menoch. conſ*. 331.
n. 21. *Crave. conſ*.201. *n*. 11. Decian. *in conſ*. 323. *n*.
16 41. *lib*.3. nec refert, * quòd hæc conſuetudo inter-
pretativa non ſit præſcripta, *Becc. conſ*. 101. *nu*. 49.
& Joſeph. Ludovic. conſ.38. ubi quòd non requiritur,
quòd hæc poſſeſſio ſic diutina, neque præſcripta, ſe-
quitur *Hended. conſ*. 60. *num*. 11. *libro* 2. ſed tantùm
unicus actus, vel duo ſufficerent, Bart. *in l. de quibus*,
Cod. de leg. Menoch. *conſil*.670. *numero* 31. Roſental.
in d. capit. quint. conſ. 14. *n*. 7.

Secundus titulus reſultat ex eiſdem privilegiis alio
modo ponderatis, & in facto non dubitatur, Comi-
tatum non fuiſſe erectum in anno 1461. neque in an-
no 1483. in quibus diebus apparent expedita privile-
gia in actis exiſtentia, tum in eiſdem privilegiis fiat
mentio de aliis privilegiis antiquioribus, & tamen
quando ſit conceſſio in anno 1461. & 1483. adſunt
illa verba, *cum omnibus juribus*, *& juriſdictionibus ad
prædictum Comitatum*, *tam de jure*, *quam de conſue-
tudine ſpectantibus*. Modò hanc conſuetudinem tunc
temporia adfuiſſe probatum fuit, cùm in judicio mo-
to in anno 1602. fuerint productæ probationes per
centum annos, immò tanti temporia, cujus initii
non adeſt memoria, prædeceſſores Barones poſſe-
diſſe Comitatum prædictum cum jure Portulaniæ,
ut ſupra dictum eſt.
Cùmque hoc ſit probatum per centum annos, * & 17
plus, non conſtito de contrario, præſumitur in præ-
teritum, & ſic in anno 1461. & antea hoc jus Por-
tulaniæ adeſſe in Comitatu, ex regula *text. in l. ex
perſona*, *C. de prob*. ubi gloſ. *& Doct*. & punctualiſſi-
mè in materia centenariæ Cardin. Seraph. *in dec*.
587. *n*.9. *in fin. inter collectas per Farinacium*, ubi quod
quando centenaria non includit rei initium, † ex ea 18
probatione ſequitur idem fuiſſe ante centum annos,
quod tanto magis procedit in memoriali, * quæ 19
eſt pluſquam centenaria, immò dicitur vetuſtas,
Iſern. in Conſt. Regni Si dubitatio Paris *de reinteg. feud.
fol*.105. *n*.7. Regens de Curte *in d. diverſ. jur. feud.
§. ſupereſt modo n*.5.
Tertius titulus reſultat † ex ipſa præſcriptione im- 20
memoriali, ſic probata, cùm ex hac præſcriptione
Regalia, etiam contra Fiſcum præſcribi, dixit Gaſ-
par Caball. alios referens *milleloqu*.591. Franc.Marc.
qu. 234. *Oſaſch. dec*.69. Afflict. *deciſ*. 254. *Roſ. tit. de
Regal. n*.21. Balb. *de præſc*.2. *part*. 5. *part. princ. qu*. 3.
Intrigl. centur.2. *art*.82. *n*.153. Buccer. *eod. tract.cap.
ult.nu*.2. *Andr. Knicken. de jure terr. d. cap* 1. *n*.129.
Reg. de Curt. *in diverſ. jur. feud. §. declarata igitur*,
nu.90. noviſſimè Montan. *de regalib. fol*.30. *n*.32.
Huic præſcriptioni * duplici modo reſpondet Fiſ- 21
cus, & primò quia cùm conſtet de conceſſione in an-
no 1461. & ſic titulo, in quo non adeſt conceſſio
prædictæ juriſdictionis Portulaniæ, non poſſunt
conventi præſcriptione tueri, cùm conſtet de titulo
invalido, & vitioſo, ad *text. in cap. dudum*, *& ibi*
Anton. de Butrio, & cæteri *de decim. & in cap. vi-
niens*, *de præſcr*. Cravett. *de antiq. temp. part*.3.*limit*.
7.*n*.28. Paul. de Caſtr. *conſ*.423. *vol*.2. Intrigl. *d. cen-
tu*. 2. *art*.22. *n*. 155. Buccer *d. cap. ult. n*.9.
Cui motivo fuit ſufficienter reſponſum, & primò,
quia non eſt verum, quòd Comitatus erectus fuerit
in anno 1441. ſed virtute aliorum privilegiorum, ut
notatum fuit ex lectura eorundem privilegiorum.
Secundò, * quatenus initium ſumeret ab anno 22
1461. adhuc ultra centum annos, qui ſufficiunt ad
præſcribendum, etiam contra Regem, ut *in Conſtit.
Quadragenalem*, & notat Montan. *ubi ſupra ſub n*.32.
& ante eum D. Franciſcus de Alfaro *de officio fiſcalis.
gloſ*.16. *n*.170. in quo tempore poterat acquiri hoc
jus per aliud privilegium, vel præſcriptionem.
Tertiò, * quia prædictum privilegium non eſt con- 23
trarium præſcriptioni, ſed poteſt Baro privilegio, &
præſcriptione uti, immo † poteſt præſcribere etiam 24
ea, quæ in privilegio fuerunt Principi reſervata, prout
ex doctrina Iſern. *in Conſtit. Regni in locis domanii*,
latiſſimè fundat Lanarius *in ſuo conſil*. 94. ad quam
brevitati conſulens me remitto, *Regens de Curte ubi
ſupra.*
Secundò dicit Fiſcus, * præſcriptionem fuiſſe inter- 25
ruptam per rebelliones ſequutas in an. 1507. & in an.
1527. Ad

26 Ad quod reſpondetur, * quòd adſunt reſtitutiones,
per quas fuerunt prædeceſſores Barones in priſti-
num ſtatum repoſiti Iſern. *in c.* 1. *n.* 2. *& 3. & ibi* Af-
27 *flict. de vaſſall. decrep. ætat.* cùm reſtituere ſit in priſti-
num ſtatum reducere, *l. quòd ſi minor*, *§. reducere eur*
ff. de minor. & hoc verbum, *reſtituimus*, pleniſſimam
28 habet ſignificationem, * *l. reſtituere*, *ff. de verb. ſi-*
gnific. Sfort. *de reſt. in integr. qu.* 98. *part.* 2. *art.* 2. *n.* 15.
Cannet. *ad extravag. volentes*, *§. ſed occurrit*, *n.* 29.
Roſental. *in cap.* 2. *concl.* 19. *n.* 1. Andr. Gayll. *de pace*
publ. lib. 2. *cap. ult. n.* 29. late Barnabas Briſſonius *l.* 16.
29 *de verb. ſignif. verb. reſtituere*, † & reponitur reſtitutus
ad tempus privationis, Bald. *in conſ.* 433. Loffred. *in*
conſil. 8. *n.* 31. *& in ſuis paraphraſibus feudalibus*, *in tit.*
de pac. jur. firm. in cap. 1. *in fin.* Paul. Staiban. *conſ.* 94.
n. 20. 21. *&* 25. & reſtitutus recuperat omnia bona,
jura, & actiones, *l.* 1. *& ibi Doct. C. de ſent. paſſ.* Franch.
in dec. 213. *n.* 40. *cum ſequ.* Reg. Lanar. *in repet. cap.* 1.
de vaſall. decrepit. ætat. num. 73. Camill. de Medic. *conſ.*
71. *nu.* 56. dum reponitur in priſtino ſtatu, prout erat,
antequam defeciſſet.
30 Nec credo, † Dominum Fiſci Patronum inveniſſe
Doctorem dicentem, quòd per rebellionem inter-
31 rumpatur præſcriptio immemorialis, * & ſimile quod
poſſet adduci de uſucapione, quæ per captivitatem
interrumpitur, neque per viam poſtliminii reſtitui-
tur, ad tradita per Bart. & alios Doctor. *in l. fin, qui*
pro emptore, ff. de uſucap. non poteſt adaptari ad caſum
noſtrum, cùm in eo caſu fictio legis operari non po-
teſt, quod poſſeſſio, quæ fuit penes alium, fuerit pe-
32 nes captivum, * & ejus poſtliminii, & reſtitutionis
gratioſæ non per omnia æquiparatur, & propterea
non valet argumentum de uno ad aliud, Doct. *in l.*
gallus §. & quid ſi tantum, ff. de lib. & poſth. Sfort. Od-
dus *de reſtit. in integr. par.* 2. *qu.* 95. *art.* 2. *n.* 13. *in ver.*
veniant omnia et quæſita per rebellionem fol. 83. prout ex
33 multis probat Staib. * *d. conſ.* 94. *n.* 18. *& ſeq.* inter quæ
adeſt poſſeſſio, quæ reverſa fuit ad reſtituentem, &
propterea reſtituendo rebellem, eumque reponendo
in priſtinum ſtatum, reſtituitur etiam prætenſum jus
interruptionis, quod non eſt ſic in caſu, quando poſ-
ſeſſio, vel interruptio fuit penes alium, quam reſtitu-
34 entem, quia reſtitutio juris, † vel hominis ad alterius
jacturam non trahitur, *l.* 2. *§. merito, & §. ſi quis à Prin-*
cipe, ne quid in flum. publ. Menoch. *de recup. poſſ. re-*
med. 10. *n.* 102. Reg. de Ponte, *conſ.* 67. *n.* 32.
vol. 1.
35 Sed quatenus * ſupponeret Regius Fiſcus interru-
ptionem ex devolutione juris Portulaniæ facta ad
Regem ex cauſa rebellionis Roberti Ambroſii Sanſeve-
rini, advertatur quod aut dicimus, quòd hoc jus erat
jam quæſitum ex privilegio in beneficio Roberti
Ambroſii, & cauſa erit in tuto, quia per reſtitutio-
nem non poteſt dubitari fuiſſe reſtitutum.
36 Aut verò dicimus, † quod non erat jus quæſitum,
cùm præſcriptio, quamvis inchoata non erat comple-
ta, & non poterat devolvi, neq; præſcriptio inter-
rumpi, ad quod adduco punctualem doctrinam Hen-
rici à Roſentall. referentis *Auctorem damnata memoria*
in tit. de cauſis ex quibus feudum amittatur, *c.* 10. *concl.*
37 4. *n.* 11. qui dicit, quòd ſi vaſallus ex alia cauſa, * quã
ex inveſtitura feudum poſſidet, antequam ſelonia
committatur, non interrumpitur præſcriptio, niſi
aliqua voluntatis declaratio interveniat, cùm ergò
Portulania poſſidebatur ex alia cauſa, nempe ex in-
cepta præſcriptione, præſcriptio non fuit interrupta,
cùm nulla adſit voluntatis declaratio.
Quartus, & ultimus titulus Privilegium conceſſio-
nis, ſive venditionis factæ Comiti Burelli, ubi non
poteſt dubitari, fuiſſe expreſſum jus Portulaniæ, &
certiſſimum eſt, fuiſſe hoc idem tranſlatum in Comi-
tem Calatiæ per retroventionem factam per Co-

mitem Burelli Comiti Calatiæ. Pro cujus corrobo-
ratione conſidero, quod poſt venditionem factam
Comitatus Calatiæ in anno 1527. Comiti Burelli,
cum pacto de retrovendendo ob rebellionem Rober-
ti Ambroſii Sanſeverini, Rex fecit gratiam prædicto
Roberto Ambroſio, & proindè ſcripſit literas Car-
dinali Columnæ, tunc Vice-regi, quod quoad perſo-
nam ei faciebat gratiam, quo verò ad bona, quia
reperiebantur alienata, & mentionem fecit Comi-
tatum fuiſſe venditum cum pacto de retrovendendo,
& proinde mandavit, ut ſolvendo pretium, prædi-
ctus Vice-rex daret poſſeſſionem prædicti Comitatus
dicto Roberto Ambroſio.
Et quando gratia ſimpliciter eſt facta, * tunc com- 38
prehendit nedum perſonam, verum bona, non adhuc
alienata, *l.* 1. ubi Doct. *C. de ſent. paſſ.* Clar. *in §. fi. l.* 5.
pract. crim. q. 59. verum ad bona alienata extenditur,
Felin. *in c. inter quatuor*, *de majorit*, *& obed.* *Vivius*
comm. opin. in verb. Bannitus, quampluri mos addu-
cit idem Clarus *in loco citato*, *n.* 5. latiſſimè Sfort. Od-
dus *de reſtit. in integr. part.* 2. *q.* 99 *art.* 6. *n.* 41. Burcer
eod. tract. c. 2. *n.* 120. latiſſimè Angel. Stephan. Gar-
ron. *de jure*, *& privil. Fiſc. art.* 19. *num.* 8. Reg. de
Ponte *in lect.* 22. *n.* 9. Anna *in repet. cap.* 1. *n.* 206. *de*
vaſſal. decr. ætat. & alleg. 119. *n.* 6. *& ſing.* 450. quod
tamen limitatur, * quando aliter Princeps expreſſi- 39
ſſet, ut ex pluribus comprobat idem Sfort. *in loco ci-*
tato. art. 9. *n.* 165. Reg. de Ponte *conſ.* 69. *n.* 32. *vol.* 1.
Modò Rex noluit Roberto Sanſeverino indulge-
re, niſi quoad perſonam, cùm ibi dicatur, *Perdonamo*
in quanto alla perſona, & ſic limitata quoad hoc fuit
gratia, quo verò ad bona dedit Rex jus, quod habe-
bat, hoc eſt, pactum de retrovendendo, quod proba-
tur ex lectura literarum, dum ibi fit mentio, quod
Comitatus erat venditus Comiti Burelli cum pacto
de retrovendendo, & ſic expreſſit, in venditione ad-
eſſe hoc pactum, & deinde ſequitur; *Que pagando lo*
que el decho Conde de Burele huviere pagado, y los inte-
reſſes, que fueran buenamente taxados, le deys, y bagays
dar la poſeſſion. Illa * enim expreſſio pacti de re- 40
trovendendo debet aliquid operari, cùm verba ſint
accipienda, & interpretanda, ne ſint ſuperflua, & ſi-
ne fructu prolata Bald. *in rubr. C. de contrah. empt. q.* 9.
Menoch. *in conſ.* 719. *n.* 6. & propterea ad hoc ut ali-
quid operentur, neceſſe eſt, ut intelligantur, fuiſſe
ceſſum, & donatum jus luendi, maximè per illa ver-
ba, quæ ſequuntur, * *que pagando*, *&c.* quod eſt e- 41
ffectum pacti de retrovendendo, verba enim privi-
legiorum debent intelligi, ut aliquid afferant, Abb.
in c. abbate, de verb. ſignif. & quamvis verba prædi-
cta eſſent dubia, quod negatur, * tamen quia ſumus 42
in gratioſis, latiſſime interpretanda ſunt in favorem
recipientis gratiam, Paul. Grill. *in tract. de relax. car-*
cer. in tit. de indulg. & benef. in ſecund. qu. quem refert,
& ſequitur Franch. *in deciſ.* 330. *n.* 5. & ſic ſolvendo
pretium cum intereſſe Comiti Burelli ex vi pacti appo-
ſiti in ejus venditione, ſive conceſſione facta per Re-
gium Fiſcum, debet habere omnia conceſſa dicto Co-
miti, & ſic jus Portulaniæ.
Hoc ipſum fuit declaratum per decretum Colla-
teralis Conſilii, ubi pro exequutione prædictæ gra-
tiæ dictum, quod retrovenditio, quæ erat facien-
da in beneficium Regiæ Curiæ, fiat in beneficium
Comitis Calatiæ. Et quamvis Regius Fiſcus cona-
tus fuerit interpretari dictum decretum ex illis ver-
bis, quæ ſequuntur, *juxta formam Regiarum lite-*
rarum, ſupponendo, quod hoc non dicant literæ,
quod ſit reſtitutio ſtatus, prout erat, quod re-
ſtringatur ex vi relationis † ad relatum, cùm re-
latum ſit in referente cum omnibus ejus qualita- 43
tibus, *l. aſſe toto*, *ff. de hæred. inſti.* *Dec. conſ.* 63. *n.* 6.
latiſſimè Tiraq. *in tract. de legib. connub. in gl.* 5. *n.*
176. Mo-

476. Menoch. *conſ.* 1. *n.* 94. Paol. Staiban. *ubi ſupra*, *n.* 9. eum alııs apud Barb. *Princip. & loca com. lit. R. n.* 13.

44 Nam reſpondetur, * quod relatum non eſt in referente, quando abſurdum ſequeretur, nam tunc
45 accipiendus eſt ſenſus qui vitio caret, * Ruin. *conſ.* 23. *n.* 16 *l.* 3. Menoch. *conſ.* 449. *n.* 32,

Et maximum ſequeretur abſurdum, dum in decreto dicitur *retrovenditionem eſſe faciendam per Comitem Calatiæ, ſervata forma Regiarum literarum*, ſi literæ hoc non dicerent, ideo non eſſet interpretari decretum ex literis, ſed illud in totum deſtruere, cùm aliud non contineat decretum, niſi determinationem factam per Collaterale Conſilium, retrovenditionem faciendam in beneficium Regiæ Curiæ, eſſe faciendam in beneficium Comitis,
46 cùm nulla via ſit facienda in illo verbo, * *reſtituere*, nam poteſt importare etiam ea, quæ nunquam habuit, *Bart. in l.* 1. *ff. quorum legatorum*, & proindè
47 neceſſario eſt dicendum, * quod illa dictio, *juxta*, non eſt relativè, ſed cauſativè ad literas. Ad quod adduco punctualiſſimam *gl. in* Abbate *de verb. ſig.* ubi etiam Abb. & alii DD ſumunt regulam, quod dictio, *juxta*, videtur appoſita cauſativè & conditionaliter, quod exemplificat *gl.* dum *text.* in dicitur, *juxta præteriti temporis morem*, qui ſenſus eſt, qui mos præteriti temporis ſic eſt, & ſic dictio, *juxta*, ſtat cauſativè, & proindè cùm in decreto dicatur, *juxta formam Regiarum literarum*, ſenſus eſt, quia Regiæ literæ hoc diſponunt, & eſt verus, & germanus intellectus, prout etiam advertit *gl.* prædicta; adde Barb. *de diction. in dictione* 161. *Tuſcum lit. D. concl.* 394.

Quod etiam fuit in facto declaratum, cùm in effectu fuit facta retrovenditio per Comitem Burrelli in beneficium Comitis Calatiæ prædicti Comitatus cum omnibus juriſdictionibus ad ipſum ſpectantibus virtute emptionis factæ à Regia Curia, inter quæ adeſt Portulania.

Id ipſum fuit declaratum in inveſtitura facta in anno 1536. in perſonam Magdalenæ Sanſeverinæ, & inveſtitura Herculis de Roſſis filii prædictæ Magdalenæ in anno 1551. & tandem ex poſſeſſione inde ſequuta, prout fuit probatum, & facti ſequelam plurimum prodeſſe ad interpretationem actus præcedentis ſupra fundavimus, Quæ omnia, ni fallor, reddunt cauſam indubitabilem ad beneficium conventorum.

48 *Secundum prædicta fuit † judicatum per Regiam Cameram, facta relatione in Collaterali Conſilio, referente Præſidente D. Joanne Henriquez poſtmodum Regente Regiam Cancellariam, & demum tranſlato in Supremo Italiæ Conſilio.*

OBSERVATIO IN CONSULT. II.

ARGUMENTUM.

Portulania duplex. Una maris. Altera Terræ. Utriuſque deſcriptio ab alto deſumitur, & ambæ ſint de Regalibus. Tota quæſtio eſt, utrum portulania maris veniat in generali conceſſione, & per quas clauſulas. Calamum deſuper celeberrimi Scribentes arripuere. Qui nominatim laudantur. At *Conſ. D. Joſeph. de Roſa* affluentèr ediſſerit, & hunc locum impugnat.

SUMMARIUM.

1 *Portulania in duas ſpecies dividitur, maris, terræ; Et prima explicatur.*
2 *Portulania Terræ deſcribitur.*
3 *Ambæ portulaniæ ſunt de Regalibus.*
4 *An portulania maris in generali conceſſione veniat.*
5 *Caſus, in quo conſuluit* Romanus, *reſumitur, & recenſentur clauſulæ, quibus fuit ductus.*
6 *Collaudant* Romanum Regentes Lanar. Latr. *& alii.*
7 Camill. de Medie: *conſuluit pro Civitate Barii.*
8 *Diſtinguit* Reg. Galeot.
9 *Conſultatio* Reg. Latr. *expenditur.*
10 Novar. *& aliorum opiniones adducuntur.*
11 Conſ. D. Joſeph. Roſa *notat* Reg. Latr. *& illum commendat* D. Franc. Maradei.

Portulania duplex * eſt. Una maris. Alia Terræ. Illa maris, quæ per mare exercetur, 1
conſiſtens in cuſtodia littorum, ſeu portuum Regni, nè ab illis fiant extractiones mercium, præſertim prohibitarum abſque licentia. Ulteriùs ut ab extrahentibus ſolvantur directus debiti pro extractione, quæ vulgariter noncupantur *jura exituræ*, ad quem effectum Regia Curia in quolibet portu Regni, ubi prædictæ extractiones fiunt, detinet Officiales ad id deputatos, quos Portulanos vocamus, de quibus loquuntur Capitula Regni, *ne illorum fraudibus*. Et ſuper extractione victualium condita per *Regem Carolum Primum*, & eſt ſecundum, & tertium juxtà ordinem *Nigri*, ubi traditur, quid ſervandum ſit per Portulanos in extractione victualium, & quid exigendum ſit pro jure exituræ, & eſt deſumpta hæc praxis *titulo Cod. de littor. & itiner. Cuſtod. lib.* 12. *& titulo Codic. quæ res exportar. non poſſ.* Et dicebantur de jure hi Portuum Cuſtodes *Liminarcha*, ut *Freccia lib.* 1. *tit. de offic. Magn. Admiral.* 23. *& ſeq. Reg. de Ponte de poteſt. Pro-reg. tit. de diverſ. proviſ. c. de Portu n.* 2. *Bovr. dec.* 177.

Portulania verò, * quæ exercetur per Terram 2
conſiſtit in cuſtodia locorum, & viarum publicarum, nè ſcilicèt à privatis occupentur, vel illorum uſus aliquo modo impediatur, aut deterior reddatur, ut in titulis *Digeſtorum Ne quid in loco publico*, & in *pragm. Regni tit. Ne quid in loco publico.*

Utrumque officium pertinet † ad Regalia Re- 3
gia, cùm & littora, & portus, & viæ publicæ ſint de Regalibus, ut in *tit. quæ ſint Regalia*, *Conſ. Joſeph. de Roſa in prælud. feudal. lect.* 4. *t.* 2. *num.* 1. *& ſeqq.*

Indagatur nunc, * an Portulania maris ſit comprehenſa in generali conceſſione, vel ſit neceſsè, ut expreſsè concedatur. Et *Freccia de ſubfeud. lib.* 1. *tit. de offic. Magn. Admiral. nu.* 22. ſentit opus eſſe, ut expreſsè concedatur, imò ait littora maris, neque conceſſa videri tamquam de Regalibus, & vidiſſe in Regiſtris Regis Caroli II. quàm Roberti in quampluribus conceſſionibus feudorum fuiſſe excepta littora maris, quantum jactus lapidis protenditur. Addit deindè *Freccia* in Regia Camera adeſſe ſtylum, ut jura iſta exituræ portulaniæ per mare cum juribus exituræ non veniant, niſi exprimantur in privilegio conceſſionis, & pro ſua ſententia confirmanda laudat *Roman. in conſ.* 271,

Agit

Digitized by Google

5 Agit *Roman. in eo conſ.* 271. * An in venditione facta per Regem Ladiſlaum Terræ Sancti Lucidi includeretur Portulania maris cum jure exituræ? Et licèt initio arguat, quod non ex eo, quod cùm ſit de Regalibus, non, comprehenditur abſque ſpeciali expreſſione. Nihilominus poſteà concludit venire ex eo, quod cùm in conceſſione fuerint expreſſa quædam Regalia, nempè paſſagia, flumina, aquarum decurſus, & Bancum Juſtitiæ, & addita clauſula generalis: *Et cum omnibus, & quibuſcumque aliis juribus, & pertinentiis*, in hac generali cauſa includitur portulania, quæ ſimilis eſt aliis Regalibus expreſſis. Cùm ergò omnia ferè privilegia Baronum contineant aliqua ex Regalibus, & habeant has clauſulas generales. Propterea ſecundum opinionem Romani ſemper ferè portulania maris includeretur, licèt expreſſa non foret, eandemque opinionem cum Romano, latè defendit *Loffred. in ſua paraphraſ. de feud. ad tit. ſi de feud. defunct. milit. controv. fuer. in §. filij in 6. col. & ſeq.* ubi ex *Luca de Penn. in l. 1. C. de privil. Scholar.* diſtinguit Regalia majora, quæ ſcilicèt ſunt Principi in ſignum ſupremi dominij reſervata, & reſpiciunt ipſius ſupremam poteſtatem, putà leges condere, monetas cudere, & his ſimilia, à regalibus minoribus, quæ reſpiciunt Principis utilitatem, uti ſunt hæc jura gabellarum, exactionum, & ſimilium ex generali regalium conceſſione non veniant, iſta autem veniant, & poſt conceſſionem aliquorum Regalium minorum adjectis clauſulis generalibus cenſetur conceſſum jus Portulaniæ, licèt non fuerit ſpecificè expreſſum.

6 Probant *conſ. Romani Reg. Lanar.* * *conſ.* 34. *num.* 1. *Reg. Latr. conſult.* 2. *nu.* 4. *Loffred. conſ.* 24. quod ſcripſit pro Priore Religionis S. Jo: Hieroſylomitani Civitas Baruli tractans articulum, an in conceſſione facta dictis Religioſis per *Imperatorem Fridericum*, ut poſſint extrahere merces ab hoc Regno cum immunitate à ſolutione gabellarum comprehenderetur immunitas à jure exituræ. Arguens ab initio pro opinione negativa ex eo, quod hoc jus exituræ ſit de Regalibus Principi reſervatis, refert ſtylum Regiæ Cameræ, quod in conceſſione Regalium non veniat hoc jus exituræ, niſi de eo fiat expreſſa mentio, allegat *Romanum*; Cæterum ipſe defendit in conceſſione immunitatis comprehendi immunitatem ab hoc jure exituræ, occurrens contrariis diſtinguendo inter Regalia majora, quæ concernunt ſupremam poteſtatem Principis, & minora, quæ concernunt ſolam utilitatem, & probat hæc Regalia ſecundæ ſpeciei venire in generali conceſſione.

Quidquid ſcribant *Lanar. conſ.* 76. *num.* 30. *Reg. Salernit. deciſ.* 33. tractat hanc quæſtionem *Jo: Thom. Minad. in Conſtit. in aliquibus verb. Comitum, & Baronum numer.* 14. aiens in conceſſione generali facta Baronibus non venire jus portulaniæ, niſi ſpecialitèr concedatur, & ità refert deciſum in Sacro Conſilio in Portulania per Terram, idem tradit *Reg. Tappia in repetit. l. final. ff. de Conſtit. Princip. p.* 1. *cap.* 2. *n.* 57.

7 *Camill. de Medic. conſ.* 121. * ſcribens pro Civitate Barij, cui fuerat per Regem Ferdinandum in anno 1504. conceſſa Bajulatio cum Banco Juſtitiæ, & omnibus ejus membris ſub dicta conceſſione venire juriſdictionem Portulaniæ tamquam ejus membrum, ex quo Bajulus cognoſcat de omnibus cauſis exceptis feudalibus.

8 Diſtinguit *Reg. Galeot.* † *reſponſ. fiſcal.* 28. *nu.* 65. concedit in conceſſione Caſtri cum omnimoda juriſdictione, mero mixtoque imperio venire portulaniam per terram tamquam ſpeciem infimæ juriſdictionis, ſed negat venire portulaniam per mare, ſi non exprimatur ex particulari ſtylo Regiæ Cancellariæ.

Demùm *Reg. Latr.* in * caſu propoſito in hac 9
conſult. 1. quam edidit pro Principe Conchæ, & Comite Calatiæ, latè defendit à *num.* 4. jus portulaniæ venire in conceſſione Caſtri cum mero, mixtoque imperio, ſi addita ſit clauſula, *cum omnibus pertinentiis, vel cum omni juriſdictione*, vel quando ſunt conceſſa aliqua Regalia, & poſteà additur clauſula, *& quacumque alia jura*, tunc enim omnia alia regalia venire dicit præter reſervata in ſignum ſupremi dominii, ideòque ſecundum hanc opinionem attenta forma privilegiorum, quæ hodiè concedi ſolent ſemper Portulania veniret, cùm ſemper concedantur aliqua ex regalibus minoribus additis poſteà clauſulis generalibus.

Novar. de gravam. vaſſall. to. 1. *grav.* 355. * 10
negat portulaniæ cognitionem tàm per terram, quam per mare ſpectare ad Barones abſque ſpeciali titulo, & conceſſione, & ità quotidiè in Regno practicari.

Arias de Meſa var. lib. 2. *c.* 17. idem tenet in eadem cauſa, in qua *Reg. Galeot.* edidit *contr. fiſcal.* 28. ex eo, quod viæ publicæ, littora, & portus, circa quæ portulania verſatur, ſunt ſub peculiari Regia protectione, ideòque non venire ſub generali conceſſione.

Ganaver. dec. 9. idem habet pro abſoluto, & *de Marin. lib.* 2. *reſ.* 39. *n.* 3. ubi *Ego in melior. n.* 1. cum *Conſ. Roſa, & D. Ageta ad Reg. Moles.*

E' contrariò *Guid. Pap. dec.* 490. putat hanc juriſdictionem ponderum, & menſurarum eſſe mixti imperij, & ſpectare ad Baronem, idem ſimilitèr probat *Coppin. de legib. Andegavenſ. lib.* 1. *tit.* 4.

Caſſan. ad conſuet. Burgund. rubr. 1. *des juſtices num.* 97.

Videtur excludere Barones, *Afflict. ad Conſtit. Regn. ad offic. Bajul. num.* 4.

Hodiè ſpectare ad Magnam Curiam Siclæ, ſcribit *Reg. Tapia Rov. in pragm.* 1. *tit. de ponder. & menſur.*

Latr. conſult. 2. *à n.* 1. * latè defendit hanc pon- 11
derum, & menſurarum cognitionem in conceſſione feudi cum juriſdictione, mero mixtoq; imperio venire, quando adſunt verba cum omnibus juribus, & pertinentiis, *Taſſon. de anteſ. verſ.* 3. *obſ.* 4. *n.* 50. pro Barone ità inquit conſuluiſſe contra poſſeſſorem offitij Regiæ Siclæ. At *Conſ. Roſa n.* 59. redarguit *Latr.* uti non benè loquutum. Et quod hodiè ſit inductus ſtylus judicandi præfatas juriſdictiones tamquam de Regalibus non venire in generali conceſſione etiam conceſſa juriſdictione cum mero, & mixto imperio, aliiſque pertinentiis ſuis, *Maſtrill. de magiſtrat. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 7. *Montan. de Regal. in proœm. nu.* 5. latiſſimè *D. Joſeph de Roſa in prælud. feudal. lect.* 3. *lectur.* 4. & ſignanter *in fin. verſ. Remanet igitur, & lect.* 5. *D. Franc. Maradei ad ſingul.* 207. *ad prag.* 2. *de juriſd. non turb. n.* 22.

Concludit in fine jus ſignandi pondera, & menſuras, & puniendi eos qui non ſignatis utuntur, non pertinere ad Barones.

Alia vide, quæ congeſſi in *melio. reſol. de Marin.*

ARGUMENTUM.

De origine. progreſſu, & probatione, & uſu juris Longobardi, ac juris Francorum in hoc Regno, & in dubio quando conceſſio feudorum non apparet facta cum prærogativa ætatis, quomodo in eis ſuccedatur, de jure Longobardorum, an verò Francorum? & quid quando in conceſſione adeſt clauſula, *ad habendum, vendendum, &c.*?

Præſcriptio qualiter, & quando interrumpatur citatione, & an differat à conſuetudine & multa notatu digna circa ſucceſſionem ſecundum jus Francorum ex uſu familiarum ad intellectum *Conſtitutionis Regni, Conſtitutionem divæ memoriæ, In aliquibus, Ut de ſucceſſionibus, & Capit. Regni Conſiderantes.*

SUMMARIUM.

1 *Articulus proponitur an feudum Andredochi ſit juris Francorum, vel Longobardorum.*
2 *In dubio quo jure vivatur in Regno Francorum, an verò Longobardorum.*
3 *Jus Longobardorum à quibus introductum, & quando, quoque ſub Rege in deſuetudinem cœpit abire. n. 8. & ſub n. 37.*
4 *Longobardi quibus, & quantis temporibus Italiam aggreſſi ea, & Regno potiti fuerint, quiſque eos vicerit, & qua occaſione, n. 5. quomodo in Italia, & quibus titulis in illa relaxati fuerint, nu. 6.*
5 *Carolus Magnus Pipini filius ad preces Hadriani Pontificis ingreſſus Italiam Longobardos vicit, & Deſiderio eorum Rege apud Ticinum victo eum cum uxore, & filiis in Galliam duxit.*
7 *Normanni extincto dominio Longobardorum cœperunt in Regno Regali dignitate, & titulo dominari, quorum primus Rogerius ex Duce Apuleæ Rex dictus eſt, qui & novas leges in Regno condere cœpit.*
9 *Federicus ſecundus Imperator per quem, & quando leges Regni compilari juſſerit, & n. 10.*
10 *Petrus de Vineis Capuanus quando, & cujus juſſu leges Regni compilaverit.*
11 *Judices Regni judicare debent ſecundum Regni Conſtitutiones, & in earum defectum, ſecundum Conſuetudines approbatas, & demum ſecundum jura communia, Longobarda, ſcilicet & Romana.*
12 Conſtitutio Regni, Puritatem *à quo, quando, & quare edita fuerit, explicatur, n. 14.*
13 *Jura Longobarda an, quandoque & quo reſpectu communia dici potuerint, & n. 16.*
14 *Juris communis appellatio ad jus Romanorum referri debet, quod vocatur commune, non ad Longobardum, & quare, n. 15.*
15 *Jus Longobardum non commune eſt, ſed ſpeciale in Regno, & n. 21. quo autem reſpectu dicatur commune, & ibi ſervetur, n. 41.*
16 *Federicus ſecundus Imperator qua ex gente, & familia fuerit, & quando; ac qua ratione Regno potitus fuerit.*
17 *Jus Francorum quibus temporibus cœperit, diminutionem feudorum prohibuerit, ac primogenituræ in feudis legem ſtatuerit.*
18 *Francorum jure vivebat major pars Regni tempore Rogerii Regis.*
19 *Francorum jus dicitur jus ſpeciale reſpectu juris communis Romanorum.*
20 *Feuda de jure Romanorum ſunt dividua.*
21 *Jus* Rom*anorum dicitur commune reſpectu omnium gentium.*
22 *Feuda in Regno quo ex tempore, & quibus ſub Regibus cœperit eſſe cum jure primogenituræ.*
23 *Suevi Reges per quem è Regno expulſi fuerint.*
24 *Carolus Andegavenſium Dux, & primus hujus nominis Rex in Regno per quem fuerit inveſtitus, quiſque ei ſucceſſerit.*
25 Capit. Regni Conſiderantes *quis condiderit, & ejus diſpoſitio refertur, quare fuerit factum, n. 27. & ſeqq.*
26 *Feuda in Regno omnia ſunt individua ad beneficium primogeniti, exceptis feudis veteribus, quæ erant dividua ante adventum Caroli Primi, & n. 32. & 45.*
28 *Frater ex forma inveſtituræ ſuccedit fratri in feudo, cùm deſcendit ex primo acquirente.*
29 Capit. Regni Conſiderantes *ampliavit primogenituram, etiam in linea collaterali.*
30 *Leges Longobardæ in totum contraria conſuetudine ſunt abolitæ, & in deſuetudinem abierunt, n. 31.*
31 *Conſuetudines Civitatis Bari quamvis ſint exceptæ ex legibus Longobardis earum tamen interpretatio ex jure communi accipienda eſt, & non ex legibus.*
32 *Jus Francorum an probari debeat tanquam ſpeciale ab eo, qui ſecundum illud quem vixiſſe alleget, & num. 35.*
33 *Feudi in conceſſione quamvis non ſit expreſſa qualitas primogenituræ, & quod ſit ſecundum legee Regni, ita in dubio facta intelligetur, & debet obſervari, & ſub n. 38. & n. 46.*
34 *Exprimi quæ conſueverunt intelliguntur, licèt non exprimantur.*
35 Andreas de Iſernia in cap. 1. §. prætérea ducatus, n. 37. & 38. de prohib. feud. alien. per Feder. *explicatur, n. 92.*
Quo tempore ortus ſit, vixerit, ac obierit, cujuſque Regis fuerit Conſiliarius refertur, ib.
36 *Jus Longobardorum non ſervatur ubilibet, & probari debet tanquam jus ſpeciale.*
37 Minadous conſ. 1. n. 27. & conſ. 12. n. 14. & 15. & in conſ. 21. in princ. *declaratur.*
38 Afflict. dec. 119. & 248. *explicantur.*
39 *Primogenitura habet concomitantiam cum jure primævo feudorum. & ex regula tam humana, quàm divina, & n. 48. & cenſetur conceſſa contemplatione domini concedentis feudum, n. 41.*
40 *Feudum quod deveniat ad primogenitum, non eſt favor defuncti agnatorum, vel feudatarii, ſed Domini*
42 Capyc. in Inveſtit. in verb. feudorum genera, f. 119. & in verb. feudorum clauſulæ, verſ. ſexus, f. 97. *declaratur, & vindicatur ab* Annæ *reprehenſione.*
43 Joan. Thomas de Marinis de feudis in tit. de jure Francorum, *explicatur.*
44 Conſtitutio ut ſucceſſionibus *non corrigit jus commune.*
45 *Filii omnes etiam hodie ſuccedunt in feudo, in quo non vivitur de jure* Francorum *prout omnia feuda conceſſa à tempore Caroli I. uſque hodie.*
47 *Jus primogenituræ, quamvis non ſit expreſſum in conceſſione feudi, poteſt colligi ex conjecturis, quòd mens concedentis ſit, ut ad primogenitos pertineat.*
48 *Jus primogenituræ non eſt odioſum, ſed favorabile, & idcò ab omnibus fere juribus fuit obſervatum, & cognitum, gentium, divino, canonico, & conſuetudinario, & prodeſt ſubditis n. 50. familiæ, & domino concedenti n. 51.*

49 *Domi-*

49 *Dominia diſtincta fuere de jure gentium.*

50 *Subditi melius reguntur per unum, quàm per plures,*

52 Feuda *de jure Longebardu in Regno, quaſi in totum ſunt extincta, & qua ratione.*

53 *Pro-regibus probibitum eſt aſſentiri, ubi diviſio feudorum induceretur.*

54 *Comitatus Aquila memoratur, & quomode fuerit conſtitutum, n. 56. ejus feuda ſunt individua n. 63, & in eis vivitur jure Francorum, & cum prarogativa primogenitura, n. 64.*

55 *Comitatus quot modis, & quomodo creatur à Rege, ad finem videndi an ſit perſonalis, vel adſcribatur loco, & tranſeat in novum ceſſionarium.*

57 *Comitatus de omni jure eſt individuum, an tamen remaneat talis ſi devoluto Comitatu ad Regem ob rebellionem, vel devolutionem, Rex concedat feuda Comitatus diverſis perſonis n. 59.*

58 *Feuda reverſa ad Regem ob rebellionem feudatarii ſi iterum concedantur abſque expreſſione, cujus qualitatis, intelliguntur conceſſa cum eadem natura, prout prim erant, & n. 62.*

60 Feudum *ad Regem devolutum non poteſt dici feudum.*

61 *Res ſua nemini ſervit.*

63 *Antredochi Caſtrum eſt individuum tanquam de Comitatu Aquila, & in eo obſervatur jus primogenitura, n. 65. & n. 103.*

65 *Jure Francorum vivi, an in aliquo feudo probetur, ſi ita vivi probetur in feudis vicinis, in Provincia, Comitatu, vel Baronia, de qua eſt feudum, & n. 63.*

66 *Baronia, ſive Comitatus dicitur quaſi quedam Provincia.*

67 *Conſuetudo interpretativa privilegii conceſſionum factarum vim habet declarandi dubium inveſtitura tenorem.*

69 Fœmina *à feudi ſucceſſione omni jure remanet excluſa ſtantibus maſculis.*

70 *Actus quanto magis viciniores ſunt inveſtitura, tanto magis ejus ambiguitatem declarant.*

71 *In inveſtituris exprimi nunquam eſt ſolitum, ſuccedere volentem habere fratres.*

72 *Relevium cùm ſolvitur,* Fiſcus *inquirit, an in feudo vivatur jure* Francorum, *vel Longebardorum.*

73 *Clauſula in inveſtituris,* ſuccedere debentem, *quare apponatur.*

74 Text. c. 21. Deuteron. *explicatur.*

75 *Primogenitum tùm quis ſe dicit, ſupponit ſecundogenitos, maxime in materia ſucceſſionis, qua ad primogenitos ſpectat.*

76 *Verba in conceſſione feudi,* ad habendum, vendendum, &c. *an importent conceſſionem dividuitatis feudi, & quid operetur, ſi ſint adjecta in executivis, n. 77. 80. & 81.*

77 *Clauſula,* ad habendum, vendendum, &c. *adjecta in executivis nihil operatur; eſt de formula, & ſtilo Notariorum & inveſtiturarum, n. 81.*

78 *Clauſula quando dicatur adjecta in executivis.*

79 *Diviſio in feudis Longobardis admittitur abſque aſſenſu.*

82 *Poſſeſſio in præſenti præſumitur etiam in præteritum.*

83 *Præſcriptio triginta, vel quadraginta annorum non interrumpitur ſola citatione, etiam ad inſtantiam Fiſci*

84 *Citatio in judicio jactantia generalis, ut proponerentur jura, & non particularis, non interrumpit præſcriptionem.*

85 *Inſtantia perempta nullum effectum producit.*

86 *Præſcriptio opponi an debeat vel judex de illa rationem habere poſſit, quamvis à parte non opponatur, & n. 97.*

87 *Præſcriptio à conſuetudine vivendi in quo differat & n. 89. & 93.*

88 *Conſuetudo cauſatur à moribus.*

90 *Conſuetudo nulla oppoſitione eget, nec ipſius allegatione.*

91 *Modus ſuccedendi in feudis pendet à conſuetudine.*

93 *Conſuetudo ut inducatur binus actus intervenire debet.*

94 *Conſuetudo dicitur præſcripta ſpatio triginta annorum.*

95 *Scientia probatur ex conjecturis, & præſumptionibus, ex conjunctione, & vicinitate, & pluralitate actuum.*

96 *Legitime omnia interceſſiſſe probatur, etiam in materia juriſdictionis, conſummato curſu legitimo ad inducendam præſcriptionem.*

98 *Mos vivendi de jure Francorum probatur in aliquo de familia ſi tota familia ita vivat.*

99 *Familia identitas præſumitur, & quomodo probetur diverſitas, n. 100.*

100 *Familia Capycia quamvis diffuſa ſit in novem diverſas familias, una tamen, & eadem reputatur, & conjunctim conſtituit unum quarterium.*

101 Familia *eſt accipienda etiam in fideicommiſſis, non ſolùm reſpectu deſcendentium à teſtatore, ſed contentivè reſpectu omnium de illa familia, ſub qua teſtator continetur.*

102 *Conſuetudo Regionis convicinæ, & præſertim inter eos familia conjunctos, ad alium, ſive alios extenditur.*

104 *Jus Francorum quot modis probetur.*

105 Regens Fabius Capycius Galeota *laudatur.*

106 *Andredochi in feudo vivitur de jure Francorum.*

106 Regens Fulvius de Conſtantio Marcio Coglets *laudatur.*

Pro Illuſtriſſima Marchioniſſa Andredochi, & Eminentiſſimo Cardinali Bandino contra Illuſtriſſimum Principem, & Ducem Sabellios.

CONSULTATIO III.

ARticulus proponitur decidendus in * hac cauſa 1
Illuſtr. Marchioniſſæ Andreduchi, & Emmentiſſimi Cardinalis Bandini ejuſdem Patrui, contra Illuſtriſſimum Ducem, & principem Sabellios, an Caſtrum Andredochi ſit feudum, in quo vivitur de jure Francorum, vel de jure Longobardorum, pro cujus deciſione videndum erit. Primò generaliter, quando non conſtat ex inveſtituræ forma in hoc Regno, feuda ſint judicanda de jure Francorum, vel Longobardorum. Secundò, quid fuerit ſpecialiter obſervatum in dicto Caſtro, recolligendo igitur ſpicas poſt terga aliorum Doctiſſimorum virorum, qui in hac cauſa ſcripſerunt, infra ſcripta conſideravi.

Et quod attinet ad articulum generalem, † an in 2
hoc Regno indubio vivatur jure Francorum, aut
verò Longobardorum, * conſidero, quod hoc jus 3
Longobardorum fuit introductum à Longobardis,
qui circa annum ſalutis 568. Italiam aggreſſi, * ſpatio 4
annorum ducentum, & quatuor hoc Regnum, ſicut
& totam ferè Italiam cum dignitate Regali dominati
fuerunt, * quouſque Carolus Magnus Pipini filius 5
ad preces Hadriani Pontificis Italiam ingreſſus,
Longobardos vicit, & XXXII. eorum Rege apud
Ticinum victo, eum cum uxore, & filiis Galliam duxit,
prout ultra Hiſtoricos habetur ex *c. hortatu 23.*
qu. 8. & cap. Hadrianus 63. diſtinctione, * Regiaque 6
dignitate ſublata dominium Longobardorum non
in totum extinxit, fuerunt enim ex eorum corpore
ejuſdem Caroli permiſſione triginta Duces creati,
qui Italiam dominati fuerunt per alios annos 330. &
ſic Longobardorum dominatio duravit uſque ad an-

num.1102. ut per Frecc. *lib.1. de orig. feud. n. 56. &*
7 *de antiquo ſtatu Regni*, * *n.16. & 18.* extincto autem
dominio Longobardorum inceperunt in hoc Regno
dominari Reges, incipiendo à Normannis, Roge-
rius enim primus fuit, qui ex Duce Apuleæ Regali
8 hujus Regni dignitate potitus † fuit circa annum
1115. ex quo tempore paulatim jus Longobardo-
rum in deſuetudinem abiit; cœpit enim Rogerius no-
vas leges in Regno condere, quem ſequutus fuit Rex
9 Gulielmus ex eadem Normannorum gente,* & de-
mum Federicus II. Imperator, qui leges Regni com-
pilari juſſit, prout compilatæ fuerunt per doctiſſi-
mum virum Petrũ de Vineis Capuanum in an.1131.
ut teſtatur Afflict. *in præl ud. Conſt. Regn. qu. 1. ſub
n. 1.*

11 Et propterea non erit mirandum, * quod *in Conſt.
Puritatem*, diſponatur; quod Judices Regni judica-
re debeant ſecundum Regni Conſtitutiones, & in ea-
rum defectum ſecundùm Conſuetudines approbatas,
& demum ſecundùm jura communia, Longobarda
12 videlicèt, & Romana,* quia prędicta Conſtitutio fuit
edita à Rege Gulielmo, quo tempore Longobardo-
13 rum dominatio recens adbuc erat, & ſic etiam leges,
quamvis nec etiam illo tempore jura Longobarda
communia poſſe dici, dixit Luc. de Penn. *in l.1.n.12.
& ſeqq. C. de conduct. & proc. l.12.* niſi eatenus, qua-
tenus, & in illis locis, & inter illas perſonas, inter
quas conſuetudo illa admittitur, quod probat ex
text. *in d. Conſt. Puritatem*, ex illis verbis, *prout qua-
14 litas litigantium exegerit*, & verba illa,* *ſecundùm jura
communia*, debere referri ad jus Romanorum, quod
vocatur commune, & non Longobardum, quod eſt
15 ſpeciale, * & ita dicit fuiſſe ſervatum in M.C.V. &
hanc opinionem, eam referendo, ſequuta fuit Afflict.
in d. Conſt. Puritatem, n. 9. & Cannetius infra citandus.

16 Quatenus verò tempore Gulielmi jus * Longobar-
dum dici potuiſſet jus commune, non tamen tempo-
re Federici II. qui regnavit poſt Gulielmum circa
annum 1200. ex quo extincta linea maſculina Nort-
mannorum, ſuperſtite Conſtantia, dicta Monacha,
ex eo, quia jam diu in Monaſterio permanſit, nupta
fuit Federico I. Imperatori, ex Suevorum progenie,
ex quo matrimonio ortus fuit Federicus ſecundus,
qui jus Francorum jam inceptum per *Conſt. Scire vo-
17 lumus*, editam tempore Rogerij, * & per *Conſt, Divæ
memoriæ*, per quas diminutio feudorum fuit prohibi-
ta *in Conſt. ut de ſucceſſionibus. & in Conſt. Comitibus*,
ſuper eadem primogenitura legem ſtatuit, & ſic ne-
ceſſariò fateri oportet, quòd quamvis ſucceſſio de ju-
re Longobardorum in feudis eo tempore non eſſet
18 in totum extincta, * attamen major Regni pars jure
Francorum vivebat, aliàs fruſtra legem conderet re-
ſpectu minoris Regni partis, ut optimè per *Cannet.
in c. ſi aliquem, verſ. ſed præſtat. f. 271.* & quamvis u-
tatur illis verbis, *inter eos qui vivunt in Regno ſpeciali-
ter jure Francorum*, ex quibus aſſumit *Iſern. in c. 1. §.
præterea ducatus, de probib. feud. alien. per* Frider. *n.
37. & in d. Conſt. in verb. ſpeciali jure*, quod jus Fran-
19 corum eſt jùs ſpeciale, & ſic probari debet, tamen hoc
intelligitur reſpectu juris communis Romani, ut be-
nè probat *gloſ. in d. Conſt. Ut de ſucceſſionib. in verb.
ſpecialiter*, ſit quod quamvis feuda etiam ſint divi-
20 dua, * tamen dicitur commune reſpectu omnium
21 gentium, * & jus Francorum ſpeciale in Regno.
22 Verùm poſt aliquos * annos fuit generaliter provi-
ſum, quod omnia feuda in regno ſint cum jure pri-
23 mogenituræ: * Expulſis enim Suevis à Carolo An-
degavenſium Duce, fuit de Regno inveſtitus ab Ur-
24 bano IV. & Clemente IV.* ejus ſucceſſore Carolus I.
25 cui cùm ſucceſſiſſet Carolus II. filius, * condidit *Cap.
Conſiderantes*, per quod fuit generaliter proviſum, ut
in omnibus Comitatibus, feudis, & Baroniis con-
ceſſis ab adventu ſupradicti Caroli I. ejus patris, &
in poſterùm concedendis, feuda ſub eadem forma in-
veſtituræ conceſſa intelliguntur, ad quod notandum
eſt, quia volt, ut intelligatur inveſtitura conceſſa in
Comitatibus, & Baroniis, ſicut in feudis, & cla-
rum eſt in jure, * in Baroniis, & Comitatibus habe- 26
re locum prærogativam ætatis, & ampliùs voluit,
quod ſint individua, exceptis tamen feudis veteri-
bus, hoc eſt, ante adventum Caroli I. quæ vult, ut
remaneant quoad ſucceſſiones eo jure, quod eis ex
antiquo competit. Noluit enim illis, quibus ex con-
ceſſione antiqua jus erat quæſitum præjudicare, &
ſic apparet, † quod vana eſt intelligentia, quòd *Ca- 27
pitulum* prædictum fuerit emanatum ad tollendum
iniquum interpretationis abuſum, quod in feudo
frater fratri non ſuccederet, † quia reſpectu iſtius de- 28
clarationis Rex nihil de novo inducit, nam ex for-
ma inveſtituræ, cùm deſcenderet ex primo acquiren-
te, erat in ea comprehenſus, ut bene advertit Iſern.
*in Conſt. Ut de ſucceſſ. in ver. filii autem fratris, verſ. ſi-
mile quærunt fiſcales*, & verba *in fine* poſita ibi, *vete-
ribus autem feudis*, nullo modo poſſunt adaptari ad
hunc intellectum, ſed ex illis clarè dignoſcitur, men-
tem Regis fuiſſe, ut feuda conceſſa ab adventu Caro-
li I. & in poſterùm concedenda, eandem haberent
inveſtituram cum Comitatibus, & Baroniis, relictis
in ſuo ſtatu veteribus feudis, immo ampliavit primo-
genituram etiam in linea collaterali, † & ideo leges 29
Longobardæ ſunt in totum contraria conſuetudine
abolitæ, quod potuiſſe fieri, probat Maxilla *in pro-
œm. Conſuet. Civit. Bari, n. 227.* qui amplius tenuit, 30
quod quamvis illæ Conſuetudines ſint ex legibus
Longobardis excerptæ; * tamen quia jus Longobar- 31
dum in deſuetudinem abiit, earum interpretatio ex
jure communi, & non ex legibus Longobardis eſſet
accipienda.

Ex quibus apparet, † quod opiniones contrariæ 32
diſtinctionis fœdere conciliari poſſunt, quod aut lo-
quimur in conceſſionibus factis antè adventum Ca-
roli I. & tunc jus Francorum tanquam ſpeciale eſſet
probandum, aut verò conceſſiones ſunt factæ poſt,
& tunc illa qualitas primogenituræ quamvis non ſit
in conceſſione expreſſa; * tamen intelligi debet ſe- 33
cundùm leges Regni, hoc eſt, *Cap. Conſiderantes*,
prout optimè docuit Affl. *in d. c. 1. §. præterea duca-
tus, n. 33.* nec erit neceſſe, ut in conceſſione expri-
matur, quod Rex concedit ſecundùm leges Regni,
ut malè ſentit Liparul. *in d. §. prætereà ducatus*, ſiqui-
dem conſueta exprimi intelliguntur, licèt non expri-
mantur, Andr. *in c. 1. §. hujus autem generis, n.6. verſ. 34
ſecus fertè, ex quib. cauſ. feud. amitt.* ubi etiam idem
Liparul. qui alios refert, & in puncto, quod facta
conceſſione ſimpliciter, quod intelligatur facta ſecun-
dùm uſum, & conſuetudinem Regni, ſecundùm te-
norem dictarũ Conſtitutionum, ſcribit Pariſ. *conſ. 81.
n. 48. l.1.* & Jo. Ang. Piſanell. *in reſponſo impreſſo poſt
opus Cannetij, n. 18.* & *ſuprà n. 17. in fine*, in cauſa Il-
luſtr. Comitis Calatiæ, in qua ipſe conſuluit, dicit
judicatum ſecundùm dictum *conſilium Pariſii*, & idem
tradit *Reg. Villan. in alio reſponſo poſt dictum opus Canne-
tij, n.27. & 18.*

Nec mirum, quod Andr. *in d. §. prætereà ducatus*
vocavit jus ſpeciale * jus Francorum, quia tempore,
quo ſcripſit, erat jam de recenti conditum *Capitulum
Conſiderantes*, nam ipſe vivere incœpit tempore e-
juſdem Caroli I. anno 1180. & tempore Caroli II.
nedùm in humanis erat, ſed fuit ejuſdem Regis Con-
ſiliarius, & vixit per annos ſeptuaginta tres, & ab
hac vita diſceſſit tempore Reginę Joannæ primæ, ut
notat Lipar. *in ejus vita*, & ſic quando dixit, quod
jus ſpeciale in Regno eſt jus Francorum, & proinde
debet probari, intellexit de illis feudis antiquis ante

Capitulum

Digitized by Google

Capitulum Conſiderantes, quod probatur ax ſubſe-
quentibus verbis nu. 38. ibi, ſicut ſunt hodie novæ in-
feudationes in Regno, in quibus primogeniti præfe-
runtur, quaſi quod vellet dicere, quod ante Capitu-
lum Conſiderantes jus Francorum debet probari,
poſt varò non, & ita intelligit Andr. da Iſern. Piſa-
nel. in d. reſponſ. n. 24. verſ. propterea Andreas fol. 342.
& idao idem Andr. in c. 1. §. ſi qua inveſtitura, in fin.
36 de nov. feud. dicit † quod jus Longobardorum non ſar-
vatur ubilibet, & ſic ſenſit, quod debet tanquam jua
ſpeciale probari, & ita etiam intelligit Affl. in Conſt.
Puritatem, nu. 9.

Apparet etiam ex prædictia raſponſio ad omnes
Doctores à parta productoa, qui ſimpliciter Iſern. re-
ferunt,* immo major para ipſorum non probant opi-
37 nionam adverſariorum; Et primò, quamvia Minad.
in conſ. 1. n. 27. referat tantum, quod poſt jus Roma-
num ſupervenit in Regno jus Longobardorum, quo
cavetur, ut omnes filij etiam in feudia ſuccedant, ta-
man n. 29. dicit quod hoc jus Longobardorum fuit
correctum per conſtitutionem, Ut de ſucceſſionib. &
ſic in feudo primogenitus tantùm ſuccedit, & prop-
tarea tenuit, jus Longobardorum fuiſſe à Ragno ſub-
latum, nedum per Cap. Conſiderantes, ſed ſaua antè,
tempore Federici II. per Conſt. Idem in conſ. 12. n. 15.
& in conſ. 21. in princ. loquitur in ſucceſſiona Gabal-
læ Terræ Molæ, in qua terra probatum foit, quod
vivebatur da jura Longobardorum, ut in d. conſ. 12. n.
14. in fin. in verſ. ſupereſt, & ſic potiùs facit pro noſtra
opinione, quia neceſſe fuit in caſu illo probara, quod
prædicto jure vivebatur tanquam ſpeciala, aliàs enim
ſi aſſet jua communa, nulla probatione opus
fuiſſat.

Affl. in dec. 129. & 248. ſimpliciter rafert id, quod di-
38 xit † Iſern. in d. §. præterea ducatus, & propteras intal-
ligendus eſt ſecundùm Doctorem, quem allegàt, in
illis ſcilicat terminis, quando non apparat, quo tem-
pora fuit facta conceſſio, & ideo idem Affl. expreſsè
tenuit in lecturis, quod ubi apparet conceſſio, etiam-
ſi in ea non exprimator primogenitura, quod ipſa
obſervari debet, ut in d. §. præterea ducatus, n. 33.

Fracc. l. 8. de ſubfeud. de orig. feud. n. 90. verſ. & licet
in Regno ſi jus ſingulare, nedum non admittit hanc
opinionem, ſed dicit, quod jus primoganituræ ha-
bet concomitantiam cum jure primævo feudorum, &
propteraa quod eſt ſemper interpretatum ex omni
regula, tam humana, quàm divina, quod filius, in
quem Dominus confirmat benaficium, ſit primoge-
nitus, immo quod feudum ad primogenitum deve-
niat, non eſt favor defuncti, neque agnatorum, ſed
tantum ipſius domini concedentis, & quod hæc for-
mula inveſtituræ, ut primoganitus ſuccedat, non ra-
ſpicit commodum feudatarij, ſed cenſetur inducta
contemplationa domini concedentia faudum.

Capyc. in inveſt. feud. in verb. feudorum genera, fol.
219. verſ. iure Longobardo dicit, † quod quamvis in
42 Regno jus Longobardorum non ſervatur, niſi vigeat
conſuatudo, taman circa feudorum ſucceſſiones di-
citur jus commune, obſervandum in Regno, ſed
paulò poſt, & propriè fol. 222. in verbo, & nota dicit
& nota, quod dum in Regno noſtro præſupponitur, ad-
eſſe conſuetudinem, quod in feudis, quæ conceduntur
noviter per Regem, vivi debeat jure Francorum, e-
tiam ſi non dicatur, niſi fuiſſet feudum illud aliàs na-
tura Longobarda Luc. de Penn. in l. 1. de impon. lucr.
deſcript. lib. 10. manifeſtè ergo conſtat, quod Capyc.
primò loquutus fuit ſecundùm legem veterem, ſe-
cundò verò babito reſpectu ad diſpoſitionem Cap.
Conſiderantes, prout etiam loquutus fuit in d. §. præ-
terea ducatus in fine, & ſic atiam eſt intelligendus
in verb. feudorum clauſula, verſ. ſextus fol. 97. & ſic
male reprehenditur ab Anna filio in ſingul. 692. dum
eum ſibi parum conſtantem tanquam ſibimetipſi
contrarium appellat, cum ſemper eandem ſequutus
fuerit opinionem ſecundum diſtinctionem ſupra di-
ctam.

Jo. Thom. de * Marin. in tit. de jur. Franc. n. 6. verſ. in 43
Regno dicit, quòd in Regno in dubio vivitur jure
Francorum, quando conceſſio aſt facta ſecundùm
conſuetudinem Regni, dainda ſequitur, quod eſt jus
ſpeciala, & quod allagans illud, debat probare, ſe-
cundùm tradita per Iſern. in d. §. præterea ducatus. Et
propteraa, ut vitatur contradictio, oportet, quòd in-
telligatur cum eadem diſtinctione ſupra relata.

Anna pater in c. 1. n. 389. * nihil aliud dixit, niſi 44
quòd Conſt. Ut de ſucceſſionibus non correxit jus com-
mune, † quia etiam hodia omnes filij ſuccedunt, niſi 45
ubi vivitur da jure Francorum, ut ibi dicit Conſt. ſed
in faudis conceſſis à tempora Caroli Primi, uſque
hodie vivitur jure Francorum ex diſpoſitione Cap.
Conſiderantes, ut idemmet Anna fatetur in alleg. 41.
Anna filius in ſingul 692. examinata quæſtione, &
comprobando opinionem Cannetij remanet cum opi-
nione Andrea, quæ, ut ſupra diximus, noſtræ con-
cluſioni non contradicit.

Dom. Rov. in prag. 11. de feud. n. 84. perfunctoriè lo-
quitur ſecundum terminos Andr. in loc. citato, &
Affl. in d. deciſ. 119.

Ex † quorum reſolutiona apparet indubitata con- 46
cluſio, quod quamvis in ſucceſſiona facta in anno
1536. non adſit expreſsè iſta prærogativa ætatis, atta-
men debet intelligi ſacundum formam communem
traditam in d. Cap. Conſiderantes, ita quòd attenden-
da ſit ætatis etiam prærogativa, prout expreſsè in
his terminis probàverunt, Iſern. in cap. Imperialem,
§. præter. ducatus in addit. poſt n. 38. ubi Liparul. Ni-
col. de Neap. in add. ad Cap. Conſiderantes, n. 6. verſ.
item nota, & n. 7. in fin. Lucas de Penna in l. unic. col.
3. verſ. ſed quid in quæſt. de facto, C. de imponen. lucra.
deſcr. lib. 10. & in l. 1. C de priv. cor. qui in Sac. Palat.
milit. lib. 10. verſ. 11 Soc. conſ. 251. vol. 2. Pariſ. conſ. 21.
n. 14. l. 1. Franc. Aretin. conſ. 162. Affl. in d. §. præterea
ducatus, n. 9. & 33. Pern. conſ. 4. Jo. Thom. da Marin.
de feud. bar. ſub n. 26. & 27. Cannart. in extravag. ſi a-
liquem, §. ſed juxta prædicta quæro, & §. & incipien-
do, n. 85. Cumia in repet. d. cap. ſi aliquem verb. major
natu, n. 205. & in c. volentes, in fi. verſ. antiquis, n. 139.
Capyc. in repet. c. imperialem, verſ. tertia concluſio,
Anna pater alleg. 41. nu. 23. Anna filius in ſing. part.
692. D. Reg. de Curte in 1. par. diverſ. feud. c. 4. n. 78.
& 82. Franc. dec. 73. n. 23. Reg. de Ponte conſ. 3. n. 38.
39. & 48. & de poteſt. Pro-reg. tit. de refut. feud. poſt nu.
31. verſ. ulter. in Regno, & §. 10. in prin. & n. 8. Bottis
in add. ad Conſt. Puritatem, incip. nota jus Longobar-
dum, fol. 88. Camill. de Medic. conſ. 8 nu. 8. & 16. &
conſ. 59. nu. 3. Bambacarius in repet. c. Titius, §. omnes
filij, n. 64. pag. 104. Petr. da Gregor. de vita, & milit.
c. 1. ſub n. 6. & 12. Intrighol. de feud. p. 1. q. 50. n. 213.
Kniken. in comment. da Saxon. non provoc. jur. c. 3. n.
204. & 275. Conſil. Grazzarell. dec. 28. n. 10. & Conſil.
Georg. in repet. feud. c. 49. nu. 7. qui ità deciſum refert
per S.C.* in cauſa Loſeti.

Quod etiam corroboratur, quia jus primogenituræ, 47
quamvis non ſit in conceſſione expreſſum, attamen
poteſt colligi ex conjecturis, quod ſcilicet mens con-
cedentia ſit, ut ad primogenitos pertineat, ad quod
ſufficiat allegara, Menoc. conſ. 158. n. verſ. ſecunda eſt
dubitatio, qui ex pluribus conjecturis concludit,
conceſſionem factam in eodem anno 1536. & ab eo-
dem Carolo V. Cæſare Oppidi Soncini Maximiliano
Stampæ, debera intelligi etiam cum jura primoge-
nituræ, quamvia conceſſio fuiſſet facta in feudum
nobile antiquum, paternum, & avitum, pro ſe, & fi-
lijs, & deſcendentibus ſuis maſculis, & da legitimo
matri-

matrimonio, lineaque maſculina natis, & in eorum
defectum, ei, ex ſuis hæredibus, quem ipſe infra an-
num eligendum duxiſſet, non exprimendo ætatis
prærogativam.
48 Non enim dicitur jus primogenituræ odioſum,
ſed favorabile, & ideò ab omnibus ferè juribus fuit
49 obſervatum, * incipiendo à jure gentium, quo jure
fuerunt dominia diſtincta, ut dicit Marin. Garſ. Lau-
denſ. *in ſuo elogio de primogenitura, c. 5.* fuit etiam co-
gnitum de jure divino, ut habetur ex Geneſ. *c.* 25. *&*
44. & etiam de jure canonico, & conſuetudinario, ut
per Joan. Andr. & Anchar. *in c. licèt, de voto, & voti
redempt.* Jaſ. *in l. nemo ff. de legat.* 1. *q.* 3. dicitur etiam
favorabile, nam ſive conſideremus pacem, & utilita-
50 tem ſubditorum, ſubditi meliùs reguntur per unum
quàm per plures, & propterea utilius eſt, & ſanctius
per unum dominari, ut poſt Oldrad. *conſ.* 94. & Anch.
conſ. 339. dicit Natt. *conſ.* 505. *n.* 33. *t.* 3. Jaffred. Lanfr.
Balb. *dec.* 641. *cent.* 2. tantò magis, quia ſecundo geniti
non in totum excluduntur; Tunc enim diceretur o-
dioſum, ut dixit Alex. *conſ.* 128. *nu.* 3. *verſ. & ſimiliter,
lib.* 1. quando autem cæteris fratribus de honeſto vi-
ctu juxta hæreditatis facultates providetur, non di-
51 citur irrationabile, † etiam pro conſervatione fami-
liarum, & ſervitio Regis concedentis, ut per Abb. *in
d. c. licèt, de voto*, & alios, quos refert & ſequitur
Natt. *d. conſ.* 505. *n.* 35.
52 Quod tanto magis debet * procedere in hoc Regno,
ubi feuda de jure Longobardo, quaſi in totum ſunt
extincta, ex quo ob Regni revolutiones antiquæ con-
ceſſiones, vel per lineas finitas, vel ob varias ſtatuum
mutationes ſunt finitæ, & feuda, quæ poſſidentur à
Baronibus ex conceſſionibus novis à Carolo I. Rege
infra, quæ vigore dicti *Cap. conſiderantes*, & Regni
conſuetudine ſunt cum prærogativa primogenitu-
ræ.
Quodquidem quamvis ſit generaliter intelligen-
dum, tantò magis erit in particulari hujus feudi con-
ceſſione, in quo conceſſio apparet facta à Carolo V.
Cæſare, qui fuit vigilantiſſimus, ne feuda divideren-
tur, adeò quòd per Pragmaticam promulgatam in
anno 1531. & ſic paulò ante conceſſionem, Proregi-
bus prohibuit aſſentiri, ubi diviſio feudorum indu-
ceretur, quæ dicta eſt *Pragmatica delli nove capi*, &
propterea non eſt credendum, quòd Comitatum to-
tum Aquilæ vellet ad nihilum reducere, ſiquidem
ſub eadem forma inveſtituræ fuerunt omnia conceſ-
ſa, & hæc quoad articulum generale.
Quò verò ad particularem probationem aliqua
etiam prioribus ſcriptis addam, quæ juſtitiam Clien-
tis indubiam reddunt, & primò conſiderandum
precor à Dominis Judicantibus, quod omnia Caſtra
54 conceſſa diverſis temporibus * ſimul cum ipſa Civita-
te Aquilæ conſtituebant Comitatum, & ideo Ca-
ſtra de Comitatu Aquilæ Rex appellat.
55 Comitatus enim creatur à Rege duobus modis.
Primò, concedendo terram, ſive Civitatem cum Ca-
ſtellis, & territorio, cum titulo, atque honore Co-
mitatus alicui perſonæ benemeritæ, & tunc hæc di-
gnitas erit perſonalis adeò ut defuncto Comite abſ-
que legitimis ſucceſſoribus, & Comitatu ad Regem
devoluto, illa dignitas Comitalis extinguitur, ita ut
Rex alteri feuda prædicta concedendo non videatur
titulum Comitatus conceſſiſſe, niſi de novo illam
dignitatem in perſonam novi conceſſionarij conſti-
tueret. Secundo modo, Rex erigit Civitatem ali-
quam, vel terram notabilem cum ejus territorio, &
Caſtellis in dignitatem Comitalem, & tunc illa di-
gnitas adſcribitur loco, & propterea ad quemcun-
que poſſeſſorem vadat, ſemper dicitur Comitatus, ut
per Frecc. *lib.* 2. *de ſubfeud. tit. quis dicatur Comes, n.*
53. & per *D. de Ponte lect.* 6. *n.* 49. *de his, qui feud. dare
poſ.* Modò hæc * Civitas Aquilæ cum ejus Caſtellis 56
non conſtituebat dignitatem perſonalem, ex quo
nulli fuit conceſſa, ſed dignitas Comitalis fuit ad-
ſcripta loco, ex quo ſequitur, quod in omnibus Ca-
ſtris, ſicut in ipſa Civitate non potuit conſiderari di-
viſio feudorum non ſolum actu, quia nunquam fuit
facta alicui prædicti Comitatus conceſſio, ſed neque
in potentia, * Comitatus enim de omni jure eſt indi-
viduus, ut in *cap. Imperialem §. præterea ducatus, & 57
ibi Andr. & omnes, de prohib. feud. alien. per Fe-
der.*
Cùm autem per * rebellionem Civitatis Aquilæ 58
feuda prædicta ſint conceſſa per Imperatorem Ca-
rolum V. abſque expreſſione, cujus qualitas intel-
ligitur, quod ſint conceſſa cum eadem natura, prout
per prius erant, ſecundùm Bald. *in tit. de pac. con-
ſtant. in verb. inveſtituram*, Frecc. *lib.* 2. *in* 5. *auth.
Baronum, nu.* 5. *&* 6. *in d. tit. quis dicatur Comes,
nu.* 53. *in fine.*
Nec prædictis obſtabit, * quod Rex in caſu noſtro 59
diviſit Comitatum, quia Caſtra Comitatus Aquilæ
pluribus conceſſit, nam Affl. *in prælud. Conſt. qu.* 25.
format quæſtionem, quando Rex de Baronia ipſi de-
voluta per rebellionem, vel per devolutionem con-
cedit aliqua feuda diverſis perſonis ſimpliciter, &
licèt nonnulla producat arguendo pro contraria
parte, tamen *n.* 6. concludit, * quod licèt feudum ad 60
Regem devolutum non poſſit dici feudum, quia res
ſua nemini ſervit, * ſi poſtea Rex alteri concedit, in 61
dubio cenſetur conceſſum ſecundùm priſtinam na-
turam ſuam, illam reaſſumendo, per *text. in l. ſi unus,
§. quoties, ff. de pact.* cum concordantibus, *& nu.* 7.
concludit, quod iſtud feudum noviter factum,
quamvis Baronia de novo concedatur, * remanebit 62
feudum quaternatum, ſpectans ad collationem Re-
gis quamvis dicatur feudum de illa Baronia, quod
motivum, ni fallor, dirimit quæſtionem, cùm incon-
vincibiliter concludat, † hoc feudum Aotredochi, eſ- 63
ſe individuum tanquam de Comitatu Aquilæ, &
Affl. ſequuti ſunt Menoch. *conſ.* 905. *nu.* 23. *lib.* 10. *&
Maſtrill. de Magiſtrat. lib.* 4. *cap.* 13. *n.* 96.
Quod & ipſa experientia docuit, * cùm ſatis ſit de- 64
monſtratum, quod in omnibus feudis de Comitatu
Aquilæ, quamvis eadem forma ſit inveſtituræ, tamen
in eis ſucceditur jure Francorum, & ultra exempla
producta in nota facti, hoc inconcuſsè fuit proba-
tum ex ſcripturis noviter per ſtrenuum Regij Fiſci
in hac cauſa patronum productis, ex quibus appa-
ret, quod in caſtris Beffi, & Acciani per mortem
Comitis Jacobi Scalegna in anno 1546. ſucceſſit
Carolus ejus filius primogenitus uti primogenitus,
& Francorum jure vivens, cui Carolo abſque liberis
mortuo in anno 1551. ſucceſſit Ludovicus ſecundo-
genitus, qui per mortem primogeniti illius locum
ingreſſus fuit, qui in inveſtitura dixit, jure Franco-
rum vivere.
Sic etiam in Caſtris Collis, Petræ Saxæ, Civitæ
Tomaſſæ, Roccæ de Cagni, Roccæ Sancti Stephani,
Sulpitij, Riſi, & Sancti Victorini in quibus per mor-
tem Alphonſi de Medina in anno 1545. ſucceſſit Ma-
ria filia primogenita, Francorum jure vivens, & ſuc-
cedens, & ſuccedere debens jure Francorum.
Simile etiam habetur in Caſtris Piacenzæ, & Ca-
guan de quibus per mortem Andreæ Bernal in an-
no 1545. fuit inveſtitus Alphonſus Bernal, tanquam
filius primogenitus Francorum jure vivens, & ſuc-
cedens, & ſuccedere volens in dictis feudis, quæ om-
nia feuda habuerunt eandem conceſſionis formam
abſque prærogativa primogenituræ in anno 1534.
Et quamvis pars inter tot Caſtra Comitatus A-
quilæ prætendat, in duobus tantùm ex eis obſervari
jus Longobardorum in ſucceſſione, hoc eſt, terræ
Bagui,

Bigni, & Varrettæ, & produxit denunciationes de anno 1592. tamen compertum eſt, etiam in ipſis feudis vigere jus Francorum; Siquidem in anno 1545. Ferdinandus de Vargas fuit inveſtitus de terra Varrettæ, & Birifciani: tanquam filius primogenitus fratris ſuccedens, & ſuccedere volens, & debens in omnibus juribus feudalibus, & ſignanter in dictis Caſtris, & ad dicta Caſtra ſpectantibus.

65 Quæ probatio,* ni fallor, convincit ex pluribus, in Caſtro Antredochi obſervari jus primogeniture, & primò, quia de jure ſufficit probare, quod vivatur jure Francorum in eadem Provincia, ut per Andr. *in eadem Conſtit. In aliquibus, col.* 11. *n.*20. Tantò magis in eodem Comitatu, & Baronia, nam Baronia, ſive
66 Comitatus dicitur quaſi quædam Provincia, Frecc. *lib.*2. *de ſubfeud. tit. qui dicatur Comes. num.*31. *ex Hoſtien. in cap.* nimis, *de jure jur.*

67 Secundò,* fuit inducta per 101 actus in eodem Comitatu conſuetudo interpretativa privilegij conceſſionum factarum à Carolo V. de prædictis Caſtris, quæ dubium inveſtituræ tenorem declarandi vim habet, *l. Julianus, §. ſed proinde, ad Macedon.* præſertim in conceſſionibus feudalibus, Rim. jun. *conſ* 257. *n.*107. *l.*3. Menoch *conſ.*231. n.21. *& conſ.*598. *n.*2. Alex. Raud. *reſponſ.*18. *n.*34 *in* 2. Morot. *reſponſ.* 29. *n.* 26.

Nec in aliquo Judicantium mentem perturbare debent partis reſponſiones, quod iſta probatio non
68 relevat. Primò, quia non fuit probatum jus Francorum in eodem feudo, & probatio in feudis vicinis non prodeſt, ut per Andr. *in d. §. præterea ducatus, in addit.* Secundò, quod poſſibile eſt, quod jus Francorum in dictis feudis fit introductum, vel permiſſione ſecundogenitorum in dictis feudis ſpatio triginta annorum, vel ex eo, quia dicta feuda poſſidentes vivebant de jure Francorum. Tertiò, quod hæ inveſtituræ ſunt de anno 1545. 1546. & 1551. & ſic non diſtant per triginta annos à conceſſione, quæ fuit in anno 1534. & proinde non poſſunt trahi ad exemplum. Quartò, quia ex omnibus inveſtituris productis tam antea quàm poſtea, in duabus tantùm familiis conſtat, quod aderant fratres, hoc eſt, in Martino Montagneſe, & in illis de Scalegna. In cæteris verò, quamvis dicatur in feudis ſucceſſiſſe primogenitum, attamen poteſt dari caſus, quod non adeſſet ſecundogenitus, qui multoties appellatur unigenitus ſecundogenitus, & datur inſtantia in Alphonſo de Medina, qui vocatur primogenitus, & tamen non habet alios fratres maſculos, ſed tantùm Mariam fœminam, ad quam excludendam nihil opera-
69 batur primogenitura, nam ſtante maſculo fœmina à ſucceſſione feudi omni jure remanet excluſa.

Nàm prædictis facillimè reſpondetur. Primùm, enim tollitur per ea, quæ ſuperius fuerunt conſiderata de probatione modi vivendi in Comitatu Aquilæ. Secundùm, objectum non convenit in omnibus ferè Aquilæ Comitatus Caſtris, in quibus diverſis temporibus fuerunt inveſtituræ productæ. Tertium, nedum refellitur, ſed ex eo contrarium probatur,
70 quia actus quantò viciniores ſunt inveſtituræ, tantò magis ejus ambiguitatem declarant. Ultimum nul-
71 lius eſt momenti,* ſiquidem in inveſtituris nunquam exprimi ſolitum eſt, ſuccedere volentem habere fratres, & in illis duabus familiis probatur, adfuiſſe fratres ſecundogenitos, ex quo caſu evenit, ut primogenitus abſque filiis decederet, & propterea fuerunt per eorum mortem ſecundogeniti inveſtiti, & onus partis eſt probare, quod ubi primogenitus inveſtitur, ſecundogeniti fuerunt admiſſi jure Longobar-
72 dorum; immo quando ſolvitur relevium, Fiſcus inquirit, an in feudo vivatur de jure Francorum, vel Longobardorum, Iſern. *in cap.* 1. *§. ſancimus, nu.*
73 6o. *quo tempore miles,** & ideò dicitur in inveſtituris, *ſuccedere debentem*, immò ex ſcriptura producta retorquetur argumentum, cùm ex ea appareat, Mariam de Medina ſucceſſiſſe uti primogenitam ſuccedere volentem, & debentem de jure Francorum, quod ideo Alphonſum fratrem Maria nominat primogenitum, quia in feudo aderat jus primogenituræ, *& Alphonſus Toſtatus Epiſcopus Abulenſis in Deuter. c.*21. *qu.*5. probat ex verbis ejuſdem
capituli, quod illa verba, *iſte eſt principium liberorum ejus*, interpretatur, *iſte, quem primogenitus inter* 74
cæteros liberos ſuperſtites, & ideo ex ſui natura eo 75
ipſo, quod quis ſe dicit primogenitum, ſupponit ſecundogenitos, maximè in hac materia ſucceſſionis, quæ ad primogenitos ſpectat.

Reſtat, ut reliquis contrariis breviter reſpondeamus, & primò pars ſe fundat, quia in conceſſione
adſunt illa verba, *ad habendum, vendendum, &c.* 76
per quæ conceſſam fuiſſe dividuitatem aſſumit.

Verùm de hac clauſula non eſt curandum, * quia 77
in executivis eſt adjecta, & ſic nihil operatur, Cacher. *deciſ.*164. Franch. *dec.*6. *n.*7. *& de Pont. conſ.*57. *n.*49. *& conſ.*81. *lib.*1. *& de poteſt. proreg. §* 11. *tit.*
*de refut. feud. nu.*16. *Freccia de ſubfeud. q.*6. *&* 8. * 78
& dicitur in executivis adjecta, quando eſt in parte inferiori, veluti poſt clauſulam *inveſtientes*, ut in ſpecie hoc advertit Cacher. n.3. *&* 4. *& de Ponte d. conſ* 57. *nu.*55.

Secundò, ex hac clauſula potiùs colligitur contrarium, ſi quidem ſequuntur illi verba *ſalvo aſſenſu*,
in feudis enim Longobardis * diviſio admittitur 79
abſque aſſenſu, Loffr. *conſ.* 9. *n.*18. Lanar. *conſ* 62. *nu.* 6. *& in c. ſi quis per triginta, in* 7. *verſic. cap. omnes filii, ſi de feud. defunct. milit. & in c.* 1. *de natur. ſucc. feud.* eo magis quia non ſequitur clauſula, *quatenus opus eſt.*

Tertiò nec etiam opitulatur,* quia non eſſet con- 80
ceſſa, niſi facultas dividendi cum aſſenſu, & clauſula prædicta nihil operatur, ni facta diviſione, *Bar. & alii, in l. qui Romæ, §. duo fratres, quæſt.*8. *num.*21. *de verb. oblig. Tobias Nonius conſ.* 106. n. 12. *Sfor. Oddus in repet. d. §. duo fratres, in tract. de fideic. qu.* 9.
*art.*6. n. 135. & quod fit de formula, & ſtilo Notario- 81
rum, *idem art.*3. *nu.*68. quod maximè procedere in feudalibus, eſt *text. in c. de eo, qui finem fecit agn.* Pereg. *art.* 52. *nu.* 44. Et demum hæc clauſula eſt de ſtilo inveſtiturarum, & proinde nullam de ea habendam rationem, probat *de Pont. d. conſ.*57. nu. 55.

Secundò oppoſitio partis eſt circa probationem modi vivendi in ipſo feudo, impugnat enim Joanni Baptiſtæ Sabellio ſucceſſiſſe Federicum, primò ex ſignificatoria pro relevio expedita per Regiam Cameram in anno 1552. contra hæredes, & ejus ſolutione de pecunia hæreditaria. Secundò, probationes factas tam in cauſa duplicati relevij petiti per Regium Fiſcum contra Virginiam Federici filiam, quàm judicij ad oſtendendum titulum patris, ex quo fuit res inter alios acta, immo probatio affectata, cùm ad cauſam ſive cauſas non deſerviebat. Tertiò, impugnat ſcripturam de anno 1553. ubi pœna ruptæ pacis ſtipulatur Baronali Curiæ Federici, nam ibidem ſubjungitur, vel ejus matri, quæ fuit à Joanne Baptiſta ejus viro relicta uſufructuaria.

Verùm prima objectio tollitur, tum quia nihil concludit, tum etiam quia fuit productum, quod multoties hoc fieri conſuevit etiam in feudo primogenituræ, & fuit productum exemplum in terra Sancti Felæ, quod non dubitatur, eſſe de jure Francorum. Secunda objectio neque obſtat, quia probatio fuit cum Fiſco, & erat neceſſaria, nam pro duplicato relevio neceſſe fuit probare, quo tempore mortuus fuerat Federicus ejus pater, etiam ut appareret illo tempore fuiſſe Virginiam minorem, & quoad
oſten-

oſtenſionem tituli neceſſe erat probare poſſeſſionem
antiquam. Nec obſtabit tertia, nam Federicus erat
abſens in bello Senenſi, & omnia gubernabantur
per ejus matrem, & propterea ſtipulatur Federico,
ſive ejus matri, quia mater exercebat nomine Fede-
rici, & demum Virginia poſſidere non poterat, niſi ut
82 Federici filia, & poſſeſſio in præſenti præſumitur e-
tiam in præteritum, *l. ſive poſſideris, C. de probat.* Nec
aliquid movere poteſt partis reſponſio, quod Virgi-
nia poſſedit ex voluntate Cardinalis patrui, id per-
mittentis ob odium, quo proſequebatur fratres ex
cauſa litis circa diviſionem, quia idipſum contra-
rium probat, nam ſi inter Cardinalem, & fratres ad-
erat lis circa diviſionem bonorum, nulla aderat cau-
ſa, cur fratres ipſi ſua jura non proſequerentur, &
poſſeſſionem feudi, ſi eis competebat, procuraſſent,
& amplius eadem cauſa litis aderat cum ipſamet
Virginia, quæ etiam unà cum patruis, & cum Cardi-
nali litigabat circa diviſionem, ut ex actis producta
per actores.

Tertia oppoſitio eſt contra aliud genus proba-
tionis, hoc eſt per, triginta annos fuit poſſeſſum hoc
Caſtrum à primogenito, aliis ſecondogenitis id per-
mittentibus, quia mors Joannis Baptiſtæ fuit de an-
no 1551. lis autem fuit incœpta de anno 1614. & ſic
per annos ſexaginta tres poſt ipſius mortem, cui
motivo reſpondendo dicit pars, quod fuit interrupta
præſcriptio in annis 1568. & 1569. quo tempore fuit
incœptum judicium jactantiæ, & demùm in anno
1580. quo tempore fuit deductum hoc idem judi-
cium in feudo prædicto, obſervari leges Longo-
bardas; Etenim in facto clariſſimum eſt, quod in
anno 1568. non fuit intentatum judicium per Ber-
nardinum Sabellium, ſed ipſamet Virginia intantavit
judicium jactantiæ, illoque Bernardino notificato
in annis 1568. & 1569. nullum jus fuit propoſitum
ſuper dicto feudo, ſed tantum fuit petita remiſſio
ad Curiam Romanam, & quod ibi aderat litis pen-
dentia, & tacuit judicium uſque ad annum 1580.
quo tempore fuit deducta hæc vana partis præten-
ſio, ſed non fuit Virginiæ notificata, & ideò non po-
tuit haberi notitia, quo caſu, etiamſi præſcriptio eſ-
ſet, non conſuetudo, ut in prioribus ſcriptis fuit fun-
83 datum, * & infra probabitur, tamen præſcriptio 30.
vel 40. annorum non interrumpitur ſola citatione,
ut poſt Guid. Pap. Balb. Gozad. & alios hoc probat
Rol. *conſ. 79. n. 30. lib. 1.* Surd. *deciſ. 5. n. 7.* qui ita de-
ciſum teſtatur etiam contra Fiſcum, *n. 2.*

84 Quibus adſtipulatur, * quod citatio facta ad inſtan-
tiam ejuſdem poſſeditricis in judicio jactantiæ non
fuit particularis, ſed generalis, ut proponerentur ju-
ra, & ſic tantò magis præſcriptio non interrumpitur,
clem. ſi. juncta gl. ut lit. pend. Surd. *in d. dec. 5. nu. 4.*
quod tantò magis procedit, quia iſta poſſeditrix ju-
dicium inſtituit ad ſe certificandum.

Nec erit curandum de inſtantia poſtmodum facta
per Procuratorem generalem Bernardini in anno
1580. & ſic undecim annis poſt, * tempore, quo ſpa-
85 tio triplicati temporis erat inſtantia illius judicii per-
empta, & propterea nullum effectum producere po-
tuiſſet, Bart. *in l. cùm lite mortua, ff. de jud. Anna ſing.*
129. & de ea nullam potuit habere Virginia noti-
tiam, quia non fuit ipſi notificata.

86 Rorſus pars opponit, * quod iſta præſcriptio non
fuit oppoſita, ex quo opponi debet, ex traditis per
Afflict. *in Conſt. Conſuetudinem, de præſcript. num. 5. de
Ponte, & alios.*

87 Nam quamvis iſta non ſit præſcriptio, ſed modus
probandi uſum vivendi, & ſic potiùs quædam con-
ſuetudo vivendi, nam illa, quæ vertitur circa mores
hominum, non poteſt verè dici præſcriptio, ſed con-
ſuetudo, ut docuit Caſtr. *in l. cum de conſuetudine, ff.
de legib.* à moribus enim conſuetudo cauſatur, † Sala- 88
zar *de uſu, & conſuetud. c. 7.* & ideò per omnes Feu-
diſtas dicitur iſte mos Francorum, * & mos Longo- 89
bardorum, præſcriptio autem vertitur circa bona,
Bald. *de præſcript. q. 10. & ult. n. 11. par. 1.* Inſuper con-
ſuetudo illa propriè dicitur, quæ vertitur ad indu-
cendum jus de novo, præſcriptio verò tollit domi-
nium jam quæſitum, & in eſſe productum, Balb. *d. q.
10. n. 12.* Cran. *de antiq. temp. 4. p. §. 1. in 2. & 3. differ.
nn. 4. & 5.* ſi ergo eſt conſuetudo, * nulla oppoſitione 90
eget, nec ipſius allegatione, ut de communi unà cum
Bart. teſtatur Salazar. *de uſu, & conſuetudine, c. 7. poſt
n. 21. & 26.* & quod * modus ſuccedendi in feudis pen- 91
deat à conſuetudine, in puncto Oldrad. loquens de
propria materia primogenituræ *conſ.* 237. & hoc vi-
detur etiam tenere * Iſern. qui licèt in *d. §. præterea du-* 92
catus, n. 38. loquatur de præſcriptione, & conſuetu-
dine, * attamen reſidet in conſuetudine, dùm dicit, 93
quod tutius eſt, ſi binus actus interveniſſet, quod eſt
propriè conſuetudinis, & non præſcriptionis, & in
aliis locis etiam de conſuetudine loquitur, hoc etiam
probat Afflict. *in d. §. præterea ducatus, n. 24.* ibi *con-
ſuetudo, ſive mos*, Franch. *deciſ.* 73. & * ſpatio triginta 94
annorum dicitur conſuetudo præſcripta, & hoc eſt
quod voluit Iſern. quando loquitur de præſcriptio-
ne, nec etiam admiſſa hac opinione oportet probare
patientiam, & ſcientiam fratris, Balb. *part. 1. quæſt. 10.
& ult. n.* 8.

Tamen etiamſi eſſet præſcriptio, adhuc objectum
refellitur, ſiquidem Romæ fuit judicium agitatum
poſt mortem Joannis Baptiſtæ circa diviſionem bo-
norum inter fratres, & de Andredocho verbum
nullum, Virginia duabus vicibus nuptui fuit tradita
in anno 1567. & in anno 1569. & in capitulis matri-
monialibus fuit Andredochum reſervatum, & alia
infinita acta fuerunt geſta, ex quibus ſcientia Ber-
nardini Sabellij rectè probatur, & demùm iſta ſcientia
rectè probatur ex judicio anni 1568. ubi fuit citatus
ad proponendum jura, * & ſic ſcientia probatur ex 95
conjecturis, & præſumptionibus, tum ex conjun-
ctione, tum ex vicinitate, & ex pluralitate actuum,
Menoch. *de arb. caſ.* 161. *n.* 5. *& præſ.* 33. *n.* 66. & in
propria materia juriſdictionis Knicken. *de jure ſu-
perior. cap. 2. n.* 132. ubi *n.* 144. probat quòd conſum-
mato curſu legitimo * ad præſcriptionem inducen- 96
dam, omnia legitimè interceſſiſſe probatur, Maſcard.
de prob. concluſ. 1299. quod tantò magis procedere
debet, ubi eſt manifeſta probatio, & judicialis de-
nunciatio poſſeſſionis Virginiæ per dictum judicium
jactantiæ. Nec me latet, poſſe Judicem, * ſi ex actis li- 97
quet de præſcriptione, de ea habere rationem, etiam
ſi à parte non opponatur, ut poſt Boer. *dec.* 344. *n.* 8.
Guid. Pap. & alios fundat Cancerius *lib. 1. variar.
reſol. cap. 18. nu.* 27.

Et demùm infringit aliud probationis genus, * mos 98
ſcilicet vivendi de jure Francorum in eadem familia,
prout fuit probatum in feudis de *Coll' alto* in eadem
Provincia Aprutij, & cum eadem inveſtituræ forma,
prætendendo, non eſſe eandem familiam, ex quo illi
de *Coll' alto* dicuntur Sabellij de Albano, quia poſſe-
derunt Albanum, & de Antimo: Verùm contra-
rium apparet ex facto, quia etiam iſti deſcendentes
Joannis Baptiſtæ ſunt nobiles Romani, prout præ-
dicti de Antimo, & iſti, qui hodiè agunt, dicuntur de
Albano, ſicuti illi de Antimo, & familiæ identitas
præſumitur, * ut ex Menoch. & aliis probat *Conſil. de* 99
Anna conſ. 88. *& Ann. pater ſingul.* 359. Nec prædi-
ctis adverſantur quæ dixit *D. Rovit. conſ. 27. nn. 13.
lib. 1.* de familia Capycia * diffuſa in novem diverſas 100
familias, nam illæ habent aliam familiam adjun-
ctam, & habent diverſa arma, quo caſu poteſt verifi-
cari diverſitas, ut per Menoch. *de præſumpt. cap. 15.
n.* 49.

Digitized by Google

n. 49. loquens de familia Fontana, de Paveris, & de Avellis, & tamen familia Capycia una, & eadem reputatur, quamvis diffuſa in novem familias, & conjunctim conſtituunt unum quarterium de gente Capycia, & ſic etiam una familia à Scriptoribus reputatur, teſte *Franciſco Ælio Marcheſio*, quod tantò magis in familia de Sabellis, quæ non habet aliud cognomen annexum, neque diverſitatem armorum. Sed ad obturandum os parti, legatur, quæſo, teſtamentum Joannis Baptiſtæ de Sabellis actorum patentia, quia reliquit exequutorem teſtamenti Antimum Sabellis, & ſic clarè dignoſcitur, quod omnes ſunt de eadem familia.

101 Sufficit altera iſta probatio, * eandem familiam vixiſſe de jure Francorum, licèt collateralium, familia ſiquidem eſt accipienda non ſolum reſpectu deſcendentium à teſtatore, ſed contentivè reſpectu omnium de illa familia, ſub qua teſtator continetur, quod locum habere etiam in fideicommiſſis probatur ex *l. pronunciatio*, *§. familia ff. de verb. ſignif. & l. fin. C. eod.* latiſſimè per Peregr. *de fideicomm. art.* 22. *n.* 26. *in fin. & art.* 30. *nu.* 13. *à Domino Rovito* citatum, & hoc probatur, quia conſuetudo Regionis
102 convicinæ, † & præſertim inter eos familia conjunctos, ad aliam, ſive alios extenditur, *l. venditor*, *§. ſi conſtat. ff. commun. prædior.* Cravett. *conſ.* 94. *n.* 5. *&* 118. *nu.* 13. & in puncto Andr. Knicken. *de veſtitur. pact. part.* 1. *cap.* 1. *n.* 50.

Undè rejectis contrariis validiſſimè concluditur,
103 in hoc feudo procedere jus primogenituræ, * nedum quia ſic in dubio in Regno eſt judicandum, verum
104 quia fuit probatum jus † Francorum per omnes modos, per quos à jure admittitur probatio, & quamvis quilibet modus de per ſe ſit ſufficiens, ut dicit Iſern. *in d. §. præterea ducatus*, attamen in hac cauſa ſimul concurrunt.

105 *In hac cauſa antea ſcripſerat eminentiſſimus* † *J. C. D.* Regens Fabius Capycius Galeota, *ut eſt videre in ejus* contiov. tomo 1. controv. 1. 2. & 3. *qui tamen tempore expeditionis cauſa non voluit defenſioni illius vacare, quia ad munus Regis Conſiliarii, & Advocati Regii Patrimonii fuerat à Sua Majeſtate electus, & deindè Præſidens Regiæ Cameræ, & demum fuit creatus de Supremo Italiæ Conſilio, ubi hodiè reſidet, & ideò illa fuit expedita, Me patrocinante, pro dictis Illuſtr. Marchioniſſa, & Eminentiſſimo Cardinali, & facta per Regiam Cameram relatione in Collaterali Conſilio, fuit deciſum, quod in feudo Andredochi vi-*
106 *vatur de jure Francorum*, * *penes Actuarium Regiæ Cameræ Carolum de Maria, de hac deciſione meminit*
107 *Doctiſſimus quondam* * Regens Fulvius de Conſtantio Marchio Corleti in ſuis commentariis ad tres libros Codicis, in l. 1. Cod. de Conſul. n. 39. *qui fuit unus ex votantibus, & teſtatur, communi voto in dicta cauſa fuiſſe deciſum, quod in dubio in feudis in hoc Regno vivatur de jure Francorum.*

OBSERVATIO IN CONSULT. III.

ARGUMENTUM.

In Regno cujus generis ſint feuda celebris eſt deciſio in cauſa ſucceſſionis *Andredochi* in Aprutio, & alio non apparente, ſub qua natura conceſſum intelligatur, ut qui allegat naturam juris Francorum uel jus ſpeciale teneatur probare juxtà *Montan.* Vel potiùs an ſit ſpeciale hujus Regni eſſe juris Francorum. Recenſentur loca Regni aliquorum feudorum juris Longobardorum. Commemorantur *Reg. Latr.* & alii Commilitones per *Conſ. Joſeph de Roſa.* In Longobardia, Alemannia, & locis, in quibus viget jus Longobardorum, qualiter dentur juxtà *Bellon.* exceſſivi Comites, & non Semicomites. Explicabitur individuitas Dignitatum feudi juris Longobardorum.

SUMMARIUM.

1 *Feuda in Regno an cenſeantur juris Francorum, vel Longobardorum?*
2 Andr. *dicit eſſe juris Longobardorum.*
3 *Æquivocatio de generali more inter regiones Orbis, & ſpeciali Regni more.*
4 *Jus Francorum viget in feudis Regni.*
5 *Refellitur* Montanus.
6 *Recenſentur nonnulla feuda in Regno juris Longobardorum.*
7 *Declaratur individuitas feudi dignitatis juris Longobardorum, ut dentur exceſſivi Comites.*
8 *Dividuitas ejuſdem feudi explicatur.*

IN Regno cujus generis feuda ſint, † celebris eſt deciſio orta in cauſa ſucceſſionis *Andredochi* in Aprutio inter Dominos de Sabellis, & Marchioniſſam Andredochi de familia Bandina, cujus meminit *Reg. Conſtant. in l. 1. C. de conſul. lib.* 12. *ſub n.* 38. *& ſeq.* ſic dicens: *Et proindè in currenti anno omni jure id prætendebat doctiſſimus D. Conſiliarius Caravita electus in fiſci patronum in cauſa, quæ in Regia Camera vertebatur decidenda in Collaterali Conſilio inter Dominos de Sabellis, & Marchionem Andredochi ſuper articulo, an in Regno in feudorum ſucceſſione in dubio vivatur jure Francorum, ubi quod ſic ſemota omni controverſia determinavimus.* Et ſcripſerunt pro hac parte in eadem cauſa tamquam Advocati *Reg. Capyc. Galeot. contr.* 1. *& duab. ſeqq. lib.* 1. *& Reg. Capyc. Latro conſult.* 3. 1

Sicque non eſt de cætero † inhærendum ſententiæ *Andr. in c. Imperialem*, *§. præterea Ducatus n.* 37. dicentis, in hoc Regno eſſe jus Longobardorum, illud jure Francorum eſſe jus ſpeciale, & ideò in dubio feuda cenſeri juris Longobardorum, prout etiam cenſuit *Capyc. in inveſtit. feudal. verb. feudorum genera*, *verſ. jure Longobardo*, & noviſſimè *Conſil. Joſeph. de Roſa in lectur. feudal.* 30. 2

Nam hæc ſententia nititur æquivoco † intellectu ad *Conſtit.* Regni, *ut de ſucceſſionibus*, in illis verbis: *Inter eos, qui vivunt in Regno ſpecialiter jure Francorum*, quæ rei veritate ſic capienda ſunt, ut jus Longobardorum ſit jus commune omnium feudorum, & generale per omnes Orbis regiones, in quibus viget uſus illorum, ut ex *Cannet. Bambac.* & aliis docent *Anna in alleg.* 41. *n.* 23. *Reg. de Ponte conſ.* 3. *n.* 38. *&* 39. *&* 48. *& in tract. de poteſt. Prorog. tit.* 8. *de refut. feud. poſt n.* 31. *Reg. de Marin. lib.* 2. *reſol.* 86. *num.* 4. 3

At jus Francorum eſt jus † ſpeciale hujus Regni, & inter omnes, qui habent feuda in Regno per *Conſtit. Comitibus* editam ab Imperatore Friderico longè ante dominium Regis Caroli Andega- 4

Digitized by Google

Andegavenſis, & per *cap. conſiderantes*, quibus ſtatuitur in feudis Regni, & illorum ſucceſſione jus primogenituræ cum onere præſtandi ſecundogenitis vitam militiam.

Itàque per prædicta ſi ante deciſionem *Audredochi Reg. Galeot. d. contr. 1. num. 53.* impatiens dicebat, quod calumnioſè in illa cauſa opponebatur jus Longobardorum, ſanè poſt illam, & noſtris temporibus, durioribus vocibus, & vocabulis inveheret in attentantes ſimilem controverſiam, prout ita dixiſſe ait *D. Rodoer. in comment. ad prag. 33. de feud. c. 28. n. 2.* in cauſa ſucceſſionis Terræ Lizzanelli in Provincia.

5 Undè refellitur * *Montan. in contr. 18.* volens, quod allegans jus Francorum tenetur probare tamquam allegans jus ſpeciale.

6 Cæterum in Regno * ſint aliqua feuda juris Longobardorum, ut conſtat de eis per indubitatas inveſtituras, & inveteratum morem ſuccedendi, & non attenditur unitas ſucceſſionis. Quia mortuo patre d. feudum poſſidente omnes ejus filii maſculini ſexus æqualiter ſuccedunt, *Bart. & Bal. in l. cunctos populos, C. de ſumm. Trinit. & fid. Cathol.* docuerunt, quod mortuo feudatario habente feuda in Longobardia, ubi ſervatur jus Longobardorum filii omnes æqualiter ſuccedunt, ex qua ratione tàm in Longobardia, quàm in Alemannia auditur exceſſivus numerus Comitum, & Marchionum, quia filii omnes æqualiter ſuccedunt.

Vel uti dicit *Bellon. de jur. accreſc. c. 6. q. 37. num. 105.* ita de generali conſuetudine totius Italiæ ſervari, ut dignitas Comitatus quaſi qualitas infixa rei, & individua cenſetur eſſe, tota in toto, & tota in qualibet parte, ut dicimus de ſervitute, ideòque hac uti poteſt, qui minimam partem feodi habet, poterit in ſolidum uti nomine Dignitatis, ſed revera non habebit niſi minimam partem feudi.

7 In feudis * Dignitatum licèt hæc feoda cenſeantur individua quoad dignitatem ipſam, & ejus uſum, quia ſcilicèt ita Comes dici poteſt, qui vel minimam feudi partem habet, ut qui totum feudum, nec aliquis unquam dictus eſt ſemicomes, aut cum alia adjectione partem denotante, ſed aut ſimpliciter Comes, aut ex Comitibus alicujus loci, & tamen reſpectu juriſdictionis, & emolumentorum, quæ ex eis percipiuntur, quia & ipſi partes recipiant, non eſt dubitandum. Quod enim dicitur ea eſſe individua, intelligitur reſpectu illius diviſionis, quæ fit per ſeparationem territorij, vel hominum, vel diſtinctionem temporis, quippè quæ fieri nequit niſi accedente Domini voluntate; Cæterum reſpectu partium incertarum, quæ juris intellectu fiunt, nulla eſt dubitatio, quin ſint dividua, & emolumenta, non niſi pro illius rata percipiet, *Cravett. conſ. 995. num. 19. Bellon. de jur. accreſc. c. 6. q. 37. n. 100. cum ſeqq.*

8 Feudum dignitatis eſt indiviſibile, * ſed ad omnes filios pro indiviſo ſpectat, & non ad ſolum primogenitum, prout in ſervitutibus, & jure patronatus, quæ ſunt individua, omnes æqualiter ſuccedunt, & *Venturin. conſ. 1. n. 29.* recenſet verba *Andr.* ibi: *Alii dicunt, quod non hic major natu, ſed omnes filii ſunt heredes, & habent commoditatem pro indiviſo.*

Individuitas in feudis Dignitatum Longobardiæ quoad titulum, & ſubſtantiam feudi, ſi conſideretur quoad dignitatem, & non quoad fruitionem, & exercitium, reputatur ens rationis, *de Luca diſc. 8. num. 10.*

Vel ut idem *Card. de Luca* poſt *libr. de feud. reſponſ. 1. verſ. Primo quis licèt*, ubi quod vetuſtiſſima eſt propoſitio individuitatis feudi Dignitatis quoad ipſius ſubſtantiam ad effectum, ut una, vel pluribus perſonis defectis portio deficiens non devolvatur ad Dominum, nec intrat in ea jus ſucceſſionum, ſed potiùs intret jus accreſcendi, vel non decreſcendi. Attamen quoad commodum, fruitionem, & exercitium; ac tituli decorem in Longobardia de recepta conſuetudine ſunt dividua, ita ut æqualis ſit omnium filiorum, & deſcendentium conditio, & ſucceſſio, & in effectu nullum jus primogenituræ quæſitum, ut *Bellon. jun. de jur. accreſc. c. 6. q. 7. n. 77. Reg. Galeot. lib. 2. contr. 4. n. 21. Minad conſ. 5. n. 27.*

Subfeuda utriuſque Siciliæ dicuntur conceſſa ad formam juris Longobardorum, prout omnia Longobardiæ ex deductis per *Minad. conſ. 1. Galeot. lib. 2. contr. 1. & 2. Luca ubi ſup. verſ. iſto autem.*

Feuda Longobardiæ habitu ſunt individua, ſed ſecus in exercitio.

ARGUMENTUM.

Teſtes quando dicantur varii, quando verò contrarii, & an, & quando dicantur variare, ſive ſe contradicere circa ſubſtantialia, & ex quibus excludatur variatio, & falſitatis ſuſpicio.

SUMMARIUM.

1 *Teſtis varius, ac contrarius quis dicatur, & n. 2. 3. & 4.*

5 *Teſtis varius, & contrarius in jure parificantur quoad effectum, & differunt nomine tantùm.*

6 *Teſtis falſum deponere dicitur, quando aliquid doloſè contra veritatem deponit.*

7 *Falſus in uno, falſus in omnibus, intellige ſi falſitas eſt circa ſubſtantialia, n. 9.*

8 *Subſtantialia dicuntur capitula, ſuper quibus principaliter teſtis fuit productus.*

10 *Teſtis de falſo ſuſpectus poteſt à Judice interrogari etiam ſuper iis, quæ ſubſtantiam negotii non reſpiciunt, & tunc ſi ſit in aliquo varius, & contrarius, etiam in non ſubſtantialibus redditur ſuſpectus, & ei fides minuitur, intellige quando inveriſimilia deponit, n. 11. vel quando idem teſtis in ſuo dicto eſt varius, ſeu contrarius, aut falſus, ſecus quando unus teſtis variat cum alio, nam ſi ad concordiam reduci non poſſunt, creditur digniori num. 13.*

12 *Sacerdos, vel alius in dignitate poſitus magis probat, quàm laicus.*

14 *Teſtis probat quando concordat cum alio teſte in ſubſtantialibus, quamvis ſit varius in interrogatoriis circa ea, quæ factum principale non concernunt. Amplia, ut procedat etiam ſi variatio ſit in modico circa ſubſtantialia, n. 17.*

15 Textus in cap. licet cauſam, de probat. *loquitur in cauſis criminalibus, ubi probationes ad finem condemnandi inquiſitum debent eſſe luce meridiana clariores.*

16 *Suſanna fuit abſoluta, quia ſenes reperti fuerunt varii.*

17 *Variatio in modico in ſubſtantialibus non conſideratur, & ſub n. 37.*

18 *Teſtes*

18 *Teſtes, non deponentes per eundem præmeditatum ſermonem, magis probant.*
19 *Dicțio*, in circa *ſalvat dictum teſtis.*
20 *Teſtis, non deponens per dictionem taxativam* tantùm, *circa ætatem excuſatur, ſi per computationem reperiatur majoris ætatis.*
21 *Teſtis deponens in primo examine eſſe annorum* 40. *deindè dicat eſſe majoris ætatis, non dicitur contrarius, nec varius.*
22 *Teſtes ſi diſcordant circa numerum perſonarum, ſi principaliter de hoc non agitur, non dicuntur varii.*
23 *Teſtes non dicuntur ſingulares, ſi unus ipſorum alterum in conteſtem vocat, alter verò non.*
24 *Teſtes non dicuntur contrarii, ſi unus deponat de uno ſocio, alter de duobus.*
25 *Teſtes ſi diſcordant in tempore, quod non eſt de ſubſtantia actus, probant.*
26 *Diverſitas atramenti, vel papiri, & ſigni an ſuſpicionem falſitatis inducat.*
27 *Probationes liquidiſſimæ requiruntur ad probandam falſitatem.*
28 *Falſitas in dubio non præſumitur.*
29 *Falſitas ut evitetur omnis alia præſumptio ſumenda eſt, ac verba debent impropriari.*
30 *Teſtis ut ad concordiam reducatur, verba impropriari debent.*
31 *Suſpicio falſitatis pro falſitate habetur in civilibus, ſecùs in criminalibus, intelligo, ut n.* 32.
32 *Falſitas ceſſat, ubi deeſt commodum.*
33 *Falſitas ceſſat, ubi ceſſat cauſa falſitatis.*
34 *Falſitas ut præſumatur commiſſa non ſufficit modicum lucrum nec modica utilitas.*
35 *Falſitas non præſumitur ex multitudine perſonarum.*
36 *Teſtes diſcordantes quando non probent.*
37 *Teſtes non dicuntur contrarii, quando unus plus vidit, & audivit, quam alter, vel ſi unus plus altero deponit.*
38 *Teſtis non dicitur contrarius, ſi deponit ſuper aliquo articulo, & deindè interrogatus dicat, neſcire, nam intelligitur depoſuiſſe, neſcire præter ea, quæ ſupra depoſuit.*
39 *Teſtes non dicuntur contrarii ſeu ſingulares, ſi unus viderit uno tempore, & loco, & alius altero tempore, & loco.*
40 *Teſtes, quorum unus deponit factum fuiſſe in domo, alter juxta domum, reduci debent ad concordiam, ut primus intelligatur depoſuiſſe ſecundùm ea, quæ depoſuit ſecundus.*
Amplia ſi locus non ſit de ſubſtantia, n. 41.
42 *Deciſio præſentis cauſæ refertur.*

Pro Petro da Cunich, contra Illuſtriſſimum Principem Noiæ.

CONSULTATIO IV.

NAvim, *Can d'acqua* noncupatam, ab Anglicano Pirata fuiſſe captam in mari Mediterraneo in loco, ubi dicitur, *il capo de Spartivento*, frumentumque & hordeum, quibus erat onuſta, ab eodem fuiſſe venditum in Inſula Cephaloniæ, tam liquidò conſtat ex probationibus, & ſcripturis per Petrum da Cunich productis, ut nullus verè rectè intuenti poſſit eſſe dubitationi locus. Quia tamen pars dicta teſtium ſatis ſubtiliter, & curiosè ponderando totis viribus, in aliquo varios, & diſcordantes fuiſſe clamat, & propterea eorum fidem minuere prætendit, quamvis in re tam clara, & facto tam notorio, nec partis adverſæ ſumma vigilantia, & ſollicitudo, neque Advocati facundia apud optimos, & Eminentiſſimos Senatores aliquid dubii movere poſſit, tamen ultra ea, quæ in facto conſiſtunt ad frivolas oppoſitiones removendas aliqua etiam de jure breviter conſiderare pro juſtitia clientis volui, ex quibus & veritas clarior evadet, & dicta teſtium in nihilo variata oſtendam.

* Verùm erit primò conſiderandum, quod ſecun- 1
dùm Bald. *in c. præterea, n.* 5. *extra de teſtibus* varius
dicitur teſtis, qui indirectè deponit contrarium ejus,
quod antea depoſuerat, † contrarius verò quando di- 2
rectè contrarium dicit, *Bart.* tamen *in l. eos, n.* 5. *verſ.*
varia teſtimonia ff. de falſ. dixit, varia eſſe teſtimo-
nia, quando teſtis unum dicit in uno articulo, in alio
verò dicit contrarium ejus, quod prius dixerat, quam
Bart. opinionem ſequitur *Tindar. de teſtib. par.* 3. *c.*
7. Nicol. Carbon. *in ſua pract. practicarum, lib.*
3. *c.* 6. *ſub n.* 68. alii tamen dixerunt, * illum teſtem 3
dici varium, qui nulla cauſa, aut ratione aſſignata
dicit contrarium ejus, quod priùs dixerat, *Innoc.* & alii
Canoniſtæ *in d. c. præterea. de teſtib.* Farinac. *qu.* 66.
part. 1. *n.* 4. Paul. Merend. *conſ.* 102. *n.* 2.

* Alia eſt opinio Hoſtienſ. *in d. § præterea*, quod te- 4
ſtis varius, & contrarius idem ſunt in effectu, quam-
via varius dicatur qui per ſe, & ſuo proprio motu
variat, contrarius verò qui varia deponit interceptus per interrogationes ſibi factas, † ſed hæc quæſtio 5
ſolùm nominis eſt, cùm in jure pariſicentur quoad
affectum, *l. qui falſo, vel variè, ff. de teſtib.* Falſum autem deponere quis dicitur, quando aliquid dolosè
contra veritatem deponit, Hippol. *in l. eos, n.* 27. *ff. de* 6
falſ. Petr. Ant. Petr. *de fideic. q.* 12. *n.* 747. ex quibus
apparet, quod hic non cadit quæſtio, * ſi falſus in uno, 7
falſus ſit in omnibus, ut per *Giazzinum diſcept. crim.*
25. *n.* 16. quia verè non poteſt dici, falſum teſtem dolo dixiſſe, ſed tantummodò ſi teſtis varius, vel contrarius ſit in uno, ſi fides in aliis ei minuatur.

Sit tamen, utcunque certiſſimum eſt, quod pars
non poteſt neque ſomniare, quod prætenſa variatio,
vel contrarietas ſit circa ſubſtantialia, de quibus agebatur principaliter, hoc eſt, quod Navis fuit capta
à Piratis, & quod frumentum ab eiſdem fuit venditum in Inſula Cephaloniæ, nam circa primum factum tres teſtes deponunt de viſu, & unus de auditu, & circa ſecundum duo teſtes de viſu, & cauſa
ſcientiæ, ultra teſtimoniale in Civitate Venetiarum,
& alia in facto ponderata, dicuntur autem ſubſtan- 8
tialia illa Capitula, ſuper quibus principaliter teſtis
fuit productus, *Riminald ſenior conſ.* 549. *n.* 7. *vol.* 3.
Bald. *in rubr. de controverſ. inveſtit. n.* 4. Gramm. *dec.*
43 *n.* 3. Petr. *d. qu.* 12. *de fideicomm. n.* 1308. regula autem, † quod teſtis falſus in uno, falſus ſit in omni- 9
bus, intelligitur communiter quando falſitas eſt circa
ſubſtantialia, & eſt doctrina Innocent. Ioan. Andr. Zabarel. & Hoſtienſ. *in c. fraternitati, de hæret.* Bart. *in*
d. l. eos, ff. ad l. Corn. de falſ. Clar. *in §. fin. qu.* 53. Gabriel. *comm. opin. lib.* 7. *tit. de maleſic. concl.* 4. *n.* 12. &
20. Maſcard. *concl.* 1368. *n.* 5. Boſſ. *in tit. de falſ. n.* 147.
& eſſe opinionem magis communem dixit Petr. in
loco allegato, *n.* 1267. 1283. Bertaz. *conſ.* 8. *n.* 19. *lib.*
8. Monocel. *in report. de teſtib. in rubr. teſtis falſus ſuper appendiciis fol.* 198. Farinac. *de teſtib. q.* 66. *part.* 8.
n. 24. & *queſt.* 67. *§.* 4. *n.* 154. & *dec. crimin.* 100. *n.*
1. & *conſ.* 78. *n.* 19. *tom.* 1. & *conſ.* 169. *n.* 9. *tom.* 2. &
conſ. 146. *nu.* 6. *conſ.* 115. *n.* 9. *conſ.* 114. *n.* 27. *conſ.*
192. *n.* 13. & *conſ.* 130. *n.* 16. Almont. Giazz. *diſcept.*
crimin. diſcept. 18. *num.* 20. cum aliis apud Julium
Cartar. *dec. crimin.* 88. *nu.* 33. & *dec.* 28. *nu.* 14. *Perſius conſ. crim.* 41. *n.* 4. Graſſ. *de except. in except.* 29. *n.*
18. Gratian. *diſcept. forenſ.* 797. *tom.* 4. *n.* 26. Maſcard.
d. concl. 743. *n.* 21. latè Guazin. *in tract. ad defenſam*
reorum, defenſ. 28. *cap.* 13. *nu.* 14. aliàs non erit attendenda, Farin. *dec. crim.* 249. *n.* 16. & *dec.* 73. *crim.*
ubi additio, lit. E.

Quod quidem pars negare non poteſt, ſed dicit,
quod, quando teſtes ſunt de falſo ſuſpecti, poſſunt à
Judice interrogari, etiam ſuper iis, quæ ſubſtantiam
10 negotii non reſpiciunt, * & quod ſi ſint in aliquo
varii, & contrarii, etiam in non ſubſtantialibus red-
duntur ſuſpecti, & eis fides minoitur, Dec. *in cap.*
licèt cauſam, de probat. & alii allegati à Farin. *in d. q.*
66. in tract. de teſt. part. 1. *n.* 25. Petr. Ant. Petr. *de*
fideicom. quaſt. 12. *n.* 1295.

Pro reſponſione plura conſiderantur, & primò,
quod teſtes producti nunquam fuerunt de falſo ſuſ-
pecti, nam, ut dixit Alex. *in conſ.* 91. *n.* 7. *vol.* 4. * te-
11 ſtes de falſo ſuſpecti ad hoc ut poſſint interrogari di-
cuntur, quando inveriſimilia deponunt, teſtes autem
noſtri veriſimilia depoſuerunt, inſuper unus ex eis
eſt Sacerdos, & Religioſus, qui fuit à ſua Religione
pluries in dignitate poſitus, & effectus Provincialis,
& Viſitator, ut ex fide ordine Illuſtriſſimi Nuncii
Apoſtolici facta per omnes Religioſos Hiſpanoc Di-
12 væ Mariæ de Spetantia, * & teſtis in dignitate poſi-
tus, & Sacerdos majoris fidei eſt, quam laicus, Fa-
rinac. *dec. crimin* 149. *&* Maſtrill. *dec.* 250. *n.* 30.

Rurſus hæc omnia procedunt, quando idem teſtis
13 in ſuo dicto eſt varius, ſeu contrarius, † vel falſus,
ſecus verò quando unus teſtis variat cum alio, quia
quando ad concordiam reduci non poſſunt, digniori
creditur, Aret. *conſ.* 71. *n.* 3. Petr. *in loc.* allegato,
n. 1305.

Inſuper hoc non procedit, quando ſunt concordes
in ſubſtantialibus, quamvis enim eſſent varii in in-
14 terrogatoriis circa ea, † quæ factum principale non
concernunt, non per hoc eis fides minuitur, ita no-
tabiliter *Rummald. ſen. d. conſ.* 549. *ſub n.* 7. Gabriel.
comm. opin. lib. 7. *tit. de maleſ. concl.* 4. *n.* 24. videndus,
quia plura ad propoſitum dicit.

Erit tandem & ultimo animadvertendum, * quòd
15 tam textus *in dicto cap. licèt cauſam*, quam *Doctores*
allegati loquuntur in cauſis criminalibus, ubi pro-
bationes ad finem condemnandi inquiſitum debent
eſſe luce meridiana clariores, *l. fin. Cod. de probation.*
Paul. Merend. *conſ.* 92. *nu.* 7. & adducitur exem-
16 plum Suſannæ, in quo Senes reperti fuerunt varii, &
propterea fuit abſoluta, *gloſ. in extravag. ad repri-*
mendum, verb. & figura, verſ. ſed an præſente.

Quibus erit adſtipulandum, quòd quando variatio
erit in modico, * etiam in ſubſtantialibus non conſi-
17 deratur, Grammatic. *conſ. civil.* 39. *vol.* 2. *idem* Ga-
briel. *loc. cit. n.* 82. *&* *Rummald. ſen. dicto conſil.* 549.
n. 9. Felin. *in cap. cuncta extra de teſtib.* Farinac. *qu.*
65. *n.* 34. *& q.* 66. *n.* 63 *& in conſ.* 50. *n.* 22. Al-
mont. Ciazzius *diſceptationum criminalium, diſcept.*
134. *numer.* 1. Alexand. *conſil quint. numer.* 10. *lib.*
1. Immò quod quando teſtes non deponunt per
eundem præmeditatum ſermonem, quod eis magis
credatur, probatur ex *l.* 3. *§.* 1. *ff. de teſtibus*, Farinac.
18 *dicta q.* 65. *n.* 24. *par.* 1. Maſcard. *de prob. concl.* 745.

Reſpondendo tamen ſigillatim omnibus præ-
tenſis varietatibus per partem ponderatis, dixit
primò, quod Jo. Dominicus Jannopoli primus te-
ſtis in principio ſuæ depoſitionis dixit, quòd erat
annorum 34. in circa, & in alia depoſitione circa
capturam Navis *Cacciatore* dixit, eſſe annorum 30.
19 in circa, † nam ultra quod illa dictio, *in circa* ſal-
vat dictum teſtis, tamen etſi illa dictio non adeſſet,
non per hoc teſti fides minuitur, quod probat *Cu-*
man. conſ. 92. quem refert, & ſequitur Salvian. *conſ.*
61. *n.* 28. qui loquitur in caſu, quo teſtis interro-
20 gatus, cujus † ætatis erat, dixit, ſe habere annos
45. & quod ex computatione apparebat manife-
ſtum mendacium, nam ſi non depoſuit per taxati-
vam *tantum* excuſatur, Petr. Anton. Petr. *d. q.* 12.
n. 861. qui etiam *n.* 1007. poſt Cravett. quem alle-
gat tenuit, quod ſi teſtis primò dixit in uno exami-
ne, ſe eſſe annorum 40. deinde dixit, ſe eſſe majoris 21
ætatis, non tamen dicitur contrarius, & varius, &
optimè Farin. *dec. crim.* 846. *per tot.*

Secunda variatio fuit ponderata circa numerum
perſonarum, quæ vehebantur in Navi *Cacciatore*,
ad quod in facto fuit replicatum, quod minimè
in hoc diſcordant, tertius enim teſtis, qui erat bar-
bitonſor navis, ut fieri ſolet à nautis, mercatores
paſſaggerios non appellat, eſt n. differentia inter
mercatores, & peregrinos, ſive paſſaggerios, &
quod diverſo nomine nuncupentur, adſunt *c. Con-*
ſult. 59. *&* 111. nunc additur, quod quamvis teſtes
diſcordent circa numerum perſonarum, * dummo- 22
dò principaliter de hoc non agatur, non dicuntur
varii, ut poſt *Socinum* dixit Petr. *in loco* allegato, *n.*
1337. ſic etiam dixit Alb. *in c.* 1. *q.* 16. *n.* 57. *de her.*
poſt Bartolum, Baldum, & alios non reputari ſin- 23
gulares teſtes, quorum unus alterum in conteſtem
vocat, alter verò non vocet eum, & Decius *conſ.*
10. *numer.* 4. dixit, * quod licèt unus teſtis dicat 24
de uno ſocio, alter verò de duobus, non per hoc
dicuntur eſſe contrarii.

Tertia ponderatio, quod ſecundus teſtis Reve-
rendus Frater Jos. Perez deponit, navim prædi-
ctam vocatam *il Cacciatore* diſceſſiſſe à Portu Neap.
in menſe Aprilis, tertius autem teſtis barbitonſor
prædictæ Navis, de menſe Martii, ad quod in fa-
cto fuit demonſtratum, tam unum, quam alium
veritatem dixiſſe, nam verum eſt in facto,
quod de menſe Martii diſceſſit ab hac Civitate
cauſa onerandi lignamina in Civitate Caſtri Maris
de Stabia, & poſtmodum reverſa recepit paſſag-
gerios in Civitate Neap. & iterum diſceſſit de men-
ſe Aprilis, ut apertè apparet ex inſtrumento in
actis producto, & ſic barbitonſor Navis benè di-
xit, quòd diſceſſit de menſe Martii & Frater Joan. 25
Perez, quod diſceſſit de menſe Aprilis, ſed quando
diſcordarent in tempore (quod negatur) tamen
quando tempus non eſt de ſubſtantia actus, nihil
refert, ſi in eo teſtes diſcordent, Roman. *conſ.* 30.
n. 2. Maſcard. *concl.* 1368. *n.* 7. Giurba *conſ. crim.*
79. *n.* 34.

Fuit etiam & tertio loco ponderatum, quod
quamvis omnes teſtes concludant, quod Navis
Can d'acqua fuerit capta in dicto loco *de Sparti-*
vento, attamen Jo. Dominicus Jannopoli ſecundus
teſtis in teſtimoniali de præda Navis *Cacciatore*,
poſtquam depoſuit, Navim Belgam frumentis, &
hordeis onuſtam, quæ ab Apulea diſceſſerat, fuiſſe
captam in *Spartivento*, nihil dicendo de nomine
Navis, nec de Fratre Religioſo poſt ſubſcriptio-
nem dixit, Navim prædictam fuiſſe captam in *Capo*
paſſaro, & quod Navis vocabatur *Can d'acqua*, &
quòd inter cæteros, qui aderant in Navi *Cacciatore*,
aderat dictus Frater, & ſic præter rem, de qua age-
batur, ſiquidem tractabatur tantum de præda na-
vis *Cacciatore*, poſt ſubſcriptionem prædictam ad-
dit, & quod in dicto teſtimoniali in prædicta te-
ſtis additione atramentum eſt magis album, char-
ta magis nigra, & ſignum magiſterii ejus, qui fo-
lia fabricavit, eſſe diverſum, ad quod multipliciter
in jure, & in facto reſpondetur, & primò, ne-
gando factum, prout ponderatur, tantò magis,
quod depoſitio teſtis, qui ſequitur, eſt ejuſdem
atramenti, * quamvis enim diverſitas atramenti ſuſ- 26
picionem inducat, ſecundum *gloſ. in c. in memoriam,*
in verbo falſum 19. *diſtinct.* Farin. *de falſit. & ſimul.*
q. 153. *n.* 155. & ſic etiam ex diverſitate papiri &
ſigni, Monticel. *reg. crim.* 15. *num.* 127. idem Farin.
loc. cit. n. 166. contrarium tamen tenent *Addentes ad*
Albam conſ. 99. *lit. E.* ubi quod falſitas non probatur,
ex

ex eo, quòd unum folium eſt diverſi papiri, aut
ſigni, quod etiam probat Paul. de Caſtr. conſ. 371. ſub
n. 1. ver. ſed hoc non probat ſalſitatem ea ratione, quia
non concludit neceſſariò l. penult. §. docere, ff. ne quis
eum qui in jus vocatus eſt, l. cum hoc, Cod. unde cognat,
27 * & ad probandam falſitatem requiruntur liquidiſſi-
mæ probationes gloſ. & Doctores in l. juris gentium §.
quod ferè, ff. de pact. Jaſ. in l. ſingularia, ff. ſi certum pe-
28 tatur, Petr. Foller. in conſ. crim. tom. 2. conſ. 78. n. 3.
Et falſitas in dubio non præſumitur, l. cum precibus, C. de probat. c. in præſentia, de renunc. Menoch. de
præſ. lib. 5. præſ. 20. n. 1. Maſcard. de probat. concl. 745.
29 ita ut ad hoc ut falſitas evitetur, * omnis alia præ-
ſumptio ſumenda ſit, d. l. juris gentium, §. quod ferò,
Cagnol. in d. l. ſingularia, n. 50. in 2. lectura Menoch.
d. præſ. 20. n. 2. & alii allegati per Farin. de falſit. & ſi-
mul. q. 153. par. 10. n. 193. imò ſunt verba impro-
30 prianda, ad hoc ut evitetur falſitas. * & teſtis ad
concordiam reducatur, Paul. Merend. conſ. 64. nu.
95. Bertaz. conſ. crim. 5. vol. 1. & 143. n. 3. vol. 2. &
latiſſimè idem Farin. loc. cit. qui alias ampliationes
ponit, * ad hoc ut falſitas evitetur, & licèt in civili-
31 bus regula ſit, quod ſuſpicio falſitatis pro falſita-
te habeatur, attamen ſecus eſſet in criminalibus,
Lud. Gilhaus in arbor. judic. crimin. c. 2. tit. 26. n. 23.
& hoc eſt intelligendum de falſitate viſibili, & pa-
tenti, ſecus autem de falſitate intrinſeca, ſecundùm
opinionem Innocent. in c. 1. de fid. inſtrum. quem
ſequitur Boſſ. tit. de falſis, n. 13. & alii allegati per
Farinac. qu. 152. n. 15. aut verò ſecundum opinio-
nem ejuſdem Farinac. requiruntur plures conjectu-
ræ falſitatis intrinſecæ, ut dixit in d. qu. 153 num.
202. in fin.

Ut autem præſumptio falſitatis excluderetur in
præſenti facto multæ poſſunt adduci ponderatio-
nes, & primò, quia nulla aderat cauſa addendi præ-
dicta itia conſiderata in depoſitione facta per Jan-
nopoli in dicta informatione capta de Navi Cac-
ciatore; ſiquidem reſpectu loci, ubi fuit capta Na-
vis Can d'acqua, illa prætenſa additio potiùs noce-
ret, quam juvaret, poſtquam & ipſemet teſtis, &
omnes alii teſtes dicunt, † capturam fuiſſe factam
in mari de Spartivento, & ſic cùm eſſet in damno,
non præſumitur additionem prædictam fuiſſe in
32 damnum, Silvan. conſil. ſeptim. numero 11. Folle-
rius in practicar. crimin. in verbo item qui commiſit
falſitatem, Menochius de præſumptionibus libro 5.
præſumpt. 20. num. 48. Vulpell. reſponſ. 129. n. 5.
Theſaur. dec. 271. n. 7.

Ceſſat etiam præſumptio prædicta, quia nulla
aderat cauſa, ut prædicta falſitas fabricaretur, ve-
rum eſt enim in facto, quod teſtes in actis produ-
cti concludunt Navim Can d'acqua fuiſſe captam
à Pirata Anglicano, & hoc etiam conſtabat ex te-
ſtimoniali facto in Civitate Venetiarum, & ex aliis
ſcripturis, & prædicti teſtes examinati reſpectu Na-
vis Cacciatore fuerunt producti ad exoberantiam, &
tamen ſatis ad hoc erat, quia omnes concludunt,
quod Navis Belga frumentis, & hordeis onuſta,
quæ diſceſſerat ab Apulea, fuerat capta in die
Veneris Sancti, & teſtes producti loquuntur de Na-
vi Can d'acqua in eadem die, & ſic additio, vel
mutatio, ſerviret de vento, cùm abſque illa, in-
tentionem ſatis probatam habebat Cunich, & ubi
ceſſat cauſa falſitatis, ceſſat etiam falſitatis præ-
33 ſumptio, * Raphael Cuman. conſ. 135. in fine. Cra-
vetta conſ. 75. num. 14. & 17. Foller. practic. crim.
in verb. Item qui commiſit falſitatem, ſub n. 92. Jac.
Port. Imol. conſ. 92. n. 14. & alii per Farin. q. 153. n.
203. nec dicatur, quod hoc fuit factum, ut nominan-
do nomen Navis, & Fratris, tanto fortius credere-
tur teſtibus in hoc judicio receptis, quia hic idem
reſultat, cùm nullam aliam Navim Belgam, quæ
ex Apulea diſceſſerat, frumentis onuſta produca-
tur, in dicta die fuiſſe captam, & pluralitas non
præſumitur, & ſi quid utilitatis afferret, eſſet ni-
mis modica ad convalidandam probationem, * & 34
ad hoc ut præſumatur falſitas non ſufficit mo-
dicum lucrum, nec modica utilitas, cùm ſine
magna utilitate falſitas commiſſa non præſuma-
tur. gl. in cap. accedens, ubi communiter DD. extra de
crim. falſ. Aymon. conſ. 75. n. 16 Hondel. conſ. 109. n.
23. & 24. l. 1. & alii per Farin. in loco allegato n. 207.
latè Almont. Ciazz. diſcept. 27. per totam, Ludov.
Gilhauſ. ubi ſupra n. 24.

Excluditur etiam prætenſa falſitatis ſuſpicio,
cùm in hoc facto prædæ Navis Can d'acqua fue-
rint in præſenti judicio examinati quatuor teſtes,
in teſtimoniali facto in Civitate Venetiarum tres,
& duo alii in fide, & alia fides Conſulis in Ce-
phalonia, & quinque in teſtimoniali facto de Na-
vi Cacciatore unà cum Notario, qui eſt Actuarius
Conſulatus, & ſic oportuit, ut hæc prætenſa fal-
ſitas fabricaretur cum interventu ſexdecim per-
ſonarum, quod quidem non præſumitur, immò
præſumptio falſitatis excluditur ex multitudine
perſonarum. Foller. in pract. crim. in verb. item qui
commiſit falſitatem, n. 80. & 94. Gabr. conſ. 169. n. 35
9. Addentes ad Albam conſ. 224. lit. H. verſic. &
falſitatis præſumptio, & alii per Farin. d. q. 153. n 216.

Sed quæ variatio, contrarietas, vel falſitas con-
ſiderari poteſt ex eo, quod teſtes diſcordant in præ-
da Navis Cacciatore, quia aliqui teſtes deponunt,
quod claſſis inimicorum fuit trium Navium cum
duabus Tartanis, vel quod fuerant una Tartana,
& tres Naves, & in præda Navis Can d'acqua quod
fuit capta cum duodecim, vel decem, vel octo icti-
bus tormentorum, & his ſimilia, ad quod repetere
libet ea, quæ D. Th. 2. in 2. quæſt. 70. art. 2. tradi-
dit, quòd teſtes, qui diſcordant, & his ſimilia, diſcor-
dant, * veluti quod tempus fuit nebuloſum, vel
non, vel quod domus erat uſta, non præjudicant 36
eorum teſtimonia, quia non conſueverunt homines
circa talia multum ſollicitari, unde facilè à me-
moria elabuntur, quinimò ſecundum eum aliqua
diſcordia in talibus facit teſtimonium credibilius,
& dicit D. Chryſoſt. ſuper Matt. ſi in omnibus con-
cordarent, etiam minime viderentur eundem ſermonem
proferre, & ſic eſſent ſuſpecti, & prædictam D. Thom.
doctrinam refert, & ſequitur Greg. Lopez p. 3. tit.
16. l. 28. in gl. 3. ubi etiam tradit ex ſententia D. Au-
guſtini in lib. de conſenſu Evangeliſtarum, non debere
nos arbitrari, mentiri quemquam, ſi pluribus re-
miniſcentibus rem, quam audierunt, vel viderunt
non eodem modo, neque eiſdem verbis eadem
res fuerit radicata, & propterea idem D. Thom. 2. 2.
q. 110. art. 3. ad 1. quod modica diverſitas, vel
contrarietas, etiam in facto principali non vitiat
dictum teſtis, ut etiam ſupra fuit probatum, &
Salic. in l. ſi ex falſis, C. de tranſact. dicit, quod Advo-
cati quotidie in practica clamant, quod quando
falſitas non tangit negotium principale, dicta te-
ſtium non reprobantur, nec teſtes dicuntur con-
trarii, quando unus plus vidit, & audivit, quàm 37
alter, Farin. dec. crim. 249. n. 18. etiam unus plus
altero deponat, idem in conſ. 55. n. 75.

Sic etiam nullius erit conſiderationis, quod ter-
tius teſtis, qui in interrogatoriis depoſuerat, fru-
mentum, & hordeum fuiſſe venditum ab Anglicano
Pirata in Cephalonia, examinatus deinde ſuper
tertio articulo dixit, neſcire, quia ex lectura ar-
ticuli apparet, quod incidenter, tantum loquitur
de venditione frumenti, ſed incipit articulus ab
alio facto, quod teſtis non depoſuerat, verum

38 etiam, * qood ſic eſſet, prout pars aſſerit, non tamen teſtis diceretur contrarius, nam intelligitur, teſtem depoſuiſſe, neſcire præter ea, quæ ſupra depoſuir, ita poſt *Bart. Bal.* & alios probat *Hippol. de Marſil. ſing.* 751. *Rot. in dec. diverſ.* 141. *n.* 10. *par.* 2. *Grat. diſcept. forenſ. cap.* 797. *n.* 3. *tom.* 4. *& c.* 867. *n.* 22. *& 948. n.* 36. *tom.* 5. *&* 578. *nu.* 8. *par.* 3. obi alios allegat.

Er demum nihil referret, quod teſtes diſcordarent in loco circa capturam, prout verè non diſcordant, ex quo omnes concludunr in mari de *Spartivento*, & quamvis aliqui deponerent in *Capo paſſaro*, ex rabulis demonſtratum fuit, prædicta duo capita eſſe inter ſe reſpicientia, quæ in medio includunr mare cum diſtantia legustum 20. in circa, & ſic poreſt vocari mare *de Spartivento*, *& de Capo paſſaro*, & teſtes non dicuntur contrarii, ſeu ſingulares, quamvis onus viderit uno rempore,
39 & loco, & alius altero tempore, & loco, Farin. *conſ.* 53. *num.* 6. & idem eſt ſi teſtis depoſuiſſet, † in mari de *Capo paſſaro*, ſeu de *Spartivento*, ac ſi dixiſſet juxta *Capo paſſaro*, vel juxta *Spartivento* per ea, quæ dixit Bart. *in l. gallus*, *§. fin. n.* 3. *ff. de liber. & poſth.* quod ſi ouus teſtis dicat, foiſſe factum in domo, alter dicar juxta domum,
40 * quæ reduri debent ad concordiam, ita ur primus intelligatur depoſuiſſe ſerundum ea, quæ ſecundus depoſuit, Petr. Ant. Petr. *de fideic. q.* 18. *n.* 832. nec aliquid refert, quod Navis fuerit capra in *Spartivento*, vel *Capo paſſaro*, ſeu in mari adjacenti & quando locus non eſſet de ſubſtantia, * nihil re-
41 fert Alex. *conſ.* 185. *n.* 7. *vol.* 7. Bald. *in l. teſtium*, *ſub n.* 15. *C. de teſtib.* Petr. *loco* citato, *n.* 842. eoque magis, quia neceſſario Pirata tranſiit per caput de *Capo paſſaro*, & Navis *Can d'acqua* per capur de *Spartivento*, neque adeſt aliud caput intermedium, & ſic poterant teſtes in hoc variare per ſupra dicta.

Ex quibus abſolutis frivolis Patria ponderationibus ſatis valida captæ Navis, & venditionis frumenti, & hordei probatio remanet, & proinde erit Petrus Conich, homo ſatis omnibus Dominis Judicantibus cognitus, abſqoe dubio abſolvendus, & ſucceſſivè à macula tam gravi liberandus.

42 *Facta relatione in Regia Camera Summaria, obtinuit Petrus de Cunich juxta allegata.*

OBSERVATIO IN CONSULT. IV.

ARGUMENTUM.

Teſtis varius an idem ſit, quod contrarius? Num conveniant inter ſe *Bald.* & *Bart.* Idem in effectu eſſe *Hoſtienſ.* opinatur. De ſtylo teſtis torquendi in criminalibus ad ſciendum, quænam ex depoſitionibus ſit vera. Et an requiratur citatio Partis. Negat *Conſ. Roccus*, qui declaratur. Formulæ decretorum pro tortura exarantur. In conflictu, & contrarierate teſtium cùm ignoretur quis veritatem depoſuerit, num locus ſit inquiſitioni de falſo. *D. Rodoer.* In facti contingentia pro negativa conſuluit, & per M. C. V. obtinuit.

SUMMARIUM.

1 *Teſtis varius an idem ſit, quod contrarius. Docent diverſimodè* Bald. *&* Bart.
2 *Explicatio* Farinac.
3 *Idem eſſe in effectu opinatur* Hoſtienſ.
4 *Difficultatis excitata reſolutio.*
5 *Exempla nonnulla.*
6 *In criminalibus præcisè tempus aſſignandum.*
7 *Quid ſi in variatione teſtis non ſaciat jus fiſci deterius.*
8 *De ſtylo, & conſuetudine, quid ſervetur.*
9 *In tortura teſtis an requiratur citatio Partis.*
10 *Formula interpoſitionis decreti torturæ.*
11 *Teſtes plures ſi contrarii ſint inter ſe, an ſit locus inquiſitioni de ſalſitate.*
12 *Exemplum rei judicatæ adducitur.*

Teſtis varios an idem ſit, * quod contrarios? *Bald. in cap. præterea de teſtib.* docet, varium dici teſtem, qui indirectè deponit contrariom ejus, quod antea depoſuerat. Contrarium verò, quando dicit contrariom. Et *Baldum* refert *Reg. Lat. numer.* 1. 1

Bartol. tamen in *l. eos n.* 5. *ff. de falſ.* tradit, varium quando teſtis dicit unum in uno articulo. Et contrarium, quod priùs dixerar in alio articulo.

Alii dixerunt, * illum teſtem dici varium, qui nulla cauſa, aur ratione aſſignata dicit contrarium ejos, quod priùs dixerat, *Farinac. qu.* 66. *p.* 1. *nu.* 44. *de teſtib.* 2

Hoſtienſ. in d. cap. præterea, opinatur teſtem varium, & contrarium in effectu idem eſſe, quatenùs varius dicatur, qui per ſe, & proprio ſuo motu variat. Contrarium verò, qui varia deponir interceptus per interrogatoria. 3

Rectiùs dic; * quod teſtis varios non dicitur ille, qui contraria deponit, ſed qui diverſo modo dicit, vel una vice dicit unum, & altera vice dicit aliud, *Farinac. ubi ſupr. nu.* 8. *Cepoll. conſ.* 62. *Boer. deciſ.* 108. *Giazz. poſt diſcept. conſ.* 2. *n.* 4. *& conſ.* 6. *num.* 149. *& conſ.* 20. *n.* 3. 4

Teſtis ſi deponat ſuper aliquo articulo. Et deindè interrogatus dicat *neſcire*, non eſt contrarius, nec varius, quia intelligitur depoſuiſſe, neſcire præter ea, quæ ſuprà depoſuit, ità *Reg. Latr. n.* 8. 5

An contrarii ſint teſtes, ſeù ſingulares, ſi unus viderit uno tempore, & loco, alius alio tempore, & loco, *Latr. num.* 40. *& ſeqq.* firmat, nihil referre, ſi locus non eſſet de ſubſtantia, *Alex. conſ.* 185. *n.* 7. *lib.* 7. *Bald. in l. teſtium n.* 15. *C. de teſtib.*

Dic, quod in criminalibus præcisè tempus aſſignari debet; Quia aliter probandi innocentiam facultas auferretur per abſentiam à dicto loco. Undè ſi teſtis dicat prima vice, tres anni in circa ſint, & ſecunda vice quatuor anni ſunt, non eſt ſibi contrarius, nam clauſula in circa non deſignat certum tempus, *l.* 2. *ff. ſi quis caut. Giazz. diſcept.* 41. *num* 10. 6

Nec obſtat, quod temporis variatio non debeat eſſe conſiderabilis, cùm memoria ſit labilis, & varietas ortum habeat ex oblivione, & non ſit in conſideratione. Nam intelligitur, quando eſt ſuper acceſſoriis, & non ſuper negotio principali, *Giazz. diſcep.* 41. *n.* 10.

Faciens duas depoſitiones contrarias; ſcilicèt, in prima depoſitione dicit, non cognoviſſe delinquentes; Et ſecundò nominat delinquentes, & deponit rotum, quod fuit, & addit cauſam quare, nempè timore inquiſiti, vel alia rationabili cauſa, non dicitur varius, nec puoiri poteſt, & 7

jus

jus Fiſci non facit deterius, ſed magis auget jura fiſcalia, *Danza de pugn. Doctor. tom. 3. tit. de indit. cap. 6. n. final.*

8 Bene verùm, quod de ſtylo, & conſuetudine in criminalibus tales teſtes torquentur ad ſciendum qualia ex duabus depoſitionibus ſit vera, ità *Sanfel. deciſ.* 248. Verùm ſi rationabilem aſſignat cauſam, quare à primo dicto recedat, non intrat tortura, *Guazzin. defenſ. 19. cap. 2. num.* 5. Et quod non punitur, ità practicatum in cauſa Antonii Macetta, refert *Sarn. in prax. crimin. p. 13. num.* 52. ubi quod dictus Macetta fuit tortus, & confirmavit ſecundam depoſitionem, & reddit rationem diverſitatis, & fuit conſignatus. Quamvis *Farinac. d. qu. 66. num.* 13. dicat, hunc teſtem varium non eſſe admittendum relatus per *Sarn. ubi ſupr.* Et in civilibus ego intelligo.

9 † In repetitione ſi teſtis negavit primam depoſitionem, vel ſuum dictum, torturæ ſubjicitur, & quod tatum habuerit in tortura attenditur, ità *Clar. in §. fin. q. 54. num. 2. Boſſ.* latè *in tit. de torqur. teſt. numer. 19. cum ſeqq. Bald. in l. 3. C. de adult. & in l. fin. C. de quaſt. Pract. Papienſ. in form. oppoſit. contr. teſt. gloſ.* ac etiam *Cavalc. de brach. Regio in tit. de probat. teſt. p. 4. n.* 148. ubi etiam, quod in hoc caſu non requiritur citatio Partis, quando teſtis eſt examinandus in tormentis ad effectum, ut firmet quænam ex duabus depoſitionibus ſit vera. & ſtatur ſecundo dicto in tortura, *Conſ. Rocc. de offic. tit. de mod. proced & cap. §. 14. nu.* 13. At ſecùs ſi teſtis fuerit à Parte ſeductus.

10 * Formulam interpoſitionis decreti torturæ teſtis ad ſciendum, quænam ex duabus depoſitionibus per ipſum factis ſit vera, & torquendi pro executione decreti, recenſet *Sarn part. 1. formul.* 83. *in med. verſ. Sed advertendum eſt, & nota, nè erres.* Quotiès ſe excuſet alleget cauſam ſeductionis, & promiſſionis profertur aliud decretum pro alia tortura *ad convalidandum depoſitionem in caput ſociorum, non aliter, nec alio modo*, ut *Sarn. ubi ſup. verſ. Et ſi forſan teſtis.*

Et ſi ſpontè comparuit teſtis coram Judice, & vult revocare primam depoſitionem. Et non recipitur ſecunda depoſitio, per verbum *teſtis*, ſed uti *tertius*, id eſt, *dio &c.* vulgariter in *certa perſona* T. de T. de Terra, vel Civitate, ætatis ſuæ annorum &c. ut dixit, *dice fare il tale officio, ò arte, habita alla tal ſtrada, caſa del N. N. cum juramento interrogatus.* Et primò: *Che è venuto à fare eſſo tale quà in preſenza del Sig. N.* dixit: *Signore jo ſono venuto ſponte per diſcarricarmi la mia coſcienza, e per dir la verità del tal fatto. Perche ſe bene giorni ſono io mi eſaminai in queſta Corte, però non depoſi il vero, ma lo depoſi per la tal cauſa ſedotto*, de qua formula videndus *Sarn formul.* 83. Hæc autem locum habent in teſte revocante primam depoſitionem. Aliter in Reo principali, qui non torquetur ad ſciendum, quænam ex ſuis depoſitionibus ſit vera. Sed dantur defenſiones lite conteſtata.

11 * Teſtes plures inter ſe contrarii an poſſint de falſo puniri ex conflictu depoſitionum. Articulum hunc tractat *D. Rodoer. in conſ. 49. per tot.* Qui firmat ex teſtium conflictu non oriri falſitatem, ſed ſolum contrarietatem teſtium, qui ſunt termini inter ſe diſtantes, cùm aliud ſit eſſe teſtes contrarios, aliud eſſe falſos; Et ex contrarietate cùm ageretur, quis verum, quis falſum depoſuerit. Per conſequens ex iſta ambiguitate ceſſet crimen falſi.

Doctrinam hanc tradunt *Bart. in l. eos n. 9. ff. de falſ. Alex. in l. duobus, §. item Pomponius n. 2. ff. de jur. jur.* Dat in eodem *§. item Pomponius n. 15. verſ. item nota, Decian. conſ.* 602. *n. 8. Hippol. Rimin. conſ.* 344. *n. 38. lib. 3. Boſſ. de tortur. teſt. n. 14. tit. de oppoſit. contr. teſt. n.* 16. ubi reprobat *Aretin.* contrarium tenentem *Clar. in §. falſum an, 6, Menoch. de præſ. lib. 5. præſ. 33. n. 18. Grammat. deciſ. 60. n. 3. & voto 26. n. 15. Rovit. in pragm. 1. n. 33. de falſ.*

In contrarietate teſtium deponentes ſuper negativa inquirendi ſunt de falſo, & ità per M. C. de anno 1667. refert judicatum *D. Rodoer. ubi ſupr.* referente tunc Reg. Conſiliario D. Antonio de Gaeta deindè Spectabil. Regente meritiſſimo. 12

ARGUMENTUM.

Addictio, ſive nova oblatio quando, & intra quod tempus fieri poſſit in locatione rerum Fiſcalium poſt extinctam candelam, & cujus quantitatis eſſe debeat, & multa ad intellectum *text. in l. ſi tempora, Cod. de fid. inſtrum. & jur. haſta fiſcal. lib.* 10. *& text. in l. & ſi fine, §. quæſitum, ff. de minor.*

1 *Fiſcus non per viam reſtitutionis, ſed ex ſpeciali jure habet privilegium addictionis in diem in locatione, & venditione.*

2 *Privilegium addictionis in diem eſt peculiare Fiſci, illique ſoli conceditur, excluſis omnibus aliis, etiam Eccleſia, Univerſitate, & Minore.*

3 *Tempora, intra qua addictio in diem fieri poteſt, qua ſint.*

4 *Tempus addictionis in diem de jure municipali in Hiſpania eſt trium menſium, ſic etiam in Delfinatu, ac in Burgundia Gallia Celtica n. 5. In ſupremis Tribunalibus, ac Parlamentis Franciæ eſt quindecim dierum, n. 7. Et in Regno Neap. non eſt determinatum, ſed Judicis arbitrio reſidet, cum jure communi cautum non reperiatur, nu.* 8.

9 *Oblatio major ex antiqua conſuetudine Regia Camera admittitur, quouſque res integra eſt, & proviſiones pro conſignanda poſſeſſione non ſunt expedita, & n. 17. Quod etiam ſervatur in Senatu Burdegalenſi Galliæ Aquitanicæ, n.* 10.

11 *Fallit, ſi res per cridas, & ſubbaſtationes ad inſtantiam creditorum datur, tunc enim omnes admittuntur, donec fuerit interpoſitum, & ultimo licitatori traditum.*

12 *Actus perfectus, ac res non integra in venditione, & locatione dicitur, quando adeſt decretum ſubſcriptum, ſolutio pretii, ac poſſeſſionis traditio.*

13 *Licitatio nova poſt aliquot dies admittitur in venditione legitimè facta ſub haſta, ac perfecto contractu in rebus minoris, Fiſci, vel Eccleſia, contra* deciſ. 340. Afflicti. *Intellige ſi quantitas oblata eſt in quantitate conſiderabili, n.* 18.

14 Joann. Pasladoe. *miratur de* deciſ. 340. Afflicti.

15 Deciſio 340. Afflict. *ſalvatur* à Muſcatello.

16 Joan. Franciſc. de Pont. de pot. Prot. tit. de regal. impoſit. §. 5. n. 62. *declaratur.*

19 *Læſio, vel damnum minoris, Fiſci, vel Eccleſia quantum eſſe debeat, Judicis arbitrio relinquitur, dum à lege præfinitum non reperiatur.*

20 *Damnum minoris inſpicitur in læſione, non reſpectu totius quantitatis, ſed de per ſe.*

21 *Læſio ducatorum quinquaginta licèt non ſit conſiderabilis in ducatis mille, tamen conſiderata quantitate dictorum ducatorum quinquaginta eſt maximum damnum minoris.*

22 *Venditio rei minoris ex ſola majori oblatione reſcinditur, & ſic judicatum refertur.*

23 *Fiſcus habet reſtitutionem in integrum, quia utitur jure minoris, qui etiam ad lucrum reſtituitur, maximè re integra, & ſic deciſum traditur.*

24 *Arrendator Arrendamenti vini non debet vendere vinum, ſed ſubaſſictare Tabernas, ac domos, ad vendendum vinum præparatas.*

25 *Conductor novus non tenetur emere à primis conductoribus, niſi ea, quæ empta fuerunt pro explenda locatione eiſdem pretiis, quibus empta fuerunt.*

26 *Reſtitutio, & licitatio nova admittitur exiſtente dolo primi licitatoris.*

27 *Procurator Fiſci non poteſt vendere abſque accenſione candelæ, Procurator verò Cæſaris poteſt.*

28 *Arrendamentum non poteſt liberari non accenſa candela ſuper oblatione.*

29 *Fiſcus renunciare non poteſt ſolemnitati accenſionis candelæ, nec etiam pars, n. 31.*

30 *Solemnitates præconiorum ſunt juris publici, & ſunt introducta in utilitatem omnium intereſſe habentium*

31 *Fiſcus utitur jure minoris in reſtitutione, & eſt reſtituendus, etiamſi Principis diſpenſatio interveniſſet.*

33 *Fiſcus reſtituitur, etiam ſi læſio ex poſt facto emergit, quia licitatores tempore liberamenti notitiam habere non potuerunt.*

34 *Oblatores primi ſunt requirendi in ſecunda accenſione candelæ.*

35 *Deciſio cauſæ prædictæ refertur.*

Pro Alphonſo Perez, & Regio Fiſco, contra Dominicum Garzia.

CONSULTATIO. V.

PRo defenſione juſtitiæ decreti Regiæ Cameræ Summariæ, per quod fuit admiſſa major oblatio facta per Alphonſum Perez in Arrendamento tertii vini, incipiendo à primo die menſis Septembris proximi, nunquam animo cogitaveram de jure reſpondere, cùm articulus ſit millies per illud idem Tribunal, etiam facta relatione in Collaterali Conſilio, deciſus. Ut tamen partis adverſæ clamoribus occurram, hæc pauca breviter pro temporis anguſtia potiùs ad excitandum ingenium Dominorum Judicantium notare decrevi.

Et quidem certiſſimi juris eſt, Regium Fiſcum
1 abſque ulla reſtitutione, * ſed ex privilegio ſpeciali
in locatione, ſeu venditione temporali habere privilegium addictionis in diem, quod ſcilicet ſi poſt venditionem, ſive locationem ſub haſta jam perfectam illico, ſeu ex intervallo intra tempora alius majorem afferat oblationem, res primo auferatur, & ſecundo datur vigore taciti pacti, eſt text. expreſſus in l. *ſi tempora*, ubi Bart. Joan. de Platea, Odoffred. & alii, *C. de fid. inſtrument. & jur. & haſtæ fiſc. lib.* 10. *l. Lucius*, §. *fin. ubi gl. ff. ad municip.* Franc. de Clapper. *in centur. cauſ. fiſcal. cauſ.* 3. *quæ.* 1. *n.* 4. & *cauſ.* 4.
2 *quæſt. unica n.* 1. † quod quidem privilegium eſt tam
peculiare ipſius Fiſci, ut illi ſoli concedatur, cæteris omnibus, etiam Eccleſiæ, Univerſitati, vel minori denegatur. & de hoc eſt text. *in l.* 1. & 2. *Codic. de vendend. rebus Civit. lib.* 11. & *d. l. Lucius*, §. *fin.* Franc. Lucan. *de privil. Fiſc. privileg.* 54.

† Eſt tamen inter *Doctores* controverſia, quæ ſint
3 iſta tempora à jure ſtatuta, intra quæ addictio fieri
poſſit, cùm non reperiatur hoc jure cautum, & ideò *gloſ. in d. l. ſi tempora* tres affert intellectus, & primum tempus conſiderarunt illud, quod in præconiis, ſive bannimentis apponitur, ſive apponi poteſt ejuſdem Regii Fiſci arbitrio, ſecundum tempus conſideratur, quod apponi poteſt in ipſo actu liberationis, tertium conſiderant *Doctores* in ſimili, quod fuit reſpectu Eccleſiæ proviſum per *auth. hoc jus porrectum, C. de* Sacr. Sanct. Eccleſ. quod eſt 20. dierum, alii autem 40. dierum tempus conſideraverunt, argumento text. *in l. quod ſi nolit, ff. de ædilit. edict.* ubi ſi in pacto redhibitorio non præfinitur tempus, fit redhibitio intra 60. dies (licèt *gloſ.* dicat 40.) & primus quidem *gloſ.* intellectus ſequutus fuit ab Odoff. Plat. Bat. & Luc. de Penn. *ibidem, Clapper. in d. cauſ.* 4. *q. unica, n.* 12. ſecundus verò ab omnibus rejicitur, etiam ab eadem *gloſ.* quia illo modo omnibus liceret, quod ſoli Fiſco conceditur, tertius placuit Menoch. *de arbitr. Judic. caſu* 129. ſed diſplicuit *Clappeœrio in loco* ſupra allegato *n.* 13. qui ideo tenuit, quod ubi lege municipali, vel ſtatuto non reperitur præfinitum, quod arbitrio Judicis relinquitur, & in hac opinione reſidet Menoch. *de arbit. jud. in d. caſu* 129. *in fin.*

* Et ideò lege municipali in diverſis Provinciis 4
hoc tempus præfinitum reperitur, nam in Hiſpania tempus trium menſium prædictis addictionibus faciendis præſtitum fuit, *l. del quaderno de las alcavalas*, quæ eſt *l.* 7. *lib.* 13. *tit.* 9. *nova recopilat.* de qua meminit Avendan. *de exequ. mandat.* 2. *par. c.* 12. *n.* 10.
† idem tempus in Delfinatu fuiſſe ſtatutum teſtatur
Guid. Pap. *deciſ.* 536. idem quoque in Burgundia 5
Galliæ Celticæ Caſſan. in Conſuetud. Burgund. *tit. des rentes, rubr.* 5. §. 2. *poſt n.* 24. in Comitatu verò
† Provinciæ ſolùm tempus octo dierum à Rege Lu- 6
dovico XII. præfinitum fuit, *Clapper. cauſ.* 3. *q.* 1. *n.* 25. in ſupremis autem Franciæ Tribunalibus, &
* Parlamentis quindecim dierum poſt quadraginta 7
dies conſtitutionis, Paponius *lib.* 18. *tit.* 6. *arreſt.* 14.
* In hoc autem Regno municipali jure hoc cau- 8
tum non reperitur, & ideò ad jus commune erit recurrendum, cùmque hoc non reperiatur à jure conſtitutum, arbitrio Judicis relinquendum erit, quod arbitrium ex antiqua Regiæ Cameræ conſuetudine
interpretationem habuit, * quod quouſque res eſt 9
integra, & proviſiones pro conſignatione poſſeſſionis non ſint expeditæ, admittitur major oblatio;
quod obſervari in † Senatu Burdegalenſi Galliæ A- 10
quitanicæ, probat Boër. *dec.* 248. *in fin. ſub n.* 3. ibi, *ſecus videtur, quando res per cridas,* * *& ſubhaſtationes ad*
inſtantiam creditorum datur, tunc omnes admittuntur, 11
donec decretum fuerit interpoſitum, pulchrè Rebuff. *tit. de præcon. art.* 4. *gl. unica, n.* 33. *verſ.* 30. tunc
enim dicitur actus perfectus, † ac res non integra, quã- 12
do adeſt decreti ſubſcriptio, pretii ſolutio, ac poſſeſſionis traditio, ut loquitur text. *in l. & ſi ſine*, §. *quæſitum, ff. de minor.* quem ſic intelligit Aretin. & Jaſon. *in l. tertio* §. *Labeo, ff. de verb. obl.* & ſic etiam Fiſcus reſtituitur ad lucrum, ad quam hujus Regni obſervantiam contra ea, quæ dixit Afflict. *in deciſio.* 340. adduco ex noſtris Pragmaticis magnum practicum Muſcatellum *libro ſecund. part. tertia in gl. vendantur, numero* 57. ubi ait, quod communiter hodie videmus practicari contrarium ejus, quod dixit
Afflict. *in d. deciſ.* † nam etiam vendita re legitimè 13
ſub haſta, & perfecto contractu, ſi poſt aliquos dies alius comparuerit, offerens meliorem conditionem facere, admittitur nova licitatio in rebus minoris, Fiſci, vel Eccleſiæ, ac providetur, quod iterum accendatur candela, ut moris eſt; & hoc etiam fuiſſe judicatum in Senatu Galliæ refert Guido Pap. *d. dec.* 536.

* Et propterea de hac Afflict. *deciſ.* ſatis miratus 14
fuit

Digitized by Google

fuit Joan. Parladorius *rerum quotidianarum lib. 2. cap. fi. 5. part. §. 13. n. 14.* qui dicit, quod ſatis aperta ſunt jura in *d. l. ſi tempora, Cod. de fide inſtrum. & ſi. 2. & 2. de vend. reb.* Civit. *lib.* 10. & ia miratur, quid Neapolitanum moverit Conſilium ad contrarium reſpondendum *in d. deciſ.* Afflict. 340.

15 Hinc idem Muſcatell. * *loc. cit. n. 60.* ad ſalvandam Afflicti deciſionem conſiderat, quod in illo caſu non adfuit major oblatio, ſed Fiſci procurator allegavit Reg. Fiſcum eſſe læſum, & quod reperit alium, qui majorem oblationem facere volebat, ſed re vera nulla oblatio intervenit, nam ſi nova oblatio cum effectu fuiſſet facta, aliter Sacrum Conſilium reſpondiſſet, cui tamen reſponſioni non facilè adhæreo, ſed potius dicendum erit, in caſu Afflicti rem non fuiſſe integram, ſicuti nec in caſu Arrendamenti vini, arrendati Petro Franciſco Ravaſcherio,
16 relato à de Ponte * *de poteſt. Proreg. tit. de regal. impoſit. §. 5. n. 62. in fin.* qui loquitur in eo caſu, quo res non erat integra, quia erant jam expeditæ proviſiones pro conſignatione poſſeſſionis, & fuit admiſſa oblatio ultra ſextam, factam per Nardum Andream de Leone, loquitur enim re non integra, ſed re integra ſemper admittitur nova oblatio, ut per Aviles in *cap. 31. Prætorum, in gloſ. de pujar, num. 8. & ſeq.* ubi
17 *n. 11.* † inquit, hoc facere ad iſtas taxas, ſeu diminutiones *de las carniçerias, y peſcadarias y panaderias*, quia licèt ſit lapſus terminus Banni, & ſic *hecho el remate*, ſi alius pretium diminuit, & ſic taxam, admittitur diminutio, & iterum præconizatur, ut diminuenti detur, aſſerens, ſic pluries feciſſe, & quod fuit ſuus juſſus in Cancellaria confirmatus, quia eſt utile Reipublicæ, quod etiam admittit Guttierr. *pract. quæſt. lib. 1. quæſt. 38. nu. 4.* quando quantitas
18 oblata eſſet in quantitate conſiderabili, † quod etiam ante eum tenuit Aviles *in cap. 12. Prætoram, num. 12.* & Azeved. *in l. 2. novæ collect. n. 1. lib. 2.* quanta autem
19 debeat eſſe læſio, * vel damnum minoris, Fiſci, vel Eccleſiæ, hoc non reperitur lege præfinitum, ſed arbitrio Judicis relinquitur, ut optimè aſſerit Covarr. *variar. reſolut. li. 1. cap. 3. n. 11.* quem rogo videri,
20 quia dicit, * quòd circumſpectus Judex debet inſpicere damnum minoris, non reſpectu totius quantita-
21 tis, † ſed de per ſe, & ideò id duc. mille quamvis læſio duc. quinquaginta non ſit conſiderabilis, tamen conſiderandum eſt, quantitatem duc. quinquaginta de per ſe eſſe maximum damnum minoris, quod tantò magis eſt in ſumma annuorum duc. trium mille, ultra id, quod in licitatione poſſet augeri, importat enim capitale duc. quadraginta trium mille, & tantò magis erit admittenda in iſtis temporibus, in quibus Reg. Cur. pro ſuſtentatione bellorum indiget maxima pecuniarum quantitate, & quantitas eſt conſideranda, etiam reſpectu temporis, & tandem pro hac opinione tuenda adducam deciſionem
22 ſatis punctualem Senatus Luſitaniæ, * relatam à *Melchiore Phebo in deciſ. 35. lib. 2.* qui pro hac opinione refert fuiſſe judicatum in illo Senatu in anno 1572. & licèt ipſe *numero ſexto* dubitet de opinione, ſi ex ſola majori oblatione in venditione rei minoris venditio reſcindatur, attamen *in fine deciſionis* fatetur, quod opinio, quæ ex ſola oblatione majoris pretii reſcindatur venditio, eſt quæ magis obſervatur in foro, & apud Senatum, & ab illa non eſſe recedendum.

Verum ex alio prætendit Regius Fiſcus majorem oblationem eſſe admittendam, nam ultra privile-
23 gium addictionis ſibi à jure conceſſum, † habet etiam beneficium reſtitutionis in integrum, quod nullo circumſcribitur tempore, cùm Fiſcus jure minoris utatur, & uti minor etiam ad lucrum reſtituatur, *l. ait Prætor, §. fin. ff. de minor.* Sforz. Odd. *de in integr. reſtit. part. 1. quæſt. 4. art. 8. n. 52.* & hoc probat text. *in l. & ſi ſive, §. quæſitum, ff. eod. tit. de minor.* prout in Fiſco extenderunt *Petrus in l. juſtas, Codic. de jure Fiſci, lib.* 10. Boſſius de Fiſco, *nu.* 21. etiam adverſus rem judicatam *n.* 19. Pereg. *lib. 6. tit. 1. num. 7. & tit. 2. num. 10. de jure* Fiſci Caldas *de reſtit. verb. adverſarii dolo. num. 4. de Ponte d. §. 5. nu.* 58. quod maximè procedit re integra, *l. quod ſi minor, §. Scævola, ff. de minor. Odd. de reſtit. in integr. part. 1. qu. 4. art. 8. num.* 63 & pro hac opinione fuit deciſum in Collaterali Conſilio ad relationem tunc Proregentis de Marra die 2. Septembris 1619. in cauſa Vincentij Auriæ, & Petri Joannis Majorini cum Univerſitate Sancti Severini, ubi etiam poſt traditam poſſeſſionem fuit admiſſa nova oblatio duc. 800. pro gabellis dictæ Univerſitatis legitimis ſubhaſtationibus præcedentibus venditis pro duc. 19725. ut ex actis penes Ligorium Regium à mandatis Scribam, & hoc practica ſervari in hoc Regno in venditionibus rerum fiſcalium tradit *Muſcatell. loco ſupra citato.*

Parvifacienda autem erit partis conſideratio, quod res non eſt integra, quia magnam vini quantitatem emit pro Arrendamento, cùm hoc in facto non ſit verum, neque eſſe poteſt, cùm Arrendator
non debeat vendere vina, * ſed ſubaffictare Tabernas, 24
& domos, ad vendendum vinum præparatas, & ſic emptione vini pro arrendamento non indigebat, & experientia docuit, quod damnum dedit præſenti Arrendamento pro illo tempore, quo non ſublocavit magazena, & illa exercitata fuerunt pro ipſis Arrendatoribus, ex eo quia non fuit repertus ſublocator. Verùm quando prædicta omnia deeſſent in iſto caſu, non poſſunt ad aliud teneri novi conductores, * niſi ut ea, quæ empta fuerunt pro illa loca- 25
tione explanda, eiſdem pretiis, quibus empta fuerunt, ipſi ſecundi conductores emere, & indemnes primos Arrendatores ſervare, ut in propriis terminis tradidit Gutierr. *practic. quæſt. lib. 1. d. q. 38. n. 7.* Molina *de contract. diſput.* 575. *n.* 5. Bovad. *polit. libr. 3. c. 4. num.* 25.

Quæ quidem reclamationem interpoſitam pro parte Dominici Garſiæ omninò excludunt, cùm juſtiſſimè fuerit nova oblatio per decretum R. C. acceptata.

Quibus tandem addendum cenſui ea, quæ in facto conſiſtunt, quæ etiam liberationem Arrendamenti Garſia factam nullam reddunt, & primò, quia intervenit in oblationibus dolus (cum reverentia)
ad hoc enim † ut alii ad majoris pretii oblationem 26
non concurrerent; idem Joſeph de Angelis cum quatuor aliis oblatoribus cum diverſis cararariis, ſive, ut vocant, parantiis factis participare voluit non palam, & bona fide, ſed clam, ita ut una Parantia neſciebat, illum in alia participare, & hoc modo, ut omnes obligationum quantitates ſciret, & etiam alia ſecreta aliorum, qui offerre intendebant ſub aſſerto nomine Januarii Poſitani majoris quantitatis, illis neſcientibus præſentare potuiſſet, & remcantum lucrari, videns poſtea ab aliis ſuperari, ſub quæſito colore præcepti Domini Proregis oblationi, quæ tantum duc. 97700. erat alios duc. 2500. addidit, & quod pejus, ut alios ab impoſitione deterreret, ſe inſcium oblatoris aſſerebat, quo caſu venditionem eſſe nullam certiſſimum eſt, ut in his terminis docuerunt Gregor. Lopez *l. 5. tit. 19. part. 6. Aviles in cap. 31. Prætorum n. 11.* Marſill. *deciſ. 84. & lib. 3. c. 9. n. 21. de magiſtr.* Muſcatell. *d. gl. vendantur, n. 61. circa fin.*

Inſuper factis ſubhaſtationibus & accenſa candela cùm Alfonſus Perez ſtatim obtuliſſet alios duc. tres mille, & quingentum, abſque tamen ſolu-

tione

tione relinquanti, & licitando cum eadem parte contendebat, tandem candela extinxit in oblatione facta per eundem Perez pro duc. 204700. qua extincta obtulit Garſia alios duc. 300. & fuit longè diſceptetum, ſi debeat poſt extinctionem candelæ dicta oblatio Garſiæ admitti, cùmque ſpectabat, decerni per R. Cameram, & Collaterale Conſilium, ipſi Alphonſo eſſe Arrendamentum liberandum, reperitur liberetum Garſiæ pro duc. 205000. abſque accenſione candelæ, quod decretum liberationis nullum re-
27 putari debet, cùm certum ſit, eſſe differentiam inter Procuratorem Fiſci vendentem, & Procuratorem Cæſaria, Procurator enim Fiſci vendere non poteſt, abſque accenſione candelæ, ut plenè diſcurrit de Pont. *conſ.* 35. *& conſ.* 54. *l.* 1. *& d.* §. 5. *de regal. impoſit. num.* 5. *de regal. impoſit. n.* 24. & propterea non
28 potuit Arrendamentum liberari dicto Garſiæ ob novam oblationem per ipſum factam, ſed debebat iterum candela accendi, quod cùm non fuerit factum, fuit Alphonſus Perez gravatus, & nuliter liberatum Arrendamentum dicto Garſiæ, ut in his terminis loquitur *Read Conſt. Gal. tit. de præcon. & licit. in rub.*
29 *n.* 14. cui ſolemnitati accenſionis candelæ de jure, & ſtilo Tribunalis R. C. requiſitæ nec etiam Fiſci pa-
30 tronus renunciare potuit, tum quia ſolemnitates præconiorum ſunt juris publici, tum etiam, quia in utilitatem omnium intereſſe habentium ſunt introductæ, cui nequ quem una ex partibus renunciare poteſt, Rebuff. *d. tit. de præcon. n.* 18. *Add. Matthæi ad dec.* Guid. Pep. 53. *Magon. dec.* Florent. 132. *ex*
31 *n.* 7. cùm & Fiſcus, qui minoris jure utitur in reſtitutione, ſecundum Guid. Pep. *dec.* 302. Boër *dec.* 265. reſtituendus ſit ſicut minor, etiam ſi Principis diſpenſatio interveniſſet, Boër, *dec.* 63. Cald. *de reſtitut. verb. læſi*, *ſub n.* 85.

Quinimò reſtituitur Fiſcus etiam ſi læſio ex poſt facto emergat, ut quia licitatores tempore libera-
33 menti notitiam habere non potuerunt, cùm pro eorum intereſſe intervenire in accenſione candelæ intendebant, & affectabant, etiamſi accenſio candelæ facta fuiſſet, Sfort. Odd. *de reſtitut. quæſtion.* 57. *art.* 3. *part.* 2. *nu.* 22. *in fin. Dambauder. de ſubhaſtat. cap.* 3. *num.* 13. optime Maſtril. *deciſ.* 84. *num.* 7. *libr.* 1. *in fin.* ubi ſic deciſum dicit, & quod ſint requirendi primi oblatores, docet *Aviles dicto capit.* 32. *Præter. num.* 10.

34 Ex quibus currenti calamo conſideratis, omninò eſt confirmendum decretum Reg. Cam.

Et propterea facta relatione per Regiam Cameram Collaterali Conſilio in anno 1631. *fuit decretum Regiæ Cameræ confirmatum, & denuò fuit accenſa candela ſuper dicta oblatione facta per Alphonſum Perez & occaſione iſtius cauſæ, quia non reperiebatur lege municipali ſtatutum tempus, intra quod poterat fieri nova addictio, emanata fuit Regia Pragmatica, quæ eſt* Prag. de offic. Procur. Cæſ. *per quam præfiniuntur tempora tam ante, quam poſt captam poſſeſſionem, de cujus pragmatica intellectu dicam aliqua* in ſecunda parte mearum deciſionum (*Deo dante*) *videas ad materiam* Amayam in 10 lib. C. io d. l. ſi tempore, C. de fid. inſtru. & jur. haſt. fiſc. *poſtea in lucem editum, ubi plura ad materiam.*

OBSERVATIO IN CONSULT. V.

ARGUMENTUM.

Re Eccleſiæ, Fiſci, Minoris, Univerſitatis, & perſonarum privilegiatarum legitimè licitata, utrum melior nova oblatio ſit recipienda. Adjectio in diem vel ex pacto, vel ex lege, ambæ exemplificantur in ſpecie uberioris oblationis. Reſtitutio adverſus lucrum, & juſtum pretium an locum habeat ex latitudine juſti pretii, & gradibus. Dùm animoſæ licitationes in jure non tolerantur. Recenſentur varia exempla rerum judicatarum ad intellectum *Prag.* 71. *de Offic. Procur. Cæſ.* Et latitudo decimæ, vel ſextæ juxtà *Prag.* declaratur. Fiſcus an poſſit renunciare bannimentis cum diſpenſatione? *Afflict. deciſ.* 340. quæ circumfertur, an ſubſiſtat?

SUMMARIUM.

1 *Re Eccleſiæ, Fiſci, Minoris, & perſonarum privilegiatarum legitimè licitata, ſuperveniens melior oblatio an ſit recipienda?*
2 *Adjectio in diem, vel ex pacto, vel ex lege, & ambarum exemplificatio.*
3 *Quid ſi tradita fuerit poſſeſſio.*
4 Textus in l. eos, qui auctiore, C. de diverſ. præb. lib. 11. *intellectus an fuerit correctus.*
5 *In praxi an facilè conſtet de vero valore. Dùm animoſa licitationes non tolerantur.*
6 *Adverſus lucrum an competat reſtitutio.*
7 *Poſt paucos dies poſt perfectam venditionem an uberior oblatio recipienda.*
8 *Recenſentur varia exempla rerum judicatarum.*
9 *Decima quando ſit offerenda, & quando ſexta.*
10 *Fiſcus an poſſit renunciare bannimentis cum diſpenſatione?*
11 *An præferendus primus oblator.*
12 *Quid de re minoris*
13 Afflict. deciſ. 340. *an ſubſiſtat?*

Paſſim contingit in foro dubitari, an re Eccleſiæ Fiſci, minoris, vel Univerſitatis legitimè licitata nova melior oblatio admitti poſſit; Articulum hunc elaborent innumeri, ut *Afflict. deciſ.* 340. ubi *Urſill.* poſt alios *Reg. de Marin. lib.* 1. *reſol.* 46. *Theod. alleg.* 45. *n.* 27. *Reg. Latr. in hac conſul.* 5. *&* 27. *D. Rodoer. conſ.* 44. *Staib. reſol.* 143. *in obſerv. Roccus reſp.* 1. *n.* 24. *lib.* 2. *& D. Marad. ad pragm.* 1. *de locat. & prag.* 71. *de offic. procur. Cæſar. ſingul.* 214. 1

Regule ſtatuitur, ut poſſint recipi novæ oblationes, vel ex pacto, vel ex lege. Ex pacto contrahentium, quoque perſonæ privatæ in venditione facta cum in diem adjectione, cum tali modo: *Ille fundus centum eſto ſibi emptus. Niſi quis intra Kalendas Januarias proximas meliorem conditionem fecerit.* Quo caſu certum eſt, novam oblationem admittendam uberiorem, denunciata primo emptori meliori oblatione, ut valeat adjicere quantitatem per alium oblatam, etenim novus oblator præfertur, *l. neceſſe autem*, *ff. de in diem adject.* ibi: *Licet autem venditori, meliore allata conditione, addicere poſteriori, niſi paratus ſit adjicere prior.* Qui primus præfertur *l. neceſſe autem*, *ff. eod.* Et illud *plus in tex.* poſitum non intelligitur de alio pluri, quam deeo, quod ſecundus, & novus oblator obtulit alioquin ſi ultra offerret non prælationis jure, ſed pro novo additamento obtineret, *D. Rodoer. ubi ſup. n.* 3. 2

Et lege adjectionum tempora venditionibus ineſſe ſolent favore Eccleſiæ, fiſci, minoris, & ſimilium. Et reſpectu Eccleſiæ adeſt expreſſa *Juſtiniani Conſtitutio in Auth. hoc jus porrectum*, *C. de Sacroſ. Eccl.* qua cavetur bona Eccleſiæ cùm vendentur, habere privilegium adjectionis in diem. Et adjectionum tempora, viginti dierum ſpatio durare, taliter, ut intra terminum

minùm illum quiſque auditur, qui meliorem Eccleſiæ conditionem fecerit, uberiorem exhibendo oblationem. Ejuſque *Imperialis Conſtitutionis* verba tamquam pia, & Eccleſiæ favorabilia canonizata repetuntur in *Can. hoc jus porrectum* 10. *q.* 2.

3 Difficultas eſſet, ſi emptori rerum Eccleſiæ fuiſſet tradita poſſeſſio. Et dicendum videtur, adhuc eſſe meliori oblationi locum durantibus adjectionum temporibus viginti dierum, ſi melior ſuperveniret oblatio expulſo primo emptore, *gloſ. in l. ſi tempora, C. de fid. inſtrum & jur. haſt. fiſcal. lib.* 10.

4 Neque contrahi hanc concluſionem ex *text. in l. tot; qui auctiore, C. de diverſ. præd. lib.* 11. ubi habetur, emptorem bonorum Eccleſiæ ſtatim adepta poſſeſſione ſecurum eſſe, neque poſſe ob meliorem oblationem inquietari.

Qui *textus* iſte, ut advertit *Jo. de Platea* ibi eſt correctus ex nova diſpoſitione juris *Authenticorum*, ut in *Auth. hoc jus porrectum*, & hæc opinio correctionem ad nitrens fuit amplexata per *gloſ.* marginalem in *d. l. tot.* Quamvis D. *Rodoer.* exiſtimat, non eſſe facili negotio admittendas legum correctiones. In duobus caſibus cenſet admittendas non eſſe uberiores oblationes, vel tranſactis viginti diebus; Vel quando res Eccleſiæ fuiſſet juſto pretio vendita, cùm Eccleſia tunc non lædetur, quaſi videtur ad injuſtum pretium aſpirare. Quæ opinio fuit *gloſ. in canone hoc jus porrectum, verb. ut plus*, quam ſingolarem appellat *Roman. in ſingul.* 762. *Boer. deciſ.* 243. *nu.* 2.

5 In praxi tamen vidi raro poſſe de juſto valore conſtare. Quia juſtum pretium habet gradus, & latitudinem ſuam, præſertim in arrendamentis. Dum è contrà animoſæ licitationes à jure non tolerantur, *Afflict. deciſ.* 340. *num.* 3.

6 Præterea in venditione rerum minorum etiam poſt perfectam venditionem recipiuntur novæ oblationes, & reſtituuntur adverſus lucrum amiſſum; *text.* eſt in *l. etſi ſine dolo, §. quæſitum, ff. de minor. Bald. in l.* 1. *C. ſi adverſ. fiſc. Aretin. & Jaſ. in l.* 3. *§. Labeo, n.* 25. *ff. de acquir. poſſeſſ. Maurit. de in integr. reſtitut. cap.* 229. *Cald. de emphyt. cap.* 19. *n.* 29.

Inde itaque ſit admittenda oblatio, & prima venditio reſcindatur remedio reſtitutionis in integrum, *Melchior. Phœb. dec.* 135. *lib.* 2. & hanc ſententiam in foro ſervari monent *Staib. reſol.* 20. *à num.* 14. *Reg. Latro per tot.* ſignanter *num.* 22. quem nuncupatim laudat *D. Rodoer. num.* 62. & 65. ubi quod non tantùm damni vitandi cauſa, ſed & lucrum, reſtitutionem minoribus præbere, *l. ait Prætor, §. fin. ff. de minor.* ibi: *Hodie verò jure utimur, ut & in lucro minoribus ſuccurratur.*

Et quod vendita re minoris, Civitatis, vel Fiſci ſervatis debitis ſolemnitatibus, ſi deinde ſuperveniat nova oblatio, quod debeat admitti per viam reſtitutionis in integrum, expreſsè voluerunt *Rovit. in pragm.* 1. *de minor. num.* 15. *Afflict. dec.* 340. *de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de regal. impoſit. num.* 62. *D. Maradei num.* 20. *& ſeqq.*

7 In ſimilibus caſibus, quod poſt perfectam emptionem ſi poſt paucos dies novæ porrigerentur oblationes, quod illæ ſint recipiendæ, ita cenſuerunt *Guid. Pap. deciſ.* 536. *& ſingul.* 152. *de Ponte tit.* 4. *§.* 5. *num.* 48. *Peregr. de jur. fiſc. lib.* 6. *tit.* 2. *num.* 10. *Urſill. ad Afflict. dec.* 204. *num.* 2. *&* 6. *Maſtrill. deciſ.* 48. *n.* 6. *Muſcatell. in prax. par.* 3. *gloſ. venduntur, num.* 57. ubi ita de communi praxi tradit *num.* 76. etiam quod venditio fuerit facta ſub haſta, & res remanſiſſet ultimo licitatori, cui fuiſſet liberata, & adjudicata, quod tunc poſt paucos dies poſſunt recipi oblationes, *Reg. Latr. num.* 23. quem recenſet, & ſequitur *D. Maradei ubi ſupr. num.* 21. ubi infert ad caſum, de quo agebatur, ut dùm oblatio nova fuerat præſentata ſub die 8. Maii, & decretum, quo fuit ordinata traditio poſſeſſionis, fuit ſub die 27. Aprilis, dubitari minimè poterat, quin nova oblatio fuerit paucos poſt dies præſentata.

Nec adverſari deciſionem allegatam per *Arias de Meſa* inquit *D. Maradei num.* 22. Quoniam in caſu ſuo rejecta fuit nova oblatio tanquam ſubſequuta poſt duos annos. Et in Regno per *Pragm.* 71. *de offic. Procur. Cæſar.* in venditione bonorum fiſcalium non poſſunt recipi oblationes niſi infrà tres menſes poſt conſignatam poſſeſſionem, & cùm ultra ſextam; Et agebatur inter Univerſitatem, & Fiſcum æqualiter privilegiatos.

In cauſa Venerab. Monaſterii Sanctiſſ. Triniat. & Creditorum, ſub die Decembris 1674. Sacrum Conſilium noluit iterùm accendere candelam, ſed decidit recipiendam eſſe novam oblationem, & quod proptereà primus Actor ſuppleret pretium per novum oblatorem oblatum, ut *D. Marad. num.* 14. 8

Idemque fuiſſe deciſum in cauſa afflictus facta per Gubernatores Hoſpitii SS. Petri, & Januarii territoriorum Fraſci, & Fraſcicelli in perſonam Ill. Principis Caſapeſellæ. Siquidem cùm comparuiſſet poſt afflictum Ill. Princeps Arienæ, & obtuliſſet decimam ultra pretium in dicto afflictu contentum. Sacrum Conſilium ſub die 13. Auguſti 1676. decretum: *Quod facta obligatione per Ill. Principem Caſapeſella de ſolvendo etiam decimam ultra quantitatem in afflictu contentam conſignetur poſſeſſio.*

Idemque fuit deciſum in venditione Terræ Macchiæ Saracenæ remanſæ ad extinctam candelæ V. I. D. Joanni Cibotta die 12. Maii 1689. in qua mediante decreto Sacri Conſilii lato ſub die 18. Martii 1690. referente Reg. Conſil. Garofano cum interventu Spectab. Præſidis, & cum Reg. Conſil. Gaſcon, & de Andrea intervenientibus pro Adjunctis extitit ordinatum: *Quod ſtante oblatione facta in Aula per Mag. Baronem Joſephum Rotondi de integra decima ultra ſuam primam oblationem remaneat Terra Macchia Saracena prædicto Baroni pro dicto pretio, & proinde expediantur, & conſignentur proviſiones, pro poſſeſſione.*

Punctua conſilii, utrum recipienda ſit nova oblatio, cum accenſione candelæ; Vel ſine accenſione candelæ, & danda prælatio primo oblatori; Et abſque nova licitatione dandam prælationem, judicatum refert *Michael Ferret. in obſerv. Senatus Catalon.* 515. *Valenzuel. conſ.* 75. *lib.* 1. *Fontanell. de pact. nuptial. in add. poſt tom.* 1. *num.* 11. *& in dec.* 524. *n.* 8. ita *D. Maradei n.* 28. qui *n. ſeq.* refert deciſum pro concesſione prælationis cum nova accenſione candelæ.

Superveniente tamen nova oblatione immediatè, vel poſt paucos dies poſt candelæ extinctionem, antè tamen captam poſſeſſionem recipitur nova oblatio etiam minus decima, vel ſexta parte pretii, juxtà ſtylum Sacri Conſilii, ut *Maradei ubi ſup. n.* 39.

Tempora adjectionum in fiſco non erant de jure ſtatuta, ſed ſolùm favore Eccleſiæ ad viginti dies. 9

Et *Reg. Tappia tom.* 6. *de jure Regni tit. de locat. & vendit. rer. fiſcal* relatis ſolemnitatibus neceſſariis obſervandis in afflictu Arrendamentorum tradens praxim Regiæ Cam. ita loquitur: *Quo verò ad quintum dic ex Bart. in l. licitatio, ff. de public. & vectig. cui ſe ſubſcribunt Doctores omnes in d. l.* 1. *& l. ſi tempora, C. de fide inſtrum. lib.* 10. *poſt informationem captam fieri proclamata, ſivè banna, in quibus continetur, quod ſi quis vult conducere, vel emere rem fiſcalem compareat infrà* 20. *dies coram talibus in tali loco, quia plus offerenti dabitur, infrà quem terminum poteſt quilibet comparere cum ejus oblatione, & die ſtatuta ad recipiendas oblationes recipiuntur omnes, & admittitur illa, quæ melior videtur ex circumſtantiis, de quibus ſuperius di-*

ctum

Digitized by Google

ctum eſt; qua admiſſa alia fiunt praclamata, ſeù banna ſecundum hodiernam conſuetudinem, que ſervatur tàm in Regia Camera, quàm in vendendis gabellis hujus fideliſſima Civitatis, per quam natum ſit volentibus offerre, ut tali die compareant, ſi velint offerre plus quam ablatio acceptata contineat; nam tali die adveniente accenditur candela, & pracone vocitance exquiritur, an ſit qui plus velit offerre, quo exiſtente, & calore licitantium vires praſtante admittitur plus offerens; & ſubjungit *nu.* 8. *Quod quando hujuſmodi ſolemnitates non ſunt ſervata contractus reſcinditur, & nullus declaratur, imò & in caſu illo tenetur conductor reſtituere fructus.*

Praſ. Urſin. in ſua allegat. impreſſa apud reſol. Reg. de Marin. lib. 1. *cap.* 147. *num.* 23. diſcurrit: *Tertiò, & propriſſimè in terminu noſtra quaſtionis hac eſt recepta diſtinctio, quod quando venditio, ſeù locatio facta eſt legitimis ſubhaſtationibus pracedentibus, & illa facta congruo loco, & tempore, & juſta pretio augmentum non admittitur. Caterum ſi, vel non fuit adhibita ſubhaſtatio congruo loco, & tempore, vel non juſta pretio contractus eſt factus, nova licitatio admittitur.*

Et noviſſimè ſcribit *Piſan. ſuper Rit. Regia Cam. poſt Pragm.* 71. *de offic. Procur. Caſ. de incant. promiſſ. intra triduum rubr.* 1. *n.* 145. *& ſeq.* ubi quod ſolemnitas hæc prætermitti nequeat abſque vitio nullitatis, cùm ſpecificè fieri debet, ex quo inducta eſt pro forma, & ad publici juris utilitatem. Et *num.* 174. addit, quod ſi in emptorem, vel conductorem tranſlata ſit poſſeſſio rei venditæ, vel locatæ adſtringitur ad ipſius reſtitutionem una cum fructibus ob reſolutionem ex nullitatis labe. Idemque *Piſan. in tit. qualiter praceſſor debeat reſpond. ſucceſſ. rubr.* 25. *numero* 37. ſcribens *de ſubhaſt. & bann.* vult quod non de alio intelligitur loco, niſi ubi ſolita fieri ſolent bannimenta pro rerum locatione, & candelæ accenſione, nè licitantes decipiantur. Eodemque modo quoad tempus. Quoniam ſi fieri conſueta ſunt in menſe Auguſti, & fiant in alio menſe antè, vel poſt Auguſtum, licitatores remanent deluſi in damnum Fiſci, vel Univerſitatis, quorum ſemper intereſt plures habere licitatores.

Reg. Galeot. reſp. fiſcal. 14. *n.* 14. fundat, nullitatem contractus ex defectu ſolemnitatis ſubſtantialis, & formalis, dùm in venditione rerum fiſcalium à jure præconiorum, & ſubhaſtationum certa forma præſcripta eſt, ut plus offerenti in concurſu licitatorum res poſt candelam extinctam addicatur, adeo ut Conſuetudo Regni ſic attendenda. Subditque *n.* 23. decretum liberamenti eſſe nullum, vel adverſus illud Fiſcum reſtituendum tanquam enormiſſimè læſum. Cùm etiam ſi læſio non adeſſet tempore venditionis, ſed ex poſt facto ſuperveniat, datur minori reſtitutio, ut putà ſi tempore liberationis licitatores notitiam liberamenti ex aliqua cauſa habere non potuerunt, cùm pro eorum intereſſe intervenire intendebant, & affectabant, etiamſi accenſio candelæ facta fuerit, *Odd. de reſtit. in integr. p.* 2. *q.* 57. *art.* 3. *n.* 22. Alias iterum debent fieri ſubhaſtationes, *Maſtrill. deciſ.* 84. *lib.* 1. *n.* 7. & *Galeot. ubi ſupr. n.* 6. concludit, quod ſi minor, Civitas, vel Fiſcus in venditionibus ſervavit ſolemnitates ſolitas, & fecit ſicut quilibet major, ut potà qui vendidit tempore opportuno, & juſto pretio, & tunc licèt alias plus offerat non admittitur licitatio, niſi de ſorde, vel gratia doceatur; Et ſi debita ſolemnitas non ſervata, tunc ipſo jure non valet venditio; Si autem eſt ſervata; ſed minor eſt læſus ſua facilitate, ut quia vendidit tempore non opportuno, & tunc reſtituitur.

Amat. reſol. 38. *num.* 20. probat, non admittendum novum additamentum, niſi in duobus caſibus, ſcilicet; Quia in ſubhaſtatione adeſſet aliqua fraus, vel machinationis ſuſpicio, vel ſordes, vel non fuerint debitæ ſolemnitates adhibitæ, & quia tempore, vel loco inopportuno ſubhaſtationes factæ ſint, vel aliter nulliter præceſſerint, *Greg. Lop. in l.* 15. *tit.* 19. *part.* 6. teſtans obtinuiſſe in arduiſſima cauſa Regis contrà ductorem Regalium Sperici Regni Granatæ eo, quia locatio facta fuerat intempeſtivè, & tempore non opportuno, *Aviles* qui dicit etiam judicatum in *cap.* 31. *Prator. verſ. fin. numero* 11. *Cald. de Pereir. in l. ſi curatorem habens, C. de in integr. reſtit. minor. num.* 4. *Salgad. in labyr. credit. par.* 2. *cap.* 1. *nu.* 5. *Nigr. de ſubhaſt. cap.* 4. *§.* 15.

Bene verum *Reg. de Ponte conſ.* 53. *& ſeq. lib.* 1. ſuſtinet in venditionibus factis à Procuratore Cæſaris non requiri ſolemnitates. Nihilominùs in caſu ſuo, ideò venditio Sigilli facta Franciſco Larcario per D. Proregem ratificata fuit à S. Majeſtate, quatenùs publicata fuere banna, & ſolum defuit requiſitum accenſionis candelæ, ut *numero* 33. ibi: *Et quid amplius potuit tunc fieri, quam publicare venditionem, per totum Regnum perquirere emptores, & habenda praciſam neceſſitatem, vendenda, tandem inter tres concurrentes, nullus non ſolum ſuperavit, ſed nec obtulit quantitatem oblatam à Franciſco Larcario, & ità fuera adhibita exactiſſimè diligentia.*

Sed quia conſuetudo iſta in deſuetudinem abierit, & nullam ſecuritatem obtinerent Fiſci conductores, hoc abſurdum reparavit *d. Pragmat.* 71. *de Offic. Procur. Caſar.* cujus vigore facultas datur noviter offerendi per dies 40. antè traditam poſſeſſionem, & hanc conſignatam menſes tres, cum hoc tamen diſcrimine, ut antè traditam poſſeſſionem ſufficiat, ſi nova oblatio primam in decima excedat; poſſeſſione autem conſignata debeat primam in ſexta meliorare. Et eadem *Pragm.* ſtatuitur, novum oblatorem teneri alterius oblationem in decima, vel in ſexta meliorare, habito tamen reſpectu ad ſolam quantitatem, ad quam aſcendit extaleum, ſeù penſio unius anni conductionis, non tamen attenta quantitate, ad quam aſcendit extaleum plurium annorum, ex illis verbis: *Pur che non ſia meno della decima parte dell' affitto d'un anno.* Et inferius, *E l'offerta non ſia meno, che la ſeſta parte dell'affitto d'un anno. Reg. Latro deciſ.* 258. quem refert *de Marin. reſol.* 147. *lib.* 1. per quos firmatur, non poſſe ſolutionem decimæ, vel ſextæ partiri in plures ſolutiones.

In quibus terminis conſuluit Reg. *Sanfelic. in deciſ.* 331. in venditione Terræ Stili facta per D. Proregem ſine ſubhaſtatione, & venditio erat pro neceſſitate præciſa Regni, undè tempus non permittebat ſubhaſtationes.

Cæterum tunc *Conſil. Males* ſubſtituit, non potuiſſe fieri venditionem ſine debitis ſolemnitatibus, quamvis contrarium conſuleret *Sanfelic.* & ità decidiſſet. Et Coll. Conſil. & *Moles* habuere pro vero ſubhaſtationum requiſito.

Diſpenſabilis nec videtur publicatio bannimentorum, dum fuerat facta oblatio ad effectum, cujus emanantur bannimenta ex his, quæ tradit idem *Sanfel. num.* 7. ibi: *Nec refragari videbatur, quod oblatio facta eſſet pro majori pretio ſolito, cùm aſtimatio ſolita eſſet ad rationem ducatorum ſex pro quolibet fumante, & obligatio facta fuerit ad rationem decem, ut ſuprà, cùm non poſſit pretium reperiri de facili, & proindè recipienda, & remittenda ſubhaſtatio. Siquidem facillimè diluitur objectum. Nam probari*

bari hoc eſſe, ſi contingit abeſſe. Poterat enim ad Fiſci beneficium adeſſe alius Oblator, ſi candela accenderetur, & ſic eſſet per hoc fiſcus in damno, quod evitare ſentit jus per ſolemnitatem prædictam.

Ex diſpoſitione juris communis, Fiſcus prætendebat intelligi factas cum tacito pacto adjectionis in diem, & cùm foret incertum tempus infrà quod eſſent recipiendæ majores novæ oblationes, & omne remittebatur Judicis arbitrio. Undè innumeræ erant lites, & hinc indè proferebantur pugnantes invicem deciſiones, quapropter ob publicum bonum, & pro fide haſtæ fiſcalis de anno 1631. promulgata fuit *Regia Pragmatica* poſita ſub *titulo de offic. Procur. Caſ.* quæ eſt 71. ut *Reg. Latr.* in fine hujus *Conſultationis*, & *Tappia de jur. Regn. ſub tit. de locat. & vend. rer. fiſcal.* per quam indefinitum tempus pacti adjectionis in diem reſtrictum extitit pro decima infrà 40. dies decurrendos à die extinctionis candelæ, & pro ſexta infra menſes tres à die poſſeſſionis captæ, & ſtabilitum in *Pragmatica* fuit practicatum juxtà *Piſan. in rubr. R. Cameræ tit. de incant. rubr. 1. n. 47.*

10 *Dubium ſuſcitat *Reg. Latro n. 33.* An fiſcus renunciare bannimentis valeat, etiam accedente diſpenſatione D. Proregis, & firmare hanc renunciationem Oblatoribus notificandam, ibi: *Quinimò reſtituatur Fiſcus, etiamſi læſio ex poſtfacto emergat, at quia licitatores tempore liberamenti notitiam habere non poterunt, cum pro eorum intereſſe intervenire in accenſione candelæ intendebant, & affectabant, etiamſi accenſio candelæ facta fuiſſet, Odd. de reſtit. in integr. q. 57. ar. 3. p. 2. n. 22. in fin. optime Maſtrill. dec. 64. n. 7. in fine, ubi ſic deciſum dicit, & quod ſint primi oblatores requirendi docet Avil. c. 32. Prætor. n. 10. Damhouder. de ſubhaſtat. n. 13. c. 3.*

In ſimili enim ſi per Magnam Curiam Vicariæ adverſus Reum de homicidio pro forjudicatione cum ſpatio unius anni proceditur via ordinaria, & ſub hac forma emanavit citatio ad informandum, & ad capitula; Deinde habita relatione qualitatis proditoriæ Princeps diſpenſando terminum anni abbreviaverit ad tres menſes, in hoc caſu ex *Iſern. in Conſtit. pœnam eorum, Afflict. in eadem Conſtit. n. 53. & 54. Grizzarell. in dec. 15.* probat primam citationem fore nullam, & quod relaxanda ſit altera cum inſertione diſpenſationis, tradens nu. 3. Quia inquiſitus ſperavit in jure communi, quod uſque ad annum haberet poteſtatem comparendi, & ſe purgandi, non debuit divinare, quod Princeps in eo faceret novum, *arg. l. ſi petebat, ff. de leg. Aquil.* Etſi diceretur, ſcire debebat Principem poſſe tollere legem, & quod ad præterita traheretur.

Strictiùs *Reg. Latr. nu. 29. & ſeqq.* ibi: *Cùm ſolemnitati accenſionis candelæ de jure, & ſtylo Tribunalis R. Cameræ requiſitæ, nec etiam Fiſci patronus renunciare potuit; Tum quia ſolemnitates placentiorum ſunt juris publici; Tum etiam quia in utilitatem omnium intereſſe habentium ſunt introducta, cui nequaquam una ex Partibus renunciare poteſt, Rebuff. tit. de præcon. n. 18. Addit. ad dec. Guid. Pap. 53. Magon. dec. Flor. 132. & n. 7. Cum & Fiſcus, qui minoris jure utitur in reſtitutione ſecundùm Guid. Pap. deciſ. 302. Boer. dec. 265. reſtituendus ſit ſicut minor, etiamſi Principis diſpenſatio interveniſſet, Boer. dec. 63. Cald. de reſtitut. verb. læſio ſub n. 85.*

Conveniunt exempla recenſita per *Card. de Luca in tom. 2. de Regal. diſc. 201.* tempore ſ. m. *Clementis X.* fuerant facti plures appaltus redituum Cameræ Pontificiæ cum expreſſo reſcripto diſpenſationis omnibus ſolemnitatibus de jure requiſitis in locationibus fiſcalibus, ut *n. 8.* ibi: *Motivabatur tamen in contrarium de duobus. Primò nempe, quod in chirographis Pontificus, quorum vigore Miniſtri Camerales dictos appaltus fecerant remiſſa fuerant omnes illæ ſolemnitates, quæ ex Apoſtolicis Conſtitutionibus, vel de jure communi eſſent neceſſariæ, adeo ut iis non obſtantibus firmi, ac validi eſſent, ſuumque effectum ſortiri, ideòque ſicuti juxtà unam opinionem relatam diſc. 81. quæ magis communis videtur, non intrat hæc addictio in diem, quando ſolemnitates eſſent adhibitæ, ſic à pari eum ſuprema Principis poteſtas fictum reddat verum ex inſtantata frequenter ſub diverſis materiis. Et ſecundò fortius, quod licet non in omnibus, ſed in aliquibus chirographis expreſſè diſponitur, ut appaltus validi, ac firmi eſſe deberent, ſuumque ſortiri effectum, quamvis aliter ſupervenirent majores oblatores.*

Defuncto *Clemente X.* tempore Pontificatus *SS. Innocentii XI.* ſupervenere aliæ oblationes pro dictis appaltibus. Undè SS. ille Pontifex deputavit Congregationem, quæ inſimul cum eodem *Card. de Luca* tunc Auditore de illius mandato cognoſceret, an recipiendæ forent novæ oblationes, declarans nolle jus Tertii tollere.

Diſtinguendo oblationes *Card. de Luca*, cujus voto adhæſit Sacra Congregatio voti extitit his verbis *numer. 7. Neglecto itaque motivo cùm novæ oblationes eſſent duplicis qualitatis, quia nempè aliquæ erant adeò notabiles, quod ſextam, imò quintam partem, & plus excederent, aliæ verò ad iſtam non aſcenderent metam, idcircò eas diſtinguendo, quoad primam ſpeciem dicebam, quod nulla caderet. Dubitandi ratio per argumentum à fortiori, dum etiam in jam capto, atque re adhuc integra poterat actus reſcindi ex iſto capite læſionis, ideòque reſtringebatur difficultas ad ſpeciem, in qua intrabat ſolum præfatum remedium, ſeu privilegium adjectionis in diem, quod receptum eſt competere Fiſco, dum rationes dubitandi, de quibus ſupra d. diſc. 81. percutiant Eccleſias, Loca Pia, & Communitates, aut minores ex jus deductæ.*

Quoad alias oblationes non aſcendentes ad ſextam etiam exiſtimavit, recipiendas non obſtante Pontificia diſpenſatione, quæ tanquam exorbitans à jure interpretanda foret ſtrictè, nec credendum Pontificem certioratum, cùm hujuſmodi reſcripta ſint gratioſa, & præjudicialia Fiſco non ſortiantur effectum.

Quinimò in eadem Congregatione alii fortiores caſus fuere deciſi. Etenim in uno ex appaltibus nedùm fuerat diſpenſatum, ne aliæ reciperentur oblationes, prout ſupervenerant in cæteris aliis generaliter, verùm etiam emanaverat ampliſſimus motus proprius Pontificis diſpenſationis confirmatorius. Nihilominùs adhuc extitit deciſum pro admiſſione oblationum, dum læſio erat ultra ſextam. Verba *Cardinalis de Luca* ſunt ibi: *Quia verò in uno ex dictis appaltibus, qui erant multi, adhuc non incœpti in numero viginti circiter, ultra conjunctum præcedens chirographum, eo modo, quo in aliis poſt inſtrumentum deſuper ad formam chirographi ſtipulatum, acceſſerat etiam ampliſſimus motus proprius confirmatorius, in quo dicebatur, ut actus validus, ac firmus eſſe deberet, ſuumque plenariam ſortiri effectum, neque poſſet impugnari etiam ex capite enormis, vel enormiſſimæ læſionis, hinc ſuper iſto appaltu, in quo intrabat motivum læſionis, dum oblatio excedebat nedum ſextam, ſed etiam quintam partem, aliqua major habebatur difficultas, quam tamen non obſtare adhuc cenſui ex iiſdem reſponſionibus, de quibus proximè ſupra præſertim ex ſecunda, & tertia, quas ad rem adaptari dicebam.*

At Sanctiſſimus ille Pontifex deciſioni Sacræ Congregationis Cameralium non acquievit, & juſſit eam revideri à Congregatione, tunc noviter erecta, in qua adfuere omnes Cardinales, qui extiterant Theſaurarii, tres Clerici Cameræ,

aliique Miniſtri Camerales, & cum iſtis idem *Card. de Luca*, & laudatum extitit votum præcedentis Congregationis, ut habetur in fine citati diſcurſus, ibi: *In meum votum alii concorditer devenerunt, atque deſuper capta reſolutio, approbata etiam fuit per pleniorem Congregationem Cameralem, nuper ab eodem Innocentio erectam, & conſtitutam ex omnibus aliis Cardinalibus, qui fuerant Theſaurarii, ac etiam ex tribus Cameræ Clericis, & ex ſolitis Miniſtris Cameralibus, nempè Theſaurariis, Advocato Fiſcali, & Commiſſario cauſæ, quibus ego de mandato ejuſdem Papæ adjunctus fui.*

Recentia extant exempla, & recentiùs illud proximi antecedentis appaltus arrendamenti Tabacchi Provinciarum Regni. Etenim cum notabili damno arrendamenti, & Fiſci, dū erat in fine affictus, & nulli apparebant Oblatores. Hinc inſurrexere nonnulli aientes ſe paratos offerre, quoties abbreviarentur tempora in ſolemnitatibus, & receptione oblationum, & decimæ, & ſextæ, & accederet D. Pro-regis diſpenſatio, & privilegiis appaltuum rerum Fiſci. Quia mente aperta cenſuit Regia Camera ſatis congruum hos inire contractus abſque adhibitione debitarum ſolemnitatum, & prævia conſultatione impetrata fuit deſuper D. Proregis diſpenſatio cunctis legibus, & pragmaticis obſtantibus. Subſequutis deindè appaltibus, factæ fuerunt novæ oblationes decimæ, & ſextæ. Et nullam Fiſcus fuit paſſus controverſiam in receptione majorum oblationum, & ità deſuper Regiæ Cameræ prodiit deciſio in nihilo obſtante motivo bonæ fidei priorum oblatorum, quia locationes ſequutæ fuerunt, quando non aderant concurrentes cum ingenti damno arrendamenti, & nulla fuit habita ratio diſpenſationis Principis prævia conſultatione R. Cameræ.

Accedit, quod pacta inſolita quamvis à Fiſco, & à Camera approbata non ſuſtinentur juxtà *Peregr. de jur. fiſc. lib. 6. tit. 4. n. 7.* ex *Bald.* & *Alex.*
11 ibi *Afflict. dec. 340.* & *Ganater. dec. 21.*

* Per majorem novam oblationem an præferendus ſit primus Oblator, vel reſolvatur oblatio, & fuerit liberatus, & iterum emananda banna, accendenda ſit candela ſuper nova oblatione inſpiciendum venit.

Pro opinione affirmativa arguitur. Quia cùm ſit novus contractus, novæ requiruntur ſolemnitates, & nova adimplementa, *l. item, quod dictum eſt, §. ſi quis extiterit, ff. de in diem adject. l. pacta conventa, §. Paulus notat, ff. de contrah. empt.* ibi: *Paulus notat, ſi omnibus integris manentibus de augendo, vel minuendo pretium rurſus convenit, receſſum à priore contractu, & novam emptionem interceſſiſſe videtur.*

Ad hæc nova oblatio notificanda eſt cum impartitione bidui poſt emanationem bannorum ad deliberandum, ad effectum ſe accendendi ad accenſionem candelæ, nè præcipitanter fiant appaltus.

Nonnulli volunt in ſubhaſtationibus ſuperveniente nova oblatione infrà tempus ſtatutum reſolutum fore primum contractum, & primi offerentis obligationem extinctam, *l. Valerianus, ff. de Prætor. ſtipul. l. Sabinus, & l. ſi venditor, §. ſed ſi emptor, ff. de in diem adject. Marcian. diſp. 91. n. 4. Reg. Latr. dec. 159. n. 10.*

Quod allata meliori conditione reſolvatur prima emptio, *l. quoties, ff. de in diem adject.* & venditio prima facta ità remanet, tanquam ſi non fuiſſet facta, cùm protinus à prima emptione recedatur, & ſecunda, ac nova contrahatur venditio, *l. ſi ex duabus, & l. ſi venditor, §. ſed ſi neuter, & l. cum in diem, ff. de in diem adject. Corradin. de jur. prælat. q. 64. n. 4. & 5.*

Veriùs dicitur, quod ſi ſunt plus offerentes & deinceps alii, qui obtulerunt per majorem oblationem factam ab ultimo, qui non ſit idoneus, non liberentur, *Bal. conſ. 327. lib. 2.* Quia ſi major oblatio fiat, poſſunt ſubhaſtantes nolle acceptare, & ità donec acceptetur, prior non liberatur, *Angel. conſ. 324.* latè *Maugil. de ſubhaſt. qu. 70.* Et acceptatio fit ſuſceptis fidejuſſoribus, & cautionibus pro cautela vendentis.

Inſurgit proindè quæſtio, an facta venditione cum hoc pacto, is, cui facta fuit venditio, in hoc caſu poſſit pro eodem pretio ab alio poſteriore oblato præferri, & poſteriorem emptorem rejicere, ac venditorem cogere ipſi potiùs, quàm poſteriori eandem rem pro eodem pretio vendere.

Negativa opinio fundatur in *text. in l. licèt, ff. de in diem adject.* ubi ſic *Sabinus* reſpond. *Licet autem venditori meliori allata conditione addicere poſteriori, niſi paratus ſit plus adjicere prior.* Ut igitur primus emptor poſſit poſteriorem removere, & venditorem cogere ad ſibi vendendum, poſteriorem ſuperare debet in licitatione. Evidens igitur eſt, quod ei non competit prælatio pro eodem pretio.

Suffragatur *text. in l. item, quod ſi quis extiterit,* ubi *gloſ. verſ. poteſt autem*, & *Bal.* & *Doctores, ff. de in diem adject.* ex quo habetur, quod primus emptor poteſt licitari adverſus eum, qui meliorem affert conditionem, eumque vincere meliorem offerendo conditionem, vincere igitur debet primus emptor licitando, & non prælationem petendo.

Adducitur etiam pro iſta opinione *text. in l. ſi in emptionem, ff. de minor.* ubi quod ſi minor rem emiſſet rem majorum ſuorum cum tali pacto adjectionis in diem, & venerit poſterior meliorem conditionem offerens, cùm debeat ea re privari minor, ſi ipſe quoque offerat id, quod ex licitatione acceſſit. Ergò ſpeciale eſt in minore, ut vincat poſteriorem, offerens idem pretium à novo oblatore oblatum.

Affirmativa autem deducitur ex *text. in l. neceſſe, ff. de in diem adject.* cujus verba tranſcripſi *n. 3. & D. Rodoer. d. conſ. 44. n. 3.*

Ex profeſſo hanc quæſtionem tractat *Corradin. de prælat. jur. q. 64.* & reſolvit pro negativa opinione, & ſit ſpeciale in minore, ut reſtituatur in integrum ad offerendum illud plus, quod alius obtulit, & *n. 12.* ità firmat. Ego autem opinor, quod non præferatur, ſed quod ipſi ſit nova oblatio notificanda, & admittatur ad plus offerendum, ut ultra *text. in d. l. licet*, qui eſt clariſſimus, nec celari poteſt, tenent *Jo: de Platea, Bobadill. Amaſ. Ant. Perez, Cald. & Ant. Fab. in rational. 1. to. 1. lib. 4. tit. 4. de minor. in d. l. ſi emptione*, & improbat *Cujacium.*

Imò idem *Corradin.* addit, tunc demùm admittendum peiorem, ſi tempus additionis hoc patiatur.

Attento rigore juris primum oblatorem plus ſi velit offerre admittendum, & cum nova accenſione, non autem pro eodem pretio oblato cum *Ridolphin.* & *Barboſa voto 8. n. 7. & 18.* opinatur *Corradin. q. 66. n. 13.* ubi credit eſſe veriſſimum. At in Regno Cataloniæ, & de ſtylo illorum Tribunalium contrarium practicari aiens, nè ex ſua oblatione jus quæſitum primus oblator amittat, ità *Corradin. n. 14.* & firmavit *Reg. de Marin. lib. 1. reſ. 147. num. 5.*

Reſumit controverſiam idem *Corrad. q. 65. nu. 16.* Diſtinguens. Aut fiſcus prætendit ex læſione in integrum reſtitui. Et tunc quia datur optio emptori, aut conductori, an velit juſtum pretium

ſupplere,

ſupplere, ut in omnibus aliis reſtitutionibus, quæ dantur minoribus, proindè ſi emptor ſupplat id, in quo Fiſcus eſt læſus, ultra procedendum non eſt, ut de minore eleganter notat *Abb. in c. conſtitutus num.* 10. *de in integr. reſtit. de Fiſco*, idem *de Marin. d. c.* 147. *n.* 5. *Fontanell. dec.* 520. *n.* 6. *&* 7. & judicatum refert *Urſill. ad Afflict. dec.* 340. *n.* 8.

Et licèt contra id tenuerit *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. d. §.* 5. *n.* 15. *& ſeqq.* dicens, quod hoc caſu nulla eſt venditio tamquam facta ſine ſolemnitatibus, & proindè quod nulla detur ſuppletio. Tamen nec *Bald.* nec *Ja: de Platea* ab ipſo allegati id dicunt, ſed tantùm id affirmant frauda concurrente, quæ ex maxima læſione poſſet præſumi *Conſ. Joſeph. de Roſa conſult.* 27. *num.* 42. *& ſeq.*

Aut Fiſcus vult denuò licitare, aut vendere, ex quo frauda, vel gratia contractus ſit initus. Et tunc quia contractus ille primus eſt nullus, & nulla dabitur facultas pretium ſupplendi cum *Amaya, Valenzuel. & Lazar. conſ.* 63. *nu.* 1. Idemque habet locum, ſi contractus non ſit celebratus cum debitis ſolemnitatibus, ut *de Ponte ubi ſup.*

Aut Fiſcus nec petit reſtitui, nec vult annullare contractum ex capite doli, fraudis, vel gratiæ, ſed tantùm vult novas admitti oblationes, & denuò rem licitari ex privilegio, *l. ſi tempora*, in locis ubi practicatur, & tunc opus eſt, ut novus fiat contractus, ut *Fontanell. dec.* 520. *annot.* 10. & prima emptio reſolvitur. Conſequenter datur ſolum primo oblatori facultas iterum offerendi, ità *Corrad. num.* 18.

Textus in d. l. ſi tempora, C. de fid. inſtrum. & jur. haſtæ fiſcal. lib. 10. diſponit, quod ſi Procurator Fiſci certum tempus appoſuerit, ut offerens allicerer emere exoptantes, & illo non elapſo venit quis, & obtulit, & cum Fiſco verè contraxit, adhuc veniente alio intra illud tempus, poſſit Fiſcus auferre à primo, & rem dare huic ſecundo plus offerenti. Etſi tale tempus Procurator Fiſcalis non appoſuerit, cenſeatur datum tempus viginti dierum ad offerendum ad normam ſubhaſtationum rerum Eccleſiæ. Non autem quod tempore jam elapſo poſſit Fiſcus rem à primo oblatore auferre, *de Marin. d. reſ.* 147. *Corradin. q.* 65. *n.* 3.

12 * In minoribus ſubhaſtationis ſolemnitas videtur antiquata ex adductis per *Ciarlin. controv.* 217. *num.* 48. *&* 49. *Ridolphin. in prax. p.* 1. *c.* 15. *n.* 61. *Baron. de effect. minor. ætat. effect.* 3. *n.* 171.

Prætereà ſolemnitas ſubhaſtationis proveniens ex diſpoſitione *text. in Auth. hoc jus porrectum, C. de ſacroſ. Eccleſ.* locum habet in venditione, & alienationibus bonorum Eccleſiæ. Non autem in locationibus, & conductionibus ad modicum tempus. *Card. de Luca de Regal. diſc.* 87. *n.* 16.

Cæterum neceſſitas ſubhaſtationis ſeù edictorum, aliorumque actuum publicationis, ac diligentiarum quamvis non oriatur ex diſpoſitione *d. text.* attamen oritur ex ea neceſſitate, quæ tutoribus, aliiſque legalibus adminiſtratoribus incumbit publicè, & palam, ac prævüs debitis, & conſuetis diligentiis vendendi ſeù locandi bona pupillorum, aliorumque ſub legali adminiſtratione viventium, ut ità omnis deceptionis, & fraudis ſuſpicio abſit, & nè in adminiſtratorum arbitrio repoſitum ſit hos actus clandeſtinos facere, ut *Plotus de in lit. jurand. §.* 5. *n.* 3. *&* 5. *Munnoz de ratiocin. c.* 16. *num.* 3. *Card. de Luca ubi ſup. n.* 26. Qui, bene verum, Conſuetudinem attendendam eſſe tradit, & in dubio ab hoc laudabili uſu deviari non poterit. Et ſufficiat ità aliquando fuiſſe ſervatum, ità *de Luca n.* 17.

Indubitanter in locatione vectigalium hæc ſolemnitas ſubhaſtationis omitti non poteſt, quæ facienda eſt in locatione ad triennium, ut ad literam probat *text. in l. penet, C. de vectigal. & l. licitatio, ff. eod.*

In minore quanta debeat eſſe læſio non conveniunt *Doctores*, neque in lege præfinitum etiam reſpectu Fiſci, & Eccleſiæ, tradit *Reg. Latr. nu.* 19. *& ſeqq.* ſed arbitrio Judicis relinqui, ut optimè *Covar. var. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 11. ubi inquit, quod circumſpectus Judex debet inſpicere damnum minoris, non reſpectu totius quantitatis, ſed de per ſe, & ideò in ducatis mille, quamvis læſio ducatorum quinquaginta de per ſe eſſet minimum damnum minoris, & tanto magis, quando major eſt oblatio, & eſſemus in Fiſco, eſſet admittenda, ſi Regia Curia indiget maxima pecuniarum quantitate, quæ conſideranda eſt reſpectu temporis, & punctualis eſt *dec. Melchior. Pheb. in dec.* 35. qui pro hac opinione refert fuiſſe judicatum in illo Senatu. Et licèt ipſe *n.* 6. dubitat de opinione, ſi ex ſola majori oblatione in venditione rei minoris venditio reſcindatur. Attamen in fine deciſionis fatetur, quod opinio, quæ ex ſola majori oblatione majoris pretii reſcindatur venditio, eſt quæ magis obſervatur in foro, & apud Senatum, & ab ea non eſſe recedendum.

Subdit idem *Reg. Latro n.* 23. ibi: *Verùm ex alio pretendit Reg. Fiſcus majorem oblationem eſſe admittendam; Nam ultra privilegium addictionis ſibi à jure conceſſum, habet etiam beneficium reſtitutionis in integrum, quod nullo circumſcribitur tempore, cùm Fiſcus jure minoris utatur, & ubi minor etiam ad lucrum reſtituatur, l. ait Prætor, §. fin. ff. de minor. Sforz. Odd. de reſtit in integr. p.* 1. *q.* 8. *art.* 8. *n.* 52. *Et hoc probat text. in l. & ſi ſicut, §. quæſitum, ff. de minor.*

Quod maximè procedere in integra ex *l. quod ſi minor, §. quod Scævola, ff. de minor.* tradit *Odd. ubi ſup. nu.* 63. *Reg. Latro ubi ſup. num.* 23. Qui etiam poſt traditam poſſeſſionem præcedentibus legitimis ſubhaſtationibus in appaltu gabellarum Univerſitatis S. Severini. Et *D. Rodoer. an.* 61. allegat hunc locum & *Conſ. Staib. reſ. an. à n.* 14.

Imò reſtitutionem hanc competere inquiunt, etiamſi minor modicam, vel minimam læſionem paſſus fuerit, ſicut recenſentur quamplures apud *Staiban. nu.* 27. Et ſucceſſivè inferunt quamcumque minimam oblationem in modico priorem excedentem admitti debere favore minoris. Quia id tantùm inſpicitur ad reſtitutionem obtinendam, an minor ex reſtitutione lucrum ſentiat, ſicut in puncto ſancitum videmus in *l. etſi ſine, §. quæſitum, ff. de minor.* ibi: *Si res ejus venierit, & exiſtat, qui plus licitet, an in integrum propter lucrum reſtituendus ſit, & quotidiè Prætores eos reſtituunt, ut rurſus admittatur licitatio, & Ulpian. in l. ait Prætor, §. fin. ff. de minor.* inquit: *Hodiè certo jure utimur, ut & in lucro minoribus ſuccurratur.*

Modificant plures procedere ſi res vendita ſit minoris juſto pretio. Aliter uti animoſa oblatio non ſit admittenda, ità *Alber. in l.* 2. *C. ſi in cauſ. judic. & in l. etſi ſine, §. quæſitum, ff. de minor. Maſtrill dec.* 84. *n.* 6. & ad interpretationem, *§. quæſitum*, teneat *Praſ. Urſin. in alleg.* impreſſa per *Reg. de Marin reſol* 147. *nu.* 24. *lib.* 14. meliùs idem *de Marin. reſol.* 46. *num.* 8. *&* 9. *D. Arias de Meſa var. lib.* 2. *c.* 20. *Velaſc. conſult.* 109. *Amat. reſol.* 38. *lib.* 1. *n.* 19.

Intelligentia *d. text. in §. quæſitum*, ut eatenùs minor reſtituatur in integrum, quatenùs nova oblatio ſit intra latitudinem juſti pretii, & infra juſti valorem, non videtur vera. Quia in d. caſu minor reſtituitur ad damnum, & ad lucrum, tunc reſtituatur, quando ultra juſtum pretium aliquid

obtineret, ut videtur probari ex *l. in ratione*, *§. vendere*, *ff. ad falcid.* cujus diſpoſioonem ponderat *Alex. conſ. 135. n. 5. vol. 3.*

Verùm hac dubitandi ratione non obſtante iterùm *Alberici*, aliorumque opinioni adhæret *Rodaer.* & proximæ adductæ objectioni reſpondet hoc pacto, ut lucrum dupliciter conſiderari poſſit propriè, & impropriè. Propriè quis dicitur lucrum capere, quando extra patrimonii ſui cauſam, & aliundè de novo acquirit, ut putà donatione, legato, aut fideicommiſſo, *l. fin. §. licentiam, C. de hared. act.* Impropriè verò lucrum captare dicitur ille, qui cùm aliquid ex ſuo patrimonio amiſiſſet, vel aliter diſtraxiſſet, poſteà recuperat. Nam licèt videatur principaliter tractare de damno vitando, tamen ex quodam conſequenti ſentit lucrum, quaſi noviter videatur acquirere id, quod amiſerat, ut appoſitiſſimè comprobatur Evangelicis exemplis *Luca 15.* Sic itaque ſi minoris res valoris duc. 50. fuerit ſolemniter vendita pro ducatis 40. Et alius noviter offerens alia decem ſuperaddat, hæc nova oblatio, quamvis intra limites juſti pretii ſit, lucrum tamen offert minori, quia cum illa decem, quæ per ſolemnem venditionem perdiderat, ad iſtud lucrum obtinendum remedium reſtitutionis obtinet *d. §. quaſitum.*

Fortiter quoque obſtat, ut ſi altera oblatio eſſet ultra juſtum rei pretium, quod habet latitudinem ſuam, & gradus ſuos, priorem oblationem in modico excederet, non eſſet equidem recipienda, ut docet *Afflict. deciſ. 340.* & ibi *Urſill. n. 8. l. ſcio, ff. de reſtit. in integr. l. ſi alcuns, §. fin. ff. de dol. mal.*

Circumfertur in propria ſpecie novarum oblationum, quando ſint recipiendæ, *Afflict. dec. 340.* ubi pro Tribunali ſedente toto Sacro Conſilio, & Regia Camera teſtatur fuiſſe denegatam reſtitutionem Fiſco, qui cùm ſolemniter arrendaverat introitus Salis hujus Regni, non obſtante, quod Fiſci Procurator allegaſſet, ſe reperire meliorem oblationem & *Afflictam* laudat *Praſ. Urſin.* in allegatione penes *Reg. de Marin. ubi ſup.*

Inſurgit adverſus *Afflictam Reg. Latr. numer. 12.* ubi quod Fiſcus reſtituatur adverſus lucrum, proſequens ibi: *Ad quam hujus Regni obſervantiam contra ea, qua dixit Afflict. dec. 340. adduco ex noſtris Pragmaticis magnum practicum Muſcatell. lib. 2. p. 3. in gla. vendantur n. 57. ubi ait, quod communiter hodiè videmus practicari contrarium ejus, quod dixit Afflict. in d. deciſ. nam etiam venditare legitimè ſub haſta ex perfecta contractu, ſi poſt aliquos dies alius comparaerit, afferens meliorem conditionem facere, admittitur nova licitatio in rebus minoris, Fiſci, vel Eccleſia, ac providetur, quod iterum accendatur candela, ut moris eſt, & hoc etiam fuiſſe judicatum in Gallia refert Guid. Pap. dec. 340.*

Et propterea de hac Afflicti deciſione ſatis miratus fuit Joannes Parlador. rer. quotidian. lib. 2. cap. fin. 5. p. §. 13. numer. 14. qui dicit, quod ſatis aperta ſunt jura in l. ſi tempora, C. de fid. inſtr. & l. 1. & 2. de vendit. rer. Civit. lib. 10. & is miratur, quid Neapolitanum moverit Conſilium ad contrarium reſpondendum in d. dec. Afflicti 340.

12 Conſiderans *Muſcatell.* ad ſalvandam *Afflicti deciſionem*, quod in illo caſu non adfuit major oblatio, ſed Fiſci procurator allegavit Regium Fiſcum fuiſſe læſum, & quod reperit alium, qui meliorem oblationem facere volebat, ſed revera nulla oblatio intervenit, nam ſi alia melior oblatio fuiſſet facta, aliter Sacrum Conſilium reſpondiſſet.

Cui reſponſioni non adhæret *Reg. Latr. nu. 15.* ſed potiùs dicendum erit in caſu *Afflict.* rem non fuiſſe integram juxtà *de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de Regal. impoſit. §. 5. num. 62. in fine*, qui loquitur in caſu, quo res non erat integra, quia erant jam expeditæ proviſiones pro conſignatione poſſeſſionis, & fuit admiſſa oblatio ultra ſextam.

Communiter rejectam *deciſ. Afflicti*, probat *D. Rodoer. n. 27.* relatis *Reg. Latr. Reg. de Ponte Stab. reſ. 20. num. 25. & ſeqq. Parladar.* & aliis. Et poſſe practicari illam, ſi bona Fiſci eſſent ſolemniter diſtracta, aut locata, & juſto pretio, & Fiſcus modicum lucrum obtineret ex nova oblatione.

Labyrinthea videtur res propoſita in appaltibus arrendamentorum, & diſtractionibus bonorum Fiſci, minoris, Eccleſiarum, & Univerſitatum, & ſimilium privilegiatarum perſonarum, quamdiù ſint recipiendæ novæ majores oblationes.

Diſtinguendi etenim erunt plures caſus. Aut conſtaret de aliqua ſuſpicione doli, vel colluſione, vel gratificatione, ac mala fide, & tunc locus eſſet nullitati actus, & acceptationi novæ oblationis, *Card. de Luca de Regal. diſcurſ. 201. n. 2.*

Aut ſubhaſtationum, vel edictorum, aliorumque actuum publicationis, ac diligentiarum nihil præceſſit, & ſimiliter erit actus nullus ex neceſſitate, quæ tutoribus, aliiſque adminiſtratoribus incumbit publicè, & palam & præviis debitis, & conſuetis diligentiis diſtrahendi, ſeù locandi bona pupillorum, aliorumque ſub legali adminiſtratione viventium, ita ut omnis ſuſpicio fraudis abſit. & ne in adminiſtratorum arbitrio ſit repoſitum actus clandeſtinos facere, *Munnoz ubi ſupr.* Bene verum intelligendum ſit adhibendas diligentias juxtà uſum, ut ad eas ſolemnitates, ac diligentias teneantur adminiſtratores, quas conſuetum eſt adhiberi, ità *Card. de Luca diſcur. 81. numer. 17.* Solemnitas autem ſubhaſtationum præſertim edictorum pro accenſione candelæ certis die, & hora, & loco facienda cum ſubſequuta ſubhaſtatione, ſeù alio acto de conſuetudine æquipollenti, qui loco ſubhaſtationis ratione conſuetudinis reputari ſolet ſufficiens, ut *Card. de Luca n. 4.*

Aut ſumus re integra, quia non ſit inceptus appaltus, & tunc lnitet remedium addictionis in diem. Vel ſit res non integra, & intret remedium læſionis, *Card. de Luca diſc. 201. nu. 4. & diſc 81. n. 2. & 24.*

Famigerata eſt cauſa appaltus tabacci, quæ nunc agitatur in Collaterali Conſilio adjuncta Regia Camera, ubi acerrimè aſſumpta eſt materia, cùm agatur de arrendamento pro quo oblata fuit ſumma excedens duc. ducentum mille, & introitus Regales maximum receperint augmentum ſub glorioſiſſimo D. Pro-rege Excellentiſſimo Duce Mediæ Cœli, ubi ediſſerunt ex primis primi Advocati phœnices Juris conſultorum nedùm Neapolis, verùm etiam Italiæ Patrono præſertim Regalis Patrimonii *D. Seraphino Biſcardo*, & cauſa cùm ſit in limine determinationis, alibi dicam deciſionem.

Ad favorem primorum Appaltorum magnæ conſiderationis apud me ſunt fides haſtæ publicæ. Regia diſpenſatio, potiſſimè quia præceſſit conſultatio Regiæ Cameræ. Præterea ob proviſiones tabacci, quas cum notabiliſſimo ſumptu, incommodo, & periculo fecerunt appaltatores, qui ſic damnificari remanerent. Ad hæc agitur de emptione ſpei, aleæ, & jactus retis, cùm non agatur de arrendamento frumenti, olei, & vini, & poterit ſperni, & dimitti, prout à multis dimittitur.

ARGU

ARGUMENTUM.

Agitur de nullitatibus propoſitis adverſus plures ſententias Sacri Conſilii ex capite notoriæ injuſtitiæ, infra quod tempus proponi poſſint, & inſtantia duret, & an & quando competat adverſus non proſequutionem ipſarum in integrum reſtitutio, & qualis debeat eſſe notoria injuſtitia. Quando dicatur, aliquem incidiſſe in crimine rebellionis, vel perduellionis & an ſi inquiſitus fuerit per ſententiam ad mitiorem pœnam condemnatus, poſſit dici rebellis, & quando quis dici poſſit noto ius rebellis, & an requiratur ſententia declaratoria, & multa de pœna perpetui carceris, & an ex minoratione pœnæ ordinariæ delicti dicatur quis non commiſiſſe delictum, & an ſi quis per delictum fuerit inhabilis effectus, per commutationem pœnæ habilitetur ad ſuccedendum.

SUMMARIUM.

1 *Sacri Conſilii Neapolit. authoritas tanta eſt apud exteros, ut terruerit* Decium.
Ejus ſententia vim legis obtinet, num. 2. & quare, num 3
4 *Sacri Conſilii judicium, cùm pluries judicavit ſuper eodem articulo, ſequi oportet in futurum in cauſis ſimilibus.*
5 *Nullitas in judicio deducta inſtantiam habet, ſicut omnes aliæ actiones.*
6 *Inſtantia perimitur triennio, quod quomodo procedat in judicio nullitatum, ſi nullitas ſit deducta cum appellatione, explicatur nu. 7. & 8. & n. 9. & numer. 10. ubi traditur forma. qua ſit pronunciandum appellatione deſerta, ſi perempta ſit inſtantia.*
11 *Nullitas infra quod tempus proponi debeat, & proſequi, & n. 15.*
12 *Nullitas ſententiæ ſi evidens eſt, & notoria, quamvis proponi poſſit intra triginta annos, & perpetuò, ex ratione, ut num. 13. tamen habet in ſtantiam triennalem, poſtquam eſt in eſſe deducta, numero 14.*
13 *Sententia nulla nunquam tranſit in rem judicatam.*
16 *Præſcriptio minori non currit.*
17 *Fallit in judicialibus.*
18 *Præſcriptio quando cœpit currere contra patrem, currit contra filium minorem, dummodo minor non ſit pupillus.*
19 *Fatalia currunt minori, licet ei ſuccurratur per reſtitutionem in integrum, etiam data ignorantia, num. 20.*
21 *Ignoranti regulariter currit tempus.*
22 *Reſtitutio in integrum an, & quando detur ex capite ignorantiæ, & quæ ignorantia eſſe debeat, num. 23.*
24 *Reſtitutio denegari debet, quando adeſt præſumptio ſcientiæ.*
25 *Scientia quibus in caſibus præſumatur.*
26 *Minor ex capite ignorantiæ non reſtituitur, ſi tractetur de lucro captando, & quare, n. 27.*
27 *Minor poteſt non acquirere.*
28 *Minor etiam ignorans non reſtituitur, quando eſt actor, non poſſidens, & fuit negligens.*
29 *Minor non reſtituitur ex capite ignorantiæ elapſo quadriennio, poſt majorem ætatem, intra quem terminum peti debet reſtitutio.*
30 *Quadriennium conceſſum ad petendam reſtitutionem ex capite ignorantiæ incipit contra minorem elapſo anno 18. etiam ſi tunc præſcriptio completa non eſſet, & quare, n. 31.*
31 *Dominia rerum non debent eſſe in incerto.*
32 *Hæres repræſentat perſonam defuncti, & cum illo eadem perſona reputatur.*
33 *Sententia pro validitate, & exequutione lex diſponit, ut de nullitate minimè dici poſſit, niſi ex defectu juriſdictionis, n. 34. & quid quando una, vel alia ſententia habent vim trium ſententiarum, n. 35.*
36 *Duo decreta conformia ad relationem Magnæ Curiæ executioni demandata fuerunt tempore* Afflicti, *non obſtante quod appareret de eorum notoria injuſtitia & iniquitate.*
37 *Nullitati æquipollet iniquitas notoria.*
38 *Nullitates ex injuſtitia ſententiæ admitti debent, maxime ſi non proponantur ad impediendam exequutionem.*
39 *Nullitates ex notoria injuſtitia ſi proponantur, notorietas conſtare debet ex actis, & qualis debeat eſſe, n. 40. & n. 43. & n. 66. maxime ſi nullitas proponatur per viam petitionis, n. 52. vel ſi tractetur de revocandis ſententiis Rotalibus executioni demandatis, & diu obſervatis, nu 63.*
41 *Sententia non dicitur nulla, ſed juſta, quando adeſt conflictus opinionum, quamvis lata ſit contra communem, n. 62.*
42 *Injuſtitia ſententiæ notoria, patens ex actis, quamvis aſſimiletur nullitati, non tamen facit ſententiam nullam.*
44 *Probabile juris dubii æquiparatur dubio facti.*
45 *Notorium dici non poteſt, ubi cadit juſtus error, ſeu dubitatio.*
46 *Notorium quid dicatur, & quid manifeſtum, numero 47.*
48 *Notorium in plus ſe habet, quam manifeſtum.*
49 *Notorium eſt illud, quod aliqua tergiverſatione celari non poteſt.*
50 *Notoria res dici non poteſt, ſi in re ſint conſilia, & allegationes graviſſimorum Doctorum.*
51 *Doctoris dictum facit rem dubiam.*
53 *Nullitates ex capite injuſtitiæ rejiciuntur ex Regia Pragmatica, quæ non ſit contra expreſſum caſum legis, vel inſtrumentum publicum, nec ſufficit, quod ſit prolata contra jus litigatoris, n. 57.*
54 *Sententia lata contra legem expreſſam de jure communi eſt nulla ipſo jure.*
55 *Idem ſi ſit contra ſtatutum loci.*
56 *Vel Principis conſtitutionem.*
57 *Sententia non dicitur nulla, quia ſit prolata contra jus litigatoris & quomodò tunc reſcindatur, n. 58.*
59 *Sententia quando dicatur lata contra jus litigatoris.*
60 *Sententia non dicitur nulla ſi ſit lata contra notorium facti.*
61 *Sententia valet, quamvis lata ſit ſuper inſtrumento non producto.*
64 *Silentium perpetuum imponitur poſt duas ſententias S. C. conformes, quod non poteſt revocari per Principem, n. 67.*
65 *Nullitates de injuſtitia quare non admittantur ex Pragmatica.*
68 *Sententia dicitur nulla, quando in ea falſa cauſa eſt expreſſa, non autem quando à parte aliquid allegatur ſuper quibus potuit ſententia fundari.*
69 *Quid quando ſententia fertur per relationem ad acta quæ nulla ſunt, vel in quibus eſt error expreſſus, & n. 70.*
71 *Sententia non habet errorem juris expreſſum, quòd*

Judex dicat in ea, abſolvo reum, quia reperi eum ſolviſſe, *& de ſolutione non appareat.*

72 *Expreſſio, quæ ſit per relationem ad acta, non dicitur propria, & formalis.*

73 *Sententia ut ſit nulla debet patenter exprimi error, nec ſufficit ſi exprimatur per relationem ad acta, num. 74.*

75 *Sententia proferri debet à Judice ſecundum allegata, & probata, non ſecundum conſcientiam niſi Judex ſit Magiſtratus Regius, & aliis, ut n. 76. & 85.*

77 *Conſiliarii S. C. Neapolitani ſunt Judices ſuperiores, & poſſunt judicare ſecundum conſcientiam, aliter faciendo peccant, n. 78.*

79 *Sacrum Regium Conſilium Neapolitanum vices Præfecti Prætorio obtinet, & judicat ſecundum conſcientiam.*

80 *Judices ſuperiores debent attendere principaliter ad veritatem potiùs, quam ad ſubtilitatem. & poſſunt moveri ad judicandum ex confeſſione facta coram ipſis, nu. 81.*

82 *Conſiliarii Curiæ Parlamenti quomodo judicent.*

83 *Sententia Principis valet, etiam quod non ſit conformis libello, vel ſecundum ea, quæ conſtant in actis, nu. 84.*

86 *Perduellionis crimen committitur per conſpirationem adverſus perſonam, vel ſtatum Principis.*

87 *Conjuratio in quo differat à conſpiratione.*

88 *Conſpiratio eſt multorum conventio ad ſtatus, vel dignitatis alterius ſubverſionem.*

89 *Tractans cum exulibus, & contumacibus, ut tempore adventus hoſtium Suæ Majeſtatis adverſus eam ſumat arma, committit crimen læſæ Majeſtatis in primo capite.*

90 *Confœderationes plurium in præjudicium Principis à jure prohibentur.*

91 *Cœtus dicuntur conjurationes, & conſpirationes.*

92 *Principis contra ſtatum facere dicitur qui vult dirigere ſtatum ad aliud Regimen, vel alium Principem.*

93 *Perduellionis crimen committit qui ab ejus Principis naturalis obedientia ſe ſubtraxit, illique ſe hoſtem paravit, taliſque verè dicitur perduellis, n. 94. & ut talem poſſe condemnari pœna ultimi ſupplicii, in qua venit confiſcatio bonorum numer. 95.*

96 *Crimen læſæ Majeſtatis committit is, cujus opera factum eſt, ut fideles Regis à fidelitate devient qui cùm audiviſſet tractatus factos contra Principem, ejus Regnum, & Statum, aut propriam Patriam. eis non revelavit, num. 97. & 99. ubi æquiparantur tractatus contra Principem, & contra Patriam.*

98 *Sciens ſolum tractatum contra propriam patriam, ſi non revelet, punitur, & n. 101.*

100 *Patriæ primò naſcimur poſt Deum, deinde Parentibus.*

101 *Patria præfertur quando tractatur de juvando Dominum contra Patriam, vel de relinquenda Patriam pro Domino.*

102 *Sciens tractatum contra propriam Civitatem, & non revelans, incidit in crimen læſæ Majeſtatis, & nu. 110. & eadem pœna punitur, ac ſi contra Patriam faceret, num. 103. quid ſi habitet tantum in Civitate, & conjurantes ſint ſcientis fratres, n. 109.*

104 *Conſcius criminis læſæ Majeſtatis punitur ut particeps, ſi non revelat.*

105 *Quid ſi ſciens tale delictum non poſſit probare id, quod revelat, & numer. 197. & quid in Regno, numer. 108.*

106 *Bartholomæus Ferrarius Mediolanenſis fuit in fruſta diviſus, quod ſciens conjurationem contra Patriam non revelaſſet, etiam non ſequuto effectu.*

108 *Revelans tractatus contra Principem in Regno quomodo nunciet.*

111 *Princeps Salerni quando ſe contulerit ad Regni invaſionem, quibus cum Claſſibus, & armis, & quare invaſio non evenerit.*

112 *Affectus in crimine læſæ Majeſtatis punitur, etiam quod non ſit ſequutus effectus, & num. 119. & ſeqq.*

113 *Accuſatus de falſa moneta mitiori pœna punitur, ſi illam inchoatam non perfecit.*

114 *Crimen læſæ Majeſtatis incurritur ex ſolo conſilio, & tractatu occidendi Poteſtatem.*

115 *Crimen læſæ Majeſtatis committitur, ut habeat locum pœna, ſolo conſilio, ordinatione & deliberatione, abſque alia exequutione.*

116 *Conatus licet per generalem conſuetudinem Mundi non puniatur, eo modo prout punitur quando factum eſt conſummatum, id tamen non procedit in crimine læſæ Majeſtatis, & Patriæ oppugnatione, & quare, num. 117. & in aliis caſibus numero 118.*

119 *Antonius N. ob ſolam tranſmiſſionem literarum ad Principem Salerni fuit condemnatus ut rebellis, quamvis literæ ad Principis manus non perveniſſent.*

120 *Proditionis faciendæ tractatus ultimo ſupplicio punitur, & n. 136.*

121 *Crimen læſæ Majeſtatis, & felonia probatur per confeſſionem.*

122 *Læſæ Majeſtatis in delicto proceditur per præſumptiones & conjecturas.*

123 *In eo procedi an poſſit ad torturam, etiam abſque indiciis, eaque leviora an ſufficiant, n. 124.*

125 *Ad hoſtes qui diverſit, probare debet, quòd non malo animo iverit, cauſamque antequam probet, dicet in carceribus, n. 127.*

126 *Animus nocendi præſumitur in delictis.*

128 *Principi ſuſpectus ſi ad hoſtes ſe transferat, & ab iis capiatur, oritur ſuſpicio contra eum quod dolosè fecerit, & carceratio præſumitur ſimulata.*

129 *Rebellis ut quis reputari poſſit quæ requirantur.*

130 *Confœderatio cum inimico Domini præſumitur in ipſius Domini perniciem.*

131 *Idem ſi inimicus quis non ſit, ſed dubitetur ex evidentibus conjecturis, & tractatibus.*

132 *Suſpicio ſola facit caſum in crimine læſæ Majeſtatis.*

133 *Indicia ſufficientia ad torturam quæ dicantur, relinquitur arbitrio Judicis.*

134 *Teſtes etiam aliàs non admittendi recipiuntur in crimine læſæ Majeſtatis.*

135. *Pœna* l. fin. ff. ad l. Jul. Majeſtat. & l. quiſquis, C. eod. tit. *ex quibus incurratur.*

136 *Criminis læſæ Majeſtatis triginta unum ſpecialia enumerantur.*

138 *Pœnitentia licèt admittatur re integra in aliis criminibus, non tamen admittitur in crimine læſæ Majeſtatis, ſed ſtatim pœna incurritur, & quarè.*

139 *Pœna quando ipſo jure imponitur, pœnitentia non excuſat.*

140 *Pœnæ criminis læſæ Majeſtatis enumerantur.*

141 *Committens crimen læſæ Majeſtatis non ſolum amittit jura Civitatis, & ſpecialia Regni, ſed etiam beneficium juris communis, quo in Civitate eadem & Regno uti non poteſt, eſtque inhabilis ad ſuccedendum tam ex teſtamento, quam ab inteſtato, abſque ullo Judicis miniſterio, nu. 142. & numero 144.*

143 *Læſæ Majeſtatis in crimine factum, & non ſententia attenditur.*

145 Text. in l. palam, §. quæ in adulterio, ff. de ritu

ritu nupt. *licèt loquatur in crimine adulterii, habet tamen locum in omnibus delictis, in quibus lex ipſo jure, ipſoque facto pœnam imponit, & procedit in crimine feloniæ, n. 146.*

147 *An procedat in crimine læſæ Majeſtatis, & procedit nedum in deprehenſo in crimine adulterii, ſed etiam in convicto, & à fortiori procedit in confeſſo, n. 150.*

149 Gloſſæ *recenſentis primam, & ſecundam opinionem prima cenſetur vera opinio, & non ſecunda.*

151 Probatio *nulla major, quam proprii oris confeſſio.*

152 *Confeſſioni quis contradicere non poteſt, etiam in criminalibus.*

153 *Confeſſio ubi adeſt, ibi relaxatio omnium probationum, & majorem probationem facit quolibet publico inſtrumento, & quibuſcunque teſtium depoſitionibus, n. 154.*

155 *Per confeſſionem delictum fit notorium ſicuti per deprehenſionem.*

156 *Infamis quis efficitur per ſolam confeſſionem criminis, quod quibus in caſibus procedat, nu. 158. & à quo tempore, n. 159.*

157 Probationum *nullum genus infamat, niſi probatio, quæ fit per confeſſionem.*

160 *Confeſſio ut ſufficiat ad condemnandum quæ requiſita habere debeat.*

161 *Confeſſo in crimine læſæ Majeſtatis obſtat exceptio inhabilitatis ad ſuccedendum, & ſi per ſententiam fuerit abſolutus, reſpectu tamen ſucceſſoris immediatè, & quæ nu. 164. non verò Fiſci, quia hujus reſpectu requiritur ſententia declaratoria, numero 163. & quia reſpectu tam bonorum acquiſitorum, quàm in ſpe acquirendorum, nu. 170. & vide n. 178.*

162 *Lex factum attendit, non ſententiam, & numero 177.*

165 *Sententia declaratoria non requiritur quoties pœna trahit ſecum exequutionem, & nullam facti exequutionem deſiderat.*

166 *Excommunicatio, & ſimilia an requirant declaratoriam.*

167 *Sententia declaratoria non requiritur in rebellione notoria, ſecus cùm notoria non eſt, & n. 168.*

169 *Teſtamentum factum poſt patratum crimen læſæ Majeſtatis nullum redditur ſequuta ſententia.*

171 Rege de Ponte *ſcripſit in hac eadem cauſa uti Advocatus.*

172 *Factum & non ſententia attenditur in crimine læſæ Majeſtatis, & n. 174.*

173 *Rebellis ut quis dicatur non requiritur ſententia.*

175 *Pœna mortis quando imponitur, inſpicitur pœna, & non cauſa, ſecus cùm minor pœna irrogatur.*

176 *Læſæ Majeſtatis reus non ſuccedit, ſed venientes ab inteſtato, aut vocati per fideicommiſſum, & quando poſſit declarari inhabilis ad ſuccedendum, quamvis fuerit abſolutus, n. 178.*

179 Tituli *ad primordium poſterior formatur eventus.*

180 *Criminis ex titulo reſultat delicti perfectio, & quare, n. 181.*

182 *Pœna delicti læſæ Majeſtatis variis ex cauſis poteſt minorari.*

183 *Nicolaus Orgemuntius ob delictum læſæ Majeſtatis, ut aſſiſteret in loco ſupplicii, tempore, quo ejus ſocii trucidabantur, & deinde in carcerem vita ejus durante cum pane, & aqua fuit condemnatus.*

184 *Rebelles declaratos, & pœnam publicationis paſſos, ad pœnam exilii, relegationis, perpetui carceris, & mitiorem fuiſſe condemnatos refertur.*

185 *Pœna extraordinaria à relegatione infra quando irrogetur pro crimine, quod tangit rebellionem, & quomodo committantur tangentia rebellionem, numer. 186.*

187 *Pœna perpetui carceris morti æquiparatur, ſuccedit loco pœnæ mortis, eſtque morti proxima num. 188.*

189 *Pœna major eſt manere in carcere, quam laborare in agro, & quolibet opere publico, æquiparatur pœna damnationis in metallum, n. 191.*

190 *Pœna mortis levior eſt, quam perpetui carceris.*

192 *Pœna condemnationis in metallum Civitas amittitur, & libertas.*

193 *Damnati in metallum ſunt omnino incapaces, eiſque relicta pro non ſcriptis habentur.*

194 *Condemnatus ad perpetuos carceres eſt inteſtabilis activè, & paſſivè, & n. 243.*

195 *Servus pœnæ hodie licet hinc natus non efficiatur, & ſucceſſivè non amittat libertatem, amittit tamen Civitatem, & ea, quæ ſunt juris civilis, & ſic efficitur inteſtabilis activè, & paſſivè.*

196 *Deportati minor eſt pœna, quam damnati in metallum, quia tamen amittit ea, quæ ſunt juris civilis, non habet teſtamenti factionem, nec eſt capax ſucceſſionis, n. 198. eſt capax alimentorum, n. 244.*

197 *Damnatus in metallum non amittit libertatem, nec efficitur ſervus pœnæ.*

199 *Civitatem amittens abſque alia publicatione amittit bona.*

200 *Pœna perpetui carceris improbata eſt de jure civili, & num. 205. irrogata tamen tenet, & de jure canonico, & Regni cognita eſt, & approbata, atque miſſa, & numer. 201. & numero 206. & in Regno Caſtellæ, in Civitate Venetiarum, & Florentiæ, n. 207.*

201 Text. in l. incredibile, Cod. de pœn. *eſt correctus* per Conſtit. Regni Hi. qui per inquiſitionem.

203 *Condemnatus ad perpetuos carceres ſtatim efficitur inteſtabilis activè, & paſſivè; non eſt capax ſucceſſionis, eique relicta pro non ſcriptis habentur, & quid de jure civili, n. 205.*

208 Text. in l. & ſi ſeverior, Cod. ex quibus cauſ. infam. irrogetur *explicatur.*

209 *Judex an, & quando minorando pœnam videatur ſuper infamia diſpenſaſſe.*

210 *Judex poſt irrogatam infamiam per ſententiam ab eo latam non poteſt cum ea amplius diſpenſare, nec infamiam remittere, vel limitare in ſua ſententia, quæ ipſo facto eſt irrogata, n. 211.*

212 *Sententia lata à lege operatur quantum ſententia lata ab homine.*

213 *Uxor inquiſita de propinatione veneni in perſonam viri excluditur à ſucceſſione filii.*

214 *Pœnæ ſi in aliquo delicto plures impoſitæ ſunt, & Judex in uno capite alicui pœnam minuat, an, & quando remaneant alia intacta.*

215 *Sententia limitata limitatum producit effectum.*

216 *Pœna in conſequentiam quando venit tacitè ademptio bonorum, ſi Judex pronunciavit cum publicatione bonorum, talis declaratio nihil operatur.*

217 *Committentes crimen læſæ Majeſtatis qui excipiat puniunt deportatione, & publicatione bonorum.*

218 *Mulier, quæ condemnatur ut rea criminis læſæ Majeſtatis an, & quando amittat bona, & dotem, ſalvis juribus, ſi quæ competunt marito ratione lucri dotis, quamvis non ſit condemnata pœna ordinaria.*

219 *Pœnæ confiſcationis bonorum ſublatæ ſunt in omnibus caſibus, in quibus veniebant in conſequentiam, non reſpectu criminis læſæ Majeſtatis divinæ, vel humanæ.*

220 *Carceratus ſi veniat condemnandus ad perpetuos carceres, quibus verbis formari debeat ſententia.*

221 *Sententiæ verba cum clara ſunt, interpretationem non admittunt.*

222 *Condemnatus ad perpetuos carceres, ſi tempore delata ſucceſſionis pœna ſit commutata in relegationem, an ſuccedat, & n. 224. & 231.*

223 *Relegati ſunt habiles ad ſuccedendum.*

225 *Verba rei ſubſtantiam non immutant.*

226 *Relegatio ad beneplacitum eſt in perpetuum.*

227 *Relegatus perpetuò habetur pro deportato, amittit ea, qua ſunt juris civilis, & per conſequens eſt inhabilis ad ſuccedendum, n. 228. & 229.*

230 *Deportatus perpetuo in inſulam non habet teſtamenti factionem, nec active, neo paſſive.*

232 *Princeps ubi indulget pœnam, non remittit infamiam, & inhabilitatem.*

233 *Pœna corporalis per indulgentiam an comprehendantur bona, de quibus expreſſum non eſt, & n. 237. & an incapacitas, & inhabilitas ad ſuccedendum, num. 234.*

235 Revocatus ab exilio *Principis indulgentia neque ad famam, neque ad bona reſtituitur, niſi expreſſè dicatur.*

236 *Infamiam ex delicto reſultantem non tollit indulgentia.*

237 *Reſtitutio mera criminis comprehendit bona.*

238 *Princeps regulariter non poteſt reſtituere ad famam, & habilitatem ad ſuccedendum, nec tollere jus alteri quaſitum ex ſententia, & re judicata, non poteſt impedire exequutionem ſententia ſupremi Magiſtratus, n. 293.*

240 *Uxor an, & quando teneatur praſtare alimenta viro rebelli, & quid de fructibus dotis, attento jure communi, num. 241. & quid de jure* Conſtit. Regni, *n. 242. ubi quid cum rebellis forjudicatus eſt, & bannitus, & quid cùm detinetur in carceribus.*

243 *Condemnatus ad perpetuos carceres eſt capax alimentorum.*

245 *Mulier an poſſit fidejubere, etiam pro excarcerando filio, vel viro, & quid cum diſpenſatione Collateralis Conſilii, vel cum juramento, numer. 247.*

246 *Vidua poteſt ſe obligare ad debita viri pro exoneratione ejus conſcientia.*

248 *Diſpenſationes Collateralis Conſilii an dici poſſint ſententia, quomodò fiant, & ſubſcribantur.*

249 *Sententia ultima non reddit pracedentes nullas, ſed ipſam pracedentes, maxime cùm de ipſis eſt oppoſitum.*

250 *Criminis laſa Majeſtatis cognitio cui competat in Regno, & an & quomodo Sacrum Conſilium poſſit de rebellium inhabilitate ad ſuccedendum cognoſcere.*

252 *Judex criminalis non poteſt cognoſcere de cauſa civili, quando tamen poſſit, n. 253. prout è contra Judex civilis de cauſa criminali, n. 254.*

255 *Judicis incompetentia exceptio quando opponi debeat, ut proceſſus ſit invalidus.*

256 *Judicis laici proceſſus in cauſa ſpirituali ut ſit invalidus, vel impediatur, excipi debet.*

257 *Proregis ſententia in Collaterali Conſilio ſupplet omnem juriſdictionis defectum.*

258 *Juriſdictio omnis, & publica poteſtas penes Principem reſidet, à quo fluit, & refluit tanquam flumina ad mare.*

259 *Princeps dicitur fons juriſdictionum.*

260 *Verbum,* fidelis, *appoſitum in gratia alicui facta nihil operatur, eſtque ſolitum apponi de ſtilo Cancellaria, nec mutat facti veritatem in prajudicium tertii.*

261 *Gratia dicitur nulla: & ſubreptitia, quando Principi non eſt expreſſum id, propter quod gratiam non conceſſiſſet, vel ſaltem durius conceſſiſſet.*

262 *Succeſſionis delata tempus eſt attendendum circa habilitatem, vel inhabilitatem ſuccedere pratendentis.*

263 *Sententias jam latas annullare non poteſt ſcriptura poſtmodum praſentata.*

264 *Sententia ex novis inſtrumentis non debet retractari.*

265 *Inhabilis ad ſuccedendum quis non fit per inquiſitionem, ſed per confeſſionem, & condemnationem.*

266 *Cauſa hujus determinatio.*

Pro Illuſtr. Principe Colubrarii contra D. Diomedem Carafa.

CONSULTATIO VI.

PRætendit Don Diomedes Carafa ut D. Cæſaris patris hæres proſequi juditium prætenſarum nullitatum adverſus nedum duas, ſed plures S. R. C. ſententias conformes, junctis Aulis, & in Coll. Conſ. cum maxima conſideratione, & diſcuſſione prolatas, ac cùm perpetuo ſilentio impoſito, ſententiaſque prædictas ex capite notoriæ injuſtitiæ annullare. Et quod magis admiratione dignum
videtur, † ut de S. C. Neapol. cujus authoritas apud 1
Exteros in tanta eſt veneratione, ut terruerit *Decium*, ut ipſe idem refert *in conſ.* 379. de quo meminit Franch. *in dec.* 238. *in fin.* & noviſſime eamque etiam extollit Neviz. *in ſylv. nupt. li.* 5. *n.* 62. & poſt eum Ceph. *in conſ.* 439. *n.* 124. *vol.* 3. tam audacter aſſerat tribus, immo quatuor vicibus contra expreſſos juris caſus, & ex falſis cauſis tam in facto, quàm in jure conſiſtentibus iudicaſſe. Cùmque hoc in eodem S. C. judicandum veniat à doctiſſimis, & oculatiſſimis Senatoribus, ſufficeret ad partis os obturandum
dicere, ita viſum fuiſſe tam Supremo Tribunali, in
quo ſemper Doctiſſimi fuere Viri, & ideo jure meri- 2
to illius ſententias vim legis obtinere, decernitur per *pragm.* 48. *de offi. S. C.* cum aliis apud *Thorum in
prafatione ſui compend. p.* 1. *col.* 3. * Regio enim no- 3
mine ſententiæ proferuntur, ut in *pragm.* 6. *eod. tit.* & habetur ex Afflict. *dec.* 96. *in fine.* & melius *dec.* 190. *Camill. de Medi. conſ.* 146. *n.* 8. Muſcatell. *in praxi S. C. lib.* 1. *gloſ. ſententia, nu.* 198. *& ſeq.* Scaccia *de
re judic. gl.* 4. *q.* 24. *n.* 8. *&* 58. * quod tantò magis 4
procedit quando S. C. pluries judicavit ſuper eodem articulo, nam tunc pernecesse ita judicandum eſt in futurum in ſimilibus cauſis, ut poſt Theſaur. *in proem. ſuarum deciſ. ante n.* 33. *verſic quod ſi ter, vel quater*, docet *Reg. Rovit. in ſuo conſ.* 18. *ſub n.* 3. ubi plenè, & probat *text. in l. fin. Cod. de legibus*, ubi *Juſtinianus* exclamat, *quis tanta ſuperbia faſtigio tumidus eſt, ut regalem conſenſum contemnat?* Ut tamen & cauſæ & tanti Supremi Tribunalis juſtitia clarior appareat, aliqua in medium afferam.

Prætendit itaque D. Diomedes, ſententias, per quas fuit abſolutus quond. Aſcanius Carafa ab impetitione Don Cæſaris ejus patris in judicio rei vendicationis adverſus eum, ſive Jo. Baptiſtam ejus patrem, moto in anno 1565. Domorum & Viridarii virtute fideicommiſſi, tam Diomedis Comitis Magdaloni in anno 1487. quàm Joan. Thomæ Comitis Cerreti in anno 1520. eſſe nullas, dum ſe fundaverunt in incapacitate D. Cæſaris, tanquam rebellis ſuæ Catholicæ Majeſtatis ex infra ſcriptis nullitatibus quas ex memorialibus Suæ Majeſtati porrectis colligit v3.

Primò, quia prædictæ ſententiæ fuerunt fundatæ ex falſis cauſis, tam in jure, quam in facto conſiſtentibus.

Secundò, quia fuerunt prolatæ contra expreſſos caſus juris.

Tertià

Tertiò, quia fuerunt prolatæ contra ſententiam criminalem, & alias ſententias.

Quartò, ex defectu juriſdictionis cùm S. C. non fuerit Judex competens ad declarandum D. Cæſarem inhabilem tanquam rebellem, cùm in eorum cauſis ſtatuti Judices delegati.

Quintò, & ultimo, quod ſint contra gratiam Suæ Majeſtatis, in qua D. Cæſar vocatur fidelis, & ſic contra publicam ſcripturam.

Pro quorum reſponſione tuendo jura Illuſt. Principis Colubrarii conventi probabo primò, de prædictis aſſertis nullitatibus hodie loqui minimè poſſe. Secundò, illas nullo modo obſtare, cùm neque in jure, neque in facto ſubſiſtant.

Prænotandum igitur erit primò, quod D. Cæſar cùm ſuccubuiſſet tam in prima inſtantia in anno 1579. quam in cauſa reclamationis in anno 1581. ubi etiam fuit perpetuum ſilentium impoſitum, preces porrexit S. M. ut mandaret cauſam revideri, quod tamen optimus, & Catholicus Rex, recolendæ memoriæ, Philippus II. nullo modo voluit D. Cæſari concedere, ſed ipſi in ſupplicationibus, perquam maximè conquerenti in aliquo ſatisfacere cupiens in illo remedio nullitatis, quod ex jure ſibi competebat, in ejus deciſiona aliam Aulam adjunxit, quibus literis præſentatis, quia in eis mandabatur, ut ſuper nullitatibus propoſitis, vel proponendis juſtitia adminiſtraretur, videns Aſcanius conventus, non adeſſe nullitates ſubſtantiales propoſitas, eundem Don Cæſarem compellit, ut alias, ſi haberet, proponeret, cùmque declaraſſet, alias non habere, ſtatim inſtitit repelli à limine judicii, cùm propoſitæ non erant de jure recipiendæ, qua inſtantia territus D. Cæſar ab anno 1586. litem deſeruit, licèt vixerit uſque ad annum 1595. quamvis D. Diomedes aſſerat, ob ejus mortem litem non fuiſſe proſequutam, cujus contrarium in facto fuit demonſtratum, nec crederem, quod unquam forſan para de ea loquuta fuiſſet, niſi ſumpta occaſione, quod poſt mortem Aſcanii tempore ſententiarum poſſeſſoria, perventis bonis prædictis ad Joannem Baptiſtam filium, & deinde ad Joſephum ejus nepotem, & ultimo loco ad Carolum Colubrarii Principem ultimum poſſeſſorem fuit de poſſeſſione diſceptatum inter D. Fabium hodie Colubrarii Principem, & Scipionem Caraſam, prout hodie quoque contenditur, & interim, ne partes venirent ad arma ſequeſtrata fuerunt bona prædicta, qua occaſione ſumpta credens para nullum habere contradictorem, cùm nemo poſſideat, & quod commune eſt negligi ſoleat, judicium proſequi affectavit, & ideo nedum voce, ut para aſſerit, ſed particularis inſtantia fuit oppoſita, quod tempora non largiuntur ad prædictum prætenſum judicium proſequendum, cùm ſpatio nedum 36. ſed 40. annorum non ſolum inſtantia ſit perempta, ſed etiam præſcripta.

Ad quod probandum conſidero, quod nullitas in
5 judicio deducta inſtantia habet, ſicut omnes aliæ actiones, & ſic triennio inſtantia perimitur, juxta
6 † text. in properandum, Cod. de judic. cum hac tamen diſtinctione, quia ſi fuerit incidenter deducta cum appellatione, tunc deſerta cauſa appellationis, &
7 deſertum reputabitur nullitatis judicium, Bald. *in l. tale pactum. §. qui provocavit, quæſt. 13. ff. de pact.* Ruginel. *de appell. §. tertius, c. 2. n. 18.* cum alia apud Scacciam *in tract. de appel. qu. 15. n. 101. & qu. 17. lim. 2. ſub n. 231.* Minſynger. *ſing. obſerv. cent. 2. obſ.*
8 *77. & cent. 4. obſerv. 63. n. 4.* ſi verò ſeparatim, & de per ſe, & tunc triennio inſtantia finitur, ut poſt Bal. & alios habetur per Sebaſt. Vant. *in tract. de nullit. in rubr. quoties, & intra quod tempus de nullit. agi poſſit, ſub n. 8. verſ. quicquid tamen,* Guid. Pap. *in tract. de appell. qu. 82. per totam,* Salic. *in l. fi. §. illum, in fin. de temp. app. Jo. de Amic. conſ. 6. n. 34.* Philipp. Franc. *in cap. dilecto, num. 10. cum ſeq. de appel.* Ruginell. *ubi ſupra,* quando autem principaliter deducitur in judicio tam cauſa appellationis, † quam cauſa 9
nullitatis, & tunc quamvis cauſa appellationis biennio deſerta remaneat, tamen cauſa nullitatis uſque ad triennium durabit, quo finito eſſet pronunciandum, * appellationem eſſe deſertam, & inſtantiam 10
cauſæ nullitatis peremptam, ut per Cagn. *in l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. quæſt. 106. n. 279. verſus finem,* qui tamen ſub *eodem numero,* ubi plenè 11
quæſtionem exarat, diſtinguit de tempore ad nullitates proponendas, & ad illas proſequendas, nam 12
† quamvis poſſit de nullitate ſententiæ dici intra triginta annos, vel perpetuo, quando nullitas eſt evidens, & notoria, Scaccia *de re judic. gloſ. 14. qu. 19. ſub n. 97. verſ. primus,* *Muſcatell. in pract. S. C. l. 2. p. 1. gloſ. nullitatis, n. 12. Scaccia ubi ſupra, n. 12. in tract. de appellat. Minſynger. ubi ſupra,* ea ratione, quia ſententia nulla nunquam tranſit in rem judicatam, 13
ut per Balb. *in tract. de præſcript. 4. p. 4. princ. qu. 5.* tamen poſtquam eſt in eſſe deducta habet inſtantiam 14
triennalem tantum, ut omnes aliæ cauſæ, ad quod adduco eundem Cagnol. *in d. l. 2. C. de pact. int. empt. & vend. ſub n. 279. verſ. finem,* ubi dixit hæc formalia verba, videlicet.

Advertendum, quia, ut dixi, jus dicendi ſententiam nullam, & deducendi nullitatem in judicio durat annis triginta, & plus, quandoque, ſecundum quod ſupra declaravi, ſed poſtquam in eſſe deducta, & intentata de jure civili, habet inſtantiam triennalem, quemadmodum alia cauſa, l. properandum, C. de judic. ita Bald. in l. tale pactum, in §. qui provocavit, in 14. qu. ff. de pact. &c.

Verùm in hoc caſu nedum inſtantia nullitatum eſt perempta, ſed eſt præſcriptum jus ampliùs illas proſequendi per lapſum 36. annorum, * ſecundum 15
enim largiorem opinionem jus nullitates proſequendi non durare poteſt plus quam ſpatio triginta annorum, ut per Gramm. *conſ. civil.* 164. ubi ita obtinuiſſe in Sacro Conſilio Neapolitano teſtatur, & communem dicit Covar. *pract. q. c. 24. circa fi. Franc. Viv. comm. opin. 551. in fin.* pleniſſimè per Lancell. *de attent. p. 2. c. 17. n. 72. cum ſeqq.* qui plures deciſiones Rotæ Romanæ refert, & Andr. Gayl. *libr. 1. pract. obſerv. in obſervat. 127. n. 8. Fermiſ. tit. 24. obſerv.* 36. & ſic cùm non tantum triginta, ſed per triginta ſex annos, & plus ſub ſilentio lis fuerit, remanet hoc jus præſcriptum. Nec minor ætas D. Diomedis tantum allegata, ſed nullo modo probata, poterit ei, quatenus probaretur, opitulari, * & ſi enim minori præſcri- 16
ptio non curran, *l. fin. Cod. in quib. cauſ. in integrum reſtit. non ſit neceſſar.* tamen duobus modis limitatur
* Et primò, in præſcriptionibus judicialibus, nam 17
currunt etiam minoribus, ut probat Sfort. Oddus *quæſt. 19. art. 3. numer.* 37. Secundò limitatur,
quando præſcriptio incœpit currere contra patrem, 18
* quia ſequitur contra filium minorem Caldas *in l. ſi curatorem habens, in verbo ſua facilitate,* n. 48. Cancer. *var. reſol. part. 1. c. 15. n. 68.* dummodo minor non ſit pupillus, cùmque tractetur de præſcriptione judiciali, & incœpit per novem annos currere contra patrem, etiam ſi minor D. Diomedes fuiſſet per aliquod temporis ſpatium, * adhuc cucurriſſet, cùm 19
etiam fatalia minori currant, licèt ei ſuccurratur per reſtitutionem in integrum, *Maranta in ſuo Speculo, par. 6. tit. & quandoque appellatur,* n. 19. Sfort. Oddus *qu. 69. p. 2. art. 2. nu. 6.* * nec etiam ignorantia 20
aliquid ei prodeſſe poterit, * regulariter enim tempus 21
currit ignoranti, *l. fin. & ibi Bald. & Ang. C. de præſcript. longi tempor. l. ſicut, Cod. de præſcript. 30. ann. ubi Bald. Franc. Bald. in tract. de præſcr. in 4. part. princip. q. 29. nu. 90.* Tiraq. *de utroque retract. §. 35. gloſ. 4. n. 18.*

† Sed quamvis ex capite ignorantiæ detur in in- 22
tegrum

tegrum reſtitutiu, ſecundum Bart. in l. 1. §. ſi quis autem ff. de itiner. actuque privato, Andr. Gayll. lib. 2.
pract. obſer. in obſerv. 19.n. 19.licèt contrarium defendat Aret. in conſ. 104. quicquid tamen ſit, omnes
concludunt, quod quamvis detur ex dicto capite
ignorantiæ reſtitutio, procedere debet, quando igno-
23 rantia eſt probabilis, † & juſta, & non ſupina, Coſta
de juris, & facti ſcient inſpect. 85. in ſuo reſponſo nu.15.
Mareſcott. var. reſol. libr. 2. cap. 98. nu. 7. & ideò
24 quando adeſſet præſumptio ſcientiæ, † tunc reſtitutio
denegaretur, ut poſt alios probat Felin. in c. vigilanti.de præſcript. quem ſequitur Balb. in d.4. part. quartæ partis principalis, ſub n. 97. latiſſimè Tiraquell. in
d.§.35. gloſ.4.n. 34.eſt text. in l. nec ſupina ff.de jur.&
fact. ignor. cum concordantibus, Sfort. Oddus de reſt.
in integr. par. 1. qu. 8. art. 10. n. 57. * ubi etiam de-
25 cem caſus enumerat, in quibus ſcientia præſumitur,
major pars quorum ſunt applicabiles ad caſum no-
ſtrum, non enim eſt veriſimile, quod D. Diomedes, factum notorium, patris ſui condemnationem,
ac excluſionem à ſucceſſionibus ex incapacitate ipſius,
& ſententias, quæ contra reportavit, ignoraret, nec
prætenſum fideicommiſſum domus, cum in lapide
marmoreo in ejuſdem domus Curti ſit deſcriptum,
hoc idem tradit idem Sfort. q. 20. n. 45.
26 Rurſus, † nec minor ex capite ignorantiæ reſtituitur, quando tractatur de lucro captando, poteſt
27 enim non acquirere, * juxta diſpoſitionem text. in
l. qui autem, ff. quæ in fraud. creditorum, quem exornat Franchis in dec. 111. & probat Tiraq. in d. §. 3.
28 gl.4. n. 26 & 27.Sfort. Odd.d.q.8. n. 55. Canc. var.
reſol. par.1.cap.13.n.59. & * in terminis, quod minor
etiam ignorans non reſtituatur, quando eſt actor, non
poſſidens, & fuit negligens, tenet Burſat. conſ. 191.n.
29 3. lib.3. & n. 55. † & quod elapſo quadriennio poſt
majorem ætatem, intra quem terminum debet reſtitutio peti: non reſtituatur, l. fin. C. de temp. in integr.reſtit.c. 1. & 2. eod. tit. Oddus qu.19. n.49. art.5.
Mareſcoti. ſupra.n. 9.
30 * Hoc autem tempus quadriennii incœpit currere
ſtatim atque D. Diomedes complevit annum 18.
quamvis eo tempore præſcriptio non eſſet completa, quo quadriennio poſt majorem ætatem lapſo,
quamvis poſtea ſit præſcriptio completa tempore
minoris ætatis incluſo non tamen reſtituitur minor,
ut poſt Bart.Bald.Paul.de Caſtr.Fulg. & alios diffusè
firmat, & de communi teſtatur Sfort. d.qu. 20.par. 1.
art. 2. n. 17. cum plurib. ſeqq. quod tantò magis procedere debet in caſu noſtro, in quo plures quadriennii à diu completi 18. anni ſunt elapſi, & propterea
nullo modo reſtitui poſſet, ut per Burſ. in allegat.
conſ. 291. li. n. 55. Remanet ergo fundatum, nullo
modo poſſe D. Diomedem prætenſum iudicium nul-
† litatum per D. Cæſarem ejus patrem propoſitarum
31 proſequi, quod quidem optimo jure fundatur ne rerum dominia ſint perpetuo in incertu, l. 1. ff. de uſucap. §. 1. Inſt. eod. tit. gl. in §. 1. in verb. diligentia, in
auth. de temp. non ſol. pec. ſup. dot. Bald. in c. 1. §. ſi quis
per triginta, ſi de feud. fuerit contr. inter dom. & agna.
& miror, quomodo pars afferat, quod ſint diverſæ
perſonæ, & proinde non poſſint præſcriptionem opponere, ſiquidem Don Diomedes venit in hoc judi-
32 cio ut hæres D. Cæſaris patris, * & ſic ejus perſonam repræſentat, & eadem perſona reputatur, ut in
auth. de jure jur. à morient. præſtit. in princ. l. ſi hæres, §.
pater, ff. de publ. act. Bald. & Imol. in l. ſi conſtante, §.
fi. ſolut. matrimon. & ſic etiam perſona conventorum
eadem eſt cum Aſcanio defuncto, qui in judicio
à D. Cæſare fuit vocatus uti poſſeſſor bonorum in
judicio deductorum, nunc autem perſonam ejuſdem Aſcanii repræſentant Princeps Colubrarii tam
ex perſona D. Hieronymæ uxoris, quam D. Franciſci Filii, & Scipio Caraſa, qui de poſſeſſione
contendunt, & ſic doctrina Pinel. in l. 1. part. 3. n. 50.
de bon. maternis non eſt applicabilis ad cauſam, cùm
loquatur in diverſiſſimo caſu, & ſic ex ſolutione hujus articuli non eſſet in aliis elaborandum.
Verùm, ut ex aliis etiam juſtitia conventorum
eluceſcat, conſiderandum erit, quòd actor prætendit, ſententias nullas declarari nullo alio ex capite,
quam ex capite notoriæ injuſtitiæ, de quo ſatis
apud Carocium in tract. de except. contra ſententias, in 33
except.70 pro quarum validitate, * & exequutione lex
diſponit, ut de nullitate minimè dici poſſit, Clement. ne calumniis, de ſent. & re jud. Graſſis de excep.
in prælud. n. 251. & Minſynger. ſing. obſerv. centur. 3. 34
obſerv.84.n.3. niſi ex defectu juriſdictionis, * ad gloſ.
in clem. un. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. Creſc. de ſent.
& re jud. dec. 22. Gabr. commun. opin. tit. de exeq. rei
jud. concl. 1. lib. 2. & tit. de ſtatut. concl. 5.l.6.Caroc.
* in eodem tract. in 22. except. & idem procedere, quan- 35
do una, vel duæ ſententiæ habent vim trium ſententiarum, dixit Salic. in l. fin. Codic. de ſent. interl. omn.
jud. circa fin. Caroc. eodem tract. in excep. 44. n. 289.
* & hoc judicatum refert Afflict. in Sacr. Conſil. ubi 36
duo decreta conformia ad relationem M. C. exequutioni fuerunt demandata, non obſtante quod
appareret de notoria injuſtitia, & iniquitate in deciſ.
30. & in deciſ. 28. cum aliis allegatis per Thorum in
compend. dec. part. 1. verb. relationes, Minſynger. ubi
ſupra.
Quicquid tamen ſit, admiſſa pro nunc opinione,
quod poſſit de injuſtitia tot ſententiarum, confor- 37
mium hodie tractari, * cùm notoria iniquitas nullitati æquipolleat, cap. inter cæteras, ubi Doctor. de re
jud. Franc. in cap. dilecto, q. 55. de appellat. Surd conſ.
61. n. 24. & 25. Bor. dec. 361. n. 4. par. 1. inter noviſſimas, & dec.644. n. 1. ideò ſententia injuſta eſt nulla, Caroc. d. except. 70.n.31. Scaccia de re jud. glo. 14.
qu. 20. n. 12. & 14. & qu. 11. ſub n. 59. Bernard. Heneic.
lib. 1. com. opin. concl. 119. maximè quia non propo- 38
* nuntur nullitates ad impediendam exequutionem,
Aret. conſ. 75. in fin. attamen certiſſimum eſt, quod
† notoria injuſtitia debet ex actis conſtare, Angel. 39
in l. fin. ff. de petit. hæred. Vant. de nullit. tit. quis poſſit dicere de nullitate, n. 52. Maſc. concl. 1114. n.4. Caval.
dec. Frutz. 10 n.1. Joan. Mohedan. dec. 11. de re
jud. n.2. & dec.3. n.3. de teſtib. Put. dec. 401. l. 1. Minſyng. obſerv. 72. Pitovanus in dec. Rotæ Rom. 385.
n. 1. part. 1. tom. 1. Fachin. contr. jur. lib. 1. cap. 83. Giurb.
in dec. Sicil. 69 n. 1. Caroc. in d. except. 70. n. 36. Stacc.
d. q. 20. n. 12. Borgn. dec. 12. n. 1. & 24. part. 1. Manent.
* dec. 14. n. 34. & debet eſſe iam notoria, ut nullam 40
habeat juris, vel facti dubietatem, nec aliquam diſputationem admittat, Franc. in d. cap. dilecto, n. 132.
verſ. fin. verſ. intellige, de appellat. Felin. in c. inter cæteras,
col. 5. de re jud. Dec. in c. ex parte, col. 6. verſ. 5. fallit,
de offic. deleg. Cephal. conſ. 201. nu. 10. & conſ. 202.
n. 16. vol. 2. Gabr. tit. de except. rei jud. concl. 1. n. 9.
& poſt ipſos Maſcard. in d. concl. 1114. nu. 5. Neviz.
conſ. 70. n. 31. Rip. in l. 4. §. condemnatum, ff. de re
jud. n. 17. Rimin. jun. conſ. 53. nu. 30. & conſ. 421.
n. 13. Cavalc. deciſ. 10. n. 18. & admittit Surd. in
† conſ. 324. n. 8. vol. 3. Graſſ. de except. in 5. except. 41
per totam, & præcipuè n. 9. 12. & 13. quando adeſt
conflictus opinionum, ut ſententia non dicatur nulla, ſed juſta, & communem dixit Joan. Zang. de
* except. tit. de quæſt. rem. cap. 5. n. 32. Immò magis 42
communis eſt opinio, quod quamvis notoria injuſtitia ſententiæ ex actis patens aſſimiletur nullitati,
non tamen facit ſententiam nullam, Hier. Gabr. conſ.
28. n. 3. vol. 2. & Ant. Fab. in ſuo C. lib. 7. tit. 19.
diff. 14. n. 1. vol. 2. alios colligit Borrel. in ſum. dec. tit.
30. n. 195. Farin. in dec. civil. 178. com. 2.
Et quidem nemo ſani capitis in caſu noſtro poſſet affirmare, juſtitiam eſſe adeò notoriam pro parte
actoris, ut nulla ſupereſſet dubitatio, quodque tam
malè fuerit ſententiatum per tot ſententias Sacr.

Concil. cùm clariſſimum ſit, tot allegationes graviſ-
ſimorum Doctorum, qui pro utraque parte ſcripſe-
runt, aut conſtituiſſe rem ſatis notoriam pro ea par-
te, quæ ſententias ad favorem reportavit; vel ſaltem
43 rem probabiliter dubiam, * & ubi eſt probabiliter
turbida, vel habet aliquid dubii, non poteſt dici no-
toriè conſtare, Scaccia de re judicata d. gloſ. 14. q. 11.
44 n.60. † probabile enim juris dubii æquiparatur du-
bio facti, gloſ. & Doct. in cap. 3 de poſtul. Prælat. in 6.
Ant. de Butr. & Imol. in cap. cum dilectus, de conſuet.
45 nec poteſt dici notorium ubi cadit juſtus error * ſeu
dubitatio, Bart. in l. omnes, Cod. de agric. & cenſ. li. 11.
& in terminis Corneus conſ. 10. vol. 4. nu.3. qui am-
46 pliùs dicit, * quod notorium dicitur, quod eſt extra
omnem juris dubitationem, alias enim licèt dici
poſſet conſtare ex actis, tamen non dicitur manife-
47 * ſtè conſtare, ſi poſſet in dubium tefricari, & mul-
tò minus poſſet dici notoriè conſtare, cùm in plus ſe
48 habeat notorium, quam manifeſtum, ut notat gloſ.
in l. cives, & incola, Cod. de appell. Specul. in titul. de
notorio crim. §. ſequitur de manifeſto, in prin. & Bart.
in l. haredes palam, in princ. de teſtam. dicens, quod
49 notorium eſt illud, † quod omnibus patet, nec poteſt
dici notorium illud, quod aliqua tergiverſatione ce-
lari poteſt, c. fin. in fin. de cohabit. cler. & mulier. Graſſ.
50 d. except. 5. n. 7. & quod ex conſiliis, * & allegatio-
nibus graviſſimorum Doctorum non poſſit dici res
notoria, in terminis Franc Burſ. conſ. 74. ſub n. 22. verſ.
51 nec dubitandum, vol. 1. * dictum enim Doctoris rem
dubiam facit, Bart. in l. qui Romæ, §. duo fratres, in 6.
oppoſ. de verb. oblig. Corn. conſ. 71. n. 11 vol. 3. Cuman.
conſ 154. in fine, quod tantò magis procedit, quando
52 nullitas fuit propoſita per viam petitionis, † ut fun-
dat idem Burſ. in d. conſ. 74. n. 24. vol. 1.

53 † Et ideo jure optimo Regia noſtra pragmatica
ſtatuitur, quod non poſſit de nullitate dici ex capite
injuſtitiæ, niſi ſit contra expreſſum caſum juris, vel
inſtrumentum publicum, quæ pragmatica quamvis
ſit emanata poſt prædictarum aſſertarum nullita-
tum propoſitionem, attamen ſe conformat cum jure
54 communi, * ſiquidem ſententiam latam contra legem
expreſſam ipſo jure eſſe nullam, habetur ex gloſ. ubi
Salyc. de communi teſtatur in l. 1. & 2. Cod. quando
provoc. non eſt neceſſ. l ſi expreſſim ubi gl. & Doctor. ff.
de appell. Imol. in l. ex diverſo, §. ſi in judicio ff. ſolut.
matr. Vant. de null. ex defect. proceſſ. n. 11. Tol. Non.
conſ. 71. n. 41. optimè Burſ. conſ. 220. n. 10. lib. 2.
videndus innumeros colligit Borell. in ſumm. deciſ.
tit. 30. n. 168. Caroccius eodem tract. de except. con-
tra ſent. in except. 41. n. 25. Burgn. in dec. 28. num.
37. & 49. deciſ. 30 n. 7 & deciſ. 5. n. 1. p. 1. idem
55 quoque eſſet, † ſi contra ſtatutum loci, Alex conſ. 81.
n. 1. vol. 2. & conſ. 82. vol. 3. Ang in l. cum probatis, *
56 ff de re judic. Caroccius ubi ſupra, num. 5. & Burgn.
ubi ſupra, Merlinus dec. Luc. 53. n. 2. idem ſi con-
tra Principis conſtitutionem, Aſin. in praxi judicia-
ria, §. cap. 31. Cacher. dec. 42. n. 36 Carp in. ſuper ſtat.
Mediol. ad c. 131. n. 228. Mirad. conſ. 7. n. 1. & conſ.
20. n. 1. Viv. dec. 52. n. 5. Cornaz. dec. 97. n. 5.

57 * Nec ſufficit ad nullitatem ſententiæ, ut ſit pro-
lata contra jus litigatoris, tunc enim nulla non
58 dicitur, Afflict. deciſ. 43. nec poteſt reſcindi, niſi per
remedium appellationis, † vel reſtitutionis in inte-
grum, Papienſ. in for. ſent. d. fin n. 43 ad fin. Petr. de
Raven. in ſingn. 168. Fontanel. dec. Catal. 269. n. 1.
59 † Joſeph. Seſſe in tract. de inhib. c. 1. §. 1. n. 27. ubi de-
clarat, quando ſententia dicatur contra jus litigato-
60 ris, * Carp. in loco proximè allegato, n. 232. ſic etiam
ſententia non dicitur nulla ſi ſit lata contra notorium
61 facti. * idem Carp. n. 233. & quod valeat ſententia
ſuper inſtrumento non producto, Crott. in ſuis me-
morabilibus, in verb. Judex debet verſ. & ideo, nec
62 dicitur nulla, * quando eſt contra jus, de quo ſunt va-
riæ opiniones, etiam quod eſſet contra communem.

Ant. de But. in c. tranſlato, de conſt. Bal. in l. juſt. ff.
de juſt. & jur. Socin. in reg. 439. ſententia contra jus
expreſſè lata. lim. 7. non dicitur enim ſententia nulla,
quando ſententia eſſet contra jus tale, de quo ſunt
opiniones, Cyn. in l. 1. C. de error. Advoc. & Ant. de
Butr. in c. ab excommunicato, de conſt. idem Socin. in lo- 63
* co proximè allegato. lim. 9. ſatis enim evidens, &
notoria injuſtitia requiritur pro revocandis ſenten-
tiis Rotalibus, executioni demandatis, & diu obſer-
vatis, Corn. conſ. 10. n. 3. lib. 4. Felin. in c. inter cæteras,
n. 7. de re jud. Dec. in c. quoniam contra, n. 15. de pro-
bat. & pluries deciſum fuiſſe in Rota Romana apud
Ludoviſium habetur ex dec. 501. in fin.

Ex quibus ſatis evidenter apparet, quod cùm
hoc oppoſitum fuiſſet quondam D. Cæſari Carafæ
per quondam Aſcanium Carafam tunc poſſeſſorem,
jure optimo de cauſa non fuit amplius loquutus,
quamvis per tot annos ſupervixerit, ſciebant enim
optimi Advocati, qui tunc ipſius cauſam defende-
bant, nullo jure poſſe tractari de revocatione tot
ſententiarum per remedium nullitatis ex capite no-
toriæ injuſtitiæ ad quid enim servirent tot ſenten-
tiæ Sac. Conſ.? & ad quid primum, & ſecundum fa-
tale ad proſequendas appellationes eſſent introdu-
cta cum deſertione appellationis ob non proſequu-
tionem? * & ad quid denique perpetuum ſilentium 64
poſt duas ſententias conformes per prag. 5. de offic.
S. R. C.? ſi poſt hæc omnia, & poſt quadraginta an-
nos iterum poſſet de juſtitia tractari per remedium
* nullitatis, idem enim eſſet ſi de juſtitia ſententiæ ite-
rum diſceptandum eſſet, ac ſi appellatum iterùm fo- 65
ret, l quædam mulier, & l. Cornelia pia, ff. de jure patron.
* Succurrit enim lex notoriæ iniquitati, & inju-
ſtitiæ ſententiæ, quæ non admittit probabilem dif- 66
ficultatem, per ſupradicta, & quod nullitas ſit adeò
patens, ut pateat oculo corporali, & contra jus cla-
rum, & manifeſtum, per Vant. in tract. de null. tit.
de null. ex def. proc. n. 118. & 122. qui alios allegat,
non autem quando longa juris, & facti cauſa indi-
get allegatione, prout in præſentiarum D. Diome-
des ſatis voluminoſas conſignavit, & ideò putarem,
nullo modo eſſe neceſſarium per prætenſas aſſertas
nullitates diſcurrere, ſed ex hoc ſolo poſſent Domi-
ni Judices actorem excludere. Nec de literis S. M.
in hoc poſſet haberi aliqua ratio, quia Princeps nec
voluit, † nec potuit revocare perpetuum ſilentium, 67
Menoch. conſ. 208. n. 40.

Ut tamen magis, magiſvè pateat juſtitia ſenten-
tiarum Sac. & Coll. Conſ. & injuſtitia aſſertarum
nullitatum propoſitarum, ſingulatim è contrariis ſatiſ-
factum eſſe apparebit, injuſtitia enim, quæ per par-
tem proponitur, eſt, ſupponendo, quod D. Cæſar
non fuerit rebellis S. M. nec pro tali in ſententia de-
claratus, ex eo, quod non ad mortem naturalem,
ſed ad perpetuum carcerem fuit damnatus, imò
tempore delati fideicommiſſi erat tantum rele-
gatus in Inſulam Golettæ, & quod ſic ſemper fuit
per alias ſententias habitus. Ex quo reſultat prima
nullitas, quod dum D. Cæſar fuit à ſucceſſione fidei-
commiſſi excluſus, fuit ex falſa cauſa, hoc eſt, quia
reputatus fuit inhabilis ad ſuccedendum, quod cum
falſum ſit, ut pars prætendit, hæc falſa cauſa an-
nullat ſententiam, quamvis enim in ſententia non ſit
expreſſum, quòd ex cauſa prædicta fuerit excluſus,
tamen quia neceſſario ſententia habet relationem ad
acta, nulla cenſeri debet, dum ex actis non conſtat
fuiſſe rebellem, nullas reddi ſententias aſſerit.

Pro cujus nullitatis reſponſione fundabo. Primò,
ſententias non poſſe dici nullas ex prædicto capite,
quamvis ex actis rebellio non conſtaret. Secundò,
quod rei veritate fuit abſque difficultate Don Cæ-
ſar rebellis, & tanquam talis condemnatus per ſen-
tentiam, & quoad primum ex ſententiis prædictis
patet, nullam in eis exprimi cauſam, * dicitur autem 68
nulla

nulla ſententia, quando in ea falſa cauſa eſt expreſ-
ſa, non autem quando à parte aliquid allegatur, ſu-
per quo potuit ſententia fondari, & ita declarat
Pract. Papienſ. poſt alios *in forma ſententiæ diffini-
tivæ*, *n.47.* & Jaſon. *in l. ſi is, ad quem ff. de acq. hered.*
Lauren. Kitchovius *in ſuis comm. opin. cent. 4. concl.*
33. Fachin. *contr. jur. l. 10. c. 83.* eſt text. *in l. 2.* ubi Doct.
C. quand. appell. non eſt neceſſ. Scaccia *de re judic. in gl.*
14. q. 38. n. 45. Farin. *dec. civil. 29. n. 1. to. 2.* & quam-
vis Tiraquel. *de leg. conn. in verb. expreſſ. gl. 7. nu. 184.*
69 vidaatur tenere quod idem ſit, quando ſententia fer-
tur per relationem ad acta, quæ nolla ſunt; vel in
quibus error eſt expreſſus, tamen *n. 185.* in ea opinio-
ne non perſiſtit, ſed remittit ſe ad Bald. Paul. de
Caſtr. & Dec. *in l. 1. Cod. de errore calculi, & ad conſ.*
Bertr. 281. vol. 1. qui tenent, quod prædicta proce-
dant, quando ſententia expreſsè ſe remittit ad acta
per modum cauſæ, nec ſufficeret, ſi diceretur, *viſis*
instrumentis, vel *viſis actis*, Bal. *in l. 2. ver. quæro, quid*
ſit error. C. de re jud. Franc. de Aret. *in l. ſi is, ad quem,*
ff. de acq. her. quamvis etiam in eo caſu, in quo per
70 modum cauſæ ſententia ad acta ſe referret, graviſ-
ſimi Authores ſententiam non eſſe nullam volue-
runt, ut per Hoſt. & Bald. *in c. contra falſam, de prob.*
& idem Bald. *in d. l. 1. C. de error. calculi*, ubi etiam
Caſtr. & Salic. & *in l. prolatam, C. de ſent. & interl.* &
Bart. *in d. l. n, apud quem* tenuit,* quod ſi Judex in ſen-
71 tentia dicat, *abſolvo reum, quia reperi eum ſolviſſe*,
quod iſta ſententia non habet errorem juris expreſ-
ſum, quamvis de ſolutione nihil appareat, qua opi-
nione attenta reſponderi poſſet Anton. de Butr. &
aliis per Tiraquell. allegatis, prout optimè reſpondet
72 Bertr. *dicto conſ. 210. n. 4.* quod expreſſio,* quæ fit
per relationem ad acta, non dicitur propria, & for-
73 malis expreſſio, † ad hoc enim ut ſententia ſit nulla
debet patenter exprimi error, ex text. notabili *in cap.*
per tuas, de ſentent. excom. cum aliis apud Giurbam
deciſion. Sicil. 69. n. 13. quod non poteſt verificari in
74 expreſſione, quæ fit per relationem ad acta, Angelus
in l. quoties, §. ſi quis nomen ff. de hæred. inſtit. Franc.
de Aret. *in l. 1. ff. de liber. & poſthum.*

Modò in caſu noſtro nullo modo termini ſunt
applicabiles, non enim aliquid in ſententia exprimi-
tur, neque expreſsè, neque per relationem, & quam-
vis ſecundùm allegata, & probata per Judicem ſen-
75 tentiam eſſe proferendam, & non ſecundùm con-
ſcientiam, habeatur ex tex. *in l. illicitas, §. veritas, ff.*
de offic. Præſid. c. paſtoralis, §. quia verò, ubi gloſ. de offic.
deleg. gl. in cap. Judices 3. quæſt. 7. Cather. *dec. 1.*
n. 43. Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæſt. 24. n. 2.* Giurba
76 *deciſ. 99. num. 11.* & Viv. *deciſ. 178.* cum aliis apud
Barboſ. *in libello principia, & loca commun. utriuſque*
lit. I. num. 35. attamen quando tractetur de Ma-
giſtratibus Regiis, & Conſiliariis prout in ſpecie de S.
77 † R. C. Neapolitano dixit Grammat. *deciſ. 19. n. 13.*
78 & *deciſ. 62. num. 32.* *D. Rov. de ord. jud. prag. 1. num.*
31. quod cùm ſint Judices ſuperiores, & vicem Præ-
fecti Prætorio obtineat, poſſunt judicare ſecundum
conſcientiam, juxta dicta Bart. poſt *Cyn. in l. unic. C.*
79 *ut quæ deſunt Advoc.** & ſi aliter facerent, peccarent,
ſecundum Theologos, & idemmet Bart. ait, quod
80 *debeant attendere ad veritatem principaliter po-
tius, quam ad ſubtilitatem, juxta notata *in cap. Pa-*
ſtoralis, de re jud. & in c. Apoſtolicæ, eod. tit. Neviz.
in ſylva nuptial. lib. 5. n. 121. circa medium, Corrad.
de offic. Prætor. cav. n. 18. laIè Felin. *in cap. Paſtoralis,*
81 * *§. quia verò, de offic. deleg. n. 23.* Reg. Lanat. *conſ.*
79. n. 18. Reg. de Ponte *conſ. 83. n. 4. vol. 2. Praſ. de*
Franch. deciſ. 210. n. 5. & quod Judex ſuperior poſ-
ſit moveri ad judicandum ex confeſſione aliqua co-
ram ipſo facta, *Marſ. ſing. 266.* Bald. *in l. 1. in fin. verſ.*
quæritur numquid. Cod. mand. & idem obſervari in
† Conſiliariis Curiæ Parlamenti Guid. Pap. *in deciſ.*
82 *Parlamenti Gratianopolis, quæſt. 29.* & Franc. Marc.

dec. Delph. quæſt. 13. li. 1. qui pari ratione dicit, quod
ſpeciale eſt in Principe, ut valeat ejus ſententia, li-
* cèt non ſit conformis libello, Specul. *in tit. de act.* 83
ſeu petit. §. ſuper, verſic. ſed quid, & Bert. in l. Aemi-
lius ff. de minor. Alex. *in l. vinum ff. ſi cert. petat. Ma-*
ſtrill. de Magiſtr. lib. 3. cap. 4. n. 40. & ſeq. neque
attenditur talis nullitas coram Principe,* ſecundum 84
Innoc. *in cap. in cauſis, de re judic. & Bart. in l. fin. C.*
de legib. quod ampliatur etiam in ſuperioribus Ma-
giſtratibus,* ea ratione, quia poſſunt ſecundùm con- 85
ſcientiam judicare, ut habetur ex *d. deciſio.* Franc.
Marc. 15. *numero ſeptim.* & ita etiam conſuluit Bertr.
conſ. 137. vol. primo remanet itaque probatum, quod
quamvis de rebellione in actis non conſtaret, non
propterea nulla ex falſa cauſa ſententia dici poſ-
ſet.

Verum ex actis ſatis evidenter de ipſa rebellione
patet, prout ex nota facti: conſtat enim, D Cæſa-
rem alias de rebellione inquiſitum, & carceratum, &
adhuc non liberatum, ſed tantum ſub fidejuſſione
duc. quatuor mille habilitatum, Patavium ad Salerni
Principam profectum, eum eo cohabitaſſe, per
longum temporis ſpatium converſatum fuiſſe, con-
ſilia ſecreta iniiſſe, ſcivisſe à Principe, & ab aliis
tractatum de ſerviendo Regi Gallorum contra Cæ-
ſaream Majeſtatem in invaſione Regni Neapolis,
promiſiſſe Principi inſervire in invaſione prædicta,
miſiſſe pro equis, & armis pro effectu prædicto;
perſuaſiſſe Marco Antonio de N. ut contra Suam
Cæſar. Majeſt. ſerviret, prout jam Principi ſervire ad
preces, & perſuaſiones ipſius D. Cæſaris promiſit,
conſtat etiam, eundem D. Cæſarem cum inimicis, &
hoſtibus, atque rebellibus tam Patavii, quam Vene-
tiis, Romæ & Sermonetæ quotidie verſatum fuiſſe,
ac in prædicta Terra Sermonetæ in conſiliis cum
rebellibus circa modum invaſionis Regni tractaſſe,
ac ipſum ob ejus infirmitatem arma hoſtilis adver-
ſus proprium Regem non accepiſſe, quæ quidem
abſque dubio plurima crimina læſæ Majeſtatis, &
perduellionis commiſiſſe demonſtrant.

Primò,* propter conſpirationem adverſus perſo- 86
nam, vel ſtatum Principis, ut per *Bud. in annota-*
tion. ad l. 3 ff. ad leg. Jul. Majeſt. Decian. *in tract. crim.*
lib. 7. tit. 6. in princip. † in quo notandum eſt differ- 87
re conjurationem à conſpiratione, in conjuratione
enim intervenit juramentum, conſpiratio autem di- 88
citur multorum conventio ad ſtatus, vel dignitatis
alterius ſubverſionem *gloſ. in cap. per tuas, in verſ.*
conſpiratio, de ſimon & in cap. petitio, de jure jur. Ar-
chidiac. *in cap. conjurationem 11. qu. 1.* Reg. de Ponte
* *d. conſ. 90. n. 17. volum. 1.* tractans enim cum exu-
libus, & contumacibus, ut tempore adventus ho- 89
ſtium Suæ Majeſtatis, ut ipſi ſumat arma adverſus
eandem Reg. Majeſtatem in favorem hoſtium, cri-
men læſæ Majeſtatis committit in primo capite. Fol-
ler. qui alios allegat *in pract. crim. in verb. item quod*
commiſit crimen læſæ Majeſt. num. 12. Peguet. *in prax.*
* *crim. cap. 19. n. 3.* Confœderationes enim plurium
in præjudicium Principis à jure prohibentur, Joan. 90
Andr. *in cap. exhibita, de re jud.* Imola *in cap. petitio,*
de jure jur. Mart. Laud. *in tract. de crim. læſæ Majeſt.*
* *qu. 19* ſic etiam cœtus dicuntur conjurationes, &
conſpirationes, *l. 1. ff. ad l.* Jul. Majeſt. *l. qui cœtu, ff.* 91
ad l. Jul. de vi publica, dicitur autem facere contra ſta-
† tum Principis qui vult dirigere ſtatum ad aliud Re- 92
gimen, vel alium Principem, Bald. *in l. 1. §. hujus au-*
tem ſtudii, ff. de juſt. & jur. Martin. Laud. *de crim. læſ.*
Majeſt. qu. 12.

Secundò, D. Cæſar rebellionem commiſit, quia
ab ejus Principis naturalis obedientia ſe ſubtraxit,
illique ſe hoſtem paravit, Oldr. *conſil. 43. quæritur,*
nu. 8. Decian. *in d. lib. 7. nu. 26.* Godoff. *à Bavo in*
tract. Reatuum, qu. 7. nu. 55. Reg. de Ponte *d. conſ.*
† *90. n. 23. vol. 1.* & verè dicitur Perduellis, *l. quos vero* 93
hoſtes

hoſtes, ff. de verbor. ſignificat. Goduff. *ubi ſupra nn.* 56.
94 hoc etiam probat Bart. * *in extravag. qui ſunt rebelles,*
in verb. rebellando, quem ſequitur Alex. *in conſ.* 13.
vol. 6. qui dicit, quod ſubtrahere obedientiam Prin-
cipi circa ea, quæ ſtatum ejus concernunt, vel in eſſe
infidelis circa prædicta, eſt crimen læſæ Majeſtatis,
95 * & ut talis poſſet condemnari pœna ultimi ſuppli-
cii, in qua venit confiſcatio bonorum, Farinac.
qu. 113. *inſpect.* 5. *n.* 74. qui alios refert, *Campagn.*
ſuper Capit. Regni Nuper apud Tranum, n. 41. Hon-
ded. *in conſ.* 100. *n.* 14. *vol.* 2. *& conſ.* 105. *n.* 7. *vol.*
2. *Ludovic. Gilhauſen in ſuo Arb. crimin. c.* 2. *tit.* 2. *n.*
7. *Gugl. Bochel. de publ. judic. diſquiſit.* 4. *§.* 21. *fol.*
53. Guazin. *de confiſcat. bonor. concl.* 12. *ampliat.* 85.
Reg. Valenz. *in opere de ſtatus, & belli ratione ſervanda,*
par. 2. *c.* 2. *n.* 5.

Tertiò, hujus criminis fuit reus D. Cæſar, quia
induxit Marcum Antonium N. ad deficiendum à fi-
delitate, ejus enim opera, & induſtria promiſit inſer-
vire Principi Salerni in invaſione Regni, & crimen
96 læſæ Majeſtatis commiſit is, * cujus opera factum
eſt, ut fideles Regis à fidelitate deviant, *l.* 4. *ff. ad l.*
Jul. Majeſtat. Foller. *in pract. crim. in verbo, item*
quod commiſit crimen læſ. Majeſt. n. 55.

97 Quartò, * crimen læſæ Majeſtatis commiſit, nam
cùm audiviſſet tractatus, qui fiebant tam Petavii,
quam Sermonetæ in favorem Regis Gallorum con-
tra Imperatorem, ejuſque Regnum, ſive Statum, &
contra propriam ipſius D. Cæſaris patriam, eos non
revelavit, Godoffr. *ubi ſupra, nn.* 68. *in medio*, Hon-
ded. *conſ.* 108. *numer.* 2. *vol.* 1. *& Marta in ſumma de*
ſucceſſ. part. 1. *quæſt.* 8. *art.* 1. *n.* 2. ſolent enim ſcien-
98 tiam contra propriam † patriam abſque revelatione
puniri, habetur ex text. *in l. quiſquis, Codic. ad l.* Jul.
Majeſt. voluit Bart. *in l. utrum ff. ad l. Pomp. de parri-*
99 *cid.* * qui æquiparat tractatum contra Principis per-
ſonam, & contra propriam Civitatem, nec mirum,
100 quia poſt Deum primò neſcimus patriæ, † deinde pa-
rentibus, *l.* 1. *§. ſi ea, ff. de ventr. in poſſeſſ. mitten. l. ve-*
101 *lut, ff. de juſt. & jur.* * & quando tractatus de adju-
vando Domino contra patriam, vel de relinquendo
patriam in periculo pro Domino, patriam præferri
102 voluit Mirad. † *conſ.* 13. *num.* 7. & propterea ſciens
tractatum contra propriam Civitatem, & non reve-
103 lans, * incidit in crimen læſæ Majeſtatis, Socin. *conſ.*
22. *vol.* 1. & eadem pœna punitur, ac ſi contra pa-
triam feciſſet, dixit Capyc. *dec.* 130. *n.* 65. Brun. *conſ.*
28. *n.* 2. *& 7. Laud. in tract. de crim. læſ. Majeſt. q.* 13.
n. 53. Iſer. *in c.* 1. *§. præterea in pr. qua ſit prim. cauſ. be-*
nef. amitt. Gig. *in tract. de crim. læſ. Majeſt. ſub rub. de*
plurib. & var. qq. q. 2. Affl. *in c.* 1. *§. bona commiten-*
104 *tium, n.* 273. *quæ* 4. *ſint regal.* * conſcius enim hujus
criminis punitur ut particeps, Soc. jun. *conſ.* 105. *nu.*
43. *vol.* 3. Anch. *conſ.* 277. *& conſ.* 439. Crav. *conſ.*
224. *n.* 7. *Boſſ. ſub tit. de crim. læſ. Majeſt. n.* 7. Baiard.
ad Clar. in §. læſ. Majeſt. verſ. 40. *committitur*, qui alios
etiam allegat, Ludovic. Gilhauſ. *in arbor. crimin. ju-*
dic. cap. 2. *tit.* 2. *n.* 8.

105 Et licèt Bald. * in quodam ſuo *conſ.* relato per Aret.
in tr. de maleſ. in verb. Che hà tradito la ſua patria,
col. 4. *verſ. quod crimen læſæ Majeſt.* dixerit, quod
opinio Bart. *in l. utrum, ff. ad l. Pomp. de parric.* pro-
cedat, quando ſciens tale delictum committendum,
probare poteſt id, quod revelat, aliàs ſecus, *Reg. de*
Pont. d. conſ. 90. *n.* 26. opinionem tamen Bart. in pra-
ctica ſervari atteſtatur idem Aret. *loco citato, & ibi-*
dem Angel. in addit. quæ incipit, *cùm autem in hac*
materia dicit, illam ſervaſſe. & communiter ſervari
teſtatur idem Aret. *in §. publica, circa fi. Inſt. de publ.*
judic. Capyc. *in d. dec.* 130. *n.* 65. & ita ſervari vidiſſe
refert Boſſ. *in tit. de crimin. læſ. Majeſt. n.* 47. *&* 48. in
106 perſonam Bartholomæi Ferrarii Mediolanenſis, *
qui tempore Gallorum, etiam nullo ſequuto affectu,
fuit in fruſta diviſus, & eſt communis opinio, de

qua per Clar. *in ſua prax. crim. §. ult. q.* 87. ubi Baiar.
Menoch. *de arbitr. caſu* 355. *n.* 9. *ubi* plenè qui *nn.* 22.
poſt Alciat. *in l.* 4. *§. Cato* 4. *notabili, de verb. oblig.* &
Cagn. *in l. culpa caret, n.* 12. *ff. de reg. jur.* dicit, * quod 107
opinio tenentium, non teneri revelare eum, qui pro-
bare non poteſt, procedit, quando quis per viam ac-
cuſationis contra delinquentem vellet procedere,
nam ſi probationes non habet, accuſare non debet,
ne periculum tormentorum ſubeat, juxta *l.* 3. *ff. ad l.*
Jul. Majeſt. ſecus verò, quando conſcius vult dete-
gere id, quod ſcit eo modo, quo ſcit per modum ad-
monitionis, in eo enim caſu procedit doctrina Bart.
in d. l. utrum, ff. ad l. Pomp. de parricid. Goduff. *à Ba-*
ro ubi ſup. † quod quidem in Regno eſt abſolutum, 108
cùm per *cap. incip. Nuper apud Tranum* teneantur
nunciare tantum cum nominibus teſtium, & omni
alia cauſa, per quam credunt, delictum poſſe probari,
prævio tamen juramento, quod id non faciat propter
odium particulare, ſed quia credit id, quod denun-
ciat, † & ideo cùm hic caſus accidiſſet ſuperioribus 109
annis in perſonam Marci Antonii de Theſis V. I. D.
qui per ſolam ſcientiam tractatus Caietæ, qui fiebat
ab ejus fratribus, ex quo non revelavit, fuit per ſen-
tentiam facta relatione in Coll. Conſ. condemnatus
ad capitis obtruncationem, cum bonorum confiſca-
tione, quamvis fuiſſet allegatum, quod neque Caieta
erat ejus propria patria, & contra fratres non tene-
batur revelare, juxta doctrinam Salic. *in d. l. quiſquis,*
de quo apud Jo. Bapt. de Thoro *in ſuo compend. par.*
3. *in* 3. *ſect. ver. ſciens tractatum*, * & hanc etiam di- 110
ſtinctionem approbavit Cacher. *in dec.* 80. *num.* 4. &
Minſyng. *cent.* 5. *obſer.* 40. & quod non ſit receden-
dum ab opinione Bart. quia abſque dubio à DD.
magis communiter recepta eſt, dixit Farinac. *q.* 51.
nn. 69. *&* 71. Nat. *conſ.* 620. *&* 668. *Marc. Mantua*
ſing. 2.

Et demùm hoc crimen commiſit, quia nedum
ſcientiam habuit tractatuum, & conſiliorum, quæ
fiebant, ſed ipſemet tractavit, & fuit particeps, non
contra unam Civitatem, ſeu Caſtrum, ſed contra uni-
verſum Regnum, & contra propriam patriam, non
ſemel, ſed multiplicatis vicibus interveniens, tam in
Civitate Petavii, quam in Oppido Sermonetæ, ex
quibus tractatibus, & conſiliis jam fuit ſequutus ef-
fectus, † ſiquidem Salerni Princeps ſe contulit ad Re- 111
gni invaſionem, cum Gallorum Claſſe, in qua ob
ejus infirmitatem D. Cæſar non adfuit, & quidem
invaſio ſequuta fuiſſet, niſi Turcarum Claſſis, quæ
cum Gallica unienda erat, Cæſaris Mormilis opera
dimiſſa fuiſſet, * & in hoc crimine affectus punitur, 112
etiam quod effectus non ſit ſequutus, *l.* 1. *& l.* 3. *ff. ad*
l. Jul. Majeſt. gl. in §. 2. *in ver. moliri, Inſt. de publ.*
jud. & Fer *in conſ. crim.* 55. *n.* 66. 91. *&* 97. *tom.* 1. Guliel.
Bochel. *de publ. jud. diſquis.* 4. *§.* 13. *fol.* 55. *Reg. de Ponte*
d. conſ. 90 *n.* 17. hoc plenè probat Decian. *tract. crim.*
li. 7. *c.* 35. Farin. *q.* 115. *inſpect.* 4. Follet. *in prax. crim. in*
verb. item qui commiſit crimen læſ. Majeſt. n. 69. Gram.
vot. 29. *n.* 4. *& dec.* 74. ubi habetur, * quod quidam 113
accuſatus de falſa moneta, ex eo quod illam inchoa-
verat, non tamen perfecerat, quamvis attentaſſet, eum
minori pœna eſſe puniendum, non potuit obtinere,
Guid. Pap. *dec.* 144. unde Angel. *in d. l.* 1. *ff. ad leg. Jul.*
Majeſt. dixit, * nota primum argumentum, quod ex 114
ſolo conſilio, & tractatu de occidendo Poteſtatem
Bononiæ incidit in crimen læſæ Majeſtatis, non
ſolum propter actum auferendi Caſtrum, † ſed etiam 115
ordinatio, & deliberatio facit actum, per quem di-
citur committi crimen læſæ Majeſtatis, ut habeat
locum pœna mortis, & publicatio bonorum,
quia ſufficit conſilium, abſque alia executione,
quod etiam voluit Ang. *in lib.* 1. *§. hac autem verba cir-*
ca fin. ff. quod quiſque juris, quem ibi ſequitur Jaſ. *in*
final. verbis, * ubi notabiliter inquit. *Quod licèt per* 116
generalem conſuetudinem Mundi conatus non pu-

niatur eo modo prout punitur, quando factum eſt con-
ſummatum, id tamen non procedit in crimine læſæ
Majeſtatis, & Patriæ oppugnationis, in quibus non
117 expectatur eventus ſed ſufficit ſimplex conatus, † quia
ſerò pararetur vindicta crimine conſummato, idem
voluit Andr. de Iſern. in c. 1. ſi verò voluerit vaſallus,
col. 1. de Capit. qui cur. vend. ſequitor Loffr. in conſil.
21. n. 8. Cæpol. conſ. crim. 17. Calcan. optimè, in conſ.
65. in 4. dub. n. 55. nedum ergo in caſibus expreſſis in
118 d. l. quiſquis † punitur conatus eadem pœna, qua effe-
ctus, ſed etiam in aliis caſibus contentis in l. 1. & 3.
ff. ad leg. Jul. Majeſt. quod fuit etiam practicatum in
119 perſonam Antonii N. * qui ob ſolam tranſmiſſionem
literarum ad Salerni Principem, abſque eo quod ad
ejus manus perveniſſent, ad obtruncationem capi-
tis, & bonorum publicationem fuit condemnatus,
120 † tractatum enim proditionis faciendæ ultimo ſup-
plicio puniri, habetur ex Rot. Aven. deciſ. 92. in der.
diverſ.

Nec poteſt dubitari, quod ſatis probatum ex actis
121 appareat, † D. Cæſarem in prædicta capita rebellio-
nis, & perduellionis incidiſſe, cùm ex ejus con-
feſſione tam in tortura, quàm extra torturam
omnia prædicta patraſſe ſatis evidenter appareat,
ſicuti in felonia probat etiam Bardel. conſ. 101. num.
111. & ſeq. volum. 2. nec prætendi poteſt, torturam
fuiſſe illatam non præcedentibus legitimis indiciis,
aut non eſſe indiciis conformem, ſed erroneam,
122 * quamvis enim in hoc crimine per conjecturas, &
præſumptiones procedatur, ut per Gigant. de crim.
laeſ. Majeſt. ſub tit. quom. & per quos probetur, qu. 49.
Imo ſecundum opinionem Aug. de Arim. in addit.
ad Ang. de maleſ. in verb. Che hai tradito la tua Pa-
tria, & Gigant. in loco citato, & Dec. conſ. 18. n. 53. vol.
2. ex Doctrina Bald. in l. quicunque in fi. n. 45. ff. de ſerv.
fugit. Farin. in conſ. crim. 100. n. 14. vol. 1. Ludovic.
Gilhauſen. in Arb. crimin. judic. cap. 6. §. 43. nu. 40.
123 poteſt procedi ad torturam, † etiam abſque indiciis,
licèt contrarium teneat Farinac. de indic. ad tortur.
124 quæſt. 37. num. 62. licèt teneat, * quod leviora ſuffi-
ciant indicia in hoc crimine numero 95. in fin. tamen
in hoc caſu erat D. Cæſar nedum fortiter indiciatus,
ſed ex multis convictus, ut ex nota facti, cùm tempo-
re, quo treuga inter Imperatorem, & Gallorum Re-
gem terminabatur, Galliam una cum Marco Anto-
nio N. ſe contulit, & jam eo tempora bellum indi-
ctum fuit, unde non modica contra eum ſuſpicio
125 orta fuit, * qui enim ad hoſtes ſe confert, probare
debet, quod non malo animo iverit, nam in delictis
126 præſumitur animus nocendi, * l. ſi non convicti, C. de
injur. tradit Andr. in c. 1. §. porrò, col. 3. verſ. transfu-
ga eſt, qua ſit prim. cauſ. benef. amit. qui etiam ſubdit,
127 quod caveat ſubditi ire ad hoſtes ſine licentia, * quia
antequam probent, quod non malo animo iverint,
in vinculis cauſam dicent, præſertim cùm D. Cæſar
erat eo tempore de rebellione nedum ſuſpectus, ſed
inquiſitus, & carceratus pro tractatu Iſclæ, & ſub
fidejuſſoria cautione mancipatus, & poſt dictam
ſoſpicionem in Galliam profectus, ibi ab hoſtibus
fuit carceratus in Caſtro Novo, ex qua carcera-
128 tione major ſuſpicio orta fuit, * quoniam enim
quis Principi ſuſpectus ab hoſtibus capitur, oritur
ſuſpicio contra eum, ne dolosè fecerit, Ang. in l. pen.
C. de captiv. Boſſ. de crim. læſæ Majeſt. num. 116. & ita
etiam dicunt teſtes in informatione, quod carcera-
tio prædicta fuit ſimulata. E Gallia deinde profe-
ctus, licentia accepta à Gallorum Generali, una cum
Marco Antonio N. literas Gallorum Regis ad Prin-
cipem Salerni, qui tunc Patavii morabatur, attulit, à
quo honorificè acceptatus, ultra menſem, cum eo
quotidie comedendo, & in eadem domo dormien-
do, pluries viſi fuere occultè loqui inſimul cum aliis
Gallis, & Regia Gallorum ſtipendiariis, & tempore,
quo jam Princeps hoſtis animum aſſumpſerat, &
rebellis reputabatur, † quia concurrebant illa tria 129
requiſita in proditione, revelatio ſecretorum cum
mala intentione, & animo damnificandi dominum,
& damnum ex tali revelatione prodita, Andr. in c. 1.
quib. mod. feu. amitt. ſequitur Fab. Aſcad. in deciſio.
cauſar. feud. caſu 81. * & confœderatio cum inimi- 130
co Domini præſumitur in ipſius Domini perniciem,
Bald. in cap. 1. in princip. colum. fin. verſ. modo hic,
quib. mod. feud. amit. ubi dicit, † idem eſt ſi non 131
erat inimicus, ſed eſſe dubitatur ex evidentibus
conjecturis, & tractatibus, Minad. conſ. 13. n. 17. ubi
allegat illud: Cum Sancto ſanctus eris, &c. c. omnes
24. qu. 1. cap. accedens, el 2. ut lit. conteſt. facit etiam
tex. in c. 1. quot ſint neceſſ. ad prob. feu. ingr. ibi, vel
inimicis ejus amicitias copulaverit. Viſus autem fue-
rat Venetiis cum Legato Regis Gallorum, & cum
Rebellibus S. M. & cum ipſis securè loqui, cohabi-
taverat etiam Sermonetæ cum Rebellibus, & ini-
micis S. C. M. & ſic etiam Romæ D. Franciſcus ejus
frater utrinque conjunctus, & D. Carolus ejus fra-
ter conſobrinus, cum quibus quotidiè erat, erant
jam rebelles declarati, permanſit in domo, tam Bo-
nifacii Gætani, tunc Sermonetæ Domini, quam in
domo Cardinalis Sermonetæ, qui erant de factione
Gallica, & inimici Suæ Cæſareæ Majeſtatis, juſtè
igitur ſtantibus prædictis indiciis legitimè eidem
fuit tortura illata, † præſertim in hoc crimine, in quo 132
ſola ſuſpicio facit caſum, Bald. in d. quicunque, C. de
ſerv. fugit. & quamvis eſſemus in caſu, in quo ante
torturam præcedere debent indicia legitima, & ſuf-
ficientia, * attamen quæ dicantur indicia ſufficientia, 133
Judicis arbitrio relinquitur, Bart. in l. final. §. 5. ff. de
qua, eſt text. in l. 3. §. ejuſdem quoque, ff. de teſtib. Me-
noch. de arbitr. lib. 2. caſ. 270. Peguer. dec. 17. n. 13.
quamplures affert Farinac. qu. 38. num. 192. in hoc
autem caſu omnia concurrebant, ad hoc ut tormen-
tis D. Cæſar ſubjiceretur.

Cùm enim fuiſſet jam alias inquiſitus de tali cri-
mine, & ſic ſuſpectus, convictus erat de cohabita-
tione cum Principe Salerni, converſatione, & ſecre-
ta allocutione; oportebat ergo ſcire ea, quæ cum
Principe tractaverat, quæ poſtea ex confeſſione in
tormentis, & ratificatione ſequuta fuerunt jam pa-
tefacta. Convictus erat etiam de converſatione, &
intrinſeca alloquutione cum hoſtibus, & rebellibus
Suæ Cæſareæ Majeſtatis in Civitate Venetiarum,
debebant ergo Judices ſcire, quæ alloquutus fuerat
& quæ tractaverat. Convictus erat etiam de habi-
tatione in Terra Sermonetæ, quæ nedum erat inimi-
corum Suæ Cæſareæ Majeſtatis, ſed erat aſylus om-
nium rebellium Regni, & ſic etiam de converſatione
aſſidua cum hoſtibus, & rebellibus, quid ergo dubii
erat, quin tormentis ſubjici debebat, ad ſciendum
tractatus, & conſpirationes, quæ contra proprium
Principem machinabant?

Cùmque de pluribus eſſet D. Cæſar convictus, &
etiam confeſſus in depoſitione extra torturam, ſu-
pervacaneum erit reſpondere iis, quæ in contra-
rium opponuntur, tam circa perſonas teſtium, velu-
ti quod Capitaneus Buſtus erat explorator, & quod
Joannes Baptiſta Cerni cum dicto Buſto ſint falſi, &
quod inveriſimilia deponant, quia ex nota facti
contrarium apparet ex pluribus teſtibus, & confeſ-
ſione, quæ cum indiciis optimè conjunguntur, &
indicia nedum erant ſufficientia pro tortura, ſed ad
condemnationem, * ut probat poſt alios Decian. dict. 134
lib. 7. quæſt. 45. per totam, cùm in hoc crimine teſtes
etiam alias non admittendi, recipiantur, l. famoſi, ff.
ad l. Jul. Majeſt. latiſſimè Ludov. Gilhauſen. in d. ar-
bore crim. c. 6. p. 1. §. 23. per totum Bardellon. conſ.
109. num. 17. vol. 2.

Tortura ergo illata, ſtatim altiatus petiit deſcen-
di, qui volebat veritatem deponere per extenſum,
non poteſt ergo prætendi, quod confeſſus fuit ob ni-

miam torturam, & ea, quæ D.Cæſar depoſuit, veriſ-
ſima fuerunt, cùm ſint conformia indiciis, & infor-
mationi captæ. Dum ergo confeſſus fuerit promiſiſ-
ſe in invaſione Regni facienda cum Claſſi Gallo-
rum Regis Principi Salerni inſervire, vera confite-
tur. Siquidem certiſſimum eſt, Principem in hoc
crimine incidiſſe, & quod totis viribus conabatur
animos Regnicolarum, & particulariter perſona-
rum nobilium, & illuſtrium erga ſe inclinare, ut
tempore invaſionis majorem ſequelam haberet,
quid ergo dubitari poteſt, quod cùm D. Cæſar de
tam nobili genere ortus, & innumeris Equitibus
neceſſitate conjunctus, ut ejus auxilio id perficere
poſſet? ſtante tam maxima, quam per prius habebat,
cum eo amicitia, id perficere procuraſſet.

Et propterea ad id factum etiam demonſtravit,
dum enim Princeps in Galliam proficiſcitur, D. Cæ-
ſar ad Regnum ſe appropinquavit, Princeps Galli-
cam Claſſem conducebat, & D. Cæſar cum Marco
Antonio N. Ruberto N. & alia animos ſubditorum,
& aliorum præparabat, & ea de cauſa in Caſtro Ser-
monetæ ſe contulit, ut cum hoſtibus, & rebellibus
Cæſ. M. de invaſione Regni, & de modo, quomodo
erat invadendum tractaret, vera ergo D. Cæſar in
confeſſione dixit, dum prædictos tractatus in d. Ca-
ſtro factos depoſuit, quod erat, ut inciperetur ab ali-
quo ex Apuleæ Portu; Sed quid de vera confeſſione
D. Cæſaris erit dubitandum; ſi in ratificatione ex-
tra torturam, cùm aliqua ex eis, quæ in tortura de-
poſuerat, negaſſet, alia verò, ex quibus manifeſtum
crimen læſæ Majeſtatis reſultat, confirmavit, & quod
plus, confeſſioni addidit, quod quamvis in tortura
ſimpliciter depoſuiſſet, in tractatibus inter rebelles,
& hoſtes factis in domo Cardinalis Sermonetæ in-
terfuiſſe, in prædicta ratificatione addidit, nedum
ipſum interfuiſſe, ſed quod ipſe idem fuit unus, qui
prædicta contra C.M. prout omnes alii rebelles tra-
ctavit, ob deliberationem per ipſum per prius fa-
ctam de interveniendo in invaſione prædicta Regi
135 Gallorum, * prout promiſerat Principi Salerni, per
quæ non modo incidit in pœnam *l. fi. ff. ad l. Jul. ma-
jeſt.* ſed etiam in pœnas *l. quiſquis*, ſolum enim tra-
136 ctatus proditionis † faciendæ punitur pœna ultimi
137 ſupplicii; † Rot. Avenion. *dec. 92. in dec. diverſ.* & tri-
ginta unum ſpecialia in hoc crimine enumerat Baiard.
ad Jul. Clar. in §. læſa Majeſtas, n. 25. qui propterea
in fi. concludit, *Væ homini illi, qui de hoc crimine ne-
dum imputatus eſt, ſed adumbratus eſt*, poſt Affl. *in
tit. quæ ſint regal. in §. bona committentium, in uſib.
138 feud.* * quibus addo aliud ſpeciale, quod licèt in aliis
criminib. re integra pœnitentia admittatur, ita ut pœ-
nitens puniri non poſſit, fallit tamen in crimine læ-
ſæ Majeſtatis, nam eo ipſo, quod hoc crimen rebel-
lionis commiſit, etiam effectu non ſequuto, ipſo ju-
re, nullaque ſententia expectata pœnas incurrit, &
particulariter publicationis bonorum, * ut notant
Bart. & alii Scribentes in *l. qui falſum. ff. de falſ.* &
notatur *in l. ſi quis non dicam rapere, C. de Epiſc. &
Cler. & in l. 1. C. de raptu virg. & in c. ad abolendum,
139 de hæret.* Farin. *quæſt. 116. n. 155.* * quando enim pœna
ipſo jure imponitur, pœnitentia non excuſat, *gloſ. in
clemen. ne in agro, §. quia verò, in verſ. ipſo facto, de
ſtatu Monachor.* Bal. *in auth. habita. C. ne fil. pro patr.*
Alexand. *in l. 1. ff. de iis, qui not. infam. & l. ſi Inſulam,
ff. de verbor. oblig. in 12. fall.* Marſil. *in ſing. 326.* Socin.
jun. *conſ. 105. n. 4. vol. 3.* Farinac. *d. q. 116. n. 156.* &
Decian. *lib. 7. cap. 40. nu. 4.* qui etiam *nu. 7.* pœnas
140 hujus criminis enumerat, † & quod in utroque capite
locum ſibi vendicet pœna *l. amiſſione, §. qui deficiunt,
ff. de capit. dimin.* Bart. *in extravag. qui ſint rebell. in
verbo rebellando, num. 13.* & Alexand. *in Apoſt. ad
141 Bar. in d. l. quiſquis*, † & non ſolum amittit jura Civi-
tatis, & ſpecialia Regni, ſed etiam beneficium juris
communis, quo in Civitate eadem, vel in Regno
uti non poteſt, ut per *Paul. de Caſtr. in l. 1. in fi. C. de
hæred. inſt.* & habetur per Loffred. *in conſ. 5. n. 21.* &
ſic eo ipſo, † quod D. Cæſar, crimina prædicta com- 142
miſit, inhabilis fuit factus ad ſuccedendum, tam ex
teſtamento, quam ab inteſtato.

Ex iſtis facilis redditur reſolutio primæ aſſertæ
nullitatis, quamvis enim per ſententiam non fuiſſet
Don Cæſar tanquam rebellis reputatus, ex quo non
ad mortem naturalem, ſed ad perpetuum carcerem
fuit condemnatus, tamen cùm ex informatione, &
ejuſdemmet confeſſione reſultet, † incidiſſe in crimi- 143
ne perduellionis, & læſæ Majeſtatis, ſequitur ve-
riſſima concluſio, quod in hoc crimine factum, &
non ſententia debeat attendi, * & ſtatim eo commiſ- 144
ſo inhabilis factus fuit ad ſuccedendum, abſque ullo
Judicis miniſterio, ſecundùm Bald. Paul. de Caſtr. &
alios *in l. 1. ff. de his, qui not. infam.* cum aliis quod Fa-
rin. *d. q. 116. §. 2. ſub num. 54.* & hoc in ſpecie cave-
tur per *extravag. qui ſint rebell.* ibi, *nos attendentes,
quod acta prava malorum potius, quam verba ſenten-
tiarum ipſos faciunt pœna condignos*, & de jure commu-
ni eſt text. † *in l. palam, §. quæ in adulterio, ff. de ri- 145
tu nupt.* quæ licèt loquatur in crimine adulterii, habet
locum in omnibus criminibus, in quibus lex ipſo fa-
cto, ipſoque jure pœnam imponit, ut tenent *Doctores
in d. l. 1. ff. de his, * qui not. infam. & Andr. de Iſern.* 146
loquens de crimine feloniæ in *cap. 1. §. præterea ſi
vaſallus, coln. 3. verſ. ſed quid ſi pater, quæ ſit prim.
cauſ. benef. amitt.* Luc. de Pen. *in l. cum allegatis, col.
4. verſ. pro quo eſt apertè. C. de re mili. l. 12.* † quicquid 147
dixerit Bald. *in d. §. quæ in adulterio*, cùm major ra-
tio adſit in crimine læſæ Majeſtatis, quod benè de-
claratum fuit per * *dictam extravag. qui ſint rebelles*, 148
& text. in d. §. quæ in adulterio nedum procedit in de-
prehenſo in crimine adulterii, ſed etiam in convi-
cto, † ſecundum *gl. ibi*, licèt poſtea dicat, quod ſecun- 149
dum *Joannem* requiritur deprehenſio, attamen pri-
ma cenſetur vera opinio *gloſ.* & non ſecunda, juxta
*gl. in rubr. ff. ſi certum petatur, & in l. certi condictio,
in pr. eod. tit.* & notat Jaſ. *in l. ſi idem, §. final. in 3. lim.
ff. de juriſd. omn. Jud.* & ita refert *Aud. dictam gloſſam*
tenere hanc opinionem, & eam ſequitur *in d. §. præ-
terea ſi vaſallus*, & à fortiori idem dicendum eſt in
confeſſo, * prout in caſu noſtro, cùm nulla adſit ma- 150
jor probatio, * quam proprii oris confeſſio, *l. generali- 151
ter, de non n. pecun* * confeſſioni enim quis contra- 152
dicere non poteſt, etiam in criminalibus; *l. confeſſioni-
bus, ff. de interrog. act. l. 1. C. de confeſſ.* † nam ubi adeſt 153
confeſſio, ibi relaxatio omnium probationum, Bald.
in conſ. 354. li. 1. & majorem probationem facit quo-
libet publico inſtrumento, † & quibuſcunque teſtium 154
depoſitionibus, Bal. *conſ. 198. lib. 3.* Ay. *in conſ. 61. n. 3.
& 171. n. 4.* pro quo facit, * quia ſicut per deprehen- 155
ſionem crimen efficitur notorium, ita per confeſſio-
nem, Innoc. *in cap. per inquiſitionem, col. 2. in fin. de
elect.* Bart. *in l. ſcriptus ff. de relig. & ſumpt. funer.* Bal.
in l. properandum, in fin. principii. C. de jud. Affl. *dec.
176. Aud. de Iſer. in Conſt. Regn. Si damna clandeſti-
na, 5. col.* ubi etiam Affl. *Specul. in tit. de minor. crim.
§. jam de notorio, n. 2. Alex. ad Bar. in l. ſi confeſſus,
ff. de confeſſ. Ang. in l. ſi vacantia, C. de bon. vacant. lu.
10. & in diſputat.* incip. *Aſtenſis miles*, Guid. Pap. *dec.
446. ſub n. 2. Gram. deciſ. 31. n. 8.* Rimin. ſen. *conſ. 531.
n. 6. vol. 3.* quos refert, & ſequitur Borell. *in ſumm.
dec. tom. 1. l. 3. tit. de confeſſis, n. 35. Reg. de Pon. d. conſ.
90. n. 36. Bardel. conſ. 101. n. 183. vol. 1.* immò *gl. in
l. ictus fuſtium*, & ibi Bart. *n. 3. ff. de his, qui notant.
infam. & in l. ſed & ſi poſſeſſori, §. ſi cum de hæredita-
te, de jurejur. ſuper verbo probatum* dixit, quod per ſo-
lam * criminis confeſſionem quis efficitur infamis, 156
ſequitur Maſcard. *de probat. concluſ. 895. n. 13. & 14.*
& Bal. *in d. l. de his, qui not. infam.* dixit. * quod nul- 157
lum genus probationum infamat, niſi probatio, quæ
fit per confeſſionem, Farin. *d. quæſt. 116. §. 2. n. 5.*
de

Digitized by Google

de quo tamen dicto DD. *in d. l. quoniam*, *& d. l. ictus fuſtium*, *& in cap. ſuper his*, *de pœnis*, *& Bart.*
158 *in l. infamem*, *ff. de public. judic.* † dubitant in illis caſibus, in quibus lex requirit ſententiam, & ſic factum Judicis, ut benè explicat Afflict. *in deciſ.* 182. *num.* 9.
159 Secus tamen in caſibus, † in quibus lex notat factum, prout in caſu noſtro, nam confeſſus ſtatim efficitur infamis ex tempore commiſſi delicti, lex enim eſt, quæ ſententiam profert, ita Jaſ. *in d. §. ſi eum de hæreditate, colum.* 1. *ff. de jurejur.* per *text. in d. §. quæ in adulterio*, proximè allegatis, & ex verbis Bald. *in d. l. ictus fuſtium, col. fin.* quæ confeſſio habet omnia
160 requiſita, * ut condemnari potuiſſet, cùm in ea perſeveravit, confeſſus fuit factum poſſibiliſſimum, & veriſimile, neque ſub aliqua ſpecie promiſſionis, ut per Gigant. *in tit. qual. & per quos probetur, quæſtione prima*, *numero* 17. & Decian. *lib.* 7. *quæſtione* 45. *num.* 22.
161 Hinc eſt, * quod etiam ſi per ſententiam fuiſſet D. Cæſar abſolutus, adhuc obſtaret exceptio inhabili-
162 tatis, * ut dixit Andr. *in d. §. præterea*, quia factum lex, non ſententiam attendit, ut probat text. *in d. §. quæ in adulterio*, *& l. qui uno*, *§. ignominia*, *ff. de re milit.*
163 habetur ex expreſſis verbis † *extravag. qui ſint rebelles. Reg. de Ponte ubi ſupra*, *n.* 51. *& ſeq.* Nec prædictis obſtat, quod debet damnari de culpa, & requiratur ſententia declaratoria, quamcumcunque bona ipſo jure amittantur in crimine læſæ Majeſtatis, de quo latiſſimè per Tiraqu. *in repet. in l. ſi unquam*, *in verb. revertatur. n.* 398 *C. de revoc. donat.* Farinac. *qu.* 113. *inſp.* 8. *nu.* 86. quia reſpondet Andr. quod hoc habet locum inter delinquentem, & Fiſcum qui non debet extendere manus ad bona damnati, niſi poſt ſententiam, verum quoad delinquentem, & eum, qui immediatè ſucceſſurus eſt ſtatim quod crimen commiſit, factus eſt inhabilis, ſecundum *Andream*, ex cujus verbis colligitur limitatio, quod declaratoria
164 non requiritur reſpectu pœnæ infamiæ, * & inhabilitatis, prout etiam clarius hoc voluit Felin. *in c. Rodulfus, de reſcript. n.* 71. *verſ. limita quartò*, † dicens,
165 declaratoriam non requiri ubicunque pœna trahit ſecum executionem, & nullam facti executionem
166 requirit, ut infamia, * excommunicatio, & alia hujuſmodi, quem refert, & ſequitur Tiraquel. *in d. verb. revertatur*, *n.* 410. ubi & alios complures adducit,
167 * & quod in rebellione notoria non opus ſit ſententia declaratoria, Decian. *in tract. crim. lib.* 6. *cap.* 40. *n.* 20. *& cap.* 42. *ſub num.* 4. Maſcard. *de probat. libr.* 3. *concluſ.* 1157. *num.* 16. Peregrin. *de jure fiſc. lib.* 3. *tit.* 8.
168 *num.* 12. * Farin. *de crim. læſæ Majeſt. q.* 113. *ſub n.* 92. quod ſecus tamen eſſet, quando crimen non eſſet notorium, & in iſtis terminis ſunt intelligenda dicta per Decia. *in tract. de crim. læſ. Majeſt. li.* 7. *q.* 40.
169 *n.* 20. * & Farin. *d. q.* 116. *n.* 54. *§.* 2. qui tamen omnes concludunt, quod ſequuta ſententia teſtamentum
170 poſt delictum patratum nullum redditur. * Poteſt etiam & alia afferri veriſſima reſolutio, quòd ſententia declaratoria requiratur, reſpectu bonorum jam per ipſum de crimine inculpatum poſſeſſorum, ad hoc enim ut Fiſcus poſſit bona prædicta capere, requiritur ſententia declaratoria, reſpectu verò bonorum non adhuc acquiſitorum, ſed in ſpe ſuccedendi conſiſtentium, ſtatim nulla expectata ſententia fit inhabilis ad ſuccedendum, & erit locus ſucceſſioni proximioribus agnatis, quia difficiliùs acquiſita, quam bona acquirenda amittuntur, Socin. *conſ.* 18 *n.* 8. *li.* 1. Afflict. *in d. §. ſi vaſallus*, *in gl.* 3. *n.* 14. *quæ ſit prima cauſ. benef. amitt.* Menoch. *in conſ.* 101. *n.* 12. & latè Pereg. *de jur. fiſc. lib.* 3. *tit.* 8. *n.* 7. quod etiam plenè pluribus rationibus probat *de Pont. d. conſil.* 90. *per totum*, *volum.* 1. qui pro hac eadem
171 cauſa tanquam * Advocatus ſcripſit in prima inſtantia, cujus tamen dicta non reperio, ſed rogo Dominos Judices, ut velint totum conſilium prædictum, tam eruditiſſimi hominis percurrere, nam omnia in eo invenient, qui etiam in *deciſ.* 84. *num.* 27. dicit, quod in prædicta cauſa D. Cæſaris attento facto vero non fuit habita ratio ſententiæ, * quia in delicto 172
prædicto factum, & non ſententia attenditur, *& in dec.* 22. *num.* 7. per *Capit. Regni Nuper apud Tranum* dicit; † quod non requiratur ſententia, ad hoc 173
ut quis rebellis dicatur, & per *capit. Quoniam nuper in d. extravag. qui ſint rebell.* & amplius dicit, *de Pont.* quòd in hac cauſa D. Cæſaris Caraſa fuerat deciſus articulus, ut non attendatur ſententia, ſed factum, * & teſtatur *in conſ.* 73. *n.* 23. *&* 24. *eod.* 1. *vol.* 174
pro quo etiam facit id, quod notat Bal. *in d. l. quoad ſtatum*, * quod quando imponitur pœna mortis, tunc 175
inſpicitur pœna, & non cauſa, quando verò minor pœna, & tunc utrumque inſpicitur.

Et hoc idem, * quod hujus criminis reus non ſuc- 176
cedat, ſed venientes ab inteſtato, aut vocati per fideicommiſſum, latè fundat Socin. *conſ.* 28. *lib.* 1. *n.* 18. Decian. *in tract. crimin. lib.* 7. *cap.* 4. Farinac. *d. quæſt.* 116. *§.* 2. Menoch. *d. conſ.* 101. *n.* 25. Peregrin. *de jur. fiſc. d. lib.* 3. *tit.* 8. *Rom. ſing.* 170. Boer. *conſil.* 1. *n.* 1. & Natt. *conſil.* 4872. Bary *de ſucceſſ. tom.* 1. *tit. de incapacibus*, *n.* 6. ita quod ſi fuerit reſtitutus, non recuperavit, multos congerit Giurb. *in conſ. crim.* 44. *n.* 53.

Ex quibus infertur, quod cùm D. Cæſar fuerit notorius rebellis ex ipſamet ejus confeſſione, & informatione capta, non eſt locus conjecturis, quod tangentia rebellionem commiſerit, vel de rebellione ſuſpectus fuerit, & quod Judices habuerint confeſſionem pro non vera, quia cùm lex factum, & non ſententiam attendat, * quamvis pro rebellione fuiſſet à 177
Judicibus abſolutus, potuiſſet Sacrum Conſilium eum inhabilem declarare ex ipſo facto, * quod ex 178
probationibus, & confeſſione reſultat, ex doctrina *Andreæ in d. §. præterea ſi vaſallus*, *& ex d. §. quæ in adulterio*, & ex aliis ſupra fundatis.

Quæ quidem quamvis ſatis plana ſint ad exuberantiam, tamen fundabimus, per ſententiam prædictam rebellem fuiſſe D. Cæſarem condemnatum, & ut talem reputatum: quod quidem ſatis patet ex titulo ſententiæ, in qua dicitur, *In cauſa D. Cæſaris Caraſa inquiſiti de crimine rebellionis*, non autem dicitur *de ſuſpicione rebellionis*, aut *de temeritate*, vel *rebellionem tangentibus*, † & ad primordium tituli 179
poſterior formatur eventus, *l.* 1. *C. de imponen. lucra. deſcript. lib.* 10. * & cùm dicat, *inquiſitus de rebellione*, 180
reſultat titulus criminis, ex quo notatur, delictum eſſe perfectum, * illud ſcilicet, quod ex eo facti no- 181
men accipit, ita notabiliter Bald. *in l. data opera*, *n.* 55. *verſ. dico autem*, *C. qui accuſ. non poſſ.* ſic etiam habemus in *Evangelio*: *Et impoſuerunt ſuper caput ejus cauſam ipſius ſcriptam*, & non per hoc ſequitur, non fuit ad mortem damnatus, ergo non fuit tanquam rebellis reputatus, poteſt enim variis ex cauſis, * etiam in hoc crimine minorari pœna. Inter alias 182
autem ratione qualitatis perſonæ, convictus enim de hoc crimine non condemnatur ad mortem, * prout 183
practicatum fuiſſe cum Nicolao Orgemuntio, qui condemnatus fuit, ut aſſiſteret ad locum ſupplicii, tempore quo ejus ſocii trucidabantur, & deinde in carcerem vita ejus durante, * cùm pane, & aqua per- 184
maneret, teſtatur Papon, *in lib.* 22. *titul.* 2. *arreſt.* 30. & hoc idem pluries in Regno practicavimus, & in proceſſu adſunt exempla eorum, qui pro hoc eodem crimine condemnati fuerunt, alii ad pœnam relegationis, & alii ad perpetuum carcerem, & tamen rebelles declarati fuerunt, & confiſcationem bonorum paſſi fuerunt, & nonnulla alia exempla Principum, qui rebelles mitiori pœna mulctarunt, refert Decian. *in tract. crim. lib.* 7. *tit.* 49. *num.* 48.

Ex alio etiam fundatur, tanquam verè rebellem fuiſſe D. Cæſarem condemnatum, nam & ſi verum ſit,

185 ſit, * quòd aliquando etiam pro crimine læſæ Maje-
ſtatis poteſt quia pœna extraordinaria condemnari,
veluti quando commiſit crimen, quod rebellionem
tangit, attamen in eo caſu condemnatio ſit à relega-
tione infra, ut dicit Bart. in extravag. ad reprimen-
dum, in verb. legitimè, num 2. & in verb. tangunt, &
Capyc. in dec. 139. n. 19. Cumque in caſu noſtro con-
demnatio fuerit ſatis ultra relegationem, prout eſt
pœna perpetui carceris, ſequitur neceſſario, quod
D. Cæſar commiſit verè rebellionem, non autem re-
bellionem tangentia, cùm alias ſi tantum rebellio-
nem tangentia commiſiſſet, non potuiſſet niſi pœ-
na relegationis, vel infra condemnari, & ideò Ca-
186 chet. in dec. 80. n. 3. dicit, † quod tangentia rebellio-
nem committuntur per ſimplicem ſcientiam, in caſu
autem noſtro nedum adfuit ſimplex ſcientia, ſed
cooperatio, prout ſupra fundavimus, & propterea
dubitari non poteſt, quod hæc pœna perpetui car-
ceris veram rebellionem præſupponit.

Præterea etiam ſi in caſu noſtro pœnam perpe-
tui carceris attendamos, in ejus ſequelam orta fuit
incapacitas, & inhabilitas D. Cæſaris ad ſucceden-
187 dum, * quia talis pœna morti æquiparatur, Bald in
c. 1. §. denique, quæ ſit prima cauſa benefic. amitt. & Joã.
188 de Anania † in c. 1. col. 10. de colluſ. detegen. dixit, quod
ſuccedit loco pœnæ mortis, & eſt morti proxima, &
Gemin. in cap. quamvir, de pœna in 6 dixit, quod jura
civilia loco hujus carceris imponunt pœnam mor-
tis, & gl. in l. in ſervorum, ff. de pœn. dixit, quod ma-
189 jor pœna eſt ſtare in carcere, † quam laborare in
agro, vel in quolibet opere publico, & Ignat. Lopez
in addi. ad Diaz in pract. crim. canon. c. 140. dicit le-
190 viorem eſſe pœnam mortis * quam perpetui carceris
quod & antè cenſuerat Tiberius Cæſar, qui ut eſt
apud Sueton. in ejus vita fol. mihi 51. n. 30. in recog-
noſcendis cuſtodiis, precanti cuidam pœnæ maturi-
tatem, ac mortem, reſpondit, Nondum tecum in gra-
tiam redii, ſignificans, mortis leve ſupplicium eſſe
reſpectu carcerum, & latè de materia diſcurrit Fari-
191 nac. 19. n. 13. † & propterea Innocent. in c. qualiter,
& quando col. 3. verſ. 6. de accuſat. æquiparat pœnæ
damnationis ad metallum, Bart. Jaſ. & Dec. in l. impe-
rium, ff. de juriſd. omn. jud. & idem Bart. in l. publico-
rum, col. 3. ff. de public. jud. & in l. final. ff. de his, qui
pro non ſcript. habentur, de Ponte conſ. 73. vol. 1. n. 9. &
192 13. per quam pœnam * condemnationis in metallum
Civitas, & libertas amittuntur, in l. aut damna, §. eſt
pœna, cum §. ſeq. ff. de pœn. & in l. quidam ſunt ſervi,
& in l. ſi metallum, ff. eod. tit. de his, qui pro non ſcript.
habent. In quibus juribus probatur, damnatos in me-
tallum eſſe omninò incapaces, eiſque relicta pro non
193 ſcriptis haberi Vaſquez † de ſucceſſ. tom. 2 l. 1. §. 2. n.
13. & quod condemnatus ad perpetuos carceres ſit
intestabilis activè, * & paſſivè, eſt deciſio Benedicti
194 de Plumbino, quem refert, & ſequitur Imol. in l. 2.
col. 3. verſ. & per illum textum, ff. de publ. judic. Bart.
in dict. l. 2. ff. de his, qui pro non ſcript. habent. Bald. in
l. 1. Cod. qui non poſſ. ad liber. perven. & in conſ. 448.
vol. 1. Gugl. de Benedict. in c. Raynuntius, in verbor.
mortuo teſtatore, il 1. n. 329. Barbat. in c. quia ingredi,
col. 10. de teſtament. & Imol. n. 23. Hippolyt. de Mar-
ſil. ſing. 563. quam ſententiam communem dixit Abb.
in rubr. de teſtament. & Covar. in d. rubr. nu. 37. cum
aliis apud Barry de ſucceſſ. tom 1. lib. 1. tit. qui teſtam.
& codic. fac. poſſ. nu. 32. & Marta in ſumma ſucceſſ.
leg. 1. part. 3. qu. 14. art. 2.

195 Nec prædictæ communi opinioni obſtat text. in
authent. ſed hodie, Cod. de bon. damnat. nam licèt per
dictam authenticam quis benè natus non efficiatur
ſervus pœnæ, & ſucceſſivè non amittat libertatem,
amittit tamen Civitatem, & ſic, quæ ſunt juris civi-
lis, & efficitur inteſtabilis activè, & paſſivè, quod
patet in deportato, cujus & minor pœna, quam
196 damnati in metallum, † qui non amittit libertatem,

nec efficitur ſervus pœnæ; * & tamen quia perdit ea, 197
quæ ſunt juris civilia, non habet teſtamenti factio-
nem, † nec capax eſt ſucceſſionis, d. l. quidam ſunt 198
ſervi, & ibi gloſ. in verb. non habeant, ff. de pœn. Bald.
in l. 1. col. 3. verſ. quæro, 6. de ſacroſ. Eccleſ. & ita re-
ſpondet Bald. in conſ. 448 Peregr. de jure fiſc. li. 3. tit. 5.
Vaſq. eod. tract. tom. 2. libr. 1. §. 1. num. 152. Marta
ubi ſupra, n. 22. amittens enim Civitatem, * abſque 199
alia publicatione amittit bona, Caſſan. in Conſuet.
Burg. tit. des confiſcations, rubr. 2. §. 1. gl. 2. n. 12.

Neque obſtabit, quòd de jure civili pœna perpe- 200
tui carceris ſit improbata, l. aut damnum, §. ſolet, ff.
de pœn. & in l. incredibile, eod. tit. nam talis pœna
irrogata tenet, ut voluit gloſ. in d. l. incredibile. ubi
omnes Scribentes hoc tenent, & præcipuè Cyn. &
Angel.

Quicquid tamen ſit de jure communi, * de jure 201
canonico hæc pœna perpetui carceris eſt cognita,
& communiter approbata ex tex. in cap. quamvis. de
pœn. in 6. & c. memoriam 19. diſtinction. ſic etiam de
jure Regni hæc condemnatio ad perpetuos carce-
res cognita, & permiſſa eſt, ut in Conſt. Regni Hi,
qui per inquiſitionem, ubi Marinus de Caramanico
in ſpecie hoc notat, quod carcer perpetuus eſt de ju-
re Regni, * & quod per dictam Conſtit. eſt correcta 202
l. incredibile, C. de pœn. prout etiam advertit Afflict.
ibi in not. & poſt ipſos bene declarat Joan. Franc.
de Pont in d. conſ. 74. ex n. 11. cum plur. ſeqq & n. 19.
dicit, * quod inter cæteros effectus, qui ex hoc reſul- 203
tant, eſt, quod taliter condemnatus ſtatim efficitur
inteſtabilis activè, & paſſivè, hoc etiam latiſſimè
comprobat Peregr. de jur. Fiſc. lib. 3. tit. 4 n. 5. ubi ex
Bart. Dec. Jaſ. & aliis, & præcipuè ex Fulg. in conſ.
44. † concludit quod damnati ad perpetuos carceres 204
capaces non ſunt ſucceſſionis, & ideò eis relicta pro
non ſcriptis habentur, cùm non habeant teſtamen-
ti factionem, nec activam, * nec paſſivam limitat ta- 205
men ſecundum Ang. Imol. & Alexand. de jure civili,
nam eo jure hæc pœna imponi nequit, d. l. aut dam-
num, §. ſolent. & d. l. incredibile, † & præcipuè ex Bal. 206
conſ. 448. vol. 1. qui tamen concludit, ſecus eſſe de ju-
re canonico, deinde Peregr. in fin. ſubdit, quod cùm
apud nos pœna perpetui carceris ſit in uſu, rectè
procedit concluſio, quod ex tali condemnatione in-
teſtabilis reddatur, † & quidem nedum de jure Ca- 207
nonico, & Regni eſt in uſu, ſed in Regno Caſtellæ, ut
teſtatur Calic. in margar. Fiſc. fol. 63. in fi. & in Civi-
tate Venetiarum Mantua, obſ. 96. & Florentiæ, ut
per Farin. q. 19. n. 31.

Nec denium obſtabit text. † in l. & ſi ſeverior, ubi 208
gl. & Doct. C. ex quibus cauſ. infam. irrog. quod Judex
minorando pœnam cauſa cognita videtur ſuper in-
famia diſpenſaſſe, quia illum text. ſingulariter li-
mitat Angel. ibi, ut non procedat in pœna in-
famiæ, aut inhabilitatis, quæ ipſo jure impo-
nitur, ſine ſententia hominis, ut in caſu dicti §.
quæ in adulterio, * quia ſicut Judex poſt irrogatam 210
infamiam per ſententiam per eum latam non poſ-
ſet ulterius cum ea diſpenſare, ut dicit gloſ. fin.
ibi, verſus fin. * ita & ubi infamia irrogata eſt 211
ipſo facto, non poteſt Judex in ſententia illam
remittere, * vel limitare, pro quo facit, quia tan- 212
tum operatur ſententia lata à lege, quantum ſen-
tentia lata ab homine, l. cum quaſi, §. ſi plures,
ff. de fideicommiſſ. libert. & prædictam limitatio-
nem Angeli ſequuntur ibi Alexand. & Anton. de
Alexand. & ita per Sacrum Conſilium fuit judica-
tum in cauſa Briandæ Caetanæ, * quæ cùm fuiſſet 213
inquiſita de propinatione veneni in perſonam vi-
ri, torta, & non confeſſa, fuit primò perpetuò,
& deinde ad tempus ad morandum, & ſerviendum
in Monaſterio condemnata, & licèt non fuiſſet
pœna ordinaria condemnata, neque inhabilis de-
clarata, fuit nihilominus excluſa à ſucceſſione filii

propter inhabilitatem cauſatam ex dicto delicto,
& ſententia prædicta jam ex tunc fuit in actis ad
exemplum producta, ut ex nota facti, & memor eſt
Joannes Baptiſta de Thoro in ejus Compendio deciſ.
parte tertia, in 3. ſect. verbo uxor, quod ſi procedit
in dicto caſu, ubi pœna fuit impoſita tantum du-
rante quinquennio, & ubi quamvia fuerit orta, non
tamen fuit confeſſa, quanto magis debent prædicta
procedere in caſu noſtro, in quo poſt confeſſionem
criminia læſæ Majeſtatia fuit D. Cæſar ad perpetuum
carcerem condemnatus.

214 Quod corroboratur, † quia cùm in hoc delicto
plures ſint pœnæ impoſitæ, ubi Judex minuit ali-
cui pœnam in uno capite, remanent aliæ intactæ,
quando ſunt compatibiles, ut declarant *Bald. &*
215 *Aretin. in dict. l. ſi ſeverior*, * ubi *Alexand.* dicit,
quòd limitata ſententia in uno limitatum produ-
216 cit effectum, † verum quando ademptio bonorum
venit tacitè in conſequentiam pœnæ, quando Ju-
dex pronunciat, & declarat, hoc adjecto, *cum pu-*
blicatione bonorum, talis declaratio nihil operatur,
Bartol. in l. ſi quis, de teſtam. & hoc etiam voluit
Caſſan. in Conſ. Burg. in dicta titula de confiſcatione,
rubr. 2. §. 3. gloſ. 2. n. 12.

217 Hinc Afflict. † *in Conſtitutione Regni Patarenorum,*
num. 3. in media dicit, quod receptans committentes
crimen læſæ Majeſtatis, punitur deportatione, & pu-
blicatione bonorum, pro quo videtur facere *text. in*
§. fin. in authent. ut nulli Jud. unde ſumitur *auth. bona*
damnat. C. de bon. proſcript. & in l. quinque legib. ff.
218 *de bon. damn.* ubi mulier, * quæ tanquam hujus crimi-
nis rea condemnatur, bona, & dotem amittit, ſalvis
juribus, ſi quæ competunt marito ratione lucri do-
tis, *l. omnes ff. de bon. damnat.* quamvis pœna ordina-
ria non ſit condemnata: ſufficit enim quod ſit pro
crimine læſæ Majeſtatis damnata, ut per Ang *in ad-*
dit. ad Ang. de maleſ. in ver. che hai tradito la tua pa-
tria, quia mitius punitur quam maſculus, Fari. *q.* 112.
n. 218. & licèt Batt. *in d. l. quinq. legibus* dicat, quod
quando mulier non damnatur ad mortem, ſed alia
pœna, puta in metallum, dos non confiſcatur, ta-
men hoc intelligi debet, quando pro alio crimine,
quàm pro crimine læſæ Majeſtatis damnatur, eo
enim caſu ſemper bona confiſcantur, quamvis mi-
riori pœna ſit condemnata, prout in puncto tenuit
Cacher. *in d. dec.* 80. *n.* 16. & eſt de mente Bar. & Bal.
quos referr, & ſequitur Alex. *conſ.* 13. *ſub n. 6. verſ.*
& talis rebellis, vol. 6. quamvis enim per *auth. bona*
damnatorum ſint ſublatæ pœnæ confiſcationis bo-
norum in omnibus caſibus, in quibus in conſequen-
tiam veniebant, tamen non fuit ſublata reſpectu cri-
minis læſæ Majeſtatis divinæ, & humanæ, prout
poſt alios firmat Sebaſt. Guazin. *de defenſ. reor. de-*
fenſ. 8. capit. 1. num. 3. & Farinac. *d. quæſtione* 116.
numero 12.

Et ex his etiam vana redditur conſideratio partis,
220 quod per ſententiam non fuerit * D. Cæſar condam-
natus per verbum *condemna*, ſed per verbum *perpe-*
tuò carceratus permaneat, ſiquidem tempore ſenten-
221 tiæ jam in carcere erat detentus, * nec poterat aliis
verbis rectè formari ſententia, ut notiſſimum eſt, ſic-
que cùm verba ſententiæ ſint tam clara, aliquam in-
terpretationem non admittunt, ut fundat Menoch.
in conſ. 110. ex quibus manifeſtè apparet, ſententias
Sac. & Coll. Conſ. non poſſe dici nullas, tanquam
latas ex falſa cauſa, ſive enim attendamus factum,
ſive ſententiam; D. Cæſar inhabilis erat ad ſucce-
dendum pro crimine læſæ Majeſtatis, tam in primo,
quàm in ſecundo capite.

222 Nec etiam obſtabit id, * quod pars prætēdit, quod
tempore delati fideicommiſſi D. Cæſar reperiebatur
habilis ad ſuccedendum, ſtante commutatione pœ-
næ perpetui carceris in relegationem in Caſtro Gu-
lettæ facto per tunc Eminentiſſimum Cardinalem de
la Cueva tunc Regni Locum-tenentem Generalem,
ex quo facto pars prætendit fundare ſecundam nul-
litatem, † quod ſententiæ ſint contra expreſſos caſus 223
juris, relegati enim habiles ſunt ad ſuccedendum,
l. relegatorum, §. hac eſt differentia, ff. de interd. & re-
*leg. l. ejus, * qui §. fin. ff. de teſtam. Jul. Clar. in §. teſta-* 224
mentum q. 22. n. 2. Molſ. in 2. tomo ejus ſumma. tr. 13.
c. 2. n. 111. Pegner. dec. Catal. 41. *n.* 7. quamvis enim
per primam ſententiam inhabilis fuiſſet, tamen ſoffi-
cit, quod poſt commutationem habilis tempore
ſucceſſionis reperiretur, *l. eum, qui, ubi gloſſ. ff. de*
cond. & demonſt. Nam huic motivo multipliciter re-
ſpondetur: & Primò, quod verè pœna non aliter
fuit per tunc Locum-tenentem Generalem commu-
tata, ſed potius locus carceris, ut ſicuti perpetuò
commorari debebat in carceribus M. C. V. perma-
neret in tutiori loco, & magis periculoſo, in arce, &
fortalitio prædicto ſub fidejuſſoria cautione duc.
6000. non obſtante quod in literis dicatur, * *quod re-* 225
legetur in d. fortalitia ad beneplacitum Regiæ Maje-
ſtatis, verba enim rei ſubſtantiam non immutant, *l.*
inſulam, ff. de præſcr. verb. * Secundò talis relegatio 226
cùm ſit ad beneplacitum, cenſetur in perpetuum, *l.*
juriſperitus, ubi Bar. ff. de excuſ. tut. Franc. Marc. dec.
361. *n* 3. † & perpetuò relegatus pro deportato habe- 227
tur, * *l. quidam, §. cum autem, ff. de pœn.* & amittit ea, 228
quæ ſunt juris civilis, & per conſequens fit incapax
ad ſuccedendum, ut *d. l. cum quidam*, & eſt *gl. ordi-*
naria in §. 1. verſ. rurſum, Inſt. quib. mod. jus patr.
poteſt. ſolv. * in individuo in confinata in aliquo lo- 229
co, à quo diſcedere non poſſit, quod æquiparetur de-
portato, & ſic ſit incapax, tradit Jaſ. *in l.* 1. *n.* 4. *C.*
de hæred. inſtit. & Alex. *in l. ſi finita, §. fin. de vell g.*
& deportatus in Inſulam perpetuo, * non habet te- 230
ſtamenti factionem nec activè, nec paſſivè, latè Pe-
regr. *de jure Fiſc. l. 3. tit.* 5. & de confinatis in Inſu-
lam Menoch. *conſ.* 18. & idem Peregrin. *loco citato,*
numero 11.

Tertiò reſpondetur, † quod per commutationem 231
pœnæ factam à Principe non acquiſivit D. Cæſar ha-
bilitatem ad ſuccedendum, * ubi enim Princeps in- 232
dulget pœnam, non per hoc remittit infamiam, ſive
inhabilitatem, text. eſt *in l. fin. Cod. de gener. abolit.* &
illum citat *gl. fi. poſt princ. in d. l. & ſi ſeverior, & ibi*
Paul. de Caſtro, *colu.* 11. *verſ. in gl. magna, &* Ant. de
Alex. *col. antepen. D. Rovit. in comm. ad pragm. 1. de*
abol. n. 4. Catalanus *in Tract. de indultu, c. 1. n 17. &*
ſequ. Giurb. *in conſil. crim.* 44. *n.* 57. * per indulgen- 233
tiam enim pœnæ corporalis bona non comprehen-
duntur, niſi expreſſa eſſent, eſt text. clarus *in l. fi. C. de*
ſententiam paſſis, ubi Salic. nam ſunt duo ſeparata, ut
per DD. longa ſerie congeſti per *Maſtr. de magiſtr.*
in tit. ad indultum generale, c. 20. n. 8. & de communi
teſtantur Rol. à Vall. *conſ.* 45. *numer.* 2. *vol.* 4. Foll. *in*
Conſt. Regni Præſenti Conſt. de juſt. & jur. n. 9. Sfort.
de reſtit. in integr. par. 2. q. 94. art. 5. nu. 87. & ſeq. qui
etiam alios allegant, & licèt contrarium videatur te-
nere Bart. *in d. l. fi. n.* 11. *C. de ſent. paſſ.* tamen conci-
liando opiniones Maſtrill. diſtinguit *nu.* 3. quod aut
delictorum remiſſio ſit alicui ſpecialiter, & utitur
Princeps verbo, *indulgemus*, & eo caſu cenſetur re-
miſſa tantum pœna corporalis, aut utitur verbo *gra-*
tia, *ſeu reſtitutione*, & tunc extenditur etiam ad bo-
na, ut per Dominum Carolum de Tapia Marchionem
Belmontis *in rubr. de conſt. princ.* 3. *n.* 7. *de Pont. conſil.*
69. *n.* 29. *&* 30. *vol.* 1. cum aliis apud Giurb. *d. conſ.* 44.
n. 48. Alii verò diſtinguunt, quod ſi verba non ſunt
apta comprehendere de ſui natura reſtitutionem, ad
bona minimè extenduntur, † ut per Peregr. *de jur.* 234
Fiſc. l. 5. tit. 20. n. 17. Cùm itaque ex verbis commuta-
tionis pœnæ nullum adſit verbum, quod poſſit re-
miſſionem incapacitatis, & inhabilitatis importare,
neque Princeps utitur verbis, *reſtituimus*, vel *tibi*
gratiam facimus, ſequitur veriſſima, & incontrover-

ſa

ſa concluſio, quòd nullo modo ex ea ad ſuccedem-
235 dum ſit habilitatus, † ſed in terminis, quod revoca-
rus ab exilio Principis indulgentia, neque ad famam,
neque ad bona, niſi expreſsè dictum ſit, cenſeatur re-
ſtitutus, Franciſcus Marc. *quæſt.* 358. *n.* 6. nam indul-
236 gentia non tollit infamiam ex delicto reſultantem, †
Cacheran. *dec.* 79. *n.* 50. Catalan. *in d. tract. ampl.* 4.
cap. 9. *num.* 26. & indulgentia mera criminis non
237 comprehendit bona, * reſtitutio autem ſic, ut per
Franch. *deciſ.* 213. *num.* 39. Theſaur. *quæſtion. forenſ.*
lib. 1. *quæſt.* 58. *nu.* 3. *verſ. tertius eſt caſus*, & quidem
238 nec regulariter hoc Princeps facere poteſt, * cùm
non poſſit jus alicui quæſitum ex ſententia, & re ju-
dicata auferre, Fachin. *contr. jur. lib.* 8. *cap.* 63. *quæ-
ſtion,* 1. argumento text. *in l. ſi quando, Codic. de inof-*
239 *fic. teſtam.* † nec poteſt impedire exequutionem ſen-
tentiæ ſupremi Magiſtratus, Gaſpar Caball. *milleloq.*
992. ex quibus patet, malè fuiſſe allegatam ſecundam
nullitatem, quòd S. C. tot vicibus contra caſus juris
judicaſſet.

Tertia prætenſa nullitas adverſus ſententias præ-
dictas proponitur, ex quo fuerunt prolatæ contra
alias ſententias, ex quo per ipſas tam ante, quam
poſt fuit D. Cæſar habilis reputatus, ad quod pro-
bandum ponderantur tres aſſertæ ſententiæ, duæ
ante, una autem poſt, & quia fuit condemnata D.
Julia Carafa ejus uxor ad eidem præſtandum ali-
240 menta, † ad quorum præſtationem non tenebatur re-
belli, ex text. *in Conſtit. Regni Pœna carere*, ubi And.
& Afflict. Secunda verò allegatur ſententia, ex quo
fuit per proviſionem Coll. Conſ. admiſſa Portia
Caetana ipſius D. Cæſaris mater ad præſtan-
dum fidejuſſionem pro dicto ejus filio duc. ſex
mille, tempore commutationis carceris in dicto
Caſtro Gulettæ, & hæ duæ fuerunt ante prædi-
ctas ſententias.

241 Et * quoad primum aſſertum decretum alimento-
rum, non meruit allegari, quia alimenta viro de fru-
ctibus dotis de jure communi, etiam rebelli deben-
tur, ſecundum Specul. *in titul. de donat. inter vir. &
uxor. §. fin. verſ. ſed quid ſi vir eſt in banno*, ſequitur
Bart. *in l. ſi conſtante, verſ. primò quæro ff. ſol. mat.* ubi
Ripa *num.* 47. latè G g. *in tract. de crim. læſæ Majeſt.*
lib 3. *quæſt.* 21. quod plenè comprobat Surd. *de alim.*
tit. 7. *quæſt.* 26. *ex n.* 6. *uſque ad* 13. *Conſtitutio autem*
242 *Pœna carere*, * & doctrina Andr. de Iſern. & Afflict. *in*
d. Conſt. Regni procedunt in hujus criminis reis for-
judicatis, ſeu bannitis, ſecus tamen in carcerem de-
tentis, cùm enim D. Cæſar in bonis nihil habebat
unde vivere, & ſe alere potuiſſet, præſtanda erant
alimenta, vel à Regia Curia, vel ab ipſa uxore, aliàs
enim non eſſet condemnatus ad perpetuum carce-
243 rem,* ſed ad fame pereundum, cùm damnati perpe-
tuò, quamvis ſint incapaces teſtamenti factionis a-
ctivè, & paſſivè, ſunt tamen capaces alimentorum, *l.
in metallum, ff. de his, qui pro non ſcript. hab. l. ſervus,*
244 *& l. is,* * *cui ff. de alim. & cib. leg. l. pen. ff. de cap. di-
min.* ſicuti etiam deportati, Bald. *in l.* 1. *n.* 22. *C. de*
Sacroſ. Eccl. Angel. *in l.* 2. *Cod. de bon. damn.* Peregr.
de jur. fiſc. lib. 3. *tit.* 4. *n.* 3. *&* 4.

Quo verò ad ſecundum advertatur, quod non
fuit decretum, neque ſententia Coll. Conſil. ſed quæ-
dam diſpenſatio per modum proviſionis, nec fuit
cauſa diſpenſationis, quod D. Cæſar erat eidem ſuc-
245 ceſſurus, * quia tanquam mulier non poterat fideju-
bere, etiam pro excarcerando filio, juxta *deciſ. de*
Franch. 578. *vol.* 4. quia reſpondetur primò, quod de
prædicta deciſione valde dubitatur, & ideò dixit de
Pont. *de pot. Proreg. tit. de div. proviſ. in rub. de decret.
Coll. Conſ. nu.* 31. quòd ei ſemper duriſſima viſa fuit,
& omnibus ejus fundamentis reſpondendo, con-
trarium firmat, & ſecundum opinionem *de Ponte*
contra deciſa *in d. deciſ.* noviſſimè fuit judicatum
per S. C. in cauſa Marchioniſſæ Montis Falcionis
cum legatariis. Act. Mondello, de quâ deciſione me-
minit Joan. Bapt. de Thor. *in ſuo compend. in verb.
fidejubere, & in addit. ad eundem de Ponte in loco*
proximè allegato, & *deciſio* prædicta de Franch.
habuit maximam contradictionem, ut eſt videre *in
deciſ. Grzyar. quart.* qui ex his, quæ copioſè ſcripſit
pro fundanda opinione validitatis fidejuſſionis,
videtur fuiſſe in contraria ſententia, & hanc opi-
nionem pro validitate fidejuſſionis tenuit Surdus
conſil. 367. & de materia plura per Cardinalem Tuſc.
concluſione 421. Molfeſius *part. octava quæſtione quin-
ta* & per D. Rovit. *in pragmatic. prima numero ſep-
timo de Senatuſc. Vell.* † & quod poſſit vidua ſe 246
obligare ad debita viri pro exoneratione ejus con-
ſcientiæ, Franch. *deciſione* 237. *Com. Tap. in Conſtit.
Statuimus, nu.* 24. Paſchal. *de virib. patr. poteſt. p.* 3.
capit. quint. numer. 18. Theſaur. *qq. for. libro ſecunda
quæſt.* 66. *n.* 10.

Secundò reſpondetur, quod prædicta procede-
rent, quando mulier pro filio, vel viro excarce-
rando fidejuberet cum juramento; abſque tamen
diſpenſatione Coll. Conſ. ſub illa forma fieri con-
ſueta, * ſed quod diſpenſatio poſſit fieri, & quod 247
valida ſit mulieris fidejuſſio, prævia diſpenſatio-
ne prædicta, deciſum refert in Sacro Conſilio idem
Franch. *in dec.* 623. Non fuit ergo cauſa diſpenſatio-
nis illa aſſertio in memoriali porrecto per Por-
tiam Caetanam, quod D. Cæſar erat unicus ſuus
filius, & proximè ei ſucceſſurus, ſed ipſa pœnæ
commutatio, quæ juſtam cauſam probavit Coll.
Conſ. diſpenſandi, quia multoties Coll. Conſ. diſ-
penſare ſolet, quando ſibi videtur, juſtam adeſſe
cauſam diſpenſandi, & miror, quomodò pars
hanc proviſionem Coll. Conſ. ſententiam appellet, † 248
ſiquidem tales proviſiones ſolent fieri per Scribas
à mandatis, & firmantur ab uno ex Regentibus
abſque cauſæ cognitione, ut punctualiſſimè in
proprio caſu tradit *de Ponte d. tract. de pot. Pror.
tit. de diverſ. proviſ. in rubr. de decret. Coll. Conſ. nu-
mero quarta & in conſil.* 40. *ſub numero quinto vol.
ſecundo.*

Tertia verò aſſerta ſententia, per quam eidem
fuit ſucceſſio matris delata, fuit lata de anno 1595.
& ſic per multos annos poſt ſententias prædictas,
& ſic iſta ultima ſententia, * quatenus talis nominari 249
poſſet, non valeret alias antecedentes reddere nul-
las, ſed potiùs ipſa nulla reputari deberet, ut per
Cacheran. *in deciſione* 142. *numero* 23. maximè quia
fuit oppoſitum de dictis ſententiis, ut per Carpan *in
d. capit.* 231. *numero* 217. Henr. Bover. *in ſingul. in
verb. nullitas, numero quarta.* Secundo reſponde-
tur, quod ex his, quæ in facto ponderata fuerunt
de ipſa aſſerta ſententia non poteſt aliqua ratio
haberi, cùm revera nomen ſententiæ non merea-
tur, cùm abſque quo D. Franciſcus Ram ſe defen-
deret, fuit à Judicibus ſuſpectis prolata. Quibus
ſuſpicionibus propoſitis Judices non ſuſpecti no-
luerunt eam exequutioni demandari, neque quoad
ſequeſtrum, & deinde inter partes fuit cauſa tranſa-
ctione ſopita, ut in facto fuit magis plenè demon-
ſtratum, non poteſt ergo hæc ſententia poſtea lata
nullas facere ſententias, cum maxima diſcuſſione,
& maturitate prolatas contra D. Cæſarem, immò,
nec poteſt ſententia nominari, tantò magis, quia
aliàs circa ſucceſſionem ejuſdem Portiæ Caetanæ
inter eaſdem partes per Magnam Curiam fuit D.
Cæſar inhabilis reputatus, & S. C. decretum M.
C. approbavit.

Refellitur & quarta nullitas circa juriſdictionem
Judicum, dum pars prætendit, S. C. non potuiſſe
circa incapacitatem D. Cæſaris determinare, poſt-
quam in cauſis rebellium aderant Judices delegati,
quamvis * enim cognitio criminis læſæ Majeſtatis 250
Principi, vel Judicibus delegandis ſit reſervata *in*

pragm. 37. de aſſic. Sacr. Reg. Conſil. Verum S. C. non
251 condemnavit † C Cæſarem, quia jam per Judices delegatos fuerat ad perpetuum carcerem condemnatus, ſed judicavit, quod ſtante ejus rebellione jam notoria ex probationibus, & ex ipſiuſmet confeſſione, & ſententia inde ſequuta, inhabilis erat ad ſuccedendum, & proinde conventum abſolvit. Judicium enim principale intentatum per D. Cæſarem erat judicium rei vendicationis domorum, & viridarij virtute aſſerti fideicommiſſi, oppoſuit poſſeſſor de inhabilitate D. Cæſaris, & ſic abſolvendo Aſcanium poſſeſſorem S. C. incidenter de inhabilitata D. Cæſaris cognovit, neque prohibetur Judex, quamvis eſſet incompetens unius delicti, inciden-
252 ter de illo cognoſcere, * ſicuti dicimus, quod Judex Criminalis non poteſt cognoſcere de cauſa civili, *l. ſolemus, §. latrunculator. ff. de judic.* latè Farinac. *qu. 2. n. 62.* Caball. *reſol. crim. caſu 82. num. 1. Vant. de nullit. tit. ex defect. juriſd. per totum*, Menoch. *de arbi-*
253 *trar. Judic. lib. 1. quaſt. 82. n. 7.* * Tamen quando quæſtio civilis dependeret ex eodem facto, de quo criminaliter cognoſcit, ratione connexitatis hoc facere poſſet, Farinac. *d. quaſt. 0. nu. 63. Vant. in loc.* proximè allegato, *nu. 47.* Baiar. ad Clar. *quaſt. 2. nu. 9.* Caball. *d. caſu 82* & Sebaſt. Guazin. *ad defenſam reorum. defenſ. 1. cap. 12. n. 4.* & ſic è contra Ju-
254 dex cauſarum civilium poſſet incidenter, * & per viam connexitatis de cauſa criminali cognoſcere, Menoch. *de arbitr. quaſt. 82. n. 7. 8. & 9. & in tractat. de retin. poſſeſſ. remed. 3. nu. 552. Vant. de nullit. tit. ex defect. juriſd n. 48.* Præſ. de Franch. *deciſ. 46. nu. 7.* Menoch. *ubi ſupra num. 10.* Inſuper hæc ex-
255 ceptio incompetentiæ Judicis in eo, * quod emergit in cauſa, debet opponi, alias proceſſus validus eſt, ſicuti dicimus in ſpirituali quæſtione, quæ emergit, ſeu incidit in cauſa civili coram Judice laico, nam
256 ad hoc ut proceſſus Judicis impediatur, vel ſi procedat, proceſſus ſit nullus, oportet ut excipi debeat, ut poſt alios per Vant. *in loca cit. num. 55.* quod tantò magis procedit in ſententia lata in Collaterali
257 Conſilio † cum præſentia, & aſſiſtentia Domini Protegis, quæ ſupplet omnem juriſdictionis defectum;
258 quia naturaliter omnis juriſdictio, † & publica pote-
259 ſtas penes Principem reſidet, † & dicitur fons juriſdictionum, Reg. Lanar *in conſil. 52. nu. 2.* à quo veluti fonte poteſtas hujuſmodi fluit, & refluit, prout flumina ad mare, dixit Vant. *de nullit. tit. ex defectu juriſ. n. 10.* ubi pluribus comprobat, & poſt eum Maſtrill. *dec. 300. n. 1.* Gramm. *dec. 46 n. 1. & 4.* Giurb. *in conſ. 52. n. 24. & conſ. 59. n. 3.*

Et demum nullius conſiderationis erit, quod in gratiis ultimo loco conceſſis D. Cæſar fidelis vocetur, illud enim in facto erit animadvertendum, quod poſt commutationem pœnæ factam à Cardinali de la Cueva à carceribus M. C. V. ad fortalitium Gulettæ, Don Cæſar ibi permanſit ſpatio annorum quindecim, & plus, nunquam potuit indulgentiam obtinere. Capto tamen fortalitio prædicto per Turcas, & propterea in ſervitutem Turcarum redactus, & deindè redemptus, ſatis inhumanum viſum fuit, in carceribus M. C. V. vel in aliud Caſtrum iterum eum mancipare, eo magis, quia eo tempore jam erat ſenex, & per annos ferè viginti quatuor in carceribus M. C. V. & in dicto fortalitio Gulettæ carceratus, & confinatus permanſerat: Et ideò optimus Rex miſericordia ductus ei pœnam remiſit, conditione tamen adjecta, ut nullo modo Neapolim appeteret, poſt verò aliquos annos in totum fuit ei indultum, & in gratiam receptus, & in his gratiis præſupponit parte, eum fidelem vocari, de
260 quo quidem verbo non poteſt aliqua ratio haberi, † cùm ſint verba ſolita apponi de ſtilo Cancellariæ, ut poſt alios tenuit Ludovic. Gom. *in proœm.* Reg. Cancell. *quaſt. 6. verſ. & quamvis fortè.* Inſuper prædictæ aſſertiones factæ fuerunt ſatis poſtquam ſucceſſio fideicommiſſi fuit delata ad beneficium Jo. Baptiſtæ Carafa, & poſt ejus mortem in beneficium Aſcanij filij, immò poſt præſentem litem, nedum cœptam à dicto D. Cæſare, ſed ferè finitam, erat n. jam diu proceſſus compilatus, & ſic prædicta verba non potuerunt mutare facti veritatem in præjudicium tertij, nec aliquid de prædicta lite Regi fuit
expoſitum, * & ſubreptitia, & nulla dicitur gratia, 261
quando Principi non eſt expreſſum id, propter quod gratiam non conceſſiſſet, vel ſaltem durius conceſſiſſet, *cap. ſuper literis*, ubi communiter Scribent. *de reſcrip. de Pont. de poteſt. Prorg. tit. de reſut. feud. §. 10. nu. 6.* Ultra quod D. Cæſar quamvis reus fuerit criminis prædicti, & pro tali notoriè reputatus, & condemnatus, tamen tempore gratiarum fidelis erat, aliàs enim ei non eſſet indultum, ſi in crimine prædicto perſeveraſſet, & ideò merito fidelis fuit enunciatus, attento tempore gratiarum, non autem attento tempore delicti, & ſic procedere poſſet partis motivum, ſi poſt prædictas gratias, in quibus fidelis aſſeritur, caſus fideicommiſſi eveniſſet, ſed caſus prædictus evenit in anno 1561. tempore, quo jam delictum patraverat, & condemnatus permanebat
in Caſtro Gulettæ, † & tempus delatæ ſucceſſionis 262
eſt attendendum, *l. eum, qui, & ibi Doctores, ff. de condition. & demonſtr.*

Nec erit conſiderationis cartula, quam in hoc judicio ultimo loco præſentavit D. Diomedes, quod Robertus Carafa Joan. Baptiſtæ, & Aſcanij aſcendens fuerit de rebellione inquiſitus, qui ultra quod
* hæc cartula hodie præſentata non poteſt ſententias 263
jam latas annullare, ut ex *l. Imperatores, ff. de re jud.*
probat Marc. Mant. *ſing. 385.* ubi quod ſententia ex 264
novis inſtrumentis non debet retractari, & ante
eum Marſ.* *ſingul. 229* reſpondetur, quod per inqui- 265
ſitionem quis non efficitur inhabilis ad ſuccedendum, ſed per confeſſionem, & condemnationem, ut per Tiraq. *in d. l. ſi unquam, verſ. revertatur, n. 398.* & Andr. ſupra fundavimus, hinc eſt, quod Robertus nonquam fuit tanquam hujus criminis reus reputatus; nec contra eum aderant neque indicia, ut poſſet de hoc crimine inculpari, & propterea nunquam fuit de prædictis, neque à partibus, neque à Judicibus habita aliqua ratio, cum eodem tempore, quo D. Cæſar erat rebellis, fratres Aſcanij Carafa Regi inſerviebant in bello Hoſtiæ, moto per tunc Summum Pontificem Paulum IV. debitam fidelitatem proprio Regi præſtando, etiam contra prædictum Pontificem, ipſis tam ſanguine conjunctum. Ex quibus remanet variis objectionibus undique ſatisfactum.

Hæc cauſa fuit in anno 1629. ſolemniter diſcuſſa, & 266
votata junctis Regiis Conſiliariis trium aularum, & in Collaterali Conſilio, ac cum interventu Excell. Ducis Albæ tunc Proregis, ac oculatiſſimi D. Franciſci Antonii de Alarcono Viſitatoris generalis, non tamen fuit publicatum decretum, ſed vota fuerunt tranſmiſſa ad Curiam S. M. & fuit latè diſputatum in Suprema Italia Conſilio ſi decretum publicari deberet, & vulgò ferebatur, Dominos Iudicantes in diverſas iviſſe ſententias: aliqui enim ex Dominis fuerunt in vota, Nullitates non obſtare. Aliqui, eſſe terminum in cauſa impartiendum ſuper nullitatibus propoſitis, ex eo, quia erant principaliter in judicio deducta, & non per viam exceptionis. Alii denique, & forſan illorum major pars fuerunt in vota, Sententias fuiſſe nullas, tamen diſcuſſis plenè votis prædictis in Supremo Italia Senatu viſum fuit, decretum minimè publicari debere, ſed magis annuendum votis eorum, qui dixerunt, quod erat dandus terminus in cauſa. Sua Catholica Majeſtas dignata fuit per ſuas literas expeditas in Villa Madrid, ſub die 12. Iunii 1634. Regiſtratas officio partium 3. fol. 172. ſcribere Excell. Comiti Montis Regii, tunc
in

in hoc Regno Proregi, in modum, qui ſequitur, videlicet.

EL REY.

Illuſtre Conde de Monte Rey, primo de nueſtro Conſejo de Eſtado, Preſidente en el de Italia, y nueſtro Lugartenìente, y Capitan General. En eſte mi Conſejo Supremo de Italia ſe han viſtos los votos, que en el Colateral deſſe Reyno dieron los Iuezes de la cauſa, que en el eſtava entroducida entre D. Diomedes Carafa, y el Principe de Colubraro, y Sipion Carafa, cerca la pretencion, que el dicho D. Diomedes tiene de que le pertenecen en virtud de fideicomiſo ciertos bienes eſtables en eſſa Ciudad. Y antes de paſar adelante en eſte negocio, ha parecido encargaros y mandaros, (como lo hago) proveau, y den la orden que convenga, para que en mi Conſejo de Sancta Clara ſe vea, ſi eſta cauſa eſta inſtructa, y concluſa, y ſe voto ſobre eſte puncto, anadiendo por Iuezes à los Conſejeros D. Fernando Ezguerra, y D. Diego de Soria, y Morales, y à los Preſidentes Matthias de Caſanate y Fabio Capeche Galeota. Y haviendo dado ſus votos, los remiteren al dicho mi Conſejo Supremo de Italia, con ſus juſtificaciones, y motivos, à fin que viſtos ſe tome en el la reſolucion, que pareciere mas conforme à juſticia. De Madrid à 12. de Iunio de 1634. YO EL REY. Vidit Carrera Regens. Vidit de Neapol. Regens. Locus ſigilli. Matienço Secretarius. Regiſte. ex offic. partium 3. fol. 172. ſolvit carolen. 1. Moreno pro Taxatore.

Quibus litteris ſtantibus, & morte ſecuta Illuſtr. Principis Colubrarii amplius judicium prædictum non fuit proſecutum, ſed D. Diomedes ſumpta hac occaſione, ac etiam morte Scipionis Carafa, qui cum dicto Ill. Principe ex perſona Illuſtr. D. Hieronymæ ejus uxoris, & D. Franciſci Carafa ejus filii de ſuccedendo in dictis bonis ob mortem Caroli Carafa ultimi poſſeſſoris contendebant, novum inſtituit judicium, prætendendo ex propria ejus perſona, mortuo dicto Scipione abſque filiis ſuccedere excluſa dicta Illuſtr. Principiſſa, tanquam fœmina, & inhabili ad ſuccedendum in fideicommiſſo maſculino, & quamvis D. Hieronyma tanquam nupta in familia, ex quo etiam matrimonio erat ortus maſculus prætenderet, eſſe capacem, per ea, quæ conſuluit Cravett. in conſ. 831. & 877. *& ex aliis adductis per* Fuſar. de fideic. qu. 352. nu. 35. *prout etiam deciſum fuit in familia Sanſeverina mediante ſententia lata per Regem Alphonſum Primum in anno 1449. de quo plenè per de* Punte *in conſ.* 254. vol. 2. *& propriè* n. 37. & 40. *tamen Illuſtr. Principiſſa viro orbata, & nimio dolore affecta noluit ſe defendere, & ita D. Diomedes facilè obtinuit.*

OBSERVATIO IN CONSULT. VI.

ARGUMENTUM.

Inſtantia in cauſa nullitatum à ſententia quantum duret. Diſtinguitur, an excipiendo; An poſtquam ſunt propoſitæ; Vel poſt exequutionem. Locum hunc illuſtrant *Card. de Luca*, *Conſil. D. Altim.*, *D. Maradei.* Quo remedio agendum ſit poſt exequutam ſententiam nullam, advertit *Card. de Luca* Quid per ultimam *Pragmaticam* à ſententia Sacri Conſilii. *Pragmatica* perpetuum ſilentium imponentes duabus conformibus an ſint ceremoniales. *Reg. Latro* impugnatur per *Card. de Luca.* Variæ aſſertiones ſuper crimine læſæ Majeſtatis examinantur.

SUMMARIUM.

1 *Inſtantia in cauſa nullitatum à ſententia definitiva quanta ſit.*
2 *Diſtinctiones diverſa recenſentur.*
3 *Remedium magis ſummarium poſt exequutam ſententiam docetur.*
4 *Mulctis ad impediendum hoc remedium* Pragmaticæ *occurrerunt.*
5 *Quid poſt* Pragm. 8. de dilat.
6 *Tempus proponendi nullitates ab interlocutoriis quantum ſit.*
7 Pragmaticæ *imponentes perpetuum ſilentium poſt duas conformes an impediant, quin agi iterum poſſit.*
8 *Ceremoniales eſſe probat* Card. de Luca, *refellens* Reg. Latr.
9 *Ratione qualitatis perſonæ rebellis an poſſit pœna puniri.*
10 *Aſſertiones variæ expenduntur.*

Sententia nulla † numquam tranſit in rem judicatam, *Balb. in tract. de præſumpt.* 4. *p. princip. p.* 52. Tamen poſtquam eſt in eſſe deducta habet inſtantiam triennalem tantùm, *Cagnol. in l.* 2. *C. de pact. int. empt. & vendit. n.* 279. ubi dixit hæc formalia verba: *Advertendum, quia, ut dixi, jus dicendi ſententiam nullam, & deducendi nullitatem in judicio durat annis triginta, & plus quandoque. Sed poſtquam eſt in eſſe deducta, & intentata de jure civili habet inſtantiam triennalem quemadmodum alia cauſa, l. properandum, C. de judic. Reg. Latr. à n.* 7. quem laudant *Conſ. D. Altim. in tract. de nullit. rubr.* 8. *q.* 12. *à nu.* 1. *& Card. de Luca de judic. diſt.* 38. *n.* 4. relatis *Cavaler. dec.* 270. *Buratt. deciſ.* 170. *&* 123. *& deciſ.* 240. *p.* 5. *etc.* & probat *Conſ. Roccus reſponſ.* 95. *lib.* 1. noviter *D. Franc. Maradei in annot. ad Singular.* 342. *n.* 1. 1

Rectiùs diſtinguitur. Aut * ſententia non eſt exequuta; Aut exequuta. Si non eſt exequuta, adeo ut victor petat illius exequutionem contra victum, qui Rei, & poſſeſſoris partes gerat, & tunc excipiendo objici ſolet de nullitate, ac etiam de injuſtitia cum generico dubio executionis concedendæ, vel denegandæ. Aut ſententia eſt exequuta, & per viam actionis, & tunc per *pragmaticam* infra decem annos, *prag.* 27. *capit. c.* 21. 2

Si verò eſt exequuta, * adeo ut victor mediante exequutione ſuum obtinuerit intentum, hoc caſu victus aget potiùs pro redintegratione ejus, quod ob talem exequutionem amiſit, & tunc melior, magiſque in uſu eſt praxis adhibendi extraordinarium, magiſque ſummarium, ac privilegiatum remedium manutentionis, quod competit adverſus factum Judicis nullum, vel injuſtum, & ità incidenter ad effectum hujus remedii agitur de nullitate. Cujus remedium principaliter intentare malum conſilium eſt, quoniam ſuper ejus canonizatione oporteret formiter pronunciare, atque ab iſta pronunciatione daretur appellatio ſuſpenſiva, ideòque opus eſſet expectare tres conformes, & ſeciùs eſſet ſi per viam manutentionis, ità *Card. de Luca n.* 6. 3

Pro frequentiori † praxi ſuper remedio nullitatum ad impediendam ſententiæ exequutionem inſiſti ſolet. Undè proptereà, ut his occurratur plures leges edere oportuit juſtas, & prudentes quidem, & ordinatas cum mulctis, & pœnis adverſus eos, qui relevantes proponunt nullitates, de- 4
mandando

zed by Google

mandando ſobſcriptionem Advocati, ac etiam depoſitum mulctæ, ſeù pœnæ pecuniariæ, quod nec ſufficit, quoniam in cauſis gravibus expedit ſuccumbentibus tale depoſitum facere, quamvis de illius amiſſione ſinc certi, ità quaſi emendo dilationes.

5 Inſtantia nullitatum qoamvis ſit triennalis, * quoties ſint propoſitæ. Cæterum per D. Petrum de Aragona hujus Regni Proregem de anno 1666. edidit *Pragm.* quæ eſt 8. *ſub tit. de dilat. in noviſſ.* compilata de anno 1682. fuit mandatum nullitates propoſitas adverſus decreta, & ſententias Sacri Conſilii eſſe diſcutiendas infrà duos menſes, quibus elapſis eſſe procedendum ad executionem ſententiatum, & decretorum, rejectis nullitaribus etiam notoriis.

An autem *d. Pragmatica* ſit in obſervantia. Et *D. Maradei ubi ſup. n. 2.* tradit in his Tribunalibus nunqoam fuiſſe obſervatam, ſed paſſim proceſſum ad nullitatum diſcuſſionem elapſo tempore duorum menſium, nolla habita ratione de hac oppoſitione, ut teſtatur *Conſil. D. Petra in tit. 265. n. 33. to. 3. & tit. 284. to. 5.* additur *D. Anton. Polite de praem. Reg. Aud. tit. 7. cap. 14. num. 8. lib. 1.* ubi refert fuiſſe oppoſitam talem exceptionem lapſus duorum menſium per Curatorem Patrimonii qu. Laurentii Ruſſi, & fuiſſe rejectam per Sacrum Conſil. referente D. Conſ. D. Cortes ſub die 6. Junii 1688. Quamvis ſuperioribus annis paſſim practicato recurſu ad Collaterale Conſilium allegatos juſtis impedimentis, ex quibus diſcuſſio nullitatum infrà duos menſes exequi non potuit, relaxatæ ſint decretationes, *quod Sacrum Conſilium de juſtitia provideat habita ratione de expoſitis.* Quæ decretationes emanantur ad mentem *Pragmatica 20. §. 4. de dilat.* juxtà animadverſionem digniſſimi *Conſil. D. Altim. de nullit. rubr. 8. q. 12. n. 23. tom. 1.*

6 Neque recepta eſt *d. pragmatica*, † quatenùs mandat, nullitates adverſus ſententias eſſe proponendas infra ſex dies. Quia loquitur in nullitatibus à ſententiis interlocutoriis, vel habentibus vim definitivæ, non autem de ſententiis definitivis. Etenim quoad definitivas incorrectum remanet jus commune juxtà terminos *dec. 96. Reg. Latr.* ità inſignis *D. Altim. ubi ſup. n. 7.* ubi tradit erroneam eſſe aſſertionem.

7 Quoties ſententiæ ſunt nullæ, † & notoriè injuſtæ, utrum poſſit iterùm tractari de juſtitia, quoties adſint Statuta, ac *pragmatica* poſt duas ſententias conformes perpetuum ſilentium imponentia, ac circa tranſitum in rem judicatam?

Reg. Latro n. 36. probat, non poſſe iterum tractari de juſtitia, & durum foret contrarium aſſumpium, aliàs ad nihilum deſervirent tot præſertim Sacri Conſilii; & primum, & ſecundum fatale ad proſequendas appellationes cum deſertione appellationis ob non proſequutionem, & perpetuum ſilentium poſt duas Sac. Reg. Conſilii conformes per *Pragm. 5. de offic. S. R. C.* Undè *Afflict. deciſ. 28. & 39.* judicatum refert, quod duo decreta conformia ad relationem M. C. Vicariæ executioni fuerunt demandata, non obſtante quod appareret de notoria injuſtitia, & iniquitate, *Thor. in compend. p. 1. verb. relatione*, *Miſinger. cent. 3. obſ. 84. num. 31.*

Præterea jure optimo *Regia Pragmatica* eſt Statutum, quod non poſſit dici de nullitate ex capite injuſtitiæ, niſi ſit contra expreſſum caſum legis, vel inſtrumentum publicum, ut *Reg. Latr. num. 53.*

Ulteriùs quia in cauſa reclamationis à ſententia Sacri Conſilii, quoties fuit impoſitum perpetuum ſilentium, tunc Principem, nec velle, nec poſſe revocare perpetuum ſilentium, dixit *Menoch. conſ. 208. num. 40.*

Ad hæc nec ſufficit ad nullitatem ſententiæ, ut ſit probata contra jus litigatoris, tunc enim nulla non dicitur, *Afflict. dec. 47.* nec poteſt reſcindi niſi per remedium appellationis, vel reſtitutionis in integrum, *Fontanell. dec. 269. n. 12.*

Maximè quando tractatur de Magiſtratibus Regiis vicem Præfecti Prætorii obtinentibus, qui poſſunt moveri ex confeſſione coram ipſis facta, *Guid. Pap. deciſ. 29.*

Contrarium ſuadetur, † ſcilicet, quod ſilentium perpetuum fruſtra videntur imponere Statuta, & Pragmaticæ, ac Conſtitutiones Regnorum poſt duas, vel tres conformes. Quia notoria injuſtitia impedit executionem trium conformium, quæ non tranſeunt in judicatum ſi contra notorium jus Partis fiot, & ſine aliqua appellatione detur revocatio talium ſententiarum, *Gabriel. conſ. 27. lib. 2. n. 4. & 7. Surd. conſ. 124. lib. 3. n. 5.* 8

Paria ſunt enim, quod ſententiæ ſint nullæ, vel notoriè injuſtæ ad effectum, ut non dicantur conformes, neque mereantur executionem, *Seraph. deciſ. 988. num. 5.* Et ſufficit judicatum fuiſſe contra jus Partis notorium, ad hoc, ut non ſit locus tribus conformibus, vel duabus vigore Statuti; ſiva talis notoriatos expreſſa ſit in ſententia, ſive relata ad acta, *Surd. conſ. 324. numero 4. lib. 3.* Et paſſim ſtante evidenti injuſtitia datur reviſio ſententiarum, à quibus prohibetur appellatio per Statutum, *Contard. in l. unic. limit. 9. num. 4. & 21. C. ſi de moment. poſſ.* ubi etiam quod nunquam excluditur officium Judicis, quod ſemper poteſt implorari ad impediendam executionem propter evidentem injuſtitiam, & in his ſententiis conformibus injuſtis non habeat locum Statutum Urbis, *Angel. in l. fin. ff. de petit. hæredit.*

Hinc manare ait *Card. de Luca de judic. diſcurſ. 38. num. 11.* quod ſcilicet res judicata ob non interpoſitam, vel deſertam appellationem in Curia ceremonialis quodam modò videatur, & nunquam victorem tutum reddit, ut judicato requieſcat, dùm etiam poſt longiſſimi, & integri ſæculi decurſum cum nimia facilitate reſpondetur de cauſis reſtitutionis in integrum ex capita juſtitiæ, quæ reſultare videtur etiam in articulis dubiis, eo quia illis, qui de præſenti ſedent in Tribunali magis una, quàm altera opinio placeat juxtà conſuetam ingeniorum varietatem diſputando de meritis cauſæ per apices, perindè ac ſi ea eſſet nova, & integra; Idque praxis etiam doceat, in fortiori caſu trium conformium, quarum etiam exequutio ſequuta ſit, quod ſcilicet ex capite notoriæ injuſtitiæ retractentur cum motivis, quæ conſiderabilia eſſe poſſent in cauſa nova per ea ex integro decidenda, non autem ad hunc effectum non ità inanis, & eluſoria remaneat legis diſpoſitio, ut per duas, vel tres conformes finem lites habere debeant.

Reſcribere adverſus res judicatas de reſtitutione in integrum proveniat ex ſtylo Curiæ Romanæ fundato in quadam æquitate, quatenùs tales accedant circumſtantiæ, ut illa probabiliter intret, quia nempè ob inſtrumenta, vel alia jura de novo reperta motet cauſa faciem, ſivè quod per meliores defenſores ad nova facti, vel juris advertantur motiva, quæ conſtat non fuiſſe deducta, nec diſcuſſa, vel quod ſint tres conformes latæ in contumaciam, aut contra Procuratorem, quem conſtat, non benè expleviſſe ſuas partes. Undè quando nihil deducitur de novo, quamvis talia eſſent, quæ rem dubiam reddant, non tamen ſufficerent pro conceſſione reſtitutionis in integrum, ut de his plenè *Card. de Luca d. diſc. 38. à n. 17. uſque ad finem.*

In

9 In crimine læſæ Majeſtatis an poſſit quis minori pœna condemnari, indagat *Reg. Latro nu.* 185. Et inter alias cauſas recenſet ratione qualitatis perſonæ, & convictus de hoc crimine ad mortem non ſoleat condemnari, prout practicatum cum Nicolao Orgemontio, qui condemnatus fuit, ut aſſiſteret ad totum ſupplicii tempore, quo ejus ſocii trucidabuntur, & deindè in carcerem vita durante cum pane, & aqua permanſiſſe teſtatur *Papon. lib.* 22. *tit.* 2. *arreſt.* 30. & pluries in Regno practicatum refert *d. n.* 185. tradens, quod in proceſſu aderant plura exempla eorum, qui pro hoc crimine condemnati fuerant, alii ad pœnam relegationis; Alii ad perpetuum carcerem, & tamen rebelles declarati fuerunt, & confiſcationem bonorum paſſi, & alia exempla Principum, qui rebelles mitiori pœna punivere, congerit *Decian. in tract. crim. lib.* 7. *tit.* 49. *num.* 48.

Bene verum *Farin. q.* 98. *de pœn. temper. numer.* 124. firmat, quod nobiliores, quando ſint Rei hujus criminis læſæ Majeſtatis tàm corporalibus, quàm magis ignominioſis pœnis puniontur, & etiam quatuor eqois alligati diluviantur vivi, prout ex auditu à Joanoe Coraſio Tholoſano teſtatur ſervari in Gallia Tranſalpina, quod genus mortis improbatum ait *Farin.* ut vivi cujoſcumque criminis Rei ſcindantur. Cœterum tempore *Pii IV.* quidam nobiles viri, qui in ipſius necam conſpirarunt, fuerunt morti traditi, eùm prius per Urbem ad caudam equi in bumili, & dimiſſo curru cum paucis Rotis poſiti; & alligati tracti fuiſſent, & quod nobilitas noo excuſet, ex *Covar. lib.* 2. *c.* 9. *n.* 4.

10 Evenientu rebellione contra Principem, † & orta ſeditione, qui neutri Parti adhærent, ſed procul à tumultu ſe removent, culpabiles ſunt, quia non videntur Principem diligere, nec hoc caſu ſatis eſt, ſe à malo abſtinere, niſi etiam faciat bonum, *Borrell. de magiſtr. lib.* 3. *cap.* 7. *nu.* 22. *Aul. Gell. noct. Atticar. lib.* 2. *cap.* 12. ubi neutram partem ſectati bonis omnibus fuerunt expoliati, *Gaſcon. diſcept. fiſcal. cap.* 23.

Mulieres etiam incidunt in crimen læſæ Majeſtatis, *Farin. quæſt.* 112. *inſp.* 57. *num.* 223. latè *Gaſcon. num.* 25. ubi quod mulieres egeruot excubias, & exclamaverunt voce contra Regem.

Quando lex loquitur de crimine læſæ Majeſtatis, intelligitur de illo, quod committitur in ipſum Principem, & ſic de illo, quod dicitur conſiſtere in primo capite *legis Juliæ*, non autem de illo, quod conſiſtit in ſecundo capite, *Raynald. c.* 2. *§.* 2. *n.* 54.

In ſpecie criminis læſæ Majeſtatis humanæ noviter *Mareſca de public. judic. gloſ.* 6. *per tot.* ubi *n.* 25. quod privantur bonis paternis, maternis, avitis, & quorumque proximiorum, ut poſt alios *Paſchal. de patr. poteſt. cap.* 5. *num.* 9. & etiam legitima; At de alimentis controvertitur, & quod lite pendente in cauſam declaraodam liberata fuerit quantitas. Et *numer.* 28. & 32. probat, quod privatur feudo ex pacto etiam avito.

Rebelles, & Rei dicti criminis amittant factionem activam, & paſſivam teſtamenti.

Difficultas eſt io matre feudataria, & pro utraque parte ediſſerit *Mareſc.*

Perbellè quæritur in filiabus perduellis *Reg. Revert. deciſ.* 350. & ibi *de Marin. in obſer.* pro fœminis. At inſpecta litera *text. in l. quiſquis, C. ad l. Jul. Majeſt. Mareſc. num.* 37. contra filias tenet domtaxat Falcidia permiſſa.

Exemplum *Alphonſi Primi numer.* 40. habetur, qui largitate uſus fuit erga uxorem, & filias Antonii Cooduli Siculi omnia bona rebellis partis præſtitit.

Filii maſculi rebellis cùm ſint incapaces, non faciunt partem io computatione legitimæ, *Mareſc. num.* 42.

Filiæ fœminæ ſunt capaces ſucceſſionis extraneorum, ſicuti & conjunctorum poſt *Farin. Conciol.* & alios *Mareſc. n.* 43.

An filiæ fœminæ patria rebellis priventur feudis, Et cùm detur feudum cum intrinſeca conditione, ut ſervet fidelitatem feudatarius contra filios, probat *Mareſc. n.* 45.

A R G U M E N T U M.

Pluribus agentibus judicio univerſali in eadem re an, & quando non finito dicto judicio univerſali unus ipſorum poſſit agere pro eadem re particulari judicio reivendicationis.

SUMMARIUM.

1 *Poſſeſſio ex parte rei probari debet in qualibet actione reali.*
2 Gomeſ. in l. 45. Taori n. 266. *declaratur.*
3 *Judicio univerſali pendente debet judicium particulare ſilere, & n.* 7.
4 Text. in l. fin. Codic. de petit. hæred. *corrigit jus antiquum.*
5 *Judicio pendente inter petitorem, & poſſeſſorem hæreditatis, an poſſit unus ex illis agere contra debitores hæreditarios. Et quid lite pendente inter duos contendentes de hæreditate, an poſſint creditores agere, num.* 7. *Et quid quando unus ex colligantibus in judicio univerſali vult judicium particulare intentare, n.* 8.
9 Text. in l. non diſtinguemus, *§.* ſi is, ff. de recepr. arbitr. & in l. ſi quis libertatem, ff. de petit. hæred. *declaratur; An procedant in judicio fideicommiſſi, n.* 10.
11 *Actio petitionis hæreditatis cum actione fideicommiſſi æquiparatur.*
12 *Judicium rei vendicationis, & petitionis hæreditatis ſuper eadem re concurrere non poſſunt, nec in uno, eodemque libello proponi, n.* 13. *& quare, n.* 14.
14 *Una, eademque res non poteſt pluribus actionibus peti, quia quamvis non obſtet exceptio contrarietatis, obſtat exceptio cumulationis.*
15 *Judex non poteſt procedere in judicio particulari, quando ex illius determinatione aperiret animum ſuum pareret præjudicium in judicio univerſali.*
16 *Quando primum judicium eſſet præjudiciale ad ſecundum, Judex debet procedere ad expeditionem primi.*
17 *In judicio petitorio, & poſſeſſorio ſuper eadem re obſtat exceptio ordinis.*
18 *Judicium poſſeſſorium, & petitorium ſi proponatur poſſeſſorium debet determinari, & petitorium debet ſilere, & an poſſit contrarium mandari de Principis poteſtate, n.* 19.
20 *Judicium univerſale facit ſilere judicium particulare. quamvis prius intentatum.*
21 Afflict. in c. Imperialem, *§.* ſi inter duos, nu. 7. & in rubr. de gradib. ſucceſſ. *declaratur.*
22 *Secundogenitus non concurrit in ſucceſſione feudi exiſtente primogenito, niſi adſit aliqua incapacitas, quæ priùs eſt examinanda, & quare, n.* 23.
24 *Pluribus concurrentibus ſuper eadem re, ſi unus ex ipſis infringat competitorem, non poteſt proferri ſententia pro eo, qui primò proceſſum compilavit, ſed erit ſuperſedendum, donec alius proceſſus concludatur.*

25 Text.

25 Text. in l. is, à quo ff. de tei vendic. *explicatur, ut procedat, quando plures agunt contra unum poſſeſſorem ſecus verò quando unus agit contra altum competitorem infringende ejus jura.*

26 *Deciſio cauſa.*

Pro eodem Illuſtr. Prrincipe Colubrarii cum eodem D. Diomede Carafa.

CONSULTATIO VII.

QUod pendente judicio inter Illuſtr. Principem Colubratij, & Scipionem Carafam, in quo etiam ſubintravir D. Diomedes Carafa ex perſona ptoptia ſuper ſucceſſione, & poſſeſſiona domorum, & viridarij in actis deductorum, nullo modo poſſir procedi ad inſtantiam ejuſdem D. Diomedia tanquam hæredia D. Cæſaris patris prætendentia, procedi facera ad diſcuſſionem prætenſarum nullitatum propoſitarum per dictum ejus patrem adverſua duas conformes ſententias S. C. per quas fuir excluſus à præienſa relaxatione eorumdem bonorum, probatur ex infra ſciptis.

Primò, quia in hoe judicio deficit dicto D. Diomedi extrsmum, quia non habet certum poſſeſſorem, cùm poſſeſſio reperiatur jam ſequeſtrata ordine S. C. cùmque judicium olim intentatum per dictum ejus patram, ſir judicium reivendica-
1 tionia, non haber certum reum, † & certiſſimum eſt de jure, quòd in qualiber teali actiona neceſſe aſt probare, quod reus poſſideat, *l. in rem*, *l. officium. ff. de re judic. DD. in l. naturaliter*, *§. nihil commune*, *ff. de acquir. poſſ.* Menoch. *de arbitr. caſu* 24. *lib.* 2. Cavalc. *dec.* 23. *part.* 2. Cariarina *dec.* 42. *numero* 12. & Joſeph. Ludovic. *dec.* 65. Peruſ. cum alua apud Statil. Pacific. *de Salviano interd inſpect.* 2. *cap.* 1. *num.* 15. quod quidem patet ad ſenſum, cùm enim petatur, reum condemnari ad relaxandum, nemo poteſt relaxare poſſeſſionem, quam non habet.

Nec dicatur, quod in hoc caſu poteſt fieri judicium cum omnibus intereſſe prætendentibus, quam-
2 vis non poſſideant, † ex Gomeſ. *in l.* 45. *Tauri, num.* 166. *verſ. tertia concluſio*, quia Gomeſius non loquitur in iſto caſu, quando actor judicio rei vendicationia agit, ſed quando ſimpliciter petit judicio univerſali, ſe hæredem declarari; nam illo caſu ſententia profertur, eum hæredem eſſe, & adverſario perpetuum ſilentium imponitur, quæ ſententia deſervit, quia ſi adverſarius aliquo tempore poſſidere incipiat, judicia officio implorato, illa ſententia mandatur executioni? ſecus aurem in caſu noſtro, in quo judicium intentatum per D. Cæſarem non fuir univerſala, ſed particulara rei vendicationis certorum bonorum adverſua Aſcanium Carafam tunc poſſeſſorem, & ſic hodia non conſtito de poſſeſſora, noo poteſt judicium terminari. Imò etiam in judicio petitionis hæreditatis, quando reſtringitur ad rem particularem, debet cum poſſeſſore fieri judicium, ut *ibidem Gomeſ. d. num.* 166.

Secundò idem probatur, quia cùm adhuc non ſit declaratum, quis ſit ſucceſſor Caroli ultimi morientis, ſed de ejus ſucceſſione diſputatur, non poteſt aliqua controverſia terminari ſuper eadem ſucceſſione, quod probatur, quia judicium primo loco intentatum fuir contra Joan. Baptiſtam Carafam, & ſucceſſivè contra Aſcanium filium, cui ſucceſſit alius Joannes Baptiſta, cui abſque filiis morienti ſucceſſir dictus Carolus, de cujus ſucceſſione in prædictis bonis hodie tractatur, & ſic pendente hoc judicio
3 univerſali, * ſilere debet judicium particulare ad text. *in l. ſi quis libertatem*, *ff. de petit. hær. l. non diſtinguemus*, *§. ſi is. ff. de recept. arbitr.* quod indiſtinctè procedere dicit Soc. *in l. ſi poſt litem*, *verſ. circa primum caſum*, *ff. de except.* cum concordantibus, & latè comprobat Jacobus Gallus *conſil.* 3. *per tot.* Lancellot. *de attent. capit. quart. limit.* 26. *num.* 2. *Rota in noviſſimis deciſ.* 31. *n.* 1. Mandell. *conſ.* 371. *num.* 5. *vol. ſecund.*

Et quamvis text. * *in l. fin. Cod. de petit. hæredit.* 4
videatur corrigere jus antiquum, tamen non loquitur in caſu noſtro, & propterea D D. in hac materia diſtinguunt qooad hoc.

Aut quæritur, an pendenta lite inter petitorem, & poſſeſſorem hæreditatis, poſſit unus ex iſtis agere
contra debitores hæreditarios, * & hoc caſo non poſ- 5
ſet, niſi actio ſit tempore peritura, *d. l. ſi bona fidei, ff. de pet. hæred.* & in bis terminis loquitur D. de Franchis *deciſ.* 596. *lib.* 4. Lancell. *ubi ſupra num.* 1. & hic non eſt caſus noſter.

Aut verò ſumus in caſu, quod pendente judici-
cio inter duos contendentes hæreditatem, † credi- 6
tores, vel legatarij volunt agere, & hoc caſu, quamvis per jura vetera noo poſſent agere ex illa regula
generali, * quòd pendente judicio univerſali ceſſet 7
particulare, tamen dicta jura ſunt correcta per text. *in d. l. fin. Codic. de petit. hæredit.* cum diſtinctione tamen, prout *in d. l. fin.* ita loquitur *deciſ. Rota in antiquis* 21. *ſub tit. de judiciis*, *numero quart. Craſſ. de ſucceſſ. tomo ſecund. articul. tranſmiſſio*, *in quæſtione ſexta numero octavo* & ex alus adductis per Lancell. *ubi ſupra ſub num. ſeptim.* & neque hic eſt caſus noſter.

Aut verò ſumus in caſu, in quo pendente judicio inter plures ſuper hæreditata, unus ex colligan-
tibus vult agere aliquo judicio particulari, † & in hoc 8
caſu nullo modo poteſt agere, & procedit text. *in d.*
l. non diſtinguemus, * *§. ſi is ff. de recept. arbitr. & in* 9
d. l. ſi quis libertatem, *ff. de petit. hær. ubi* Bart. *nu.* 12. Bald. Angel. & Caſtr. *in fine*, qui hoc diſtinctionis fœdere hanc materiam conciliant, omneſqua affirmanr, de boc caſu non loqoi text. *in d. l. fin.* nec per eum fuiſſe correctaa prædictas leges de jure Digeſtorum, Ozaſcoa *deciſ.* 74. *nu.* 1. Jaſ. *in §. præjudiciales*, *n.* 5. *Inſtit. de action.*

Et quamvia jura † prædicta loquantur in petitione 10
hæreditatis, tamen idem procedit in judicio fideicommiſſi, cùm actiones inter ſe æquipatentur. *Al-*
ciat. latè id probat *reſponſ.* 110. *n.* 10. *lib.* 9. * licèt non 11
poſſit dubitari, quin judicium, de quo agitur inter Scipionem Carafam, & Principem Colubrarij, in quo ſubintravit idem D. Diomedes, ſir judicium univerſale; ſiquidem inſtantia Principia Colubrarij fuit, ut citra præjudicium poſſeſſionis captæ dictorum bonorum, immitteretur in poſſeſſionem omnium bonorum poſſeſſorum per Principem Carolum, uſque ad ejua obitum, & ſic bona prædicta veniunt in conſequentiam, tanquam bona poſſeſſa per Carolum tempore ejua mortia, & ſoper dicta inſtantia fuit per Coll. Conſ. datus terminus.

Quod tantò magis procedera debet in caſu noſtro, in qoo judicium primo loco intentatum per D. Cæſarem Carafam fuit judicium rei vendicationis, petiit enim ad ſe ſpectare bona prædicta, & condemnari poſſeſſorem ad illa relaxandum, quo caſu
nullo modo poteſt * concurrere judicium rei vendi- 12
cationia, & petitionis hæreditaris ſuper eadem re, ita in terminis tanet Fulgoſius poſt Petrom de Bella pertica *in l.* 2. *C. de petitio. hæredit. n.* 3. per text. *in l. quod in hærede*, *§. eligere*, *ff. de tribut. action* licèt ex errora allegetur text. *in l. ſed & ſi à lege*, quia voluit allegare *l. quod in hærede*, & melior eſt text. *in l. nemo ex iis*, *§. quoties*, *ff. de regul. jur.* hanc etiam opinionem tenuit Gulielm. de Cuneo *in d. l.* 2. latè Gomeſius *in l.* 45. *Tauri*, *n.* 159. Cacheran. *d. dec.* 74. Maranta *part.* 4. *diſtinct.* 20. *n.* 6. *in ſpeculo*, cum aliia per Olibanum

Google

banum *part.* 2. *l.*1. *c.* 43. *n.* 33. *de actionib.* Imò nec
13 in uno, † eodemque libello proponi, juxta communem opinionem *Doctorum*, relatam à Venino *inter commun. opinion. titul. de petition. hered.* *n.* 10. traditur
14 ratio per eoſdem DD. quia una, * eademque res non poteſt peti pluribus actionibus, quia quamvis non obſtet exceptio contrarietatis, obſtat exceptio cumulationis, ut per Cynum, & alios *in d. l.* 2. *Cod. de petit. heredit.*

Et demum erit advertendum, quod D. Diomedes in hoc judicio per eum moto ex perſona propria, & ſuper quo fuit jam datus terminus etiam reſpectu ipſius, deducit illud idem de habilitate patris, non obſtantibus ſententiis prædictis, quod venit diſputandum in ſententia nullitatum adverſus prædictas ſententias, & ſic Judices cum determinatione prædictarum nullitatum aperiunt animum eorum reſpectu iſtius articuli, quod pareret præjudicium in judicio univerſali, & propterea non poteſt in eo procedi, ex latè traditis per eundem Cacheranum *d. dec.* 74. *in fine*, ubi ex hac conſideratione aſſerit, Senatum ſic judicaſſe.

Nec obſtant tandem quæ in contrarium ex adverſo ponderantur, ſcilicet eſſe procedendum ad expeditionem hujus judicij, & ſuperſedendum in altero,
16 * ex eo, quod hoc primum eſt præjudiciale ad ſecundum, ex regula text. *in l. per minorem*, *ff. de judic.* eò magis, quia eſt prius propoſitum, *l. qui prior*, *ff. eod. tit. de judic.*

17 Etenim jura prædicta limitantur, * ubi agitur petitorio, & poſſeſſorio ſuper eadem re, tunc enim obſtat exceptio ordinis, & prius eſt terminandum
18 poſſeſſorium, & interim ſilet petitorium, ita *Alvarotus in dicta l. qui prior, ſub n.* 2. *& ibidem* Jacobinus *n.* 2. *verſic.* 2. *fallit*, *idem* Jacobinus *in d. l. per minorem*, *num.* 2. *verſ.* 5. *modo*, & hoc probant text. *in cap. ex conquerente, de reſtitution. ſpoliat. in cap.* 2. *cauſ. poſſeſſ. & propriet. & cap. paſtoralis, eodem tit. cap. final. de judic. in l. ſi de vi, ff. de jud. l. ordinarij, C. de rei vendicat. l. incerti, ff. de interdictis*, Cephalus *conſ.* 30. *n.* 1. Eugenius *conſil.* 4. *n.* 20. Præſ. de Franchis *deciſ.* 199. *nu.* 8. ubi ita deciſum refert, cum aliis latè congeſtis per doctiſſimum, & eruditiſſimum Dominum Regentem Valenzuelam *in conſil.* 70. *n.* 55. & 56. quod probat etiam Theſaurus *dec.* 55. *n.* 1. ubi etiam diſſerit
19 de Principis poteſtate, † num poſſit mandare, quod decidatur prius petitorium, quam poſſeſſorium, & latè Marius Muta *dec.* 31. *n.* 37.

20 Eò magis, * quia hoc ſecundum judicium eſt univerſale, ut ſupra probavimus, & omninò facit ſilere primum quod eſt particulare, non obſtante quod ſit prius intentatum, ut probat Paul. Caſtrenſ. *in d. l. ſi quis libertatem*, *numero* 11. *Digeſtis de petit. hered.*

21 Nec demum obſtat doctrina * Afflict. ex adverſo ponderata *in cap. Imperialem*, §. *ſi inter duos*, *num.* 70. & latius *in rub. de grad. ſucceſſ. n.* 11. quia non probat id, ad quod ponderatur, nam aliud non firmat, niſi
22 quod ſecundogenitus non poteſt concurrere in ſucceſſione feudi exiſtente primogenito, niſi adſit aliqua incapacitas, Marr. *de ſucceſſ. legal.* 1. *q.* 11. *art.* 4. *n.* 12. quæ prius eſt videnda, ad hoc ut poſſeſſor feudi non cogatur cum duobus litigare, in caſu autem noſtro ſecus eſt, quia omnes concurrunt in ſucceſſione,
23 * ultra quod incapacitas fuit oppoſita D. Cæſari, ipſius D. Diomedis patri, remotore, qui prætendebat ſuccedere quia Comiti Magdaloni, hodie verò tractatur, quis debeat ſuccedere Carolo ultimo poſſeſſori, cum quo eſſet tractandum judicium tunc cœptum, & determinatum per binas ſententias, prout ſupra eſt fundatum.

24 Immò quando ſunt plures † competitores ejuſdem rei, & unus infringit competitorem, tunc non poteſt ferri ſententia pro eo, qui primò proceſſum compilavit, ſed ſuperſedebitur, donec concludetur alius proceſſus, ita poſt Bald. Alex. & alios fundat idem Afflict. *in c. ſi duo*, *n.* 33. *de pace tenenda*, ſic limitando text. *in l. is, à quo*, *ff. de rei vendic.* ut procedat, quando plures agunt contra unum poſſeſſorem, non 25
verò quando unus agit contra alium competitorem, infringendo ejus jura, quod dicit eſſe menti tenendum, & deciſionem refert *in rubric. de gradibus ſucceſſ. feud.* *n.* 12. *in fin.* quod ante eum dixit Innoc. *in cap. veniens 5 el ſecondo, de teſtibus.*

Fuit deciſum, * *eſſe procedendum ad expeditionem* 26
cauſæ.

OBSERVATIO IN CONSULT. VII.

ARGUMENTUM.

Pendente judicio univerſali, an ſilere debeat judicium particulare, ut ſit opus formale judicium præcedat, ſivè ſententia canonizatoria Status univerſalis. Correctio jurium indicata per *Reg. Latr.* diſtinctione evitatur. Exemplificatione rem elucidat *Cardin. de Luca.* Diverſus eſt caſus, quando pendente lite inter petitorem, & poſſeſſorem hæreditatis unus agere velit contra debitores hæreditatis. Et an ſolvens hæredi putativo liberetur. Et de præjudicialitate judiciorum in ordine.

SUMMARIUM.

1 *Judicio univerſali pendente an judicium particulare debeat ſilere?*
2 *Creditores, vel legatarij an pendente judicio inter contendentes poſſint agere contra quemquam ipſorum?*
3 *Cautela* Bartoli *pro victo.*
4 *Formale judicium cum ſententia canonizatoria tituli ſucceſſionis quando requiratur.* Card. de Luca *diſtinguit.*
5 *Succumbens in particulari judicio per ſupervenientiam tituli univerſalis an impediat particulare.*
6 *Creditores, vel legatarij an poſſint agere judicio pendente inter contendentes ſuper hæreditate?*
7 *Solutio facta heredi putativo an liberet?*
8 *Judicium univerſale facit quieſcere particulare, & poſſeſſorium quieſcere petitorium.*

JUdicio univerſali pendente judicium particulare 1
debet ſilere, *l. ſi quis libertatem*, *ff. de petit. hered. l. non diſtinguentes*, *ff. de recept. arbitr. poſt Jacob. Gall. & Lancell. de aſſentat. Reg. Latro in hac conſult.* 7. *num.* 3.

Cæterum pendente judicio univerſali † inter ali- 2
quos, ad quem eorum ſpectet hæreditas, creditores, vel legatarij poſſint agere contra hæredem, qui poſſidet, ſtatuit *text. in l. fin. C. de petit. hered.* per quem *text.* correcta eſſe jura contraria in caſu propoſito probat *Reg. Latr. num.* 7. Addo *Cyriac. contr.* 540. *num.* 67. ubi tradit, quod creditori liceat agere contra hæredem, qui poſſidet, quamvis pateretur controverſiam ſuper tota hæreditate ex *d. l. fin. C. de petit. hered. Linglois deciſ.* 6. *C. de petit. hered.* ibi: *Si verò creditores ſuperveniant, liberè agunt contra petitorem hæreditatis, ſeu contra poſſeſſorem, nec tenetur ſatiſ-*

dara, & hoc particulare judicium terminari poteſt, non obſtante petitione hæreditatis, qua ſuita, is, qui conventus eſt, ſi erat poſſeſſor, & victus fuerit, non tenetur hæreditatem reſtituere prius, quam ei petitor hæres hoc ipſum, quod ſolvit, reſtituat.

3 At *Bart. in d. l. fin. num.* 3. docet, * quod eo caſu, quo agitur contra petitorem, ſi ipſe fecit inventarium, non poſſit fieri executio, donec habeat patitor poſſeſſionem hæreditatis, *Achill. Perſonal. de adipiſcend. poſſeſſ. num.* 669.

4 Aſſumit articulum † *Card. de Luca de judic. diſc.* 40. *num.* 33. an pendente judicio univerſali ſilere debeat particulare, ut ſit opus, quod præcedat ſententia canonizatoria tituli hæreditarij, vel univerſalis judicij.

Variis varia pluribus de motia ſentientibus, vera videatur diſtinctio, quod ſcilicèt, Aut debitor, vel victus, contra quem exequutio petitur, nullum jus habeat in hæreditate, vel ſucceſſiona victoris, vel creditoris, adeò ut perſeveret in eadem unica perſona, vel figura debitoria, vel collitigantia victi, qui ſivè ab una, ſivè ab altera perſona, quæ victorem repræſentet, exequutionem pati debet. Et tunc non requiratur formala judicium, ſivè ſententia ſuper canonizatione ſtatus hæreditarij, vel ſucceſſorij, ſed ſufficiat illa virtualia, & implicita hujus ſtatus, vel juris canonizatio, quam Judex faciat decernendo mandatum exequutivum, & exequutionem. Cùm debitor, vel victua aliud non habeat intereſſe, niſi circa illud legitimationia perſonæ.

Et quando ipſe debitor ad effugiendum judicium, vel differendam exequutionem juxtà conſuetudinem Reorum ſuccumbentium opponat de jure tertij, quod ſcilicèt non ad petitorem, ſed ad alterum illa ſucceſſio pertineat. Tunc licèt iſta dicatur exceptio juris tertij. Attamen exauditi meretur, dum principaliter deducitur pro jure, & intereſſe proprio, ut ſcilicèt ſolvatur legitimæ perſonæ, quodque alias cogi non debeat ad iteratam ſolutionem vero creditori poſteà venienti, ut quandoque praxia docet. Verùm per cautionis remedium huic oppoſitioni conſultum eſt, ſivè per aliud æquipollens pro facti qualitate non immutata natura, ſeù qualitate proceſſus exequutivi, & ſummarij cum implicita tantùm canonizatione tituli, abſque eo, quod collitigans victus dici valeat legitimus contradictor.

5 Aut verò ipſemet ſupervenientiam * prætendit novi juris, vel tituli, per quem victoris perſonam quoqua induera prætendat, undè propterea jure confuſionis actionum, vel imaginariæ ſolutionis dicat, quod exequutio jam conſummata ſit, quoqua res judicata ſuum effectum ſortita fuerit, adeo ùt principalia quæſtio inter ipſum, & alterum petitorem eſſet ſuper hujus juris pertinentia, vel perſonæ repræſentationa, iſtaque prætenſio non ſit notoriè chymerica, & idealis, ſed aliquam habeat probabilem dubietatem, & tunc requiritur formalia, & expreſſa canonizatio tituli hæreditarij, vel ſucceſſorij cauſa cognita in judicio ordinatio, quod terminandum eſt per rem judicatam, vel per trea conformes juxtà terminoa legitimi contradictoris. Atque rectè intrat regula, ſeù propoſitio, quod judicium univerſale quieſcere faciat particulare, illique eſt præjudiciale. Aliàs eſſet ſupponere pro concluſione id, quod eſt in concluſione, ſicque eſſet prius exequi, & poſteà judicare, & in facti contingentia practicaſſe ait *Card. de Luca* in caſu, quo patruus erat debitor in proceſſo exequutivo nepotis, quo defuncto ab inteſtato in eius ſucceſſione ipſe patruus ſe potiorem eſſe prætendebat in excluſionem germanæ ſororis ejuſdem defuncti ex Statuto, ſuper cujus quæſtionis interpretatione cadebat, & vivendo in communi poſſidebat cum nepote patruua prætendebat ſe in poſſeſſione hæreditatis, ità quod oportebat firmare ſtatum ſuper titulo ſucceſſorio.

An pendente lite intet petitorem, † & poſſeſſorem hæreditatis poſſit unua ex iſtis agere contra debitores hæreditarioa? 6

Regulam negativam ſtatuit *tex. in l. ſi bona fidei, ff. de petit. hæredit.* & in his terminia loquitur *Prof. de Franch. deciſ.* 596. relatus per *Reg. Latr. num.* 5.

Unde propter dubium litia eventum poteſt poſſeſſori hæreditatia denegari ſolutio, cùm priùs ſit canonizandus tituloa hæredia, *Olea de ceſſ. jur. tit.* 5. *q.* 9. *num.* 3. Et poteſt opponi de jure tertij. Etenim ſi debitor ſolveret hæredi putativo, non liberabitur, *Salgad. in labyr. credit. p.* 1. *c.* 9. *num.* 100. prout poteſt Actor expelli per exceptionem de jure tertij.

Prætereà neuter poteſt agere, nam quilibet eſt incertus de jure ſuo, *Andreol. controv.* 130. *num.* 20.

Hinc infert *Andreol.* quod ſi exiſtat controverſia inter uxorem, & filios hæredes mariti, utrum nomen debitoria cenſualis ſit dotale, interim debitor cenſua non poſſit moleſtari, niſi hoc benè diſcuſſo, aliàs debitor cenſualia poſſet gravari duplici ſolutione, ut *d. l. ſi bona fidei Virgil. de legitim. perſon. c.* 12. *n.* 24.

Facit in ſimili, quod libertua non tenetur præſtare ſervitia, nec obedire domino, pendenta lite ſuper libertate, *Bal. in l. ſum aliquis, C. de jur. deliber.* Etſi lis pendeat inter duoa, de re debita à tertio, poterit iſte tertius denegare præſtationem unicuique eorum, ut in emphyteuta probat *Corbul. de cauſ. privation. ob non ſolut. canon. limit.* 23. *Surd. dec.* 6. Et ſic in vaſſallo, ut excuſetur præſtare ſervitia domino feudi, ſi lia pendeat ſuper utili dominio, *Maſtll. ad Capyc. dec.* 69. *n.* 6.

Fallit prima concluſio, ſi actio ſit tempora peritura, ut quia præſcriberetur actio, quo caſu tam petitor hæreditatia, quàm poſſeſſor pro ſuo intereſſe admittitur ad litem conteſtandam pro interruptione præſcriptionia, ut *Bald. in d. l. fin.*

Ita quoque ſi debitor vergat ad inopiam, vel diſſiparet bona, ut deciſum teſtatur *de Franch.* Prævia tamen informatione de dilapidatione, *Olea ubi ſupr. n.* 6. *Gallupp. in ſua praxi p.* 2. *c.* 3. *nn.* 37. qui hodiè indifferenter ſervari ait per Sacrum Conſilium in mandando debitoribus, quod faciant depoſitum in publico Banco. Etſi debitum conſiſtat in ſpecia, decernitur, quod res vendatur, & pretium deponatur abſque præjudicio jurium Partium. 7

Solutio hæredi putativo † facta an ſuffragetur ad liberationem debitoria? Negat *Fab. in rational. ad l. ſi quod poſſeſſor. §. fin. ff. de petit. hæred.* ſivè hæreditatis poſſeſſor prædo ſit, ſivè bona fide poſſideat.

Procedera autem inquit *Olea tit.* 5. *q.* 9. *num.* 6. quando quis ſolveret hæredi putativo, qui ſua authoritate occupavit hæreditatem, nam ſi authore Prætore, & probaſſet proximitatem, tunc ſolutio ei facta prodeſſet. Etſi ex poſt facto alius ſe proximiorem probaſſet, ignoſci debet, qui divinare non potuit, *Amat. reſ.* 78. *nu.* 6. *Cancer. p.* 1. *var. c.* 2. *n.* 64. *Coſta de portion. rat. q.* 20. *num.* 7. *Pyrrus Maur. de ſolut. c.* 6. *num.* 30.

Stante omnimoda bona fide ſolventia, ſi hæredi ab inteſtato putativo ſolvatur, cùm adeſſet verus ex teſtamento, aut Prælato, vel poſſeſſori putativo, quod liberationem conſequitur, remanente

nente actione vero creditori repetendi ab eo, cui ſolutum eſt, *Salgad. in labyr. cred. p. 1. c. 27. num. 112. & p. 2. c. 7. n. 34.* ex celebri *conſ.* 35. *Aret.* Si publicè, & palam illa, cui ſolutum eſt, reputetur poſſeſſor, & non ſit privata opinio, ne alias detur aditus colluſionibus, & fraudibus, latiſſimè *Card. de Luca de credit. diſc.* 55. ubi de ſolvente coactè de mandato Judicis.

8 Judicium univerſale facit quieſcere † particulare, & cauſa poſſeſſorij ſuſpendit petitorium, fusè *Card. de Luca de judic. diſc.* 20. *nu.* 5. ubi quod ubi collitigans prætendit ſe turbari in poſſeſſione, in qua reperiatur, vel ſe reperiatur, vel ſe reperiri prætendit, tunc ſuſpenſo quocumque petitorio, petat ſibi decerni poſſeſſorium, tunc impedit curſum cauſæ principalis in petitorio, & ſuper poſſeſſorio eſt prius procedendum, alias nulliter proceditur, alias eſſet ſpolium virtuale, & implicitum, & quando poſſit cumulari poſſeſſorium cum petitorio videndus *de Luca ubi ſup. n.* 7.

ARGUMENTUM.

Agitur de ſervitute aquæ ductus, & an, & quando quis habens ſervitutem ducendæ aquæ ſuper territorio vicini, de qua uſus fuit per duo molendina, poſſit alia molendina ex eadem aqua facere, & quid quando Dominus fundi ſervientis damnum pateretur ex minori concurſu molentium.

SUMMARIUM.

1 *Servitus acquiritur per conſtitutionem, vel per præſcriptionem.*

2 *Servitus aquæ ducendæ acquiſita pro duobus molendinis non poteſt alterari pro aliis, quod tamen intellige, ut nu. 40.*

3 *Servitus tantum dicitur præſcripta, quantum poſſeſſa.*

4 *In aquæ-ductu non ſolum inſpici debet principium aquæ, ſed ea loca, unde decurrit, & meatus unde tranſit, & vetuſtiſſimus aquæ decurſus.*

5 *In paſcuis, aquis, molendinis, pontibus, & aquarum commoditatibus ſtandum antiquitati.*

6 *Si aqua ducitur ex flumine publico non navigabili pro uno molendino, ſi quis poſtea in præjudicium alterius facere intendit alia molendina, vicinus præjudicium habens poteſt contradicere.*

Quod tamen quomodo procedat, declaratur n. 26.

7 *Aquam ducere ex flumine publico non navigabili de jure permiſſum eſt.*

8 *Molendini commodum nemini auferri debet.*

9 *Servitus conſtituta cenſetur cum minori, quod fieri poteſt, præjudicio fundi ſervientis.*

10 *Servitutem habens aquæ ducendæ non poteſt majorem quantitatem aquæ ducere per aquæ ductum in præjudicium vicini.*

Nec poteſt ſervitus contra antiquam conſuetudinem alterari, n. 11.

Et quando deterior efficitur jure Domini prædij ſervientis amplior aqua duci non poteſt, n. 12.

Quod ampliatur, quamvis Dominus fundi ſervientis aquis non uſus fuiſſet, n. 13.

14 *In ſolo proprio cuique ædificare licet non obſtante prohibitione, niſi vicinus ex privilegio, vel conſuetudine haberet jus prohibendi.*

15 *Molendinum conſtruere in ſuo territorio quilibet poteſt, licèt cum damno vicinorum, ex quo illorum lucrum diminueretur, dummodò commodum naturalis aquæ non tollatur.*

17 *Aqua poſtquam fiſtulam meam ſemel intravit, eſt mea, tranſit enim in dominio recipientis, & proinde poteſt à me in quemcunque locum derivari, & poſſum eam alteri concedere, & ad libitum diſponere, n.* 18.

19 *Flumina privata dicuntur quæ tranſeunt per territoria Baronum.*

20 *Habens jus aquæ-ductus poteſt in fundo ſerviente terram, & lapides capere ad clauſuram reparandam.*

Et poteſt ex cauſa majoris utilitatis alio modo ducere, abſque tamen præjudicio Domini, n. 21.

22 *Dominus prædij dominantis rivum in prædio ſerviente exiſtentem poteſt expurgare, & reficere.*

Et poterit etiam alveum ſolitum mutare, ad hoc ut altior, vel rapidior ſit aqua, quando fieret cum prædij dominantis utilitate, & abſque incommodo vicini n. 23. *& n.* 34.

24 *Damnum, vel incommoditas vicini conſideratur, quando non poſſet aqua uti juxta ſolitum, ſecus vero reſpectu illius incommodi, vel damni, quod pauciores portarent frumentum ad molendinum ſuum, propter abundantiam molendinorum alterius, & n.* 28.

25 *Servitus idem importat, quòd ſit conſtituta, vel præſcripta.*

26 *Præſcripta facultate piſcandi in lacu poſſum illa facultate uti, etiam ſi piſces vendantur.*

39 *Molendinum in commune ſi duo haberent, & unus alteri concеſſiſſet jus aquæ ducendæ à dicto molendino ad ſua prædia, dummodò hoc fieret abſque alterius præjudicio, ſi voluerit ex dicta aqua facere in ſuo territorio novum molendinum; hoc ei licebit, nec contradiceret pacto, quia non conſideratur damnum minoris concurſus molentium. Ampliatur, ut nedum non ſit curandum de minori lucro, ſed nec de modico damno.*

31 *Molendina plura habere intereſt publicæ utilitati.*

32 *Curſus aquæ debet defluere, prout in æſtate præterita.*

33 *Molendinum habens inferiori parte fluminis poteſt aliud molendinum ratione majoris commodi, & utilitatis conſtruere.*

35 Bartoli *doctrina* in l. per argum, Cod. de ſervit. & aqua *explicatur, & n.* 41.

36 *Molendinum novum ædificare non licet, quando aqua diminueretur ex primo molendino ab alio poſſeſſo.*

37 Text. l. 1. § illud, & in l. non modus, C. de ſervit. & aqua *declaratur.*

30 *Limitatio debet probari per eum, qui eam aſſerit.*

39 *Conſuetudo decurrendi aquam pro uno molendino non acquirit alteri parti jus negativum, niſi præceſſiſſet prohibitio cum patientia adverſarij per tantum tempus, quantum ſufficeret ad præſcribendum.*

40 *Habens aquam licitatam pro duobus molendinis, poteſt cum eadem aqua cum majori induſtria plura molendina facere, ſecus ſi aqua non ſufficeret, & vellet aliam aquam derivare.*

42 *Damnum, quod dependet ex alieno arbitrio, non eſt conſiderabile.*

43 *In aqua inundatione in locis ad locum publicum non deſtinatis, conſiderandum eſt facientis utilitas, & patientis damnum.*

Pro Illuſtr. Principe Tarſiæ cum Reverendis Fratribus Monaſterij D. Nicolai Vallis Clarimontis.

CONSULTATIO VIII.

PRætendunt Fratres Venerabilis Monaſterij Divi Nicolai Vallis Clarimontis, duo molendina per Illuſtr. Principem Tarſiæ in ejus proprio territorio in diſtrictu Terrænovæ, & propriè in feudo de S. Antonio, juxta duo alia molendina, quæ ibi per priùs ab antiquo tempore poſſidebat, non licito jure annis elapſis fuiſſe conſtructa in damnum Monaſterij poſſidentis duo alia molendina in territorio de Campanella, & proinde debere condemnari Illuſtriſſimum Principem ad ea demoliendum.

Primò, quia dicta molendina accipiunt aquam ex flumine, dicto de Garga, in territorio terræ Saracenæ, & per aquæ ductum manu factum per intus territoria de Campanella, & Camerata ipſius Monaſterij, à qua ducitur ad prædictum feudum de S. Antonio, & ſic cùm tranſeat † per dicta territoria per
1 ſervitutem, vel conſtitutam, vel præſcriptam, *l. 1. §. fin. & l. 2. C. de ſervit. & aqua*, cùm non appareat de conceſſione, neceſſariò fateri oportet, ſervitutem eſſe præſcriptam, ex traditis per Polyd. Ripam. *ſing. obſer. in 34. obſerv. n. 1. & 2.* eo magis exiſtente lapſu temporis, Alex. Raudenſ. in terminis *dec. Piſana 9. n. 10.*
2 ſicque cùm ſervitus ſit * præſcripta tranſeundi aquam pro duobus tantùm molendinis, non poteſt alterari pro aliis molendinis, quia tantum præſcriptum, quantum poſſeſſum, * Bald. *in l. ſi ibi de ſervit.* In a-
3 quæ ductu enim non ſolùm inſpici debet principium aquæ, ſed etiam loca unde decurrit, * & meatus unde
4 tranſit, & vetuſtiſſimus aquæ decurſus, ita Bald. *in c. 1. §. ſi quis demanſo, de controv. inveſt.* Franc. Marc. *dec. 560. n. 3.* & idem Bald. *in cap. 1. §. nos Romanorum, verſ. ſi ab antiquo, de pace conſtantia*, tenet,
5 quod in paſcuis, aquis, * molendinis, pontibus, & aquarum commoditatibus ſtandum eſt antiquitati, & potiſſimum in molendinis ſtandum erit antiquitati, *Weſemb. conſ. 14. nu. 7. & 9. vol. 2.* ſervitus enim non poteſt alterari contra antiquam conſuetudinem, *l. ſi manifeſtè, C. de ſervit. Bartholomaeus Cepolla in tract. de ſervit. ruſtico. præd. cap. 4. de aqua duct. n. 47.*

6 Secundò, quia huc in tantum * eſt verum, quòd ſi aqua ducitur ex flumine publico non navigabili pro
7 uno molendino, * quod de jure permiſſum videtur, *§. flumina, & §. riparum, Iuſtit. de rer. diviſ.* cum aliis apud D. Franc. Ant. Coſtam *conſil. 74. nu. 1.* ſi poſteà in præjudicium alterius quis facere intendit alia molendina, vicinus præjudicium habens poteſt contradicere, ex *tex. in l. non modus*, & ibi Bart. qui *tex.* prædictum legit cum *text. in l. per agrum, C. de ſervit. & aqua*, ubi etiam Alber. Cepoll. *de ſervit. ruſtic. prædior. d. cap. 4. num. 48. Anna in alleg. 91. nu. 6.* ex
8 quo molendini commodum † nemini debet auferri, *Weſemb. conſ. 34. n. 4. vol. 1.*

9 Tertiò, * quia ſervitus cenſetur conſtituta cum minori, quod fieri poteſt præjudicio fundi ſervientis *l. ſi cui ſimpliciùs, ff. de ſervit. jure ff. eod. tit. Codex Fabrianus lib. 3. tit. de ſervit. & aqua, diffinit. 4.* & prop-
10 terea non poteſt majorem * quantitatem aquæ duci in præjudicium vicini, *l. 1. §. quid autem, cum §. ſequenti, ff. ne quid in flumine publico*, Bald. *in cap. 1. §. ſi quis demanſo, in 4. col. in fine, de controverſ. inveſtit.*

11 Nec poteſt ſervitus * aquæductus contra conſuetudinem antiquam alterari, *d. l. ſi manifeſtè, C. de ſerv. Cepoll. in d. c. 4. de ſervit. ruſtic. prædior. nu. 47.* Maſcard. *concl. 123.*

Et demum prætendit, quod quando deterius efficitur jus Domini prædij ſervientis, amplior aqua duci non poteſt, † ex Angel. *in l. 4. Codic. de ſervit. l. ſi aquam, verſ. u. qui, ff. de aqu. quoti. & æſtiv. l. 1. §. illud haben, ff. de eodem*, diffuſè Bart. *in l. quominus, ff. de flumin. in 12. quæſt.* Dec. *conſ. 244. & conſ. 373. gloſ. in l. aquam, ubi* Salic. *Cod. de ſervit. & aqua*, Butr. *conſ. 41. n. 19. lu. 1.* innumeros colligit Maſcard. *concl. 123. n. 2.* Pariſ. *conſ. 112.* Theſaur. *dec. 245. n. 2. ubi in addit.* Theſaur. *junior*, Surd. *conſ. 447.* Cancerius *variar. reſolut. lib. 1. cap. 4. tit. de ſervit. n. 231.* Gratian, *diſcept. forenſ. lib. 4. diſcept. 615. num. 16. qui num. 20.* ampliat, quamvis Dominus fundi * aqua non uſus fuiſſet, Ant. 13
Trigon. *ſing. 34. Vivius dec. 411. nu. 5.* Boër. *deciſ. 352. num. 4.*

Et certum eſt in facto, quod locus de Sancto Antonio eſt territorium terræ Terrænovæ, quod eſt ipſius Principis, * & in meo ſolo poſſum liberè ædificare, non obſtante prohibitione, *l. altius, C. de ſerv.* 14
l. fin. ff. eod. & l. fin. §. penult. ff. quod vi, aut clam, poſt Buccer. *de regal. cap. 2. n. 170.* Weſemb. *d. conſ. 34. n. 16. vol. 1. ubi n. ſeq.* probat, quod unuſquiſque in ſuo ad ſuum commodum facere poteſt * molendinum, 15
cum damno vicinorum, & prioris lucrum diminuatur, dummodo commodum naturalis aquæ non tollatur Honded. *conſ. 84. n. 44. & 58. vol. 2.* niſi ex privilegio, vel ex conſuetudine * quis habeat jus prohi- 16
bendi, Hoſtienſ. *in c. ſignificaſti, de appell.* quod procedere etiam in furnis, & molendinis probat Afflict. *deciſ. 388. n. 12.* & aqua poſtquam † fiſtulam meam 17
ſemel intravit, eſt mea, Cancer. *variar. reſol. tom. 3. c. 4. n. 231.* Bardell. *conſil. 343. nu. 34. vol. 2.* Surd. *in conſil. 338. num. 10. volum. 3.* quoniam deſinit eſſe in dominio illius, & tranſit in dominium recipientis, probat Summus Pontifex Ludoviſ. *deciſ. Roman. 133. num. 5.* ubi *Addit. n. 7.* & poteſt à me in quemcunque locum derivari, Bart. *in d. l. quominus, num. 25. de flumin.* Bertr. *conſ. 351. n. 3. volum. 2. part. 1.* Surd. *dec. 9.* Boer. *dec. 532. nu. 5.* Joan. Heringius *in tract. de molendinis qu. 19. n. 13.* Modeſt. Piſtor. *con. 19. vol.* immò poſſum etiam alteri concedere, * ut poſt 18
Bald. & alios *Vivius dec. 410. n. 5.* Viſcont. *concluſ. Juris, in verb. aqua, Sola in Conſuetud. Sabaud. tit. de venat. & piſc. gl. 2. n. 32. cum ſeq.*

Quod ampliatur, ut nedum poſtquam da aqua ejus fundum ingreſſa, poſſit ad ſui libitum diſponere, Surd. *conſil. 447. n. 2. vol. 3. & conſ. 41. n. 2. vol. 1.* & alia conſimilia facere, Minſyng. *in 2. tom. reſponſ. decad. 14. reſp. 2. n. 3.* † ex quo flumina privata ſunt, quæ 19
tranſeunt per territoria Baronum, Reg. Lanar. *conſ. 2. n. 7.* verùm etiam habens jus aquæ ductus poteſt in fundo ſerviente terram, * & lapides capere ad clau- 20
ſuram reparandam, Mercus Mantua *ſingul. 241.* poteſt etiam aquam prædictam ex * cauſa majoris utili- 21
tatis alio modo ducere, ſine tamen præjudicio Domini, Bart. *in qu. 65. n. 2.* cum aliis apud Joan. Bottam *conſ. 76. n. 15. & ſeq.* † ubi plura poterit etiam Do- 22
minus prædij dominantis rivum in prædio ſerviente exiſtentem expurgare, & reficere. *l. refectionis, §. 1. ff. commun. prædior. l. 1. §. pen. ff. de ritu, Cepoll. de ſervit. ruſtic. prædior. d. c. 4. n. 21.* ſic etiam poterit alveum ſolitum mutare, * ad hoc ut altior, vel rapidior ſit 23
aqua, quando hoc fit cum prædij dominantis utilitate, & abſque incommodo vicini, ut proſequitur Alex. Raudenſ. *in 12. reſponſo, vol. 2. nu. 59. & ſeq.* quæ incommoditas vicini conſideratur, quando non poſſet aqua uti juxta ſolitum, * ſecus tamen reſpectu illius 24
incommodi; vel damni, quod pauciores portarent frumentum ad molendinum ſuum, propter abundantiam molendinorum alterius, quia iſtud damnum non eſt in conſideratione, ut poſt alios hoc fundat Cepoll. *in d. c. 4. n. 49. in fin.* & ſic quamvis majorem quantitatem aquæ introduceret Illuſtr. Princeps per antiquum alveum, prout verè non eſt, & in facto

fuit

fuit benè probatum, quod hodiè cum eadem aqua,
quæ per prius decurrebat, expurgato tamen, &
mundato curſu, cum majori tamen artificio molere
poſſent, nedum quatuor molendina, ſed plura, nihi-
lominus hoc jure facere poſſet, ſiquidem ex hoc
nullum damnum fuit probatum vicinis fuiſſe illa-
tum, inuodatio enim articulata nec vera eſt, nec pro-
bata apparet, nullum adfuiſſe damnum reſpectu
prætenſæ inundationis.
Nec dicatur, quòd illa ſervitus fuit conſtituta, vel
25 præſcripta, idem enim importat,* an ex jure, vel
conſuetudine ſervitus impoſita ſit, quoniam longa
conſuetudo jus eſt, & ideò non minus habilis, quàm
conventio, aut legatum ad imponendas, & conſti-
tuendas ſervitutes, ut explicat Anron. Fab. *conjectur.
jur. lib. 19. cap.* 60. & quod ſit conſtituta pro duobus
tantùm molendinis, nam non per hoc prohibetur,
26 alia molendina cum eadem aqua conſtruere,* quod
optimè in ſimili probat Gratian. *diſcept. forenſ.* 755.
nu. 6. ubi conceſſa, vel præſcripta facultate piſcandi
27 in lacu, quando fuerit aſſectatus, poſſum dicta facul-
tate uti, etiam ſi piſces vendantur, quis non videtur,
quod talis limitatio ſit reſtrictivè, ſed exemplariter,
cum reſultet idem effectus, & ſic etiam idem effectus
reſpectu ſervitutis reſultat ex tranſitu aquæ, ſi pro
duobus, vel pluribus molendinis deſerviat, dummo-
dò nec alveus mutetur, nec ad hoc aliquod damnum
fundus ſerviens patiatur,
Neque erit in conſideratione damnum, quod re-
28 ſultaret ex minori concurſu molentium,* & quod in
hoc efficiatur deterior conditio fundi ſervientis,
quia iſtud damnum non eſt in conſideratione, neq; in
iſto caſu, quando aqua defluit per aquæ ductum fun-
di ſervientis, qui damnificaretur ex minori concurſu
molendini, quod optimè probat Alberic. *in d. l. ſi
manifeſtè, C. de ſerv. & aqua*, quem refert, & ſequi-
tur Jaſ. *in d. l. quominus, num.* 86. *ff. de flumin.* qui po-
nit quæſtionem in duobus fratribus habentibus mo-
29 lendinum commune, † quorum unus alteri conceſſit
jus aquæ ducendæ ad prædia ſua, dummodò hoc
fieret ſine damno alterius, & quod uni non incommo-
det ex rei abuſu, Weſemb. *in conſ.* 18. *num.* 33. *vol.* 1.
ex Oldr. *conſ.* 34. & ſic eſt caſus fortior, quod ſi vo-
luerit ille frater in uno ex prædiis ſuis ex illa aqua
conſtruere aliud molendinum, decidit *Alber.* com-
muniter ſequutus, quod non contravenit prædicto
pacto, ac proinde illi licebit eo non obſtante facere
dictum novum molendinum, cum prædictum dam-
num ſubtractionis concurſus molentium non ſit in
conſideratione, & *Alber.* etiam ſequitur *Sola in con-
ſuet. Saband. tit. de venat. & piſcat. glo.* 2. *nu.* 5. 6. qui
amplius ſubdit, quod nedum non eſt curandum de
30 diminutione lucri,* ſed nec de modico damno, ex *glo.
in l. ſervitutes, §. publico ff. de ſervit. urban. prædior.
Bart. in l. de pupillo, §. nauis, ff. de oper. nov. nunciat.*
31 cum allegatis,* & *n.* 60. dat etiam rationem, quod in-
tereſt publicæ utilitati plura habere molendina.
Quibus ſtantibus contraria nullo modo urgere
poſſunt ſiquidem etſi veriſſimum ſit, quod ſervitus
32 non poſſit præter antiquum * modum alterari, &
proinde curſus aquæ debet defluere, prout in æſtate
præterita, *l.* 1. *§. ſunt qui putant. ff. ne quid in flum. publ.*
Bart. *in d. l. quominus, in* 16. *quæſt.* & notat Bald. *in d.
cap.* 1. *§. ſi quis de manſo, de controverſ. feud.* Joan. Ber-
ta conſ. 76. *n.* 22. attamen in facto in caſo noſtro ap-
paret, quod nihil fuit innovatum in ſoluto alveo, ſed
poſtquam aqua ingreditur in feudum, & territorium
Principis, poteſt in ejus proprio territorio alia mo-
lendina conſtruere, quod verè facere potuit, *Pegue-
ra deciſ. Catal.* 223. & ſi in inferiori parte fluminis
molendinum haberet, & vellet aliud in ſuperiori
33 parte exſtruere commodi, † & utilitatis gratia, ita ex
Bart. Jaſ. Gayl. & aliis probat *Sperell. dec. fori ec-*

cl. 55. *n.* 24. quia de ea diſponere poteſt ad ſui arbi-
trium, etiam cum accolarum incommodo, Weſemb.
conſ. 58. *nu.* 17. *vol.* 2. eo maximè quando aqua licitè
fundum ingreditur, Bald. *in l. aquam, n.* 1. *C. de ſervi-
tut. & aqua*, Anton. Cioſius *in conſ.* 65. *nu.* 6. Vivius
in d. deciſ. 411. *ſub n.* 6. & quatenus prætendatur, in
eodem alveo fuiſſe introductam majorem aquæ
quantitatem, quod verè in facto non probatur, hoc
evenit propter expurgationem ejuſdem alvei, quod
licitè facere potuit, & in maximam fundi dominan-
tis utilitatem,* ſine præjudicio fundi ſervientis poteſt 34
aqua altior, vel rapidior per alveum decurrere quam-
vis in præjudicium vicini alia habentis molendina
circa molentium concurſum, ut ex Bart. *in d. l. quo-
minus*, & Cepoll. *de ſervit. ruſtic. d. cap.* 4. *nu.* 50. ſu-
pra fondavimus.
Ad ſecundum, quod prima fronte videtur magis
urgere ex doctrina *Bart. in d. l. per argum.* cum aliis
notatis in ſecunda oppoſitione, erit advertendum,
quod *Bart.* & alij loquuntur in caſu ſatis diverſo,* ſi- 35
quidem caſus *Bart.* erat in eo, qui ex flumine publi-
co non navigabili aquam duxit in ejus domo pro u-
no tantum molendino, poſtea verò aliam duxit pro
alio molendino, cùmque aqua eſſet ſufficiens tantum
pro duobus molendinis, & qui prius medietatem
aquæ receperat, pro uno tantum intendebat aliud
conſtruere, & eum, qui ſecundo loco aliam medie-
tatem aquæ in ſuum prædium duxerat molendino
privare, dicit *Bart.* quod hoc non poteſt facere,
cùm enim flumina publica non navigabilia occu-
panti concedantur, intelligendum eſt, occupaſſe tan-
tam quantitatem aquæ, quanta ſufficiebat pro uno
tantum molendino, & ſic jure licito poterit alius a-
liam medietatem aquæ occupare, & propterea non
poterit totam aquam ad ſuam domum ducere, plu-
reſque molendina conſtruere in damnum alterius,
& ita in his terminis, quando aqua tantùm duobus
molendinis ſufficiebat, fuiſſe loquutum *Bartol.*
intellexerunt optimè *Fulgoſius* videndus in *dicta
l. non modum, Cod. de ſervit. & aqu.* & ibi etiam
Angel. & in his etiam terminis intelligendi ſunt
Cepoll. Anna, & alij, qui in contrarium adduci
poſſunt, alias enim contradiceret veris juris princi-
piis ſupra ponderatis, & hoc eſt, quod dixit *Gra-
tian. diſceptat. forenſ. cap.* 89. *in princip.* quod molen-
dinum novum ædificare non licet,* quando diminue- 36
retur aqua primi molendini ab alio poſſeſſi, ſecus
verò reſpectu frequentioris concurſus molentium,
quia tale damnum conſiſtens in voluntate illorum
non conſideratur.
Secundò reſpondeo ad text. *d. l. non modum, C. de
ſervitut. & aqua*, † quod poteſt intelligi in ſervitute 37
acquiſita cum certa quantitate aquæ, & ſic diſtingui
debet, quod aut limitatè fuit conceſſa, vel præſcri-
pta, aut indefinitè, ſi limitata, & tunc habebit lo-
cum diſpoſitio text. *in dicta l. non modum*, ſi verò in-
definitè, poterit de aqua ingreſſa diſponere ad ejus
arbitrium, quia certum eſt, quod quando aqua in-
greſſa eſt fundum meum, poſſum de ea liberè diſpo- 38
nere, & etiam alteri concedere, *l. quam, Cod. de ſer-
vitut. & aqua & l.* 1. *§. illud ff. de aqua quotid. & a-
ſtiv.* hæc autem limitatio non fuit probata, non enim
ex eo, quod pro duo. molendinis aqua uſus fuit, ergò
erit limitata pro eis tantùm, quia iſta limitatio debet
probari per eum, qui eam aſſerit, *leg. prima Digeſtis
de exceptionibus*, cum concordantibus, immo cùm
ab immemorabili tempore aquas prædictas poſſe-
derit, non tam præſcripta, quàm conſtituta, & con-
ceſſa videtur, ut per *gloſſam in l.* 2. *Cod. de ſervitut. &
aqua*, Borſat. *conſil.* 156. *numero* 30. *volum.* 2. cum
aliis apud Honded. *conſil.* 79. *numero decimo. volum.*
1. nec valet argumentum, quod per priùs molen-
dina prædicta non habebat, ex quo non ſequitur

F 3 con-

conſequentia, quod non habuit niſi duo, ergo non
39 poteſt hodiè alia habera, * qoia talia conſuetudo non acquirit jus negativum, niſi præteſſerit prohibitio cum patientia Adverſarij per tantum temporis ſpatium, quod ſufficeret ad præſcribendum, *Abb. & Philipp. Franc. in capit. ſignificante, de appellation. Cepoll. de ſervitut. urbaner. prædior. capit. 1. in rubric. de furno*, cum aliis apud eundem Weſembec. *dicto conſilio 34. numero* 26. & quod qui nunquam uſus fuit aqua, quæ intravit in ejus territorium, poſſit uti pro ejus arbitrio, *Gratian. diſcept. forenſ. libro 4. cap.* 615.

Tertiò dato (abſque veri præjudicio,) quòd aqua eſſet limitata pro duobus molendinis, attamen tunc poteſt intelligi, procedere doctrinam *Bartoli*,
40 & aliorum,* quando excederet aquam limitatam pro dictis duobus molendinis, tunc enim molendinum novum ad præjudicium antiqui conſtrui nequit, quando aqua pro utroque non ſufficit, *Bardell. ubi ſupra, num.* 13. ſed quando vult eandem aquam limitatam retinere, & cum majori induſtria plura molendina conſtruere, tunc nullo modo videtur eſſe prohibitum, ea ratione, quia poſtquam aqua ingreſſa eſt territorium meum, poſſum de ea ad libitum diſponere, Surd. *dicto conſilio 41. nu. ſecundo, volumin. 1. & conſilio 447. num. ſecundo, volumine tertio*, & ita in terminis intelligitur doctrina *Barto-*
41 *li* & aliorum in *dicta l. per agrum*, * *& l. non modus, Decius conſilio 144. per totum*, & præcipuè *ſub numero ſexto, verſ. reſponderi poteſt*, quem rogo videri; quia latiſſimè fundat hanc opinionem, & contrariis reſpondet, eumque ſequitur Burſ. *in d. conſ. 41. num. 19 & 20. vol.* 21.

Quartò, non obſtabit prætenſum damnum, in molendinis Monaſterij ad præſens non molentibus,
42 cùm iſtud damnum non ſit conſiderabile, * cùm dependeat ex alieno arbitrio, ut ſupra probavimus, & fundat hoc etiam Bald. *in l. unica, oppoſition.* 23. *C. de ſentent. quæ pro eo, quod intereſt*, Bart. *Jaſ. & Ripa in l. quominus, de fluminibus Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 89. numer. ſecundo, Codex Fabr. lib. 3. titul. 24. diffinition. 5. Afflict. deciſion. 388. numero 12. Franc. de Clapperiis cauſa 13. quæſtio. 1. numer.* 12. non enim conſtructio novi molendini impediri poteſt ſub prætextu lucri ceſſantis, Bardell. *ubi ſupra, numero* 14.

Nec demum obſtabit prætenſa inundatio, ſiquidem in facto fuit pleniſſimè probatum, quod immò ex alvei expurgatione hodiè ſatis majorem habent locum ubi tranſit beneficium, & ex eiſdem teſtibus partis examinatis apparet nullam adfuiſſe inundationem, & quamvis aliqui eam aſſerere auſi ſunt, tamen dixerunt, ſatis paucam, & ideò
43 eſt conſiderandum cum Bartolo † *in dicta lege quominus, numero* 21. quando aqua inundat alia loca, ad locum publicum non deſtinata, conſideranda ſunt facientis utilitas, & patientis damnum, & incommoditas modica, tunc vicinus ædificans non poterit prohiberi, *dicta l. 1. §. ſunt qui putant, ff. ne quid in flumine public.* quando autem damnum magnum non eſt certum, ſed timetur, & tunc debat vicinus cavere infra decem annos, *l. Prætor, §. de eo opere, ff. de damn. infect. de ripa muniend.* ſequitur Jaſon. *in dicta l. quominus, ff. de fluminib.* quæ ſunt ex abundanti dicta, quia nec aqua fuit alterata, nec in alveo aliquid innovatum, nec ulla imaginaria inundatio ſucceſſit, neque ſuccedere poteſt, nec aliquod damnum Monaſterium fuit paſſum propter minorem frequentiam molentium, quod non eſt in conſideratione, nam damnum, quod homines rariùs ad molendinum, novo extructo, ſint commeaturi non conſideratur, Weſembec. *conſ. 34. numero 19. vol.* 1. tunc enim eſſet conſiderabile, quando quis ex conſuetudine præſcripta, aut privilegio obtinuiſſet, ut ipſe ſolus haberet molendinum, nam tunc poſſet prohibere, *l. venditor, C. commun. prædior.* & ex Jaſone, Ripa, Baldo, & aliis ſic limitat regulam prædictam *Gratian. diſcept. forenſ. d. c. 89. n.* 21. nec acquiritur præſcriptio negativa, niſi cùm quis conatur aliquid facere, & alius vetat, & prohibitus deſtitit, *d. l. 2. & 2. C. de ſerv. & aqua.* Immò ex facto ſatis conſtat, neque hoc prætenſum damnum minoris concurſus molentium fuiſſe illatum Monaſterio ex hac conſtructione molendinorum facta per Illuſtriſſimum Principem Tarſiæ in dicto ſuo territorio, cùm hoc damnum non ex molendinis Terræ novæ, ſed ex novis molendinis conſtructis in Terra S. Laurentij in eodem flumine de Garga habuit, cives enim terræ prædictæ S. Laurentij accedebant ad molendum in molendinis Monaſterij, non autem Cives Terræ novæ, qui ultra prædicta molendina alia habent viciniora, & cum majori commoditate, & ideo hodie quod molendina Sancti Laurentij ſunt devaſtata, molendina Monaſterij moliuntur, ut ex facto apparet.

In hac eadem cauſa pro contraria Parte ſcripſit quondam Judex Magnæ Curiæ Vicariæ Joan. Dominicus Taſſonus, *ut eſt videre in ejus* obſervationibus ad Reg. Pragmaticam de Antephato, verſicul. 3. obſer. 4. allegatione 9. ſol. 232. *& ut idem ibi aſſerit, cauſa non fuit judicialiter terminata ſed molendina fuerunt per Illuſtriſſimum Principem Tarſiæ conſtructa, ſoluta pauciſſima pecuniarum quantitate Venerabili Monaſterio, ut à lite deſiſteret licèt hoc non dicat* Taſſonus, *ſed tantùm, quod non fuit deciſa.*

OBSERVATIO IN CONSULT. VIII.

ARGUMENTUM.

Conceſſio aquarum omni pretio eſt æſtimabilis ob ſuperlativam neceſſitatem, & utilitatem. At materiam non rectè intellectam conqueritur *Borrell.* Fluminum ſpecies dividuntur, & quod ſit de Regalibus. Uſus aquæ fluminis an ſit communis civibus, vel poſſint à Baronibus prohiberi, Aquæ dicuntur ejus, in cujus prædio naſcuntur. Soluto juſto pretio etiam pro bono publico cogendus quis ad conceſſionem. Conceſſio jure ſervitutis ſtrictè accipienda, & facta uni conceſſione an poſſit alteri concedi. Locus hujus conſultationis elucidatur per *Card. de Luca, Montan. & alios.*

SUMMARIUM.

1 *Conceſſio aquarum eſt omni pretio æſtimabilis.*
2 *Flumina de Regalibus quæ ſint ex* text. in c. unico, quæ ſint Regalia.
3 *In Regalibus ſola poſſeſſio non ſuffragatur.*
4 *In poſſeſſorio ex qua poſſeſſione quis manuteneri poterit.*
5 *In quibus fluminibus remanſit uſus communis.*
6 *Barones an poſſint prohibere vaſſallis uſum aquarum.*
7 *Regalia alia ſunt cum ortu ſuo, alia ex prohibitione.*

8 *Obſer-*

8 *Obſervantia in Civitatibus, & Terris in ſpecie traditur.*

9 *Prohibitio uſus aquarum ad beneplacitum Principis qualitèr fuerit intellecta.*

10 *Fluminum conceſſio Baronibus ex clauſula, cum* Aquis, Fluminibus &c. *declaratur.*

11 *Conſuetudo, & obſervantia ex poſſeſſione qua fuerit.*

12 *Aqua naſcens in proprio fundo eſt privata, & ejus in cujus loco ſcaturit.*

13 *Soluto juſto pretio cogendus privatus dominus ad concedendum aquas.*

14 *Conceſſio Aquarum jure ſervitutis ſtrictè accipienda.*

15 *Conceſſione pro conſtruendo molendino uni facta, utrum alteri deindè poſſit dari licentia.*

16 *Molendino per unum conſtructo in flumine an poſſit ex parte ſuperiori aliud conſtrui.*

1 Conceſſio * aquarum ob maximam earum neceſſitatem, & utilitatem ſuperlativam omni pretio eſt æſtimabilis. At materiam hanc minùs rectè intellectam conqueritur, *Borell. de magiſtrat. lib. 4. cap. 5. in fine.*

2 Præmittitur ad intelligentiam fluminum, * quando ſint de Regalibus, quod aut agitur de flumine navigabili, & hoc eſt de regalibus juxtà expreſſam diſpoſitionem *text. in c. unico, quæ ſint regal. Peregr. de jur. fiſc. lib. 1. tit. 1. n. 19. & 20. Roſenthal. de feud. tit. 20. concluſ. 23. Montan. de regal. verb. flumina, Montan. de Regal. in prælud. q. 1. & verb. Flumina navigabilia n. 2.* ibi: *Friderico inſtante, ut declararentur jura ipſius in Regno Italico. Principes ſæculares, & Eccleſiaſtici adhibitis Juriſconſultis, ac diligenti inveſtigatione præhabita de his, quæ longo tempore in Italico Regno obſervata erant erga Imperatores, adjudicarunt ei jura hæc in textu noſtro expreſſa.* Et loquens *text. in d. c. unic. de fluminibus navigabilibus,* ibi: *Flumina navigabilia, & ex quibus fiunt navigabilia. Et intacta remanſit juris communis diſpoſitio reſpectu fluminum non navigabilium de communi uſu omnium aquarum niſi Princeps, vel Senatus vetet, ſi modo ea aqua in uſu publico non eſt.* Textus aſt *in l. quo minùs, ff. de flumin.* ibi: *Sed ſi aut navigabile eſt, aut ex eo aliud navigabile fit, non permittitur id facere, ut tuta, & libera ſit navigatio,* ut conſideret *Montan. in verb. flumina, verſ. non igitur omne flumen.* Quamvis *Caſſan. ad Conſuet. Burgund. rubr. 13. §. 2. nu. 5.* permittat in his fluminibus uſum aquarum ſi in ipſa deſit detrimentum navigationis, exemplificans ibi: *Si aquam ducat ex flumine ad fundum meum, & nihilominùs poſteà etiam in flumen navigabile intrat, non iſtud non eſt prohibitum, & ideò Bononienſes licitè ducunt aquam de flumine Rheni, quod poſteà intrat Padum.*

Flumen itaque ſi non eſt navigabile, eſt tamen perenne, publicum definitur *in l. 1. §. fluminum, ff. de flumin.* ibi: *Publicum flumen Caſſius definit, quod perenne ſit; hæc ſententia Caſſii, quam & Celſus probat, videtur eſſe probabilis.*

3 Intrat in his regula, * quod jura Regalia, quæ ſine Principis conceſſione, vel titulo poſſideri non poſſunt, ſola poſſeſſio non ſuffragatur, ſed neceſſaria eſt tituli juſtificatio, & poſſeſſores cogi poſſunt ad oſtendendum titulum *Rovit. in prag. 1. de juriſd. invic. non turb. n. 29. & ſeqq. Card. de Luca de regal. diſc. 14. n. 8.* Cum præſuppoſito, quod agatur cum ſupremi ipſius Principis Cameræ, vel Fiſco.

4 Attamen dicta concluſio † procedit in poſſeſſione recenti, & brevi, quæ ità vitioſa, & intruſiva præſumitur, ſecùs autem ubi ſit diuturna, & temporis conſiderabilis, quoniam tùnc licet ſit minor centenaria, vel ſaltem quadragenaria cum titulo colorato, & cum fama privilegii, in petitorio reputari non ſolet ſufficiens. Attamen in poſſeſſorio redintegrandæ, vel retinendæ receptum eſt, eam eſſe ſufficientem, ut alii relatis *Capyc. dec. 209. n. 181. Reg. Latr. infrà in conſult. 68. nu. 23. Rota in celebri Hoſtien. litoris maris dec. 27. & 33. p. 1. diverſ. Add. ad Buratt. dec. 031. Card. de Luca de regal. diſc. 171. num. 8.*

Quoties itaque flumina * non ſunt navigabilia, uſus aquarum communis remanſit niſi *Princeps, vel Senatus vetaverit,* juxtà *text. in d. l. quo minùs.* Et cùm inter proprietates uſus connumeretur hauſtus aquæ juxtà *Corn. conſ. 268. num. 30.* Hinc cuilibet permittebatur pro uſu Molendinorum, & quolibet alio uti aquis, niſi impediretur publicus uſus, *Cyriac. contr. 462. n. 4. Theſaur. dec. 145. Koppen. dec. 20. n. 6.* 5

Undè in ventilata diù controverſia inter Baronem, & vaſſallos, utrum Baro valeat prohibere vaſſallis uſum aquæ fluminum pro irrigandis hortis, & agris, de qua *Præſ. de Franchis dec. 193.* ubi inclinat in opinionem affirmativam, ſed refert finitam fuiſſe tranſactione litem. Cæterum adverſus *Præſ. de Franch.* deciſum teſtatur *Rovit. ſuper pragm. de aqu. & aquæ-duct. n. 8.* per text. quem dicit à nemine ponderatum *in l. 1. C. de municip. & colon. lib. 11. Borrell. in tract. de præſtant. Reg. Cathol. c. 8. nu. 55.* dicens, quod in Regno videmus eſſe plures Civitates, in quibus Barones nihil juris habent in fluminibus, & particulares, & ſubditi habent ibi Molendina, Trappeta, Olearia, & ſimilia, & aquas hauriunt, hortos, & prata irrigant, & Sacrum Conſilium Neapolitanum ſæpiùs decrevit, licere pro civium commodo rivos aquarum extrahere, & divertere, dummodò alteri non noceant, & commoditas utentium non turbetur, *Taſſon. de anteſat. verſ. 3. obſ. 4. num. 259.* etſi Barones non habeant hoc jus prohibendi, hoc facere non poſſe tradit *Molfeſ. ſuper Conſuet. Neap. tit. de renunciat. q. 4. n. 30.* ubi ità pluries ſervatũ inquit, dixi in *obſ. ad dec. 183. de Franch.* 6

Perbellè *Dondeus in conſult. 60.* aſſignat duas ſpecies Regalium. Prima, quæ talis eſt in ortu ſuo, & ſua origine, ut putà jus exigendi vectigalia, ut Principis, vel Reip. uſui ſervire debeant, & non privatorum commodis, & non poteſt à privatis acquiri. Altera ſpecies Regalium aſt, quæ in ortu ſuo non eſt talis, ſed uſui communi gentium deſerviens ex inveterata Conſuetudine effecta fuit Principis, prout eſt uſus aquarum, ſed cum natura ſua antiqua uſus communis, & publici, ut *Dondei* verba ſunt: *Quoniam cùm affertur præſcriptio immemorabilis ad probandum titulum, ſed ad oſtendendum utentes aquis ſuo facto acquiſiviſſe per occupationem factam illo tempore, quo uſus aquarum communis erat, & hæc præſumptio nulla alia conjectura diſtrahitur.* 7

Idque inſpicitur ſervari in pluribus Terris, * & locis Regni, in quibus Cives, & Univerſitates ſunt in aquarum, & fluminum poſſeſſione, & nec Barones, vel Fiſcus excogitarunt cogere poſſidentes ad oſtendendum titulum, prout de Terra Solofræ teſtatur *Capiblanc. de Baron. prag. 8. pag. 2. num. 31.* & pariter de aliis Univerſitatibus teſtatur, & de obſervantia in Terra Lauri, *Novar. de gravam. vaſſallor. gr. 29.* & de fluminibus perennibus loquentes teſtantur *Borrell. ubi ſup. cap. 8. num. 55. Barbat. de diviſ. fruct. cap. 3. num. 52.* ibi: *Dum videmus de facto in multis Univerſitatibus Regni, quæ habent dominium aquarum, & fluminum perennium, non tantum Rivorum, & ſunt Cives in poſſeſſione in illis faciendi quæcumque artificia, quæ ex aquis formantur.* 8

9 *Boſſius tractat. var.* * *de flumin. & aqu. num.* 8. refert in anno 1446. Docem Mediolani prohibuiſſe omnibus uſom aquarum *ad beneplacitum ipſius Principis*. At maximum exindè adverſus eum rumorem inſurrexiſſe, idque etiam inſinuat *Donded. d. conſult.* 60. *n.* 4. *Quapropter rubore conſuſus prohibitionem illam declaravit, habere locum in fluminibus Regalibus, & his, quæ fecerat ipſe fieri.*

10 Fortitèr obſtat, * quod ex antiquiſſima conſuetudine in Regno ex inveſtituris Baronum cernantur comprehenſa flumina ſub illis clauſulis: *Aquis, fluminibus, aquarum decurſibus, Afflict. dec.* 388. *n.* 13. *Loffred. conſ.* 23. *n.* 6. *&* 7.

Anton. Capyc. in inveſtitur. feudal. verb. fluminibus, verſ. ex fluminibus in fin. declarat, id provenisse non ex eo, quod flumina ſint de Regalibus Principis, ſed quia cùm eſſet omnibus communis uſus aquarum: *Niſi Imperator, & Senatus vetet*, arguit ex hoc hanc prohibitionem vigere in Regno ex vi præfatarom clauſularum.

11 E contra cùm in multis * fluminibus extet antiquiſſimus uſus communis. Conſequentèr ex hac inveterata obſervantia Civitatum, et locorum ceſſaſſe prohibitionem; Et cùm Fiſcus, & Barones non reperiantur in poſſeſſione, non habent fundatam eorum intentionem, ità *Barbat. de diviſ. fruct. p.* 1, *c.* 3. *num.* 52. ibi: *Et ideò Barones non habent eorum intentionem de jure fundatam vigore inveſtiturarum factarum cum Fluminibus, Rivis, Aquis, Aquarumque decurſibus, ſed oportet, quod de illis ſint in poſſeſſione.*

Et *Montan. d. verb. flumina navigabilia num.* 4. quamvis cenſeat, quod Regale hoc fluminum ſit magis amplum in Regno noſtro, ibi: *Continens*, ſcilicèt nedùm flumina navigabilia, ſed etiam cœtera flumina, *Aquas, Aquarumque decurſus.* Huc locum habec ex vi conſuetudinis præſcriptæ, ut idem *Montan.* advertit *num.* 9. Ideòque neceſſe, ut Barones, & fiſcus maneant in poſſeſſione, ibi: *At in aliis non expreſſis, putà ſi diceret Rex quid eſſe Regale, ſcilicet præſcriptum in Regale, non eſſet manutenendus interim, quod probet præſcriptionem.*

12 Altera ſpecies fluminum, * & aquarum, ſi incipit ex fonte, quod in agro meo oritur, ut *Bald. in l. item lapilli numer.* 5. *ff. de rer. diviſ.* ubi etiamſi areſcit in æſtate, & puſillum aquæ continet, addo *Ant. Capyc. in inveſtit. feudal. verb. fluminibus, Caſſan. in Conſuet. Burgund. tit. des Foreſts rubr.* 13. *§.* 2. *num.* 8. Quoniam privata eſt ſemper aqua, quæ in proprio naſcitur territorio, *Anna alleg.* 68. *&* 79. *Koppen. dec.* 20. *num.* 10. *Rendell. de paſcuis Baron. cap.* 6. & in puncto fluminis, quod formatur ex ſcaturiginibus obſervat *Dondeus conſ.* 60. *n.* 6. *lib.* 7.

Aquæ dicuntur ejus, in cujus territorio ſcaturiunt, *l. Aquam, & l. Preſes, C. de ſervit. & aqu. l. Proculus, ff. de damn. infect. Cancer. par.* 3. *var. cap.* 4. *de ſervit. num.* 230. *Altograd. conſ.* 97. *num.* 23. *lib.* 2. *Theſaur. dec.* 245. *de Marin. lib.* 1. *reſ.* 16.

Ceſſante opere manu facto, quod ſervitutem indicat, licet ei, in cujus prædio aquæ naſcuntur, tamquam earum Domino, illas divertere, eiſque uti modo ſibi bene viſo, *Card. de Luca de ſervit. diſc.* 29. *numer.* 2. *& ſeqq. & diſc.* 25. *de ſervit.* ubi quod dominus fundi ſuperioris aquam in fundum ſuum ingreſſam pro libito divertere valeat, quamvis longiſſimo tempore in iſtum aqua effluxerit, *l. ſi extraneo, ff. de aqu. pluv. arcend. Merlin. dec.* 362. *Cyriac. contr.* 310. *numero* 140.

13 Et quando aquæ in fundo privato * ſcaturiunt in magna copia ſoluto prius juſto pretio Princeps cogere ad earum conceſſionem poreſt, ut *Barbat. de diviſ. fruct. p.* 1. *cap.* 14. *num.* 24. *& ſeq.* ibi: *Ut non poſſit cogi concedere, neq; à Communitate, neq; à Principe, nequidem de plenitudine poteſtatis. Etſi Princeps vellet illa uti pro bono publico, tenetur ad ſolutionem juſti pretij, ut tradit Mart. vot.* 174. *per tot. Et diebus noſtris obſervatum vidimus in Aquis, quæ fuerunt ductæ Neapolim ad Molendina, & Fontes propè Palatium Regium, de quibus loquitur Taſſon. de antephato verſ.* 2. *obſ.* 2. *num.* 77. *& verſ.* 3. *obſ.* 3. *n.* 239. *Pro quarum æſtimatione facienda ad beneficium D. Ducis S. Agathæ Gothorum, & cujus territorio fuerunt diverſa. Acceſſit Sacrum Conſilium ſuper faciem loci.*

Conceſſio aquarum importans traductionem ea- 14
rum jure ſervitutis, ſeù particularis conceſſionis operari non debet, niſi ad limites verborum, quoniam ſervitus ſtrictè capienda eſt ad limites ſuæ conceſſionis, vel ſuæ poſſeſſionis, & non ultrà, *l. ſi manifeſtè, C. de ſervit. l. ex meo, ff. de ſervit. ruſtic. prædior. Pariſ. conſ.* 114. *num.* 21. *lib.* 1. *Cepoll. de aquæ-duct. cap.* 4. *nu.* 47. *Reg. Latr. num.* 3. quem refert, & ſequitur *Card. de Luca de ſervit. diſc.* 29. *nu.* 5.

An facta uni conceſſione, * ſeù venditione a- 15
quæ, poſſit deindè alteri concedi, ſeù vendi, ſine conſenſu illius, cui primo loco conceſſa eſt?

Dicendum videtur, quod poſſit, quatenùs omnibus ſufficiat *l. ruſticorum, §. aquæ ductus cum ſeq. ff. de ſervit. Pecch. de ſervit. cap.* 9. *q.* 40. *per tot.* diſtinguens, quod ſi aqua Tirio conceſſa non diminuitur, nec ſecunda conceſſio eſt nociva primæ, adeò ut aqua ambobus ſufficiat, plena remanet in domino libertas cuicumque illud jus aquæ concedendi abſque eo, quod requirere teneatur voluntatem illius, cui fuit aqua prius conceſſa, *textus* eſt in *l. in concedendo cum ſeqq. ff. de aqu. pluv. arcend.* ibi: *In concedendo jure aquæ ducendæ non tantùm eorum, quorum in loco aqua oritur, verum etiam eorum, ad quos ejus uſus pertinet, voluntas exquiritur, id eſt, eorum, quibus ſervitus aquæ debeatur, nec immeritò cùm minuatur jus eorum, conſequens fuit exquiri, an conſentiant.* Arguendo à contrario ſenſu, *& gloſ. Jacob. Butrig. Bart. in l. aquam, C. de ſervit. & aqu.* ubi quod ità determinatum fuit Bononiæ inter Fratres Prædicatores, & Minores, & ibi *Salic. num.* 2. *& Barboſ. num.* 6. *&* 7. ubi quod licet aquam vendere, hoc caſu etiam invito, & reluctante priori emptore, & conceſſionario, plenè *Menoch. de retin. remed.* 6. *num.* 114. *Corradin. de prælation. jur. q.* 51. *per tot.* ubi quod nec primus prælationem poſſit petere pro eodem pretio.

Bene verum ad effectum, ut primo conceſſionario non inferatur injuria, nec præjudicium, citatio illius videtur neceſſaria joxtà *Corradin.* Quod ego firmitèr non teneo, quamvis poſſit primus conceſſionarius in ſui præjudicium ſe opponere, & impedire.

Regula equidem aſſiſtit, * ut facta uni conceſ- 16
ſione, alia fieri non poterit alteri in primi præjudicium. Cùm ſemper ſecunda conceſſio tacitam habeat conditionem, quatenùs primo conceſſionario non præjudicet juxtà *text.* expreſſum in *l.* 2. *§. ſi quis quod, & §. ſi quis à Principe, ff. ne quid in loc. publ.* Et in terminis individualibus conceſſionis licentiæ pro conſtructione molendini, quod poſt illud ædificatum, non debeat effectum ſortiri licentia alteri conceſſa conſtruendi novum molendinum in parte ſuperiori, undè divertatur aqua, quæ inferiori juxtà ſolitum non ſufficiat *Bart. in l. quominus, numer.* 2. *ff. de flumin. Tondut.*

dus. p. 2. qq. civil. cap. 48. num. 16. Fab. in C. de ſervit. & aq. def. 5. Reg. Galeot. lib. 2. contr. 53. num. 60. Reg. Latr. num. 36. quem refert, & ſequitur *Card. de Luca de ſervit. diſc. 30. numer. 3.*

In effectu ità eſſe tradit *Card. de Luca ubi ſup. num. 4.* quoties agitur de flumine publico, atque ille, qui præoccupavit licitè, fecit cum licentia, ſcilicet ipſius ſuperioris, ad quem illum concedere ſpectabat; Dummodò præjudicium ſit reale reſultans ex diminutione aquæ. Secùs ſi agatur de præjudicio accidentali, & voluntario, quod reſultat ex majori, vel minori molentium concurſu, quoniam juxtà magis communem illud non habetur in conſideratione.

Niſi ageretur de conceſſione in flumine privato, & facti circumſtantiæ oſtenderent Partes habuiſſe reſpectum ad jus privativum, quod præſertim ex quantitate pretij ſoluti, ſeù conventæ præſtationis pro conceſſione deſumatur, ut diſtinguere ſolent Scribentes ad intelligentiam doctrinæ *Bart. in l. non modo, C. de ſervit. & aqu.* & de quo agit plenè *Reg. Lateo in hac conſult. 8.* relatus per *Card. de Luca num. 5.* Ubi adiſſerit de conceſſione aquarum poſt ſervitium publicorum molendinorum ad flumen reverſurarum facta per communitatem Sancti Severini Caccialupis deſcendentibus à celebri, & probato Auctore *Caccialupo*, aliàs *Joanne Baptiſta de S. Severino* ſub annua reſponſione ſcutorum quatuor pro uſu molendini, ſeu ædificij ad uſum gipſi. Poſt annuos 20. circitèr Puvitellus curavit obtinere ab eadem Communitate ſub annua reſponſione ſcutorum ſex facultatem divertendi aquas virgines ex vallato molendinorum, quantum ſufficerent pro uſu alterius molendini, ſeù ædificij pro conſimili ædificio gipſi, quæ diverſis notabile præjudicium generabat molendinis publicis ejuſdem Communitatis, tùm etiam d. alteri molendino, ſeù ædificio privato, quoniam ob aquæ diminutionem longè minor operatio ſequebatur, quàm de præterito conſuetum eſſet, ideòque facta uni conceſſione, non poſſit præjudicari primo conceſſionatio.

An liceat molendinum novum ædificare in præjudicium antiquioris? *Gratian. diſcept. 89. numero 1.* firmat, quod non poſſit ædificari novum, quando aqua primi molendini diminueretur, ſecùs frequentior concurſus, ubi ego cum *Reg. Latr. num. 15* comprobavi, etiamſi Princeps licentiam conceſſerit, *Antonell. de loco legal. lib. 2. cap. 71. num. 177.*

Exiſtentibus in quodam flumicello, vel torrente duobus molendinis, quæ non niſi pluviali tempore ſunt ad molendum apta, poteſt dominus ſuperioris molendini tempore pluviæ retinere aquam ſuperius in ſuo molendino, & impedire molendinum inferius modo agat ad ſuam æmulationem, habuiſſe in facto in Civitate Arimini, tradit *Sperell. deciſ. 55. num. 25.*

ARGUMENTUM.

Hæres in certis feudis an, & quando dici poſſit hæres univerſalis, vel particularis, & an teneatur contribuere oneribus hæreditariis, & quid quando teſtator habet plura feuda, & cum Regis conſenſu inſtituit unum in certis feudis, in reliqua verò hæreditate alium.

SUMMARIUM.

1 *Contributio datur inter hæredem in feudalibus, & hæredem in burgenſaticis.*
2 *Quod ampliatur, ut etiam locum habeat contra Fiſcum.*
3 *Diſponat teſtator, & erit lex.*
4 *Teſtator poteſt ordinare, ut inter hæredem in feudalibus, & hæredem in Burgenſaticis eſſet contributio.*
5 *Voluntas teſtatoris etiam ex conjecturis haberi poteſt.*
6 *Voluntas teſtatoris, quæ ex conjecturis probatur, evidens dicitur.*
7 *De voluntate teſtatoris conſtare dicitur, quando ex præſumptionibus, & conjecturis conſtat.*
8 *Onus non cenſetur impoſitum feudo, ita ut abſorbeat omnes fructus illius.*
9 *De voluntate teſtatoris quando conſtat, illa ſervanda eſt, quamvis verba improprientur, imò magis attendenda eſt, quando mens ipſius ex conjecturis à lege approbatis elicitur, numero 10.*
11 *Teſtator duos poteſt habere hæredes univerſales, unum ſcilicet in bonis burgenſaticis ſive allodialibus, alterum verò in feudis.*
12 *Hæres inſtitutus in majori parte feudorum, quæ teſtator poſſidebat, dicitur hæres univerſalis. Contrarium, num. 16.*
13 *Inſtitutus in certis bonis ſi in cæteris ſit inſtitutus alius ſimul cum hæreditate univerſali primus inſtitutus debeat habere ejus portionem, in qua fuit inſtitutus, abſque alio onere.*
14 *Doctrina* Jaſonis in conſ. *64. 1.* volum. *latè expenditur, & confirmatur.*
15 *Verba illa*, & in cæteris bonis, &c. *demonſtrant, voluiſſe teſtatorem univerſalem hæredem relinquere, cæteros verò particulares, quod procedere etiam in feudis habetur, n. 16.*
17 Franchiſ. deciſ. 1. num. 16. & de Ponte de poteſtate Proreg. tit. 6. §. 3. *declarantur, num. 29.*
18 *In feudo hæreditario non poteſt quis ſuccedere, niſi ut hæres, quia qualitas hæreditaria ineſt à principio generationis feudi.*
19 *Succedens in feudo hæreditario quamvis non ſit hæres inſtitutus, attamen erit hæres in ipſo feudo*
20 *Doctrina* Baldi, & Jacobi de Belviſo in cap. 1. an agnat.
21 *Inſtitutus in feudo hæreditario nullo modo poteſt ſe eximere ab onere creditorum defuncti.*
22 *Feudum hæreditarium, ſi pervenerit ad inſtitutum abſque onere ſolvendi creditoribus hæreditariis, eſſet mutare naturam ipſius feudi.*
23 *Teſtator poteſt ordinare quod onera hæreditaria ad unum ex hæredibus ſpectent, quod procedit etiam in feudis.*
24 *Feuda hæreditaria habent eandem naturam, prout qualibet res hæreditaria, & nu. 30.*
25 *Feudum in legitimam filio imputatur.*
26 *Feudum hæreditarium non differt ab allodio niſi ut in diſpoſitione interveniat Domini conſenſus.*
27 *Inſtitutus in qualibet re particulari, dato hærede univerſali, habetur loco legatarij.*
28 *Quod procedit etiam in feudo hæreditario.*
31 *Hæres quamvis ſit inſtitutus in unico feudo, quod teſtator habebat, tamen hæres univerſalis in feudalibus dicitur, & in eum tranſeunt omnia jura feudalia activè, & paſſivè.*
42 *Hæres inſtitutus in re certa non poteſt ſuccedere in feudo ſine emphyteuſi,*

Sed

Sed contrarium, nu. 33.

34 *Hæres ut poſſit in ſendo ſuccedere, ſufficit quod ſit hæres in ipſo ſeudo.*

35 *Inſtitutus in re certa, alio cohærede univerſali inſtituto, non eſt propriè legatarius, neque propriè hæres.*

36 *Inſtitutus hæres in aliqua re particulari ſi reperiatur inſtitutus inter alios etiam particulariter inſtitutos, omnes cenſentur eſſe hæredes particulares.*

37 *Una & eadem res non poteſt diverſo jure cenſeri.*

38 *Fideicommiſſum univerſale dicitur, quando quamvis teſtator certa bona enumeravit, tamen alia bona, quàm expreſſa non habebat, ſecus quando fecit fidicommiſſum in certis bonis nominatis, alia relinquendo, quia dicitur fideicommiſſum particulare.*

39 *Hæres in uno ſeudo, vel aliquibus, dicitur hæres in ſeudalibus univerſalis, quando alia ſeuda teſtator non habet.*

40 *Majoratus ex conſtitutione familiæ caput quando conſtitutus dicatur, per quem honor, & dignitas conſervatur.*

Pro Domino Simeone Vaaz Comite Molæ, & Præſidente Regiæ Cameræ Summariæ, contra Donnam Florentiam Vaaz Ducillam Belriſguardi.

CONSULTATIO IX.

1 IN hac cauſa contributionis vertente inter Duciſſam Belriſguardi, & Comitem Molæ, de duobus dubitari non poteſt.

Primum ſcilicet, quod inter hæredem in feudalibus, & hæredem in burgenſaticis detur contributio

Secundum, quod teſtator poteſt ordinare, ut illa ceſſet inter hæredes, ſed unus tantum onera ſubeat.

Et quidem primum ultra Franch. *deciſ.* 1. *nu.* 24. & 41. & *deciſion.* 159. Capyc. *deciſion.* 198. Ann. *allegation.* 99 126. & 127. Ann. *fils conſilio* 4. Fracc. *de ſubſeud. lib.* 3. *different.* 13. *de Ponte conſil.* 52. *numero tertio & 29. & de poteſtate Proregis titul* 6. §. 3. Lanar. *conſil.* 80. *num.* 48. qui maximam prædictam tanquam veriſſimam, & in Regno receptam affirmant, videndus eſt Urſillus ad Afflict. *deciſ.* 347. *in fin.* ubi pro hac opinione teſtatur fuiſſe deciſum,
2 etiam contra Fiſcum, † alias deciſiones congerit *Epiſc. Riccius collect. dec.* 1347. & meliùs omnium, ni fallor, plenìſſimè poſt damnatæ memoriæ Author. Tiraq. & alios, quos allegat *Papon us* omnino videndus *lib.* 21. *tit.* 5. *arreſt.* 3. *Franciſcus de Amicis de his, qui ſeud. dar. poſſunt, fol.* 8. *cap. faciunt*, cum aliis noviſſimè congeſtis per *Joannem Baptiſtam Biloctam in ſuis concluſion. ſeudal. in concluſion.* 11. *per totam, Regent. Fabium Capycium Galeota controverſ.* 21. *numer.* 29. & 32. *tom.* 2. & *in allegatione* 14. *Diverſorum poſt deciſiones Regentis Salernitani, num.* 67. & 68. *Mart. in ſumma ſucceſſion. part.* 3. *quæſtione* 5. *art.* 5. *num.* 16.

3 Secundum verò etiam certiſſimum eſt, * & ex vulgatiſſimis juris regulis, quod diſponat teſtator, & erit lex, §. *diſponat, Authentica de nuptiis, Menochius de præſumption. lib.* 4. *præſumpt.* 67. *numer.* 21. ſed propriè in materia contributionis in hæredem
4 in feudalibus, * & hæredem in burgenſaticis, poſt alios fundat *de Ponte in dicto titulo* 6. §. 3. *num.* 22. quæ quidem teſtatoris voluntas etiam ex conjectu-
5 ris haberi poteſt, * plenè per *Ruinum conſil.* 212. *numero* 15. *lib.* 1. *Menochium conſil.* 349. *n.* 11. *Mantic. de conjectur. ult. volunt. lib.* 3. *tit.* 5. *n.* 7. *Alvarad. de conjectur. mente defunct. lib.* 2. *cap.* 3. *numeru tertio & quarto* Menoch. *eodem tract. de præſumpt. libr.* 1. *quæſtion.* 36. *numero quinto Torniel. conſ.* 8. *numeru quinto.* Evidens enim dicitur voluntas teſtatoris, † quæ conjecturis probatur, Abbas *conſil.* 78. *lib.* 6
2. *Mantica eodem tract. lib.* 8. *titul.* 1. *num.* 25. & de mente ſatis conſtare dicitur, * quando ex præ- 7
ſumptionibus, & conjecturis conſtat, Bartolus *in l. Prætor ait, n.* 1. *ff. de nov. oper. nunciat.* Afflict. *deciſion.* 44. *n.* 15. fundat plenè Covarr. *practicarum quæſtionum, cap.* 38. *n.* 5. *verſ. decimò apparet, Menochius, conſ.* 442. *nu.* 3. *Marta in ſumma ſucceſſ. par.* 2. *q.* 21. *art.* 2. *nu.* 3.

Tota vis igitur hujus cauſæ in eo conſiſtit, an Comes ſenior voluerit, ut feudalia quæ Comiti juniori reliquit, abſque aliquo alio onere, quam expreſſo penes ipſum pervenire debuiſſent, & quamvis verba teſtamenti ſint tam clara, & aperta, ut nullus (quoad me) ſuperſit dubitationi locus, terreret tamen decretum ultimo loco latum per doctiſſimos Judices, ut niſi mihi relatum fuerit, ipſos non fuiſſe pro parte Comitis informatos, ſubticuiſſem, verùm conſiderans, quod cauſa conſiſtit potiùs in conſiderationibus facti, quam in jure, de quibus non potuerunt non informati habere plenam notitiam, ideò non pro neceſſitate cauſæ, cùm omnia ſint tam eruditè, & nervosè ab eruditiſſimo Collega conſiderata, ut nihil ultra conſiderari, ac ſuperaddi poſſit, ut tamen mandatis obtemperem, ut quod in Collegio voce dixi, id ipſum in ſcriptis redigam, has paucas conſiderationes, colligendo ſpicas poſt terga optimi Meſſoris collexi.

Et primò quidem ſe offert illa conſideratio jam optimè ponderata, quod Comes ſenior in toto teſtamento unicum tantùm onus Comiti juniori impoſuit, quamvis ſatis grave, poſtquam arbitrando annuos introitus, eidem relictos in duc. 9500. licèt ſatis minoris redditus hodiè ſint, impoſuit onus duc. 7500. & quamvis pars adverſa dicat, quod hæc limitatio non fundatur jure, nam perlegendo omnes ferè *Doctores*, qui ad hanc regulam limitationes cumulant, non invenit talem limitationem, tamen animadvertant, precor, Domini Judicantes, quod hæc impoſitio oneris non fuit ponderata, tanquam limitatio ad regulam, ſed ad fundandam limitationem jam prius à parte, ut ita dicam, non negatam, quod poteſt teſtator verbis expreſſis, ſeu tacitis onus uni hæredi imponere, & ad fundandam voluntatem teſtatoris quod noluit, alia onera hunc hæredem in certis feudis ſubire, ponderatum fuit tam grave o- 8
nus ei injunctum annuorum * duc. 7500. & hoc jure probatur, quia onus non cenſetur impoſitum feudo, ita ut abſorbeat integros fructus feudi, & hanc maximam noviſſimè ex Loffredo, Franch. & aliis fundat Reg. Conſil. Theodotus *in allegat.* 79. *Pro Duce Martina, num.* 6. & in facto clarum eſt, quod etiam attento tempore teſtamenti, ſi ultra annuos duc. 7500. debet modernus Comes aliis oneribus contribuere, nil penitus penes ipſum remaneret, immò hodiè nec introitus feudales relicti ſufficerent ad ſatisfaciendum prædictos annuos ducatos 7500. ita ut nullo modo valuit hucuſque illos integrè ſatisfacere, quod ſi alia onera injungantur, perneceſsè oporteret procedi ad eorum venditionem contra expreſſa verba teſtatoris.

Secundò maximæ conſiderationis mihi videtur, quod in effectu modernus Comes non eſt verè hæres univerſalis in feudo, & quamvis pars conſideret, quod in principio inſtitutionis eum hæredem univerſalem vocet, & in nonnullis aliis teſtamenti partibus illum hæredem ſimpliciter nominet, tamen duas copias teſtamenti æqualiter voluit utrique conſignari, & duas ſtatuas marmoreas voluit fieri ab eiſdem, collectivè eos hæredes vocando.

Verùm

Verùm certum eſt de jure, quod magis mens,
quam verba teſtatoris, inſpicitur, quando enim de
mente teſtatoris conſtat, ſervanda eſt, quamvis ver-
9 be improprientur,† *l.3. C de liber. præterit.* & latè per
Menoch *conſ.* 30.*n.*12.*conſ.* 97. *n.*43. *conſ.* 150.*n.*3.&
10 *conſ.*399.*n.*43.eo * magis talis voluntas teſtatoris erit
attendenda, quando mens poteſt probari ex conje-
cturis à lege approbans, Marta in *d. ſummma part.*4.
q. 21.*art.*2.*n.*68. cùm itaque conſtet ex teſtamento,
quod in effectu eum non fecit hæredem univerſalem
in feudis, ſed tantum in certis feudis, in aliis ve-
rò inſtituit, tam ipſam D. Florentiam Duciſſam Bel-
riſguardi, quam Georgium Vaaz, & alios, non cu-
randum eſt de verbis quod eum hæredem univerſa-
lem nominet, videndus ad hoc probandum Marta
ubi ſupra num. 69. qui allegat *l. cum quæſtio*, *Cod. de
legat.*

Et quamvis non me lateat, quod cùm Comes ſe-
nior habuerit bona burgenſatica, & feudalia, ſive
allodialia, poterat habere duos hæredes univerſales,
11 alterum in feudis, * alterum verò in Burgenſaticis,
Reg. Lanar. *conſ.*80.*n.* 14. Reg. de Ponte *conſ.* 13.
*n.*67. *vol.* 1. cum aliis apud Meitam *in ſumma de ſuc-
ceſſ.part.* 3.*q.*1. *art.*8.*n.* 112.& eum inſtituerit moder-
num Comitem in majori parte feudorum, quamvis
12 in certis feudis, * tamen intelligi debet univerſalis
hæres, ut per Franch. *dec.*1. Boer.*dec.*33.*nu.*6. Bella-
mer. *concl.*749. Menoch. *conſ.* 224. *Weſemb. in conſ.*
85. *num.*49.*vol.*2.attamen conſiderandum eſt, quòd
cùm omnia bona feudalia penes Comitem Michaë-
lem erant feuda noviter acquiſita, & de eis ex Regis
noſtri privilegio habebat poteſtatem diſponendi ad
ſui libitum, inter tamen ſucceſſibiles de jure Regni,
ut ex *pragm.* 31.*de feud.Bilotta in concl.feud.* 25.*n.*17.
propterea potuit hæredem univerſalem facere D.
Florentiam, tam in burgenſaticis, quam in feudali-
bus, quod ſatis probant illa verba appoſita in teſta-
mento, ubi poſt inſtitutionem Comitis, & aliorum,
quos pars fatetur eſſe hæredes particulares, inſtituit
D. Florentiam his verbis, videlicet: *Et di tutto il reſto
laſcio, & inſtituiſco herede Donna Florentia Vaaz
mia nepote, figlia di Benedetto Vaaz mio fratello,*
per quæ verba *& de cæteris bonis inſtituto, &c.* abſ-
que dubio voluit, ad ipſum in ſimul cum hæreditate
13 univerſali omnia onera ſpectare, † & primi inſtituti
debent habere totum portionem, in qua fuerunt in-
ſtituti abſque aliquo onere, ut in ſimili comprobat
Surd. *conſ.* 265. *num.*5.*vol.*2. ibi, *& del reſtante de ſei
beni, &c.*

14 Pro quo confirmando adduco in puncto Jaſ.† *in
conſ.*64. *vol.*1.conſulentem in caſu ſatis magis arduo,
nam in caſu ſuo teſtator inſtituerat in medietate hæ-
reditatis Margaritam ejus filiam; in cæteris verò e-
jus bonis inſtituerat locum pium, & tamen conſu-
luit Jaſ. quod Margarita per priùs inſtituta in me-
dietate hæreditatis, eam habere deberet abſque one-
re, ex conjectturate voluntate teſtatoris principaliter
fundata, in illis verbis, *& in cæteris bonis, &c.* quaſi
quod illa cætera bona intelligi debeant abſque le-
gatis, & inſtitutionibus primo loco factis, & dedu-
ctis oneribus ac. ot n.1.& opinionem Jaſ ſequitur Boer.
dec. 145.*n.*8 quæ opinio fundat ex text.*& ibi* Bart.*in
l. ſi certarum*,*ff. de milit. teſtam.*qui voluit, quod per
illa verba, *& in cæteris bonis,&c.* videatur velle, eſſe
15 hæredem univerſalem, cæteros verò hæredes parti-
culares, juxta terminos *l. quoties*, *C. de her. inſt.* hanc
etiam opinionem tenuit *Paul. de Caſtro in l. cogi §.
inde quæritur*,*ff. ad Senat. Conſult. Trebell. n.* 1, ubi
voluit, quod quando factis diſpoſitionibus per te-
ſtatorem in omnibus aliis bonis hæredem inſtituit,
quod talis hæres erit nedum de cæteris bonis, ſed de
primis etiam diſpoſitis, eandem opinionem tenuit
Alex.*in l. apud Julianum*, *§. non omnis*, *eod.ti. ad Se-
nat. Conſ. Trebel. n.* 15. cum aliis apud *Caſ. Manent.
dec.*4.*n* 12.*&* 13.*& ſeq.* & iis accedit quod trahit Al-
var.*de conject.mente def.*.*l.*4. *t.*1.*n.* 22. ubi dicit, quod
factis legatis, ſi poſtea dicatur, quod in reliquis bonis
Titium teſtator hæredem inſtituit, hoc caſu reſtitu-
tioni faciendæ per hæredem bonorum legatorum
non ſubjiciatur, quia ille in reliquis tantum bonis
deductis legatis hæres inſtitutus ſit. Et hanc opinio- 16
nem procedere etiam in feudis, ita ut inſtitutus in
feudo, non uti hæres univerſalis, ſed tanquam inſti-
tutus in re certa, alio univerſaliter hærede inſtituto,
quod non teneatur ad onera, tenuerunt poſt alios,
quos allegant *Capyc. in ſua inveſtit. in verbo exe-
quationis, in verſ. ſucceſſit, in* 2. *limit. Joan. Thom. de
Martin. tit.*6. *de feudo hæreditario antiquo*, *verſ. ſe-
cundo limitatur* Afflict. *in c.*1.*an agnat.*cum aliis addu-
ctis in terminis à Marta *in voto* 242.

Nec obſtabunt quæ diffusè diſcurrunt * *Præſes de* 17
*Franch. dec.*1.*n.*16.*de Ponte de poteſt.Proreg.tit.*6.*§*,3.
*& Rol.conſ.*23.*n* 41.*vol.*1. ad fundandum hunc hære-
dem in feudo; quamvis inſtitutum in re certa, atta-
men non eſſe exemptum ab oneribus hæreditariis; 18
quia in feudo hæreditario non poteſt ſuccedere, niſi
ut hæres, qualitas enim illa hæreditaria ineſt à prin-
cipio generationis feudi, & propterea quamvis non
eſſet inſtitutus hæres,* attamen erit hæres in ipſo feu- 19
do, prout latiſſimè per *Piſtorium lib.*2. *q. jur. concl.*
2. & intelligunt, opinionem *Bald. & Jacobi de Belviſo
in c.* 1. *an agnat.* procedere in feudo ex pacto, * & 20
providentia, ut ex *Cumia Præſ. de Franch. & Reg. de
Ponte* probat *Bambac. in tit. ſi de feud. defunct. con-
trov. in c. ſi Titius*, *q.* 4.*n.*18. *&* 20.*cum ſeq.* quia benè
quidem dicunt reſpectu creditoris: * ut nullo modo 21
poſſit inſtitutus in feudo hæreditario ſe eximere ab
onere creditorum defuncti, ſecus verò erit inter co-
hæredes, & quod prædicti loquantur reſpectu credi-
torum hoc benè declarat *de Franch. in d. dec.* 1.*n.* 25.
& de Ponte in loco proximè allegato, * *ſub nu.* 21.ubi 22
aiunt, quod eſſet mutare naturam feudi, ut perveni-
ret ad inſtitutum ſine onere, & facere illud de feudo
hæreditario feudum ex pacto, quod non poteſt fieri
in præjudicium creditorum, & abſque Domini con-
ſenſu.

Nam reſpectu cohæredum circa contributionem
inter eos faciendam ceſſat omnis amaritudo, non e-
nim negamus, quin feuda ſint oneribus hæreditariis
ſubjecta, ſed ſuppoſito, quod teſtator voluerit, ipſa
pervenire debere ad inſtitutum abſque onere, quo-
tieſcunque hæres particularis ſolveret creditoribus,
repeteret ab hærede univerſali,* ad quem omnia one- 23
ra ſpectant, & quod teſtator poterit unum ex hære-
dibus gravare, ut omnia debita ſolvat, probat *Mar-
ta in d. ſumma p.*4. *q.*12. *art.*4.*n.*34.ſimiliter etiam in
feudis, quod poſſit teſtator ordinare, quod onera ad
unum ſpectent in individuo tenuit idem *Præſes de
Franch.*poſt *Guglielm. de Cumo in d. deciſ.* 1. *n*,24. *&
de Ponte in loco* allegato, *nu.* 22.

Nec poteſt dubitari de hac opinione, * ſiquidem 24
feuda hæreditaria habent eandem naturam, prout
quælibet res hæreditaria, Iſer o. in *cap.*1. *in princ. an
agnat.*& ideò filio in legitimam imputatur, * *Piſtor. d.* 25
*qu.*2. *n.*64. nec in aliquo differt, niſi ut in diſpoſitio-
ne interveniat Domini conſenſus, * in reliquis verò 26
cenſetur, prout quælibet res allodialis, Frecc. *in diſ-
fer.* 14.*lib.*2. *de ſubfeud.in differ. inter feud. hæred. &
ex pact.* & proinde ſicut inſtitutus in qualibet re par- 27
ticulari hæreditaria,* cenſetur hæres particularis, da-
ta tamen inſtitutione hæredis univerſalis, ita ut loco
legatarij habeatur, ut per *Menoch. de præſum. lib.* 4.
*præſumpt.*20. *Vinc. Fuſar. qu.*341.*& qu.*261. *de fideic.
Engenſ. conſ.*10. *n.*3.*vol.*2.*& Craſ. de ſucceſſ.tom.*1. *§.
inſtitutio,n.*2.*per totam*, Soc.jun. *conſ.* 91. *nu.*5. *vol.* 1;
qui in *conſ.* 45. *n.* 3. *& d. conſ.*91.*n.*10. *ejuſdem vol.*
dixit,

Digitized by Google

28 dixit, * maximè quoad onera, ut non teneatur, ergo
idem debet judicari de feudo hæreditario. De vo-
luntate autem defuncti ſatis conſtat, dum Comitem
inſtituit in certis bonis feudalibus, & deinde ſubdit,
quod in cæteris bonis inſtituit univerſalem hæredem
D. Florentiam, per ea, quæ ſupra diximus.

29 Secundò reſpondetur, † quod opinio *Præſid. de*
Franch. & Reg. de Ponte quatenus eſſet intelligenda,
prout pars prætendit, nullo modo poteſt extendi in
præſenti caſu, in quo Comes teſtator fuit primus
feudorum acquiſitor, & habuit à Rege facultatem
de eis diſponendi, & dividendi ad libitum, in gradu
tamen ſucceſſibili, quo caſu dubitari non poteſt,
30 quod de feudis prædictis judicari debet, * prout de
qualibet re allodiali, ut ſupra diximus. Certa eſt enim
perſona, quæ in feudo ex ipſa inveſtitura ſuccedere
debet univerſaliter in omnibus feudis defuncti, &
proinde non mirum ſi in dicto caſu hæres, quamvis
in uno feudo inſtitutus, univerſalis dicatur, quia etſi
actu non habeat, niſi unicum feudum, quod in hæ-
31 reditate remanſit, * tamen in eum tranſeunt omnia
jura feudalia activè, & paſſivè, in caſu autem noſtro
modernus Comes non eſt neceſſarius hæres univer-
ſalis in omnibus feudis remanſis in hæreditate Co-
mitis ſenioris, cùm ex facultate Regia poterat de eis
ad libitum inter conjunctos, & in gradu ſucceſſibi-
les diſponere, & propterea potuit ſub illa univerſa-
litate bonorum inſtituere hæredem univerſalem
etiam ipſam D. Florentiam in gradu ſucceſſibilem,
prout fecit, & remanebit Comes hæres particularis
32 in feudis, * in quibus eum inſtituit, hinc aliquid *Do-*
ctores tenuerunt, quod hæres inſtitutus in re certa
non poſſit ſuccedere in feudo, vel emphyteuſi con-
ceſſa pro ſe, filiis & hæredibus, ut per *Menoch. conſ.*
194. *num.* 1. *Andr. Fachin. controverſ. jur. lib.* 4. *cap.*
20. *Craſſ. recep. ſententiarum*, *§. hæreditas*, *quæſt.* 3.
num. 8. *Simon de Prat. de interpret. ultim. vol. lib* 3.
ſolut. 6. *num.* 78. *fol.* 97. & latiſſimè de materia
hæredis inſtituti in re certa per *Caſtill. controv. jur.*
lib. 2. *cap.* 17. ubi omnes DD. cumulat, qui de ma-
teria tractaverunt, & de ſolutione æris alieni de-
functi facienda per hæredem in feudo ſuccedentem
Konl. de exercit. leg. exercit. 1. *per tot. Joan. Bapt.*
33 *Coſt. de port. rata*, * *q.* 23. *num.* 5. licet non ſit
de jure verius, ut ex *Capyc. Jo. Thom. de Marin.*
34 *Afflict. & Mart.* ſupra fundavimus, * ſufficit
enim, quod ſit hæres in ipſo feudo, quod ha-
bere non poteſt abſque qualitate hæreditaria, &
35 inſtitutum * in re certa alio cohærede univerſali
inſtituto non eſſe propriè legatarium, neque pro-
priè hæredem, probat idem *Caſtill. dicto capite* 17.
lib. 2. *num.* 9.

Et quod in effectu Comes voluerit inſtituere hæ-
redem particularem in dictis feudis modernum Co-
mitem, univerſalem verò D. Florentiam, probatur
etiam ex alio, nam primò inſtituit ipſum Comitem
hæredem, non uti proximiorem maſculum natum ex
Odoardo, ejus fratre primogenito, ad quem feudum
pertinebat vigore *Conſtit. Regni*, ſed ipſum inſtituit
in terris Caſæ maſſimæ, Divi Michaelis, Divi Ni-
candri, & Rutiliani, virtute privilegij, & facultatis
eidem à S. M. conceſſæ de diſponendo de ſuis feu-
dis, poſtmodùm verò inſtituit hæredem particu-
larem D. Florentiam in terra Belriſguardi, & in
Portulania Civitatis Averſæ, & ſequitur alia inſti-
tutio particularis in perſonam Benedicti Vaaz ejus
fratris, deindè ſequitur inſtitutio univerſalis de eo,
36 quod remanet in hæreditate, * in perſonam D.
Florentiæ, ex quo fit, quod cùm inſtitutio par-
ticularis Comitis ſit inter alios hæredes particula-
riter inſtitutos, tunc abſque controverſia cenſetur
& ipſe etiam particulariter hæres inſtitutus, ita
in terminis Menoc. *conſil.* 423. *numero* & melius

de præſumpt. lib. 4. *præſumpt.* 20. *numero* 2.

Affertur etiam alia veriſſima, & evidentiſſima
probatio, quæ reſultat ex teſtamento, quod noluerit
teſtator, modernum Comitem præter expreſſum
aliud onus habere: cùm ex duc. duo mille, qui ſecun-
dùm ſuam computationem remanebant liberi in
beneficium moderni Comitis ex fructibus feudo-
rum, & duc. duo mille, & centum, quos ipſe moder-
nus Comes, & D. Mayora ejus uxor habebant, jam
poſſidebant pro dotibus, & antefato, ac etiam de a-
liis introitibus emendis ex credito, quod teſtator
conſequi debuerat ab Illuſtr. Comitibus de Lemos,
in unum redactos teſtator aſſeruit, facere ſummam
annuorum duc. 10. milla, in quibus inſtituit eius
majoratum, tam in beneficium Comitis, quam D.
Mayoræ ejus uxoris, & eorum filiorum, & de-
ſcendentium, cùm ergo reſpectu prædictarum do-
tium, & antefati propriorum Comitis, & reſpectu
crediti Comitum de Lemos, nullo modo cadat
contributio, neque poteſt cadere in ipſis feudis;
nam una, * & eadem res non poteſt diverſo ju- 37
re cenſeri, *l.* 1. *ff. de rerum permutat.* cum nota-
tis per Paul. de Caſtr. *in l. eum, qui ædes, ff. de*
uſucap.

Inſuper conſiderandum, quod tunc fideicommiſ-
ſum dicitur univerſale, cùm quamvis teſtator certa 38
bona enumeravit, tamen non adſunt in hæreditate
alia bona quam expreſſa, quia tunc non poteſt dari
univerſalis hæres in bonis, quæ non adſunt,
quando verò adſunt alia, tunc dicitur. fideicom-
miſſum particulare fuiſſe conſtitutum in illis bo-
nis enumeratis, ita Imola *in l. cogi*, *aliàs ille*,
à quo, *§. ſi quis ſervum*, *& §. ſi cui*, *num.* 3.
ff. de leg. 2. Fuſarius *de fideicomm. ſubſtit. quæſt.*
268. *num.* 9. Graſſus *in tract. de ſucceſſion*, *tom* 1. 39
§. fideicommiſſum, *quæſt.* 3. Marta *in ſumma prædi-*
cta, *part.* 4. *quæſt.* 21. *art.* 19. *num. & ſeq.* ſic in
propoſito tunc hæres in uno feudo, * vel aliquibus
feudis dici poteſt hæres univerſalis, quando alia
non adeſſent in hæreditate, in quibus fuerunt alii
inſtituti, verùm cùm in hæreditate Comitis feuda,
& alia jura feudalia præter. Comiti relicta, fuerint re-
manſa, non potuit modernus Comes univerſalis
hæres reputari.

Sed quid plores per conjecturas erit evagandum? ſi
expreſſam habemus teſtatoris mentem in ipſo teſta-
mento, quod noluerit, alia onera habere modernum
Comitem, præter expreſſum, cùm in inſtitutione
majoratus dixit ſequentia verba.

E perche la mia intentione è, che il mio herede, &
ſucceſſore, che goder à il mio majoraſco habbia d'have-
re docati dieci milia di rendita, incluſovi li frutti,
& entrata, che avanzano li detti miei feudi, &
queſta in perpetuum ſucceſſivamente vinculati con che
il Preſidente, & D. Majora ſua moglie ſi contentino,
che in queſti ſi ano incluſi li docati 2100. che tengo-
no di dota, & antefata da me à loro dati, & ducati
2000. in circa, che l'avanzano dalli feudi levati li
peſi, &c.

Et ſic deductis oneribus debent remanere ex fru-
ctibus feudalibus ducati duo mille in circa, & priùs
dixerat, quod ex dictis feudis percipiebantur duc.
9500. à quibus deducti duc. 7500. oneris impoſiti,
remanebant duc. 2000. ecce quomodo teſtator ex-
preſsè dixit, quod deductis oneribus remanere de-
berent annui duc. 2000 pro ſuſtentatione poſſeſſo-
ris majoratus, quomodo ergo hodiè poteſt in du- 40
bium revocari, ut alia onera expreſſa verba, &
mentem teſtatoris ſubire teneatur, & quod moder-
nus Comes, * qui ex conſtitutione majoratus fuit
per teſtatorem conſtitutus caput familiæ, ut per
Covarr. *variar. reſolut. lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 14. *ver-*
ſus finem, & per quem honor, & dignitas familiæ
eſt

eſt conſervanda, ut per Anton. Gomeſ. *in l. 4. Tauri, num. 1. d. l. 1. §. quamvis, de ventre inſpiciend.* Molin. de Hiſpan. *primogen. cap. 13. nu. 3.* Didac. Salon. *de pace in quaſt. civil. 3. num. 1. Marta in d. ſumma part. 1. quaſtion. 12. art. 2. num. 45. Ramon. conſil. 15. num. 32. Larrea deciſ.* Granat. 33. *num.* 33. deterioris conditionis ſit, quam D. Florentia, & minor, quomodò pars dicat, quod fuit magis dilecta, ex quo eam hæredem oniverſalem inſtituit, & particularia legata eidem fecit ſiquidem benè ſciebat Comea teſtator, hæreditatem non eſſe capacem onerum eidem impoſitorum, & idcircò pro illis ſatisfaciendis, ad Montem eſſe recurrendum mandavit, & propterea videns ſatis enervatam remanſiſſe hæreditatem, voluit ut D. Florentia haberet duc. 85000. verùm moderno Comiti honorem, & titulum Comitatus reliquit, in ſuique beneficium majoratum inſtituit, & ideò ex his omnibus certò habetur, non ad alia onera, quam expreſſa modemum Comitem teneri contra mentem, & verba teſtatoria.

Qualis fuerit exitus cauſa, apparet in Conſultatione ſequenti.

OBSERVATIO IN CONSULT. IX.

A R G U M E N T U M.

In Feudis mixtis hæreditariam, & ſanguinis qualitatem requirentibus conſtantèr *Rot. Rom.* tenet non exigi qualitatem hæreditariam reſpectu ultimi. Alio jure vivitur in Regno. Succeſſor in feudalibus an teneatur contribuere in ſolutione onerum hæredi in allodialibus, An hæres in feudis juvetur inventario? Variis linguis Regnicolæ ediſſeruete. Et quæ praxis. Et cum quibus limitationibus, & habetur ſermo in *conſult. ſeq.* Et Feudatarius fungitur vice duorum teſtatorum.

S U M M A R I U M.

1 *Feuda mixta declarantur.*
2 *Magis communis opinio juxtà* Rotam *non eſſe neceſſariam qualitatem hareditariam tenet reſpectu ultimi in Feudis mixtis.*
3 *Praxis Regni contraria viget.*
4 *Succedens in feudo tenetur habere defuncti factum ratum quoad valorem feudi.*
5 *Debita cum aſſenſu Regio afficiunt corpus feudi, & qualiter illa ſine aſſenſu*
6 *Hares in feudalibus an contribuat in ſolutione onerum cum ſucceſſore in allodialibus.*
7 *Quid ex expreſſa, vel conjecturali contraria defuncti Feudatarij mente.*

1 Feuda in Regno Neapolitano quorum † inveſtitura eſt, *Pro te, & haredibus ex corpore* legitimè deſcendentibus ſunt mixta, ſanguinis nempè, & hæreditariam qualitatem poſtulantis, etenim deferri non poſſunt niſi ad vocatos ex lege Inveſtituræ intra gradus præſcriptos à Conſtitutionibus & per gratias ampliatos, qui tamen ſuccedere non poſſunt, niſi cum qualitate hæreditaria, *Afflict. dec. 140. Gizzarell. deciſ. 28.*

2 Quamvis * *Rota Rom. in dec. 482. num. fin. & dec. 499. n. 5. p. 5. rec.* ex magis communi conſtantèr teneat, in feudis mixtis neceſſariam non eſſe qualitatem hæreditariam reſpectu ultimi morientis, ſed ſufficere reſpectu primi acquirentis, et per hæredem ſanguinis non ſtare, quin ſit hæres familiaris, *Card. de Luca de feud. diſc. 21. n. 2.*

In Regno tamen recepta eſt praxis contraria, * ut 3
requiratur qualitas hæreditaria reſpectu ultimi morientis, etiam ſi hæres ſanguinis vocatus à lege inveſtituræ veniat ad ſucceſſionem contra judicium defuncti, quia ſcilicet hic alteri feudum reliquerit, et hæres ſanguinis vendicat ex lege inveſtituræ, nam adhuc tenetur habere qualitatem hæreditariam, ac factum defuncti ratum habere, ut reprobata ſententia *Curtij*, utriuſque *Anna*, et aliorum firmant *de Franch. deciſ. 1. & 704. Minad.* et alios ex profeſſo *Gizzarell. deciſ. 28.*

Undè ſequitur ſucceſſorem feudi * teneri habere 4
ratum factum defuncti, ejuſque debita ſolvere eo modo, quo hæres in allodialibus. Neque inventarium ſuffragatur, quia ipſum feudum, integerque ejus valor dicitur eſſe in hæreditate, etiam cum eo onere, quod indebitè, et contra formam inveſtituræ, et contra juris diſpoſitionem feudatarius adjecerit, quia tenetur ad æſtimationem, *Merlin. controv. 60. lib. 2.* Licèt ſecùs ſit in diſpoſitione concepta per viam inſtitutionis univerſalis Etenim ſuccedit vocatus à lege inveſtituræ, qui tenebitur ad æſtimationem, et in actione perſonali cogetur ad vendendum feudum juxta *Præſ. de Franch. dec. 704.* & ea, quæ ſcripſi in *obſ. ad dec. 1. de Franch.*

Differentia adeſt inter onera, † quæ per Feudatarium adjiciuntur cum Regio aſſenſu; Et alia ſine, quod pro primis afficitur corpus feudi ad quod creditor actionem habet realem cum privilegio anterioritatis etiam in præjudicium Domini in caſu devolutionis, pro aliis verò aſſenſu Regio carentibus nullatenus ipſum feudum effectum remanet, neque concurſum creditores ſine aſſenſu prætendere valent cum creditoribus aſſenſum habentibus, ut *Card. de Luca nu. 6.* 5

Quicquid ſit in terminis * juris communis circa 6
contributionem ad debita defuncti inter hæredem in feudalibus, & illum in allodialibus, in Regno receptum eſt inter iſtos hæredes contributionem æqualitèr faciendam eſſe proportionabiliter inter iſtos hæredes pro rata valoris bonorum, ſivè debita contracta ſint cum aſſenſu, vel ſine, etiam ſi pro eis ſola feudalia, vel è contra ſola allodialia obligata ſint, *de Franch. deciſ. 1. nu. 24. & deciſ. 159. de Marin. lib. 1. reſ. 161.* & ad *Revert. obſ. 144 Reg. Latr. num. 1.* quem nuncupatim comprobat *Card. de Luca nu. 9. & diſcurſ. 89. n. 8.* & dixit in *obſerv. ad deciſ. de Franch.* ubi improbantur *Lanar. Anna & alij* volentes, ut onera ſint dividenda pro portionibus hæreditariis inter hæredem in allodio, & hæredem in feudalibus, & aliter confundentes.

Et quod feudum hæreditarium faciat unum corpus cum allodio ſecondum quid ſcilicèt reſpectu contributionis onerum. Sed quoad alia fungitur feudatarius vice duorum teſtatorum, quia poteſt decedere partim teſtatus, & partim inteſtatus ad inſtar militis, inteſtatus in feudo, & teſtatus in allodio.

Duplicem tamen iſta * contributionis concluſio limitationem recepit. Una eſt reſpectu illius ſucceſſionis feudi, qui dici non poteſt hæres, & ſucceſſor univerſalis in feudalibus, ſed tantum hæres particularis alicujus feudi ex pluribus, quæ poſſidebat defunctus, quia tunc ad inſtar legatarij, ſeu hæredis particularis non tenetur ad onera, *Reg. Latr. numero 6. &* pleniùs *conſult. 10. numero 12. & per tot.* ubi dicam *Cardin. de Luca diſc. 21. n. 9.*

Altera limitatio eſt, ubi contraria accedit voluntas defuncti expreſſa, vel conjecturalis, quia nempè ejus intentio ſit, ut onus hæredum, &

non alter integrum onus ſuſtineret, quia tunc voluntas defuncti eſt ſervanda, *Franch. deciſ.* 1. *numero ult. Galeot. contr.* 22. *numero* 2. *Card. de Luca d. diſc.* 21. *num.* 12.

ARGUMENTUM.

Agitur de eodem articulo contributionis inter hæredem in certis feudis, & inſtitutam in reliqua hæreditate, & ex quibus conjecturis ex teſtamento elici poſſit, teſtatorem noluiſſe, ut inſtitutus per ipſum in certis feudis, oneribus hæreditariis contribuat, latè diſcutitur.

SUMMARIUM.

1 *Nullitas notoria injuſtitia quando admittatur.*
2 *Regula quod evidenter conſtare non dicitur id quod ex conjecturis conſtat, procedit in delictis non in ultimis voluntatibus.*
3 *Conjectura in ultimis voluntatibus habent vim plenæ probationis.*
4 *Conjectura, & probationes, quæ ex verbis teſtantium deducuntur, ſunt liquidiſſimæ probationes.*
5 *Conjectura ſimul juncta plenam probationem inducunt.*
6 *Decretum contra decretum, quod fecit tranſitum in rem judicatam, eſt nullum.*
7 *Feudum eſt univerſitas.*
8 *Dos dicitur quid univerſale.*
9 *Filia in dote inſtituta non tenetur ad onera.*
10 *Legitima an dicatur quota bonorum, vel quota hæreditatis.*
11 *Inſtitutus in legitima quoad ejus commodum dicitur inſtitutus in quota hæreditatis, quo verò, ut non teneatur ad onera, dicitur inſtitutus in quota bonorum.*
12 *Filio in legitima inſtituto competit remedium Divi Hadriani.*
13 *Verba teſtatoris impropriantur ſecundùm ſubjectam materiam,*
14 *Verbum*, lego, *quando eſt adjectum univerſalitati bonorum, nullo dato hærede univerſali, importat hæredis inſtitutionem.*
15 *Clauſula in fine poſita refertur ad omnia præcedentia.*
16 *Clauſula quando non poteſt commodè adaptari, non refertur ad omnia præcedentia.*
17 Conſ. Jaſ. 64. vol. 1. *declaratur.*
18 *Verba illa*, in cæteris bonis relinquo Titium hæredem, *important univerſalem inſtitutionem.*
19 *Onera hæreditaria ab utroque hærede univerſali tam in feudalibus, quam in burgenſaticis ſunt ſuſtinenda pro rata bonorum.*
20 *Succedens in feudo hæreditario non inſtitutus, ſed ex lege inveſtituræ, tenetur ad onera, & ſic pluries deciſum.*
21 *Inſtitutus in certis feudis, alio univerſaliter inſtituto, an teneatur ad onera.*
22 *Ignorantia juris in teſtatore non præſumitur.*
23 *Doctores, qui tenuerunt, hæredem in certo feudo inſtitutum ad onera non teneri, enumerantur, & etiam ij, qui contrariam tenuerunt ſententiam.*
24 *Deciſiones pro contraria parte adducta declarantur.*
25 *Declaratio ad* Joannem Franciſcum de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 6. §. 3.
26 *Declaratio ad* Jacobum de Belviſo in cap. 1. an agnatus.
27 *Feudum ex pacto novum æquiparatur feudo hæreditario.*
28 *Quando particularis proviſio in feudis non reperitur, tunc recurritur ad jus commune.*
29 *Actio hypothecaria datur adverſus quemlibet poſſeſſorem.*
30 *Feudum hæreditarium, quando in diſpoſitione adeſt Domini conſenſus, habetur ac ſi eſſet res allodialis.*
31 *Inſtitutio certa rei quando inter alia legata eſt poſita, particularis judicari debet*
32 *De inſtitutione particulari alio data univerſali hærede, idem judicatur, ac ſi eſſet legatum.*
33 *Teſtator non præſumitur velle hæredem duplici onere gravare.*
34 *Teſtator non poteſt hæredem in plus gravare quàm ſit honoratus.*
35 *Qui promiſit certa onera ſolvere, videtur declarare, pro reliquis minimè teneri voluiſſe.*
36 *Vaſalli cùm ſint obligati ad præſtandum Domino ſervitium, non poſſunt duplici onere gravari.*
37 *Ex magnitudine oneris, & ex qualitate portionis declaratur voluntas teſtatoris circa onerum ſolutionem.*
38 *Declaratio intellectiva teſtamenti quæ dicatur, & quæ extenſiva.*
39 *Doctrina* Jaſ. in l. licèt Imperator, ſub n. 21. ff. de leg. 1. *declaratur.*
40 Text. in l. ſi hæres 127. ff. de leg. 1. *intellectus.*
41 *Legata cenſentur relicta ab hærede univerſali.*
42 *Onera non ſunt multiplicanda.*
43 *Conjectura, ex quibus oneris multiplicatio tollitur, ſunt potentiores aliis.*
44 *Una conjectura aliam deſtruit, & alias ſimul junctas tollit.*
45 *Conjectura, ne hæres duplici onere gravetur, eſt potentior conjectura ſanguinis.*
46 *Feuda in generali diſpoſitione non veniunt.*
47 *Appellatione bonorum veniunt etiam bona feudalia ratione particulari non repugnante, quod declaratur nu. ſequenti.*
48 *Quem de evictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.*
49 *Voluntas teſtatoris expreſſa facit ceſſare omnem aliam conjecturam.*
50 *Omittere certitudinem, & capere conjecturas eſt imbecillitas intellectus.*
51 *De fructibus feudi poteſt teſtator liberè diſponere, quando non transfertur jus illos percipiendi in tertium propria authoritate.*
52 *Regula quod ab hærede ſibi ipſi legari non poteſt, declaratur.*
53 *Majoratus quid ſit.*
54 *Majoratum eo ipſo teſtator inſtituiſſe dicitur, quod primogenituram conſtituit.*
55 *Verba*, in perpetuum, *denotant perpetuitatem fideicommiſſi.*
56 *Teſtator eo ipſo quod majoratum conſtituit, perpetuare dicitur.*
57 *Deſcendentes dicuntur uſque ad infinitum, maximè quando adjecta ſunt verba*, in perpetuum, *vel*, in futurum.
58 *Hæres tenetur habere ratum factum defuncti.*
59 *In majoratibus ſuccedìtur abſque titulo hæreditario.*
60 *Primus majoratus ſucceſſor ſuccedit titulo hæreditario primo inſtitutori, cæteri verò erunt ſucceſſores ipſius, nu.* 61.
62 *Quod quomodo procedat, enucleatur.*

63 Fidei-

63 *Fideicommiſſum inducitur, quando aliàs teſtatoris voluntas ſortiri non poſſet.*

64 *Teſtator, qui in una parte teſtamenti loquitur de deſcendentibus, ſive de liberis, ſi in alia loquitur de hæredibus, verba impropriantur, & intelliguntur de liberis, & ſic etiam, quando dixiſſet de hærede in hæredem.*

65 *In materia contributionis attenditur voluntas teſtatoris.*

66 *Una, & eadem res non poteſt diverſo jure cenſeri.*

67 *In majoratu quando conſtituens fuit in quota bonorum, vel certa re, alio dato univerſali hærede, tunc non titulo hæreditario, ſed tanquam in legato ſuccoditur.*

68 Molina cap. 24. nu. 1. lib. 1. de Hiſpan. primog. *declaratur.*

69 *Legata abſque die, vel conditione relicta, debentur à die aditæ hæreditatis, & dies cedit à die mortis teſtatoris.*

70 *Verba codicilli quando relationem habent ad teſtamentum, debent referri ad ea, quæ in teſtamento declarata fuerunt.*

71 *Ademptio legatorum in dubio non eſt præſumenda.*

72 *Quæ adjiciuntur diminutionem operari non poſſunt.*

Pro eodem Domino Simeone Vaaz Comite Molæ, & Præſidente Reg. Cameræ Summariæ, contra eandem Dominam D. Florentiam Vaaz Duciſſam Belriſguardi.

CONSULTATIO X.

Licèt ex his, quæ ſcripta fuerunt ad excluſionem prætenſæ contributionis petitæ per Duciſſam Belriſguardi ſatis, ſuperque de juſtitia Domini Comitis appareat, tamen quia adverſus ea aliqua fuerunt per doctiſſimum Adverſarium conſiderata, non pro neceſſitate cauſæ, ſed ut clarior juſtitia Domini Capitis appareat, repetito calamo diffuſius rem tractare exiſtimavi.

Duo prætendit fundare D. Florentia Duciſſa Belriſguardi. Primum, quod ea, quæ notata fuerùnt, cauſæ nullitatum non deſerviant.

Alterum verò quod probationes, quæ ex juris diſpoſitione reſultant ex teſtamento Comitis ſenioris ad excludendam hanc prætenſam contributionem, non concludant.

Primum fundare intendit ex *Regia Pragmatica* 55. *de Offic. S.R.C.* ubi non admittitur nullitas notoriæ injuſtitiæ, * niſi contra expreſſum caſum legis, vel
1 publicam ſcripturam, & decretum latum non eſt contra teſtamentum, & codicillos quondam Comitis, dum ex eis non apertis verbis appareat de contraria voluntate, non enim dicitur evidenter conſtare id, quod ex conjecturis conſtat, * ad quod allegat Bald.
2 *in l. cives* 11. *Cod. de appellat.* ac eundem Bald. Caſtr. Alex. & Jaſ. *in l. Imperator* 76. *ff. de leg.* 1. cum aliis apud Maſcard. *de probat. concl.* 830. *nu.* 4. Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *q.* 38. *n.* 13. Simon de Prætis *de interpr. ult. vol. lib.* 1. *dub.* 2. *fol.* 1. *n.* 13.

Verùm Bald. *in d. l. Cives, & incola* id ad quod allegatur, non probat, nam loquitur in delictis, dum dicit, quod ille, qui dicit, quem uſurarium manifeſtum, debet hoc probare per actus apertos, & indubitatos, & non per conjecturas, & in delictis regulariter non admittuntur probationes per conjecturas, ut per Dec. poſt Abb. *in c.* 1. *n.* 88. & 89. *de offic. deleg.* Crav. *conſ.* 244. *n.* 1. * niſi in illis caſibus, ubi lex
3 ſtatuit, quod conjecturæ habeant vim plenæ probationis, ut per Maſcard. *concl.* 497. *n.* 2. & 3. nam probatio etiam dicitur conjecturalis. Mantic. *de conject. ult. vol. lib.* 6. *tit.* 1. *nu.* 7. quando autem ſumus in ultimis voluntatibus, tunc liquidiſſima dicitur probatio ea, quæ ex conjecturis reſultat, ut probat idem Bald. à contraria parte allegatus *in d. l. licèt Imperator, n.* 2. *ff. de leg.* 1. & ad hoc communiter allegatur text. ille, quod manifeſtum dicitur, quod ex conjecturis, quæ ex verbis diſponentis eliciuntur, comprehenditur, & inducit evidentem voluntatem, & ſi verbis expreſſum non fuerit, ut ex Bart. & aliis Scribentibus communiter hoc probat Peguer. *in dec.* 114. *n.* 38. ad quod etiam allegat text. *in l. quidam teſtamento, ff. de vulg. l. Titia, §. Lucius, ff. de leg.* 2. *l. Lucius, §. quæſitum, ff. de leg.* 3. & *l. ſi tutor petitus, ubi gloſ. ordinaria, C. de peric. tutor.* Simon de Prætis *ubi ſupra*, ex qua *gloſ.* habetur, conjecturas ex legum præſumptionibus, præſertim illis, * quæ ex verbis teſtantium 4
deducuntur, eſſe liquidiſſimas probationes, manifeſtè enim ex ſcriptura conſtare dicitur quod ex ea virtualiter elicitur, Felin. Abb. & alij per Menoch. *de adipiſc. poſſeſſ. remed.* 4. *n.* 126. Taciti enim, & expreſſi eandem eſſe virtutem, & æquiparari in hac propria materia habetur ex Greg. Lopez *tit.* 3. *part.* 6. *l.* 14. *gloſ.* 3. quod procedere in proprio caſo ſolutionis æris alieni ab uno ex hæredibus faciendæ, quod ex conjectura probetur, *Joan. Dilect. de art. teſtan. tit. de legat. cant.* 42. Verùm in caſu * noſtro nedum ex pluri- 5
bus conjecturis ſimul junctis, quæ pleniſſimam faciunt probationem, ex traditis per Mantic. *lib.* 7. *tit.* 5. *n.* 5. verùm ex aperta mente teſtatoris habetur, & proindè non erit in hoc elaborandum, tantò magis, quia de nullitate decreti ultimo loco lati dubitari non poteſt, non ſolùm ex deductis, verum quia fuit prolatum contra decretum Domini Regentis Conſtantij, quod fecerat jam tranſitum in rem judicatam, * ad text. *in l.* 1. *Cod. quando provoc. non eſt neceſ-* 6
ſe, & fundat plenè Sebaſt. Vantius *in tract. de nullit. tit. ex defectu proceſſ. n.* 125.

Quoad ſecundum, onus aſſumpſit reſpondere conjecturis ponderatis pro parte Comitis ad excludendam prætenſam contributionem ex voluntate teſtatoris.

Sed quis antequam deveniat ad reſponſiones vult fundare, quod ex illis verbis teſtatoris, qui in teſtamento inſtituit Comitem hæredem univerſalem in certis feudis, magnifaciendo illud verbum *univerſale*, reſultet clara, & aperta teſtatoris diſpoſitio, quaſi quod ex hoc certa habeatur teſtatoris voluntas, & proindè non opus erit conjecturare illius voluntatem, dum expreſſis verbis de ea appareat, imò voluit carpere Dominum meum Collegam, quod in reaſſumptione verborum inſtitutionis reliquit illud verbum *univerſale*, ideò ut omnis evitetur ſcrupulus, dico quod illud verbum, *univerſale*, reſtringitur in certis feudis, & ſic non poteſt extendi ad univerſalitatem hæreditatis, & quidem illud verbum nihil operatur, * feudum enim de per ſe eſt univer- 7
ſitas. ut ex Camer. *in c. Imperialem. fol.* 38. poſt Iſer. & alios pars fatetur, *Andr. Knicken. de veſtit. pact. par.* 3. *c.* 5. *n.* 45. & ſic expreſſio ejus, quod tacitè inerat, nihil operatur, tamen non per hoc ſequitur, quod erit hæres univerſalis, * ſicuti in ſimili dicimus 8
de dote, quæ dicitur quid univerſale, ut per Scribentes *in Rubr. ff. ſol. matr.* Menoch. *conſ.* 213. *nu.* 25. Roland. *de lucro dotis, q.* 20. *n.* 4. & tamen ſi filia eſſet in dote inſtituta, * non teneretur ad onera Fontanel. 9
de pact. nupt. clauſ. 4. *gloſ.* 5. *n.* 47. noviſſimè Mercurialis Merlinus *de legitima lib.* 3. *tit.* 1. *qu.* 9. & *n.* 2. *q.* 3. Fuſarius *de fideicomm. ſubſt. qu.* 297. *n.* 2. eſt text. *in l. fin. §. filia, ff. de leg.* 1. Piſtor. *obſer.* 115. *n.* 1.

Sic etiam dicimus de filio inſtituto in legitima, quamvis aliqui dicant, † quod legitima ſit pars bono- 10
rum, non hæreditatis, Valaſc. *conſult.* 160 *n.* 10. *l.* 2. cum aliis apud Graſſ. *de ſucceſſion. tom.* 1. *§. legitima. q.* 1. *ſub n.* 2. *verſ. alij verò*, Battandier *in tract. de legitima*,

gitima, art. 5. *n.* 1. alij verò tenuerunt, eſſe quotam hæreditatis, ut poſt Dec. tenuit Vant. de Franchis *dec.* 127 & propterea alii diſtinguunt, quod quoad com-
11 modum, ut poſſit actiones exercere, * dicatur inſtitutus in quota hæreditatis, quo verò ad actiones paſſivas, dicatur inſtitutus in quota bonorum, & non tenetur ad onera, ut ex communi *Doctorum* ſententia plene probat Menoch. *de adipiſc. poſſeſſ. remed.* 4. *n.*
12 158. *cum ſeq.* qui ex prædictis cõcludit, * filio in legitimam inſtituto competere remedium edicti Divi Hadriani, idem tenuit Gayll. *pract. obſer. c.* 119. *&* 120. *Roſenth. de feud. c.* 7. *concl.* 28. *in lit. C. & noviſſimè* D. Reg. Tap. *in dec.* 8. *n.* 412. *art.* 6. *Supremi Ital.* optimè Cæſ. Maoent. *dec.* 60. *n.* 14. Fuſar. *de fideic. quæſt.* 296. Merlin. *eod. tract. de legitima, lib.* 5. *tit.* 4. *qu.* 3. *num.* 4. verba n teſtatoris improprientur ſecundùm ſubjectam materiam, & hoc non eſt novum in jure, ut quoad ejus commodum dicatur hæres univerſalis, ita ut poſſit omnia habere, quæ ex univerſitate feudi ad ipſum ſpectant, quo verò ad incommoda, ut non teneatur creditoribus hæreditariis, dicatur hæres particularis, nec illud verbum, *univerſale*, quando reſtringitur in certis feudis, poteſt operari ultra intentionem, ſicuti dicimus à contrario ſenſu quod
14 quamvis verbum, * *lego*, importet legatum particulare, tamen ſi ſit adjectum univerſalitati bonorum, nullo alio hærede inſtituto importat hæredis inſtitutionem, ut per Bal. *in l. fin. col. fi. n.* 11. *C. famil. erciſcund.* & eſt communis opinio, per Guliel. de Bened. *in c. Raynutius, in verbo reliquit, n.* 3. *de teſtam.* & veriorem dixit Cavall. *in pract. quæſt. com. contra com. q.* 214. cum aliis apud Martam *in ſum. de ſucceſ. p.* 1. *qu.* 13. *art.* 6. *n.* 62. *& par.* 4. *q.* 11. *art.* 4. *nu.* 3. Ceſſat ergo Partis reſponſio, quæ magnifacit regulam, quod quando verba teſtatoris ſunt clara, non poſſunt impropriari, quin imò retorquetur argumentum, quod voluntas expreſſa teſtatoris non fuit, Comitem hæredem univerſalem relinquere in omnibus feudis ſed tantùm in feudis nominatis.

Sed ut ad conjecturas deveniamus. Prima conjectura per me adducta, ultra alias jam per prius à meo Collega fundatas, fuit illa, quod, teſtator poſt inſtitutionem Comitis in certis feudis, inſtituit in reſtanti hæreditate D. Florentiam Vaaz, quam cupiens evitare, videns admodum præter alias ſtringere, nixa eſt variis mediis reſpondere, & in facto ponderat, quod poſt inſtitutionem Comitis, & ejuſdem D. Florentiæ in feudis adeſt inſtitutio in duc. 58. mil. in perſonam Benedicti Vaaz, & deindè ſequitur inſtitutio univerſalis, cum illis verbis, *& di tutto il reſto*, quaſi quod illa verba *di tutto il reſto*, referantur ad prima præcedentia, & ſic ad alios duc. 58. mil. qui ſunt burgenſatici; & ſic intelligit illa verba, *di tutto il reſto*, hoc eſt, bonorum burgenſaticorum.

Verùm hæc reſponſio non meruit afferri, clariſſi-
15 ma eſt enim regula in jure, * omnibus nota, quod clauſula in fine poſita refertur ad omnia præcedentia, Bart. *in l. ſalis ſcriptura in fin. de leg.* 1. ubi Jaſ. *nu.* 36. Dec. *in c. requiſiti, il ſecundo nu.* 3. *de appell.* Soc. Jun. *conſ.* 139. *n.* 5. *l.* 1. & alij per Menoch *conſ.* 135. *n.* 5. nec prædictæ regulæ obſtabit tex. *in l. ſi idem cum eodem, in fin. ff. de juriſd. omnium jud. &* Soc. *conſ.* 156. *n.* 16. *vol.* 2 Marta *in eadem ſumma de ſucceſſ. p.* 3. *qu.* 4. *art.* 2. *n.* 81. *& in d. voto* 242. *ſub n.* 10. *ver. & ita*
16 *intelligendum*, loquuntur enim, † quando non poteſt commodè adaptari ad omnia præcedentia, quando verò poteſt adaptari ad omnia, tunc remanet abſolutum, quod referatur ad omnia, & ita in puncto intelligit text. prædictum Tindarus *in tra. de teſtibus, c.* 5. *n.* 4. Honded. *conſ.* 64. *n.* 8. *vol.* 2. Nec etiam obſtabit, quod ſint bona diverſi generis, feudalia ſcilicèt & burgenſatica, quia ſufficit, quod omnia ſint hæreditaria, ut infra fundabimus, maximè in hoc caſu, ſtante poteſtate diſponendi ad libitum,

Secundò fuit fondatum ex illis verbis à teſtatore prolatis, *& nel reſtante della mia heredita*, D. Florentiam fuiſſe inſtitutam hæredem univerſalem, Comitem verò hæredem particularem * ex *conſ.* Jaſon. 17
64. *vol.* 1. ſequuti à Boer. *dec.* 145. *n.* 8.

Et quamvis dicat Pars, quod Jaſ. non ſe fundat in dictis verbis, *& nel reſtante*, ex eo, quod alias conjecturas etiam affert, hæc reſponſio, ni fallor, non ſatisfacit, non ſequitur enim conſequentia, quod Advocatus alias pro ſuo Cliente rationes adducit, ergò in primis per ipſum allegatis non ſe fundat, in omnibus n. per ipſum adductis ſe fundare dicitur: ſicuti etiam in hac cauſa, nedum iſtæ, verum aliæ, & innumeratæ conſiderationes fuerunt ponderatæ.

Ad quod ſufficiat dicere, quod Boer. *in d. dec.* 145. *nu.* 8. hoc idem deducit ex eodem *conſ.* Jaſ. 46. cui tamen Pars non reſpondet. non potuit n. neque imaginariè illud cavillare, & ſic potiùs ſub ſilentio eſſe prætereundum putavit, & *conſilium Jaſonis* etiam ad hoc communiter allegatur, & illud allegat etiam *Jo. Dilect. de arte teſtandi, in tit. de legatis cautela* 42. *n.* 5. & quod quando poſt multa legata teſtator dixerit, 18
in cæteris bonis relinquo Titium hæredem, † quod dicatur hæres univerſalis etiam in bonis legatis, ex pluribus firmat Mant. *de conject. ult. volunt. l.* 4. *tit.* 3. *n.* 15. qui dicit, quod prædictus modus irrepſit apud teſtatores ut cætera bona velint apud hæredem remanere, legata verò capi, ſed reſtitui, ut quoque in ſimili probat Surd. *conſ.* 865. *n.* 5. *vol.* 2.

Nec prædictis obſtat quod Pars pro certo, & pluries judicatum aſſumit, quod hic ſumus in hærede in feudalibus, & quod hæc opinio non ſit in Regno approbata, quia contrarium apparet, caſus enim deciſi, & per noſtros DD. Regnicolas approbati ſatis ſunt diverſi à quæſtione de qua hodiè agimus, nunquam n. negavi, quod ſi moritur feudatarius, qui habeat bona feudalia, & allodialia, quod onera hæreditaria prorata bonorum ab utroque hærede univer-
ſali tam in feudalibus, * quam in burgenſaticis ſint 19
ſuſtinenda, nam hæc opinio eſt in Regno indubitata, & deciſa per Capyc *in dec.* 198. *&* 199. plures deciſiones refert Ant. de Alex. *in Conſuet. Si quis, vel ſi qua,* 111. *ſub n.* 181. *in addit.* incip. *ad intellectum,* Camer. *in c.* 1. *an. agnat. q.* 22. Molfeſ. *in com. ad conſuet. par.* 2 *qu.* 12. *n.* 24. *& in addic. n.* 9. ubi alios citat Epiſ. Riec. *collect. dec.* 1349. Reg. de Cort. *in ſuo diverſor. c.* 8. *n.* 17. *fol. mihi* 24. *à ter.* Præſid. Fulv. Lanar *in addit. ad repet. cap.* 1. *de ſucceſſ. feud. ejus patrui, n.* 39. *&* 28. cum aliis congeſtis noviſſimè per Donat. Anton. de Marinis *Reſolut. quotidian. c.* 168. *in poſtrema editione*. Jo. Baptiſta *de Thora in compend. dec. par.* 1. *verb. Onera,* Jo. Bapt. Bilott. *in concl. feud. concl.* 11. fuit tamen dubitatum, utrum ſuccedens in feudo hæredita-
rio non inſtitutus per defunctum, * ſed ex ipſa lege in- 20
veſtituræ ultimi morientis, oneribus erit obnoxius, & de hoc quamvis olim aliqua fuerit controverſia, attamen non poteſt amplius hæſitari, quia pluries fuit deciſum, teneri ad onera, ea potiſſimum ratione, quia quamvis non ſit hæres inſtitutus à teſtatore, attamen eſt hæres in ipſo feudo, & proindè tenetur ad onera, & deciſiones refert *de Ponte in conſ.* 13 *&* 52. *vol.* 1. Franch. *deciſ.* 1. *&* 150. Lanat. *conſil.* 80. hæc tamen quæſtio quamvis deciſa temporibus ferè noſtris, non tamen tranſit abſque aliqua difficultate, nam contra ea, quæ Lanar: *& de Ponte* ſcripſerunt, quod ad onera abſque aſſenſu non teneatur talis hæres, latiſſimè fundavit Reg. Camill. de Curte *in ſuo diverſ. feud. c.* 14. *nu.* 60. *fol. mihi* 49. *&* Conſil. de Georg. *in alleg.* 20. qui fuerunt doctiſſimi viri, & verſatiſſimi in materia feudali, cùm per plures annos publicè jura feudalia interpretati fuerint, imò Conſiliarius de Georgio pro hac opinione. 28.

Doctores

Doctores enumerat, & hic non eſt noſter.

Alius caſus eſt, quando teſtator inſtituit filium
21 hæredem in certo feudo, in reliqua verò hæreditate inſtituit alium hæredem univerſalem, quod ſatis differt à caſu præcedenti, quandò quis ſuccedit in feudo, quamvis non inſtitutus, in caſu n. prædicto nulla apparet teſtatoris voluntas, hæredem feudi contra ejus voluntatem velle ab oneribus hæreditatis eſſe exceptum, imò ex voluntate teſtatoris oppoſitum colligitur, ut neque eum hæredem inſtituere voluit, & hæc fuit vera cauſa deciſionis, quod hæres non inſtitutus in feudis, ad onera teneatur, ut per Gizzarel. *in dec.* 28. *ſub n.* 40. qui deciſionem refert in caſu *conſ. de Ponte* 13. & contra ea, quæ *de Curte*, *& de Georgio* ſcripſerunt. In caſu autem, in quo fuit aliquis inſtitutus in re particulari, quamvis feodali, alio univerſaliter inſtituto, præſumitur, teſtatorem voluiſſe, hæredem particularem eſſe oneribus exemptum, cùm certum ſit in jure, hæredem particularem alio univerſaliter inſtituto, * ad onera non
22 teneri, & ignorantia juris in teſtatore non præſumitur, ut per Mantic. *de conject. ult. volunt. lib.* 3. *tit.* 10. *nu.* 8. & hunc caſum quamvis ſatis à DD. controverſum, non memini fuiſſe deciſum, nam quod non teneatur ad onera, * in prioribus ſcriptis dixi, quod
23 tenuerunt, Capyc. *in inveſtit. in verb. feudorum exequutiones in verſ. ſucceſſit, in* 2. *limit* Joan. Thom. de Marinis *tit.* 6. *de feudo hæreditario antiquo, verſ. ſecundò limitatur*, Afflict. *in cap.* 1. *an agnat.* & hanc etiam opinionem tenuit *in Conſtit. Si quis poſt litem*, idem tenuerunt Guliel. de Perno *in* 4. *notab. & Curt. in tra. feud.* 1. *p.* 8. *q. n.* 20. *verſ. & prædicta.*

Nunc autem addo in individuo, hoc idem tenuiſſe Joan. Vinc. de Ann. *in alleg.* 50 *n.* 20. ubi primogenita inſtituta in certa parte ſtatus, & in reſiduo alia ſorore, quòd primogenita taliter inſtituta habeatur loco legatarii, juxta terminos *l. quoties, Cod. de hæred. inſtit.* & iterùm hoc idem dixit *in alleg.* 69. & in terminis noviſſimè Hercul. Mareſcot. *variar. reſol. lib* 1. *c.* 96. *n* 6. ubi conſtituendo regulam, quod ſuccedens in feudo hæreditario teneatur ad onera, limitat, ut non procedat, quando filius ſuccedit in feudo, non inſtitutus titulo univerſali, nec ab inteſtato, ſed tanquam inſtitutus in re certa, nec aliquid novi addidit adverſarius, dum dixit, quod contrarium tenuerunt Franch. *dec.* 1. *de Ponte de pot. Proreg. tit.* 6 *§.* 2. *&* Lanar. *conſ.* 80. qui dicunt, opinionem *Capycii*, & aliorum eſſe fundatam in doctrina Jacobi de Belviſ. qui loquitur in feudo ex pacto nam & hoc idem *Ego ipſe* in prioribus ſcriptis dixi, & eoſdem ferè DD. allegavi, & nunc pro dicta contraria opinione addo D. Reg. Rovi. *in pragm.* 4. *n.* 68. *de feud.* & ſic quando prædicti DD. allegati in contrarium loquerentur in caſu noſtro, eſſent opiniones DD. pro utraque parte, nam ſi pro prædicta contraria ſtant opiniones de Franch. de Pont. Lanarii, & Roviti, pro noſtra ſtant Curt. Guliel. de Pern. Afflict. Capyc. Jo. Thom. de Marin. Ann. & Mareſcot. & miror, quomodo pars affectat, quod ſua opinio ſit recepta, & judicata in Regno, nam hic caſus nunquam judicatus reperitur; & omnes ſententiæ S. C. ſunt in primo, & ſecundo caſu, ſcilicet quando quis eſt hæres univerſalis in omnibus feudis, vel tanquam univerſaliter in feudis inſtitutus, & de hoc caſu loquitur Capyc. *in dec.* 298. aut inſimul cum feudis in aliis bonis allodialibus, ut eam intelligit Franc. de Amic. *in repetit. c.* 1. *de his, qui feu. dar. poſſ. §. faciunt etiam, n.* 7. *f.* 8. vel quando præter voluntatem teſtatoris in feudis ſuccedit, quia non inſtitutus, ſed ex ipſo tenore inveſtituræ, & in his terminis loquuntur deciſiones in contrarium allegatæ, prout eſt videre ex Franch. *in d. dec.* 1. *nu.* 40. *cum ſeq.* & in iſtis etiam terminis procedit doctrina Bald. *in auth. ceſſante, Cod. de legit. hered.* qui loquitur in Baronia, quæ eſt quid univerſale, ſicut peculium caſtrenſe, & ſic teſtator habere poſſet unum hæredem in Baronia, & alium in Paganicis, & ſic tenet Franch. quod talis hæres non eſſet hæres in re certa, verùm in hærede in re certa in feudo idem Franch. contrarium tenuit, quòd non teneatur ad alia onera, * quam ipſi hæredi in re certa 24
per teſtatorem impoſita fuerunt, ſubdit idcò *in fine dicta deciſ.* 1. hæc formalia verba, videlicet: *Et quando in caſu, de quo agitur, poſſet haberi ut hæres in re certa, tenebitur ad onera, quæ teſtator eidem hæredi in re certa impoſuiſſet*, & hoc etiam voluit in propriis terminis Anch. *in d. l. ex facto*, 2. *col. verſ. & hoc limito, ff. de hær. inſt.* concludit ergò Franch. in fallor, quod quoties poſſit dici, quod hæres eſſet inſtitutus in certis, & non in omnibus feudis, quod non teneatur talis hæres ad alia onera, præter impoſita, & ſic nedum non poteſt in caſu noſtro allegari pro contraria parte, ſed pro noſtra opinione, cùm Comes ſenior habens plura feuda, non in omnibus univerſaliter, ſed in certis tantum feudis Comitem juniorem inſtituit, & *de Pont. in d. tit.* 6. *§.* 3. loquitur in eo caſu, in quo filius non inſtitutus ſuccedit ex lege inveſtituræ, ut *in principio* dixit, & in caſu noſtro, quando fuit inſtitutus in re certa contrarium apertè tenuit *ibi n.* 5. per hæc verba: *Et omnes, qui hanc opinionem tenuerunt, ſe deceperunt in eo, quod inſtituens in re certa habetur loco legatarii, & omnia onera ſpectant ad hæredem univerſalem ex regula text. in l.*
** quoties Cod. de hær. inſtit. & benè dicunt reſpectu rei 25
certa in qua eſt inſtitutus ſed ſi ab inteſtato ſuccedit in feudo, & in eo eſt hæres univerſalis, ut infra dicemus*, & ſic *de Ponte* quamvis in eo caſu, in quo non inſtitutus ſuccedit in omnibus feudis, & juribus feudalibus ſentiat, quod teneatur ad onera; juxta deciſiones alias factas, tamen ſecus tenet in inſtituto in aliquo feudo particulari, & in iſtis etiam terminis loquitur Lanar. *conſ.* 80. & ſimiliter *Reg. Rovit* loquitur in inſtituto univerſaliter in omnibus hujus Regni teſtatoris feudis, licèt non in omnibus bonis, & in eodem decreto, cujus nullitates hodiè diſcutiuntur, declaratur, Donnam Florentiam fuiſſe hæredem particularem in feudis Belriſguardi, & Portulania Civitatis Averſæ, & propterea non fuit dubitatum, quod poſſit inſtitutus in feudo eſſe hæres particularis, ſed fuit judicatum, Comitem fuiſſe univerſaliter inſtitutum, cujus contrarium fuit ſupra fundatum, & ſic Pars adverſa neque in hoc articulo DD. habet pro ſe, nec ſententias, nam omnes DD. in contrarium allegati loquuntur in aliis caſibus, immò quando loquuntur in caſu noſtro, pro nobis faciunt, & è contra DD. pro noſtra opinione adducti in terminis tenent, feudatarium inſtitutum in re certa non teneri ad onera, ex Bald. Alvar. Jac. Jaſ. Curt. & aliis per eos allegatis, ſed quamvis eorum doctrina fundaretur in opinione Jaſ. de Belvi. *in d. c.* 1. *an agnat.* ut ipſi
aiunt, † qui loquitur ſecundùm eorum interpretatio- 26
nem in feudo ex pacto, & providentia, admiſſa pro nunc eorum opinione, quod loquatur in feudo ex pacto, cùm contrarium teneant DD. enumerati per Conſ. de Georg. *in d. alleg.* 20. *n.* 6. *&* Fab. de Ann. *in add. ad alleg* 126. *ejus patris, & in conſ.* 4. *n,* 44. Franc. de Amic. *ubi ſup. n.* 10. attamen loquitur in feudo ex pacto novo, prout in terminis tenuit pro abſoluto
† idem Fab. de Ann. *in d. conſ.* 4. *n.* 43. quod feudum ex 27
pacto novum feudo hæreditario æquiparatur reſpectu onerum teſtatoris, qui feudum acquiſivit. ut per Andr. *in cap.* 1. *de alien. feud. patern. n.* 10. & fundat idem Ann. *in d. conſ.* 4. *n.* 41. & ſic ſive dicamus, loqui de feudo ex pacto novo, ſive hæreditario, eadem erit ſententia. Verùm prædicti DD. rei veritate non fundantur in dicta opinione Jacob. de Belviſ. ſed ſecundùm terminos juris communis, juxta text. *in d. l. quoties*,

quoties, cum aliis concordantibus, *de hæred. inſtitu.*
28 per ipſum Jacobum de Belviſo,* & aliis adductis;
quotieſcunque enim particularis proviſio in jure
feudorum non reperitur, tunc recurrendum eſt ad
jus commune, Andr. de Iſern. *in c. 2. n.6. quo tempore
miles, & in c. 1. de ſen. cogn.* Bald. *in l. cùm oportet, in
fin. princip. Cod. de bon. quæ liber. Piſtor. lib. 2. quæſt.
34. num. 4.*

Apparet itaque veriſſima hæc opinio, quod hæ-
res in certis feudis, & ſic particularis non teneatur
ad onera, non quidem hoc reſpectu creditorum, qui
habent feudum obligatum, quia etiam hæres in re
certa allodiali ratione rei poſſeſſæ erit creditoribus
habentibus eam obligatam obnoxius, cùm actio hy-
29 * pothecaria detur adverſus quemlibet poſſeſſorem,
l. debitor, cum ibi notatis, *& l. parum, ff. de pigno. &
hypot.* & ideò in prioribus ſcriptis dixit, quod opi-
nio, quòd teneatur ad onera, poſſet intelligi reſpe-
ctu creditorum habentium feudum obligatum, &
videtur hoc ſentire idem de Franch. *in d. deciſ. 1. n.
25. & de Pont. tit. 6. §. 3. n. 21.* dum dicunt, quòd eſſet
facere feudum hæreditarium feudum ex pacto, &
mutare ejus naturam, cùm in feudo ex pacto onus
non poſſit aliquod imponi, verum ceſſat in hoc caſu
argumentum, nam aut loquuntur de onere jam per
teſtatorem, vel alium anteceſſorem impoſito, & feu-
dum erit obligatum reſpectu eorum, licet habebit
feudatarius actionem contra hæredem univerſalem,
aut de legatis, & aliis oneribus per defunctum reli-
ctis, & hoc caſu, ſi ipſemet teſtator, juxta terminos
d. l. quoties inſtituendo aliquem in re particulari, ab
onere eum eximit, non erit obligatus hæres præ-
ter voluntatem teſtatoris, & ſic ceſſat argumentum
mutationis naturæ feudi.

Dixi & ſecundò, quod quando de prædictis po-
tuiſſet aliquo modo dubitari (quod quidem nullo
modo admitto) ceſſat tamen in caſu noſtro omnis
ſcrupulus ex libera facultate diſponendi Comiti per
Invictiſſimum Regem Noſtrum conceſſa, ſiquidem
ſi certum eſt in jure, hæredem in re certa alio uni-
verſaliter inſtituto non teneri ad onera in rebus allo-
dialibus, certiſſimum etiam eſt, quod feudum hære-
† ditarium quando in diſpoſitione adeſt Domini aſ-
30 ſenſus, habetur ac ſi eſſet res allodialis, prout ultra
adductos hoc fundat Frecc. *de ſubfeud. li. 3. in 33. dif-
ferent. inter feud. ex pacto, & hæred.* Regens Rovitus
in conſ. 35. n. 5. & unicum refugium, in quo pars ſe
maximè fundabat, quòd feudum de per ſe ſit univer-
ſitas facti, & juris, & proindè hæres in feudo erit
univerſalis in ipſo feudo, jam ex ſuperius conſidera-
tis fuit ſublatum, ex quo ultra alias reſponſiones di-
xi, quod poteſt dari quid univerſum, in quo quia ſit
hæres particularis, & ſic ad ejus commodum erit
particularis, ut in dote, & legitima ſupra fundavi-
mus, remanet ergo undique firmata concluſio, quod
Comes junior ex Regia diſpenſatione inſtitutus in
certis particularibus feudis, non tenetur ad alia
onera, præter ei per teſtatorem impoſita.

Nullius conſiderationis etiam omnibus videbitur
reſponſio ad aliam conjecturam, quæ ex Menoc.
præſumpt. 20. nu. 2. lib. 4. & conſil. 483. n. 5. deſum-
31 pta fuit, quòd quando inſtitutio rei particularis eſt
poſita inter alia legata, & ipſa particularis inſtitutio
dici debet, quæ loco legati habetur, dum reſpondit,
quod *Menoch.* loquitur, quando inſtitutio fuit fa-
cta inter alia legata, & hæc noſtra eſt inter parti-
culares inſtitutiones, & ſic non eſt adaptabilis. Ve-
* rum ſi de inſtitutione particulari alio dato hærede
32 univerſali idem judicatur quod de legato, cùm lega-
tarii loco habeatur ſaltem quoad hoc, ut ad onera
teneatur, prout habetur ex præcitatis DD. & præ-
ſertim Guliel. de Bened. *in verba. eodem teſtamento re-*

linquens, il primo, ex nu. 257. non eſt eadem, immò
major ratio in inſtitutione poſita inter alias parti-
culares, ſicuti inter legata, ad illud autem, quod
dicit, quod in principio fuit inſtitutus Comes univer-
ſalis, jam ſupra habuit ſuam reſponſionem, quod in
certis feudis fuit univerſalitas reſtricta.

Verùm quia ex aliis etiam conſiderationibus hæc
denegata contributio convincitur, quæ longè, latè,
que per meum Collegam fuerunt ponderata, & ideò
de eis in prioribus meis ſcriptis verba non feci, bre-
viter tamen hodiè adverſarii reſponſiones refellendo
diſcutiam.

Primò ergo conſideratum fuit illud magnum onus
duc. 175. mil. à teſtatore Comiti injunctum, ex
quo clara reſultat juris præſumptio,* teſtatorem no- 33
luiſſe alio onere præter expreſſum illum gravare, ad
text. *in l. navis onuſta, §. 1. Digeſt. ad l. Rhodiam, de
jact.* Franch. *dec. 87. n. 5.* & optimè fundatur ad tex.
in l. Titia cum teſtamento, §. qui in vita, ff. de legat. 2.
quem ad hoc allegat Gratian. *diſcept. forenſ. c. 816. n.
23. to. 5.* nam teſtator minus præſumitur gravare hæ-
redem, quam fieri poteſt, Borgn. *deciſ. 5. n. 37. par. 3.*
Menoch. *de præſ. lib. 4. præſumpt. 10. n. 25. & præſ. 66.
n. 4. & 26. præſumpt. 106. n. 18. præſumpt. 132. nu. 2 &
præſumpt. 250. n. 8. eod. lib.* Azeved. *conſ. 5. n. 34. & ſeq.
Marta in voto 241. ſub n. 14* quod tantò magis pro-
cedere debet, quando gravamen eſſet magnum, quia
Comes eſſet in plus gravatus, quam inſtitutus, com-
putato enim onere duc. 175. mil. omnia feuda eidem
relicta non aſcendunt ad valorem prædictum, ve-
rùm quia Comes teſtator hoc conſiderans, voluit
pro eis non debere ſolvere, niſi ann. duc. 7500. ad
rationem quatuor pro centenario, computando in-
troitus pro duc. 9500. annuis ſecundum computum
teſtatoris remanſiſſent ann. duc. 2000. ad beneficium
Comitis junioris, quamvis hodiè nec ad prædictos
annuos duc. 7500. aſcendant, quod ſi præter ann. duc.
contribuere deberet oneribus, nihil penes ipſum re-
maneret, & ſic eſſet in plus gravatus, quam honora-
tus * quod fieri non poteſt, ad text. *in l. ſi cui & gene- 34
raliter, §. ſi quis alienam. ff. de fideicom. libertatibus, l.
Imperator, §. ſi centum, ff. de leg. 2.* Gregor. Lopez *in
l. 3. n. 9. gloſ. 5. par. 6.*

Secundò hoc idem probatur, quia in eo ipſo, quod
Comes certum onus in prædictis feudis Comiti ju-
niori impoſuit, videtur declaraſſe, quod noluit pro
aliis teneri, prout in terminis in caſu ſimili habetur
ex text. *in l. 2. C. de jur. immun.* ubi qui promiſit cer-
ta onera ſolvere, † videtur declarare, quæ pro reli-
quis teneri minimè voluit, ad quod etiam ſunt vi- 35
dendi Bart. *in conſ. 59. n. 3 & 4.* Soc. *conſ. 74. n. 7. vol.
1.* Neviann. *conſ. 66. n. 24. & 52.* Abb. *conſ. 94 n. 1.*
Cravett. *conſ. 111. n. 10.* qui ex prædictis juribus hoc
axioma extendunt ad nullos caſus ſimiles, ſi etiam
Surd. *conſ. 234. vol. 2. n. 18.* dicit, quod hoc tanto for-
tius procedit reſpectu bonorum feudalium, † quia 36
cùm vaſalli ſint pro eis obligati Domino ad ſervien-
dum, non debent pro eiſdem duplici onere gravari.
Iſern. *in tit. quæ ſint regalia, verſ. & plauſtrorum*, cum
aliis per ipſum allegatis, & quod ex magnitudine
oneris, & ex qualitate portionis, in qua fuit hæ-
res inſtitutus, declaretur voluntas teſtatoris circa 37.
contributionem, probat in terminis text. *in l.
Titius hæres 40. ff. de leg. 3.* ubi etiam Bart. & alii,
ubi quamvis uni ex hæredibus ſit relictum grava-
men, tamen ex magnitudine oneris colligitur, te-
ſtatoris voluntatem fuiſſe, omnes teneri ad contri-
butionem pro portionibus hæreditariis, ſecundum
ratas eis relictas, latè Borgn. *deciſ. 28. n. 29. & ſeq.
part. 4.* quoniam diviſio hæreditaria fit per quotas,
non per res ſingulares, *Marta voto 242. n. 6.* ea ra-
tione, ne hæres ultra vires gravetur, hoc etiam debet
procedere in caſu contrario, quando uni ex hæredi-
bus

38 bus tam grave onus eſt injunctum, ut alio onere gravari noluerit teſtator, quæ declaratio dicitur intellectiva teſtamenti, non autem extenſiva, ut per Mant. *de conject. ultim. volunt. lib. 6. tit. 14. numero* 20.

Ceſſat etiam partis limitatio, teſtatorem non præſumi voluiſſe hæredem duplici onere gravari reſpectu ejuſdem perſonæ, ſecus ad beneficium diverſarum perſonarum,
39 * ex Jaſ. *in l. licèt Imperator, ſub n.* 21. *ff. de leg.* 1 & aliis, loquuntur enim in caſu particulari, quoniam legatum ab inſtituto relictum cenſeatur à ſubſtituto repetitum, tunc enim benè procedit, ut reſpecto ejuſdem legatarii unicum tantùm dicatur legatum, ne duplici onere gravaretur, ſed hæc potius poſſent retorqueri, ratio enim, quare reſpectu ejuſdem perſonæ non intelliguntur duo legata, eſt, ne hæres duplici onere gravaretur, Marta *dicto voto* 242. *n.* 14. ergo quotieſcunque poteſt teſtatoris diſpoſitio interpretari, ne hæres duplici onere gravetur, debet intelligi unicum onus appoſitum.

40 Illud autem quod aſſumit de majori dilectione teſtatoris in perſonam Donnæ Florentiæ, quam hæredem inſtituit univerſalem, quàm in perſonam Comitis Simeonis: ex hac prætenſa contributione dependet, ſi enim teneretur Comes ad contributionem omnium onerum hæreditariorum ultra duc. 175. mil. in quibus particulariter gravatur, & D. Florentia nullum onus præter univerſalia haberet, abſque dubio major dilectio conſiderari poſſet erga D. Florentiam, quàm in Comitem, ſi autem è converſo judicatur, major dilectio erit Comitis, qui ejus perſonam, dignitatem, decorem, titulum, & honorem familiæ tanquam ipſius Caput repræſentat.

Et quidem quis ſani capitis aſſerere poſſet, prudentiſſimum teſtatorem in graviſſimis negotiis hujus Regni Dominorum Proregum juſſu verſatum, qui familiæ ſuæ tantopere proſpexit omnes amplectendo, immenſis facultatibus, ac honoribus honeſtatus, vellet ictu oculi facultates, honorem familiæ, titulum, & omnia per ipſum tot laboribus quæſita, in alienam familiam transferre: quomodo enim modernus Comes poſſet honorem tituli, & familiæ ſuſtentare, ſi nihil ei remaneret ex opulenta patrui hæreditate? hinc feuda vendi, titulum extingui, & omnia in perditionem proficiſci, certiſſimum eſt, contra intentionem teſtatoris, qui tantum familiam ſuam dilexit, & particulariter ipſum Comitem Simeonem primogenitum de domo Vaaz, cùm ſit filius primogenitus Odoardi Vaaz, teſtatoris primogeniti fratris, quæ dilectio ſatis cognoſcitur, dum in teſtamento eum primò nominavit, eidem majora feuda reliquit, unà cum titulo, & honore Comitatus, eum matrimonio copulavit cum D. Mayora Vaaz quondam D. Annæ ejus uxoris dilectiſſimæ ſororis, hodie primogenitæ, dictæ autem D. Florentia eſt ſecundogenita. Inſuper eidem Comiti in vita annuos duc. 2100. pro dotibus, & antefato aſſignavit, ex matrimonio prædicto jam in vita teſtatoris plures erant maſculi ſuſcepti, in beneficium ejuſdem Simeonis majoratum inſtituit duc. decem mille, eidem majorem partem beneficii Montis voluit conferri, quæ quidem etſi maximam dilectionem teſtatoris demonſtrent, tamen illos hodie Comes non uti fruitur, cum penes ipſum uſque hodie nihil aliud pervenerit, niſi feuda, in quibus cum hæredem inſtituit, & cum onere annuorum duc. 7500. prout benè ſciebat teſtator, & proinde ſi in contributionem aliorum onerum Comes hodie veniret, tota teſtatoris diſpoſitio deſtrueretur, cùm nullo modo poſſent feuda retineri, nec honor, decus, & majoratus conſervari, nec mirum, cur Donnam Florentiam hæredem inſtituit univerſalem. Si quidem jam ſciebat teſtator, remanere hæreditatem tam onere alieno, & legatis gravatam ut magnopere dubitavit, quod hæreditas non ſufficeret, & ideò ex fructibus Montis ſuppleri voluit aliis legatariis: Inſuper & in nonnullis oneribus voluit, pro medietate Montem teneri, & pro alia medietate ipſam D. Florentiam, & Comitem nunquam in aliis oneribus nominavit, nec ideò erit aliis oneribus ob-
noxius, * ex diſpoſitione *text. in l. ſi hæredes* 127. *ff. de* 41
leg. 1. nam loquitur de hæredibus univerſalibus, non reſpectu hæredis, cui particulare onus eſt injunctum, legata enim cenſentur relicta ab univerſo, non à particulari hærede, ſive legatario, *l. legatum*, *l. qui ſervus*, *§. Margaritam*, *ff. de leg.* 1. *Peregr. conſ.* 61.
n. 5. *vol.* 3. † Onera enim non ſunt multiplicanda, 42
Surd. *in tractat. de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 55. *n.* 4 Bertrand. *conſ.* 463. *vol.* 4. optimè Riminald. *conſ.* 602. *n.* 112. ubi tenet, quod ſi filii filiorum ſint invicem ſubſtituti, & gravati, aliis filiis filiorum reſtituere, non cenſentur inter ſe quoque gravati, nam eſſent duplici onere obnoxii, quod non eſt permittendum, Bart. *in l. interdum*, *§. quoties ff. de public.* Crav. *conſ.* 32. *n.* 4. idem Rimin. *conſ.* 241. *in fin.* & hæc con-
jectura eſt tantæ potentiæ, * ut ceſſare faciat alias 43
conjecturas, per quas oneris multiplicatio argue-
retur, * una enim conjectura aliam deſtruit, *l. divus*, 44
ff. de in integr. reſtit. l. non ſolum, *ff. de ritu nupt.* immò alias conjecturas etiam ſimul junctas tollit, Rimin. *d. conſ.* 602. *n.* 117. *in fin. & conſ.* 658. *n.* 12. dicit, ini-
quum eſſe, ut quis duplici onere gravetur, & hæc 45
conjectura ex qualitate oneris eſt potentior conjectura affectionis perſonarum, Mantica *de conject. lib.* 12. *tit.* 17. *n.* 34.

Tertia conſideratio, quæ ex teſtamento reſultat, eſt illa, dum teſtator voluit, quòd deficientibus effectibus hæreditariis, pro integra legatorum ſatisfactione ſuppleatur ex fructibus Montis, deficientiam per æs, & libram dividendo, ex quo dicitur
primò, * quod noluit, de rebus feudalibus ſatisfieri, 46
ex quo in generali diſpoſitione non veniunt, *c.* 1. *de Capit. qui Cur. vend. cap. in generali*, *ſi de feud. fuerit controv.* cum ibi notatis, *Anna in alleg.* 118. *n.* 1. *& ſing.* 477. Secundò, quia ſi de feudis eſſet ſupplendum, ſupervacanea eſſet diſpoſitio, cùm ad Montem nullo modo eſſet recurrendum, ſtante quod legata excedunt valorem feudorum.

Quibus dupliciter adverſarius reſpondet, † & pri-
mò fundare intendit ex Schrad *par.* 7. *cap.* 2 *tom.* 1. 47
n. 59. *&* 64. Roſenthal. *tom* 1 *cap.* 9. *membr* 2. *concl.* 13. *ſub n.* 59. *& aliis*, appellat one bonorum ratione particulari non repugnante venire bona feudalia, & ad ſecundam reſpondet, quod quamvis hodie ſufficiat hæreditas, includendo bona feudalia, attamen fieri poteſt, quod ex aliquo caſu, aut debitorum deterioratione hæreditas diminueretur, & tunc ad Montem eſſet recurrendum.

Utraque tamen reſponſio refellitur, & quod attinet ad primam, ſub verbis quantumvis generalibus ex propria ſignificatione bona feudalia non comprehenduntur, prout optimè fundat Capyc. *in Inveſtit. verbo feuda bonorum appellatione*, Bald. Andr. *& alii in capit. in generali ſi de feud. defunct. milit.* quod admittunt idem Schrader. *in d. par.* 7. *cap.* 2. *ſub n.* 58. *tom.* 1. & Roſenth. *in d. cap.* 9. *membr.* 9. *quæſt.* 13. limitant tamen DD. regulam prædictam in eo caſu, quando univerſa ratio aſſignari non poteſt, cur non debeat feuda etiam comprehendere, maxima autem dignoſcitur in hoc caſu diverſitatis ratio, nedum quia in illis certum hæredem inſtituit, verum quia ex fructibus voluit, ſolvi duc. 700. & quingentum annuos, & ex aliis duc. 2000. erexit majoratum in beneficium Comitis, & erit quarta conſideratio, immò ex hoc vana reddi-

tur hæc diſputatio, dum Comes ſenior erexit majoratum annuorum duc. 10000. computatis duobus mille ex remanentibus fructibus feudorum, ipſi Comiti relictorum, ut in alia *Conſultatione* ex verbis teſtamenti ſub *n.* 39. fundavimus.

Debet ergò Comes habere duc. 2000. in circa ex fructibus feudorum, deductis oneribus, ſed admiſſa pro nunc contributione, & per hoc ſublatis Comiti dictis ducatis duobus mille, non ne quod ſibi ex eis deficit, ſuppleri ex fructibus montis debet? juxta teſtatoris diſpoſitionem, qui voluit, ut quod deficeret, ex fructibus Montis ſuppleatur, & ſic proce-
48 † dit regula quod quem de evictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio, ad *text. in l. vendicantem, de evict.* cum concordantibus, habet ergo Comes intentionem fundatam ſuper iſtis annuis ducatis duobus mille, ultra alios ducatos 7500. Monti ſolvendos, non ex conjecturis, aut præſumptionibus, ſed ex clara, & aperta teſtatoris diſpoſitione, demptis autem prædictis ducatis novem mille, & quingentum ex fructibus feudorum, nulla poteſt cadere contributio, cùm in tantum eos æſtimavit teſtator, & hodiè neque aſcendunt ad ducatos ſeptem mille, ſtante penuria temporis, & ob varias anguiſtas, quas his temporibus poſt mortem teſta-
49 toris totum Regnum paſſum fuit, * quæ voluntas expreſſa facit ceſſare omnem aliam conjecturam pro legis interpretatione, *l. cum ex filio, §* 1. *& l. quid plures, in princ. ff. de vulg. & pupill.* & omittere cer-
50 titudinem, † & capere conjecturas eſt imbecillitas intellectus, ut dixit Bald. *in l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. oblig.* & alios refert *Mantic. de conject. ult. volunt. lib.* 12. *tit.* 17. *n.* 3. & quæ major declaratio voluntatis teſtatoris, quàm inſtituendo majoratum in beneficium ipſius Comitis, & ſuorum hæredum in perpetuum ex iſtis ducatis duobus mille, ex fructibus feudi remanentibus, deductis oneribus, declarando, quod hæc eſt ſua intentio, ut eos habeat Comes Simeon, clarum eſt autem, quod de eis contribuendo, non poterit illos ullo modo habere; Ceſſat etiam ex prędictis ſecunda reſponſio, quia ſæpe de facultatibus ſuis plus ſperant homines, *§. prævaluiſſe, Inſtit. quib. ex cauſ. manum. non licet*, neque teſtator loquitur de tempore futuro, ſed de tempore præſenti, per illa verba, *mancando effetti hereditarii*, quæ demonſtrant tempus præſens, & propterea intellectus à parte datus, eſt nedum divinativus, ſed contra verba, & mentem teſtatoris.

Huic clariſſimæ, & apertæ teſtatoris voluntati pars multis modis, & totis viribus conatur reſpondere, quæ tamen reſponſiones facili negotio diluuntur. Prima reſponſio, quòd nullum poteſt cadere fideicommiſſum in iſtis ducatis 2000. cùm ſint feudales, nullius erit conſiderationis, non enim de corpore feudi teſtator diſpoſuit, ſed de fructibus, * de
51 quibus potùit liberè diſponere, quando non transfertur jus illos percipiendi in tertium propria authoritate, ſed hæredem gravat, ut in propriis terminis latiſſimè probat *Regens Rovit. in prag.* 4. *de feud. n.* 46. *uſque ad fin.* ubi ſententiam arbitralem doctiſſimorum virorum refert in cauſa illorum de Grimaldo. Nec etiam obſtabit, quod cùm ipſe Comes ſit hæres in dictis feudis, ex cujus fructibus deberet percipere ducatos 2000. legatum eſſet inutile, vul-
52 * gata regula, quòd ab hærede ſibi ipſi legari non poteſt, *l. legatum eſt, §. hæredi, l. planè, §. ſi duobus*, cum aliis concordantibus, *ff. de leg.* 1. quia hoc procedit, quando legatum eſſet hæredi penitus inutile, quotieſcunque autem aliquid poſſet operari, tunc legatum erit validum, habebitque hæres retentionem, & ideo quotieſcunque adeſſet fideicommiſſum, ita ut hæres reſtituere teneretur hæreditatem, poſſet retinere legatum, ut habetur latè; ex Peregr. *de fideic. art.* 8. *n.* 20. *& Vinc. Fuſario de fideicom. quæſt.* 652. *nu.* 9. qui alios citant, quamvis enim legatum non valeat ad effectum agendi, quia actio, & paſſio non poſſunt ſtare in eodem ſubjecto, *l. Uranius, ff. de fidejuſſ.* cum concordantibus, tamen ſemper valet ad effectum retinendi, *l. hujuſmodi* 86. *§. ſi Titio*, ubi Paul. de Caſtr. *ff. de leg.* 1. *& idem* Paul. *in l. legatum* 129. *§.* 1. *eod. tit.*

Inſuper teſtator cum iſtis ducatis 2000. & aliis uſque ad ſummam duc. decem mille inſtituit majoratum, nedum ad beneficium Comitis, verùm etiam primogenitorum de familia in perpetuum, majoratus enim aliud non eſt, niſi quoddam legatum, ſeu prælegatum factum primo ſucceſſori, ita ut illo mortuo deferatur ſucceſſoribus primogenitis de familia teſtatoris, in quibus abſque reſtitutione do- 53
minium, & poſſeſſio tranſit de uno in alium, ut per Molin. *de primog.* Hiſpan. *lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 16. Grat. *diſcept. forenſ. tom.* 4. *cap.* 771. *n.* 24. *Didac. Salon de pace in quæſt. civil.* 2. *nu.* 71. *& ſeq.* & ſic teſtator in prædictis anno. duc. decem mille, in quibus ſunt incluſi ann. duc. 2000. ex remanentibus fructibus feudi fecit fideicommiſſum, eo enim ipſo, quod teſtator primogeniturum, ſive majoratum conſtituit, † fideicommiſſum dicitur conſtituiſſe Maſcard. 54
de probat. concluſ. 774. *nu.* 6. Molin. *de Hiſpan. primogen. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 7. *Garſia de expenſis cap.* 16. *ſub n.* 3. *verſ. quod ut pateat*, latiſſimè Caſtill. *lib.* 3. *controverſ. jur. cap.* 19. *n.* 167. qui dicit, quod habetur, ac ſi unicuique ex deſcendentibus vocatis fuiſſet ſpecificè facta donatio, ſubſtitutio, aut vocatio Fuſar. *de fideic. q.* 277. *n.* 70. & quod plus fuit factum fideicommiſſum perpetuum in beneficium deſcendentium, ipſius Comitis, quod probatur ex illis verbis, *Et queſto in perpetuo ſucceſſivamente vincolati*, * illa enim verba *in perpetuum*, denotant perpetui- 55
tatem fideicommiſſi, Dec. *conſ.* 23. *&* 5.6. *n.* 16. Minſyng. qui alios citat *obſer.* 24. *centur.* 6. Sfort. Odd. *conſ.* 65. *n.* 7. Rimin. jun. *conſ.* 187. *lib.* 2. *Reg. Rovit. conſ.* 41. *n.* 2. Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 688. *n.* 19. & eo ipſo, quod teſtator majoratum erexit, perpetuum dicitur, Azeved. *tit.* 7. *lib.* 5. *n.* 6. *in rub.* Salon 56
de pace conſ. 2. *n.* 75. *&* 76. *& conſ.* 44. *n.* 11. *Didacus Salon in quæſt. civil.* 1. *n.* 23. *& quæſt. civil.* 1. *n.* 2. *& quæſt.* 2. *n.* 68. & Caſtill. *controv. jur. tom.* 2. *cap.* 7. *n.* 15. *& cap.* 22. *n.* 5. nam majoratus vadunt in infinitum de gradu in gradum, *idem* Azeved. *in l.* 12. *tit.* 8. *lib.* 5. *n.* 1. & dicitur ſucceſſio perpetua, *Reg.* Valenz. nunc digniſſimus Epiſcopus Salmanticenſis *conſ.* 113. *n.* 65. *vol.* 2.

Et paulò ante idem teſtator in legato duc. 58000. facto Benedicto, & Donnæ Gratiæ Vaaz conjugibus, expreſsè dixit, *& dopoi vadino al detto mio herede il Preſidende Vaaz, & D. Mayora ſua moglie, & loro figli maggiori, & loro majoraſchi in perpetuum ſucceſſivamente, che però vinculo li detti duc.* 58000. *in perpetuum di capitale con li loro frutti, & intereſſe* quanquam prædicti duc. 58000. non ſint incluſi in majoratu, ut infra dicemus, voluit etiam in eodem capitulo, quod emptiones faciendæ ex effectibus perventuris ex Comitibus de Lemos, ex quibus debet majoratus perfici, fierent cum conſenſu Exequutorum, & ſic etiam omnes aliæ exemptiones faciendæ, & demum mandavit, tam dicto Domino Præſidenti Simeoni, quam Donnæ Mayoræ ejus uxori, ut approbare, & acceptare debuiſſent diſpoſitionem prædictam pœna excluſionis etiam eorum filiorum, & deſcendentium; Per quæ verba quis dubitare poterit, quod ſit inductum fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum, reſpectu primogenitorum deſcendentium ex dicto Domino Præſidente Simeone moderno Comite in perpetuum duraturum? ut habetur latiſſimè ex Peregrin. *art.* 30. *per totum*,

Digitized by Google

57 *terum*, † deſcendentes enim dicuntur uſque ad
infinitum, maximè quando adjecta ſunt illa verba,
in perpetuum, vel *infinitum*. *Mantic. de conject. ult.
vol. lib.*8. *tit.*18. *num.*13.

His tanquam veriſſimis ſuppoſitis, ad quid ſuper-
vatanea illa diſputatio, quod majoratus intelligitur
conſtitutus cum qualitate hæreditaria, quomodo
enim effectum ſortiri poſſet voluntas teſtatoris, ut
58 majoratus ad deſcendentes* in perpetuum Comitis
progrediatur, ſi unuſquiſque ut hæres teneretur ha-
bere ratum factum defuncti, *l. cum à matre*, *Cod. de
rei vendic.* & propterea ad debita nedum hæredita-
ria Comitis, ſed ipſorummet in majoratu pro tem-
pore ſuccedentium teneretur, contra expreſſa verba,
& mentem teſtatoris, & neſcio, ad quem finem
magnum fecit pars adverſa apparatum ſuper illis
verbis, *Et perche la mia intentione è, che il mio he-
rede è ſucceſſore in detti feudi, che godera il mio ma-
joraſco*, quaſi quòd ex illis verbis adſit in majoratu
qualitas hæreditaria, ut ſaltem in eo in ſubſidium
ſit recurrendum, ſed quàm vana ſit adverſarij con-
ſideratio, facilè apparebit.

Et primò ex eiſdemmet verbis, non enim vocavit
hæredem, & ſucceſſorem in majoram, ſed voluit,
quod in eo ſuccedat ejus hæres, & ſucceſſor in feu-
dis, & ſic verbum, *hæres*, non ad majoratum, ſed
ad feuda refertur, voluit enim in majoratu ſuccede-
re Comitem Simeonem, quem hęredem in feudis prę-
dictis inſtituerat, & propterea dicit, *Il mio herede,
& ſucceſſore in detti feudi, che goderà il mio majo-*
59 *raſco*, quod probatur* nedum ex verbis teſtamenti,
verùm quia majoratus non deferuntur titulo hære-
ditario, quis in eis ſuccedirur, quamvis non ſit hæres,
ut contra opinionem *Oldradi*, & *Alberici* probat
Molin. in c. 8. *l.*1. *n.*2. repugnat enim qualitas hære-
ditaria majoratui, niſi verbum, *hæres*, intelligatur,
prout conciliat contrarias opiniones idem *Molin.
in loco* citato, *n.* 10. quod primus in majoratu ſuc-
60 cedat jure hæreditario majoratus* inſtitutori, quam
diſtinctionem diffusè probat omnibus contrariis re-
ſpondendo Caſtill. *quotid. controv.* l. *c.* 19. *nu.* 100.
cum ſeq. p. 3. & de convenientia inter fideicommiſ-
ſum, & majoratum *Baltazar Gilmon. de la Motta in
add. ad Molin. de primog. c.* 1. *n.* 8. *lib.* 1. cæteri ve-
61 rò erunt ſucceſſores ejuſdem* primi inſtitutoris, quod
62 tamen neque procederet in caſu noſtro,* cùm lo-
cum ſibi prædicta vendicarent reſpectu majoratus
conſtituti ex univerſa hæreditate. Secus verò ſi ex
quota, ſeu ex certa re majoratus inſtitutus ſit, ut ex
Bart. & aliis probat Molin. *d. nu.*10. & ſit illud ver-
bum, *hæres*, fuit prolatum cauſa demonſtrationis,
quis in majoratu ſuccedere debuiſſet, non verò, ut
in majoratu qualitatem hæreditariam conſtitueret,
qood tantò magis procedit, quia deſcendentes Co-
mitis vocavit in infinitum, abſque qualitate hæredi-
taria, nec alia admittitur interpretatio, niſi enim fi-
deicommiſſum, ſeu majoratus induceretur, teſtato-
toris voluntas effectum ſortiri non poſſet, inducitur
63 autem fideicommiſſum, † quando alias diſponentis
voluntas ſortiri minimè potuiſſet, *l. Titia Seio*, *§.
Seia libertis ff. de legat.* 2. *l. peculium §. interdum*,
ff. de pecul. Fuſar. de fideicomm. q. 699. *num.* 13.

Quibus addi poteſt, quod quamvis reſpectu ma-
joratus verbum, *hæres*, eſſet appoſitum, quod non
eſt, attamen quia in aliis locis loquutus fuit de de-
ſcendentibus Comitis, ſequitur veriſſima concluſio,
64 quod quotieſcunq;* in aliqua parte teſtamenti diſpo-
nens de hæredibus, in alia parte teſtamenti ſe refert
ad liberos, ſive deſcendentibus, tali caſu verbum, *hæ-
redibus*, impropriatur, & accipitur pro *liberis*, ita
poſt Bart. *in conſil.* 52. & Soccin. *in conſil* 249. *nu.* 15.
*& conſ.*57. *n.*5. *vol* 5. tenuit Peregr. *de fideicomm. art.*
32. *n.*41. *in* 3. *limit. Vincent. Fuſar. de fideicom. quæſt.*
688. *nu* 7. & 8. ſic etiam quando teſtator dixiſſet, de
hærede in hæredem, tunc intelligeretur de deſcen-
dente in deſcendentem, ut probat idem Peregr. *in
loco* citato, *num.* 42. *limitat.* 5. & ſic clariſſime con-
ſtat majoratum, ſive fideicommiſſum fuiſſe conſti-
tutum ad beneficium deſcendentium, abſque quali-
tate hæreditaria, & proinde non poſſunt prædicti
annui duc. duo mille in contributionem venire.

Sed quod magis eſt, & ipſamet Pars negare non
poteſt, quod ex hac inſtitutione majoratus, quam-
vis nulla, quamvis invalida, ut eadem Pars ſe ſom-
niare potuit, tamen apparet de certa teſtatoris vo-
luntate, voluiſſe hos ducatos duos mille ad Comi-
tem venire in cauſam dicti majoratus, & dum cer-
tum eſt,* quod in materia contributionis attenditur 65
voluntas teſtatoris, ut habetur ex Franch. *in dec.* 1.
& aliis, ergo omnis diſputatio tollitur, quod non
poſſint in contributionem venire.

Diximus etiam in prioribus ſcriptis, quod cùm
aliæ quantitates, ex quibus majoratus conſtituitur,
non poſſint in contributionem venire, cùm non
ſint titulo univerſali relictæ, ita etiam nec præ-
dicti annui duc. 2000. reſtantes † ex fructibus 66
feudi, una enim & eadem res non poteſt diverſo
jure cenſeri *lib.* 1. tum ibi notatis per *Paul. de Caſtr.
l. eum, qui ædes ff. de uſucap.* niſi diverſa ratio hoc
ſuadeat, *Vinc. Fuſar. de fideicom. ſub quæſt.* 167.
num. 28.

Ad quod motivum effugiendum convolavit ad a-
liam reſponſionem, voluntati teſtatoris omnino re-
pugnantem, & propterea, nedum tenuit, omnem
quantitatem majoratus à teſtatore relictam in contri-
butum venire, ſed etiam ſub dubio reliquit ducatos
duos mille, & centum dotium, & anteſati proprios
Comitis, & Donnæ Mayoræ ejus uxoris, ea tantùm
ratione, quia prædicti duc. 2000. ex fructibus feudi
ſolvendi, habent qualitatem hæreditariam, & proin-
de eodem modo & totus majoratus, retorquendo
meum argumentum, prætendendo, quod cùm præ-
dicti duc. 2000. annui debeant in contributum ve-
nire; ſic etiam & alia, ex quibus majoratus fuit or-
dinatus, quibus tamen facillimè reſpondetur, &
primò, quia cùm ſupra ſit fundatum, majoratum
non fuiſſe conſtitutum cum qualitate hæreditaria,
cadit ædificium, ſecundò, quia dicere poteſt, quod
effectus Comitis de Lemos habeat noſter Comes ut
hæres univerſalis, cùm certum ſit, & à Patre non ne-
gatum, ipſum Comitem non eſſe hæredem univer-
ſalem in burgenſaticis, & effectus prædictos eſſe
burgenſaticos, eſt certiſſimum, legata autem non
venire in contributionem eſt regula ſatis trita, &
propterea, quomodo Comes poterit unquam pro
prædictis effectibus burgenſaticis, quando eos re-
cuperabit, venire in contributionem? ſimili modo
aſſerere, quod pro bonis propriis dotalibus, & ante-
fato debeat contribuere, ſatis erroneum eſſet, quam-
vis Pars videns argumentum fortiter ſtringere, quod
majoratus non poterat reſpectu certarum rerum
contribuere, pro aliis verò ſic voluit retorquere ar-
gumentum,* interim tamen in foveam, quam fecit 67
incidit, ſiquidem quando majoratus conſtituitur in
quota bonorum, vel re particulari, alio dato univer-
ſali hærede, tunc non tanquam hæres, ſed tanquam
legatarius ſuccedit, ut probat Molin. *de primogenit.
Hiſpan. lib.* 1. *cap.* 14. *n* 9. fallitur etiam in ſimili, quod
ex Molin. ex *cap.* 7. deducit de feudo ad majoratum, 68
ex quo *Molina* loquitur de feudo ex pacto, & pro-
videntia, ut *ibidem* declarat *nu.* 3. & ſic retorquetur
argumentum, quod ex feudo procedit.

Quod ad effugiendum tertio loco ad aliam re-
ſponſionem convolavit, & impropriando verba te-
ſtatoris voluit, quòd non ſtatim ſequuta teſtatoris
morte debeat habere majoratum, cum ſit expectan-
dum

Digitized by Google

dum tempus mortia Benedicti, & Donnæ Gratiæ Vaaz, cui fuerunt relicti duc. 58000. & pro eis annui duc. 4000. Verùm ax lectura teſtamanti contrarium appaset, poſtquam duc. 10000. majoratus debent conſtitui ex iſtis docatis 6000. ex fructibus feudorum, & aliie ducatie 6100. dotalibos, & pro aliie ducatis 5900. emendis ex effectibue recuperandis ax Comitibus de Lemos, ut clariſſimè in teſtamento habetur his verbis.

Li reſtanti docati cinquemilia, & novecento d'entrata, che mancano à compimento delli docati diecimilia, ſi vadino compenſando dalla partita, chi mi devmo li Signori Conti, & Conteſſa di Lemos.

Et ſic Pars ex teſtamento colligere non potuit, quod annoi duc. 10000. erant perficiendi poſt mortem Benedicti, & d. Gratiæ Vaaz ex ſumma annuorum duc. quatuor mille eiſdem relictorum pro capitali duc. 58000· in eis enim includitur legatum relictum per quond. Comitiſſam D. Annam, Comitis ſenioris uxorem ad beneficium dicti Benedicti, & Donnæ Gratiæ, & poſt ejus mortem ad beneficium Comitiſſæ Donnæ Mayoratæ, & ejue filiorum primogenitorum in perpetuum, & ſervata forma ejua diſpoſitionis, & ſic fuit alia penitus ſeparata diſpoſitio à majoratu, quod apparet ex lectura teſtamenti, atiam quia in eie fuit ſubſtituta D Mayora, ad majoratum non vocata, & expreſsè dixit, ex quibus erant ſupplendi annui duc. 10000. cadit ergo ex teſtamento Partie argumentum, quæ ex hoc ſolo fundare nixa fuit, quod majoratue atar poſt longi temporis ſpatium conſtituendus, † & ſatis nota eſt regula in
69 jure, quod legati, quæ in taſtamentis abſque die, vel conditione relicta ſunt, debentur ab adita hæreditate, *l. omnia 3 c. & & ibi gloſ. ff de leg.* a. legeti enim purè relicti dies cedit ex die mortis teſtatorie, *l. 5. ff. quando dies legat. cedat, gloſ. fin. in l. quæ ſub conditione, §. fin. de condit. & demonſtr. gloſ. 4. in l. pen. Cod. quando dies legat. cedat gloſ. in §. an ſervo, in verbo intelligitur, Inſtitut. de legat.*

Nec prædictie adverſantur verba aodiaillorum, dum ex eis introducere vult correctionem eorum quæ in teſtamento diſpoſita fuerunt reſpectu annuorum duc. quinque mille, & noningentum pro ſupplemento majoratus, in eis enim nihil aliud agere voluit, teſtator niſi computum facere ſuę hæreditatie, nec de prætenſa ademptiona, ſeu correctione in eis aliquam mentionem fecit majoratua, verba anim, quæ in Italico ſermona à Parte fuerunt tranſlata, ſunt iſta io propria Hiſpanica lingua, prout ſcripta fuerunt videlicet.

Mas ſiete mil, y quinientos ducados en fiſcalos que con los ſobredichos auchemil y quinientos ſon diez y ſiete mil aucados, de los quales quinze mil ducados de renta eſtan ſeñalados para el Monte, y los dos mil para el mi heredero Simon Vaaz, como tambien eſta declarado, de mas de los quales ſe han da añadir oros ducados mil y quinientos de renta, que vayan à beneficio de Dña Mayora Vaaz, y ſus hijos conforme la mandà della Condeſſa mi ſobrina, que eſte nel Cielo, y para la que faltan à complimento de diece mil ducados, que han da quedar à mi heredero el Sñor Preſidente Simon Vaaz y ſus hijos, y muger deſpues dela muerte de mi hermano Benito Vaaz, y de mi prima Dña Gratia Vaaz ſu muger, y eſte deſpues de ſus muertes, con los miſmos vinculos declarados en mi teſtamento.

Ex quibus verbis apparet, quod noluit mutare voluntatem, ſed ſe refert ad diſpoſita in teſtamento, per illa verba, *como tambien eſta declarado*, quæ verba in latino ſermone ſiount, *juxta illud quod declaratum ſive diſpoſitum fuit in teſtamento*, & clarius hoc dicitur ibi *con los miſmos vinculos declarados en mi teſtamento*, † & propterea omnia in codi- 70
cillis circa hoc caput dicta, debent referri ad ea, quæ teſtamento declarata fuerunt non ſecus ac ſi omnia in teſtamanto dicta expreſſa ſpecialiter fuiſſent, Alex. *conſil. 8. n. 8. & 9. lib 6.* per text. *in cap. Abbate, de verbo. ſignif. l. ſi teſtamentum, C. de inſtit. & ſubſtit. ſub condit. fact.* Surd. *conſilio 195. numero 30.* cum aliis per Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 937. numero trigeſimo, tom. 5.* hoc etiam colligitur ex illis verbis, *que han da quedar para el mi heredero el Señor Preſidento Simon Vaaz y ſus hijos, y muger*, nam in majoratu non fuit aliter vocata D. Mayora, fuit tamen vocata in annuis docatie quatuor mille poſt mortem Benedicti, & D. Gratiæ, item ex illis verbis, *conforme la manda della Condeſſa* quæ verba per teſtatorem fuerunt appoſita in diſpoſitione prædictorum annuorum ducatorum 4000. ultra majoratum, aliàs anim ſequeretur, quod in codicillis fuiſſet ademptum à legatis factie in teſtamento, in beneficium
71 Comitis, * quod in dubio non eſt præſumendum; *Mantica de conject. ult. vol. lib. 12. tit. 1. n. 2.* quæ enim adjiciontur, diminutionem non operantur, *l. 71.* 72
§. falſam, ff. de condit. & demonſtrat.

Colligitur etiam, ut optimè fuit ponderatum per meum Collegam hæc teſtatoris ad contributi excluſionem voluntas ex eiſdem codicillis, in illis verbis, *Item mas dexo à la dicha D. Florentia Vaaz todas las joyas que quedam en mi caſa y tota la guarda ropa, y plata, exceptuando lo que queda para la Cappilla, y la Dicha D. Florentia queda padrona dellas, Exceptuando lo que queda para ſupplir el Monte, y mas gaſtos.*

Voluit anim teſtator, D. Florentiam teneri, nedum ad omnia unera, verum ad ſupplendum id, quod Monti deficeret ex mobilibus, & margaritis & ex hoc duo colliguntur. Primum, quod illud, quod Monti deficit, D. Florentia ſupplere debet, Secundum, quod nedum debet ſupplere Montis defitientiam, verùm alia onera, per illa verba, *Y mas gaſtos* adverſue quæ non ſtringunt conſiderationes ex adverſo ponderatæ.

Et primò, dum ex aliis verbis teſtamenti, ubi mandavit teſtator, quod deficientibus pro legatis effectibus hæreditariis, ſuppleatur ex fructibus Montis, vult arguere, quod aut bona aderant, & non opus erat Montem ſupplere, quia de bonis hæreditariis ſolvenda erant legata, aut verò non aderant, & Mons ſuppleri non poterat ex effectibue, qui non aderant, & ex his ſupervacaneam in codicillis arguit teſtatoris diſpoſitionam. Verùm cum diſtinctione temporis omnia benè conſiderata apparebunt, voluit anim teſtator providera, primò Monti, ad hoc ut haberet tot annuos introitus, qui aſcenderent ad ſummam ab ipſo conſtitutam & caſu, quo aliquid deficeret, deberet Donna Florentia ſupplera ex mobilibus, & margaritis; Monte autem in eſſe producto, quod ex hæreditate pro ſolutione legatorum, & aliorum onerum deficeret, Montem ſupplera voluit, non ex corpore, ſed ex ejus fructibus.

Damum nullius conſiderationis erit pondaratio adverſarii, dum reſpondendo ad illa verba, *y mas gaſtos*, quaſi de ſumptibus, & non de oneribus ſenſiſſet teſtator, ſiquidem pro ſumptibue funeris, & Tabellarii jam per prius fecerat legatum particulare, & alii ſumptus non ſont in conſiderationa, juxta ponderata per *Franciſcum Porcellinum in tract. de inventar. qu. 5.* & proindè neceſſario ſunt verba illa intelligenda de oneribus, maximè ſtante Magnitudine mobilium, & margaritarum legatarum, & quando de teſtatorie voluntate conſtare poteſt, tunc verba improprientur, *l. ab omnibus, in princip. ff. de leg.*

a. ma-

1. magis enim mens teſtatoris, quàm verborum proprietas attenditur, Peregr. *de fideicomm. artic.* 11. *nu.*5.

Apparet ergo ex iſtis reſponſio ad omnia, quæ pro parte Duciſſæ fuerunt adverſua mea, & mei Collegæ ſcripta ponderata. Et propterea juſtitia Comitis remanet undique abſoluta.

Partes ad concordiam devenerunt.

OBSERVATIO IN CONSULT. X.

A R G U M E N T U M.

Hæres in uno feudo inſtitutus an teneatur contribuere in ſolutione debitorum hæredi inſtituto in aliis feudalibus, & allodialibus bonis? Viriliter *Reg. Latr.* militat pro hærede in feudo particulari, tanquam legatario ex conjecturata voluntate Teſtatoris adverſus hæredem univerſalem. Quid reſpectu creditorum. Contributio an ceſſet inter inſtitutos in patrimonio ſub diverſis Principatibus ſito. Debitor num valeat præjudicare creditoribus. Et quid reſpectu creditorum inter ſe.

S U M M A R I U M.

1 *Hæres inſtitutus in uno feudo an teneatur contribuere alij inſtituto hæredi in bonis feudalibus, & allodialibus?*

2 *Expenditur doctrina* Bart. in l. ſi certarum, ff. de milit. teſtam. pro inſtituto in feudo particulari.

3 *Arguitur ex conjecturata mente Teſtatoris exemptio hæredis particularis tanquam legatarij ab oneribus hæreditariis.*

4 *Quid reſpectu creditorum.*

5 *Contributio an ceſſet inter hæredes inſtitutos in patrimonio ſub diverſis Principatibus.*

6 *Cauſa indifferentia debiti contracti an attendatur.*

7 *In feudatario datur duplicitas patrimonij.*

8 *Qua conjectura oriatur ex diverſa ſituatione bonorum.*

9 *Conjecturæ qualiter eliciantur.*

1 POtiſſima quæſtio equidem acutiſſima hic loci diſceptatur, utrum ſi ex pluribus feudis in uno Feudatarius aliquem inſtituit hæredem, in cæteris verò feudis, & in allodialibus alium inſtituat, in hoc caſu inſtitutus in uno feudo teneatur contribuere in ſolutione onerum cum inſtituto in cæteris bonis feudalibus, & allodialibus?

2 Aſſumit quæſtionem * *Reg. Latr. in conſultat. præcedenti num.* 14. *& in præſenti conſult.* 10. *num.* 20. *& ſeqq. per tot.* recenſitus per *Card. de Luca de feud. diſc.* 1. *num.* 9. *& Latro ſuprà in conſult.*9. *num.* 14. adducit *Jaſ. in conſ.* 60. *lib.* 1. conſulentem in caſu, quo teſtator inſtituerat in medietate hæreditatis Margaritam ejus filiam, in cæteris verò ejus bonis inſtituerat locum pium, & tamen conſuluerit *Jaſ.* quod Margarita per prius inſtituta in medietate hæreditaria, eam deberet habere abſque onere ex conjecturata voluntate teſtatoris principaliter fundata in illis verbis: *Et in cæteris bonis &c.* quaſi quod illa cætera bona debeant intelligi abſque legatis, & inſtitutionibus primo loco factis, & deductis oneribus, & opinionem *Jaſ.* ſequitur *Boer. deciſ.* 145. *num.* 8. Et hæc opinio videtur fundata in doctrina *Bart. in l. ſi certarum, ff. de milit. teſtam.* volentis, quod per illa verba, *Et in cæteris bonis*, videatur velle eſſe hæredem univerſalem ſecundo loco inſtitutum, & primum hæredem particularem.

Opinionem hanc etiam procedere in feudis tradit *Latro numero* 16. Ità ut inſtitutus in feudo, non ut hæres univerſalis, ſed tanquam inſtitutus in re certa alio hærede univerſali inſtituto, quod non teneatur ad onera, tenuerunt poſt alios *Capyc. Joan. Thom. de Marin. & Marta voto* 242.

Idem confirmat *Latro* * in hac *conſult.* 10. *numero* 19. *&* 20. ibi: *In caſu autem, in quo aliquis ſuit inſtitutus in re particulari, quamvis in feudis alio univerſaliter inſtituto, præſumitur, teſtatorem voluiſſe hæredem particularem eſſe oneribus exemptum, cùm certum ſit in jure, hæredem particularem alio univerſaliter inſtituto ad onera non teneri.* Et proſequitur *num.* 23. ibi: *Nunc autem addo in individuo hoc idem tenuiſſe Jo. Vinc. de Anna alleg.* 50. *numer.* 20. *Ubi primogenita inſtituta in certa parte Status, & in reſiduo alia ſorore, quod primogenita taliter inſtituta habeatur loco legatarij, juxtà terminos l. quoties, C. de hæred. inſtit. & iterum hoc dixit alleg.* 69. *& in terminis Maroſcott. var. lib.* 2. *cap.* 96. *ubi conſtituendo regulam, quod ſuccedens in feudo hæreditario teneatur ad onera, limitat, quod non procedat, quando filius non ſuccedit in feudo non inſtitutus titulo univerſali, nec ab inteſtato, ſed tanquam inſtitutus in re certa.* Et tenacitèr ſuſtinet hanc opinionem *Latro numero* 23. ut hæres in feudalibus teneatur ad onera, quando ſit hæres inſtitutus in omnibus feudis, vel tanquam univerſalis inſtitutus, vel in feudis inſimul cum allodialibus, vel quando præter voluntatem teſtatoris ſuccedit in feudis. 3

Diſtinctione conciliari poſſe quæſtionem * exiſtimo, ut reſpectu creditorum ſuccedens in feudo hæreditario mixto poſſit conveniri, & teneatur ad debita, cùm ſucceſſor in feudo dicatur hæres univerſalis, & deferatur titulo univerſali, idque reſpectu creditorum, ſecùs reſpectu ipſorum hæredum. Quia ſolvens poterit repetere ab hærede univerſali ex præſumpta mente defuncti, qui cenſetur gravare hæredem univerſalem, *Amicangel. q. feud.* 2. *numero* 51. *Reg. Galeot. lib.* 2. *contr.* 22. & ſentit *Reg. Latr. in conſult.* 9. *num.*7. *& ſeqq.* 4

In ſpecie contributionis inter hæredes * Patrimonij feudalis, & allodialis, & an id procedat, ubi patrimonia ſunt poſita in diverſis Principatibus ediſſerit *Card. de Luca de feud. diſc.* 22. Series autem facti eſt. 5

M. Comeſtabilis Columna vir in Urbe magni nominis multa poſſidens Caſtra, & bona juriſdictionalia in Statu Eccleſiaſtico, pluraq; feuda in Regno Neapolitano, in omnibus dictis bonis Status Eccleſiaſtici inſtituit hæredem Cardinalem Hieronymum ejus filium ſecundogenitum. In feudis verò Regni inſtituit Principem Buterum primogenitum. Cui deindè abſque ſucceſſore decedenti ſucceſſit D. Marcus Antonius tertiogenitus laicus.

Undè cùm per teſtatoris majores quidam cenſus ducatorum 3150. pro ſorte ducatorum 70. m. ſuper dictis feudis in Regno exiſtentibus impoſitus eſſet benevole d. M. Comeſtabilis Marcus Antonius tertiogenitus petiit reſponſum pro veritate, an Cardinalis hæres in bonis Status

Eccleſia-

Eccleſiaſtici teneretur ſibi ad aliquam contributionem.

6 Plana videbatur reſolotio, † ut pro rata bonorum eſſe deberet contributio, quamvis ſuper una tantùm booorum ſpecie debitum eſſet impoſitum, maximè quia erat impoſitum ex cauſa indifferenti concernente obligationem perſonalem ipſius pro dotanda filia, etiam quod cenſus fuiſſet impoſitus ſuper feudis ad ſatiaſaciendum Apoſtolicis Conſtitutionibus ſuper forma creandi cenſus, ut *de Franch. deciſ.* 159. *numero* 8. *Cenc. de conſ. q.* 4t. *numero* 9.

7 Et licèt in Feudatario tanquam † milite detur duplicitas patrimonij paganici, & militaris, quorum diſtinctio datur, ità ut creditores unius patrimonij intuitu, vel occaſione contrahentes non concurrunt cum aliis alterius patrimooij, juxtà *text. in l. ſi certarum, ff. de milit. teſtam. Anna conſ.* 4. *numero* 9. Attamen ceſſat ratio intuitus particularis, cùm debitum ſit indiffetens.

Ac etiam quia ubi bona paganica, & militaria ſunt in eodem Regno, ut æqualis debeat eſſe contributio, nulla facta diſtinctione occaſionis, niſi agatur de onere intrinſeco, & reali, *Anna conſ.* 4.

Difficultas reſultabat ex patrimoniorum diverſitate in diverſis Regnis, & Priocipatibus exiſtentibus. Licèt enim ſituatio bonorum in diverſis Provinciis non conſtituat patrimoniorum diverſitatem, *leg. juriſperitus, §. cum oriundae, ff. de excuſ. tutor.* Quia hæreditas cujuſque hominis tanquam ficta ipſum defunctum repræſentans reputetur una, ità & hæredem maximè ad effectum æris alieni, cùm perſona debitoris non poſſit præjudicare creditoribus. Ubi præſertim ceſſat ratio particularis contemplationis per creditores habitæ in bonis unius, & non alterius patrimonij, ſeù unius, & non alterius negotiationis, *Salgad. in labyr. part.* 1. *cap.* 9. *numero* 48. Id percutit commodum creditorum, ſecùs quoad ipſos hæredes, ut latè *Bellon. de jur. accreſcend. cap.* 10. *quaſt.* 24.

8 Punctus conſiſtebat in eo, * quod etiam data regula contributionis, hæc limitetur ex contraria defuncti voluntate etiam conjecturali ex *Reg. Latr. & Reg. Galeot. controv.* 2t. & 28. *lib.* 2. Satis autem defuncti voluntas colligebatur ex modo diſponendi, dùm primogenito feudorum ſucceſſori, nihil de bonis Eccleſiaſtici Status relinquere voluit, ſed illod in patrimonio exiſtens quale quale ſit, & cum ſuis oneribus, ità ut voluerit hæc patrimonia omninò ſeparare, & pro diverſis habere.

9 Contributio ceſſet * ſi æs alienom ſit contractum occaſione unius patrimooij, & pro conſtituenda dote ex fideicommiſſo ex diſpoſitione *Auth. res qua, C. comm. de legat. Card. de Luc. de feud. diſc.* 89. *numeru* 2. Et *Salgad. ubi ſupr. numero* 20. agendo de poſſeſſore plurium Majoratuum contrahente debita ex legio, vel Principis licentia procedit cum eadem diſtinctione; Aut agitur de illis debitis, quæ in cauſam unius Majoratus contrahi contingat, & iſtius debeat eſſe damnom, ità ut ſi caſus præbeat pro his debitis diſtrahi Majoratum intret obligatio refectionis, *Cardin. de Luca d. diſcurſ.* 89. *numeru* 17.

ARGUMENTUM.

Contractus emptionis, & venditionis an, & quando requirat ſcripturam, & quid in feudis. Et an revocatio vigore *Conſtitutionis Conſtitutionem Divæ memoriæ* debeat fieri verbis expreſſis.

SUMMARIUM.

1 *Scriptura non eſt ſubſtantia contractus emptionis, & venditionis quamvis fuerit inter partes conventum fieri inſtrumentum.*

Contrarium, nu. 2.

Prima opinio verior contra Paul. de Caſtr. *numeru tertio.*

Intellige, dummodo non fuerit conventum, quod contractus aliter non valeat, nu 4.

Amplia, etiam ſi poſtquam fuerit de re, & pretio conventum, aliqua pacta non ſubſtantialia circa modum ſolutionis alterarentur, n. 5.

Item amplia, etiam in contractu emptionis, vel venditionis feudi, nedum de jure communi, ſed ex diſpoſitione Regiæ Pragmaticæ, *nu.*7.

6 Paul. de Caſtr. in l. contractus, C. de fid. inſtrum. *non procedit, ubi pars pretij etiam nomine arrhæ fuerit ſoluta.*

8 Pragmat. 10. de feudis *hodiè non eſt uſu recepta.*

9 *Promiſſio de vendendo non obligat promittentem, niſi ad intereſſe.*

10 *Revocatio vigore diſpoſitionis* Conſtitutionis Conſtitutionem Divæ memoriæ *num debeat fieri expreſſis verbis, vel ſufficiat tacitè, alteri feudum vendendo, vel obligando, & nu.*19.

*Et quid in Rege revocante, n.*16.

Et quid attenta Reg. Pragm. *n* 26.

11 Frecc. de ſubfeud. lib. 2. qu. 50. nu. 5. *confutatur, & nu.*20.

12 *Vendens feudum de jure communi abſque aſſenſu illud amittit.*

*Intellige, n.*13. & 15.

Limita, attenta diſpoſitione Conſtitutionis Conſtitutionem Divæ memoriæ, *n.*14.

17 *Emphyteuta Eccleſiæ canonem non ſolvens, cadit ipſo jure, Domino tamen volente, & expreſsè petente.*

18 *Argumentum de emphyteuſi ad feudum valet.*

21 *Contractus alienationis feudi, donec Dominus conſentiat, non dicitur nullus.*

22 *Venditio facta ſalvo aſſenſu, qui poſtea obtentus fuit, non retrotrahitur ad diem venditionis in præjudicium alterius.*

23 *Venditor feudi recipiendo pretium cogitur etiam actione perſonali ad tradendum poſſeſſionem, niſi revocaret beneficio* Conſtitotionis Conſtitutionem Divæ memoriæ.

24 Annæ in Conſtit. Conſtitutionem Divæ memoriæ n. 262. *declaratur.*

25 *Teſtimonio unius non creditur, quamvis ſit Epiſcopus.*

27 *Mandatum ad vendendum cenſetur revocatum per venditionem factam ab ipſo mandante.*

28 *Revocatio vigore* Conſtit. Conſtitutionem Divæ memoriæ *fieri non poteſt aſſenſu impetrato.*

Pro

Pro Horatio de Matthæi, contra D. Jo. Baptiſtam Glianos.

CONSULTATIO XI.

VEnditionis contractus † tanquam bonæ fidei de
1 ſui ſubſtantia ſcripturam non requirit, ſed ſolo
conſenſu, ſimulatque de re, & pretio eſt conventum,
perfectus dicitur, ut *Inſtit. in princ. de empt. & vend.*
& quando ſcriptura de neceſſitate non requiritur, ſi
partes convenerunt de re, & pretio, etiam quòd in
principio, medio, vel in fine dictum ſit, quod fiat
inſtrumentum, vel ſcriptura, illud intelligitur quoad
probandam venditionem, non quoad illam ſubſtan-
tiandam, quia jam ſuam habuit perfectionem, Dec.
conſ. 340. *& ibi Apoſtilla* multos congerit, *Cavalc.*
in deciſ. 13. *part.* 2. *num.* 28.

Et licèt *Paul. de Caſtr. in l. cum res, col.* 2. *Cod. de*
probat. & in l. qui is. ff. de verb. oblig. in l. contra-
ctus, C. de fid. inſtr. & in conſ. 241. *nu.* 2. *vol.* 1. *Simon*
de Prat. conſ. 6. *nu.* 18. *Dec. conſ.* 159. *nu.* 5. *& Decian.*
2 *conſil.* 36. *nu.* 5. *vol.* 2. * dicant contractum eſſe imper-
fectum & eſſe tractatum, & non venditionem, &
propterea eſſe locum pœnitentiæ, tamen magis
communis opinio eſt in contrarium, * ut tenet idem
3 Paul. de Caſtr. *in conſ.* 52. *col.* 2. *vol.* 2. Matth. Brun.
conſ. 131. *n.* 5. Decian. *conſ.* 64. *n.* 35. *vol.* 3. Vaſquez *de*
ſucceſſ. in 1. *par. lib.* 2. *§.* 11. *nu.* 13. & latiſſimè Franc.
Burſat. *in conſ.* 100. 1. *vol. num.* 28. qui omnibus con-
trariis reſpondet, * & amplius dicit, quod contractus
4 emptionis, & venditionis, licèt partes conveniant
de redigendo illum in ſcripturam (niſi partes ex-
preſsè conveniant, quod ille contractus non aliter
cenſeatur perfectus, niſi mediante ſcriptura vel in-
ſtrumento) ſemper enim validus ante ſcripturam
dicitur, & propterea non eſt locus pœnitentiæ, ad
quod adducit Salicet. magiſtraliter hoc dicentem
in authentico, ſed novo jure, verſ. ut eſt dictum, Cod.
ſi cert. pet. Bart. Cyn. Salicet. & communiter DD. *in*
l. contractus, C. de fid. inſtrument. Socin. ſenior conſ.
184. *vol.* 2. & de communi teſtatur Dec. *in d. conſil.*
340. & uti veriorem ſequitur Anchatan. *quæſt. fa-*
mil. 21. *part.* 1. & Gramm. *in conſ.* 107. & ſecundum
hanc opinionem judicavit Rota Roman. ut idem
Burſat. teſtatur *num.* 20. & quamplurimos adducit
Borgn. Cavalcan. *in deciſ.* 28. *nu.* 39. *cum ſeqq. in* 2.
part. & hanc opinionem Paul. de Caſtro communi-
ter reprobari dixit *Rota apud Put. deciſ.* 13. *lib.* 3. &
contra eum plures colligit *Doctores*, & deciſiones
Theſaur. dec. 197. ſubdens, ſic reprobata *Caſtrenſis*
opinione, & ejus ſequacium fuiſſe judicatum per
Senatum, ſic quoque ſæpe per Sacrum Conſilium
deciſum refert *Gizzarel. dec.* 72. & latè hanc opi-
nionem tuetur. *Alexand. Trentacinq. lib.* 3. *variar.*
reſol. tit. de emptio. & vendit. reſol. 14. cum aliis con-
geſtis per *Joan. Bapt. Hodierna in add. ad Surd. de-*
ciſ. 277. *nu.* 11. *cum ſeq.*

Imò etiam ſi poſtquam fuit de re, * & pretio con-
5 ventum aliqua pacta non ſubſtantialia, velut circa
modum ſolutionis alterarentur, dùm remanet firma
ſubſtantia, non ex hoc cenſetur contractus imper-
fectus, ſed quod partes voluerunt, pro illo addita-
mento tantum contractum reformare, vel mutare,
ut ex multis firmat idem *Burſat. d. conſ.* 300. *nu.* 20.
in fine, & propriè *n.* 21. *vol.* 1.

6 Hoc autem eo maximè procedit, quando pars
pretii fuit ſoluta, * vel nomine arrhæ, quia tunc etiam
attenta opinione *Paul. de Caſtro in d. l. contractus*
non eſt locus pœnitentiæ, nam tunc clarè apparet
de venditione, *gloſ. in l.* 2. *in verbo recuperare, C.*
quando liceat ab empt. diſced. & ibi Odoffred, & alii
Doctores. Anchar. d. quæſt. famil. 21. *nu.* 30. *part.* 1.

idem Borgn. d. deciſ. 27. *part.* 2. *num.* 44. & ſic etiam
res extra omnem dubitationem eſt, quando inſtru-
mentum fuit jam ſcriptum à Notario, ut eſt in caſu
noſtro, in quo jam minutæ apparent in actis, & per
venditorem ſtetit, quominus ſtipularentur, cùm ha-
beatur pro perfecto, & ſtipulato, in præjudicium
contradicentis, & ad favorem conſentientis, idem
Paul. de Caſtro in conſ. 52. *n.* 3. *vol.* 2. Roman. *conſ.*
84. *idem Cavalc. d. dec.* 37. *nu.* 45.

Quod nedum non reperitur correctum in emptione
feudi de jure communi feudorum, ſed in *Pragmatica*
20. *de feudis*, * in qua diſponitur, poſt impetratio- 7
nem aſſenſus deberi ſcripturas adhiberi per publicos
Notarios, aliàs habeatur pro non præſtito, & præ-
ſupponitur contractum eſſe validum, durante termi-
no trium menſium, in illis verbis, *ſancimus, & ſta-*
tuimus, ut contrahentes, & diſponentes ſuper feudis, ſu-
per quibus fuerunt impetrati aſſenſus infra tres menſes à
die impetrationis aſſenſuum, debeant contrahere, & diſ-
ponere per ſcripturas publicas Regiorum Notariorum, li-
cèt tamen quoad tempus trium menſium hæc *Prag-*
matica non ſervetur, ut dicit * *Regens Revitus in d.* 8
Pragmatica * imò dicit, contrarium fuiſſe judicatum
in Sacro Conſilio per *alleg. Ann.* 55. & idem dixit
de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſ. Reg. §. 5. *nu.* 30.
& de jure communi feudorum non adeſt tempus præ-
finitum, ut per *Paridem de Puteo de reintegr. feud. cap.*
quando conceduntur fol. 55. quod ſecus eſſet, ſi muta-
tio ſtatus adeſſet, veluti quod tempore diſpoſitionis
feudatarius eſſet de filiis deſperatus, nam tunc habe-
ret locum *Pragmatica*, ut declarat *de Ponte tit. de re-*
futat. feud. §. 5. *nu.* 19. *cum ſeq.*

Et ex his apparet, venditionem factam per Don
Joannem Baptiſtam Glianos Terræ Melpignani Ho-
ratio Matthæi, quamvis inſtrumentum non ſit ſti-
pulatum, eſſe validam, & proinde optimo jure pe-
tiiſſe, eum cogi, & compelli ad ſtipulationem cau-
telarum, eò maximè ſtante pretii perceptione.

Adverſus quæ duo opponuntur. Primò quidem,
venditionem non eſſe factam, Secundò & ſi facta
fuiſſet, revocatam fuiſſe.

Primum fundatur, quia dum non adſint ſtipulatæ
cautelæ, ſed tantum ſit tractata venditio, non po-
teſt dici contractus perfectus, ſed ad ſummum eſſe
promiſſionem de vendendo. † Quæ promiſſio de ven- 9
dendo nec obligat feudatarium ad intereſſe, ex diſpo-
ſitione *Conſtitutionis Conſtitutionem diva memoria*, in
qua eſt prohibita quælibet alienatio, & ſi ex promiſ-
ſione feudatarius obligaretur ad intereſſe non ſolve-
ret, cogeretur ad vendendum feudum abſque aſſen-
ſu, ut firmat Frecc. *de ſubfeud. in* 12. *limit. ad d. Con-*
ſtit. Diva memoria.

Secundum fundatur ex facto, quia cùm ante aſſen-
ſum impetratum feudum prædictum fuiſſet venditum
Ferdinando de Ventura, de facto fuit inducta revoca-
tio, ad quod poſſet adduci opinio ejuſdem Frecc. *in*
lib. 2. *de ſubfeud. qu.* 30 *n.* 5. ubi tenuit, quod quando
alteri idem feudum feudatarius vendit, vel generali-
ter obligat, * tacitè revocare intelligitur ſuam primam 10
diſpoſitionem, quæ nulla eſt, argumento *C. de donat.*
inter vir. & uxor. l. ſi maritus, & doctrinæ *Anna in d.*
Conſtit. Diva memor. nu. 268. *in fin.* ubi dicit, quod poteſt
fieri revocatio coram Notario, vel honeſta perſona.

Ad primum poteſt reſponderi, nunquam per Ho-
ratium Matthæi fuiſſe prætenſum, ſibi fuiſſe factum
pactum, vel promiſſionem de vendendo, ſed feu-
dum fuiſſe venditum, quod fieri potuiſſet ſupra fun-
datum eſt, verùm opinio *Frecc.* etiam in caſu pro-
miſſionis de vendendo non eſt * utique tuta, cùm 11
contra eum teneat *Afflict.* per ipſum citatum, & opi-
nionem *Afflict.* contra *Freccian.* acertimè defendit
Ceſar Urſil. ad deciſ. Afflict. 240 *num.* 18. ea potiſſi-
mum ratione, quia ex promiſſione de vendendo

non lædunt feudum, ſed tantùm oritur actio perſo-
nalis ad intereſſe, *l. ſterilis*, *§. ſi tibi feudum, verſ. ſed
ſi tibi fundum*, *ff. de action. emption. l. qui fundum*, *ff.
de contrahen. emption.* Angel. *conſ.* 184. *num. tertio*,
verſ. & illa verba, Jaſon *in l. bonæ fidei*, *nu.* 3. *verſ.
utilitas iſtius regniæ*, *ff. de eo, quod certo loco*, *& conſ.*
117. *nu.* 1. *lib.* 1. Roland. *conſ.* 69. *nu.* 19. Surd. *conſ.*
52. *nu.* 21. Gratian. *tom.* 5. *diſcept. c.* 887. *num.* 32. *&*
33. & venditionem eſſe factam hodiè non poteſt du-
bitari, cùm appareat etiam ex depoſitione ipſiuſmet
D. Joannis Baptiſtæ principalis.

Pro reſolutione ſecundæ oppoſitionis ſupponen-
12 dum eſt, *quod de jure communi feudorum vaſallus,
alienans feudum abſque aſſenſu, illud amittebat,
cap. 1. *de prohibit. feud. alienat. per Loth. & in l. Im-
perialem, de prohibit. feud. alienat. per* Feder. *gloſ. in
d. Conſtit. Diva memoria in verb. revocare*, cum con-
cordantibus.

Quod tamen non ita ſimpliciter intelligebatur,
ſed ſi ſequuta fuerit traditio, vel ſi non fieret revo-
13 catio incontinenti, † poterat enim vaſallus ante-
quam Dominus revocaret, incontinenti revocare,
ut per Iſern. *in cap.* 1. *nu.* 16. *&* 18. *ubi Lipar. de pro-
hib. feud. alien. per* Feder. ſicut de jure communi li-
citum eſt in quolibet actu nullo, *l. quemadmodum*,
C. de agric. & conſ. lib. 11. ad hoc ab Iſern. allegata,
refert Dominus de Georg. *in alleg.* 6. *n.* 37.

Supervenit poſtea *Conſtitutio*, & de novo indu-
xit, ut liceret contrahentibus jure proprio revoca-
re, etiam poſt traditionem, prout intelligit *ibi gloſ.*
14 Andr. *& alii DD.* * & declarat Camer. *in l. Imperia-
lem*, *fol.* 11. *&* 12. Verùm quia in *Conſtitutione* non
datur certa forma revocationis, ideò oritur diffi-
cultas, ſi revocatio debeat fieri verbis expreſſis, vel
ſufficiat tacita revocatio per alium actum, puta
venditionem, vel obligationem ejuſdem rei, juxta
tradita per *Frecc.* cùmque hoc non reperiatur ex-
preſſum de jure Regni, ideò recurrendum eſt ad jus
commune, & ſuppoſitis præmiſſis, quod vaſallus
alienans feudum, illud amittebat, hoc intelligitur
Domino volente, & petente, alias feudum non
amittebatur, ita dixit Bald. *in l. fi. C. de revoc. donat.* qui
allegat *gl. in l.* 2. *ff. ſi ager vectig. vel emphyt. per.* mo-
15 dò illa poteſtas revocandi, * quæ erat penes directum
Dominum, Rex Fredericus per *d. Conſtitutionem
Diva memoria* tranſtulit penes vaſallum alienantem,
cui remittendo caducitatis pœnam conceſſit, ut
poſſet jure proprio revocare, quod jure proprio in-
telligi debere jure Regis, dixit Frecc. *in lib.* 2. *de
ſubfeu. in declarat. d. Conſtit. Diva memoria, in quæſt.
an liceat emptori revocare*, *nu.* 15. *cum ſeq.*

Modò iſta revocatio, quæ debebat fieri per Re-
gem, declarari, & peti debebat verbis expreſſis,
non autem tacitis, ut dixit Jaſ. *in l. poſthumo, ff. de bo-
16 nor. poſſeſſ. cont. tabul. n.* 24. † exemplo illius, quod di-
citur, quod ſi emphyteuta Eccleſiæ canonem non
ſolvit, cadit ipſo jure, dicit verum eſſe Domino vo-
lente, & id expreſſè petente, per text. *in l.* 2. *ubi*
Bart. *& alii*, *C. de jur. emphyt.* & idem eſſe ait in em-
17 phyteuſi privati, allegat † *Salic.* hoc idem tenentem
in l. fin. Cod. de jur. emphyt. Joan. de Imol. *in cap. fin.
de præſcr.* Alex. *in conſ.* 106. *in* 4. *vol.* ſit in ſpecie no-
tat *gloſ. in l.* 2. *ff. ſi ager vectigal.* Caſſador. *dec.* 2. *tit.
locat.* Merlin. *deciſion. Lucenſ.* 60. Magon. *dec. Flo-
rent.* 76. Caroc. *dec.* 9. Theſſ. *jun. lib.* 2. *quæſt. foren. q.*
25. *n.* 7. cum aliis per Hodiern. *in addit. ad* Surd. *in
deciſ.* 29. *nu.* 1. & quod valeat argumentum de em-
phyteuſi ad feudum, ex pluribus tradit Alex. omni-
nò videndus *in d. conſ.* 106. *nu.* 6. *cum ſeq.* hoc idem
18 tenuit Bart. † *in d. l.* 2. *C. de jur. emph.* * qui dixit, quod
de voluntate Domini debet conſtare, ubi *Addentes*
notant, idem eſſe, & multo fortius in feudis, & alle-
gant Corn. *conſ.* 253. *in* 1. *dub.* & ſic ex dictis prædi-
ctorum *Doctorum* concluditur, quod non ſufficit ta-
cita revocatio, ſed debet fieri verbis expreſſis.

Sed in caſu dictæ noſtræ *Conſtitutionis Diva me-
mor.* hoc idem tenuit Paris. *de redintegr. feud. in cap.
& juxta*, *n.* 10. *fol.* 27. quem refert, & ſequitur Lipa-
rul. ad Iſern. *in c.* 1. *de vaſal. qui contra conſtit. Loth.
in verbo Titius*, qui tradidit practicam revocatio-
nis debere fieri nedum verbis expreſſis, ſed adhibi-
tis teſtibus, & Notario, & quamvis pro nunc non
inſiſto, ſi debeat fieri per ſcripturam publicam, vel
per aliam ſcripturam, * veluti per libellum ex prædi- 19
ctis *Doctoribus* ſumitur, revocationem fieri debere
verbis expreſſis, & non tacitis; & ſic *Paris* tenuit,
quod revocatio, quando fit coram Notario, & teſti-
bus, debet fieri adhibita illa forma, quantò magis
debet procedere, quando revocatio non fit per actum
publicum.

Tamen articulus iſte in individuo fuit tractatus
per Afflict. *in dicta Conſtitut. Diva memoria*, *n.* 77.
ubi diſputavit articulum; ſi debet revocatio vigore
Conſtitutionis fieri verbis expreſſis, vel tacitis, &
concludit, quod debet fieri verbis expreſſis, quia
requiritur actus poſitivus revocationis.

Reliquum erit reſpondere *Frecc. & Ann.* qui poſ-
ſent in contrarium adduci. Et quidem opinio *Frecc.*
(ſalva pace tanti viri) mihi non videtur tuta, dum
dixit, † revocationem tacitam induci per venditio- 20
nem, vel obligationem ejuſdem rei. Primò, quia ta-
cita revocatio non ſufficit per ſupra dicta. Secundò,
quia prædicta opinio fundatur in aſſumpto per ip-
ſum poſito, ſupponendo, à principio venditionem
fuiſſe nullam, & propterea adducit text. *in l. ſi mari-
tus*, *Cod. de donation. inter vir. & uxor.* ubi ad lite-
ram deciditur, quod per obligationem, vel vendi-
tionem rei donatæ à marito uxori, inducitur ipſius
donationis revocatio, & traditur ratio per *gloſ.* Quia
actus à principio non tenuit, quod non poteſt ada-
ptari, quando venditio eſt facta reſervato aſſenſu
Regis, quia actus nullo modo poteſt dici nullus, ſed
eſſe in ſuſpenſo, quouſque Dominus conſenſerit,
vel diſſenſerit, in hoc enim noſtra *Conſtitutio* ali-
quid addidit juri communi feudorum, quia per *Con-
ſtitutionem* alienationes non ſunt ſimpliciter pro-
hibitæ, ſed niſi de ſpeciale Regia celſitudine confir-
mentur, † quo caſu non dicitur contractus nullus à 21
principio, quia contra legem, propter ſpem conſen-
ſus Domini, ſed potiùs præter legem, & propterea
differt, quando contractus à principio eſt nullus,
prout optimè declarat Camerar. *in d. l. Imperialem*,
fol. 87. *litt. M. Reg. Revit. in pragmat.* 1. *de fide memo-
rialium.*

Quod corroboratur ex illo verbo *Conſtitutionis*,
confirmentur, quia quod nullum fuit à principio,
tractu temporis non confirmatur, etiam amoto ob-
ſtaculo, ſecus ſi non erat nullus, ſed annullandus,
Tiraquell. *in l. ſi unquam. Codic. de. revoc. donation,
in verb. revertatur*, *num.* 414. donatio autem inter
maritum, & uxorem à principio eſt nulla, ut *in l.* 3.
§. ſciendum, *de don. int. vir. & uxo.* & ſic termini non
ſunt pares.

Sed opinio *Frecc.* poſſet eſſe vera, vel quando ſe-
cundo emptori fuit tradita poſſeſſio, juxta terminos 22
text. † *in l. quoties Codic. de rei vendic.* vel quando in ſe-
cundo contractu fuiſſet aſſenſus primò impetratus, ſe-
cundùm tradita per Franc. *in deciſione* 75. & latiùs *de-
ciſione* 86. & antè eum judicatum refert Afflict. *deciſ.*
186. *&* 179. prout ipſe idem *Frecc.* declarat, *in* 28.
limitation. ad dictam Conſtitut. Diva memoria, *in fin.*

Et ideo idem *Frecc.* tenuit, quod alienans feudum, 23
ſalvo aſſenſu, * & recipiendo pretium poteſt cogi ad
poſſeſſionem tradendam in actione perſonali, niſi ven-
ditor revocaret beneficio *Conſtitutionis*, & eſt propriè
caſus noſter, quia Jo. Baptiſta recepit pretium.

Nec

Nec obſtabit doctrina Annæ *in dicta Conſtitutione, numero 268. in fin.* ubi dicit, quod revocatio poteſt fieri coram Notario, vel coram honeſta perſona, quia non ex hoc tollitur, quod non debeat
34 fieri expreſſis verbis, † non aliter, quod ex aliquo actu reſultet tacita revocatio, & honeſtas perſonæ excludit omnem ſuſpicionem, ut dicit Menoch. *conſ. 214. numero 74.* quod tamen non putarem poſſe in-
35 telligi de uno teſte, † quia teſtimonio unius non creditur, etiam ſi eſſet Epiſcopus, *cap. placuit, 6. quaſt. ſecund.* maximè in præjudicium tertii, Bertrand, *conſ. 133. in 1. part. ſecund. volu. numero 9.* & ſic ad minus deberent eſſe duæ perſonæ honeſtæ, hoc eſt, omni exceptione majores, & cum quibus ſecundùm prædictam opinionem poſſet fieri revocatio verbis expreſſis. Quamvis per Regiam Pragmaticam Comitis de Lemos *de anno 1616. capit. 75. in Inſtructionibus Regiarum Provinciarum* fuerit ſublata hæc difficultas, dum revocatio permiſſa contrahentibus in Regno ante aſſenſum interpreta-
36 tionem ex *dicta Conſtitut. Conſtitutionem divæ memoriæ* hodie nihil prodit, niſi parti adverſæ intimetur, ut notat Montan. *in feud. in repetitione, §. Imperialem, n. 24.*

Sed hæc prætenſa revocatio tacita nullo modo poteſt conſiderari in caſu noſtro, nam venditio prætenditur facta Ferdinando de Ventura, quamvis ſit facta die 25. Septembris, non fuit facta ab ipſo Joanne Baptiſta principale, ſed à Tiburtio de Roſis, qui ſe aſſeruit procuratorem prædicti Joannis Baptiſtæ, per procurationem ſtipulatam die 26. Auguſti 1617. & poſt prædictam procuratoris prætenſam conſtitutionem die 9. Septembris ven-
37 didit ipſe Principalis, * quo caſu mandatum ad vendendum factum Procuratori cenſetur revocatum, Innocent, *in cap. petitio, de procur.* quamplurimos adducit Menoch. *praſ. 36. libro ſecund, numero 6.* quod etiam procedit in quolibet actu, ubi contraria demonſtratur voluntas, *l. c. §. & ego ff. quod juſſ.* & ſic actus geſtus per prætenſum procuratorem eſt nullus & ex illo non poteſt demonſtrari voluntas revocandi principalis, cùm procuratio fuerit facta ante venditionem.

Quæ quidem revocatio non poterit amplius
38 fieri, * ſtante aſſenſu jam impetrato, quod impetrari poſſe, lite pendente, fundat Lanar, *conſil. ſua 57. per totum.*

Ex quibus, ni fallor, remanet abſoluta juſtitia Horatii Matthæi, nedum in prohibitione facta per Judicem, quod non vendat, ſed etiam ut poſſit venditor cogi ad conficiendum cautelas.

Fuit datus terminus in cauſa, referente Regio Conſiliario doctiſſimo Joan. Baptiſta Meliore, non oblato mandato, & ideò D. Joannes Baptiſta de Gliones ſtipulatus fuit cautelas venditionis cum perſona nominata per Horatium de Matthai.

OBSERVATIO IN CONSULT. XI.

ARGUMENTUM.

Contractus emptionis, & venditionis de ſui ſubſtantia an requirat ſcripturam, ſi dictum ſit in principio, medio, & in fine inſtrumenti? Dubium hoc, an Partes voluerint habere contractum pro perfecto; an ad imperfectionem ſufficiat, vel imperfectionis ſit indicium, & pœnitere liceat, Quid ſi dictum ſit: *Eſſendo l'iſtromento ai mia ſodisfazione.* Vel *con li patti, condizioni, cautela, e ſicurezza che ſaremo d'accordo*, præſertim inter formidoloſos. Reſervatio pactorum an reddant incertam pretii conſtitutionem. Rem elucidat *Rota Rom.* Cum aliis ad materiam revocationis contractus diſtractionis feudi antè aſſenſum, An debeat fieri in ſcriptis, vel intimari.

SUMMARIUM.

1 *Contractus emptionis & venditionis de ſui ſubſtantia an requirat ſcripturam?*
2 *Ante regitum inſtrumenti an liceat pœnitere?*
3 *Dubium ſuper voluntate Partium an impediat perfectionem.*
4 *Verba*, eſſendo l'iſtromento di mia ſodisfazione, *an reddant contractum imperfectum.*
5 *Quid inter formidoloſos.*
6 *Partes ſi conveniant ſecundum pacta, quibus poſteà concordabunt, ac cenſeantur in ſcriptis velle contrahere?*
7 *Expenditur caſus* in Rota Rom. *deciſus.*
9 *Conventio de ſcriptura conficienda an ſit indicium imperfectionis; Et de verbis*, con li patti, condizioni, cautela, e ſicurezza *qualiter intelligenda. Cum pacta ſint pars pretii.*
10 *Aſſenſus Regius impetratus poſt revocationem venditionis nequit confirmare venditionem. Secus poſt revocationem.*
11 *Revocatio qualiter fiat.*
12 *Revocatio quo tempore fiat, & an præſumatur præceſſiſſe aſſenſus?*
13 *Facultas revocandi an competat venditori, & emptori, & quæ differentia.*

Contractus emptionis, & venditionis de ſubſtantia an requirat ſcripturam, præſertim 1
ſi dictum ſit in principio, medio, & fine venditionis, quod fiat inſtrumentum? *Reg. Latro in præſenti conſult. 11.* firmiter probat contractum venditionis, & emptionis eſſe perfectum, & inſtrumentum, non poſtulari quoad ſubſtantiam, ſed ad probandam venditionem, poſt alios *Theſaur. deciſ. 197. Gizzarell. dec. 72. Hodiern. ad Surd. deciſ. 277. num. 18.*

Cæterum poteſt emptor * à contractu recedere 2
ante confectum inſtrumentum venditionis, ſi Partes in ſcriptis contrahere voluerunt, & inſtrumentum confici, non ad probationem ſimpliciter, ſed pro ſubſtantia contractus ad obligationem inducendam *textus* eſt *in l. contractus, C. de fid. inſtrum. §. 1. Inſtit. de empt. & vendit.* ubi concordantes refert *Pichard. num. 18. & 35. Rota dec. 898. nu. 7.* apud *Burate.*

In contractibus enim etiam nominatis locus eſt pœnitentiæ, quando imperfecti ſunt in ſubſtantia, ut *in d. l. contractus, & Bart. ibi in 1. lectur. Saryc. n. 2. Bich. dec. 638. n. 6.*

Satis eſt, quod conſtet de voluntate, vel quia Partes dixerunt. Vel ex conjecturis, *Pichard. ubi ſup. numero 33.* poſt alios *Bich. ubi ſup. numero 6. & ſeq.*

Imò ſufficit, quod dubium ſit, † an Partes an- 3
te confectionem inſtrumenti habuerint contractum pro perfecto. *Rota* apud *Seraph. dec. 854. numero 5. Gomeſ. de contract. c. 2. numero 23. Coſil.*

Stab. reſ. 47. n. 44. lib. 1. Nam ad perfectionem ſubſtantialem contractus voluntas dubia non ſufficit, ſed certa requiritur, *l. conſenſu, ff. de act. & o lig.*

4 Clara eſt voluntas emptoris, * vel venditoris, quod contractus non ſit perfectus ante rogitum inſtrumenti ex verbis, putà ſi dictum eſſet: *Eſſendo l'iſtromento di mia ſodisfazione, Bart. in l. ex parte numero 5. ff. de acqu. hered. Bald. in l. falſus numero 6. C. de furt. Reg. de Ponte conſ. 30. nu. 21. lib. 1.* adeò quod contractus ad ſatisfactionem emptoris ante inſtrumentum rogatum ſit imperfectus, ideòque noluerit priùs obligari, & interim pœnitere, *Pichard. ubi ſupr. num.* 10.

5 Idque contingere inter † formidoloſos, qui dubitant decipi, pulchrè advertit *Jo. Fab. in d. §. 1. Inſtit. de empt. & vendit. n. 2. & 3. Bich. ubi ſup. numero* 15.

6 Difficultas eſt, * ſi Partes conſentiant cum pactis, quæ poſteà concordabunt? Et *Bich. ubi ſup. n.* 17. videtur firmare, ut Partes ſimpliciter conſentiant cum dictis pactis circa accidentalia contractus, & recenſet *Rotam dec. 37. & 307. p. 4. tom. 2. rec.*

7 Sed *Rota* poſt *Mangil. de ſubhaſt. dec.* 20. * in Romana Palatii in una facti contingentia qua Dominus Fulvius de Ferrariis in quadam ſua apocha confecta 31. Decembris uſus infra ſcriptis verbis: *Dichiaro eſſer la verità, che nell'infraſcritto giorno, & in preſenza dell'Illuſtriſſimo Cardinal Burgheſe, ho venduto à Monſignor Vives il Palazzo Ferratino ſituato nella piazza della Santiſſima Trinità, che al preſente habita l'Illuſtriſſ. Sig. Cardinale Deti per prezzo de ſcudi 14500. di moneta, con li patti, condizioni, cautele, ò ſicurezza, che ſaremo d'accordo frà noi, e ſecondo ſi conterrà nell'iſtromento; & altri ſpacii, che ſopra ciò ſaranno neceſſarii, & utile, e che à ſuo tempo ſi conſideraranno.* Et rurſus ſub die 4. Aprilis ſubſequentis anni fecit aliam apocham per infra ſcripta verba: *E di più prometto, che Monſignor Vives ottenga grazia di poter aggregare ad un Monte ſino alla ſumma di ſcudi 11500. ò vero troverà modo di poter havere liberamente li ſcudi 7700 pro uſibus noſtris, in tal caſo Io così à nome proprio come Procuratore di miei fratelli prometto conſentire alla grazia, che eſſo Monſignor vuole per detta compra, & anco fare l'iſtromento con tutte le clauſole giuſte, e neceſſarie; e così prometto.*

8 Articulum in abſtracto ſumens *Rota*, an quando Partes concurrunt de ſcriptura facienda, perfectus dicatur contractus; Et pro negativa ſint *Gemet. var. to. 2. c. 2. n.* 17. & alii.

Pro affirmativa, quod contractus non ceſſet eſſe perfectus, niſi Partes dixerint *Dec. conſil. 340. num. 3. Burſat. conſ.* 101. *n.* 19. & alii.

9 Saltem negari non poſſit, quia conventio de facienda ſcriptura ſit inditium imperfectionis contractus, & propterea junctis aliis verbis: *Con li patti, condizioni, cautele, e ſicurezza*, Domini de Rota fuerint in voto, quod contractus omninò eſſet habendus pro imperfecto. Quia Partes potuerunt facere nova pacta, quæ ſunt pars pretii venditionis, *Bald. conſ. 486. numero 3. lib.* 1. Alex. *conſ. 18. lib.* 1.

Sequitur, quod conſtitutio pretii diceretur imperfecta, ità *Rota d. dec.* 20. poſt *Mangil.* niſi reſervatio pactorum conferatur in arbitrium tertii, *Dec. conſ.* 648.

10 Alienatio feudorum, * vel Regalium ſine aſſenſu facta ſuſtinetur ob ſpem futuri aſſenſus, & confirmatur per ſubſequutum aſſenſum, aliter ſi revocata fuerit venditio, quia actus nullus non poteſt confirmari, dùm non reperit ſubjectum confirmabile, *cap. inter dilectos de fid. inſtrum. Montan. in d. cap. Imperialem, num.* 154 *Roccus de offic. rubr. 19. n.* 19.

Aliter ſi quis revocationem factam revocaverit, nam ſi aſſenſus tunc impetretur, contractus firmus, & inconcuſſus remanet. Ratio diſparitatis eſt, nam ſecundo caſu ob revocationem revocationis confirmatur primus contractus, ideò aſſenſus opitulatur, dùm contractum confirmabilem reperit. At in primo caſu contractus per revocationem remanet nullus, ideò aſſenſus non habet, ubi figat pedes, & nullum producit effectum, ità deciſum per Regiam Cameram teſtatur *Urſill. ad Afflict. dec. 335. de Ponte dec. 6. numero 2. in fin. & numero 4. Roccus ubi ſupr. numero* 100.

11 Revocatio debet fieri in ſcriptis, * & non voce ad evitandum fraudes, & ut Rex ſit certus de vaſſallo, *Theodor. alleg. 96. num. 21. Roccus ubi ſupr. num.* 00.

Requiritur etiam, ut revocatio Parti notificetur, aliàs inanis redditur, *Revit. in pragm. 11. de offic. Judic. cap. 75. num.* 245. Qui hoc peculiare affirmat in ſpecie revocationis officii, & aliorum Regalium, & à die ratificationis ratificatio ſumit vires, *Montan. de Regal. in prælud. n.* 46.

12 Exigitur quoque, * ut fiat revocatio, antequam aſſenſus fuerit impetratus, & ſufficit obtentus fuerit per verbum *fiat* in forma, *Roccus ubi ſup. n.* 27.

Quinimò in caſu, quo aſſenſus eodem die eſt expeditus, & revocatio confecta, præſumitur aſſenſus præceſſiſſe, niſi revocans doceret de hora, & anterioritate, *de Franc. dec. 646. Roccus ubi ſupr. num.* 29.

In caſu, quo Regi fuerit oblata ſupplicatio, & ille providendo reſpondit committendo negotium Proregi, qui attentis rationibus, de expreſſis provideret, ut ſibi viſum fuerit, tunc non eſt ampliùs revocationi locus, & res non eſt integra, *Roccus ubi ſupr. n.* 28.

13 Facultas revocandi nedùm * competit venditori, verùm etiam emptori, eorumque hæredibus, & contractus irritatus ex tunc, cum hac differentia, nam ſi venditor revocat, ille tenetur reſtituere rem cum fructibus, & emptor pretium cum intereſſe; Aliter res ſe habet, ſi revocatio fiat ex parte emptoris, nam ſit compenſatio fructuum feudi cum intereſſe, ità judicatum per Sacrum Conſilium refert *Reg. Tapia dec. S. C. 8. numero* 00. & ità centies reſolutum refert *R. de Marin.* quem cum aliis laudat *Roccus ubi ſuprà numero* 75.

ARGUMENTUM.

De probatione nobilitatis, & ex quibus actibus probetur, & num eodem tempore poſſit quis eſſe nobilis, & plebeius, & exercere officia nobilium, & plebeiorum, & quæ dicantur incompatibilia, & inter ſe repugnantia.

SUMMARIUM.

1 *Civitas Capuana antiquiſſima eſt.*

2 *Civitas Capuana Civitates, & Caſtella poſſidet quorum officia inter nobilitatem, & plebem alternatis vicibus dividuntur.*

3 *Particulares*

3 *Particulares in ſedilibus hujus Civitatis Neap. non habent intereſſe ſinguli ut ſinguli, ſed ſinguli ut univerſi.*
4 *Privilegiis nobilitatum ſpatio decem annorum præſcribitur.*
5 *Strictè utens privilegio ſibi prajudicat.*
6 *Privilegium ex uſu & conſuetudine interpretatur.*
7 *Nobilitatus à Principe verè nobilis non eſt.*
8 *Privilegio per contrarium actum renunciatur.*
9 *Exercere officia popularia prajudicat nobilitati.*
10 *Acceptans unum efficium ſibi prajudicat in connexis illi.*
11 *Conſuetudo Civitatis in exercendis efficiis reſpectu nobilitatis attenditur.*
12 *Exercens officia popularia popularis judicatur, & nu. 22.*
13 *Exercens officia Magiſtratus plebeii amittit privilegium nobilitatis.*
Amplia, quamvis ſit præſentatus, & inter numerum Nobilium deſcriptus, n. 25.
Amplia, ubi non eſſet nobilitas perfecta, & in eſſe deducta, n. 14.
15 *Doctor legens per 20. annos efficitur Comes.*
16 Bart. in l. Alexandrinis, Cod. de decur. lib. 10. *declaratur.*
17 *Nobiles beneficia pœnarum popularium non retinent.*
18 *Privilegium plebeiatus per nobilitatem non admittitur, ubi non repugnat, nec eſt incompatibile cum nobilitate.*
19 *Nobilitas cum plebeiatu eſt incompatibilis.*
20 *Duplici officio nunquid aliquis fungi poſſit, & numero 21.*
23 *Jus nobilitatis eſt quid individuum.*
24 *Incompatibilitas oritur, ubi exercitium officiorum popularium nobilitati repugnet.*
26 *Conſilium Civitatis Capuæ Nobilium, & Civium fuit à Comite Ripacurſia Regni Prorege fundatum.*
27 *Privilegium habet in ſe clauſulam,* ſi preces veritate nitantur.
28 *Privilegium ſubreptitium nullum debet reputari,*
29 *Poſſeſſio ex actu nullo nulla dicitur.*
30 *Nobilitas arguitur ex adſcriptione in Conſiliis inter Nobiles.*
31 *Nobilitas non præſumitur ex geſtis per nobiles, & ignobiles.*
32 *In una domo adeſſe nobiles, & plebeios non eſt inconveniens.*

Pro nobilitate Civitatis Capuæ contra illos de Thomaſio.

CONSULTATIO XII.

VIdetur prima fronte, cauſam hanc Thomaſiæ familiæ cum Nobilitate Capuæ eſſe ſatis favorabilem, & propterea debere Dominos Judicantes, in eorum favorem inclinare, cùm enim Sena oriundos, ac ex ordine Montis novi ſe aſſerant, benemeritus Aragonorum Regum oſtendant, ac literas accepiſſe Petrum de Thomaſio, quem parentem vocant, à Duce Calabriæ Alphonſo Aragoneo, ut ipſum, ejuſdemque deſcendentes in cives reciperent, ac in cœtu Nobilium allicerent, præſumunt poſtea actos poſſeſſivos nobilitatis in Petri deſcendentibus, & ex hoc nullam habere difficultatem judicant, Sed rectè intuenti cauſa hæc magni momenti
1 eſſe apparebit. Siquidem in Civitate Capuana Nobilium exiguus numerus fruitur, & Civitas ipſa, & ſi antiquiſſima, tamen temporis labe, in anguſtiorem formam redacta eſt, ideòque cùm prætenſores ſint in numero decem, & octò; omnes pauperes, ac pauperes conſanguineos, & affines habentes, ulloque nobilitatis ſplendore hodiè viventes, claram, ac ſatis antiquam nobilitatem turbarent, ut hodiè nonnullæ familiæ potiùs è patria migrare, in aliaſque Regiones ſe conferre malint, quàm videre propriam patriæ nobilitatem in nihilum redactam.

Quibus accedat & damnum ingens Nobilibus hodiè gaudentibus, cùm enim Civitas prædicta, & Civitates, & Caſtella poſſideat, in quibus Capitanei & Aſſeſſores creantur, aliſvè officia habeat, ex 2
quibus non modicam utilitatem ſolent habere, cùm alternatis vicibus inter nobiles, & populares officia dividantur, cui dubium erit, quin quantò in majori numero Nobiles erunt, tantò minus prædictis officiis, ac lucris gaudebunt, quæ omnia non ſunt in aliis Civitatibus, nec in Civitate Neapolis, & ideò fuit deciſum, Particulares in Sedilibus hujus Civitatis * non habere intereſſe ſingulos, ut ſingulos, verùm ſingulos, ut univerſos, ſed in Civitate Capuæ 3
ſecus eſt, cùm ex ſupradictis appareat, cuique intereſſe nobilium numerum minorem eſſe, per ea, quæ congeſta fuerunt per Vinc. de Franch. *dec. 2. in cauſa delli Villani.*

Duplex judicium fuit intentatum per Thomaſios, petitorium ſcilicèt, & poſſeſſorium, petitorium oritur ex literis ſcriptis in anno 1459. per Sereniſſ. Alphonſum Aragoneum Calabriæ Ducem, Capitaneo, ac Electis Civitatis Capuæ, ut Petrum de Thomaſio, & ejus deſcendentes, in cives prædictæ Civitatis accipiant, ac Nobiles in cœtu Nobilium reddant, quibus literis ſi Petrum uſum fuiſſe demonſtraretur, forſitan aliqua oriri poſſet difficultas, verùm quia nunquam tales literas fuiſſe Capitaneo, & Electis præſentatas, ac prædicto privilegio nobilitatis Petrum uſum fuiſſe probaverunt, poſſet dici privilegio prædicto eſſe præſcriptum, cùm prædictis privilegiis ſpatio * decem annorum præſcribi 4
habemus ex text. *in l.* 1. *ubi* Bart. *ff. de nundin.* ſecundùm diſtinctionem Abb. *in c. cùm acceſſiſſent, de conſt. n.* 6. Bart. Jaſ. *& alii, in l. beneficia. ff. de conſtit. princ.*

Sed dato (abſque veri præjudicio) literas fuiſſe præſentatas, adhuc etiam quod privilegium ſit amplum, ut poſſint gaudere tanquam cives, & tanquam nobiles, dum fuit demonſtratum, eos ſtrictè eſſe uſos, & tantùm plebeiorum officia exercuiſſe, non poſſunt ampliùs * ad privilegii latitudinem redire, 5
habens enim privilegium latum, ſi eo ſtrictè utatur, non poteſt ad latitudinem redire, ſibique præjudicant, Bald. *in l. uſum aqua, num. ſecundo & ibi* Alexand. *Codic. de aquad. lib.* 11. *Ruin. conſil. 39. num. 18. volum.* 1. & Decian. *conſ. 7. numero 7. volum.* 3. poſt
Alexand. † *conſ. 34. volum.* 4. quia privilegium ex uſu, 6
conſuetudine, & poſſeſſione interpretatur, Bart. *conſil. 59. num.* 6. Anton. de Butr. *in cap. diligenti. in fin. de præſcrip.* Socin. *in conſ. 63. volum. 3. numer.* 11. Franch. *in deciſione 22. numer. 5. & in deciſione 56. numero 6. &* 10. Lanar. *conſ. 33. num. 3. & Ann. in allegat.* 120. *numer.* 6. & ſic dum videmus, conſuetudinem, & poſſeſſionem interpretaſſe privilegium prædictum tantùm quoad caput civilitatis, non poſſunt ampliùs redire ad nobilitatem, & in propriis terminis dicit Gatz. *in tract. de nobil. & exempt. gloſ. 6. n. 4. verſ. ad 13. argum.* quod nobilitatus à principe verè nobilis non eſt, ſed ſicut Alchimia apparet nobilis * quamvis non ſit, & ideò & ſi privilegium ſit, 7
ampliſſimè conceptum, eſt tamen interpretandum ſecundùm actum, qui ſequitur, vel geritur.

Verùm prædicti Thomaſiæ familiæ in hoc caſu nedum uſi fuerunt privilegio prædicto, ſed per actum contrarium nobilitatis privilegio renunciaverunt, privilegio enim per actum contrarium renunciatur,

8 nunciatur ad text. *in l. 2. Cod. de jur. dom. impetr.*
Alex. *conſil.* 105. *n.* 1. *vol.* 2. Ant. de Butr. & Felin.
in cap. cum acceſſiſſent, de conſtitutionibus, nu. 29. *Ann.*
in alleg. 11. *num.* 15. *&* 16. Gutierr. *lib.* 1. *pract. quæſt. qu.*
137. *nu.* 8. & ſatis contrarios actus fecerunt, dum in
anno 1471. Coſma de Thomaſio Petri filius, & ſic in
primo acto, in qua Thomaſia gens reperitur in gu-
bernio Civitatis Capuæ, invenitur ſcriptus inter
populares poſt duos Notarios, & ſic fuit ſequutum
pluſ quam quinquaginta annos, poſt per omnes de-
ſcendentes à Petro, ac particulariter per Angelum
Antonium de Thomaſio actorum parentem.

Et quod exercere officia popularia ſit actus con-
9 trarius nobilitati, † adduco Bald. *in l. quod favore,*
n. 8. *C. de legibus*, ubi ait, quod qui ſe declarat inge-
nuum, facit actum contrarium, & incompatibilem
privilegio libertini, & ideò per declarationem inge-
nuitatis renunciat privilegio competenti, & annexo
libertino, quod corroboratur per ea, quæ dixit Fe-
lin. *in d. cap. cùm acceſſiſſent*, quod ratione connexi-
10 tatis acceptans unum officium, * ſibi præjudicat in
connexis illi officio.

Modò officia popularium ſunt annexa qualitati
11 populari * ſicuti officia nobilium ſunt annexa quali-
tati nobili, ſecundùm morem Univerſitatis, ubi ge-
runtur, declarat Bart. *in l.* 1. *Cod. dignit. lib.* 12. *nu.* 97.
& Garz. *in tract. de nobil. & exempt. gloſ.* 35. *n.* 2. ubi
etiam addit, quod ex his officiis conſtituitur diviſio
inter nobiles, & ignobiles, quam conſuetudinem
Civitatis in hac materia eſſe ſervandam, tradit Joan.
Arze ab Otalora *in tract. de nobilit. Hiſpan. in* 2. *part.*
princ. cap. 5. *num.* 16.

12 Ex qua connexitate ratione officiorum ſequitur
quod exercens officia popularium, popularis decla-
ratur, exercens autem officia loco nobilium, inter
nobiles debere reputari, tradit idemmet Bart. *in d.*
l. 1. *Cod. de dignit. nu.* 96. *lib.* 12. & ex deſcriptione
in matricula nobilium, vel ignobilium quem ple-
beium, vel nobilem reputari, latè *gloſ.* Bart. &
cæteri *in d. l.* 1. *&* Garz. *d. tract. gloſ.* 4. *n.* 14. &
in propriis terminis, quod exercere Magiſtratus of-
ficia loco plebeii ſit actus contrarius nobilitati tra-
dit idem Garz. ex mente Bart. *in d. tract. gloſ.* 6.
n. 64. *circa medium*, & quod per talem actum
amittatur privilegium nobilitatis nedum quoad per-
13 ſonam, * verùm quoad deſcendentes, idem Garz.
d. gloſ. nu. 41 *verſic.* 10. *in fin.* quod maximè pro-
cedit, quando non eſſet perfecta nobilitas cauſata,
14 † & in eſſe deducta, Joan. Arz. ab Otalora *in tract.*
de nobil. Hiſpan. *in* 2. *par.* 3. *par. princ. cap.* 9. *nu.*
7. *&* 15.

Sed prædictis adverſari videtur partis motivum,
reſultans ex literis prædictis, cùm præſupponat,
per dictas literas non ſolum licere deſcendentibus
Petri de Thomaſio gaudere officiis nobilium, verùm
etiam popularium.

Et quod hoc ſit jure permiſſum, adducent forſan
Bart. *in l.* Alex. *Cod. de decurion. lib.* 10. ubi habetur,
15 quod Doctor, † qui per viginti annos legit, efficitur
Comes, ut *in l.* 1. *C. de profeſſ. qui in Urb. Conſtanti-*
nopolitan. ſi tamen is antea erat popularis, & ut talis
admittebatur ad officia prædicta, non obſtante di-
gnitate acquiſita admittitur ad popularium officia.

Cui motivo poſſet primò reſponderi ex verbis ip-
ſarummet literarum, ſiquidem rectè eas intuenti ap-
parebit, nunquam Calabriæ Ducem tale privile-
gium Thomaſiis conceſſiſſe, literæ enim prædictæ
ſcriptæ Capitaneo, ac Electis Capuanæ Civitatis ſo-
lùm mandant, recipi in cives prædictæ Civitatis Pe-
trum de Thomaſio, & ejus deſcendentes, ac etiam
in cœtu nobilium, deinde quando ſubdit, *ut gaudere*
debeant omnibus privilegiis, immunitatibus, præro-
gativis, quibus gaudent tam cives, quam nobiles, hæc
verba non indicant, ut poſſit gaudere tanquam ci-
ves, & tanquam nobiles, niſi quoad privilegia, &
immunitates, ut ſi cives haberent aliquid plus in
privilegio, quam nobiles, Thomaſii illo gaudere
poſſent, & ſic ſi nobiles haberent aliquid plus po-
pularium, Thomaſii eo fruerentur, non tamen po-
teſt intelligi reſpectu eorundem officiorum, & ex
hoc apparebit reſponſio ad Bart. * *in d. l.* Alex. ubi 16
quod nobilis effectus poſſit officia popularium exer-
cere, ita intelligi debet quoad ea officia, quæ tan-
tùm popularibus competebant, & ad quæ nobiles
non erant vocati, ita prædictam Bart. doctrinam de-
clarant Alex. *conſ.* 32. *vol.* 5. ac Tiraq. *in tract. de*
nobil. c. 7. *n.* 48. reſpectu verò eorumdemmet officio-
rum eſt incompatibile, ut una, & eadem perſona no-
bilis, & plebeia reputetur.

Hinc habemus, quod ſi ex ſtatuto populares mi-
tiùs puniantur, nobiles verò acrius, tunc nobilis ex
privilegio non mitiùs, † ſed acrius debet puniri, tan- 17
quam nobilis, ut per Alex. *in addit. ad* Bart. *in l.* 3. *§.*
ſi emancipatus, n. 4. *ff. de bon. poſſ. con. tab.* citat Bald.
in l. 2. *C. de jur. Fiſc.* ſequitur Tiraq. *in d. tract. de no-*
bil. c. 6. *n.* 54. *in fin.* & ſic quia punitio eſt communis
popularibus, & nobilibus, pœnæ autem diverſæ;
nobilitatus beneficia popularium minimè retinet.

Secundò poteſt reſponderi, quod dicitur, plebeium
nobilem effectum plebeiatus privilegia non amit-
tere, debet intelligi, quando privilegium popularis
non repugnat, nec eſt incompatibile cum nobilita-
te, * veluti ſcholaris efficitur civis ex privilegio, ſi ha- 18
bet aliud privilegium priùs conceſſum, illud non
amittit per civilitatem acquiſitam, ut tradit Bart. *in*
d. l. 3. *§. ſi emancipatus, numero* 4. *Digeſtis de bonor.*
poſſ. contr. tab. & ibi Alexand. qui alios cumulat, ſed
hoc intelligitur, & declaratur, niſi primum privile-
gium repugnet, & eſſet incompatibile cum privi-
legio civilitatis, ut per Imol. & Angel. *in l. talem, §.*
1. *n.* 4. *de hæredit. inſtit.* Aretin. *in l. idem nu.* 16. *ff. de*
verbor. obligat. quod optimè declarat, quod ſi præ-
dictum privilegium repugnat, & eſt incompatibile
privilegio civilitatis, tunc primum privilegium per-
ditur per privilegium civilitatis.

Modò onus meum erit probare hanc incompati-
bilitatem ratione officii popularis, vel nobilis in
una, eademque perſona, quæ & ſi ſatis clara ex ſupra
ponderatis appareat, * tamen demonſtrabitur clariſ- 19
ſima, & primò ratione qualitatis, qualitas enim iſto-
rum officiorum eſt, ut officia nobilia exerceantur à
nobilibus, popularia verò à popularibus, & ſic fun-
dantur in ſubjecto nobilitatis, vel plebeiatus perſo-
narum, Joan. Arze *in d. tract. nobil.* Hiſpan. *in* 3. *part.*
3. *par. princ. cap.* 3. *poſt num.* 5. & ſic eſt, quod nobili-
tas cum plebeiatu eſt incompatibilis, ex doctrina
Bald. *in l. ſi Conſul. nu.* 3. *ff. de adopt.* & è contra, & fa-
cit text. *in l. ne quis, Cod. de dignit. lib.* 12. & latè Gu-
tierr. *lib.* 1. *pract. quæſt. q.* 137. *n.* 12.

Secundò hoc idem probatur ex doctrina Felin. *in*
cap. ex literis, n. 10. *verb. modò adverte, de probat.*
ubi facta priùs concluſione, quod quis extra judicium
poteſt duplici officio fungi, † limitat ſingulariter, niſi 20
ad unum officium requirerentur duo genera perſo-
narum, quia tunc perſona unius generis non poteſt
adeſſe tanquam de utroque adducit Ancharan. *in*
conſil. 422. *viſa puncta*, ubi in propriis terminis tra-
ctat de incompatibilitate officii.

Tertiò, ex Bart. doctrina *in l. fin. n.* 18. *ff. de colleg. il-*
lic. ubi dicit, quod non poteſt quis exercere tan-
quam de uno Collegio, & tanquam de alio, quan- 21
do exercitium impeditur per aliud impedimentum,
intelligit, ſi unum Collegium prohibeat, quem
eſſe de alio, & ita ad incompatibilitatem officii,
ſequitur Abb. *in d. ex literis, num.* 11. *de probat.*
quod impedimentum ſatis declaratur ex uſu Civi-
tatis,

Digitized by Google

tatis, in qua ſeparati ſunt nobiles à popolaribus.

Quartò, & ultimo hoc probatur, officia enim, ut 22 ſupra demonſtratum eſt, † ſunt effectus nobilitatis, ignobilitatis, ex doctrina Otaloræ ſuperius allegatæ *in d. tract. in 3. part. 3. par. princ. c. 3. n. 5.* quod jus 23 nobilitatis eſt quid individuum, * eiſque effectus ſcindi, aut dividi non poteſt, videtur enim juri, & rationi contrarium, quod eadem perſona reputaretur ut nobilis, *y fueſſe havido para tener officios de hidalgo, y para pechar fueſſe tenida por pechero*, & ſic quod qualitas eadem perſonæ, quæ ſui natura eſt individua, divideretur, contra juris, & philoſophiæ principia, hæc omnia ſunt propria, & punctualia verba pluries allegati Joan. Arze ab Otalora *in loco ſupra citato, verſ. præterea*, ac idem Otalora *in eodem tract. in ſecund. par. 3. par. princip. cap. 9, numero 20. & 23.* ſubdit hæc formalia verba, *quod qualitas iſta nobilitatis, vel plebeiatus non poteſt dividi, nec ſcindi, præter naturam enim, & rationem videtur. Que uno fuiſſe hidalgo en parte, y en parte pechero, ò que reſpecto de ciertas coſas fueſſe havido por hidalgo, y reſpecto de otras por pechero*, & ex text. *in l. ſi pariter, & l. judicata* tenet Ant. Fab. *in ſuo C. lib. 7. tit. 19. deſin. 7. de Eſcovar in tract. de purit. & nobilit. proband. part. 1. quæſt. 4. §. 2. n. 43. & 44.* ubi ex pluribus hoc fundat, & *§. 5. num. 7.* Petr. Auguſtin. Barboſa *axiom. 135. num. 7. pag. 84.*

Ex quibus verbis, & doctrinis habemus particularem deciſionem ad caſum noſtrum, cùm exercitium officiorum * popularium repugnet nobilitati, 24 & ex hoc oritur incompatibilitas, Dec. *in d. c. ex literis, nu 56.*

Quod cùm ſatis in facto ſit demonſtratum, prædictos prætenſores nedum actum plebeiorum exercuiſſe, verùm etiam ſemper, ut cives, & plebeios fuiſſe habitos, ſequitur, privilegio nobilitatis eſſe renunciatum, etiam quod eſſet præſentorum, ut de- 25 clarat Caſſan. in *Catalogo † glor. mundi, in 8. part. conſider. 17.* imò etiam quod eſſet deſcriptus inter numerum nobilium, ſi tamen actus nobilium non agit, ſed plebeiorum, ſive popularium, non debere eum nobilitatis privilegio gaudere, tenet Bonus de Curtili *in tract. nobil. in 3. par. nu. 90.* Eſcovar. *in d. tract. q. 17. §. 1. n. 36.* & ſic ex his, ni fallor, remanet abſolutus articulus ad beneficium Nobilitatis.

Ex quibus etiam erit reſolutus ſecundus articulus poſſeſſionis, cùm enim ſit demonſtratum, quem non poſſe uti nobilem, & uti civem gaudere, & deſcendentes à Petro officia popularia exercuiſſe non dubitatur, ſequitur declaratio ad actus Coſmæ, & Joan. Pauli de Thomaſio, & qui ſi reperiuntur in anno 1494. & 1507. tertio loco deſcripti, tamen quia & antè, & poſtea ſemper actus veros popularium exercuiſſe apparet, ſequitur, in dictis annis non potuiſſe officia nobilium exercere, quod eo magis corroboratur ex his, quæ in facto notata 26 ſunt, † quod antè annum 1509. quo tempore Comes Ripæcurſiæ Regni Prorex Conſilium Civitatis in formam reduxit tot nobilium, & tot civium, cùm antea propter bella Civitas erat adeò nobilibus evacuata, ut in nonnullis ſchedulis quandoque duo, quandoque unus tantùm nobilis deſcriptus videatur. Hinc fuit demonſtratum, poſt dictum annum 1509. prædictos ſemper fuiſſe ſcriptos inter ignobiles, imò in eiſdem annis reperiuntur deſcripti poſt plebeium Doctorem.

Nec prædictis adverſari videntur literæ fœlicis memoriæ Caroli V. Cæſaris in perſonam Joannis de Thomaſio Coſmæ filii, ubi Joannes aſſerit, Coſmam patrem dicto anno nobilitatis exercitium exercuiſſe, ideòque Cæſar eum in conſilio nobilium ſcribi juſſit, cùm aſſertio prædicta fuerit in anno 1510. poſt formam Conſilii reſtitutam, & aſſertionem prædictam fuiſſe falſam, ſatis eſt demonſtratum, * ex quo ſequitur, quod privilegium nullius 27 erat momenti. Semper enim habet clauſulam, *ſi preces veritate nitantur*, Jaſ. *in l. præſcriptione, C. ſi contra jus, vel util. publ.* & ſic cùm privilegium ſit 28 conceſſum per mendacium, nullius erit momenti, Bart. *in l. 2. n. 1. ac in l. & ſi legibus, eod. tit. C. ſi contra jus, vel util. publ.* idem Jaſ. *in l. univerſis, C. de precib. Imper. offer.* & tanquam ſubreptitium nullum debere reputari, tradit Corn. *conſ. 45. num. 7. vol. 2.* Gramm. *in deciſ. 59. n. 3. & in dec. 66. n. 18. &* Lanar. *in conſ. 76. n. 7.*

Nec prodeſt poſſeſſio inde ſecuta in perſonam Joannis, quia non eſt de aſcendentibus prætenſorum, nec apparet virtute literarum conceſſarum Petro, & ſic actus ipſe poſſeſſionis nullus, & invalidus fuit, tùm quia privilegium erat invalidum, tum quia literæ prædictæ dirigebantur Electis, ac toti Conſilio, quare præſentatis illis, Electi dixerunt, velle convocare Conſilium, malitiosè videns Joannes, quòd ſi conſilium vocaretur, effectum utique literæ non ſortirentur, retrò accepit dictas literas, ac expectata nova electione in perſonam Joan. del Ricco ſui conſanguinei, * prædictus unà cum tribus po- 29 pularibus Electis literas acceptavit, non vocato Conſilio, eique poſſeſſionem tradidit, & ſic apparet, nulliter fuiſſe traditam poſſeſſionem, & ex actu nullo nullus effectus oriri poteſt, Aym. Crav. *conſ. 145. n. 15.* Urſil. ad Afflict. *in dec. 21. in fin.*

Nec obſtabit, quod Petrus, ac Angelus de Thomaſio adſcripti in duobus Conſiliis inter nobiles appareant, quia non ſunt de aſcendentibus prætenſorum, * nec eſſe adſcriptos inter nobiles arguit 30 nobilitatem, ut dicit Bart. *in l. quoties, §. ſed ſi cum primi, ff. de hæred. inſtit.* ſequitur Anna *in ſingul. 358.* ac fuit judicatum in cauſa delli Piccioli cum Sedili Capuano.

Tertiò non obſtabit, Joannem Marium de Thomaſio fuiſſe Oeconomum Eccleſiæ Sancti Petri, ac Montis Miſericordiæ, ac Magiſtratum nundinarum S. Mariæ Majoris, cùm ex his, quæ in facto notavimus, appareat etiam alios populares fuiſſe admiſſos, * & ex conſequenti non poſſe ex iſtis actibus 31 nobilitas concludi, nec poſſeſſionis actus, Doctor. *in cap. cùm Eccleſia Sutrina*, & præcipuè Anch *de cauſ. poſſ.* & propterea actus poſſeſſionis ut obtineatur, debere eſſe verus, & non fictus, tradit Bart. *in l. prædia*, per illum text. *ff. de acquir. poſſ.*

Nec obſtabit ultimum, nempe quod deſcendentes ex Joanne filio Coſmæ, ac illi, qui ſub cognomine *del Barone* qui deſcendunt ex Aloyſio hodiè gaudeant, tùm iſti non gaudeant ex privilegio Petri, ſed prædicti *del Barone* fuerunt aggregati, & deſcendentes Joannis gaudent virtute privilegii Caroli V. nec eſſe novum, * atque inconveniens, in 32 una eademque domo, & nobiles adeſſe, & plebeios, ut dicit Soc. *in conſ. 246. col. 2. vol. 2. verſ. prima ratio*, Anna Pater *ſing. 359. & Anna filius conſil. 885. n. 2.* noviſſimè Joan. Eſcovar. *in d. tract. de purit. & nobilit. probanda. part. 1. qu. 17. §. 1. n. 37. fol. 340.* ac etiam in duobus fratribus utrinque conjunctis, quod poſſit unus declarari nobilis, alius verò plebeius, ut dicit Otalora *in d. tract. in 2. par. tertiæ partis princip. c. 8. n. 5.* & Eſcovar. *loco ſupra* proximè *citato*, & ſententia lata in uno, neque prodeſt, neque nocet alii, *Otalora in loco cit.* prout videmus quotidie practicari in hac Civitate Neapolis. Et ex his remanet firma juſtitia Nobilitatis, ad excluſionem prædictorum de Familia de Thomaſio, qui hodiè litigant.

De anno 1612. fuerunt prædicti Thomaſii redintegrati; referente Regio Conſiliario, nunc digniſſimo Regente, & Marchione Belmontis Carolo de Tapia.

OBSERVATIO IN CONSULT. XII.

ARGUMENTUM.

Major pars de Platea nobilium in aggregando ad Plateam an poſſit præjudicare minori? *Reg. Latro* conſuluit pro minori parte ad favorem nobilium Civitatis Capuæ, occurrens *dec. 2. Præſ. de Franch.* aſſignando inter Sedilia Neapol. & nobiles Capuæ diſcrimen. In ſtricta juris diſputatione, utrum vera ſit opinio, ediſſeritur. Major pars, contradicente minore, an validè concludat? Diſtinguitur inter actus neceſſarios, & voluntarios; Et cùm paſſim adſit diſſidium, & actus voluntarius ſit utilis, quæ cautela pro confirmatione. Nobilitatis quis ordo. An ſit nobilius naſci in Civitate, quàm in Caſtris perbellè indagatur. Nobilitatus à Principe an ſit verè nobilis.

SUMMARIUM.

1 *Major pars de Platea nobilium in aggregando an poſſit præjudicare minori?*
2 *Partem negativam tuetur* Reg. Latro *de nobilibus Civitatis Capuæ adverſus* deciſ. 2. de Franch.
3 *Quid in ſtricta ratione diſputandi.*
4 *Intelligentia plurium ſuper* d. dec. de Franch.
5 *Quid hodie de Sedilibus nobilium Civitatis Neapolis.*
6 *Major pars an poſſit præjudicare minori, Diſtinguitur.*
7 *Cautela pro confirmatione conclusionis ſine unanimitate Communitatis.*
8 *Ordo triplex nobilium.*
9 *An ſit prima fœlicitas naſci in Civitate.*
10 *Expenditur* Sacra Legenda de S. Benedicto.
11 *Nullum eſt Oppidum, in quo non adſint nobiles.*
12 *Nobilitatus à Principe an ſit verè nobilis?*
13 *Nobilis in ſua patria reputatus an gaudeat nobilitate.*

1 MAjor pars de Platea, † vel Sedili nobilium an poſſit in aggregando præjudicare minori parti, & particulares habeant intereſſe, ut ſinguli?

2 *Reg. Latr. n. 2. & 3.* * aſſignat differentiam inter Sedilia hujus Civitatis, & inter nobiles Civitatis Capuæ, ut in hac Civitate Neap. particulares non habeant intereſſe, ut ſinguli, ſed ut univerſi. Secùs in civitate Capua cùm interſit numerum nobilium minorem eſſe. Quia hæc Civitas, Civitates, & Caſtella poſſidet, in quibus Capitanei, & Aſſeſſores creantur, & alia officia habeant, ex quibus non modicam utilitatem ſoleot habere, cùm alternatis vicibus inter Populares, & Nobiles officia dividantur, & quantò majori in numero erunt nobiles, tantò minus officiis gaudebunt, quæ omnia Neapolis, & aliis Communitatibus non adſint, ideòque de aggregatione ad Sedilia Neapolis aliter deciſum fuerit, ut ſufficiat major pars, ità *Latro num. 3.* recenſendo *Præſ. de Franch. dec. 2.*

3 Attenta juris cenſura, * in ſtricta diſputandi ratione, ut non poſſit major pars minori præjudicare in aggregatione, & admiſſione alicujus, ut forinſeci ad Plateam nobilium allegavit *Loffred. conſ. 51. Lambertin. de jure patr. tract. 2 lib. 2. art. 16.* ubi quod ità pluries practicatum in Civitate Trani pugnaciter *Capuc. de regim. Reip. c. e. Baratt. Vivian.* & alii, quos congeſſi in *obſ. 2. ad dec. Franch.*

Salvari poſſe * *deciſionem de Franch.* dixi in diſpoſitione privilegiorum Regis Frederici, à quo ſtatutum erat, ut quicquid concluderetur à majori parte executioni demandaretur; Et quia tunc temporis aderant pauciſſimæ familiæ, ex *Caputa ubi ſupr.* 4

Sedilia Neapolis non poſſunt hodie aggregare ſine ſpeciali Regis licentia, & ſine unanimi conſenſu omnium, ut *Capan. de jur. adhoa q. 34. num. 29. Reg. Sanfel. in prax. ſect. 14. num. 13.* Sed aliter eſſe in redintegratione dixit *Capan.* At etiam prohibetur redintegratio ſine expreſſo ordine S. Majeſtatis cum *Sanfelic. Conſ. Roccus de aſſic. rubr. Gabella §. 1. num. 49.* 5

Major pars an poſſit † præjudicare minori parti, communis diſtinctio eſt. Aut ſumus in actibus neceſſariis, & poſſit; Aut in actibus voluntariis, qualis eſt aggregatio, & non poſſit, ſed ſufficiat contradictio unius, *gloſ. e. in cap. cum omnes in fin. de conſtitut. Innoc. in cap. humilis num. 3. de major. & obed. Felin. in cap. cùm omnes, n. 17. de conſtitut. Bald. conſ. 85. lib. 4. Gratian. diſcept. 933. num. 5. Bich. deciſ. 261. num. 13.* 6

Id non procedit, * quando actus eſt utilis, cùm non ſit in eo dare de irrationabilitate, de qua dicendum eſſet ab illis, qui contradicunt, quando major pars Communitatis communiter conſentit, nè detur occaſio difficiliùs, & rarò expediendi negotia utilia Communitatis, cùm ferè ſemper adſit alicujus diſſenſus, ut notabiliter declarat *Felin. numero 18. Gratian. diſc. 721. numero 17. & dec. 183. numero 2e. Lap. alleg. 85. to. 2. de Franch. dec. 2. n. 24. & ſeqq.* 7

Notabiliter infert *Rota* penes *Bich.* his verbis: *Cumque Papa non obſtante contradictione confirmaverit, hoc ſufficit pro validitate contractus.* Undè in contingentia facti idem poſſit ſuſtineri, ſi acceſſerit confirmatio, ſivè Apoſtolica, vel Regia. 8

Nobilitatis Ordo triplex eſt generis, † Juriſdictionis cum mero, & mixto imperio; & morum, & virtutum; Et nobilis eſt quis in Caſtro, ſicut & in Civitate. Nobilior tamen eſt qui ex Civitate nobiliore ortum ducit, *Decian. conſ. 84.* 9

Prima fœlicitas eſt naſci in Civitate † habente ſeparationem formalem nobilium à popolaribus, qua ceſſante Sacræ Religionis Hieroſolymitanæ non reputandi nobilitatem generoſam ad habitum Religionis neceſſariam, *Rota apud Rojas deciſ. 248.* & longè faciliùs probatur nobilitas per incolas Civitatum, ut apud *Tiraquell. de nobil. cap. 12. Reg. de Marin. reſol. 146. lib. 2. n. 3.*

In contrarium ponderatur † *Sacra legenda Breviarii in die feſtivitatis S. Benedicti*, ubi dicitur, *Nurſia nobilibus parentibus ortus.* Cùm tamen ſupponatur dictum hujuſmodi locum ſeparationem non habere. Ac etiam expenduntur ea, quæ dicuntur per Octavium Marcheſium aliqualiter tamen maledicum Scriptorem ſuper familiis hujus Civitatis in opere luci prodito penes *Borrell.* in defenſam earum familiarem. Ubi agendo in proœmio de moribus Germaniæ, & Galliæ dicit, multas nobiles, & generoſas familias abhorrere vitam in Civitatibus, ubi utpotè legibus magis rigoroſè ſubjecti quandam quodam modo æqualitatem cum popularibus pati coguntur, libentiùs viventes in Villis, & Caſtris, ubi libertatem naturalem magis exercent, ab illo obſcuro, & ignobili 10

populo

populo quandam ſubjectionem, ac ſervile vaſſallagium quodammodo exigentes juxtà dictum *Julii Cæſaris* relatum per *Tiraq. de nobilit. cap.* 12. *n.* 2.

Niſi rectiùs dixeris, deſignari quidem locum materialem nativitatis, accidentaliter tamen, quia parentes, vel tanquam Domini loci, vel ex alio accidenti ibi moram traherent, ut de Magnis Principibus habemus in Villis, & obſcuris locis ortum habentibus.

Potiſſimè quia *Sacra Scriptura* mos eſt titulum nobilis non attribuendi viris privatis, ſed ſolum illis, qui locorum Domini, & de Magnatitio Ordine eſſent, ut *Card. de Luca de praemin. diſc.* 32. *num.* 13. ubi quod uſus Germaniæ, & Galliæ, ac aliarum Regionum ſit, Vel quia perſonæ alias nobiles in hujuſmodi villis, & obſcuris locis vivant occaſione Dominationis eorundem locorum in feudum, vel allodium. Vel quia eorum majores talem dominationem habuerint, ſed poſtmodum amiſerint non intermiſſa habitatione exemplificando in illis *de familia Juſtiniana* adhuc viventibus in Inſula *Chienſi*, cujus dominationem antè Turcarum occupationem habuit; Vel quod nobiles Civitatis ob vivendi libertatem, & ob alia accidentia incolatum elegerint. Quibus circumſtantiis ceſſantibus penè impoſſibile eſt, ut abſque plebeiorum mixtura nobilitas generoſa conſervari poſſit.

11 Nullus * etenim eſt locus, in quo de facto non adſint perſonæ nobiles, volgò nuncupati, *Gentilhuomini* Nihilominùs iſta dicitur quædam privata nobilitas diſcretiva ad ignobiles, & plebeios ad effectum obtinendas quaſdam honorificentias plebeis incongruas, ſivè ad effectum obtinendi exemptiones à muneribus perſonalibus, vel à pœnia ignominioſis putà. furcarum, triremium, vel fuſtigationis, ità *Card. de Luca*, ubi de nobilitate reſultante ab officio Decurionatus.

12 Nobilitatus à Principe an ſit verè * nobilis? Negat *Reg Latr. n.* 7. & quod nobilitas ex privilegio ſit facta, & exoſa, & viri nobiles eam irridere ſolent, *Palaez. de major. p.* 1. *q.* 51. *n.* 84. qui reſolvit conditionem nubendi cum nobili non adimpleri per nuptias contractas cum nobili ex privilegio Principis, at vide *in fine.*

Sed authoritate *Rota Rom.* reprobari *Palaez* probat *Capon. diſc.* 52. *p.* 1. *n.* 18. Præſertim ſi acquiſita ſit nobilitas propria virtute, & ègregiis factis.

13 Nobilis communiter reportatus in ſua patria an gaudeat nobilitate quoad pœnas, *Reg. Rovit. conſ.* 23. *lib.* 3. refert deciſum contra particulares Terræ Rivelli, ut *D. Maradei in obſ. ad prag. ſingul.* 105.

ARGUMENTUM.

In diſcuſſione inventarii quod tempus ſit attendendum, tempus aditæ hæreditatis, an verò tempus diſcuſſionis, & an hæres cum beneficio legis, & inventarii teneatur vendere res hæreditarias, maximè quando non inveniretur emptor, abſque promiſſione evictionis facienda per ipſum hæredem, & num ei noceret teſtatoris aſſertio circa valorem hæreditatis.

Onus ſolvendi relevium an, & quando ſpectet ad hæredem, vel in damnum hæreditatis.

SUMMARIUM.

1 *Hæres cum beneficio legis, & inventarii non debet eſſe in lucro, neque in damno.*
2 *Neque dicitur propriè hæres.*
3 *Hæres cum beneficio inventarii conſervari debet indemnis, ac ſi hæreditatem non adiiſſet, & hæreditas eſſet jacens.*
4 *Fructus percepti poſt aditam hæreditatem an cedant lucro hæredis, variæ recenſentur opiniones, & num.* 6.
5 Text. in l. in quantitate, ff. ad leg. falcid. *quomodo ſit intelligendus, & an ſit correctus quoad commodum hæredis.*
7 *Creditores tractant de damno, legatarii autem de lucro.*
8 *Status hæreditatis an attendi debeat tempore mortis teſtatoris.*
9 *Hæres cum beneficio legis, & inventarii non tenetur vendere pro ſatisfaciendis creditoribus hæreditariis.*
10 *Hæres cum beneficio legis, & inventarii poteſt omnem curam hæreditatis omittere, illam dimittendo creditoribus, & legatariis.*
11 *Hæres non tenetur vendere minori pretio, nec cum promiſſione evictionis.*
12 *Hæres non cogitur vendere bona hæreditaria, niſi inſtantibus creditoribus.*
13 *Hæres quando poſſit dare bona in ſolutum, remiſſivè.*
14 *Damnum, vel diminutio hæreditati ſuperveniens poſt aditam hæreditatem non cedit in damnum hæredis cum beneficio inventarii.*
15 *Hæres non præſumitur ſcire vires hæreditatis.*
16 *Inventarium, & non teſtatoris aſſertio attenditur, quæ hæredi non præjudicat.*
17 *Fidejuſſor non obligatur in plus quam principalis.*
18 *Obligatio fidejuſſoris eſt acceſſoria principalis.*
19 *Conſtituens ſe alterius nomine debitorem, non obligatur in plus, quam ipſe debitor.*
20 *Hæres cum beneficio legis, & inventarii non obligatur, niſi ut quilibet adminiſtrator rationem reddere.*
21 *Fidejuſſor obligatus in plus, quam in quantitate debita per principalem, num teneatur pro vera quantitate debita, an verò obligatio corruat in totum, referuntur opiniones. & n.* 22.
23 *Hæres cum beneficio legis, & inventarii non tenetur, niſi quatenus vires hæreditatis ſufficiunt.*
24 *Relevii ſolvendi onus eſt hæredis.*
25 *Onus ſolutionis relevii eſt onus intrinſecum ipſius feudi, ubi deciſio Regiæ Cameræ, quod quomodo procedat, n.* 26.
27 *Feudum non poteſt tranſire penes hæredem, niſi prævia inveſtitura cum ſolutione relevii.*
28 *Legatarius, qui vult commodum, ut res feudalis ſit penes hæredem, debet ſentire incommodum deductionis ſolutionis relevii ab hæreditate.*

Pro Illuſtr. D. Franciſco Pappacoda Marchione Capurſii, Contra Illuſtr. D. Conſtantiam Pappacoda Marchioniſſam Lavelli.

CONSULTATIO XIII.

ADverſus relationem factam pro diſcuſſione inventarii hæreditaris q. D. Giſulphi Pappacoda Marchionis Capurſii duo opponit Illuſtr. D. Conſtantia Pappacoda Marchioniſſa Lavelli ejus filia, & legataria in ducatis duodecim mille. Primò, quod non debeat admitti ab beneficium Illoſtr. D. Franciſci Pappacoda moderni Marchionis partita ter-

ziarum

tiarum ſolutarum creditoribus hæreditáriis, niſi pro tertiis ante mortem teſtatoris maturetis, & quod aliæ, quæ poſt ejus mortem decurrerunt, debeant cedere in hæredis beneficium, & in conſequentiam, quod tertiæ debitæ, poſt aditam hæreditatem meruretæ cedere debeant in ipſius D Franciſci damnum. Secundò, quod non debeat idem admitti pertita ſoluce pro relevio Regiæ Curiæ, ex quo ſolutio relevii eſt onus hæredie.

Quoad primum certiſſimum eſt in jure, quod hæres cum beneficio legis, & inventarii non debet ex hæreditate ſentire, neque commodum, neque incommodum, damnum, neque lucrum, ut ait text. *in*
2 *l. fin. §. licentia, C. de jur. deliber.* *immò hæres cum beneficio non dicitur verus hæres, Cephel. *conſ.* 203. *nu.* 7. Giurba *deciſ. Siciliæ* 43. *ſub n.* 25. Gratian. *diſcept. forenſ. lib.* 4. *c.* 749. *n.* 44. Cæſar Manent. *de-*
3 *ciſ.* 34. † & conſervari debet indemnis ab omni damno, ac ſi hæreditatem non adiiſſet, & hæreditas eſſet jacens, Bald. *in d. l. fin. §. in computatione, ſub n.* 3. *& ibi* Jaſon. *nu.* 4. *Mantic. dec.* 326. & nullo jure cavetur, ut tertiæ maturetæ poſt aditam hæreditatem cedant damno hæredis cum beneficio legis, & inventarii, hoc enim eſſet deſtruere beneficium prædictum, à lege cum maxima & publica utilitate introductum, & hac ratione nunquam de hoc fuit dubitatum.

Fuit tamen difficultas, an fructus percepti
4 poſt aditam hæreditatem per * hæredem cum beneficio cedant ejus lucro, ita ut de eis non teneatur creditoribus hæreditariis, & legatariis rationem reddere, de qua quæſtione latè per Munoz de Eſcober *de ratiocin. quæſt.* 9. *qui n.* 82. pluries deciſum refert ad beneficium hæredis in Cancellaria Pinciana, ut non teneatur de eis rationem reddere, licèt ipſe cum diſtinctione opinionem admittat, antequam creditores in judicio urgeant, ſecus verò poſtea, ut *n.* 83. & opinionem pro hærede tenuerunt Rip. *in l.* 1. *§. ſi is, qui quadraginta, ff. ad* Trebel. Surd. *conſ.* 128. *volum.* 1. Cencer. *variar. reſol. part.* 3. *cap.* 2. *nu.* 48. Cardinalis Tuſcus *concl.* 486. *tom.* 4. qui alios refert, & eſt text. *in l. quantitate, ff. ad l.*
5 *falcid.* † ubi apertè deciditur, fructus poſt aditam hæreditatem cedere hæredis commodo, quam legem non eſſe correctam quoad commodum hæredis, ſecus quoad ejus damnum, tenuerunt Paol. de Caſtr. & Rip. *in d. l. fin. §. etſi præfatam, Cod. de jur. deliber.* Rolend. *de invent. q.* 151. *nu.* 4. Monticul. *q.* 219. ſimiliter. *in tract. de inventar.*

6 Quæ quidem opinio † quamvis reſpectu creditorum habuerit difficultatem, multi enim contrarium tenuerunt, de quibus per Cæſarem Manent. *in deciſ.* 34. & noviſſimè fuit deciſum in Sacro Conſilio in cauſa Montis Peveſiorum, cum Marchioniſſa Cuſani, tamen reſpectu legatariorum ſatis minorem difficultatem patitur, ut tenuerunt Peregrin. *de fideicomm. art.* 49. *n.* 76. & ante eum Paol de Caſtr. *in d. l. fin. §. etſi præfatam*, Roland. à Vall. *in tract. de inventar. qu.* 151. *nu.* 4. *&* Monticul. *d. qu.* 229. & rationem diſtinctionis ponit Peregrin. *in d. art.* 49. *nu.* 77. † quia creditores tractant de damno, legatarii autem de lucro, videndus etiam Surd. *conſ.* 128.
7 *nu.* 27. *lib.* 1. *& deciſion.* 224. *numer.* 13. *&* 14. & ideò quamvis ex prædictis Marchio hodiernus prætendere potuiſſet, non teneri pro fructibus poſt aditam hæreditatem perceptis Marchioniſſæ legatariæ rationem reddere, attamen quia re vera ipſe ſicut non vult eſſe in damno, ita nec in lucro, ideo de eis uſque ad minimum quadrantem inventarii diſcuſſione rationem reddidit. Verum in eo, quod plus, pro tertiis ſolvit creditoribus hæreditariis, quam percepit ex fructibus, nulla poteſt cadere probabilis difficultas, quod ei ſit bonificandum.

Prætendit tamen Marchioniſſa Lavelli, quod ſta- 8
tus hæreditatis debeat attendi, * attento tempore mortis teſtatoris, ſecundum quem dicit ſuum legatum includi potuiſſe in hæreditate, etiam ſatisfaciendo creditoribus, ad quod probandum adducit aſſertionem factam in capitulis matrimonialibus initis inter Marchioniſſam D. Joannam ejus ſororem primogenitam, & hæredem univerſalem Marchionis Domini Giſulphi cum ipſo Marchione Domino Franciſco in anno 1608. & propterea tam diminutio pretii bonorum hæreditariorum, quam tertiæ ſolutæ creditoribus, plus eo, quod ex fructibus hæreditariis perceptum fuit, cedere debeant damno ipſius Marchionis Domini Franciſci.

Pro cujus dubii reſolutione quamvis nec in jure, nec in facto aliquid fundatur pro Marchioniſſa Lavelli, tamen jura Marchionis Domini Franciſci Peppacoda tuendo, demonſtrabo, nullo modo adverſariæ prætenſionem fundari poſſe.

Dicit Marchioniſſa, quod certiſſimum eſt, quod bona feudalia in hæreditate remanſa ſatis minores reddunt fructus ejus, quod ſolvitur creditoribus annuorum introituum, bona enim feudalia ſunt reditus ad rationem quatuor, vel minus pro centenario, & creditoribus ſolvitur ad rationem ſeptem, & aliàs res hæreditarias vendere, & creditoribus ſtatim ſequuta morte ſatisfacere eorum capitalia, & tertias extinguere, quod cùm non ſit factum conſervandi cauſa in domo titulum Marchionatus Capurſii, hoc non debet ipſi Marchioniſſæ legatariæ nocere.

Cujus motivi reſolutio ex duobus, ni fallor, dependet, & primò, utrum teneatur hæres bona hæreditaris vendere pro ſatisfaciendis creditoribus, ita ut eaſnono vendendo, detrimentum hæreditati ipſi cedat, Secundò, quid operare poſſit contractus prædictorum capitulorum matrimonialium in damnum ipſius Marchionis D. Franciſci.

Primom facillimè reſolvitur, ſiquidem hæredem cum beneficio legis, * & inventarii non teneri res ha- 9
reditarias vendere pro ſatisfaciendis creditoribus, poſt Bald. & Fulgoſ. voluerunt omnes *in d. l. fin §. & ſi præfatam, Phanuc. in tract. de inventario, qu.* 242. *num.* 152. qui dixit, quod hæres non cogitur vendere bona hæreditaria, ſed in ejus eſt arbitrio, adeòque poteſt, ſi vult, omnem curam, & ſollicitudinem re- 10
rum hæreditaria omittere, illam penitus dimittendo creditoribus, & legatariis, Angel. *in l.* 1. *§. hac ſtipulatio, ff. ſi cui plus, quam per legem falcid. & Montic. d. tract. qu.* 232. *n.* 8.

Quæ quidem † opinio veriſſima eſt, & tantò ma- 11
gis procedit, quando non invenit emptorem, qui juſto pretio, & abſque promiſſione evictionis emere paratus ſit, cùm hæres non teneatur evictionem promittere, neque ullam moleſtiam ex cauſa hæreditatis habere, hoc enim operatur beneficium inventarii, juxta diſpoſitionem text. & ibi Doct. *in d.*
§. & ſi præfatam, * & ideò non cogitur vendere rem 12
hæreditariam, niſi inſtantibus creditoribus, Celſus Hugo *conſil.* 110. *num ſecund.* Cancer, *variar. reſolut. part.* 3. *capit. ſecund. num.* 249. de quo articulo pleniſſimè * per Conſiliarium Gizzarell. *deciſion.* 7. *& ibi* 13
etiam quando poſſit dare bona in ſolutum, ubi *Moderni Addentes.*

Quo verò ad promiſſionem factam in capitulis matrimonialibus initis inter tutores Marchionis D. Franciſci, & Marchioniſſæ D. Joannæ, etiã animadvertendum, quod mors D. Giſulphi fuit de anno 1607. prædicta verò capitula matrimonialia ſuper matrimonio contrahendo per prædictos ſponſos, tunc minores, fuerunt ſtipulata in anno 1608. & matrimonium non fuit contractum, niſi in anno

Digitized by Google

anno 1612. & ſic quatenus à tempore matrimonii onus ſolvendi creditoribus aſſumpſiſſet, non poſſet attendi reſpectu tertiatom decurſarum tempus mortis D. Giſulphi, ſed tempus, quo onus D. Franciſcus aſſumpſiſſet, antè enim matrimonium nec poterat D. Franciſcua vendere, nec de bonis hæreditariia diſponere, multa enim accidere poterant, ut matrimoniom non ſequeretur, & ſic reſpectu iſtius temporis fruſtra pars contendit, contra expreſſa verba ipſiuſmet inſtrumenti, per qood tempus contracti matrimonii inter ipſos conjuges attendi debebat.

A tempore autem matrimonii citra, aliud quidem non promiſit tutor D. Franciſci, niſi quod tempore, quo noptui tradebatur D. Conſtantia, hæreditas culpa ipſius non eſſet in aliqoo deteriorata, & ſatisfactia omnibos creditoribos, & oneiibus hæreditariis ſolvere prædictæ Marchioniſſæ D. Conſtantiæ duc. 12. mil. eidem à Giſulpho patre legatos, vel illam minorem quantitatem, quæ in hæreditate remaneret, nulla deducta quantitate ratione legitimæ, vel alio quovis modo competente D. Joannæ ejus uxori, filiæ primogenitæ, & hæredi univerſali, & ſic maximè fuerunt tam D. Franciſcus, quam Marchioniſſa D. Joanna ejus uxor ex hoc contractu læſi, & primò, quia aſſumpſit onus dete-
14 riorationis hæreditatis, † quod de jure ei non competebat, ſiquidem damnum, vel diminutio ſuperveniens poſt aditam hæreditatem non cedit in damnum hæredis cum beneficio legis, & inventarii, Bart. *in d. l. 1. §. & ſi præfatam*, Gabr. *conſ.* 121 Sebaſt. Monticul. *d. qu.* 232. *num* 32. *in* 20. *effectu inventar.* & *qu.* 234. *numero* 7. Phanuc. *qu.* 240. *ſub numero* 39. ſecundò contentus extitit, ut nihil penes D. Joannam primogenitam, & hæredem univerſalem remaneret, & ſic etiam legitima privata fuiſſet, quæ reſpectu bonorum feudaliom, ſecundum opinionem Camer. *in l. Imperialem, de probib. feud. alien. per* Fedet. *fol.* 104. erat tertia totius hæreditatis, non erit ergò ad aliud in damnum hæredis, & ipſius D. Franciſci ultra promiſſa contractus extendendus in beneficium Marchioniſſæ Lavelli ſecundogenitæ tempore, quo nihil remanſit in beneficium primogenitæ.

Eò fortiùs, qoia nulla debet haberi ratio de illa aſſertione, quod tunc temporis hæreditas erat ſolvendo, plus enim de facultatibus ſuis ſperant homines, *§. prævaluiſſe, Inſtit. quibus ex cauſ. manumit. non lic.* Quod tantò magis erit dicendum reſpectu hæredis, quia hæres non præſumitur ſcire hæreditaria vires, *l. qui in alterius, ff. de reg. jur* Monticul. *de inventar. qu.* 35. *num.* 188. & experientia docuit, quod multi creditores poſt prædictam aſſertionem inſurrexeront, de quibus aliqua notitia non habebatur, nec per tutores fuerunt in inventario deſcripti.

Qoibos omnibus accedit, quod re vera aſſertio fuit ſatis erronea, eo enim tempore urgebat lis Sereniſſ. Regis Poloniæ, de qoa maximè dubitabatur, quæ abſque dubio, nedum totam importabat hæreditatem, ſed ſatis ultra, & ſic nullo modo poterat dici, qood hæreditas erat pro legatis ſufficiens. Immò ex ſolo timore litis prædictæ nullus inveniri poterat emptor, qui res hæreditatis ſic litibus involutas emeret, hujuſmodi enim aſſertioni non ſtatur, quamvis à teſtatore fuiſſet facta, * qoia inventarium, & non aſſertio attenditur, nec hæredi aliquid præjudicat, Phanuc. *in d. tract. de invent. q.* 240. *n.* 61. & ſic quid operare poteſt hæc aſſertio turticis Marchioniſſæ D. Joannæ in damnum ipſius D. Franciſci, contra veritatem facti permanentia?

Inſoper in primo allegato inſtrumento tutor D. Franciſci recipiendo in dotem bona hæreditaria D. Joannæ primogenitæ perventa, illius ſuſcepit obligationem ſolvendi creditoribus hæreditariis, atqoe legatariis, & certum eſt, quod noluit in plus obligari, qoam in eo, in quo ipſa principalis ut hæres erat obligata, cùm fidejuſſor † in plus non obligetur, 17
quam principalis, *l. gracè, §. illud ff. de fidejuſſ. l. ſi ultra, C. eodem §. fidejuſſores, Inſtitut. eodem tit.* cùm obligatio fidejuſſoris ſit acceſſoria principali,* *l. ſi qui,* 18
& *l. ſi ita, ff. de fidejuſſ.* & ſi dicamus, quod tutor D. Franciſci conſtituit pupillum debitorem creditoribus, atque legatariis Marchionis D. Giſulphi, ſtante quod hæreditas illius ad ipſum perveniebat ex cauſa dotis Marchioniſſæ D. Joannæ adhue conſtituens ſe nomine * alterius debitorem, non obligatur 19
in plus, quam debitor, cujus nomine ſe debitorem conſtituit, *l. eum, qui Epheſi, §. quod exigimus, ff. de conſtitut. pecun.* Ludovic. Vital. *lib* 2. *variar. lect. cap.* 23. *nu.* 2. † hæres autem principalis cùm ſit hæres cum 20
beneficio legis, & inventarii, non erit obligata, niſi ut quilibet adminiſtrator, rationem reddere, Bart. *in l. cum tale, §. Titius, nu.* 2. *ff. de condit. & demonſtr.* Molin. de Hiſpan. *primog. lib.* 1. *c.* 28. Eſcobar. *de ratiocin. c.* 3. *n.* 14.

Et ſi adhuc pars contendat, qood obligatio virtute inſtrumenti fuit in plus, quam ipſa hæres univerſalis erat obligata, adhuc magna fuit quæſtio, etiam antè † *Accurſii* tempora, ſi obligatio corruat in to- 21
tum, an verò pro ea parte, pro qua principalis non erat obligatus, de qua per Joannem Gloſſatorem per text. *in d. l. gracè, §. illud*, ibi, *quod ſi fuerint in duriorem cauſam adhibiti, placuit eos omninò non obligari*, & propterea hanc ſententiam tanqnam veriorem, & Juriſconſultorum reſponſis magis convenientem defendit Connan. *lib.* 6. *comm. juris civilis, cap.* 6. *nu.* 8. & etiam tenuerunt Accurſ. Bart. & Doct. *in d. l. gracè, §. illud* Fulgoſ. *in l. hactenus, §. 1. ff. de conſtit. pecun.* & alii per Gomez *de fidejuſſ. n.* 2. Vaſquez *lib.* 1. *illuſtr. controverſ. c.* 4. *n.* 15. ſequitur Cagnol. *in l, in eo, n.* 2. *eodem tit. de conſtit. pecun.*

Alii autem contrariam amplexi fuerunt ſententiam, † ſcilicèt quod obligatio teneat pro ea parte, 22
pro qua principalis erat obligatus tantùm, pro ea verò, quæ excedit, erit inefficax, & hujus opinionis anteſignanus fuit Azo *in ſumm. de fidejuſſ. n.* 7. Cyn. & Alber. *in l. fin. Cod. de fidejuſſ.* & alii allegati per Valentinum Francum *in tract. de fidejuſſ. cap.* 4. *n.* 94. *cum ſeq.* ubi latè de materia, ſi ergò primam attendimus opinionem, qood obligatio Marchionis D. Franciſci in plus eſſet ejus, quod principalia erat obligata, eſſet in totum nulla, ſive verò ſecundam, valebit tantùm pro ea quantitate, in qua principalis eſt obligata, cùmque clariſſimum ſit, nullo modo teneri hæredem cum beneficio legis, & inventarii, niſi quatenus vires hæreditatis ſufficiant, nulla habi- 23
ta diſtinctione de terris maioratis antè, vel poſt mortem, ſed de datis, & acceptis ex hæreditate prædicta, tanquam qoilibet adminiſtrator, ut ſupra fundavimus, ſequitur qood nullo modo iſta diſtinctio poſſit adhiberi, neque reſpectu ipſius Marchionis D. Franciſci, & ex iſtis, ni fallor, primus articulus abſqoe difficultate erit dicendus in favorem dicti Marchionis.

Quo verò ad ſecundum articulum pro relevio ſoluto Reg. Cur. in contrarium urget deciſio relata per Gizzarell. *deciſ.* 8. ex eo, qoia eſt onus ipſius hæredis feudatarii, pro cujus deciſionis * reſponſione 24
rogo videri ſolemne *conſilium* eruditiſſimi Camill. de Medic. 18. qoi optimè fundat, * relevii ſolutio- 25
nem eſſe onus intrinſecum ipſius feudi, & propterea eſſe admittendam illius ſolutionem in beneficium hæredis, & hoc fuit deciſum in R. C. quod relevium exigi poſſit, etiam à tertio poſſeſſore, ut per Reg. Moles *in tit. de jure relevii, qu.* 6. ubi etiam tenet, quod poſtquam relevium debetur propter feudum,

non

non tam perſonæ, quam rei ipſi adſcriptum videtur.
Verum admittendo pro nunc deciſionem Sacri
Conſilii, quam videtur ſequutum fuiſſe noviſſimè in
cauſa Marchioniſſæ Cuſani, adhuc procedere poſſet
26 in caſo ſuo, † nempe reſpectu creditorom cum aſſen-
ſu, qui habent feudum obligatum penes quoſcun-
que ſucceſſores; etiam reſpectu Fiſci, ſecus verò re-
ſpectu legatarii, & craditoris in actione perſonali
27 ipſius hæredis; † cùm certum ſit, feudum non potuiſſe
tranſire in hæredem, niſi prævia nova inveſtitura cum
ſolutione relevii, & actio legatarii, vel creditoria
abſque aſſenſu eſſet inefficax contra hæredem, ſi feu-
dum hæreditarium non poſſideret, prout conſidera-
tur idem Gizzarell. *in eadem dec.* 8. *n.* 8. ubi rationem
ponit, in qua deciſio S. C. fuit fundata, quia credito-
res poterant actione reali eorum credita conſequi;
29 quod cùm ceſſet in caſu noſtro, remanet abſolutus
articulus, quod legataria, quæ vult commodum, ut
res fundalis † ſit penes hæredem, debet ſentire in-
commodum deductionis ſolutionis relevii, ut idem
conſiderat *num.* 6.

Partes ad concordiam devenerunt.

OBSERVATIO IN CONSULT. XIII.

A R G U M E N T U M.

Hæres beneficiatus an teneatur rationem
reddere creditoribus hæreditatis, vel legata-
rlis de fructibus poſt hæreditatem aditam per-
ceptis; Ex profeſſo pro utraque parte deciſio-
nes recenſentur, & opiniones diſtinguentes
an reſpectu creditorum, vel legatariorum.
Vel adſit hæredis ſcientia debitorum, vel ur-
gentia creditorum adverſus hæredem. Occur-
rit *Ep. Rocca*, *Merlin. de pignorib.* declarans *de-
ciſionem Rota Roman.* Hæres beneficiatus an
poſſit abjicere à ſe curam vendendi bona
hæreditaria, & cogere creditores ad accipien-
dum bona in ſolutum.

S U M M A R I U M.

1 *Hæres beneficiatus an teneatur creditoribus, & legatariis defuncti de fructibus perceptis rationem reddere, vel cedant lucro hæredis.*
2 *Ad favorem creditorum expenditur* Reg. Latr.
3 *Fructus percepti poſt aditam hæreditatem augent eam.*
4 *Argumentum ex* l. fin. §. etſi præfatam, C. de jur. deliberand. *ut damnum contingens hæreditati non cedat contra hæredem.*
5 *Inventarium cenſeri facit hæreditatem jacentem.*
6 *Authores pro creditoribus adducuntur.*
7 *Mala fides reſpectu legatariorum an ceſſet in hærede.*
8 Andreol. *indiſtinctè ſtat pro hærede.*
9 *Ex deſcriptione debitorum in inventario an inducatur mala fides.*
10 *Urgentiam creditorum poſtulat* Ep. Rocca, *& declarat* deciſionem Rotæ *penes* Merlin.
11 *Reſolvitur articulus.*
12 *Laudatur* Sacr. Rot. Rom: *penes* Bich.
13 *Hæres beneficiatus an poſſit cogere creditores pecuniarios ad accipiendum bona in ſolutum, & abjicere curam vendendi.*

VExans, * ac vexatus locus, an fructus per- 1
cepti poſt aditam hæreditatem per hæredem
cum beneficio *legis*, & *inventarii* cedant ejus lucro,
ita ut de eis non teneatur creditoribus hæreditariis,
& legatariis rationem reddere? Tangit hanc quæſtio-
nem, *Reg. Latro conſult.* 13. *num.* 4. Qui *nu.* 5. laudat
textum in l. quantitate, *ff. ad l. falcid.* ubi apertè de-
ciditur, fructus poſt aditam hæreditatem cedere hæ-
redis commodo. Quem *textum* non eſſe correctum
quoad commodum hæredis, ſecùs quoad ejus
damnum tenent *Paul. de Caſtr. & Rip. in l. fin. §.
etſi præfatam. C. de jur. delib. Roland. de invent. q.*
151. *n.* 4. & pro hærede teneere *Surd. conſ.* 128.
lib. 1. *Cancer. var. p.* 3. *c.* 2. *n.* 48. & deciſum in be-
neficium hæredis in Cancellaria Pinciana refert *Eſ-
cob. de ratioc. qu.* 9. *num.* 82.

Reſpectu creditorum * hanc opinionem habere 2
difficultatem ſcribit *Reg. Latr. num.* 6. Quia con-
trarium vult *Menoch. dec.* 34. & noviſſimè deci-
ſum in Sacro Conſilio in cauſa Montis Paveſio-
rum cum Marchioniſſa Caſani, & hæc concluſio
minorem habet difficultatem reſpectu legatariorum,
cùm tractent de lucro captando.

Reſumendo articulum, an hæres teneatur de
reditibus, & emolumentis perceptis poſt aditam
hæreditatem rationem reddere, quando hæres dicit
hæreditatem non eſſe ſolvendo?

Affirmandum videtur. * Quia fructus percepti 3
poſt aditam hæreditatem ex rebus hæreditariis hæ-
reditatem augent; *l. item veniunt*, *§. item non ſo-
lum*, *ff. de petit. hæred.* ubi ea, quæ accedunt ex
hæreditate, poſt aditionem illam augent. Ergò fru-
ctus cedunt commodo creditorum.

Præterea ex *l. fin. §. etſi præfatam, C.* * *de jur. de- 4
lib.* habetur, fuiſſe correcta jura reſpecto incremen-
torum poſt mortem defuncti contingentium. Et
ſicut ibi diſponitur, quod diminutio, & damnum
poſt mortem defuncti contingens non nocet hære-
di. Ità & à converſo utilitas, ſeù incrementum poſt
mortem contingens non debet prodeſſe hæredi,
ſed potiùs creditoribus per regulam, quod qui ſen-
tit damnum, debet ſentire & commodum.

Ad hæc inventarium facit, † cenſeri hæredita- 5
tem jacentem, & conſequenter hæredem in eo
ſtatu, in quo erat ante aditionem, *Salyc. in d. l.
fin. §. ſin verò*, *Paul. de Caſtr. in l. fin. §. in compu-
tatione*, *C. de jur. delib.* Etſi hæreditas non fuiſſet
adita, fructus commodo creditoris cederent, &
ad hæredem in præjudicium creditorum non cederent.

Ulteriùs, non deſunt * hanc opinionem ample- 6
ctentes; *Guid. Pap. de invent. c.* 1. *n.* 17. *Peregr. de
fideic. art.* 49. *n.* 17. *Cyriac. contr.* 291. *Præſ. de Franch.
dec.* 613.

Diſtinguit † *Peregr. art.* 49. *n.* 77. inter credito- 7
res, & legatarios, ut reſpectu legatorum hæres
non poſſit eſſe in mala fide, cùm legata poſſint
præſcribi etiam ſtante mala fide, ſtante ſcientia hæ-
redis, dum acquiruntur legatario revocabiliter ſi
acceptaverit, & legatarius certet de lucro captando.
Aliter reſpectu creditorum, quia defuncti mala fides
tranſit in hæredem, nec is poſſit præſcribere adver-
ſus creditores.

Diſtinctionem *Peregrini* † rejicit *Andreol. contr.* 8
117. *num.* 18. *& per tot.* ubi tuetur partes hæredis. Du-
bitationem ait poſſe eſſe, an ſtante ſcientia hæredis
exiſtentiæ debitorum, inducatur mala fides, im-
pediens hæredi acquiſitionem fructuum?

Et quidem *Rota* poſt *Riminald. conſ.* 596. vo-
luit, fructus acquiri hæredi, ſi creditores urgeant
ex intervallo, ea ratione, quia licèt hæres
ſciat, creditores adeſſe, ſcit tamen ſe non te-
neri creditoribus urgentibus ex intervallo de re
ſua, ſcilicèt de fructibus perceptis ſatisfacere,

ſed

ſed de corporibus hæreditariis, *d. l. fin.* §. *etſi præfatam.*

9 At eadem * *Rota dec.* 304. *num.* 9. *ait* quod ex ſcientia debitorum per deſcriptionem ab hærede factam in inventario inducatur mala fides, quia ſciat, ſubſtantiam teſtatoris ad ipſum non poſſe devolvere, ex qua fructus poſſit percipere, ſed pro ſatisfactiona creditorum eſſe à lege reſervatam, & ille non poſſit de aliena ſubſtantia bona fide fructus percipere, *Bart. in l. Celſus num.* 18. *ff. de uſucap.* & poſt alia tradit *Audreol. numero* 19. hæredem facere fructus ſuos ante petitionem creditorum.

10 Noviſſimè † *Epiſc. Rocca diſput. jur. lib.* 1. *cap.* 44. *num.* 63. tenaciter firmat ultra ſcientiam debitorum etiam requiri urgentiam creditorum, ut hæres teneatur. Quia ad effectum lucrandi fructus ſufficiat talis qualis occaſio poſſidendi, & cauſa beſtialis, & pro hærede refert deciſum in *Rota in Romana inventarij* 8. *Junii* 1665. *coram D. Otalora.*

Neque obſtare ait *D. Rocca Merlinum deciſ.* 796. *num.* 7. *propè finem*, innuentem, quod ſufficiat ſola ſcientia hæredis per deſcriptionem in inventario; ex quo tunc adſit mala fides. Reſpondet etenim, quod *Rota* articulum non diſputat, ſed ſe remittit ad *deciſ.* 131. *par.* 6. *rec.* Et taxat *Merlin. de pignor. lib.* 1. *qu.* 66. *num.* 10. uti ſe involventem.

11 Tutiorem, * & magis æquam Ego cenſeo opinionem pro creditoribus neglecta differentia, utrum creditores urgeant paulò poſt inventarium, vel ex intervallo ad exonerandam nempè conſcientiam defuncti, & ipſius hæredis, quoties deſcribit debitum in inventario, cùm iſtud reputare faciat hæreditatem jacentem, & adminiſtratorem bonorum, ut teneatur rationem reddere.

12 Cum diſtinctione decidit * *Rota* penès *Bich. deciſ.* 60. referens, eam pluries receptam in Sacro illo Tribunali; Aut hæres beneficiatus percepit fructus hæreditaris mala fide, quia nempè ſciret, adeſſe creditores hæreditarios, illoſque urgere pro ſatiafactione; Aut abſque mala fide. Primo caſu teneatur de fructibus rationem reddere. Secundo caſu ſecùs. Quia hæres poſt aditam hæreditatem faciat fructus ſuos ex titulo pro hærede, & uti de re propria perceptos, & ſufficiat abeſſe malam fidem, ut poſſeſſor fructus lucretur. Ampliat *Rota* etiam quod adſit mala fides reſpectu aliorum creditorum, quia hæc mala fides poteſt variari reſpectu diverſorum, & noceat reſpectu creditorum, quos ſciebat. Et in caſu *Rota* defunctus ſe obligaverat de evictione, & dedit pro ea fidejuſſorem; Et uſqueque non erat ſecuta evictio, abſolvit *Rota* hæredem fidejuſſoris, & agens pro evictione antè evictionem non erat detectus creditor, & hæres bona fide percepit fructus.

13 Hæres cum inventario * an poſſit cogere creditores pecuniarios ad accipiendum bona in ſolutum, quando renunciavit defunctus beneficio. *Auth. hoc niſi, C. de ſolut.* ſi non reperiatur juſtus emptor, & pecunia deſit in hæreditate? *Praſ. de Franch. deciſ.* 83. refert deciſum negativè. Quia hæres cum inventario non debeat eſſe in lucro ejus, quod ſupereſt facta adjudicatione creditoribus, ità *Surd. deciſ.* 30. & deciſum refert *Reg. Rovit. conſ.* 58. *lib.* 2. & judicatum ſimilitèr refert *Reg. Marcian. diſp.* 81.

Contrarium expreſsè contra *deciſ.* 83. *de Franch.* defendit *Gizzarell. deciſ.* 7. *Sanfelic. deciſ.* 111. & 268. *Prat. lib.* 5. *diſcept.* 14. *à nu.* 10. *Rota Rom. diſcep.* 150. *poſt tract. de cenſib. num.* 4. ubi reprobatur *Rovit.* & dixi in *obſerv.* 83. *numer.* 3. *de Franch.* quod non audiuntur creditores dicentes, *vendas tu.* Quia replicabis hæres, nolo hoc facere, nè tenear de evictione, & poſſit abjicere ab ſe omnem curam vendendi, *Hodiern. ad Surd. deciſ.* 318. & poteſt hæres aſſignare nomina debitorum, nec teneatur ea exigere.

A R G U M E N T U M.

Teſtamentum nuncupativum an, & quando dicatur nullum, ex quo non fuit poſt ipſius confectionem coram teſtibus relectum, & publicatum, & ex quibus probetur, & præſumatur relectio, & publicatio, & quando ex una ſubſcriptione Notarii authenticetur tam teſtamentum, quam codicillus, & an in illo poſſint adhiberi teſtes Religioſi, abſque Superioris licentia, & ex quibus probetur, vel præſumatur dicta licentia.

SUMMARIUM.

1 *Cauſa teſtati facit ceſſare cauſam inteſtati.*

2 *Teſtamentum nuncupativum poſt ipſius ſcripturam relegi coram teſtibus, & publicari pro ejus ſolemnitate an debeat, eaque ſi deficiat, quando teſtamentum reddatur nullum, & num.* 13. 42. 47. 52. *&* 57. *& quid inter liberos, num.* 43. *quid ſi conſter de perfectione ex dictu per teſtatorem poſt teſtamentum, num.* 65. *vel de teſtamento fiat mentio in codicillis, n.* 68.

3 *Quid ſi in teſtamento adſit clauſula apponi ſolita;* actum coram me, &c. *& num.* 110. *& ubi ea apponi debeat, num.* 5. *& num.* 60. *&* 62. *ubi quod idem operatur, ſi poſita ſit in fine, vel ſi in principio teſtamenti.*

4 *Clauſula,* actum coram me, &c. *quid importet, & an.* 61. *&* 64. *& a.* 111.

6 *Notarii ſubſcriptio in fine teſtamenti ſi deficiat, an fidem faciat.*

*Quid ſi Notarius in fine teſtamenti ſcripſerit codicillum, & fine ejus authenticet ſcripturam, nu.*7. *& num.* 107.

8 *Hæreditas in codicillis aeque dari, aeque adimi poteſt, nec in iis data confirmari, n.*9.

10 *Religioſi Mendicantes, & Capuccini an poſſint eſſe teſtes in teſtamento, abſque Superioris licentia, num.* 11. *& de quo tempore licentia conſtare debeat n.* 12. *inſeri an debeat in teſtamento, n.*14. *& num.*119.

13 *Teſtes rogandi actus in ipſa teſtamenti confectione adimplendus eſt.*

15 *Immiſſio ex ſola teſtamenti non aboliti, nec cancellati oſtenſione conceditur.*

16 *Immiſſio ex remedio* l. fin. Cod. de edicto Divi Hadriani *non retardatur ex quacunque exceptione, niſi vitium ſit viſibile in parte ſubſtantiali, nullo ſcrupulo carens, & numero* 18. *& quare, num.* 19. *& ſeqq.*

17 *Exceptio falſitatis, inofficioſitatis, nullitatis, inteſtabilitatis teſtatoris, inhabilitatis hæredis, an, & quando impediant immiſſionem.*

20 *Exceptio juris dubii æquiparatur dubio facti.*

21 *Exceptio juris dubij non admittitur in judiciis ſummariis.*

22 *Immiſſio non impeditur, quando dubitatur de viribus teſtamenti.*

24 Teſtamentum nuncupativum ad ſui eſſentiam non requirit ſcripturam, ſed ad probationem, etiam quòd teſtator juſſerit de eo publicum fieri inſtrumentum.

25 Hæres non poteſt antè teſtamenti probationem immitti virtute l. fin. Cod. de edict. Divi Hadriani, ſi tamen poſſidet, poteſt retinere, etiam ex teſtamento minus ſolemni, nu. 26. & ſufficit in hoc poſſeſſio præſumpta, n. 27.

28 Poſſeſſionis unius rei acquiſitio facit, ut quæratur poſſeſſio omnium in univerſalibus.

29 Poſſeſſio vera, & actualis in nominibus debitorum transfertur per decretum, quod debitores recognoſcant aliquem in dominum, & patronum.

30 Teſtamentum nuncupativum non à Notario, ſed manu privati ſcriptum probat in judicio poſſeſſorio etiam ante publicationem, non ſic in petitorio, num. 31.

32 Immiſſionem hæredis non impedit exceptio, quòd teſtamentum ſit ſcriptum manu privati, non autem Notarii.

33 Teſtamentum nuncupativum de ſui natura ſcripturam non requirit, neque Notarium, ut valeat, quid requiratur, numero 34. quomodò probetur, nu. 35. & nu. 36. & 44. in eo ſufficit ſola fides Notarii, n. 38.

37 Teſtandi forma magis uſu recepta recenſetur, quotupliciter ſervari ſolita ſit, n. 41. & n. 46.

39 Teſtamenti publicatio, & apertura in quo differant.

40 Diſpoſitio tex. in l. 1. Cod. de teſtam. nunquam vel rarò locum habet, & quare.

44 Teſtamentum non probatur ex ſchedula reperta in libro Notarii, abſque quo appareat de teſtamenti perfectione, perfectio tamen poteſt aliis modis probari n. 45. & 51.

48 Text. in l. fideicommiſſa, §. quoties, ff. de leg. 3. explicatur, & n. 50.

49 Teſtamentum, ſi defunctus ſcribi fecerit ſuam voluntatem animo ſecundùm eam diſponendi poſtea coram teſtibus, & morte præventus non diſpoſuit, non valet, & quare.

51 Bart. doctrina, & ſequacium in l. fideicommiſſa, §. 1. ff. de leg. 3. explicatur, & n. 58. & 70.

52 Teſtamenti relectione opus non eſt, cùm teſtator diſpoſuit præſentibus teſtibus.

53 Teſtatoris voluntatem perfectam eſſe quæ probent, recenſentur, & n. 55. & 56

54 Teſtamenti forma ſubſtantialis eſt hæredis inſtitutio.

57 Teſtatoris voluntas habetur pro perfecta, etiam quod ſcriptura publicata non ſit.

59 Teſtamentum an dicatur perfectum, ſi Notarius noluerit conficere ſcripturam, timens de teſtamenti imperfectione.

63 Signum Notarii poteſt apponi in fine, & in principio, attenditurque circa id conſuetudo.

64 Notarii ſignum idem operatur, quod clauſula, actum præſente.

65 Teſtamenti actus dicitur perfectus, ſi teſtator poſt factam diſpoſitionem dixerit, ſe fuiſſe teſtatum.

66 Æquitas canonica ſervanda eſt in Statu Eccleſiaſtico.

67 Teſtamentum valet inſpecta æquitate Canonica, quoties de voluntate teſtatoris conſtat, etiam per ſigna.

69 Text. in l. fideicommiſſa, §. 2. ff. de leg. 3. quando procedat, explicatur

70 Teſtamentum extractum per Notarium in forma publici inſtrumenti, & partibus conſignatum, non indiget relectione.

71 Item ſtante declaratione Notarii, etiam tacita, quòd habuerit teſtamentum pro ſtipulato,

72 Scriptura poſtquam à Notario redacta eſt in publicam formam, præſumitur, quod veritatem contineat, facit probationem probatam, evidentem, notoriam, atque manifeſtam, n. 73.

74 Inſtrumentum probatur, quod fuerit publicatum, & habitum pro perfecto, ſi fuit in protocollo relatum, atque extenſum.

75 Teſtamentum fuiſſe perfectum creditur Notario ex imbreviatura, actum &c. ſi in ſchedula teſtamenti reperiatur.

76 Notarium benè, & fideliter exercere officium ſuum præſumitur, & quarè.

Notarium officii ſui præſumitur eſſe peritum.

78 Notarius ſi conficiat inſtrumentum de teſtamento imperfecto poteſt puniri.

79 Immiſſio ex oſtenſione teſtamenti in forma publica redacti impediri non poteſt, ſub prætextu, quòd deficiat in voluntate, vel in ſolemnitate relectionis ſi per Notarium redactum ſit teſtamentum in forma publica

80 Teſtamenti publicatio quid ſit, & ad quid, & quomodo fiat, n. 84.

81 Teſtamenti pro validitate judicandum eſt in dubio.

82 Teſtamentum ſuum ſortiri effectum publico intereſt,

83 Teſtamenti de relectione, & publicatione conſtat, ſi Notarius ſe ſubſcribat, rogatus ſcripſi, & publicavi, & n. 84. & 85.

85 Verbum, rogatus ſcripſi, idem importat, quod publicavi.

86 Notarius ſi ſimpliciter dicat, ego Notarius ſcripſi, cenſetur præceſſiſſe rogitum, & relectio coram teſtibus.

87 Verba, prædictis omnibus, & ſingulis, demonſtrant pluralitatem ſcripturarum, ſingula ſingulis referendo.

88 Verba, & in fidem omnium præmiſſorum, ad omnia ſupra ſcripta ſe referunt.

89 Actus celebratio multum differt ab eius reaſſumptione in publicam formam.

90 Scriptura ex protocollo Notarii ut in publicam formam reaſſumi poſſit, ſufficit illam eſſe receptam à Notario, quamvis careat ſigno, & ſubſcriptione, dummodò tamen reperiatur in ejus protocollo, & nu. 92.

91 Maximè, quandò adeſt annus, & dies. & teſtes, & ſcriptura tota eſt ſcripta manu Notarii.

93 Inſtrumenti de reaſſumptione cùm agitur, ad hoc ut fidem faciat non prohibetur Notarius in fine plurium inſtrumentorum ad eundem finem celebratorum unicum apponere ſignum.

94 Inſcriptio ſicut ad omnia ſequentia, ita ſubſcriptio ad omnia præcedentia refertur, & n. 108.

95 Quod & in protocollis locum habet.

96 Notarius quando ad omnia præcedentia ſe refert, tunc ſignum erit commune omnibus præcedentibus contractibus, quamvis in fine libri ſit poſitum.

97 Subſcriptio una, & unum ſignum ſufficit ad authenticandum mille contractus præcedentes.

98 Bart. in l. fin. de reb. dub. explicatur.

99 Clauſula in fine poſita refertur ad omnia præcedentia, quid ſi ſermo continuatus non ſit? ſed in medio plura dicta ſint, n. 100.

101 Apocha privata ſi uno die ſcribatur, alio ſubſcribatur, habet perfectionem in tempore ſubſcriptionis, & quare, n. 102.

102 Scriptura privata recepit perfectionem eo die, quo fuit ſubſcripta.

103 Actus debet referri ad illum diem, in quo recepit perfectionem.

104 Teſtamenta duo ſi appareant, & non conſtet de illorum perfectione, an, & quando ſtari debeat ultimæ ſcripturæ completæ.

105 Teſtamen-

205 *Teſtamentum non niſi unicum quis conficere poteſt, & illud præſumitur validum, quod ex ſui inſpectione perfectionem demonſtrat.*

206 *Notarii per ſubſcriptionem in teſtamento non præſumitur rogitus in codicillis, ſecus ſi ſubſcriptio non ſit intermedia, ſed in principio, vel fine, numero 107.*

209 *Clauſula poſita infra gradum ad illum tantum refertur.*

211 *Scriptura poteſt redigi in formam publicam, non obſtante quod Notarius mortuus ſit, & adſit defectus ſigni, & ſubſcriptionis, ſi in ea adeſt clauſula,* actum, &c.

213 *Teſtes Religioſi laicis præferuntur.*

214 *Religioſi an poſſint in judicio teſtificari abſque Superioris licentia.*

215 *Religioſi non prohibentur adhiberi teſtes in teſtamento ſine licentia Superioris, ſed prohibiti ſunt teſtificari in judicio, & an ſi teſtificentur de facto abſq; licentia, depoſitio reddatur nulla, vel ne, n. 216. & ad quid licentia requiratur, n. 217. ſervatur potiùs de conſilio, quàm de præcepto, n. 218.*

219 *Immiſſionem an impediat exceptio quod licentia Superioris quoad teſtes Religioſos non ſit inſerta in teſtamento,*

220 *Immiſſio ex teſtamento filiifamilias non conceditur, niſi conſtet in promptu de inſtrumento emancipationis, cùm tamen conſtat, conceditur, etiamſi aliquid opponatur adverſus eam, quod altam requirat indaginem, num. 221.*

222 *Immiſſio conceditur ſpurio ex teſtamento ſi conſtat in promptu de legitimatione, & ad quid legitimatio requiratur, num. 223.*

224 *Monachus quamvis teſtari non poſſit abſque licentia Superioris, ſi tamen de licentia conſtat, conceditur immiſſio vigore ejus teſtamenti.*

Pro Joan. Baptiſta Bonello, contra Jacobum Bonellum.

CONSULTATIO XIV.

JOannes quondam Bernardi Bonelli in ultimis conſtitutus in Civitate Anconæ ſuum ultimum nuncupativum condidit teſtamentum, in quo hærede univerſali inſtituto Joan. Baptiſta Bonello, nonnulliſque legatis piis relictis, humanis ceſſit. Cùmque mediante decreto præambuli fuiſſet Joan. Baptiſta ejuſdem hæres univerſalis declaratus, poſſeſſione capta bonorum, tam in Civitate Anconæ, quàm in Alma Urbe exiſtentium, ac confirmato præambulo prædicto mediante alio decreto M.C.V. inſtitit pro immiſſione bonorum, in hoc Regno exiſtentium, contendit tamen Jacobus Bonellus, prætendens ſe eſſe hæredem ab inteſtato,
1 * & quamvis cauſa teſtati faciat ceſſare cauſam inteſtati, *l. quandiù, ff. de acqu. hæredit.* tamen ex tribus oſſertis nullitatibus prætendit teſtamentum eſſe nullum, & adhuc judicio prætenſæ nullitatis teſtamenti non inſtituto obtinere.

2 Prima igitur * nullitas prætenditur, ex quo teſtamentum non fuit poſt ipſius ſcripturam coram teſtibus relectum, nec publicatum, quod neceſſariò pro ſolemnitate teſtamenti requiri, habetur ex *text. in l. fideicommiſſa, §. quoties, ff. de legat. 3.* ubi etiam Bart. *l. ex ea ſcriptura ff. de teſtam. Joſeph. Ludov. dec. Luc. 53. n. 35. Covar. in cap. relatum, n. 22. de teſtam.* cum aliis notatis per Maſcard. *concluſ. 1359 numero 74.* Matienz. *in nova recopil. lib. 5. tit. 4. leg. 1. gl.*
3 *3. de teſtament.* neque opitulatur, * quòd in hoc teſtamento adſit clauſula apponi ſolita in teſtamentis,
4 *actum coram me,* † *&c.* quæ clauſula importat idem, ac ſi Notarius ſcripſiſſet actum relectionis, & publicationis, ex doctrina Bald. *in auth. quod ſine, C. de teſt.* communiter ſequuta, ut per Covarr. *in d. cap. relatum,* Surd. *conſ. 414. nu. 79.* * qui alios allegat, quia 5
eſt in principio, & non in fine teſtamenti, prout requiri prætenditur, ex Matienz. *d. lib. 5. tit. 4. li. 1. gl. 3.* Roland. à Vall. *conſ. 32. nu. 33. lib. 2.* Gramm. *deciſ. 62. n. 6.* Simon de Præt. *de interpr. ult. vol. lib. 3. dub. 2. ſolut. 2. n. 33.*

Secunda conſideratur aſſerta nullitas, * ex quo in 6
fine teſtamenti non adeſt Notarii ſubſcriptio, & propterea nullam fidem facit, *§. ſed ſi inſtrumenta, cùm gloſ. in verbo adjiciantur, in auth. de inſtrumentorum caut. & fid.* Afil. *in Conſt. Regni Baiul. numero* 23. Corn. *conſ. 70. num. 1. cum ſeqq. vol. 4.* Aymon. *conſ. 72. nu. 4.* cum concordantibus, † & quamvis 7
dicto teſtamento poſt ipſum completum idem Notarius inſcripſerit codicillum, in fine cujus authenticavit tam teſtamentum, quam codicillum, tamen prætendit pars adverſa, id non ſufficere, cùm diverſo tempore teſtamentum, & codicilli fuerint celebrati, & proindè non poſſe imperfectionem teſtamenti ex deficientia ſubſcriptionis ſuppleri ex ſubſcriptione facta in codicillis, ex *conſ. Angel. 74.* & Paul. de Caſtr. *conſ. 291. num. 4. part. 1.* Inſuper dicebatur, neque de confirmatione teſtamenti in codicillo poſſe haberi rationem, * cùm hæreditas in co- 8
dicillis neque dari, neque adimi poſſit, *§. directo, & §. codicillis,* * *Inſtitut. de codicill.* nec etiam hære- 9
ditas data in codicillis confirmari poteſt, *l. 2. §. fin. ff. de jur. codicill.*

Tertia, & ultima nullitas, quæ proponebatur, erat ex defectu teſtium,* cùm omnes fuerint Religio- 10
ſi Mendicantes, & tres Capuccini, qui abſque Superioris licentia teſtes eſſe non poterant, ex Jo. Fabro *in §. teſtes autem, inſtitut. de teſtament.* & aliis, qui ipſum ſequuntur, † & quamvis eſſet etiam præſenta- 11
ta licentia, tamen neque de illa aliquam poſſe haberi rationem prætendebatur, * quia de licentia debet 12
conſtare in ipſo actu teſtamenti, * cùm actus rogandi 13
teſtes in ipſa teſtamenti confectione adimplendus ſit, *d. l. hac conſultiſſima, & in §. teſtes, Inſtit. de teſtament.* & proindè in dicto teſtamento inſeri debet, ex *conſ.* Jo. de Amic. 77. n. 17. Goazz. *de defenſ. reorum, tom. 2. defenſ. 13. c. 1. n. 9. verſ. de tali licentia,* & quatenus eſſet dicta licentia † admittenda non poſſet ali- 14
quid operari circa petitam † immiſſionem, quæ ex 15
ſola teſtamenti non aboliti, nec cancellati oſtenſione conceditur, Menoc. *de adipiſc. poſſ. remed. 4. nu. 859. cum ſimil. Ego ipſe in dec. 10. n. 1. 13. & 15.*

Prædictis tamen oppoſitionibus non obſtantibus, contrarium ſentio, facillima enim, ni fallor, apparebit eorum reſolutio, tantò magis, quia cùm tractemus de remedio *d. l.* * *fin. C. de edict. Divi Hadria-* 16
ni toll. non poteſt retardari immiſſio ex quacunque exceptione, niſi adſit vitium viſibile in parte ſubſtantiali, † & ideò quamvis adverſus teſtamentum 17
opponatur de falſitate, inofficioſitate, nullitate, inteſtabilitate teſtatoris, inhabilitate hæredis, vel ſimilibus, niſi ſit vitium viſibile, † nullo ſcrupulo catena, 18
non impeditur hæres, quin remedio prædicto utatur, prout poſt innumeros, quos colligit, docet Peregr. *de fideicomm. art. 48 n. 29. cum ſeqq* Roland. *conſ. 22. n. 36. lib. 3.* latè Bertazz. *conſil. civil. 55. nu. 28.* ubi ſic judicatum refert per Rotam Romanam.

Dicitur enim hæc exceptio juris, † & non facti, 19
per ea, quæ infra fundabimus, exceptio autem juris dubij æquiparatur dubio facti, † *Rota apud* Card. Se- 20
raph. *dec. 271. ſub nu. 6. part. 1.* Pacif. *de Salvian. interdict. inſpect. 2. cap. 2.* qui ex *num. 86. cum pluribus ſeqq.* fundat, * hujuſmodi juris dubij exceptiones nō 21
eſſe admittendas in judiciis ſummariis, & in ſpecie, quod non impediatur immiſſio, * quando dubitatur 22

de viribos teſtamenti, probat noviſſimè Cæſar Ar-
gelius *de legit. contradict. quæſt.* 10. *art.* 22. *num.* 281.
ubi uique ad ſatutitatem deciſiones, & authoritates
aſſert, poſt alios Eugen. *conſ.*26. *num.* 108. *lib.*2. Me-
noch. *de adipiſc. poſſ. remed.*4. *num.*698. Sebaſt. Sapia
*in d. l. fin. nu.*89.

Quæ quidem procederent, quando propoſitæ
nullitates aliquam probabilem baberent juris diffi-
cultatem, verùm ex earum reſolutione apparebit,
quòd quamvis ſatia ingenioſa, & ſubtilia prima fa-
cie videantur, attamen nullius ſunt conſiderationis.

Et quoad primam attinet, notaodum erit quod ſi
relectio, & publicatio deeſſent, nec poſſet in iſto
23 caſu teſtamentum dici nullum, * ex eo, quia non ap-
pareret, fuiſſe lectum coram teſtibus, iſta enim ſolem-
nitas poſſet per teſtes probari, cùm ſimus in teſta-
mento ouncupativo, quod ſcripturam ad ſui eſſen-
24 tiam non requirit, † niſi ad probationem, etiam quòd
teſtator juſſerit, de eo publicum fieri inſtrumentum,
Salyc. *in l. ambiguitates*, *n.* 3. *Cod. de teſtam.* diffusè
per Farinac. *de falſit. & ſimul. q.*156. *n.*103. *cum ſeqq.*
Zant. in conſil. pro uxore num. 504. cæteroa colligit
Doctor Marta *voto* 8. *per tot.* & quamvis ſcriptus
25 hæres non poſſet antè * probationem immitti virtute
d. l. fin. attamen noſter hæres poſſidet hæreditatem
bonorum tam in Civitate Anconæ, quam in Alma
26 Urbe, & qui poſſidet * poteſt retinere etiam ex teſta-
mento minus ſolemni, Alex. *conſ.*176. *ſub n.* 13. *vol.*
5. *ubi Add.* Jaſ. *in l. nemo poteſt. ff. de leg.*1. & in hoc
ſufficit præſumpta poſſeſſio hæredis ſcripti, *l. liberis*,
27 *§. fin. ff. de liber. cauſ.* † Bald. *conſ.*454. *vol.*1. Cæſar
Argelius de *acquir. poſſeſſ. q.*3. *n.* 180. & in univerſali-
28 bus acquiſitio unius facit, † ut habeat omnium poſ-
ſeſſionem, Iſern. *in c.*1. 11. *col. quid ſit inveſtit.* Frece.
de ſubfeud. lib. 2. *quis dicatur Dux*, *n.* 66. ſed nedum
hæres noſter poſſidet bona hæreditatis in Civitate
Anconæ, & in Alma Urbe exiſtentia, ſed etiam in
hoc Regno, dum adſunt decreta, quod recognoſ-
cant debitores ipſum in dominum, & patronum,
29 per quæ tranſtulerant * & actualem poſſeſſionem
in nominibus debitorum, eſt certiſſimum, prout vo-
luere *DD. in l. de pupillo*, *§. meminiſſe ff. de novi oper.
nunciat.* & per Parid. *in tract. de ſyndic. in c. quia ſæ-
pe*, *verſ. ſi verò non compareat*, *f.*87. *in magnis.*

Confirmantur prædicta ex doctrina Bald. *in l. qu.
nu.* 15. *in fin. C. de fideicomm.* ubi dicit, teſtamentum
30 nuncupativum non à Notario, † ſed manu privata
ſcriptum probare in judicio poſſeſſorio, etiam antè
publicationem, licèt ſecus ſit in petitorio, ſequitur
31 Alex. *conſ.* 101. *in fine*, * *l.* 5. & ideò non eſſe hoc caſu
retardandam immiſſionem hæredis ſcripti, firmant
32 Cravet. *conſ.*508. *n.*14. *lib.* 3. * & Menoch. *de adipiſc.
poſſeſ. remed.* 4. *n.* 101.

Sed relectionem, & publicationem adfuiſſe in
dicto teſtamento, Sole clarius ex infra ſcriptis con-
ſtat, ſiquidem veriſſimum eſt, quod teſtamentum
33 nuncupativum de ſui natura * ſcripturam non requi-
rit, neque Notarium, ſufficit enim, quod teſtator
34 coram ſeptem teſtibus nomen † hæredis proprio ore
nuncupet, ut eſt text. *in l. hæredes palam*, *in prin. de
teſtam. & in l. hac conſultiſſima*, *§. per nuncupationem*,
C. eodem tit. ad probationem cujus teſtamenti pra-
35 ctica inolevit, * quod teſtes ſtatim poſt teſtatoris
mortem ad futuram rei memoriam mandato Judicis
examinentur, citatis omnibus, quorum intereſt,
quibus examinatis publicatur eorum depoſitio, Bart.
in auth. ſi quis, *C. de teſtament. ordin.* Durant. *de ar-
te teſtand. titul.* 2. *de teſtam. caut.* 7. Ludov. Lana *de
form. teſtam. n.* 2. & eſt text. *in l. publicati*, *& in l.
cum antiquitas*, *& utrobique Doct. C. de teſtam.*

Aliquando tamen pro majori facilitate probatio-
36 nis ipſius teſtamenti ſolet * vocari Notarius, qui de
ipſa voluntate teſtatoris coram ſeptem teſtibus de-
claràta, faciat inſtrumentum publicum, ut dicunt
DD. & præcipuè Paul. de Caſtro *in d. §. per nuncupa-
tionem*, & hæc forma teſtandi * magis eſt uſu recepta, 37
ut poſt alios dixit Ludov. Lana *in loco* proximè alle-
gato, *nu.*5. & in hoc * teſtamento ſufficit ſola fides 38
Notarij, ut per Crav. *conſ.* 48. *inter conſ. diverſ. ult.*
latè Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.*5. *tit.* 6. ple-
niſſimè per *Piſtorium obſervat.* 199. ubi diſtinguit
terminos inter publicationem * teſtamenti, & aper- 39
turam, *& n.* 12. ſubdit, quod cùm hodiè Notarij pu-
blici rogentur, * ut conficiant publicum inſtrumen- 40
tum ipſius teſtamenti, de raro, vel nunquam locum
habet diſpoſitio text. *in l.* 2. *Cod. de teſtam.* & in hiſ-
ce teſtamentis potiùs de apertura quam de publica-
tione agitur.

Solet tamen hæc formula † dupliciter ſervari, nam 41
quandoque teſtator abſque teſtibus cum Notario
tantum ſcribit teſtamentum, quo ſcripto vocantur
teſtes, & coram ipſis de novo teſtamentum legitur,
& tunc teſtamentum, * quamvis ſcriptum à Notario, 42
non valet, niſi coram teſtibus relegatur, quia actus,
quem fecit teſtator in ſcribendo teſtamentum, abſq;
quo coram teſtibus relegatur, dicitur magis præ-
paratio ad teſtandum, & hoc eſt quod voluit Bart.
in l. fideicommiſſa, *§. quoties*, *de leg.* 3. *&* Oldr. in fa-
moſo *conſ.*119. & ideò quamvis in libro Notarij re-
periatur ſchedula teſtamenti, ſi in illa non reperitur,
quod teſtamentum fuerit lectum coram teſtibus,
quod ex illo nihil debetur, nec poteſt publicari, ta-
men dixit idem *Bart.* quod † tale teſtamentum pro- 43
bat voluntatem teſtatoris, & fortè ſufficeret inter li-
beros, contra *gloſ. in l. ſi quis enim*, *ff. de teſta.* & in
hoc caſu loquuntur Bald. *in Auth. quod ſine*, *C. de te-
ſtam.* Coro. *conſ.* 226. *n.*5. *vol.*2. & Doctores à Parte
producti, videndus etiam Gulielm. de Benedict. *in
capit. Raynut. in verb. in extremis*, *n.* 40. *de teſta.* ſiqui-
dem certiſſimum eſt, † quod ex ipſa ſchedula reperta 44
in libro Notarij abſque quo appareat de perfectione
teſtamenti, non poteſt probari teſtamentum, & ideò
Doctores tenent, quod non per hoc excluditur alius
modus probandi teſtamenti * prædicti perfectionem, 45
maximè in teſtamento nuncupativo, ut declarat
Corn. *conſ.*307. *n.*17. *verſ. nec obſtat d. auth. quod ſine*,
vol. 3. & eum ſequitur Surd. *d. conſ.*414. *num.* 79.
vol. 3.

Alia forma, quando * adhibito Notario, & teſti- 46
bus coram ipſo teſtatur, & de prædictis rogatur No-
tarius, ut publicum conficiat * inſtrumentum, & iſto 47
caſu nulla eſt neceſſaria relectio, pro quo videndus eſt
Corneus *in conſ.* 77. *ſub nu.* 10. *lib.*4. cujus verba tan-
quam punctualiſſima ad caſum tranſcribere non pige-
bit, 53. *Imol. autem allegat l. fideicommiſſa*, *§. quoties*,
de legat. 3. *ubi deciſio * non fundatur*, *quod requiratur* 48
ad eſſe inſtrumenti, *quod inſtrumentum legatur coram
teſtibus*, *ſed text. loquitur*, * *quando defunctus fece-* 49
*rat ſcribi ſuam voluntatem animo ſecundùm eam diſ-
ponendi*, *poſtea coram teſtibus*, *quia tunc ſi morte præ-
ventus non diſpoſuit*; *non valet ultima voluntas*, *tan-
quam non facta*, *ſeu non completa*, *iſta eſt intentio illi-
us text. patet dum dicit*, *exemplum teſtandi præpara-
ret*, *eſt enim tunc præparamentum ad teſtandum*, *&
hæc etiam eſt mens Bart. ut patet ex dictis per eum
ibi*, *& in l. ſi is*, *qui*, *de teſtam. ubi allegat d.
§. quoties*, *& ita videtur ibi intelligere Imol. non autem
procedit*, *quando teſtator priùs diſpoſuit*, *deinde rogavit
Notarium*, *& teſtes adhibuit*, *habens actum pro perfecta*
Et inferius.

*Sed ſi teſtator habet actum * pro conſummato*, *quia* 50
primò teſtatus fuit, *& de teſtamento rogavit Notari-
um*, *& teſtes*, *nihil obſtat*, *quominus teſtamentum
valeat*, *& ſic non militant d. l. contractus*, *& d. §. quo-
ties*, *& ſimiliter ſi Notarius habuit actum pro con-
ſummato*, *non video*, *quid obſtet*, *quin poſſit inde con-*

ficere

*ſcere inſtrumentum de jure validum. Ex quibus vide-
tur poſſe concludi, quod etiam dictum inſtrumentum
in caſu noſtro valeat, dato quòd ipſe Notarius tunc
mo ſcripſerit, neque legerit, ſeu ſtipulatus fuerit di-
ctum teſtamentum.* Hæc Corneus.

Hoc enam expreſsè probat Steph. Bertrand. *conſ.*
99. *vol.* 3. *par.* 1. *n.* 5. ubi ex mente Panorm. *in c. ſi. col.*
ſi. de fide inſtrument. expreſsè tenet, doctrinam Bart. *in*
51 *d. l. fideicommiſſa, §. 5. & aliorum* eſſe intelligendam
in eo caſu, quando illa ſchedula teſtamentaria fuit
ſcripta abſentibus teſtibus, † ſecus autem quando
52 præſentibus, quia tunc non eſt opus alia relectione,
quod quidem ſatis probatur in caſu noſtro, cùm ex-
preſsè Notarius dicat in principio ipſius, *quòd actum*
ſuit teſtamentum præſentibus teſtibus, &c. & quod
quando teſtatur coram teſtibus diſpoſuit, non
ſit neceſſaria relectio, poſt *Reuſn. de teſtam par.* 3. *c.*
8. *n.* 9. voluit Franc. de Barry *de ſucceſ. tit. de teſt. li.* 1.
53 † *tit.* 1. *n.* 49. nec poteſt dubitari de perfectione volon-
tatis, ſiquidem omnia requiſita in teſtamento præ-
dicto adſunt, quæ voluntatem perfectiſſimam de-
monſtrent. Primò, quia omnia fuerunt perfectè de-
54 clarata,* *l. fin. quis, & l. ex ea. ff. de teſtam.* adeſt ſecun-
dò forma ſubſtantialis, quæ eſt hæredis inſtitutio, *l.*
1. *ff. de vulg. & pup. ſubſt. §. antè hæredis, Inſt. de le-*
*gat.** adeſt & tertiò perfectus numerus teſtium, *d. l. ju-*
55 *bemus, & l. hac conſultiſſima,* quæ omnia efficere te-
56 ſtamentum perfectum, * docet Benedict. *in d. c.* Ray-
nu. *in verb. teſtamentum* 1. *n.* 93. probatur etiam ex ip-
ſa viſura teſtamenti, quia cùm omnia adimpleviſſet,
rogavit Notarium, ut de prædictis conficeret publi-
cum inſtrumentum, quod quidem diſpoſitionem de-
monſtrat, ut nihil aliud deſiderandum ſit, niſi ut ſcri-
57 ptura in publicam formam redigeretur, * & quod vo-
luntas teſtatoris habeatur pro perfecta, etiam quòd
ſcriptura publicata non ſit, * deciſum fuit in Rota
58 Romana apud Seraph. *dec.* 581. qui etiam doctrinam
Oldr. Bar. & aliorum intelligit in eo tantùm, quan-
do fuit facta per teſtatorem præparatio ad teſtan-
dum. plenè per Gratian. *diſcept. foren. cap.* 50. *lib.* 3. *à*
59 * *n.* 1. *uſque ad* 44. *& n.* 45. qui loquitur etiam in
eo caſu, quando Notarius noluit conficere ſcriptu-
ram, timens de imperfectione teſtamenti.

Nihil ergò refert * ſi in principio, vel in fine teſta-
60 menti adſit clauſula illa, *actum, &c.* nam *Doctores* in
fine teſtamenti illam deſiderari dicunt, non ad alium
finem, niſi ut demonſtretur, actum fuiſſe perfectum
in eo caſu, quando ſchedula teſtamenti in libro No-
tarii mortui reperta fuit, neque negant, in princi-
pio poſſe apponi, quia ex illis verbis, *actum, &c.*
61 conſtat de relectione, † & de omnibus requiſitis in
teſtamento, ſecus tamen, quando teſtamentum fuit
per Notarium in publicam formam redactum, ve-
rum quod idem operetur hæc clauſula, *actum, &c.*
quando fuit in principio inſtrumenti poſita, ac ſi in
62 fine poſita eſſet, voluerunt Nevizanus *conſ.* 26. *n.* 42.
& conſ. 24. *n.* 3. Menoc. *conſ.* 48. *n.* 18. *lib.* 1. & noviſſi-
mè Galvan. *conſ.* 22. *n.* 42. *verſ. quinimò*, in hoc enim
63 attenditur conſuetudo, & ideò poteſt in fine, vel in
principio ſignum apponi, Fel. *in cap.* 1. *n.* 11. *de fide*
inſtru. * Inſuper idem operari ſignum Notarii, quod
64 illa clauſula, *actum &c.* poſt Bald. *in l.* 1. Cod. *de jur.*
haſt. fiſc. lib. 10. Jaſ. *in l. ſi ita ſcriptum, col.* 3. *ff. de leg.*
1. & alios voluit Covar. *in d. cap. relatum, ſub nu.* 11.
quod ſignum jam habemus in noſtro teſtamento ex
infra dicendis.

Quod quidem etiam convincitur, quia quomodo-
65 cunque conſtet ex iis,* quæ poſt teſtamentum teſta-
tor dixit, actum fuiſſe perfectum, veluti ſi dixerit, ſe
teſtatum fuiſſe, tunc abſque aliqua relectione teſta-
mentum perfectum, & validum judicari dixit idem
Surdus *in d. conſ.* 414. *nu.* 79. *in fine*, quod ſatis ha-
betur in caſu noſtro, poſtquam enim teſtator ſub die
24. Novembris 1625. teſtamentum condidit, & die
ſeptima Decembris ejuſdem anni codicillum, in
quo expreſsè mentionem fecit de teſtamento, &
primò dum ibi aſſeritur, *eſſendo che l'Illuſtre Giovan-*
ni del quondam Bernardo Bonello ſotto il di 24. del
Meſe di Novembre habbia fatto il ſuo nuncupativo
teſtamento ſotto rogatione di me Notario & inferiùs,
l'altre tutte, & ſingole coſe contenute nel detto teſta-
mento, come di ſopra fatto ſotto rogatione di me
Notario infra ſcritto il di 24. di Novembre proſſimo
paſſato, in tutte, & ſingole ſue parti conſermo, & ap-
provo, &c. Ex quibus quidem verbis non induco
confirmationem teſtamenti, cùm illud fuerit de per
ſe validum, ſed probationem ſcilicèt tam teſtatorem,
quam Notarium habuiſſe diſpoſitionem teſtamenti
pro perfecta, quo caſu omnes *Doctores* ſupra alle-
gati tenuerunt, teſtamentum aliqua relectione non
indigere.

Quod magis procedit inſpecta æquitate Canoni-
ca, * in Statu Eccleſiaſtico obſervanda, ſecundùm 66
quam quoties etiam per ſigna conſtat de voluntate
teſtatoris, † valet teſtamentum, ut in puncto ducit 67
poſt alios Honded. *conſ.* 77. *n.* 13. *lib.* 1.

Ad quod addo, quia nedum in dicto codicillo no-
minatur, & approbatur idem teſtamentum cum ex-
preſſione certi diei, quo fuit confectum, ſed nomi-
natur per proprium nomen hæres in dicto teſtamen-
to inſtitutus, adeò ut ſit facta nominatio certa, &
explicita, proindè non poteſt ampliùs in dubium
revocari ejus validitas, * & in puncto, nempè codi- 68
cilli nominantis teſtamentum, de cujus publicatio-
ne dubitabatur, fuiſſe deciſum teſtatur Rota Rom.
d. dec. 714. *n.* 2. *& ſeq. part.* 1. *in recentior.* & facit
etiam Seraphin. *in dec.* 90. *n.* 7. *& dec.* 909. *n.* 6. *in*
fine, nam in altero.

Et demum animadvertendum erit, * quod præ- 69
dicta diſpoſitio text. *in d. l. fideicommiſſa, §.* 5. & do-
ctrina Bart. & aliorum, qui de relectione loquuntur
ceſſant, quandò teſtamentum fuit per Notarium vivẽ-
tem extractum in forma publici inſtrumenti, & par-
tibus conſignatum, quia Bart. loquitur de ſchedula
† in libro Notarii reperta, & ita in terminis tenuit, 70
& judicavit Peregr. ut Arbiter, ut ipſe idem refert *in*
conſ. 84. *lib.* 5. videndus idem tenet Rota Romana
ſtante declaratione ipſius Notarii etiam tacita, quòd
teſtamentum habuerit pro ſtipulato, *dicta deciſ.* 714. 71
n. 1. *&* 2. *part.* 1. *in recentioribus.* Undè cùm in caſu
prædicto appareat, expreſsè habuiſſe teſtamentum
pro perfecto reſtat omninò incontroverſum, poſt-
* quam enim ſcriptura à Notario eſt in publicam
formam redacta, præſumitur, quod veritatem con- 72
tineat, *l. cum precibus, ubi* Bald. *& alii* Cod. *de pro-*
bation. & facit probationem probatam, evidentem,
notoriam, † atque manifeſtam, ut ex multis hoc pro- 73
bat Tiraquell. *de retract. lignag. §. 2. gloſ.* 1. *nu.* 20.
hoc idem, * quod ex quo inſtrumentum fuit in pro- 74
tocollo rogatum, atque extenſum, probetur fuiſſe
publicatum, & habitum pro perfecto, poſt Ale-
xandrum. Nevizan. voluit Menoch. *conſ.* 48. *n.* 17. &
Galvan. *dicto conſ.* 22. quod quidem patet ad ſen- 75
ſum, * quia ſi creditur Notario, teſtamentum fuiſſe
perfectum ex imbreviatura, quæ in ſchedula teſta-
menti reperitur, *actum, &c.* quantò magis, quando
idem teſtamentum in formam publici inſtrumenti
reaſſumpſit, * & partibus tradidit, præſumitur enim 76
Notarium benè, & fideliter ratione publici officii
exercere officium ſuum, *l.* 2. *C. de offic. civil. Jud.*
l. ſi quis decuria, Cod. de falſis, præſumitur etiam 77
Notarium officii ſui eſſe peritum, Menoch. *lib.* 2.
† *præſumpt.* 79. *n.* 1. & ſi conficeret inſtrumentum de
teſtamento imperfecto poſſet puniri Cyn. & Angel. 78
in l. jubemus, Cod. de teſtam. & proptereà conclu-
dendum eſt, non poſſe ex oſtenſione teſtamenti ſic 79

in forma inſtrumenti publici redacti impediri im-
miſſionem ex remedio *d. l. fin. de edict. Divi Hadr.*
ſub prætextu, quòd deficiat in voluntate, vel in ſo-
lemnitate, ex eo quòd non appareat fuiſſe lectum,
ſufficit enim fuiſſe per Notarium publicatum, & in
80 publicam formam redactum, * publicatio enim te-
ſtamenti nihil aliud eſt, quam ſcripta in eo redigere
in publica documenta, ad finem ut tali inſtrumento
fides adhibeatur, Jaſ. *in d. l. publicati, ver. 3. requiri-
tur, col. 2 ff. de teſtament.* plura per Piſtorium
81 *in dicta obſerv.* 199. tantò magis, * quia in dubio pro
validitate teſtamenti eſt judicandum, *l. ſi pars, C. de
inofficioſ. teſtament. cap. fin. de re judic.* Soc. ſenior
82 *de teſtibus, n.* 16. publicè enim intereſt, † teſtamen-
tum ſortiri effectum, Menoch. *conſil.* 531. *nu-
mer.* 25.

Et tandem caſus prædictus verſari videbatur ex-
83 tra omnem dubitationem, * per clauſulam in fine te-
ſtamenti, & codicilli appoſitam, ſiquidem aderat
ſubſcriptio Notarii in illis verbis. *Ego Notarius
ſcripſi rogatus, & publicavi,* per quæ ſingula de rele-
ctione expreſsè conſtare videbatur, per illud enim
verbum, *& publicavi,* relectio neceſſariò concluditur,
84 * quia publicatio fit per lecturam coram teſtibus,
ut expreſsè docet Bald. *in l.* 1. *n.* 21. *C. de fide inſtr.
lib.* 10. ſequitur Jaſ. *in l. ſciendum, n.* 39. *verſ. tu ad-
verte,* & ibi latiùs Barthul. Romul. *n.* 196. *cum ſeq.
ff. de verb. obligat.* & tenet Menoch. *de præſum. lib.* 2.
præſum. 81. *n.* 8. *&* 9. Rurſus per illud verbum, *Roga-
tus ſcripſi*, quod idem importat, * quod *publicavi*, di-
85 xit Bart. *in d. l. ſciendum, n.* 11. * quin immò ſi ſimpli-
86 citer dicat Notarius, *Ego Notarius ſcripſi*, quod
cenſeatur præceſſiſſe rogitum in præſentia partium,
& relectionem coram teſtibus, tenet Aret. *in eadem
lege ſciendum, num.* 14. *verſic. adverte*, ubi plenè per
eundem Romul. *n.* 205. *cum ſeq. ff. de verb. oblig.* Me-
noch. *d. lib.* 2. *præſ.* 81. *n.* 12. *&* 13. *verſ. reſponderi*, un-
dè cùm adſint verba expreſſa, ac geminata idem im-
portantia, & expreſsè appareat de rogitu, & ſigno
Notarii, quod, ut infra dicemus, utrumque emple-
ctitur, non video, quomodò poſſit hoc in dubium
revocari.

Refellitur & ſecunda prætenſæ nullitatis conſide-
ratio ex lectura ejuſdem teſtamenti, in quo appa-
reat, poſt teſtamentum Notarium ſcripſiſſe codicil-
lum, & in fine illorum appoſuiſſe ſignum, reſpiciens
ad omnia ſupra contenta, ſcilicèt tam teſtamentum,
quam codicillum uno ſigno, & authentica, reſpicien-
tia tamen omnia præcedentia, & ſic expreſsè in
forma dicit.

*Ego Notarius Biancardus Anconitanus publicus
Apoſtolica authoritate Notarius prædictis omnibus,
& ſingulis interfui, & præſens fui, eaque rogatus
ſcribere ſcripſi & publicavi, & in finem omnium
præmiſſorum ſignum, nomenque appoſui conſuetum, &c.*
notanda ſunt ergò illa verba, *prædictis omnibus,*
87 *& ſingulis,* * demonſtrant enim pluralitatem ſcri-
pturarum, ſingula ſingulis referendo, & ſic etiam
88 illa verba, *& in fidem omnium præmiſſorum*, cùm
ſe referat ad omnia ſupra ſcripta, ubi etiam adeſt
89 teſtamentum.

Erit etiam animadvertendum, maximam conſtitui
differentiam, quando tractatur de celebratione actus,
vel de ipſius reaſſumptione in publicam formam,
90 * ad hoc enim ut ſcriptura ex protocollo Nota-
rii in authenticam formam ſumi poſſit, ſufficit il-
lam fuiſſe à Notario receptam, nec eſt curandum,
quòd careat ſubſcriptione; & ſigno Notarii, dum-
modò tamen in ejus protocollo repertatur, *Cyn.*
omnium primus in *l. contractus in fin. Cod. de fid. in-*
91 * *ſtrumen.* ubi Salyc. *quæſt.* 6. Curt. junior *conſil.* 162.
n. 3. maximè quando adeſt annus, & dies, & teſtes,
& ſcriptura tota ſcripta eſt manu ipſius Notarii,

* Menoch. *conſil.* 41. *nu.* 4. & ſubſcriptionem Nota- 92
rii, vel ſignum non eſſe neceſſarium, eſſe receptam
opinionem teſtatur Alexand. *in Rubr. ff. de nov. oper.
nunc. nu.* 14. quamplures pro hac opinione affert
Rol. *conſ.* 44. *n.* 42. *lib.* 1. *& conſ.* 157. *nu.* 11. *lib.* 4.
Felin. *in cap. cùm eabellio, nu.* 5 *de fid. inſtr.* Menoch.
conſ. 48. *n.* 15. qui cothas colligit, Dec. *conſ.* 447.
n. 8. videndus.

* Quando verò tractetur de reaſſumptione inſtru- 93
menti, ad hoc ut fidem faciat, non prohibetur No-
tarius in fine plurium inſtrumentorum ad eundem
* finem celebratorum unicum apponere ſignum, & 94
ſubſcriptionem, ſicuti enim inſcriptio ad omnia ſe-
quentia, ita ſubſcriptio ad omnia præcedentia refer-
tur, ut poſt Bart. Ruin. Bal. Alex. & Dec. dixit Me-
* noc. *d. conſ.* 48. *n.* 16. Bero. *qu.* 37. *n.* 11. & plures alios 95
recenſet, & communem teſtatur Dec. *in d. conſ.* 447.
* *in fin.* quod quidem procedere etiam in protocol- 96
lis, quia quando in eis Notarius ſe refert ad omnia
præcedentia, tunc ſignum erit commune omnibus
præcedentibus contractibus, quamvis in fine libri
ſit poſitum, dicit Bart. *in l. ſi quis ex argentariis, §. ſi
initium, num.* 31. *cum pluribus ſeqq. ff. de edendo, ubi
etiam* Alex. *n.* 10. Bal. & Salic. *in l. eo, quod ff. ſi cert.
petat.* & poſt Jaſ. & Mand. firmat Grat. *diſcept. forenſ.*
* *c.* 574. *n.* 33. *tom.* 3. Menoch. *d. conſ.* 48. *d.* 97
num. 26. & magis in terminis, quod una ſubſcri-
ptio, & unum ſignum ſufficiant ad authentican-
dum mille contractus præcedentes, latè probant
Alex. *conſ.* 147. *num.* 7. *& ſeqq. lib.* 2. & Jaſ. *in l.
ſi ita ſtipulatus, §. Chryſogonus, n.* 8. 9. *&* 10. *ff. de
verb. oblig.*

† Neque prædictis obſtare poteſt Bart. *in l. fin. ff. de* 98
rebus dubiis, quia non loquitur de ſubſcriptione,
vel ſigno Notarii, * ſed de clauſula appoſita in fine
ejuſdem teſtamenti, licèt enim regulariter clauſula 99
in fine poſita referatur ad omnia præcedentia, atta-
men limitat, quod hoc intelligitur, quando ſcriptura
contineret eundem continuatum ſermonem, † ſe- 100
cus ſi in medio plura dixiſſet, quia tunc ad omnia
præcedentia non refertur, † idem Bart. *in l. ſi teſta-* 101
mentum, ff. de teſtamentis, loquitur enim in eo caſu,
quando quis fecit apocham privatam uno die, & de-
inde alio die ſe ſubſcribit, & dicit, *actum die tali,*
quod in illo die, in quo fuit ſubſcripta, habuit perfe-
ctionem, & ſi ſe referat ad actum ſubſcriptionis,
qui ultimo loco fuit geſtus, & à quo recepit contra-
ctus perfectionem, * & ratio eſt ſecundum Bald. &
Aretin. *in dicta l. ſi teſtamentum*, quia ſcriptura pri- 102
vata recipit perfectionem eo die, * quo fuit firmata,
& ideò actus debet referri ad illum diem, in quo re- 103
cepit perfectionem, Angel. verò *in conſil.* 74. lo-
quitur in duobus teſtamentis, unum abſque quo 104
conſtaret fuiſſe perfectum, aliud verò conſtabat
fuiſſe completum, dicit *Angel.* & benè, quòd debet
ſtari ultimæ ſcripturæ completæ, niſi probetur fal-
ſitas † aut error, aut ex perſona Notarii, vel figura 105
ſcripturæ vituperatæ forſitan aliud præſumamus,
quia cùm non poſſit quis niſi unicum teſtamentum
conficere, illud validum præſumitur, quod ex ſui in-
ſpectione perfectionem demonſtrat, *Paul. de Caſtro
conſ.* 292. *libro primo, numero quarto*, potiùs no- 106
ſtram, † quàm contrariam firmat opinionem, ſiqui-
dem dicit, per ſubſcriptionem Notarii in teſtamen-
to non præſumitur rogitus in codicillis, & proinde
ſolemnizat teſtamentum dumtaxat, intelligendo de
ſubſcriptione intermedia inter teſtamentum, & co-
dicillum, * quando autem non eſt facta in medio, 107
ſed in principio, vel in fine, tunc refertur, tam ad te-
ſtamentum, quàm ad codicillos, & quia eſt punctua-
liſſima ea doctrina *Paul. de Caſtro* ad fundandam
noſtram, quam defendimus, opinionem, ideò vo-
lui inſerere propria ipſius verba, 53.

Nec

Digitized by Google

*Nec obſtat ſubſcriptio facta in teſtamento , quia illa
ſolemnizat teſtamentum duntaxat , poſtquam facta eſt,
non codicillum factum dudum poſt , argumento l. fi-
lium , cum ibi notat , ff. quando dies legat. ced. &
quod notat* Bart. *in l. fin. ff. de rebus dub. non enim
facta eſt in principio tanquam reſpiciens omnia ſe-*
108 *quentia , tunc enim haberet locum l. ſi quis ex argen-
tariis , §. ſi initium, ff. de edend. nec in fine , tanquam
reſpiciens omnia præcedentia, quia tunc reſpiceret
omnia , Cod. de liber. prater. l. 1. ſed eſt poſita tan-
tum ad unum actum , ſcilicet teſtamentum , & de illo*
109 *tantum loquitur , & ad illud tantum refertur , ſicut
clauſula poſita infra gradum, l. 3. ff. de liberis & poſt-
humis.*
110 * Refellitur & hæc ſecunda prætenſa nullitas ex
juris diſpoſitione , ſiquidem ſtante clauſula , *actum
&c.* ſubſcriptio , & ſignum non ſunt neceſſaria ,
111 † adeò ut ſi Notarius eſſet mortuus , adhuc poſſet
in publicam redigi formam , non obſtante defectu
ſigni, & ſubſcriptionis , Cardin. Zabarell. *conſ.* 113.
numer. quarto & quinto , Ruin. latè *conſilio* 159. *nu-
mero* 11. 12. *&* 13. *libro quarto* , Menoch. qui teſta-
tur de magis communi præcitato *conſil.* 48. *num.* 15.
Nevizan. *conſ.* 24 *nu.* 5. *& ſequenti* , & latè Galva.
conſil. 22. *num.* 40. *&* 72. & ſit determinatum per
Rotam Romanam teſtatur Cardin. Seraphin. *deciſ.*
902. *n.* 2. *& ſequenti, & deciſ.* 909. *n.* 3. *& ſequenti*, &
noviſſimè eadem *Rota Romana dec.*628. *n.* 1. *& ſeqq.*
part. 2. *in recentior.* ubi de magis communi teſtatur,

Et ſic, ni fallor, ſatis remanet firmata opinio,quod
ſubſcriptio , & ſignum Notarii referuntur , tam ad
teſtamentum, quàm ad codicillum, & quod hoc fieri
poſſit abſque ſcrupulo , & authenticum remanebit
inſtrumentum, tam reſpectu teſtamenti, quàm reſpe-
ctu codicilli.

Reliquum erit, ut tertio objecto , quod teſtes ad-
hibiti fuerint Religioſi, ſatisfaciam , & quidem hæc
quæſtio parvam requirit indagationem , cùm com-
munis omnium *Doctorum* ſententia ſit, quod in teſta-
mento etiam Religioſi Mendicantes non prohiben-
112 † tur eſſe teſtes Zabarell. *in conſ.* 97. qui conſuluit in
eo caſu , in quo de octo teſtibus unus fuit laicus,
omnes alii verò Fratres Minores, Guid. Pap. *dec.* 517.
Signorol. de Homod. conſ. 136. *& conſilio* 78. *nume-
ro* 6. Jaſon *in authent. ingreſſi, num.* 2. *Cod. de ſacro-
ſanct. Eccleſ.* Bald. *in cap. nuper , num.* 3. *de teſtibus*,
Lanfranc. de Orian. *de arbit. part.* 2. *n.* 9. *&* 10. Pariſ.
conſil. 51. *num.* 12. *lib.* 3. latiſſimè per Silvan. *conſil.*
16. *libro* 1. *Tobiam Nonium in §. teſtes autem , num.
quint. de teſtament.* Clar. *in §. teſtamentum, in q.* 55.
numero ſeptimo qui de communi obſervantia teſtatur,
Natta *in l. hac conſultiſſima , §. ex imperfecto, ſub nu-
mer.* 181. *Codic. de teſtam.* Crot. *in tractat. de teſtibus ,
nu.* 27. Simon de Praet. *de interpretat. ultim. volunt.
libro ſecun. interpret. prima, dub. ſecund. ſolutio* 3. *nu-
mero* 10. Surd. qui de communi teſtatur *deciſione*
125. *Pract. Papienſ. tit. de firm. juramene. teſt. in verbo
proteſtante, numero* 32. Dom Regens Tapia *in d. au-
thent. ingreſſi, Cod. de* Sacroſanct. Eccleſ. *numero* 63.
Jacobus de Graff. *de ſentent. excommun. conſil.* 9. *vo-
lum. ſecund.* Aretin. *in §. ſed neque, Inſtit. de teſtam.*
alios colligit Farin. *tract. de teſtibus , quæſtione* 60.
num. 467. *& quæſtione* 62. *num.* 126. Theſaur. *quæ-
ſtion. forenſium libro quart. quæſt.* 35. Pater Andreas
Molfeſ. *in ſua ſumma , tract.* 73. *capit. ſecund. numero*
532. noviſſimè Sanchez *in ſumma, tom. ſecund. libro
6. cap.* 13. *num.* 100. *& ſequenti* , malè ex adverſo
allegatus , ubi alios adducit, & ita ſervari in Regno,
etiam abſque Superioris licentia, teſtatur Caravita
in Ritu M. C. V. 144. *n.* 4. Napod. *in Conſuetud. Si
quis, vel ſi qua, numero* 152. & quod Superioris li-
centia non ſit neceſſaria, poſt Abb. *in capit. cum nun-
tius, de teſtibus*, & alios firmat Laurentius Sylvanus
d. conſil. 16. *numero* 4. Farinac. *in d. tract. de teſtibus,
quæſtione* 61. *numero* 128. Roland. *conſil.* 24 *volumi-
ne primo*, Maſcard. *concluſion.* 260. Pariſius *conſil.*
72. *numero nono libro tertio* , cum aliis per ipſos alle-
gatis , quod quidem probabilem dubitationem non
admittit, immò Rodriquez *quæſtionum regularium li-
bro tertio quæſtione* 62. *artic. ſecundo* , ex Guido Pa-
pæ *deciſ.* 519. dicit , *quod abſit , quod teſtamenta, vel
alia ultima diſpoſitiones , in quibus Religioſi etiam
Mendicantes pro teſtibus adhibentur, debeant propter hoc
irritari. Immò quod tales pro teſtibus adhibeantur in
ultimis voluntatibus , tenet communis obſervantia*, re-
probando dicta Joan. Fabr. *in §. teſtamentum, In-
ſtit.* quod *Ego* poſt hæc ſcripta latiſſimè ſcripſi
deciſione 20. *num.* 10. ubi de hac cauſa memini *nu.* 113
15. & quod teſtes Religioſi laicis præferantur ,
Dec. *conſ.* 448. *n.* 16.

Dubia tamen, & controverſa fuit opinio , utrum
† Religioſi poſſint abſque Superioris licentia in judi- 114
cio teſtificari, & in hoc caſu loquuntur Fel. *in d. cap.
cum nuncius, n.* 3. *de teſt.* Tob. Nonius *Inſt. de teſtam.*
Alber. de Roſat. & Bal. *in l. quoniam liberi , de teſta.*
& alii allegati per Farin. *loco* proximè citato, Jo. de
Amicis *conſ.* 77. Rota *dec.* 77. *diverſ. vol.* 2. *num.* 12.
& omnes ferè alii in contrarium allegati,& quamvis
aliqui loquantur in teſtamento , tamen dicunt, quòd
licentia tunc eſt neceſſaria , quando eorum teſtimo- 115
nium in judicio proferre debent, non autem quan-
do in teſtes adhibentur, ut expreſsè probat Gomeſ.
in l. Tauri , n. 28. & hanc diſtinctionem probat Ca-
ravit. *in d. Ritu* 144. *n.* 4.

Et tamen, etiam in judicio communis eſt conclu- 116
ſio , * quòd quamvis Religioſi teſtimonium proferre
abſque Superioris licentia non poſſint , attamen ſi de
facto teſtificentur, non redditur nulla depoſitio , ut
tenuit Abb. *in dicto c. cum nuncius. n.* 4. *de teſtibus* , ubi
etiam Aretin. *nu.* 151. qui hanc levem ſolemnitatem
appellat, † potius ad decentiam , & honorem Reli- 117
gionis requiſitam , & propterea ex ejus omiſſione
actus non vitiatur, ſequitur Felin. *in d. cap. cum nun-
cius, n.* 3. idem tenet Mantic. *deciſ.* 352. *n.* 17. ex adver-
ſo allegata, Guazz. *de defenſ. reorum, def.* 13. *ca.* 1. *n.* 12.
Coro. *conſ.* 135. *n.* 33. *lib.* 1. cui non contradicit *ipſe-
met in conſ.* 176. *in fin. lib.* 3. quin immo id confirmat
in fin. ipſius Farinac. *q.* 62. *n.* 134. Caravit. *d. Ritu* 144.
& Silvan. *d. conſ.* 16. *lib.* 1.

Et iſtam licentiam potiùs de conſilio , * quam de 118
præcepto ſervari dixit Aretin. *in conſ.* 159. *&* Carav.
d. Ritu 144. *n.* 4.

Sed hæc quidem quæſtio ſupervacanea redditur
ex licentia Superioris jam in actis exiſtente, quæ te-
ſtamentum præceſſit , & quamvis Pars adverſa eam
in teſtamento inſertam fuiſſe neceſſariò prætendat,
ſaltem ad finem , * ut poſſit ſcriptus hæres immiſſio- 119
nem petere virtute diſpoſitionis *d. l. fin.* quæ extrin-
ſecam præter teſtamentum probationem non ad-
mittit, tamen facilis eſt reſponſio , quia ultra quod
nec fuiſſe neceſſariam licentiam ſupra fundavimus,
attamen quatenus alia opinio eſſet admittenda ,
quod negatur, non per hoc impediretur remedium
dictæ *legis*, ſiquidem ſimile habemus in teſtamento
filii-familias,* qui ex juris diſpoſitione teſtari nequit, 120
& propterea hæredi ſcripto virtute ipſius teſtamen-
ti non conceditur immiſſio , ſi tamen in promptu
conſtat de inſtrumento emancipationis, tunc eſſe lo-
cum remedio prædicto latè fundat Cæſar Angel. *de
acquirenda poſſeſſione, quæſtione* 3. *art. quarto , num.*
*231. qui hoc ampliat *n.*232. etiam ſi aliquid adver-
ſus emancipationem opponatur , quod altam inda- 121
ginem requirat, * & idem procedere in teſtamento
ſpurii, quando conſtat de legitimatione, Angel. *dicta* 122
quæſtione tertia, art. 10. *numero* 545. *cum pluribus ſe-
quentibus , qui nu.* 598. dicit, quod non deſervit ad

coadjuvandum teſtamentum, ſed ad removendum vitium ipſius.

224 * Pari ergo modo quamvis Monachus non poſſit teſtari abſque Superioris licentia, ſi in continenti de licentia conſtat, competit immiſſio virtute ipſius teſtamenti, *idem Argelius d. quaſtion. tertia, art.* 20. *numero* 1030. Et ſic rejectis omnibus contrariis remanet undique fundatum, immiſſionem eſſe concedendam.

Deciſionem hujus cauſæ habebis in Conſultatione ſequenti.

OBSERVATIO IN CONSULT. XIV.

ARGUMENTUM.

Publicatio, & recitatio omiſſa teſtamenti quando inducat voluntatis defectum, & ſit præparatio ad teſtandum, & res non ſit in termino. Statuitur regula, ingens dubitatio eſt, an ceſſet favore piæ cauſæ omiſſio. Pro negativa conſuluit *Oldrad.* & recenſentur Aſſeclæ. Simile eſt de patre inter filios teſtante. *Marta* refellit *Oldradum*, redarguens eum. Quem celebrat *Card. de Luca* cum ſuo diſcurſu, & quando neceſſaria non ſit publicatio.

SUMMARIUM.

1 *Publicatio teſtamenti omiſſa an inducat voluntatis defectum, & ſit præparatio ad teſtandum, ſtatuitur regula.*
2 *Favore piæ cauſæ an ceſſet diſputatio.*
3 Oldrad. *conſuluit contra piam cauſam, & recenſentur Aſſeclæ.*
4 *Caſus* Oldrad. *narratur.*
5 *Exemplum ſimile in patre adducitur ex* Burgos de Paz.
6 Marta *impugnat, & redarguit* Oldradum.
7 *Communiter reprobatum* Oldrad. *ait* Marta.
8 *Famigeratum* Oldrad. conſ. *nuncupat* Card. de Luca.
9 *Defectus publicationis quando non obſtet.*
10 *Diſcurſus* Cardin. de Luca *pro* Oldrado.
11 *Teſtamentum quando ſit in via.*

1 PUblicatio, † & recitatio omiſſa teſtamenti quando inducat voluntatis defectum.

Teſtamentum ſi non fuerit lectum, nec publicatum, imperfecta erit voluntas, & quod præparaverit ſe quia ad teſtandum, *Ruin. conſ.* 1. *lib.* 3. *n.* 12. Etenim cùm Notarium vocaverit ad ſcribendum teſtamentum, tunc eum animum, & voluntatem habuiſſe actum perficiendo, donec tabellio eam ſcripturam ipſi teſtatori, & teſtibus legerit, *Surd. deciſ.* 292. *Covar. in c. relatum numer.* 9. *de teſt.* ubi ab hac opinione recedendum non eſſe ſubdit *Theſaur. lib.* 4. *qu. for.* 28. & vocando Notarium cogitaverit de lectione, & publicatione, & ante publicationem non habuiſſe actum pro perfecto. Præſumitur enim, quem voluiſſe teſtari juxtà conſuetudinem *Ruin. conſ.* 107. *lib.* 7. ubi quod tale teſtamentum non poterit probari per teſtes, ex profeſſo concludit *Theſ. d. q.* 28. *& Covar. numer.* 7. *ubi ſup.* dicit procedere, quamvis teſtamentum dictatum ſit à teſtatore præſentibus teſtibus.

* Nonnulli tamen dicunt, hoc ceſſare favore piæ cauſæ, cùm reſpectu illius dicatur imperfectum ratione ſolemnitatis, quamvis reſpectu extranei dicatur nullum ex defectu voluntatis, cum ante publicationem, & approbationem à teſtatore factam imperfecta dicatur voluntas, ut dicit *Ruin. d. conſ.* 2. *n.* 10. 2

† Attamen contrariam opinionem ſequuti ſunt infra ſcripti Doctores, ut etiam reſpectu piæ cauſæ dicatur imperfectum ratione voluntatis, in puncto *Oldrad. conſ.* 119. *Dec. conſ.* 159. *&* 488. *n.* 13. *Paul. de Caſtr. conſ.* 307. *lib.* 2. alios refert *Hodiern. contr.* 36. *nu.* 66. 3

† *Oldrad. d. conſ.* 119. ponit caſum, in quo teſtator duos teſtes vocavit, & quemdam Clericum, per quem ſcribi fecit accuratè ejus bona, in quibus inſtituit hæredes pauperes Chriſti, & nonnulla fecit legata ab hærede præſtanda. Exinde teſtes rogavit, ut ab aliquo Tabellione ordinaretur teſtamentum à ſe factum, dictamque diſpoſitionem in formam publicam redigerent, & conſuluit *Oldrad.* quod etiamſi pia cauſa ſit inſtituta non teneat diſpoſitio, quia revera non dicatur teſtamentum, ſed præparatio ad teſtandum, *Oldrad.* ſequuti ſunt *Jo: Andr. ad ſpecul. tit. de inſtrum. edit. in add. Surd. dec.* 292. ibi *Hodiern. Paſchal. de patr. pot. p.* 2. *c.* 8. *n.* 62. 4

* *Burgos de Paz in ll. Taur. p.* 1. *l.* 3. *concl.* 3. *nu.* 223. ponit exemplum in patre, qui coram tribus teſtibus declaravit, velle inſtituere hæredem ſuum filium, eique aliqua prælegata relinquere, teſtes rogavit, ut declarationem illam ab aliquo Notario deſcribi facerent, & deindè teſtes rogarentur, ante quos declaratio ipſa in publicam formam redigeretur. Verum ea omnia antequam implerentur, pater mortuus ſit. Dicit *Burgos de Paz* hoc teſtamentum non valere, quamvis inter liberos, quia ſit imperfectum ratione voluntatis, multa enim tractantur, quæ non perficiuntur, & multa dicuntur, quæ non fiunt, *l. ſciendum, paragr. dictum, ff. de ædil. edict.* 5

† Refellit concluſionem *Oldradi*, *Marta de ſucceſſ. p.* 4. *q.* 1. *art.* 7. *nn.* 26. ubi quod ſi Teſtator ordinavit teſtamentum coram Notario, & teſtibus, & poſteà dixit Notario, *nihil facias, uſque ad cras*, & deindè moriatur teſtator, illud non poteſt dici imperfectum ratione voluntatis, ſed perfectum, & abſolutum, ita ut poſſit redigi in publicam formam, *Alex. conſ.* 71. *lib.* 1. *num.* 71. *Ruin. conſ.* 15. *lib.* 2. *num.* 19. Nam brevis dilatio non inducit ſuſpenſionem voluntatis. Etſi teſtator complevit ſcripturam cum hæredis inſtitutione, & legatis coram ſeptem teſtibus, ſed illud non publicavit, & ob aliquod impedimentum publicationem diſtulit, tunc teſtamentum eſt validum, & ſuſpenſio publicationis non ſuſpendit voluntatem, *Marta. ubi ſup. n.* 28. Voluntas ſi probatur per teſtes, non eſt curandum de publicatione Notarii, *Rota dec.* 173. *p.* 2. *in noviſſ.* ubi revocata fuit prima *dec.* 620. *p.* 1. 6

* Idem fundat *Marta vot.* 8. *n.* 7. quod teſtator, qui ordinato, & publicato teſtamento coram teſtibus, & Notario, poſteà illi dixit: *Nihil aliud facias uſque cras*, quod ſi in die ſequenti nihil fuerit factum, non poteſt dici teſtamentum imperfectum, & legitimè probatur per Notarium ſcribentem, & teſtes, licèt non ex ſcriptura, cùm hæc non ſit neceſſaria, prout neceſſaria non eſt ſtipulatio, *Covar. in c. relatum n.* 9. *de teſtam.* 7

Reſpondet *Marta*, quod opinio *Oldradi in conſ.* 119. ſit communiter reprobata.

E contra

8 E contra famigeratum *conſ.* 119. *Oldradi*, nuncupat *Card. de Luca de fideic. diſc.* 91. *num.* 14. ex *Rubeo de teſtament. c.* 9. *n.* 470. *Caſtill. lib* 4. *controv. c.* 81. *per tot.* exemplificat *Card. de Luca*, ſi teſtamentum partim manu teſtatoris ſit ſcriptum, partim manu alterius perſonæ cum futura ejuſdem teſtatoris ſubſcriptione, & rogitu Notarij.

9 Neceſſaria non eſt publicatio, † modo conſtet, quod manu teſtatoris fuerit ſcriptum, aut ſubſcriptum teſtamentum, *Tuſc. l.* 8. *concluſ.* 216. *nu.* 6. *Anton. Noſtinot in ſumm. Dian. rubr. teſtamentum, ſeu teſtamenti executores.*

Diſcurſus Card. de Luca in comprobationem Oldradi contra Martam.

10 Punctus, * ad quem cauſa reſtringebatur. Scribentes pro Eccleſia Actrice, præcipuum fundamentum conſtituebant in authoritate *Martæ voto* 8. *per tot. Papon. conſ.* 1. *numero* 22. *& Zuati in conſ. reaſſumpto pro uxore reaſſumpto per Magdalen. de num. teſtium p.* 2. *c.* 5. *numero* 15. *& Rota apud Seraph. dec.* 581. *repetit. dec.* 173. *p.* 2. *diverſ.* & clarius in *Romana teſtam.* regiſtrata apud *Gratian. diſcept.* 550. *per tot.* per quas authoritates, ac alias apud eam dicebant probari, quod imperfectio eſſet circa ſolemnitatem, non autem circa voluntatem, ideòque præ cauſæ id obſtare non deberet.

Ego verò ſcribens pro inteſtatis hæredibus Reis conventis. Advertebam in primis, ut nullatenùs deferendum eſſet dictis authoritatibus *Martæ*, & *Papon.* in eodem caſu ſcribentium. Quoniam ipſi procedunt cum eodem ſuppoſito opinionis reprobantis *conſ.* 119. *Oldradi*, atque in eo etiam caſu cæteris talatis tenent adeſſe perfectionem voluntatis. Cùm igitur præſuppoſitum ſit falſum, quoniam magis communis, ac recepta eſt abſque dubio dicta contraria opinio, cujus anteſignanus reputatur *Oldrad. d. conſ.* 119. ut præ cæteris ſuſtinent *Dec. conſ.* 159. *&* 488. *Vivius d. op. n.* 888. *Magdalen. d. c.* 5. *n.* 8. *& ſeq. Rovit. d. conſ.* 41. *lib.* 2. *Cypr. Latr. dec.* 7. *&* 140. *Amat. var. t.* 8. *Rub. de teſtam. c.* 7 *n.* 224. *& ſeq.* apud quos cæteri, & *Rota dec.* 576. *p.* 2. *rec. & deciſ.* 283. *p.* 9. *rec. & dec.* 327. *n.* 12. *p.* 12. & ſæpè in aliis, cum quibus proceditur cum *d. conſ. Oldradi* tamquam recepto. Hinc proindè dictæ authoritates innixæ falſo præſuppoſito corruunt tamquam ex ceſſante fundamento, ut apud *Cyriac. controv.* 50. *numero* 3.

Præterea *Papon. d. conſ.* 36. *& Marta voto* 8. agentes de eodem caſu in eo forſan ob ejus particulares circumſtantias benè loquuntur. Quoniam teſtator Notario, & ſeptem teſtibus in forma teſtamenti nuncupativi nuncupationis explicita ore proprio de capite in caput omnia dictavit Notario ſcribenti coram teſtibus audientibus, & videntibus. Quodque teſtatore dicente, quod aliud ſibi non occurreret. Cùm Notarius ſe accingeret juxtà ſtylum ad extendendum rogitum & publicationem, ex improviſo ſupervenit mors ipſis præſentibus. Undè propterea non improbabiliter dici poſſe videbatur, ut actus quoad teſtatorem eſſet jam completus, ipſaque voluntas perfectè, & determinatè explicata in actu teſtandi tamquam in termino, non autem in via, ſeu præparatione, adeo ut imperfectio conſiſteret ex parte Notarij.

Idemque dici poſſe videtur de caſu, de quo agitur apud *Seraph. d. dec.* 581. aliàs *dec.* 173. *p.* 2. *diverſ.* reaſſumpta per *Magdalen. d. c.* 5. *n.* 21. ubi de Rotæ variatione conqueritur. Quoniam poſtquam Teſtator jam integram ejus diſpoſitionem in ſcripturam redigi faceret, vocatus fuit Notarius, qui interrogans teſtatorem in forma teſtandi coram teſtibus ad id rogatis, an ejus voluntas eſſet juxta contenta in ea ſcriptura, ipſoque affirmante. Notarius ſe accingebat ad ſolitum rogitum ex ſuperventa morte non ſequutum, ideòque imperfectio non fuit ex parte teſtatoris, ejuſque voluntatis jam completæ, ſed ex parte Notarij circa ſolemnitatas rogitas.

Ac etiam talis, vel ſimilis eſt caſus, de quo agitur in *Romana teſtamenti coram Sacrato* apud *Gratian. d. diſcept.* 550. qui benè ad has diſtinctiones advertit.

Relinquendo igitur locum veritati circa dictos caſus, de quibus præmiſſæ auctoritates agunt, certum eſſe dicebam, quod omninò ceſſaret applicatio. Expendendo ſiquidem diſtinctè actus, & tempora.

Spectato primo caſu, in quo teſtator acceerſito amico, in quo fidem habebat cum præſuppoſito, quod loqueretur ſolus cum ſolo, ejus voluntatem communicavit ad effectum, ut eam redigeret in ſcripturam, juxta quam claudendam, ac ſigillandam, in animo occultè teſtandi habebat. Et hic actus abſque dubio non continet niſi nudam velleitatem, futuræque diſpoſitionis præparationem, dictique teſtes, qui ſub cortina dictum colloquium audierunt, turpitudinem allegabant, malèque geſtum contra intentionem teſtari volentis.

Ut enim alibi advertitur, lex in teſtibus deſiderat qualitatem, quod ſint rogati, non quia deſideretur formalis rogitus tamquam ſolemnitas, ſed ad excludendum, nè verba caſualiter coram aliquibus dicta diſpoſitionem inducant, & ſic quod teſtator ſciat loqui coram eis tamquam ſuæ voluntatis teſtibus, nullatenùs verò ubi credit cum uno tantùm fiducialiter, ac ſecretò loqui.

In ſecundo autem actu ſequuto die ſequenti ad ſpecificationem aliquam deventum non eſt, ſed amico generaliter interroganti, an perſeveraret in eodem propoſito reſpondit affirmativè circa ipſam teſtandi voluntatem in genere, nullatenùs autem ad determinatam voluntatem circa ſingulas diſpoſitiones devenit, dum volebat audire tenorem ſchedulæ extenſæ mediante lectura jam cœpta, cujus terminationem ad aliam horam diſtulit. Igitur occaſione dictæ lecturæ voluntatem regulare volebat, & quid affirmare, ſeu corrigere, vel declarare deberet, neque dici poteſt, ut priùs veniret ad terminum.

Ideòque advertebam, quod iſte caſus eſſet magis planus, longèque clarior illo, de quo agitur apud *Oldrad. d. conſ.* 119. Ibi enim ipſo Teſtatore dictante, quondam Clericus totam diſpoſitionem benè; ac ordinatè ſcripſerat, adeò ut actus eſſet naturaliter perfectus, atque dilatio ad diem ſequentem pro rogitu Notarij referri congruè poterat ad ſolemnitatem juxtà alios enumeratos caſus, de quibus agunt *Marta & Papon.* ac etiam *Rota* coram *Seraphin.* & *Sacrata.* Undè propterea ea difficultas, quæ omninò probabiliter cadere poſſet in dicto caſu, vel ſimili, nullo pacto cadere poſſit in præſenti ob longè diverſas circumſtantias, & conſequenter ſi in eo magis communis, & recepta opinio firmat; ità per imperfectionem voluntatis, multò magis, extra dubium in hac facti ſpecie. Ideòque meritò dictæ Eccleſiæ adminiſtratores acquieverunt.

Hinc

Hinc proindè liquet, quod iſta quæſtio utporè voluntatis ſit potius facti, quàm juris, proſuſqua erroneum eſt eum doctrinis generalibus vel deciſis occaſione diverſorum caſuum procedere, ac regolas generales ſtatuere, quoniam juxtà ſæpiſſimè inſinuatam regulam generalem, in hujuſmodi voluntatis quæſtionibus attandenda eſt, deciſio pendet ex ſingulorum caſuum individuis circumſtantiis prudenti, regulatoque arbitrio ponderandis, ad effectum inſpiciendi, an verè teſtator devenerit ad actum teſtandi, ajuſqua voluntas redacta ſit ad terminum, vel adhuc eſſet in via, & in terminis velleitatis, & præparationis, ut etiam dicendum eſt, ubi agitur de ſchedula inter defuncti ſcripturas reperta; ità ediſſerit *Card. de Luca de teſtam. diſc.* 13

11 Teſtamantum quando * ſit præparatio ad teſtandum, & in via, & non in termino, ſeù non perſectum, ſequentia annectuntur.

Defectum naturalis imperfectionis voluntatis favor piæ cauſæ non ſupplet, cùm ſit defectus naturæ, ſtant enim benè ſimul, ut ſchedula ſit indubitatè vera, & ſcripta per Taſtatorem, & tamen, quod contineat minutam, ſeu præparationem futuri teſtamenti, adeò ut voluntas remaneat adhuc indaterminata in terminis velleitatis, & tamquam in via, non autem in termino, taoquam iſte ſit defectus juris naturæ, cui nec Princeps diſpenſate poteſt, ex *Oldrad. conſ.* 119. magis communiter recepto, ut *Card. de Luca teſtam. diſc.* 12. *num.* 14. *&* 15.

Ultima enim voluntas dicitur tunc perfecta, quando teſtator devenit ad actum teſtandi, qui eo inſtanti, ac momento perficitur abſqua eo, quod perfectionem expectet ab altero futuro actu, in qoem collatus ſit, ita ut dicatur voluntas concluſiva, quæ non ſit in via, ſed in termino.

Teſtamentum inter liberos non ſuſtinetur, ſi imperfectio proveniat ex voluntate, adhuc indeterminata, ut poſt multos *Card. Luca diſc.* 75. *num.* 3.

Imperfectio deducitur ex pluribus ex defectu ſubſcriptionis per *text. in* §. 1. *&* §. *quia vero, Auth. de teſtam. imperf. int. liber.* Præterea ſi ſchedula non reperiatur cuſtodita in ſcrinio, ſeu loco, in quo ſcripturæ importantes reponuntur, *Gratian. diſc.* 235. *n.* 19. *Card. de Luca ubi ſup.*

An ſit neceſſaria anni, menſis, & diei appoſitio? Affirmativam opinionem probat *Staib. in obſ. ad reſ.* 131. *num.* 118.

Teſtator ſi coram Notario, & teſtibus incœpit exponere ſuam voluntatem, quam ſcribi fecit, ſed tamen non publicavit, ut quia non potuit, vel diſtulit in aliud tempus, ſed interim deceſſit, an diſpoſitio valeat, ſaltem inter liberos, vel pias cauſas?

Primò ſe offert *gloſ. ſingularis in lib. fideicommiſſa, verſ. quoties, ff. de leg.* 3. quæ tradit, quod ſi tabellio facit imbreviaturam teſtamenti, ſed eam non legit coram teſtibus, tunc non valet, nec jura teſtamenti, nec codicillorum, ſequitur *Bald. in l. ſi ſtatutis, C. de ſentent. ex peric. recit.*

Præterea ſi teſtator coram Notario, & teſtibus incœpit exponere ſuam voluntatem, ſed eam non potuit finire, vel diſtulit in aliud tempus, tunc talis ſcriptura teſtamentum non probat, etiam inter liberos, cùm ſit teſtamentum imperfectum, *Maſcard. de probat. concluſ.* 1358. *n.* 70. ubi etiam dicit hoc caſu teſtamentum dici imperfectum ratione voluntatis, non ſolemnitatis, allegat *Boer. dec.* 240. *nu.* 5. *Laffred. in conſ.* 21. *n.* 65. & ibidem *Maſcard, n.* 76. in terminis terminantibus tradit, quod ſi teſtator fecit ſcribi ſchedulam, in qua inſtituebat piam cauſam, eamque fecit legi coram teſtibus, dixit tamen, quod volebat rem differri, uſque ad veſperas, & interim mortuus eſt, diſpoſitio prædicta non valet, allegat *Caſtr. conſ.* 451. *lib.* 2. *Boer. d. dec.* 240. *num.* 4. ac rationem *num.* 77. Quia iſta potius videatur præparatio ad teſtandum, quàm voluntas diſponendi ex *Oldr. conſ.* 119.

Ulteriùs, quis ſi teſtator fecit voluntatem ſuam ſcribi, & eam declaravit, ſi tamen non eſt publicata, hoc eſt, lecta à Notario teſtatori, & teſtibus, tunc nullam fidem facit, *Maſcard. ubi ſup. numero* 74. & 75. ubi dicit abſqua ulla hæſitatione procedere, ſi teſtator voluit de ſuo teſtamento confici ſcripturam, ſed præſentibus teſtibus Notario dictavit ſuam diſpoſitionem, quæ eſt uſque ad finem deducta, ſed ſolum defuit lectio, & publicatio in fine teſtamenti, tunc per eam ſcripturam, non probatur teſtamentum inter extraneos. Secùs inter liberos, & favore piæ cauſæ, ad quos videndus ſolamnè *Conſ. Rovit.* 41. *à num.* 9. *lib.* 2. *Reg. Latr. deciſ.* 7. ubi dicit, nullum fuiſſe declaratum teſtamentum, *Conſ. Staib. reſ.* 131. *per tot.*

Alia adduntur in *Obſervatione ſequenti.*

A R G U M E N T U M.

Continuatur eadem materia præcedentis conſultationis innumeris penè additis ad confirmanda quæ in prioribus ſcriptis fuerunt cumulata, traditiſque quampluribus de teſtamentorum validitate, Religioſorum teſtimoniis, & Notariorum clauſulis, *Actum, ſcripſi, publicavi*, eorum fide, & authoritate in addendo, aut corrigendo in inſtrumentis jam publicatis circa pertinentia ad illorum officium. Immiſſio vigore text. *in l. fin. C. edict. Divi Hadrian.* quando concedi, vel retardari poſſit, latè explicatur.

S U M M A R I U M.

1 *Relectio teſtamenti neceſſaria non eſt, cùm, adhibitis Notario, & teſtibus, quis teſtatur, & rogat Notarium, ut conficiat publicum inſtrumentum, & numero* 11. *quando tamen requiratur, nu.* 2. *& num.* 5.

3 *Notario creditur in teſtamento nuncupativo, tam de ejus tenore, quam de ſolemnibus*

5 *Teſtamenti nuncupativi redacti in ſcriptis per Notarium ſcriptura plenam fidem facit, nec alia teſtium depoſitio requiritur. Operatur immiſſionem hæredi ſcripto vigore* l. fin. Cod. de edict. D. Hadr. toll. *n.* 7.

6 *Scriptura in teſtamento nuncupativo non eſt de ſubſtantia, ſed fit ad probationem.*

8 *Teſtes in teſtamento nuncupativo quo tempore adeſſe ſufficiat, numero* 13. *An debeant eſſe rogati, ſub num.* 9.

9 *Teſtamentum quando dicatur perfectum, quamvis Notarius ſcripturam non perficiat, timens teſtamentum eſſe imperfectum, quia teſtator propter vim morbi non valuit ſuam voluntatem explicare.*

10 *Scriptura*

10 *Scriptura teſtamenti quamvis in præſentia teſtium facta, ſi ipſi non fuerint rogati, non probat, quia non dicitur teſtamentum, ſed præparatio ad teſtandum, & nu. 12.*

14 *Teſtator ſi in codicillis mentionem facit de teſtamento, illud haberi debet pro publicato, & perfecto, & nu. 17. Quid tamen ſi alius, quam teſtator de teſtamento fecerit mentionem, n. 18.*

15 *Teſtamentum habetur pro perfecto, ſi illud Notarius habuerit pro authentico.*

16 *Notario viventi creditur, ſi dicat, ſe rogatum de inſtrumento, item ſi illud exemplaverit in authenticam formam, n. 31.*

19 *Teſtatoris aſſertioni creditur de perfectione teſtamenti, & ejus voluntatis, & quare.*

20 *Poſſeſſio dari an debeat in vim remedii* l.fin. Cod.de edict. D. Hadr. toll. *hæredi ſcripto ex teſtamento exemplato ab eodem Notario rogato, non tamen in formam authenticam redacto, & n. 36.*

21 *Notario ex verbis*, ſcripſi, & publicavi, *probatur relectio codicilli coram teſtibus.*

22 *Teſtamentum fuiſſe perfectum, & relictum probatur ex clauſula per Notarium appoſita*, actum, &c. *& in qua parte teſtamenti apponi debeat clauſula prædicta, n.23. & n.26. Et ad quid deſideretur, quod apponatur in fine teſtamenti, n. 24.*

25 *Notario creditur, ſolemnitates in teſtamentis interveniſſe.*

27 *Notarii ſignum in fine teſtamenti denotat, illud habitum pro perfecto, & abſoluto, & quare, n.28.*

29 *Termini lapidei ſunt fines agrorum.*

30 *Notarii ex verbis in fine teſtamenti*, ſcripſi. & publicavi, *colligitur præceſſiſſe omnes ſolemnitates.*

31 *Scriptura à Notario redacta in publicam formam facit probationem probatam, notoriam, & manifeſtam.*

33 *Notario viventi, & exemplanti creditur, ſi ſcripturam extrahat in formam authenticam, etiam ſi in exemplatione apponat ſolemnia, quæ deficiant in protocollo.*

34 *Teſtamenti de ſolemnibus cùm quæritur, ſufficiunt teſtes etiam non rogati & non teſtamentarii.*

35 *Teſtamenti copia an, & quando ſufficiat, vel exhibendum ſit protocollum, & n.37.*

38 *Notarii de fide cùm lex confidat, non eſt præſumendum, quod exemplet aliter, quam ſcriptum ſit in protocollo.*

39 *Teſtamenti pro validitate præſumitur, quando non liquet ex ejus lectura de defectu ſolemnitatis.*

40 *Relectionis teſtamenti defectus non eſt vitium viſibile, quod impediat immiſſionem.*

41 *Teſtamentum invalidum, aut falſum non reddit omiſſio ſigni Notarii, aut ſubſcriptionis in protocollo, ad finem ut non poſſit reaſſumi, n. 74. maximè ſi in protocollo adſit verbum*, actum, &c. *num. 42.*

43 *Authenticum Notarii habetur pro originali, & num. 82.*

44 *Notarius vivens poteſt inſtrumentum in publicam formam redigere cum ſigno, & ſubſcriptione, quamvis deficeret in imbreviatura, & n.46.*

45 *Inſtrumenti de perfectione cùm conſtat poteſt exemplari à protocollo Notarii mortui per alium Notarium Judicis mandato.*

47 *Unicum ſignum, & unica ſubſcriptio in calce plurium ſcripturarum ſufficit ad authorizandum mille contractus præcedentes, & num. 66. ſi tamen plura inſtrumenta exiſtant in uno libro, & protocollo unum poſt aliud ſcripta, ſecus ſi in foliis diſtinctis, & ſeparatis, n. 49. quo verò loco poni debeat, in ſcriptura, vel libro, ut ad unum, vel omnia referatur ſubſcriptio, n. 70. & ſeq.*

48 Bart. *doctrina* in l. ſi quis ex argentariis, §. initium, ff. de edendo *explicatur, & n.50. & n.62.*

50 *Tempus, indictio, Conſul, & ſimilia ſunt de ſolemnibus ſubſtantialibus regitus, & quando cenſeantur continuata, & repetita in contractibus, qui ſubſequuntur, n.51. & n.60.*

52 *Argumentum à ſimili, vel æquiparatis, non procedit cùm poteſt dari aliqua diſſimilitudo, etiam ſi ea parva ſit, n.53. & in puncto n.54.*

55 *Similia poſſunt eadem eſſe in aliquo, & in aliquo diſſimilia, ut argumentum inter illa valeat, vel non.*

56 *Argumentum à ſimili nunquam procedit cùm inter duo poteſt dari ratio diverſitatis.*

57 *Notario creditur circa appoſitionem dierum, & aliorum, & in pertinentibus ad ſui officium.*

58 *Solemnitas diei, & indictionis differt à ſolemnitate ſubſcriptionis, & ſigni.*

60 *Teſtamenta duo unica teſtium ſubſcriptione validantur, quamvis teſtes ſimpliciter ſubſcribant, non facta mentione utriuſque teſtamenti.*

63 *Notarius ſi teſtetur in inſtrumento, in principio libri, vel in fine ſe fuiſſe rogatum, an, & quando rogitus intelligatur de omnibus aliis inſtrumentis præcedentibus, vel ſubſequentibus.*

64 *Solemnitas unita quod ſufficiat ad plura teſtamenta, ſi ſint confecta eodem die, & contextu, quomodo, & in quibus procedat, n.65.*

66 Bald. in l. omnium, C. de teſtamentis *declaratur.*

67 *Doctoris à dictis non permittitur argumentum ſumi à contrario ſenſu.*

68 Paul. de Caſtr. conſil. 291. nu. 4. lib. 1. *explicatur & num. 71. & ſeq.*

69 *Notarii ſubſcriptio in teſtamento non trahitur ad codicillos.*

72 *Clauſula in fine poſita refertur ad omnia præcedentia, quando ſtat per ſe perſonaliter, & non ad qualiſtandam tantummodò diſpoſitionem ultimo loco poſitam.*

73 *Indictio poſita in fine libri ſtat de per ſe, ſi dicatur ſupra ſcripta omnia fuiſſe celebrata indictione tali, & ideò refertur ad omnia; non ſic ſi ſit adjecta in aliquo inſtrumento particulari.*

74 *Omiſſio ſigni Notarii in calce teſtamenti non inducit falſitatem.*

75 *Dolus in dubio non præſumitur.*

76 *Notarius ſi tradat duo inſtrumenta, unum plus altero continens, non committit falſum.*

77 *Notarius poteſt addere contractui ad majorem actus firmitatem.*

78 *Notarius non prohibetur etiam poſt copiam traditam parti inſtrumentum corrigere, quando contrarium conſtat ex inſpectione originalis, vel quando error eſt notorius, n.79.*

80 *Erroris emendatio licita eſt poſt traditam copiam; ſi conſtat error in iis, quæ ſpectant ad ejus officium, puta in anno Domini, indictione, nominibus teſtium, & ſimilibus.*

81 *Notarius poteſt plura exempla facere de teſtamento à ſe rogato, & ſi prius inutiliter fecit exemplar teſtamenti, poteſt iterato utiliter conficere, numero 83.*

84 *Solemnium teſtamenti omiſſio an, & quando inducat præſumptionem contra Notarium.*

85 *Notarii protocollum ſi in ejus poſſe ſit, exhibere pars non tenetur, cùm illud exhibendi facultatem non habeat, ſed poteſt cogi Notarius ab Ordinario loci cui committitur, ſi expedierit, n.86.*

87 *Religioſi in Regno, recepta eſt opinio, quod ſint teſtes habiles in teſtamentis, & quare adhibeantur à teſtatoribus, & an requiratur licentia Superioris, n.88. quid de jure Canonico, n.89. Sed requiritur licentia Superioris, cùm Religioſi in teſtes recipiuntur*

Digitized by Google

piuntur in judicio, ſecus verò inſtrumentis, n. 90. Etiam de conſuetudine, n. 92. & n. 119. Si tamen examinentur coram laico abſque licentia, eorum dictum valet, n. 93. & 96.

91 Teſtamentum non vitiatur ex defectu licentia non præſtita Religioſis in teſtes adhibitis.

94 Teſtamentum Notarii plenè probat etiam ſi teſtes teſtamentarii non examinentur, & etiamſi teſtis adhibitus ſit inhabilis, n. 95.

97 Teſtium inhabilitas ſive conſideretur cùm adhibentur in teſtamento, ſive cùm recipiuntur in judicio, reſpicit judicium petitorium, non verò judicium immiſſionis vigore l. fin. Cod. de edict. D. Hadr. & quare, n. 100.

98 Immiſſionem hæredi ad impediendam requiritur vitium viſibile in teſtamento, quod nullo careat ſcrupulo, nec ſuffi it vitium viſibile in præfationibus, ſed in ſubſtantialibus teſtamenti, prout in inſtitutione hæredis, ut impediatur defectus debet eſſe juris notorii, & palpabilis, ſecus ſi ſint concluſiones diſputabiles, n. 103.

101 Exceptio juris dubii æquiparatur dubio facti, & non impedit immiſſionem, numero 102. & quare, num. 115

104 Immiſſio non impeditur quia dubitetur de viribus teſtamenti, & n. 110. vel objiciatur de illius falſitate, inofficioſitate, ſolemnibus, & ſimilibus, niſi vitium ſit viſibile, & n. 108.

105 Immiſſionis judicium dicitur poſſeſſorium ſummarium, & poteſt peti, & concedi nemine citato, numero 106.

107 Immiſſionem ad obtinendam quæ requirantur, recenſetur.

109 Immiſſionis in judicio attenditur prima figura teſtamenti, ejuſque ex ſola ſui inſpectione judicari debet.

111 Teſtamentum in dubio præſumitur perfectum, & abſolutum, ſolemne, & validum, & n. 112.

113 Religioſi ſi adhibeantur teſtes in teſtamentis, Superioris licentia quando concedi debeat & an ſit inſerenda in teſtamento, & an ſufficiat tacita, etiam ſi de ea non appareat, n. 114.

115 Immiſſionis beneficium ex teſtamento non abolito nec cancellato competit prout eſt facti, non prout eſt juris

116 Immiſſionem quæ poſſunt impediri vitia, intelliguntur de iis viſibilibus in ſcriptura materiali, ut ſunt abolitio, cancellatio, & defectus numeri teſtium.

117 Immiſſionem ad impediendam exceptio debet in continenti probari, & n. 125. Intelligitur de illa exceptione, quæ certa eſt, nec aliquid dubietatis admittit, quod ſi altam requirat indaginem, reſervatur in petitorio, n. 118. & 121.

120 Doctoris dictum facit rem dubiam, & eorum ex conſiliis, & allegationibus, ſi graviſſimi ſint, res dubia redditur.

122 Immiſſionis in judicio non admittitur teſtium reprobatio, admittitur tamen hæres ſcriptus ad aliquid producendum, ut injuſta exceptio removeatur, puta emancipationem, & legitimationem, 124. & quare, n. 121.

123 Immiſſio quamvis ex ſola teſtamenti non aboliti, nec cancellati oſtenſione concedatur, non tamen prohibetur hæres ad aliquam injuſtam exceptionem removendam aliquid producere.

126 Actor, & reus non debent ad imparia judicari, & quando magis reo, quam actori lex provideat, num. 127.

128 Immiſſionis à decreto affirmativo non datur appellatio ad effectum ſuſpenſivum, datur tamen à negativo.

129 Immiſſionis beneficium ceſſat, quando extra oſtenſionem teſtamenti alia probatio extrinſeca requiritur ex parte hæredis, quod intellige, ut numero 130. Vide tamen contrarium, num. 133. concilia, ut num. 134.

131 Teſtamentum poteſt coadjuvari mediante gratia Summi Pontificis.

132 Immiſſio competit ex teſtamento Monachi, aut Clerici ſuppoſita licentia, etiam ſi teſtamento condito licentiam obtinuerit.

135 Major eſt incapacitas teſtatoris, vel hæredis inſtituti, quam reſpectu teſtium.

136 Teſtis in teſtamento prohibetur eſſe ſervus pœna effectus.

137 Item damnatus crimine adulterii, quia infantis reputatur.

138 Immiſſio non datur venientibus ab inteſtato, nec officio Judicis implorato, n. 136.

140 Deciſio refertur.

Pro eodem Joan. Baptiſta Bonello, contra Jacobum Bonellum.

CONSULTATIO XV.

Scripſi pro validitate teſtamenti q. Joannis Bonelli, & propterea eſſe immittendum Joannem Baptiſtam Bonellum ejus hæredem mediante nuncupativo teſtamento, omnibus ſolemnitatibus in poſſeſſionem bonorum, non obſtantibus frivolis, & acreis nullitatibus ex adverſo ponderatis per Jacobum Bonellum ad prædictam immiſſionem impediendam, quibus fuit tam benè ſatisfactum, ut nihil quidem difficultatis remanſerit, quia tamen eruditiſſimus Adverſarius juſtitiam Joannis Baptiſtæ tam claram iterum copioſiſſimo jurium codicillo intervertere conatus fuit quamvis ex eiſdem juribus, & authoritatibus ex adverſo productis reſolutio eorum quæ de novo ponderata fuerunt, appareat, & ſic poſſem, cùm res tractetur coram doctiſſimis, & eminentiſſimis Senatoribus à ſcribendi munere abſtinere, ut tamen Clienti benemerito morem geram, repetito calamo, ac recenſitis, & corroboratis ejoſdem juris veriſſimis concluſionibus, in prioribus ſcriptis firmatis, ac eis, quæ de novo in contrarium adducuntur, rejectis, ejus juſtitiam eluceſcere oſtendam.

Ex tribus igitur prætenditur, teſtamentum q. Joannis Bonelli eſſe nullum.

Primò, ex prætenſo defectu relectionis dicti teſtamenti.

Secundò, ex defecto ſubſcriptionis, & ſigni Notarii.

Tertiò, reſpectu inhabilitatis teſtium, cùm omnes fuerint Religioſi.

Primam nullitatem reſpectu relectionis non reſiſtere, diximus ex pluribus. Primò, quia in hujuſmodi forma teſtamenti quando adhibitis Notario, & teſtibus coram ipſo teſtatur, & rogatur Notarius, ut conficiat inſtrumentum publicum, † prout in caſu, 1
de quo agimus, nullam hoc caſu eſſe neceſſariam relectionem, eſt communis obſervantia, ut tradiderunt Coen. conſ. 77. ſub n. 1. lib. 4. Bertran. conſ. 99. vol. 3. part. 1. nu 5. Reuſner. de teſtam. part. 3. cap. 8. num. 9. Barry de ſucceſſ. tit. de teſtam. lib. 1. tit. 1. nu. 49. † qui 2
omnes teſtantur, tunc requiri relectionem coram teſtibus, quando teſtator teſtamentum ſcribi fecit, & deindè vocavit Notarium, & teſtes, tradendo ſcripturam teſtamenti Notario, dicens illud eſſe ſuum teſtamentum, vel quando ſimul cum Tabellione privatim fecit, poſtmodum vocati ſunt teſtes ad tale teſtamentum requiſiti, ſecus verò ubi teſtamentum ſui principio eſt confectum coram teſtibus, & Notario,

ſtario, videntes teſtatorem dictantem, & Notarium
ſcribentem, tunc enim nulla alia requiritur relectio,
ſic pulchre diſtinguendo docet Didac. Spino *in ſpe-*
cul. teſtam. gloſ. 31. de teſtib. ſub n. 22. & 22. f. 421.
omninò legendus, & uti indubitatum, tam ex juris
diſpoſitione, quam ex conſuetudine fundat Urſill. ex
Batt. Jaſon. & aliis *in deciſ.* Afflict. 166. *n. 3. & 4.* addo
etiam Alex. *conſ. 33. n. 4. & 9. lib.* 3. Simon de Præt.
lib. 2. ſolut. 2. n. 25. & 26. ubi id ex generali conſue-
tudine etiam procedere fundat *fol.* 12. Maſcard. *de*
probat. lib. 3. concl. 252. *n.* 59.
Quòd autem in caſu noſtro ſit ſervata hæc forma,
& conditum teſtamentum prædictum coram teſti-
bus, à principio clariſſimè dignoſcitur ex eodem te-
ſtamento, in cujus principio teſtatur Notarius, *actum*
fuiſſe teſtamentum coram teſtibus, &c. & deindè in
fine teſtamenti rogavit Notarium, ut de prædictis
conficeret publicam inſtrumentum, quod quidem
diſpoſitionem perfectiſſimam demonſtrat, & quod
credatur Notario de teſtamento nuncupativo, † tam
3 de tenore teſtamenti, quam de ejus ſolemnitatibus,
ſicque etiam de conſuetudine obſervari tradit Batt.
in l. tabulam, ff. quemadmod. teſtam. aper. ſequitur
Angel. *de teſtam. rubr. 62. n. 62. nu. 6 in 8. volum. tract.*
part. 1. Fulgoſ. *conſ.* 59. Ludov. Lana *de formul. teſtam.*
conſil. 1. nu. 48. d. volum. 8. tract. part. 2. & quando
adeſt ſcriptura teſtamenti nuncupativi, redacti in
4 † ſcriptis per Notarium, non requiritur ampliùs te-
ſtium depoſitio, ſed ipſa ſcriptura plenam fidem fa-
cit, *l. 2. Codic. de teſtam. ubi gloſ. & DD. Ang. d.*
tract. de teſtam. part. ſecund. gloſ. quint. Urſil. *ubi*
ſupra Gomeſ. *in l. 3. Tauri, n. 28. & 46.* infra citan-
dus, ultra *Crav. Mantuam, Piſtorium,* & alios in
primis allegationibus citatos.
Inſuper accedat notabilis diſtinctio Abb. *in c. 1. de*
fide inſtrum. num. 3. verſ. 11. requiritur, ubi perbellè
5 explicat, relectionem coram teſtibus eſſe neceſſa-
riam in contractibus, qui fiunt in ſcriptis, & in
quibus ſcriptura eſt de ſubſtantia, & ſic loquun-
tur omnes longa ſerie ex adverſo congeſti ad pro-
bandam relectionis ſolemnitatem, ſecus verò in con-
tractibus, qui rediguntur in ſcriptis, non ut ſcri-
ptura ſit de ſubſtantia, ſed tantùm ad probationem,
6 prout eſt teſtamentum nuncupativum, de quo agi-
tur, ut explicat Tellus Fernandez *in l. 3. Tauri,*
part. quint. numero ſecund. & hanc diſtinctionem
Abb. uti veriſſimam ſequitur Afflict. *in Conſt. Baju-*
los, numero 23. verſic. 10. requiritur. tit. de feriis, &
ſalariis Judicum. quod autem ſcriptura in teſta-
mento nuncupativo non ſit de ſubſtantia, ultra
Tell. *loco citato* probat ex Socin. Menchaca, & Greg.
Lopez. Spino *in ſpeculo teſtam. in gloſ. 31. rubr. 2. part.*
n. 29. & 30.
7 * Hinc hujuſmodi teſtamentum nuncupativum
à Notario pro more in ſcriptis redactum plenam, &
manifeſtam fidem facere, ac proindè operari hære-
di ſcripto immiſſionem, vigore *d. l. fin.* uno ore ſe-
quuti ſunt *Omnes in d. l. fin.* quos refert, & ſequitur
Menoch. *de adipiſc. poſſ. remed. 4. num. 91. & ſequ.*
Gomeſ. *in l. 45. Tauri, num.* 135. Aceved. *l. 3. tit. 13.*
lib. 4. n. 2. & 3.
Ceſſant ergò Adverſarii objecta, qui ſuſtinere
conatur, relectionem neceſſariam eſſe, quamvis à
principio dictaminis teſtamenti teſtes intereſſent,
ex eo, quia ſemper ad validitatem ſcripturæ, ſive
8 teſtamenti, * ſive alterius inſtrumenti eſt neceſſa-
rium, ut à principio teſtes adſint, ſufficit enim,
quòd præſentes ſint ſtipulationi ipſius ſcripturæ,
non autem tempore, quo Notarius, vel teſtator
ſcribunt, ita loquuntur DD. in contrarium allega-
ti, quod benè declarat, & deciſionem refert Gratian.
diſcept. forenſ. capit. 550. volum. 3. & propriè *num.*
9 40. *verſ. non obſtat,* * ubi quamvis Notarius timeret,

teſtamentum eſſe imperfectum, ex eo, quod teſta-
tor propter vim morbi non valuit integrè ſuam
voluntatem explicare, & ideò voluit ſcripturam te-
ſtamenti conficere, & illam legere coram teſtibus,
& publicare, tamen prædictis non obſtantibus non
fuit habitum teſtamentum pro imperfecto, ex eo,
quia teſtator illud habuit pro perfecto, & abſoluto,
verùm quia ſcriptura teſtamenti non aderat, fuit
per teſtes probatum, & ideò optimè fuit alias al-
legatum.
Nec prædictis contradicit Paul. de Caſtr. *in l. ſi is,*
qui, n. 3. ff. de teſtam. quem tantoperè pars extollit,
ſiquidem loquitur in eo caſu, quando teſtes, quam-
vis à principio ſcripturæ teſtamenti interfuiſſent, non
tamen interfuerunt ad id rogati, quod benè decla-
rat idem Paol. de Caſtr. *in conſ. 307. primo vol.* inci-
pien. *Ad primum q. n.* 3. ab eadem parte pro ſe allega-
to, cujus verba ſunt infra ſcripta v. 3. *Et idem ſi fuiſſet*
facta in præſentia teſtium, tamen ipſi non fuerunt adhibi-
ti, † nec rogati, quibus caſibus ſcriptura non dicitur con- 10
tinere teſtamentum, ſed præparationem ad ipſum. Et
in his terminis etiam loquuntur Covar. *in c. rela-*
tum, num. 11. de teſtam. & alii in contrarium alle-
gati, alias enim eorum dicta eſſent contra omnia
jura Mundi, † ſiquidem certiſſimum eſt, nuncupati- 11
vum teſtamentum abſque ulla relectione poſſe per te-
ſtes probari, ut ſupra, & in prioribus ſcriptis fun-
davimus, quod bene advertit Paul. de Caſtr. in alle-
gato *conſ.* 307. dum diſtinctionem fundat, * quod 12
teſtamentum coram teſtibus, & Notario dictatum
non valeat, quando tamen teſtes non fuerunt ro-
gati, quod quidem ceſſat in caſu noſtro, cùm ex te-
ſtamento in actis deducto appareat, teſtes rogatos
à principio interfuiſſe, & hoc eſt quod voluit poſt 13
alios *Didac. Spino de teſtam. in gloſſ. 32. principali, ſub*
rubr. de teſtibus et illorum numero, quem ſupra retu-
limus.
Diximus etiam, quod ceſſat omnis difficultatis
amaritudo, ex quo teſtator habuit teſtamentum pro
perfecto, & abſoluto, quod bene probavimus ex de-
claratione ejuſdem teſtatoris, nunc addimus, quia 14
dum mentionem fecit de teſtamento, intelligitur de
rité, & ſolemniter facto, & publicato, ut in termi-
nis codicilli nominantis teſtamentum, de cujus pu-
blicatione dubitabatur. firmavit Rot. *in dec. 714. n. 2.*
3. 4. & 5. part. 1. in recent. ſufficit enim * Notarium ha-
buiſſe teſtamentum pro authentico, *Card.* Seraph. *dec.* 15
* 909. *n. 6. in fi. verſ. nam in altero, par.* 1. Franc. *de-*
ciſio 48. quemadmodum ſtatur teſtimonio Notarii 16
viventis, ſe fuiſſe rogatum de inſtrumento, *Specul.*
de inſtr. edit. §. breviter n. 13. Angel. *conſ. 210. ſub nu.* 1.
Alexand. *conſ. 153. n. 9. lib.* 2. Felin. *in c. 1. ſub n. 20.*
de fid. inſtrum. Pariſ. *conſ. 28. n. 52. lib.* 2. Menoch.
de præſ. lib. 2. præſ. 79. n. 12.
Reſponſio autem ex adverſo data ad hanc deci-
ſionem Rotæ, † quod non ſufficiat, teſtatorem fuiſſe 17
opinatum ſe teſtatum, eo quod opinio teſtatoris non
ſufficiat ad ſupplendam ſolemnitatem, non percutit
punctum, quia Rota non fundatur in opinione teſta-
toris, ſed in atteſtatione Notarii, & illius declaratio-
ne facta in codicillo, * cui ſtatur, etiam ſi fuiſſet de-
claratio tacita, ex ſignis, & conjecturis inducta, ut
late Rota tenet, ergo multò magis in caſu noſtro, in
quo fuit explicita, & expreſſa.
*In ſuper DD. in contrarium allegati non loquun-
tur in teſtatore, ſed in alio atteſtante, ſeu confitente 18
teſtamentum, quod verè non ſit ſolemne, quia talis
conceſſio non nocet, ſed requiritur ſolemnitas actus,
Afflict. *deciſio. 25. in fin.* Menoch. *de adipiſc. poſſ. d.*
rem. 4. numero 208. & alii in contrarium citati, ſecus
* tamen ubi ex teſtatoris confeſſione conſtat de per-
fectione teſtamenti, & ejus voluntatis, quia id teſtifi- 19
cari poteſt, & ſtatur ejus aſſertioni, & ultra alios ad-

ductoꝛ docuerunt *Simon de Prat. de interpetr. ultim.*
volunt. fol.5.n.36. dub. 3. Caſtill. controverſ. lib.4. cap.
21. num. 57.

20 Minus obeſt alia reſponſio data ex doctrina Bart.
in l. 1. §. ſi quis in duobus, ff. de bon. poſſ. ſecund. tabul.
ubi quod non debet dari poſſeſſio ex teſtamento e-
xemplato ab ipſomet Notario, quem ſequuntur alij
relati per Maſcard. *de prob. concl.9n7.n.27.* Affl. *deciſ.*
48. n. 3. Quia procedit in teſtamento exemplato ab
ipſo Notario rogato, non tamen in authenticam for-
mam, quod ſi in authenticam formam fuerit ab ipſo
traditum, nedum huic exemplationi authenticæ ejuſ-
dem Notarij, ſed etiam datur poſſeſſio in vim reme-
dij *l. fin. Cod. de edict. D. Hadrian.* qoia habetur pro
originali, ut docet Bartol. quem alij Doctores ſe-
quuntur *in authent. ſi quis in aliquo, ubi etiam Dec.*
num. 15. & Curt. jun. num. 22. & 24. Cod. de edend.
& in terminis poſſeſſionis adipiſcendæ vigore *d. l.*
fin. tenent *Achil. Perſon. de adipiſc. poſſeſſ. d. quæſt.*
3.n.150. Menoch. *de adipiſ.poſſ. d. remed.4. n.653.cum*
ſeq. Maſcard. *de probat. concluſ.712. ſub n. 7.* Gratian.
diſcept.forenſ. cap.268.n.31. tom.2. & ultra prædictos,
quod ad acquirendam poſſeſſionem ex remedio *d. l.*
fin. ſufficiat hæredi producere exemplum teſtamenti
ab eodem Notario facti, tenet *Rot. apud Verall. dec.*
351. n.1. part. 2. ubi teſtatur, ſic ſervari in Rota, quam
deciſionem Verall. ſæpius allegavit, & canonizavit
eadem Rota, ut habetur in *deciſ. 581. n. 2.* ubi etiam
poſt infinitos relatos approbatur doctrina Bart. pro
communi in *d. Auth ſi qua in aliquo,* & iterum *deciſ.*
679.n.2. part. 2. in recent. & deciſ. 687.n.2. part 1. in
recent. ſequitur *Grat. diſcept.forenſ.582.n.13.tom.3.&*
736.n. 22. cum ſeq. tom. 4.

21 Nec poteſt opponi de * eodem defectu ſcilicet non
relectionis reſpectu codicilli, quia per ſubſcriptio-
nem Notarij cum illis verbis, *ſcripſi, & publicavi,*
dicitur conſtare de relectione codicilli coram teſti-
bus, ut docet Bald. *in l. 1. n.21. Cod. de fid. inſtr. lib. 10.*
ſequitur *Jaſ. in l. ſciendum, n. 39. verſ. tu adverte,* &
ibi latè Bartholom. Romul. *n. 169. cum pluribus ſeqq.*
ff. de verb. oblig.

22 Inſuper in præſenti caſu certum eſt, † teſtamentum
fuiſſe perfectum ex illa clauſula per Notarium ap-
poſita, *actum. &c.* quæ quidem relectionem, & per-
fectionem demonſtrat, ut ultra alios relatos, aliiſ-
que citatis tradit Ruin. *conſil. 1. n.12. verſ. de prædicta*
onum, lib.3. Menoch. *de præſumpt. 5. ſub num. 30.* Mant-
ric. *de conjectur. ultim. volunt. libro 2. tit. 4. num. 7.*
Petr. Magdalen. *de num. teſt. in teſtament. requiſito,*
part. 2. cap. 5. n. 18. Joan. del Caſtill. qui alios refert
controverſ. lib. 4. d. cap.21.n.47. & 62. & idem Caſtr.
ex adverſo ponderatus *in l. ſi is, qui, numero 4. ff. de*
teſtam.

24 Nec dicatur, quod clauſula prædicta debet appo-
ni in fine teſtamenti, quia præcitati Doctores indi-
ſtinctè hoc admiſerunt, & Doctores, qui in contra-
rium ponderantur, † in fine teſtamenti illam deſide-
rant, non ad alium finem, niſi ut demonſtretur,
actum fuiſſe perfectum in eo caſu, quando ſchedula
teſtamenti reperitur in libro Notarij mortui, quia
ex illis verbis conſtat de relectione teſtamenti, ſecus
verò quando teſtamentum fuit in publicam for-
25 mam redactum, * quo caſu nihil refert, ſi adſit in
principio, vel fine, creditur enim Notario de ſo-
lemnitatibus teſtamenti, ut ſupra probavi, & nunc
addo Maſcard. *concl. 1097. n. 9.* quinimò quod idem
26 operetur clauſula illa, *actum, &c.* † ſi adſit in prin-
cipio, vel in fine teſtamenti, in puncto addu-
ximus Nevizan. Menoch. & Galvan. nunc addimus
Summam Rolandinam in titul. de public. teſtament.
in fin. ubi dicit, quod nonnulli Notarij ponunt
eam in principio, nonnulli in fine, & in hoc eſſe
ſpectandam conſuetudinem Notariorum illius Re-
gionis, ubi conditur teſtamentum, habetur ex Meno-
chio *de præſumpt. libro ſecundo, præſumpt. 81. nume-*
ro 10.

Ceſſat etiam omnis dubitatio circa validitatem, † 27
& perfectionem teſtamenti ex ſigno ejuſdem No-
tarij in fine adjecto, quod quidem denotat, illud
habitum pro perfecto, † & abſoluto, quia eſt qui- 28
dam terminus diſpoſitionis redactus in ſcripturam,
ſicuti termini lapidei ſunt fines agrorum, * ut decla- 29
rat Bald. *in l. 1. num. 22. Cod. de fid. inſtrum. & jure*
haſt. fiſc. libro decimo, Jaſ. *in l. ſi deſcriptum, numero*
15. ff. de leg. 1. & in dict. l. ſciendum, ſub numero 39.
Alexand. *conſil. 48. libro primo, numero 5. Covar.*
in dict. capite relatum, ſub numero undecimo, de
teſtament. Magdal. *ubi ſupra, numero 17.* & omnibus
relatis ſequitur Caſtill. *dicto capite 21. controverſ.*
numero 63. addendus eſt etiam Maſcard. *conſ. 1352.*
num. 86. & Menoch. *d. præſumpt. 84. numero 14. &*
25. ubi loquitur etiam in fortioribus terminis, quan-
do Notarius nihil dicit de relectione, vel de publi-
catione.

Adſunt etiam illa verba * in fine teſtamenti appo- 30
ſita per Notarium, *ſcripſi, & publicavi,* ex quibus
colligitur, præceſſiſſe omnes ſolemnitates: ut ultra
Maſcard. *concluſ. 1097.* pulchrè Menoch. *d. præſump.*
81. n. 8. & 13. videndus.

Ex quibus apparet, quantum Doctores tribuant
Notario viventi, * ac teſtamentum ab ipſomet ro- 31
gatum exemplanti, ut rectè ſuſtineatur exempla-
rio in authenticam formam, non obſtante alle-
gato defectu relectionis, ex diſpoſitione *tex. in d. l.*
fideicommiſſa, §. primò, & aliis in contrarium
adductis, ſicut in individuo tale teſtamentum vali-
dum eſſe, eique fidem adhiberi, ex Peregrin. *con-*
ſilio 84. libro 5. Rot. Roman. *dicta deciſione 714.*
1. part. in recent. probavimus, ſcriptura enim à
Notario in publicam formam redacta facit pro- 32
bationem probatam, notoriam, & manifeſtam,
Tiraquell. *de retract. lignag. §. 2. gloſſ. 1. numero*
vigeſimo, Cacher. *deciſione 72. numero quarto,*
Grammat. *deciſione 106. numero nono,* cum aliis per
Statil. Pacific. *de Salv. interd. inſpect. 1. capite quinto,*
numero 20.

Reſponſio autem ex adverſo data, * quod Peregr. 33
loquatur, quando defectus eſt in imbreviatura,
& ſic in protocollo, quo caſu Notario viven-
ti extrahenti cum debitis ſolemnitatibus credatur,
& ſcriptura non habeatur pro imperfecta, in ca-
ſu verò noſtro defectum ſtare in ipſa ſcriptura
exemplata ob defectum relectionis, non autem
in imbreviatura, vel protocollo, quod non in-
ſpicitur, non tollit fundamentum, quod conſiſtit
in hoc, quod credatur Notario viventi, & ex-
trahenti in authenticam formam, etiam ſi in exem-
platione apponat ſolemnia, quæ deficiunt in ipſo
protocollo, qui eſt caſus fortior, quòd autem in
caſu noſtro deficiat relectio, tollitur nedum ex di-
cta exemplatione teſtamenti in publicam formam;
ſed etiam ex codicillo ſpecificè nominante dictum
teſtamentum, etiam cum ſubſcriptione, & ſigno No-
tarij, ut dictum ſupra.

Quibus accedat, quod ubi quæſtio eſt de ſolem- 34
nitate teſtamenti, tunc duo tantum teſtes ſufficiunt
etiam non rogati, nec teſtamentarij, prout com-
muniter concludunt Doctores *in l. hæredes palam,*
& præcipuè Bart. *num. 5.* Caſtr. *num. 8. ff. de teſtam.*
& in l. 2. Cod. de bon. poſſeſſ. ubi Dec. & Jaſ. *numero*
10. & 11. Maſcard. *de probat. concluſ. 1352. num. 51.*
Burgos de Paz *in l. 3. Tauri, part. 1. n. 804.* latiſſimè
Caſtill. *lib. 4. quotid. controv. cap. 20.* & præſertim *n.*
7. & 8.

Nec etiam alicujus momenti erit alia * ponderatio
facta per Adverſarium, quod de teſtamento produ- 35
cto

ẽto nulla ſit habenda ratio, cùm omnino exhiben-
dum ſit protocollum, nec ſufficiat copia produ-
ẽta, ex doctrina Bart. *in l. 1. §. ſi quis duobus, ff. de bon.*
poſſeſſ. ſecundum tab. num. 2. Afﬂ. *dec.* 48. *n.* 5. Maſcard.
concl. 987. *n.* 7.

Etenim doctrina Bart. & aliorum, qui ipſum ſe-
quuntur non procedit, quando teſtamentum ejuſ-
36 dem Notarij manu in authenticam * formam produ-
ẽtum exhibetur, nam ex eo concedendam eſſe immiſ-
ſionem vigore *d. l. C. de edict. div. Hadr. toll.* com-
munis obſervantia docet, & probaverunt Zuccard.
in d. l. fin. 93. poſt Jaſ. & Mantua *in* 1. *lect. an.* 59.
nec refragatur ratio Decij contrarium ſentientis, *
37 nempe fieri poſſe, quod in originala adſit aliquod
vitium viſibile, quod tamen in authentico non ap-
38 pareat, † quia cùm lex multum de Notarij fide confi-
dat, id minimè præſumendum eſt, ut latè proſequi-
tur, & concluſionem hanc confirmat Menoch. *de a-*
dipiſc. poſſeſſ. do remed. 4. *n.* 653. Maſcard. *concl.* 927.
num. 8. & 11. & clarius *conclus.* 711. *num.* 7. & *n.* 35. &
noviſſimè Caſtill. *controverſ. juris lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 53.
& 58.

39 Et damom neque dicatur, * quod tunc pro teſta-
mento præſumitur, quando non liquet ex ejus lectu-
ra de defectu ſolemnitatis, ex Bart. in *l. ſi poſt diviſio-*
nem, C. de jur. & fact. ignor. quia ultra quod illud non
militat in caſu noſtro, ex his, * quæ ſupra diximus, cùm
40 omnes interveneriut ſolemnitates, tamen hoc non
eſſet vitium viſibile, quod immiſſionem impediret,
ut ſupra probavimus ex Menoch. *d. remed.* 4. *ex nu.*
694. *cum ſeq.* & Caſtill. *c.* 24. *lib* 3. *n.* 183. qui loquitur
in eo caſu, quo hæredi objiceretur, teſtamentum eſ-
ſe falſum, inofficioſum, aut juris diſpoſitioni, vel ſo-
lemnitati contrarium, vel teſtatorem fuiſſe inteſtabi-
lem, aut inſtitutum incapacem, vel ſimilia, & ibi
etiam alij citantur.

Diximus etiam, ſecondam prætenſæ nullitatis con-
ſiderationem ex defectu ſigni eſſe rejiciendam, tum
quia ex lectura ejuſdem teſtamenti liquet in fine
ipſius, ac etiam codicilli, Notarium appoſuiſſe ſi-
41 gnum, * & ſubſcriptionem, tum etiam quia ſecundum
magis communem opinionem omiſſio ſigni, & ſub-
ſcriptionis in protocollo, quando ex alio conſtat
de perfectione teſtamenti, non reddunt teſtamentum
invalidum, ita ut ex eo non poſſit inſtrumentum in
publicam formam levari, ut conſtat ex Fel. Rol. Dec.
Menoch. & aliis in prioribus ſcriptis civitatis, & præci-
puè Zabarell. *conſ.* 132. 4. Neviz. *conſ.* 113. *n.* 5. Ruin.
conſ. 159. *n.* 11. *lib.* 4. Galvan. *conſ.* 22. *n.* 46. & 72. & de
magis communi teſtatur Menoch. *conſil.* 48. *num.* 1.
Maſcard. *concl.* 1244. *n.* 19. Rota apud Seraph. *dec.* 902.
num. 2. & *deciſ.* 903. *num.* 3. *part.* 1. & ſæpius ſequuta
fuit eadem Rota, ut habetur *in dec.* 762. *par.* 4. *diverſ.*
& noviſſimè *in deciſ.* 628. *n.* 2. *part.* 2. *in recent. apud*
42 Farinac. * maximè quando in protocollo adſunt illa
verba, *actum*, &c. ut per Maſcard. in allegata *con-*
cluſ. 1343.

Quinimò erit advertendum, quod DD. ſupra ci-
tati loquuntur in imbreviatura, & protocollo No-
tarij mortui, qui eſt caſus fortior, quia ſi Notarius
vivens dederit copiam authenticam inſtrumenti, vel
teſtamenti à ſe rogati, cum ſigno, & ſubſcriptione,
nullus eſt qui contradicet, quin habeatur pro au-
thentico, alias reſultaret abſurdum, quod majorem
vim haberet imbreviatura Notarij mortui abſque ſi-
gno, & ſubſcriptione, quam habet inſtrumentum
43 publicum cum ſigno, * & ſubſcriptione Notarij vi-
ventis, quod tamen eſt falſum, quia authenticum
Notarij habetur pro originali, Alex. verò *conſ.* 41.
lib. 1. & *conſ.* 14. *lib.* 6. & alij in contrarium allegati
non contradicunt huic concluſioni, non enim ne-
44 gant, † à Notario vivente poſſe inſtrumentum cum
ſigno, & ſubſcriptione in publicam formam redigi,

quamvis deficeret in imbreviatura, ſed eorum di-
ẽtum tendit ad alium finem, nempe quod quando
conſtat de perfectione, * poſſet levari inſtrumentum 45
à protocollo Notarij mortui mandato Judicis per
alium Notarium, ſecus verò reſpectu Notarij viven-
tis, is enim poteſt ſignum apponere, & ſubſcriptio- 46
nem, ut per Curt. jun. *d. conſilio* 162. *numero* 1. *verſic.*
ad qua verba pato ſummopere, Roland. *conſil.* 44. *num.*
41. *lib.* 2.

Quæ quidem ſint ex abundanti dicta, quia revera
huic cauſæ non deſerviunt, cùm certiſſimum ſit, quod
in pede codicilli exemplati immediate poſt teſtamen-
tum adſit ſignum, & ſubſcriptio, utrumque compre-
hendentis, ut aliàs probavimus, & veriſſima eſt con-
cluſio, * aliàs etiam luculenter firmata, unicum ſi- 47
gnum, & unicam ſubſcriptionem ſufficere ad autho-
rizandum mille contractus præcedentes, non obſtan-
tibus reſponſionibus ex adverſo datis, ex earum e-
nim reſolutione magis de ſubſiſtentia concluſionis
apparebit, * & primò non obſtabit partis conſidera- 48
tio, quòd Bart. & alij in *l. ſi quis ex argentariis*, §. *ini-*
tium ff. de edendo procedant in inſtrumentis exiſten- 49
tibus in libro, & protocollo, uno poſt aliud ſcriptis,
ſecus in foliis diſlegatis, & ſeparatis.

. Nam dupliciter replicatur, & primò, Bart. & alios 50
in d. §. *ſi initium* loqui in tempore, Indictione, Con-
ſule, & ſimilibus, quæ ſunt de ſolemnitatibus ſub-
ſtantialibus ipſius rogitus, ſi enim dies, & alia præ- 51
dicta ſint poſita in uno inſtrumento, cenſetur conti-
nuata, & reperita in aliis, in eodem libro exiſtenti-
bus, dummodo habeant ordinatam conſequentiam
ad præcedentia, ſecus ſi quinterni ſint diſlegati, ut
ſunt filſæ Notariorum, & ſic non habeant continua-
tionem, & in terminis loquuntur omnes Doctores *in*
dicto §. *ſi initium*, cum aliis ex adverſo alle-
gatis.

Quod ergo dicunt Bald. & Salic. *in d. l. eo, quod*, cum
aliis, ut ſupra allegatis, dum concluſionem ex *dicto*
§. *ſi initium* deſumptam extendunt ad ſignum, & ſub-
ſcriptionem Notarij, procedit quidem, prout loquun-
tur, per argumentum ſcilicet arguendo à tempore ad
ſignum & ſubſcriptionem, ut ex eorum lectura patet,
& propterea argumentum procedit affirmativè, non
autem negativè, ut quemadmodum dies, & alia, ut
ſupra requiſita, cenſentur repetita in aliis, ſic etiam
ſignum, & ſubſcriptio, prout in his terminis affirma-
tionis loquuntur DD. non autem è contra; nec ali-
quis eorum loquitur negativè, in terminis ſubſcriptio-
nis, & ſigni, quod quando non poſſit fieri repetitio
diei, non etiam ſubſcriptionis, & ſigni, ſiquidem vi-
get expreſſa ratio diverſitatis, nam una ſubſcriptio, &
ſignum ad multos contractus applicari poteſt, quod
poteſt non contingere in die, & aliis requiſitis, quæ
ſunt de ſubſtantia tempore rogitus, hæc verò poſt ro- 52
gitum quandocunq; apponi poſſunt, nam argumentum
à ſimili, vel ab æquiparatis non procedit, quando po-
teſt dari aliqua diſſimilitudo, Federic. de Senis *con-* 53
ſilio 67. *numero* 30. etiam ſi diſſimilitudo ſit parva, ut
ex Antonio de Butrio tradit Everard. *in loco à ſimili*,
in 4. *fallent. numero undecimo*, * *in fine*, & ſufficit da- 54
ri diſſimilitudinem in puncto, de quo agitur, licèt in
aliis eſſet ſimilitudo, Dec. *in capite tranſlato*, *in ſe-*
cundo notab. de conſtitut. *Quemadmodum in dicto*
loco in ſimili, *ſub numero ſexto*, Menochius *conſilio*
202. *numero* 130. *cum ſequentibus*. *libro tertio*, nec eſt
inconveniens, * quod duo inter ſe ſint ſimilia quoad
quædam, & ſic valeat argumentum, quoad alia verò 55
ſint diſſimilia, nec argumentum valeat, ut tradit
Surd. *conſil.* 393. *numero* 36. *libro tertio*, † præſertim
quando dari poteſt ratio diverſitatis inter unum, & 56
alterum, quo caſu argumentum nunquam procedit,
Menoch. *dict. conſil.* 202. *numero* 132. *lib.* 3. Surd. *con-*
ſil. 50. *num.* 25. *lib.* 1.

Secundò replicatur, prædictam objectionem ver-
ſari non reſpectu poteſtatis Notarii, ſed reſpectu
voluntatis, an ſcilicet intelligitur voluiſſe, diem, indi-
ctionem, & alia cenſeri repetita in aliis inſtrumentis
ſequentibus, quod præſertim contingit prædefuncto
Notario rogato, ſed quando Notarius vivit, & ipſo-
met authenticavit, cum appoſitione diei, & aliorum,
57 ut ſupra, * ceſſat diſputatio, quia Notario creditur in
pertinentibus ad ſui officium, ut in illis terminis de-
clarat Bart. *in dict. §. ſi initium ſub num.* 18. *verſiculo
& infra dicenda intellige*, ſequitur Menoch. *de ar-
bitrar. Jud. caſu* 64. *numero quinto*, at in caſu no-
ſtro Notarius vivens authenticavit teſtamentum, &
codicillum ſigno, & ſubſcriptione univerſali, utrum-
que inſtrumentum comprehendente, ut infra dicetur,
ideo ſubvertitur prima reſponſio ex adverſo data per
eoſdem terminos allegatos.

Non obeſt ſecunda reſponſio, * quod procedit in
58 ſolemnitate poſita in ſcripturis præcedenti, ut refe-
ratur etiam ad ſequentem, non è converſo.

Qui *Doctores* allegati in *d. §. ſi initium* loquuntur
reſpectu illarum ſolemnitatum, de quibus ſupra,
nempe diei, indictionis, & ſimilium, ſed quoad ſub-
ſcriptionem & ſignum, tantum abeſt, contradicere,
& reprobare hanc opinionem Bald. & Salicet. *in di-
cto loco eo, quod*, quin magis ſentiant cum ipſis, & ſic
ut ſubſcriptio in ſubſequenti ſufficiat, & referatur
ad contractus præcedentes, ita expreſsè Angel. *in
dicto §. ſi initium, numero primo*, ibi *idem dicas in ſigno*,
& ibi *idem ſi in medio, vel in fine*, Alexand. *num.* 6.
& Jaſon *numero* 8. *ibi* dum allegat, & ſequitur Bald.
Salicet. & Angel. in terminis ſubſcriptionis, & ſigni,
utique intelligi debet pernecesſè ſecundum terminos,
in quibus ipſi loquuntur, & expreſsè etiam tenet
Jacobi numero 12. & ſic omnes retorquentur adver-
ſus allegantem, cæteri verò non loquuntur in termi-
nis ſubſcriptionis, & ſigni, ſed diei vel indictionis, ideò
nihil ad caſum noſtrum, ſufficit enim habere prædi-
ctos in terminis noſtris loquentes, & quod magis
eſt contradictorem non habentes.

Præterea & ſecundò ſubvertitur hæc ſecunda re-
ſponſio per doctrinam Bart. *in dicto §. ſi initium*, *in*
59 † *prima lectura ſub nu.* 3. ubi in terminis ſubſcriptio-
nis Notarii expreſsè dicit, quòd ſi Notarius in fine li-
bri dicat, ſe omnibus interfuiſſe, & rogatum ſcripſiſſe,
intelligetur comprehendere omnes contractus præ-
cedentes, & idem intendit quoad diem & Con-
ſulem ſi ponentur in fine, puta per hæc verba, *acta fue-
runt omnia ſupra dicta de anno, & die tali, &c.* idem
dicit *in repetito dicti §. ſi initium, numero* 21. *verſic.
ſicut notarius*, ſequitur Ruin. ex adverſo allegatus
conſilio 23. *numero* 4. *verſicul. non obſtat poſtremo, li-
bro* 4. ſed in caſu noſtro ſubſcriptio Notarii eſt facta
per eadem verba Bart. imò magis univerſalia, nempe
ad omnia, & ſingula ſuperius deſcripta, ergo ſu-
mus in claris, nec erit aliqua interpretatio admit-
tenda.

Non obſtet tertia reſponſio, quòd in ſubſcriptio-
ne requiratur expreſſa mentio utriuſque ſcripturæ,
aliàs non poſſit ſolemnizare, niſi illam, cui eſt
facta ſubſcriptio, ex Caſtrenſ. & *Imol. in l. patris,
& filii, ff. de vulg. & pupill.* cum aliis allegatis.
60 * Quandoquidem *Doctores* allegati loquuntur in
diverſa materia, diverſam rationem habente, nem-
pe in duobus teſtamentis factis à marito, & uxo-
re in eadem cauſa, in quibus dum rogitus, vel
ſubſcriptiones teſtium adhibentur in ipſa confe-
ctione teſtamentorum, utique in ſubſcriptionibus
teſtium debet fieri expreſſa mentio utriuſque teſta-
menti, cùm ſint duo actus ſeparati à duobus per-
ſonis confecti, nos autem loquimur de ſigno, &
ſubſcriptione Notarii, quæ non ſunt neceſſaria in
confectione teſtamenti, nec in protocollo, ut di-
ctum eſt ſupra, ideo in authenticando teſtamentum
& codicillum, ab uno, eodemque teſtatore ordi-
nata, non prohibetur Notarius unico ſigno, & uni-
ca ſubſcriptione plures ſcripturas authenticare, jux-
ta *Doctores* ſupra allegatos.

* Sed amplius etiam in illa materia duorum teſta- 61
mentorum communis opinio *Doctorum* ſtat pro va-
liditate, quamvis teſtes ſimpliciter ſubſcripſerint,
non facta expreſſa mentione utriuſque teſtamenti,
quia unica ſolemnitas cenſetur reſpicere utrumque
teſtamentum, ita Bart. poſt Jacob. de Raven. *in dict.
l. patris, & filii, n.* 3. & ibi Addentes, *verſ. ultim.*
Alberic. *num.* 2. Bald. *numer.* 6. Angel. *numero* 2.
Franciſc. Aretin. *col. ult. verſicul. extra gloſſ.* Alexand.
num. 8. Jaſon *numer.* 7. *ff. de vulg. & pupill.* ubi etiam
reprobant Caſtrenſ. & Cuman. *in dicto loco*, & mo-
ventur per notata *in d. §. ſi initium*, & huic opinio-
ni adhæret etiam Tiraquel. *de retract. lignag. §.* 1.
gloſſ. 21. *num.* 20. 22. & 23. ſequitur, & plenè com-
probat Petr. Peck. *de teſtamento conjug. lib.* 1. *cap.* 11.
numero 1. *verſicul. dubium tamen non leve, & num.* 2.
verſ. contrarium, cum pluribus ſequen. uſque in fine,
quem noviſſimè ſequitur Bernard. Græv. ad Gayl.
lib. 2. *concl.* 117. *nu.* 12. & 13.

* Sed proprius ad materiam noſtram retorque- 62
tur Bart. ex adverſo allegatus; ſed non bene relectus
in dicto §. ſi initium, nu. 30. & 31. ubi in quæſtione
illa, † an Notario atteſtante in inſtrumento, in princi- 63
pio libri, vel in fine ſe fuiſſe rogatum, intelligatur de
omnibus aliis inſtrumentis ſequentibus, vel præce-
dentibus, nullam facit vim, an atteſtatio rogitus ſit
in principio, vel in fine libri, ſed conſiderat, an ha-
beat relationem ad totum librum, vel ad unum in-
ſtrumentum, ſi enim ad totum librum, dicit referri ad
omnia præcedentia, vel ſequentia, aliàs ad illud in-
ſtrumentum tantùm, unde applicando ad caſum no-
ſtrum, cùm ſubſcriptio ſit facta ad omnia, & ſingula
ſuperius deſcripta, non eſt, cur non comprehen-
dat teſtamentum, & codicillum ſuperius exempla-
ta.

Ex prædictis tollitur etiam quarta reſponſio de-
ſumpta ex eodem Caſtrenſe *in d. l. patris & filii nu.*
4. cum aliis allegatis, * quod ſcilicet unica ſolemni- 64
tas ſufficiat ad plura teſtamenta, ſi ſint confecta
eadem die & eodem contextu.

† Nam hoc bene procedit quod ſolemnitatem te- 65
ſtium vel etiam expreſſionis loci, ſi enim diverſo
tempore fuit facta utique repetitio hujuſmodi ſo-
lemnitatum, veluti teſtium, & loci eſt neceſſaria, cùm
requirantur tempore rogitus, ita loquuntur Caſtrenſ.
& Angel. *in dict. libro patris & filii*, & ante eos Bart.
in dicto §. ſi initium, in ſecunda lectura, numero 28.
Menochius in allegata *præſumption.* 84. *numero deci-
mo, cum ſequent. libro ſecundo*, Bertazzol. *clauſul.* 2.
gloſſ. 2. *numero* 37. nos autem loquimur de ſigno, &
ſubſcriptione Notarii non requiſita tempore rogitus,
ut dixi ſupra, ideò *Doctores* allegati non percutiunt
caſum noſtrum, præſertim cùm habeamus *Doctores*
in terminis dicentes, unicam ſubſcriptionem ſuffice-
re ad authorizandum mille contractus præcedentes,
qui ſanè eodem tempore, & una die fieri non poſ-
ſunt.

† Dictum verò Bald. imò Nicol. de Matarel. *in l.* 66
omnium, numero quarto, in fine, Cod. de teſtamentis
non repugnat intentioni noſtræ, dum dicit, quòd
ſi multi faciunt teſtamentum eodem die, & loco, per
unam ſubſcriptionem Tabellionis poſt mille teſta-
menta, probantur omnia cum eiſdem teſtibus ſcri-
pta, tum quia *ibi* loquitur ad alium finem, nam dubi-
tabatur, an ſufficeret eſſe ſcriptum teſtamentum ma-
nu Tabellionis abſque inſinuatione, ideò allegat di-

ctum

ctum *Nicolai de Matavell.* ad effectum probandi,
ſufficere ſubſcriptionem, abſque inſinuatione, tum
quia ex contrario non dicit, quòd ſi ſint facta plura
teſtamenta diverſo loco, & tempore, non poſſit No-
tarius illa authenticare unica ſubſcriptione, dummo-
do deſcribat omnes ſolemnitates, puta teſtium, tem-
poris, loci, & rogitus, ſeparatim adhibitas in quoli-
bet ipſorum, tempore rogitus, ideò cùm hæc non
dicat, non licet ab ejus dicto arguere à contrario ſen-
67 † ſu quod non permittitur. Oſaſch. *deciſ.* 58. *nn.* 10.
Surd. *conſ.* 85. *num.* 39. *libro primo, deciſion.* 258.
numero nono & deciſion. 322. *n.* 81. Grat. *diſcept. for.*
cap. 689. *n.* 42. *tom.* 5.

Pariter non erat, quod tanta vis fieret *in conſil.*
68 Paul. de Caſtr. 291. aliàs 292. *n.* 4. *lib.* 1. nam & caſus,
& ratio motiva ejus dicti longè diſtant à caſu noſtro,
iſta enim deſcriptio erat facta tantummodo ad teſta-
mentum, † nimirum ſi non poterat trahi ad codicil-
69 lum poſtea factum, rationem deinde ſubdit, quia non
70 † erat facta in principio tanquam reſpiciens ad om-
nia ſequentia, non etiam in fine tanquam reſpiciens
omnia præcedentia ſed erat poſita ad unum actum
tantum, ſcilicet ad teſtamentum, & de illo loquitur, &
ad illud tantum refertur, at in caſu noſtro ſubſcriptio
eſt adjecta in fine, & ad utrumq; reſpicit, ut dictum
eſt ſuprà. Ergo Paul. de Caſtr. retorquetur contra al-
legantem, & ſic rectè intuenti patet, omnes inductio-
nes Adverſarii omnino ſubverti, & bene fuiſſe pon-
71 deratum * Paul. de Caſtr. in primis allegationibus,
Bart. etiam per eum allegatus *in l. fin. ff. de rebus du-*
biis ſummopere favet caſui Caſtrenſ. non tamen con-
72 tradicit intentioni noſtræ, * *ibi* enim tenet clauſulam
in fine poſitam referri ad omnia præcedentia, quando
ſtat per ſe perſonaliter, non autem ad qualificandum
tantummodo diſpoſitionem ultimo loco poſitam,
prout ſtabat ſubſcriptio in caſu Caſtrenſ. ad ſolum
teſtamentum, in his terminis fuit per eum allegatus
Bart. *in d. loco*, ſi bene attendatur, in caſu verò noſtro
eſt adjecta in fine cum relatione ad omnia, & ſingula
præcedentia, ut pluries ſupra diximus, meritò.

73 Ruin. quoque allegatus *conſil.* 23. *num.* 4. *cum ſe-*
quent. libro quarto optime retorquetur, dum tenet,
indictionem poſitam in fine libri ſtare de per ſe, ſi
dicatur, ſuprascripta omnia celebrata fuiſſe indictio-
ne tali, ideo referri ad omnia, & hic eſt caſus noſter,
ſecus ſi ſit adjecta in quodam inſtrumento particula-
ri, tunc non referri ad alia, & in hoc allegat Bart.
tam *in dicto paragraph. ſi initium*, quam *in d. l. de re-*
74 *bus dubiis.*

Verùm ad ſaturitatem conſideratur, quod quando
aliquid dubij remaneret, prout verè non remanet,
non colligi poteſt aliquo modo umbra falſitatis ex
omiſſione ſigni in calce teſtamenti, quia juſta credu-
75 litate ductus Notarius, illud apponere omiſiſſet, &
in dubio dolus non præſumitur, ut Menochius do-
cet *libro* 5. *præſumption.* 3. *n.* 36. *& alibi*, & in ſpecie
76 in Notario tradente duo inſtrumenta, * unum plus al-
tero continens, conſuluit *Natta conſ.* 314. *per tot.*
77 † *lib.* 2. poteſt enim Notarius addere ad majorem
actus firmitatem, Grat. *conſ.* 102. *n.* 8. *lib.* 1. Ce-
phal. *conſ.* 89. *n.* 4. *lib.* 2.

Hinc ceſſant omnia, quæ ex adverſo ponderan-
tur circa emendationem erroris poſt copiam eradi-
tam parti, aut in judicio productam, tum quia non
adeſt, nec dicitur error, tum etiam, quia eſſet leviſ-
ſima omiſſio, credens Notarius ſufficere, prout ve-
78 rè ſufficit una ſubſcriptio ad utrumque, tum deni-
que quia etiam ſi eſſet error, * non prohibetur Nota-
rius poſt copiam traditam parti illud corrigere, quan-
do contrarium conſtat ex inſpectione originalis, Rom.
ſingul. 238. Jaſ. *conſ.* 28. *n.* 1. *li.* 1. Claud. ad Bertaz.
conſil. 543. *verſ.* 3. *quæſt.* Maſcard. *concluſ.* 644.
numer. 15. Farinac. *de falſit. quæſt.* 156. *nn.* 135.
in fine, * vel quando eſt error notorius, idem Fari- 79
nac. aliis relatis *d. quæſt.* 156. † *numer.* 73. ſicuti
etiam licita eſt emendatio erroris poſt traditam co- 80
piam, ſi conſiſtat error in iis, quæ ſpectant ejus
officium, puta in anno Domini, in indictione, in
nominibus teſtium, & ſimilibus, ita de magis com-
muni, & veriori opinione teſtatur Claud. ad Ber-
taz. *in d. conſ.* 543. *in* 2. *memb. vol.* 2. Franch. *in cap.*
quoniam contra, n. 477. *de prob.* Scacc. *de judic. civil.*
cap. 11. *n.* 1211.

Juſto enim errore ductus eſſet Notarius, dum in-
ſimul exemplavit teſtamentum, & codicillum, &
cum una ſubſcriptione illo exemplando partibus
tradidit, cùmque ex adverſo ponderetur ſignum, &
ſubſcriptionem referri ſolum ad codicillum, ad 81
oſtendendum, ſuæ intentionis fuiſſe ſubſcribere
utrumque, * dedit aliam copiam teſtamenti abſque
codicillo, poteſt enim Notarius de uno teſtamento
à ſe rogato plura exempla facere, *l. unum, ff. de te-*
ſtam. ubi Bald. Ang. & Paul. de Caſtr. & quodlibet
exemplar dicitur originale, * ut ipſi notant, & ſic ſi 82
prius inutiliter fecit exemplar teſtamenti, poſſet ite- 83
rato utiliter facere, Bald. *in l. Imperator, in* 3. *lect. n.* 3.
& Angel. *n.* 5. *ff. de ſtat. homin. Flor. de Sancto Petro*
in l. cum proponebatur, ff. de legat. 2. Jaſon *in l. admo-*
nendi, ff. de jure jur. & in d. conſ. 28. *n.* 1. *l.* 1. & ſic
evidenter apparet, quod nulla adſit correctio, ſed
hæc fuit exhibita, & exemplata ad corroborationem
prædictæ ſcripturæ, & non ad corruptionem, nec
ſubſtantia, vel ſolemnitas aliqua fuit addita, ſed
ſubſcriptio ſpecialis, quæ non eſt de eſſentia rogitus,
fuit in teſtamento facta, quæ per prius teſtamentum,
& codicillum continebat.

Ex quibus reſolvitur pariter alia objectio, quod 84
ex omiſſione ſolemnitatum teſtamenti inducitur
præſumptio contra Notarium, ad *text. in l. jubemus,*
C. de teſtam. hoc enim procedit, ubi in originali, ſeu
protocollo omiſſæ ſunt ſolemnitates, ſecus verò
ubi omittuntur in exemplo, quia ſufficit, quod ad-
ſint in originali, & poteſt corrigi, ſeu ſuppleri per
Notarium, ut proximè fundavimus.

* Nec tenetur Joan. Baptiſta ad exhibitionem 85
protocolli, cùm adſit in poſſe Notarii, & proinde
non poteſt ad illius exhibitionem cogi, cùm illud ex-
hibendi facultatem non habeat, ut deciſum refert
D. de Franch. *deciſ.* 194. & probat *D. Regens Tapia*
libro tertio Jur. Regni, in Conſtitut. Inſtrumentorum
robur, numero decimo, Trentacinq. libro 2. *variar. re-*
ſolut. tit. de fide inſtrument. reſolut. 9. *numero* 2. ſed 86
poteſt cogi Notarius ab Ordinario loci, cui eſſet
committendum, ſi adverſario expedierit in judi-
cio petitorio, ut coram eo fiat exhibitio, Cag-
nol. *in l. ſi libratus, n.* 27. *&* 31. *ff. de regul. jur.*
Farin. *de falſit. qu.* 154. *part.* 3. *n.* 47.

Nec tandem quicquam refragatur tertia nullitas
propoſita reſpectu inhabilitatis teſtium, * ſiquidem 87
ſive attendamus veriorem opinionem, ac in hoc
Regno receptam, quod Religioſi Mendicantes ad-
mittantur in teſtimonium, etiam abſque Superioris
licentia in teſtamento, ea ratione, quia ſolent hujuſ-
modi Religioſi à teſtatoribus in teſtes adhiberi tan-
quam legaliores, & ſub ſpe, quod eorum voluntates
non revelent, ut in puncto docuerunt DD. per nos
prioribus ſcriptis congeſti, & præſertim Card. Za-
barell. *conſ.* 97. Felin. *in c. cum nuncius, de teſtibus*
Bald. *in auth. ingreſſi C. de Sacroſ. Eccl.* idem *in l. hac*
conſultiſſima, C. de teſta. Guid. Papa omnino videndus
deciſ. 517. *& ibid. Addentes, Tob. Nonius in §. te-*
ſtes, Inſtit. de teſt. Pariſ. *conſ.* 51. *n.* 12. *& conſ.* 72. *n.*
9. Silv. latè *conſ.* 16. *li.* 1. *n.* 3. *Natta in d. l. hac conſultiſ-*
ſima, §. ex imperfect. n. 181. qui prædictam rationem

aſſert, & communem obſervantiam ita obtinere, &
eſſe rationabilem dicit, ſequitur eum *Jul. Clar. §. te-
ſtamentum q. 55. n. 7.* Boſſius *de oppoſit. contra teſtes*, n.
92. *in fine*, qui dicit, ſe habuiſſe de facto in teſtamen-
to, in quo aderant teſtes omnes Ordinis Minorum,
Simon de Præt. *de interpret. ultimarum voluntatum*,
l. 2. interpr. 1. dub. 2. fol. 3. n. 18. fol. 120. à tergo, *Crot. de
teſtib. in princ. n. 14. Tract.* Papienſ. *in forma juramen-
ti praſtand. à teſtibus, verſ. proteſtante*, *n. 32. & ibid.*
Maſuer. *in additione*, latè Surd. *dec.* 129. n. 1. *& 2. D.
Reg.* Tapia *in repet. d. auth. ingreſſi*, *num.* 63. Aretin.
Molfeſ. Sanchez, Farin. Bolog. Rodriquez, aliique
88 per nos allegati, qui omnes indiſtinctè, ac nulla de
licentia facta mentione loquuti ſunt, quinimò non-
nulli expreſsè, licentiam nullatenus neceſſariam eſſe
dixerunt, prout ſunt *Abb.* Roland. *Pariſ. Non.* & alij
per Silvan. citati, Maſcard. *&* Caravit. in locis cita-
tis, & hoc caſu nullitas hæc redditur eluſoria, &
nunc addimus Ariſm. Tepat. 216. *c.* 2. Saluſt. Tiber.
*in tract. de form. instrument. tit. de teſtam. l. 1. c. 33. n.
89. Burſat. conſ. 343. n. 69. lib. 4.*
89 Sive etiam attendamus aliorum opinionem, qui
omnino licentiam deſiderant, præſertim de jure Ca-
nonico, prout ſunt nonnulli, qui ex adverſo citan-
tur, quos congeſſit Farin. *d. q. 131. num.* 130. & adhuc
90 nullitas hæc vana redditur,* quia id cadit, & verifica-
tur, quando teſtes hujuſmodi in judicio recipiuntur,
ita enim loquuntur omnes, qui in contrarium addu-
cuntur, * ſecus verò ubi ſunt tantummodo in teſta-
91 mento deſcripti, tunc enim non vitiatur inſtrumen-
tum propter defectum licentiæ Superioris, ut pul-
chrè diſtinguendo conſuluit *Socin.* omninò videndus
conſ. 27. n. 16. li. 1. hinc contra perſonas teſtium in in-
ſtrumentis deſcriptorum nihil objici poteſt, ut poſt
Bart. Bald. Angel. *& alios Natta conſ. 95. num. 18. &
conſ. 166. n. 6.* Ant. Trigon. *ſingul. 72.* hanc etiam opi-
nionem confirmat Franciſc. Aretin. *conſ.* 159. *num.* 19.
92 *verſ. venio ad octavum*, * ubi primò conſtituendo re-
gulam, quod hujuſmodi Religioſi ex communi, &
notoria conſuetudine admittantur in teſtes, tan-
quam legaliores, & de quibus magis confidunt ho-
mines, quod eorum voluntas non reveletur, *num.* 20.
fundat ex Bald. Abb. & aliis, ex juris diſpoſitione non
93 requiri licentiam, tertiò ſubnectit, quod etiam ſi
examinentur coram laico, abſque licentia, eorum di-
ctum valet, & tandem concludit, non eſſe neceſſa-
riam hanc inveſtigationem, cùm de teſtamento con-
94 ſtet per inſtrumentum Notarij, quod plenè probat,
abſque eo, quod dicti teſtes denuo examinentur, ſe-
quitur etiam Caravita *in d. rit.* 144. *n.* 4. Hinc etiam
repetere libet egregiam doctrinam Antonij Gomeſii
in d. l. 3. Tauri, *num.* 88. ubi in puncto docet, quod
ſi in teſtamento nuncupativo, de quo confecta eſt
ſcriptura coram Tabellione, prout in caſu noſtro,
adſit deſcriptus unus in teſtem, qui eſt inhabilis ad te-
95 ſtificandum in teſtamento, tenet teſtamentum, quià
non requiritur ejus depoſitio, nec teſtificatio, & de-
inde loquens in ſpecie in licentia Superioris ſubdit,
in teſtamento nuncupativo ſufficere licentiam tem-
pore diſpoſitionis teſtium; & ſic loquitur de eo teſta-
mento nuncupativo, de quo non eſt confectum pu-
blicum inſtrumentum, quo caſu non requiritur te-
ſtium depoſitio, ut *ipſemet* diſtinxerat *d. nu.* 28. & me-
lius explicat *ibidem n.* 46.
Inſuper limitatur ſupradicta concluſio requiſi-
96 tionis licentia de jure Canonico in alio caſu ſcili-
cet quando reperiuntur examinati abſque licentia,
quia tunc valet eorum depoſitio, nihilque de fide eis
diminuitur, ut poſt *Specul. Abb. Aret.* qui de com-
muni teſtatur, Crot. Corn. Silvan. Guid. Pap. No-
nium, Maſcard. Silveſtr. Caravit. Roland. & alios
fundat Farinac. *d. queſt.* 61. *nu.* 84 *&* 134. *de teſtibus*,
addidimus Manticam *&* Guazzin. prioribus ſcrip-
tis allegatos, & nunc addidimus Menoch. in ſimili *l. 2.
praſ. 46. num.* 14. *Franc. Marc. dec.* 777. Ranchin. *ad*
Guid. Papam. *dec.* 6. qui alios refert, Bernard. Paud.
*part. 1. declarat. 65. nu. 34. cum tribus ſequentibus ad
Ritum* M.C.V. Gualter. *in 1. part. primæ partis, rubr. 2.
ſub n. 27. de liquidat. inſtrum.*
Sed hæc omnia ex abundanti dicta fuerunt,* ſiqui- 97
dem reſpiciunt judicium petitorium, nos autem ſu-
mus in judicio immiſſionis vigore *l. fin. Cod. de edict.
div. Hadr.* * ad quam impediendam requiritur vitium 98
viſibile in teſtamento, quod nullo careat ſcrupulo
ut ex Peregrin. Roland. *&* Bertaz. fundavimus, qui
deciſum dicunt per *Rot. Rom.* † quinimo nec ſufficit 99
vitium viſibile in præfationibus, quia requiritur
quod adſit in ſubſtantialibus teſtamenti, prout in
inſtitutione hæredis, ita Alexand. & Jaſ. *in l. ſi unus*,
C. de teſt. Didacus Spino *in ſpeculo teſtamentorum*,
gl. 34. n. 17.
Hæ autem *. exceptiones adverſus dictum teſta- 100
mentum ſunt juris dubii, ac admodum controverſi,
ut patet ex eiſdem copioſis Adverſarij allegationi-
bus,* quæ dubio facti æquiparantur, Seraph. *dec.* 271. 101
n. 6. Paciſ. *de Salvian. interd. inſpect. 1. c. 2. ex n.* 86. &
proinde hujuſmodi juris dubij exceptiones non im-
pediunt immiſſionem, * requiritur enim, quod defe- 102
ctus ſit juris notorij, & palpabilis, quia ſi ſunt con- 103
cluſiones diſputabiles, reſervantur in petitorio, & in-
terim datur immiſſio, ut poſt Bart. *in l. filiam fratri-
bus, ff. ad Trebell.* tradit *in d. l. ſi. Dec. n.* 48. Jaſ. n. 28.
Ruin. *conſ.* 86. n. 87. *lib.* 3. Peregr. *conſ. 87. lib. 3. & de
fideicommiſſ. art.* 48. n. 55. *&* 56. Gozzad. *conſ. 6. nn.* 88.
& conſ. 7. nu. 20. *& conſ.* 93. Rol. *conſil. 78. lib. 3. Conſ.*
Georg. *alleg. 47. num. 3.* Regens de Ponte *conſil. 20. n. 23.
l. 1.* ultra Ang. Menoc. Tapiam, Eugen. & alios, quos 104
in puncto, ubi dubitatur de viribus teſtamenti, vel
quis objicitur de falſitate, inofficioſitate, vel non
ſolemne, & ſimilibus in prioribus ſcriptis retuli-
mus, quibus etiam additur Burſat. *conſ.* 89. *n.* 121. ubi
de communi teſtatur *lib.* 1. Caſtill. *lib. 3. contr. juris*,
cap. 24. n. 123. ubi alios refert.
Dicitur enim hoc judicium * poſſeſſorium ſumma- 105
rium, ut ex Bart. *in d. l. fin. n.* 14. & aliis probat idem
Peregrin. *loco* citato *n.* 56. & poteſt peti, * & concedi 106
nemine citato, ut *ibidem* Bart. ait *n.* 16. plenè Menoc.
d. remed. 4. de adipiſc. poſſ. num. 458. Peregrin. *ubi pro-
ximè, n.* 85. Conſiliar. Theodorus *alleg. 63. n.* 2. & hic 107
concurrunt omnia requiſita ad obtinendam dictam
immiſſionem, quæ recenſet Menoch. *d. remed. 4. nu.*
56. Caſtill. *d. lib. 3. c. 24. n.* 138.
Quinimò in hoc judicio † immiſſionis ſufficit 108
oſtenſio teſtamenti ſic in forma publici inſtrumenti
redacti, nec impeditur immiſſio ſub prætextu, quòd
deficiat in ſolemnitate, quia hæc reſervantur in peti-
torio, * quod etiam probat Menoch. *d. remed. 4. de* 109
adipiſc. poſſ. n. 683. ubi quod in hoc judicio attenditur
prima figura teſtamenti, & ex ſola ſui inſpectione
judicari debet, ſequitur Caſtill. *d. lib. 3. cap. 24. contr.
jur. n.* 118. ubi ſolam extrinſecam apparentiam atten-
di ſubnectit, nec impeditur immiſſio, ſi de viribus 110
teſtamenti ambigitur, * & in dubio teſtamentum præ- 111
ſumitur perfectum, * & abſolutum, Menoch. *de pra-
ſumpt. lib. 4. praſumpt. 5. n.* 2. præſumitur etiam ſolem-
ne, † & validum, idem Menoch. *praſumpt. 9. eod. lib. 4.* 112
& latius Maſcard. *de probat. concl.* 1353. *n.* 1. Caſtill. *d.
c. 21. n. 49. lib. 4.*
Et quamvis omnia prædicta ſatis plana ſint, atta-
men, quoad prætenſam oppoſitionem inhabilitatis
teſtium ad majorem cautelam producta fuit licentia
Superioris, † quæ teſtamentum præceſſit, & ſic ceſſat 113
omnis ſcrupulus, nihilque penitus refragatur, quòd
licentia prædicta non fuerit in teſtamento inſerta.
Primò, quia hic nullatenus requirebatur, ut proximè
fundavimus. Secundò, quia ſufficeret tempore de-
poſitionis

poſitionis teſtium, ut idem Gomeſ. ex adverſo alle-
114 gatus *in d.l.3.* Tauri, * *n.28.in fin.* fondat. Tertiò, quia
in caſu, in quo requiritur licentia ſufficit tacita,
licèt de ea non appareat, ut probat Aretin. *d. conſil.*
159. *num.*20. Calcan. *conſil.* 9. *ſub num.* 8. *&* Caravit.
d. tit. 144. *num.* 3. *in fine, verſic.* 3. *limita*, ſi ergò ſuf-
ficit tacita, igitur non erat opus illam inſerere in te-
ſtamento.

115 Verùm hoc inconvincibili ratione ſuadetur, com-
petit enim hoc beneficium ex teſtamento non abo-
lito, nec cancellato, prout eſt facti, non prout eſt ju-
ris, *l.cognitio, ff. de pœn. l. id quod noſtrum, ff de regul.
jur.* Joan. Bologn. *de multipl. diff. juris, & facti, n.* 79.
quod benè declarat Argel. *de acquir. poſſ. qu.* 3. *art.* 6.
n. 311. *& art.*10.*num.*569. ex mente, & verbis *d.l.ſi de
edict. div. Hadr.* ex illis verbis, *teſtamentum oſtende-*
116 *rit*, * ſic vitia, quæ poſſent immiſſionem impedire,
intelliguntur de vitio viſibili in ſcriptura materiali,
117 ut ſunt abolitio, cancellatio, & defectus numeri te-
ſtium, hinc dicimus, quod exceptio ad impediendam
immiſſionem debet in incontinenti probari, ut ex Bart.
Bald. & aliis voluit Menoch. *dict. remed.* 4. *n.* 427. *&*
118 759. Achill. Perſon. *de adipiſc.poſſeſſ.n.*408. * & ſic in-
telligenda eſt de illa exceptione, quæ certa eſt, nec
aliquid dubietatis admittit, quando verò altam requi-
rit indaginem, immiſſio non impeditur, ſed reſer-
vantur omnia in petitorio, ut per *Scribentes in d. l. ſi.
edict. Div. Hadr. Dec. conſ.* 422. *&* 477. Roland. à
Valle *conſ.* 1. *n.* 71.*& conſ.* 98.*n.*4.*vol.*3. & alij per Ar-
gel. *de acqu. poſſ. d. q.* 3. *n.* 154.

119 Modò quod teſtes in teſtamento † adhiberi poſſint
abſque Superioris licentia, clariſſimum eſt de
jure, * & de conſuetudine obſervari, dictum enim
120 Doctoris rem dubiam facit, Bar. *in l. qui Romæ, § duo
fratres in 6. appoſit. de verb. oblig. Corn. conſ.* 71. *nu.* 11.
*vol.*3. & ex conſiliis, & allegationibus graviſſimorum
DD. res dubia redditur, Burſat. *conſ.* 74. *ſub num.* 32.
vol. 1. & tunc cùm altam requirit indagationem, im-
121 miſſio impediri non debet, ſicut in ſimili in hoc ju-
122 dicio non admitti teſtium reprobationem, tradide-
runt Zuccard. *in d. l. fin. n.* 302. Menoch. *de arb. q.*32.
num. 11.

Licentia verò Superioris fuit producta, non
quod eſſet neceſſaria in hoc judicio, ſed ut ex nunc
videant Domini Judicantes, omnino etiam in peti-
torio ſuccumbere Adverſarium debere, ſive atten-
damus noſtram, & communem opinionem, licen-
tiam non eſſe neceſſariam, ſive attendamus contra-
riam.

Diximus & ſecundò, quod quamvis hoc reme-
123 dium concedatur ex ſola teſtamenti non aboliti, †
nec cancellati oſtenſione, non tamen prohibetur
hæres ad aliquam injuſtam exceptionem removen-
dam aliquid producere, * ut in ſimili de emancipatio-
124 ne, legitimatione; & aliis, in prioribus ſcriptis fun-
davimus, & probant Ruin. *conſ.* 87. *n.* 27. *verſ. quia
igitur, lib.* 3. Sot. jon. *conſ* 97. *n.*45. Roland. *conſ.*22.
*n.*36.*lib.*3. videndi ſunt Grat. *diſcep. for. c.*264.*n.*30.*t.*2.
& Argel. *de legit. contrad. qu.*2. *art.*9. *num.* 237. Quod
etiam, * & evidenti ratione corroboratur, ſi enim
125 licitum eſt excipienti ſuam exceptionem in conti-
nenti probando immiſſionem impedire, cur non lici-
tum erit hæredi in continenti obſtaculum, quod ei
objicitur, removere? vulgatiſſima enim eſt regula,
126 quod actor, † & reus non debent ad imparia judicari,
*l. non debet actor, ubi glo. ff. de regul. jur. cap. non li-
cet*, * *eod. tit.* Imò in hujus legis privilegio lex magis
127 actori, * quam reo providet, ſi enim Judex pro acto-
128 re decernit, dando mandatum de immittendo, non
eſt locus ad effectum ſuſpenſivum, ſi verò illud ne-
gat, datur appellatio, Angel. *in l. quiſquis, n.*10. *C. quo-
rum appell. non recip.* Zuccard. *in d. l. fin. n.* 376. Me-
noch. *d. remed.* 4. *n.* 876.

Et ex prædictis ceſſat partis oppoſitio, † quod 129
quando extra oſtenſionem teſtamenti alia probatio
extrinſeca per hæredem requiritur, ceſſat benefi-
cium immiſſionis, prout ea Zuccard. *in d. l. fin. num.*
284. Grat. *conſ.*140.*num.*32. *lib.*1. Burſat. *conſ.*129.*num.*
52. voluit Argel. *in eadem quaſt.* 3. *n.* 52. & prædi-
ctis enim bene ſatisfacit idem Argel. *in eodem num.*
1043. * in contrarium allegatus, loquitur enim, quan-
do teſtamentum materialiter acceptum intrinſecus 130
vitioſum eſſet, ſecus verò quando omnibus numeris
eſſet abſolutum, & adverſus illud aliquæ exceptio-
nes opponuntur, tunc enim nihil impedit, quin op-
portunis replicationibus extrinſecus depromptis ta-
les exceptiones removeri poſſint, tunc enim teſta-
mentum non dicitur coadjuvari directè, ſed per acci-
dens, tollendo obſtaculum, quod non prohibetur,
& n. 1044. † hoc confirmat, quia poteſt teſtamentum 131
adjuvari mediante gratia Summi Pontificis, * ita 132
etiam competit immiſſio ex teſtamento Monachi,
aut Clerici, ſuppoſita licentia, non ſolum ſi poſt li-
centiam ſit teſtamentum conditum, verum ſi teſta-
mento confecto licentiam teſtandi obtinuerit, ex
Bart. *in l. ſi quis filio exhæredato, §. irritum, in fin. ff.
de injuſt. rupt. & irrit. teſtam. Imola in prin*, & Paul.
de Caſtr. hoc firmat Sanchez *de matrim. lib.* 8. *diſp.* 1.
n 10. ubi alios refert.

Secundò reſponderi poteſt, * quod hæc opinio, 133
quod non poſſit ex aliis probationibus coadjuvari
teſtamentum ad obtinendam immiſſionem, quam
tenuerunt Igneus, Grat. & alij allegati ab Argel. *qu.*
3 *art.* 18. *n.* 544. habet contradictores Bald. Caſtr.
Gozzad. ad Ruin. Beroum, & alios adductos ab eodem
Argel. ex *n.* 545. *cum ſeq.* & pro hac ſecunda opinio-
ne fuit pluries tentatum in Rota Romana, in cau-
ſa de Popylis, ut refert Contard. *in l. unica, Cod. de
nament. paſſ. limit.* 12. *n.* 19. apud Caputaque *deciſio-
ne* 346. *part.* 2. *per totam*, & in una Bonon. de Lam-
bert, 24. Februarij 1622. ut eſt videre apud Farin. *deci-
ſione* 388, *n.* 5. quam etiam opinionem ſequitur, & au-
thoritatibus, & rationibus corroborat, contrariis
reſpondendo Argel. *in d. qu.* 3. *ſub num.* 546. qui hanc
opinionem communem appellat.

Tertiò poſſunt opiniones conciliari, † ut prima
opinio procedat, quando teſtamentum coadjuvatur 134
alia probatione, non incontinenti producta, vel
ſcriptura, quæ altam requirit indaginem, velu i in
teſtamento abolito, quando poteſt teſtibus adjuva-
ri, Felin. *in cap. ex literis, col. ſi. de fide inſtrum.* Zuc-
card. *in d. l. fin. num.* 272. ſecunda autem opinio pro-
cedere poteſt in ſcriptura in continenti producta
ad removendum obſtaculum per ſupra dicta, teſtes
enim Religioſi ſecundum Adverſarij ſententiam non
prohibentur ſimpliciter eſſe teſtes in teſtamento, ſed
prohibentur abſque Superioris licentia.

Diſtinctio verò, * quod poſſit ſcriptura produci 135
ad removendum obſtaculum incapacitatis teſtato-
ris, vel hæredis inſtituti, ſecus verò in teſtibus, ſicuti
nec jure fundatur, ita nec aliqua eget reſponſione,
quis enim eſt, qui neſciat, majorem eſſe defectum ad
teſtamentum infirmandum incapacitas teſtatoris,
ſeu hæredis inſtituti, quam reſpectu teſtium in teſta-
mento ſubſcriptorum, non enim ſumus in defectu
numeri teſtium, vel ſolemnitatis in teſtificando, om-
nia enim prædicta in teſtamento ſolemniter ap-
parent, ſed ſolum para prætendit, deficere li-
centiam reſpectu Religioſorum, ad quod obſtacu-
lum removendum fuit licentia producta, & ſic termi-
ni text, *in l. ſi unus, C. de teſtam.* non ſunt applicabi-
les, & text. *in l. ſcip quidem, de teſtibus* loquitur in
eo, * qui ſimpliciter eſt prohibitus eſſe teſtis, tan- 136
quam ſervus pœnæ effectus, nam damnatus erat cri-
mine adulterij, & propterea infamis reputabatur, *l.* 137
infamem, ff. de publ. judic. nos autem ſumus in Reli-

 gioſo,

gioſo, qui non prohibetur ſimpliciter eſſe teſtis, ſed abſque Superioris licentia.

Ex quibus omnibus, quæ in contrarium addocebantur remotis, apertiſſimè conſtat, immiſſionem Joannis Baptiſtæ, hæredi nullatenus eſſe denegandam, non obſtante contradictione Jacobi prætenſi agnati, * qui neque circumſcripto teſtamento in hoc
138 remedio obtinere poſſet, cùm venientibus ab inteſtato non concedatur, * nec officio Judicis implora-
139 to, ut magis communiter receptum eſſe teſtatur Menoch. *d. remed.* 4. *ex n.* 64. *cum ſeqq. & nu.* 85. *cum ſeq.* Argel. *quæſt.* 4. *art.* 3. *num.* 118. *& quæſt.* 8. *art.* 7. *n.* 169.

** Die 23. Decembris 1618. ad relationem eru-*
140 *ditiſſimi Regii Conſiliarii D. Thomæ de Carleval fuit dictum, quod infra quatuor dies audiantur partes, & interim hæredes q. Joannis Baptiſta Bonelli manuteneantur in poſſeſſione bonorum q. Joannis Bonelli, tam intra, quam extra Regnum, penes Actorum Magiſtrum Jacobum Antonium de Izzo.*

OBSERVATIO IN CONSULT. XV.

ARGUMENTUM.

Religioſi profeſſi an poſſint adhiberi teſtes in teſtamentis, ex quo comparentur ſervis? Pro affirmativa *Reg. Latr.* in antecedenti, & præſenti 15. *conſult.* concludit. Requiſita perfectionis inſtrumenti recenſentur ad dignoſcendum, an teſtamentum ſit perfectum, vel imperfectum. Velleitatis à voluntate diſcrimen; An clauſula codicillaris operetur. Num teſtator ſine ſolemnitate valeat efficaciam dare teſtamento. Teſtes qualiter impediant ſucceſſionem ab inteſtato, vel alium hæredem inſtitutum in teſtamento in ſcriptis condito. Rem dotat *D. Maradei.*

S U M M A R I U M.

1 *Religioſi vel Monachi profeſſi an poſſint adhiberi in teſtamentis?*
2 *Subjectio Monachalis an ſit filialis, vel ſervilis.*
3 *In quibus comparatur ſervo Monachus, & nequeat eſſe teſtis.*
4 *Monachus dicitur mortuus Mundo ſicut ſervus.*
5 *Concluſio ſtatuitur, ut Monachus filio comparetur, & valeat adhiberi teſtis in teſtamento.*
6 *Solemnitates inſtrumenti recenſentur ad dignoſcendam perfectionem teſtamenti.*
7 *Velleitatis à voluntate diſcrimen.*
8 *Clauſula codicillaris an operetur.*
9 *Teſtator ſine ſolemnitate an valeat dare efficaciam teſtamento.*
10 *Teſtes ſuper teſtamento qualiter poſſint impedire ſucceſſionem alterius ex teſtamento per Notarium rogato.*
11 *Laudatur* text. in l. 91. §. Lucius Titius, ff. de leg. 2.

RElìgioſi profeſſi an poſſint adhiberi teſtes in 1
teſtamentis? *Reg. Latro in conſult.* 14. *antecedenti num.* 10. *& ſeqq.* & in præſenti *conſult.* 15. *num.* 87. firmat opinionem affirmativam, & in Regno receptam, quod Religioſi Mendicantes admittantur in teſtimonium etiam abſque ſuperioris licentia in teſtamento, ea ratione, quia ſoleant hujuſmodi Religioſi à teſtatoribus in teſtes adhiberi tamquam legaliores, & ſub ſpe, quod eorum voluntates non revelent, ut poſt alios *Boſſ. variar. tit. de oppoſit. contra teſtes nu.* 92. *in fine*, qui dicit, ſe habuiſſe facto in teſtamento, in quo aderant teſtes omnes de Ordine Minorum.

Altiùs attamen aſſumitur diſputatio, * an Mo- 2
nachi, ſeù Religioſi profeſſi comparentur magis ſervo, quàm filio-familias, ſeu eorum ſubjectio magis ſit ſervilis, quàm filialis. Servus enim à ferendo teſtimonio repellitur, *l. qui teſtamento*, §. *ſervus*, *ff. de teſtam.* ubi *gloſ. & Bar.*

In iis, † quæ reſpiciunt acquiſitionem magis ſer- 3
vo, quàm filio æquiparatur, *Bart. in l. ſi conditatur num.* 3. & ibi *Bald. ff. de condict. furt. Bart. in l. inde Neratius*, *ff. ad l. Aquil. Marant. in l. is poteſt*, *n.* 122. *ff. de acquir. hæred.* Et quidquid acquirit Monachus, acquirit Monaſterio, *Auth. ingreſſi*, *& Auth. ſi qua mulier*, *C. de ſacroſ. Eccleſ. c. ſi qua mulier* 19. *q.* 3. *Alex. Trentacinq. de ſubſtit. p.* 1. *c.* 7. *n.* 1. Cùm ipſe proprium nihil habeat. Et alioquin filius-familias ſibi quærat proprietatem adventitiorum, §. 1. *Inſtit. per quas perſ. nob. acquir.*

† Propterea Monachus poſt profeſſionem dicitur 4
mortuus mundo, & ſoli Deo vivere, *c. placuit il* 2. 16. *q.* 1. *c. ex parte, verſ. licet de acceſſ.* Ideòque non poteſt eſſe teſtis in teſtamento, ut arguit de ſervo, *gloſ. in d. l. qui teſtamento*, §. *ſervus quoque*, *ex l. quod attinet*, *ff. de regul.*

† His tamen non obſtantibus verius eſt, quod 5
ſubjectio Monachalis potiùs ſit filialis, quàm ſervilis. Nam etſi Monachus nihil habere poſſit, ſed quidquid acquirit, Monaſterio acquirat, non ſequitur potiùs ſervo, quàm filio-familias comparari. Quia & olim filius-familias erat incapax acquiſitionis, & quidquid acquirebat, patri acquirebat, §. *filiusfamilias*, *Inſtit. de teſtam.* ibi: *Filiusfamilias teſtamentum facere non poteſt, quia nihil ſuum habet, ut teſtari de eo poſſit.* Ità & Monachus, licèt omnia acquirat Monaſterio, non tamen debet aſſimulari ſervo, ſed potiùs filio-familias, ut ſentit *gloſ. in l. ſi longiùs*, §. *fin. verb. dignitatem*, *ff. de acq. poſſeſſ. num.* 2. *Bellon. de jur. accreſc. c.* 7. *qu.* 44. *numer.* 33.

Magis convenire Monachum filio, quam cum ſervo, eſt verius. Nam & ali debet Monachus, *cap. ex parte extr. de excuſat.* ut & filius, *l. ſi quis à liberis*, *ff. de liber. agnoſc. l. finem. Cod. de alend. liber.* Tamen ſi ſervus poſſit haberi pro derelicto, *l. ult. ff. pro derelict.*

Monachus vendi non poteſt, ut neque filius, *l.* 1. *C. de patr. qui fil. diſtraxer.* Cùm alioquin ſervus exemplo aliarum rerum, quæ noſtri dominii ſunt, diſtrahi poſſit, *Imol. in l. pater-familias*, *n.* 8. *ff. de hæred. inſtit.*

Ulterius, Monachus poteſt eſſe teſtis, §. *cogitandum*. & ibi *gloſ. in verb. teſtes*, *Auth. de Monach. collat.* 1. latè *Bellon. ubi ſupr. à nu.* 33. *uſque ad* 43. perbellè *Card. de Luca lib. de teſtam. in ſumm. num.* 64.

* Ad dignoſcendam imperfectionem teſtamenti 6
quoad ſolemnitates, publici inſtrumenti requiſita neceſſaria, vel ſubſtantialia recenſentur, ut ſunt annus, menſis, dies &c. clauſula *Actum*, cum expreſſione loci, ac etiam teſtes in eo numero

pro

pro qualitate actus. Putà, pro teſtamento ſeptem, in codicillis, vel donationibus cauſa mortis quinque, in ordine ad diſtinguendum, an ſit originalis, vel minuta, eſt quidem argumentum probabile, non autem concludens perneceſſe, cùm aliquando ſoleant Notarii anticipatè omnia præmiſſa adnotare cum præſuppoſito, quod illicò ſuper jam concluſis inter Partes rogitus, vel actus ſtipulationis ſit ſequuturus, quod poſtmodom ex aliquo accidenti non ſequatur, ut præſertim praxis docere ſolet, quando agitur de teſtamentis conficiendis per graviter infirmos, qui longum faſtidium, ſeu longam moram plurium perſonarum in aula pati non poſſent, Quoniam Notarius vel à ſe ipſo, quia teſtator ſubſtantiam voluntatis prius ei communicaverit, vel ad dictamen illius, cui dicta communicatio ſequuta ſit, ut præſertim ubique frequentius cum Advocatis, in Urbe verò frequentiùs cum Procuratoribus ſequi ſolet, totum prius extendit ad effectum, ut ſolum, quo brevius fieri poteſt ipſe Notarius coram ipſo Teſtatore, qui verbis, vel ſignis approbet, dicat coram teſtibus in compendio, quid ea in ſcriptura contineatur, quando ſit teſtamentum nuncupativum nuncupatione explicita.

Attendenda eſt conſuetudo, ſeu ſtylus Notarii comprobata ex aliis originalibus, quæ non dubitentur eſſe talia. Necnon ponderato modo cuſtodiæ. Et præſertim ſi Notarius ſolitus eſſet conficere formatum, beneque ordinatum protocollum, in quo adeſſent alia originalia, quoniam pro negativa, vel affirmativa perfectionis rogitus nimium prodeſt, vel nocet, an illa ſcriptura, de qua ſit quæſtio, reperiatur benè ordinata, & collocata cum aliis cum ordine numerico, ſeu abacali, *Reg. Latr. inſ. conſult. 69.*

Item in ordine ad eundem Codicem, ſeu ad protocollum venit advertendum, quod ille dupliciter confici ſolet. Primò nempè per viam formalis regiſtri benè ordinati, quod ſcilicèt Notarius poſtquam ſit rogatus de actu, adnotato rogitu in manuali, ſeu baſtardello, vel etiam parva ſchedula, ſeu ſolio volanti, poſteà manu ſua extendat formiter actum in Codice ad id ordinato cum rubrica ſeu adnotatione in principio, iſtoque actu ſequuto illa originalis imbreviatura lacerari, ſeu parvipendi poteſt, ac ſolet lacerari, *Rota dec. 402. p. 12. rec. in fine.*

Ideòque ſi inter ſcripturas Notarii adſit iſte protocollus benè tentus, benèque ordinatus, in quo reperiantur rogitus anteriores, & poſteriores, non reperiatur autem iſte intermedius, qui inveniatur inter faſciculos, vel filzas volantes, tunc magnum argumentum eſt, quod ſit minuta, vel ſcriptura præparatoria, ſuper quo non fuerit ſequuta ſtipulatio ſeu perfectio rogitus.

Altera ſpecies Codicis, vel protocolli eſt, quod ipſæ originales ſcripturæ volantes, ſuper quibus fiat rogitus, inſimul conglutinantur, ſeu uniuntur ad honeſtum Codicem efformandum juxtà ſtylum Notariorum Urbis, & Neapolis, & fortè aliarum magnarum Civitatum ex ea congrua ratione, quæ ſaltem pro magis frequenti uſu in magnis Civitatibus verificatur, quod ſcilicèt agitur, ut plurimum de negotiis gravibus, vel etiam mediocribus, ſuper quibus præordinantur minutæ benè in omnibus extenſæ, quæ tranſeunt per manus Advocatorum, & Procuratorum utriuſque Partis, per quas opportunæ clauſulæ, & cautelæ adjiciuntur, & per conſequens non intrat illa neceſſitas, quæ dignoſci videtur in Notariis Civitatum, & locorum inferioris conditionis, quod ſcilicèt abſque matura præordinatione inſtrumenta pro majori parte ex improviſo, & currenti calamo in ſchedulis, vel baſtardellis breviter adnotantur quoad ſubſtantiam, ideòque imbreviaturarum nomen, ſeu vocabulum produt, poſtmodum verò domi ſit extenſum, ex quo, & quando opus eſt reaſſumitur inſtrumentum, quod Partibus tradendum eſt. Et in hac ſpecie verificatur inſinuatum aſſumptum, quod originales matrices, ſeu imbreviaturæ poſſunt, ac ſolent à Notario lacerari, vel parvipendi.

Inter iſtas autem ſpecies *Codicis*, vel protocolli dignoſcitur aliqua notabilis differentia, quoniam ubi agitur de prima ſpecie, quæ redolet regiſtrum formale in libro, qui ab initio ad hunc effectum benè compoſitus, & cum numeris abacalibus ordinatus eſt, & quod ipſorum inſtrumentorum ſeriem juxtà temporum ordinem continet cum continuatione ad inſtar regiſtrorum Datariæ, ut pleraque hujus ſpeciei vidiſſe refert *Cardin. de Luca in praxi diſc. 27. numero 23.* tunc non ità de facili datur illa falſitas, vel ſuppoſitio, quæ dari poteſt in alia ſpecie Codicis, qui conſtitutus eſt ex diverſis matricibus diverſo tempore in diverſis papiris diverſa ſigna, vel diverſas formas habentibus, & cum diverſitate characteris juvenum, ſeu amanuenſium. Undè proptereà nimium facilis eſt ablatio veræ matricis alteram confictam ejus loco ſupponendo in totidem paginis, quæ eundem numerum abacalem habeant, & per conſequens minùs tuta eſt fides, iſtæque circumſtantiæ, vel diſtinctiones, quando ſuſpicio vigeat, præ oculis habendæ ſint, benè reflectendo ad qualitatem characteris, an ſit recens, vel antiquus, ac etiam ad ipſam chartam, ac filos conſuturæ, cum ſimilibus pro facti qualitate. Et præſertim circa majorem, vel minorem Notarii fidem, vel diligentiam, ac hujuſmodi protocollorum cuſtodiam.

Ex his itaque matricibus non requiruntur illæ ſolemnitates, quæ requiruntur in inſtrumento in publicam formam reaſſumpto, ut Partibus detur, ſed ſufficiunt ſubſtantialia, nempè teſtes in numero opportuno pro qualitate actus, vel reſpectivè pro locorum legibus, ac etiam clauſula, *actum, &c.* quæ ſub diverſis ſtylis pro ditionum diverſitate concipi ſolet, cum anno, menſe, & die, quæ apponi debent per extenſum, non autem per breves abacales numeros, vel cifras, id enim damnatum eſt ob fraudes, vel faciles alterationes, quæ fieri poſſunt.

In Regno teſtium numero de jure communi requiſito in contractibus, & in teſtamento per Notarium rogatis, & rogato requiritur etiam interventus Judicis ad contractus; Et reſpectu teſtamentorum hæc non ſolent extendi in protocollis, & reperiuntur in ſchedis in filza, & etiam ſcripta manu juvenum, ſeu amanuenſium, & teſtes, dies, menſis, & annus ſcribuntur per Notarium, quapropter mortuo Notario hæſitatur maximopere de veritate, & ſuppoſitione, præſertim, quia datur locus fraudibus per Mutationes Notariorum, Quidquid ſit per Conſtitutiones Regni de ſolemnitatibus reſpectu contractuum.

† Velleitas Teſtatoris à voluntate teſtandi toto 8
cœlo differt, nam illa non continet diſpoſitionem perfectam, ut in contingentia facti, *Rota dec. 327. part. 12. recent.* ubi probatum fuerat, quod teſtator ordinavit vocari Laurentium, quia ei omnia bona ſua relinquere volebat, his verbis: *Mi diſſe, che chiamaſſe Lorenzo, ſuo compare, che veniſſe preſto, che li voleva laſciare quanto haveva*, cùm verbum

bum *volo*, junctum verbo infinitivi temporia diſpoſitionem non inducat, ſed præparationem actua in futurum ſaciendi, *gloſ. in l. ſervi electionem, verb. poſſumus, ff. de leg.* 3. *Reg. Latro deciſ.* 140. *numer.* 23.

Simplex præparatio ad teſtandum tanqoam imperfecta ratione voluntatis, etiam ſi de ſavore piæ cauſæ agatur, nunquam ſuſtineri poteſt, *Oldrad. conſil.* 119. *Cancer. var. cap.* 20. *numer.* 400. *lib.* 3. *Hodiern. ad Surd. deciſ.* 292. *n.* 7. *Rota deciſ.* 108. *n.* 4. *p.* 7. *rec.*

Hinc in *Romana teſtamenti* 31. *Januarii* 1659. *exhibito in Rota à Patribus S. Marcelli de Urbe Ordinis Servorum teſtamento Thomæ Lubbes petentibus ex eo in vim l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.* immiſſionem in poſſeſſionem bonorum illius. Sed non eſſe concedendam fuit reſolutum. Quia viſum fuit Dominis illud non eſſe teſtamentum, nec continera deliberatam voluntatem in actu teſtandi factam, ſed potiùs minutam, & nudam verborum enunciationem præordinatam ad teſtamentum poſteà faciendum, & proindè antequam fuerit id, quod deſtinaverat, impletum, remanet actua imperfectus ratione voluntatis, & non habet vim teſtamenti, nec fidem meretur, ut ex illo valeant Patres ad hæreditatem admitti, *l. ſi is, qui, ff. de teſtam. Oldrad. conſ.* 119. communiter approbatus, *Surd. dec.* 292. *n.* 11. *Rota deciſ.* 16. *p.* 13. *rec. n.* 1.

Imperfectio ſchedulæ colligitur, quia carebat dia, menſe, & anno, ac nomine Pontificis, quæ ſunt ex requiſitis neceſſariis ad fidem ſcripturæ, illorumque omiſſio indicat illius imperfectionem, *gloſ. in l. generali, C. de Tabul. lib.* 10. *Caſtill. controv. lib.* 4. *cap.* 21. *n.* 58. *Buratt. deciſ.* 672. *n.* 1. *Rota d. p.* 13. *rec. num.* 2.

Ad hæc factis nonnullis legatis inſtituto hærede univerſali fuerunt tam hujus, quàm legatariorum omiſſa nomina, ſpatium vacuum in albo erat dimiſſum, quod oſtendit, teſtamentum non fuiſſe habitum pro abſoluto, *Merott. conſ.* 6. *n.* 9. *Buratt. num.* 5.

Potiſſimum. Quia ſola omiſſio inſtitutionis hæredis inutile reddit teſtamentum, cùm ſit fundamentum illius, *§. antè hæredis inſtitutio, Inſtit. de legat. §. in primis, Inſtit. de fideic. hæred.*

Pro imperfectione urgebat, quod teſtamentum clauſum, & ſigillatum ex teſtatoris mandato erat conſignandum Notario ad inſtar teſtamenti in ſcriptis, ibi: *Ancorche ſia per conſignarſi al Notaro chiuſo, e ſigillato à guiſa di teſtamento in ſcriptis.* Cùmque de conſignatione non appareat, utique non poteſt dici perfectum, *Ruin. conſ.* 11. *lib.* 3. *numer.* 12. *Rovit. conſ.* 41. *num.* 11. *lib.* 3. *Surd. dec.* 291. *nu.* 17.

Nec dicatur, quod hujuſmodi teſtamentum ad piam cauſam ordinatum, quia ſubſtitutus fuerit pia cauſa, quamvis imperfectum ſuſtineatur, ac ſi eſſet undequaque perfectum, *Soccin. jun. conſ.* 189. *n.* 37. *lib.* 2. *Rota d. par.* 13. *rec. n.* 6.

Concluſio etenim procedit, quando teſtamentum eſt imperfectum ex defectu ſolemnitatum, ut quia debitus teſtium numerus non intervenit, vel rogitus, publicatio, aut quid aliud ad ſolemnitatem pertinens. Secus ubi teſtator imperfectè teſtatus eſt. Magiſque cœpiſſe dicitur, vel paraſſe facere teſtamentum, quàm feciſſe. Hoc enim caſu non obſtante privilegio piæ cauſæ pro teſtamento abſoluto haberi nequit, tanquam defectus ſit in ſubſtantialitate, non in ſolemnitate, *Bald. in l.* 1. *C. de Sacroſ. Eccl. Gaſp. Theſaur. q. for.* 29. *nu.* 6. *lib.* 4. *Gamba deciſ.* 222. *n.* 3.

Neque obſtat, quod reſpectu ſubſtitutionis, & legatorum piorum valeat, *Surd. ubi ſupr. nu.* 15. *Gratian. diſc.* 662. *n.* 6.

Etenim quotieſcumque teſtator integrè voluntatatem ſuam non explicavit, ſed alia intendebat addere, ſeque ſe ad teſtandum præparabat, indubitata eſt concluſio, quod tale teſtamentum non valeat, ut rejecta ſententia *Bart.* & *Decii* probat *Clar. in §. teſtamentum, qu.* 7. *num.* 10. *Surd. ubi ſupr. nu.* 15.

* Minus afficit quod ſavore piæ cauſæ in hoc teſtamento intelligatur appoſita clauſula codicillaris, *gloſ. in l. cohæredi, §. cum filio, & §. non videri, ff. de vulgar.* Cujus virtute ſuſtinetur teſtamentum, ità ut venientes ab inteſtato videantur gravati reſtituere hæreditatem hæredi ſcripto, *l. ex eo, §. hu verba, ff. de teſtam. Surd. deciſ.* 239. *numer.* 11.

Nam per dictam clauſulam ſalvatur teſtamentum nullum ratione ſolemnitatis, ſed non imperfectione voluntatis, nec valeat uti codicillus, *Gamm. deciſ.* 121. *num.* 1. ubi quod clauſula iſta nihil operatur, ubi credi poteſt, quod deſit voluntas teſtatoris.

Si conſtat ſubſtitutum fuiſſe vocatum in incertum, & remotum eventum, qui poterat evaneſcere, & per talem conditionem, quæ debet adimpleri ſpecificè, nec aliter pia cauſa admittitur, *Rota d. deciſ.* 16. *n.* 16. *& ſeq. par.* 13. *rec.*

Ex defectu recitationis, & publicationis teſtamentum nullum & imperfectum ratione ſolemnitatis, & voluntatis ſcribit *Duaren. ſub rubr. ex defectu ſolemnit. non ſervat.* ibi: *Hodie*, inquit, *ſolent adhiberi ad teſtamentum faciendum, qui dicuntur Tabelliones, deſcribere voluntatem Teſtatoris ſolent, & hoc eſt moribus receptum, ut articulatè, & diſtinctè recitent, ut videat teſtator, an hoc ſenſerit, an aliquid adjectum, vel omiſſum ſit; Quid ergo ſi antequam totam ſcripturam recitaſſet Tabellio, occubuit teſtator.* Reſpondet *Duaren. Idem vulgò dici ſolet, id eſt, teſtamentum ſit ratione voluntatis imperfectum.*

Argumentum ducitur ex *l. ſi quis teſtamento, ff. de legat.* 2. ibi: *Si quis teſtamento cum à filiis ſuis, quos hæredes inſtituiſſet, fideicommiſſum reliquerit, non ut à legitimis hæredibus, ſed ut à ſcriptis filiis, & teſtamentum aliquo caſu irritum factum ſit, filii ab inteſtato venientes fideicommiſſum ex teſtamento præſtari, compelli non poſſunt.*

Addit *Duaren.* rationem decidendi: *Solent enim teſtatores, plerumque admere, plerumque adjicere antequam ſcriptura recitetur, & fortè aliquid ſuſtuliſſet, ſi Notarius ei totam ſcripturam recitaſſet, id accidit ſuperioribus annis in hac Urbe.*

Idem ſentit *Grammat. dec.* 60. *nu.* 5. *&* 6. ubi ait: *Etſi teſtator bene ordinavit, & perfectè; & pariter Notarius optimè illud ſcripſerit, niſi demum ipſum legerit in præſentia teſtatoris, & teſtium, & teſtator illud ſuum teſtamentum eſſe aſſerat, quod non valeat nedum jure teſtamenti, ſed nec jure codicillorum, licèt in eo fideicommiſſum fuiſſet inſcriptum.*

Suboritur quæſtio, * utrum poſſit teſtator dare efficaciam teſtamento imperfecto ſine ſolemnitate, & non privilegiato. Accidit controverti noviſſimè in caſu, quo Teſtator ità ſcripſit: *Che non ſi trovaſſero belli ingegni, che con le loro leggi diceſſero, eſſere difettoſo. Perche voglio, che vaglia di qualſivoglia altro modo, che poſſa valere, che tale è la mia volontà, nè voglio, che con nuove leggi ſi dichiaraſſe nullo, & invalido, perche voglio, che vaglia del modo, che l'hò ſcritto; Perche tale è la mia volontà, non havendomi conſultato con Dottori, ò con Savii,*

ma

ma l'hò ſcritto conforme Iddio benedetto m'hà giudicato.

Conſonant verba *text. in l. codicillis*, *§. Lucius Titius*, *ff. de legat* 2. ibi: *Lucius Titius hoc meum teſtamentum ſcripſi ſine ullo juris-perito rationem animi mei potiùs ſequutus, quam nimiam, & miſeram diligentiam, etſi minus aliquid legitimè, minuſque peritè ſecero pro juſto legitimo haberi debet hominis ſani voluntas, deindè hæredes inſtituit. Quæſitum eſt, inteſtato ejus poſſeſſione bonorum petita, an portiones adſcripta ex cauſa fideicommiſſi peti poſſint. Reſpondi ſecundum ea, quæ proponerentur, peti poſſunt.*

Expendens autem *textum*, *Gloſſa* perbellè ait: *Audi ſtultum Teſtatorem, non prodeſt ſua ſtultitia, ut valeat jure directo*, Fortiter enim obſtat *l. nemo poteſt*, *ff. de legat.* 2. Non poteſt ſuo teſtamento cavere, nè leges in ſuo teſtamento vim habeant; Et juxtà *gloſſam* verba *d. ſtulti teſtatoris* intelligenda ſunt, ſi non valeat jure codicillorum, & deficientibus teſtibus, nec valebit jure codicillorum. *Præſ. de Franch. deciſ.* 693.

10 † Nuncupativum ceſtamentom bifariam poteſt fieri; Aliquando cum ſcriptura ſi coram Notatio & teſtibus Teſtator nuncupet hæredem. Aliquando ſi abſque Notetio exprimet teſtator ſuam voluntatem coram teſtibus nuncupando hæredem, & legata relinquendo, *Caſ. Argel. de acquir. poſſeſ. q. 6. n.* 15. *& ſeqq.*

Bene verum ſi hoc modo teſtamentum fieret, & antè mortem teſtatoris aliqui teſtes decederent, inanis evaderet diſpoſitio defuncti. Illud cautum eſt, ut ſi hæres cujus intereſt, vult, ut teſtamentum perpetuo probari poſſit, Magiſtratum illius adire poſſit, & petere, ut teſtes, coram quibus nuncupatus eſt hæres cum omnibus aliis, quorum intereſſe poſſit, coram eo citentur, in quorum præſentia producat hæres libellum, ſeu memoriale, in quo contineatur ejus voluntas, & petat teſtes examinari, ut deponant, an hæc fuerit voluntas teſtatoris; Vel ſi nullum memoriale exhibeat; Nihilominùs examinentur teſtes, ut conficiatur de his publicum inſtrumentum, per quod poſſit ſemper ultima voluntas probari, ità *Caſ. Argel. ubi ſupr. n.* 19.

Inſpiciendum primò nunc eſt; An hæredes ab inteſtato poſt publicationem poſſint petere immiſſionem? Et *Caſ. Argel. num.* 23. negat. Quia venientes ab inteſtato non probant, defunctum ſine teſtamento obiiſſe. Aut ſaltem nullam eſſe ſpem teſtamentarii hæredis, quod neceſſarium eſt, ut ſit locus ſucceſſioni ab inteſtato, *l. quamdiù*, *ff. de reg. jur.* Et leges magis faveant ſucceſſioni ex teſtamento, quàm ab inteſtato.

Succeſſivè inſpiciendum, an ex dicta publicatione poſſit hæres virtute dicti teſtamenti nuncupativi immiſſionem obtinere ex *d. l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.*

Affirmandum videtur. Quia pares vires obtinent teſtes, & inſtrumenta, loquendo de teſtibus examinatis, & publicatis præcedente citatione, quorum intereſt *l. in exercendis*, *C. de fid. inſtrum.*

Accedit, quia non ſit minor efficacia actorum mediante Judice, quàm Notario factorum, ita *Caſ. Argel. ubi ſupr. n.* 28.

11 * Ultimæ voluntates ſi manu privata ſint confectæ, harum favore voluerunt Interpretes procedendum eſſe ad aperturam, verificationem, & publicationem teſtamenti conſiſtentis in mera cartula manu privata confecta * prævio termino ſummario, ad hoc, ut poſtmodum facta verificatione, adhibitiſque ſolemnitatibus prædictis redigatur teſtamentum in ſcripturam authenticam ad faciendam plenam fidem ad perpetuam rei memoriam juxta tradita per *Doctores*, & ſignanter *Brunnem. in l. publicati*, *C. de teſtib. Hartman. Piſtor. obſer.* 699. Quam quidem publicationem fieri debere abſque litis conteſtatione, & abſque figura judicii, cùm non ſit judicium, ſed quoddam judicii præparatorium dixit *Nicol. de Mattarell. in l. repoſita*, *C. de Epiſc. & Cler.* ubi *Bald. num.* 3. *Bart. in Auth. & ſi quis*, *C. de teſtib. n.* 2. *&* 31.

Vera hæc viſa fuerunt Sacro Conſilio in cauſa ſucceſſionis Ill. Principiſſæ Sancti Mangi altercata inter D. Andream Caracciolo ejus virum, & Ill. Ducem Salſæ, & D. Camillum Strambonem dictæ Principiſſæ fratres. Namque cùm dicta Principiſſa deliberaſſet ſuum condere teſtamentum in ſcriptis, & vocaſſet Notarium, ſuumque Advocatum D. Franciſcum Andreaſſo, nunc digniſſimum Regentem, teſtamentum ſolemniter non perfecit, ſed in quodam folio manu Notarii ſcripto, hæredes inſtituit dictum Ducem, & fratrem, legando D. Andreæ Caracciolo ejus viro medietatem uſusfructus ſuarum dotium, & in eodem folio teſtatrix ſe ſubſcripſit, & tanquam teſtis ſe ſubſcripſit quoque d. D. Andreaſſo, ſed teſtamentum non fuit ſtipulatum, nec ſubſcriptum ab aliis teſtibus, quia dum Notarius illud ſuebat, ut clauderet, Principiſſa vitam cum morte commutavit.

Concedentibus fratribus ab inteſtato venientibus pro interpoſitione decreti præambuli, & viro ſe opponente in Sacro Conſilio, ubi cauſa erat commiſſa provideri ſuper apertura, & publicatione dicti teſtamenti per Sacrum Conſilium ad relationem Regii tunc Conſiliarii Merolli fuit ordinatum, *quod M. Curia de juſtitia provideret ſuper apertura, verificatione, & publicatione dicti teſtamenti, & quod illis expletis eadem M. Curia de juſtitia provideret ſuper interpoſitione decreti præambuli.*

Quare facto verbo in M. C. ſub die 5. Novembris 1674. fuit interpoſitum decretum, *quod citra præjudicium jurium Partium, folium ab exteriori parte album, & ſutum, exhibitum præſenti die in Banca cauſarum civilium à Notario Didaco Conſtantino, & eidem reſtituto aperiatur per inciſionem filorum per Actuarium cauſæ coram D. Cauſæ Commiſſario convocatis ad id probis viris, citatis priùs quorum intereſt, qua apertura facta modo prædicto providebitur ſuper aliis hinc indè prætenſis per ambas Partes pro executione decretorum Sacri Conſilii.*

Apertoque dicto teſtamento ſervata forma dicti decreti, præfatoque d. D. Andrea inſtante fore capiendam ſummariam informationem ſuper capitibus præſentatis ſuper verificatione, & publicatione dicti teſtamenti, fuit per M. Curiam impertitus terminus ordinarius in cauſa. Adverſus quod decretum cùm pro parte d. D. Andreæ fuiſſet porrecta ſupplicatio *de verbo faciendo in S. Conſilio.* Factoque verbo ſub die 19. Novembris 1674. fuit ordinatum, *quod recipiantur teſtes ſummariè ſuper verificatione teſtamenti prædicti.*

Reclamantibus, & proponentibus nullitates adverſus decretum Sacri Conſilii dictis DD. fratribus de Strambone, relataque iterum cauſa in S. Conſilio ſub die 27. Januarii 1675. junctis duabus Aulis fuit ordinatum: *Nullitates non obſtare*, ut ex proceſſu penès Actuarium M. C. Carolum de Ardia.

Celebrat hanc deciſionem *D. Franc. Marad. ubi ſup. nu.* 7. per quam fuerit impedita immiſſio in poſſeſſionem venientibus ab inteſtato pendente ſummaria verificatione teſtamenti manu privata confecti, ſed benè reperiantur contrariæ deciſiones con-

concedentes immiſſionem ab inteſtato venientibus, & pendente verificatione teſtamenti nuncupativi abſque ulla ſcriptura confecti, ut apud *Chriſtopher. Mart. dec. Senenſ.* 13. *exam.* 6. & penes *R. Merlin. contr. for. cap.* 12. refertur fuiſſe interpoſitum præambulum in beneficium nepotum ab inteſtato venientium exiſtente teſtamento Avi nullo præteritionis vitio, *Conſ. Joſeph. Roſa conſult.* 9. *n.* 15. *tom.* 2.

In propoſita ſpecie pro venientibus ab inteſtato ſuffragari videtur *text. in l.* 2. *ff. unde liber.* ibi: *Niſi tabula teſtamenti extiterint ſeptem teſtium ſignis ſubſignata datur immiſſio ab inteſtato.* Qui conſtituuntur Rei & poſſeſſores pendente termino impartiendo juxtà *Argel. de legit. contradict. q.* 11. *in add. ad art.* 1. *numer.* 1. *Fab. C. de edict. D. Adr. toll. def.* 6. Quod puto indubitatum, ſi venientes ab inteſtato prævenerint in capienda poſſeſſione.

ARGUMENTUM.

Filius-familias an, & quando poſſit abſque conſenſu patris ſe obligare, præſertim attento jure Regni, & ex quibus præſumatur, vel probetur emancipatio.

Probationes factæ in uno judicio, an & quando probent in alio.

Donatio an, & quando caducetur, ſi donatarius præmoriatur.

SUMMARIUM.

1 *Contractus celebrati cum filio-familias, abſque præſentia, & conſenſu patris, dicuntur nulli quamvis aſſerat, vivere ſeorſum à patre cum uxore, & familia n.* 2.

3 *Donatio facta per patrem filio contemplatione matrimonii, an per mortem donatarii ante mortem donantis ſit caducata & n.* 19.

4 *Filius-familias de jure communi non prohibetur contrahere abſque conſenſu patris, niſi in contractu mutui, & voto.*

5 *Filius-familias, qui per decennium habitavit ſeorſum à patre poteſt libere contrahere, & ſe obligare, abſq; conſenſu patris, & n.* 11.

6 *Emancipatio tacita oritur ex diuturna habitatione filii-familias ſeorſum à patre.*

7 *De jure Regni filius-familias prohibetur contrahere abſque patris conſenſu nedum in mutuo; & voto, ſed in omni contractu, niſi ſit emancipatus, vel ſeorſum à patre habitet.*

8 Pragm. 64. de offic. Procur. Cæſar. & Gratia conceſſa *Fideliſſimæ Civitati Neapolis in anno* 1583. *declarantur.*

9 *Deciſio S. C. in cauſa Martia, & Sylvia Carafa cum Marchione Lavelli refertur.*

10 *Filius-familias an dicatur ſeorſum à patre habitare, ſi habitaverit in eadem domo, licèt non in eadem menſa.*

12 *Filius-familias ad hoc ut efficaciter obligetur, quæ requirantur.*

13 *Filius-familias quando per multos annos eſt in poſſeſſione ſui juris ex multis actibus, tanquam à patre-familias geſtis, quamvis longum tempus non effluxerit præſumitur à patria poteſtate liberatus.*

14 *Creditor poteſt exercendo jura ſui debitoris agere contra tertium poſſeſſorem.*

15 *Probationes in alio judicio facta probant quoad omnes, quando ſumus in cauſa ſtatus.*

16 *Probationes inter alios facta ſaltem ſemiplenè probant, & conjunguntur cum aliis probationibus, num.* 17.

18 *Probationes, quæ de per ſe non ſufficiunt, optimè cum aliis conjunguntur, & plenam fidem faciunt.*

20 Regius Conſiliarius Theodorus *laudatur, ejuſque* allegationes 43. & 44. *in materia caducitatis donationis conditionalis recenſentur.*

21 *Donatio facta ex nunc, pro tunc irrevocabiliter inter vivos, reſervato uſufructu cum conſtituto, & precario transfert ſtatim dominium in donatarium, licèt effectus dilatetur poſt mortem.*

22 *Deciſio cauſæ.*

Pro D. Lucio Capycio, cum Illuſtr. Marchione Gruptularum.

CONSULTATIO XVI.

DUo, ut ſodivi, per modernum Marchionem Gruptularum noviſſimè opponuntur adverſos judicium per D. Lucium Capycium ejus filium, & hæredem.

Primò, quod contractus celebrati per q. D. Aloyſium Sanchez tam cum q. Vincentio dello Solaro quam cum q. Aloyſio Capycio ſint nulli, ex quo non adfuit præſentia, & conſenſus Marchionis Gruptularum ſui patris, † tum ex *pragm. de Senat. Conſul.* 2
Maced. incipiente, *Per Excellentem*, tum etiam, quia quamvis ſit pleniſſimè probatum, tam tempore contractus, quam per multum temporis ſpatium ante, & poſt ſeorſum à patre, cum uxore, & familia habuiſſe, attamen prætendit, quod ex ſpeciali Gratia huic Fideliſſimæ Civitati conceſſa in ann. 1583. omnes contractus, in quibus deficit conſenſus patris, vel emancipatio, ſint nulli, ex eo, quia fuit ſublatum, ut Tabelliones poſſint apponere clauſulam, in qua filii-familias aſſerant, ſeorſum à patribus vivere, *ut in Capitulis, & Gratiis huic Fideliſſimæ Civitati conceſſis de anno* 1583. *fol.* 173. *ater.* de quo etiam meminit Reg. Rovitus *in dicta pragm.* 1. *n.* 3. *& Paſchalis de virib. pat. poteſt. c.* 6.

Secunda eſt oppoſitio, quod cùm donatio contemplatione matrimonii facta per q. Marchionem patrem D. Aloyſio filio, * ſuper qua creditores prætendunt ipſis ſatisfieri, ſit per mortem donantis caducata, cùm effectum ſortiri debebat poſt mortem 3
donantis, & nihil remanſit in hæreditate donatarii debitoris, per ea, quæ fundata fuerunt *in Allegatione impreſſa in Volumine allegationum Domini Conſiliar. Theodori* 42. *ex* Menoch. *conſ.* 84. *n.* 15. Fabr. *in ſuo Cod.* 8. *titul. de revocand. donat. diff.* 21. & aliis per ipſum allegatis, quibus addo Philippum Portium *conſ.* 112. *nu.* 46. Natta *conſ.* 676. & alios allegatos à Muſcſ. *ad Conſuet. Neap. part.* 2. *q.* 5. *n.* 8.

Verùm eorum reſolutio tam facilis eſt apud ſupremos, & doctiſſimos Judices, ut verè reſponſione non indigeat, ut tamen in aliquo Clienti ſatisfaciam, breviſſimè reſponſiones notabo.

Ad primam oppoſitionem, ſi attendamus juris communis diſpoſitionem, equidem non prohibetur filius-familias contrahere, niſi in contractu mutui, & voto, * ut *tot. tit. ff & C. ad Maced. l. tam ex contracti-* 4
bus, ff. de judic. Afflict. *dec.* 308. *n.* 3. cum aliis apud Donat. Ant. de Marinis *Reſolut. quotid. c.* 145. *n.* 12. *&* 13. Ant. Fab. *in ejus C. li.* 4. *tit.* 20. *def.* 3. *n.* 10. Paul. Merend. *in conſ.* 22. *Martius exam.* 14. *n.* 1. *&* 2. *& dec.* 24. *Senen. n.* 1. Cencius de Cenſibus *part.* 1. *c.* 2. *q.* 1. *art.* 4. *n.* 10. & tamen per habitationem ſeorſum à patre per decennium poteſt benè contrahere, & ſe obligare abſque conſenſu patris, † ita Bald. *in l.* 2. *n.* 5. 5
ver. hoc quæro C. ſi advarſ. rem judic. Alex. *in li.* 1. *n.* 5. *C. de teſtam.* Pacian. *de probat. l.* 2. *c.* 27. *n.* 36. Caballinus

Digitized by Google

6 nus *milleloquia* 547.*par.*1. Ex iſta enim diuturna ſeorſum à patre habitatione oritur quædam tacita emancipatio, ut probat text. *in l.*1.*C. de patr. poteſt.* ibi, *diù paſſus eſt*, *Paſchal. de patr. poteſt. par.* 1.*c.*6. Caſſan. in Conſuetod Burgund. *rubr.* 6. §. 5. Affl. & ibi Uſill. *in dec.*173. Caravit. *in dicta pragm.* §.12.*n.*56. Menoc. *de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 55.*n.* 27. Maſcard. *de probat. concl.* 599. Carpan. ad Conſtit. Mediol. *c.* 416. *nu.* 22. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 820. *n.* 1.

Si verò attendimus *Regiam pragmaticam primam* 7 *Senat. Conſul. Macedon.* * quamvis id ſit ampliatum ut exceptio Macedoniani poſſit à filio-familias opponi in omni contractu, ut conſiderat poſt alios Conſil Paſchalis *in loco cit.* & noviſſimè Donat. Anton. de Marin. *ubi ſupra num.* 25. *&* 28. attamen excipiuntur filii emancipati, vel ſeorſum à patre cum familia habitantes, per quam *pragmaticam* & ſi prohibeantur Notarii, ut non poſſint ſtipulari cautelas, in quibus filii-familias interveniont, tamen ad inſtantiam eorundem fuit prædicta *pragmatica* de anno 1525. declarata, ut excuſentur Notarii, ſi filii-familias in contractibus aſſerant, ſe emancipatos, vel ſeorſum à patribus habitare.

Et licèt in Parlamento anni 1583. fuerit Proregi ſupplicatum, ut Notarii non poſſent clauſulam præ-8 dictam apponere. *Imò quod non deberent ſtipulari, niſi in præſentia eorum parentum, vel quod de emancipatione conſtaret, & obtenta fuiſſet declaratio, qua S. E. mandat fieri, ut ſupplicatur, ut *in volumine Capitulorum, & Gratiarum hujus Fideliſſimæ Civitatis fol.* 173. *à tergo.* Attamen rei veritate nunquam fuit intentionis, nec Fideliſſimæ Civitatis petere, nec Proregis juri communi, & *Regia pragmatica* derogare, quod filii-familias, qui ſeorſim à patre habitant, non poſſint ſe validè obligare, & contrahere, quod ex *pragmatica de anno* 1588. quæ eſt 64. *de officio procur. Cæſar.* clariſſime colligitur. Supplicatur enim S. E. quod pœnam perjurii filiis-familias ſeorſim à patre habitare aſſerentibus, ſed revera ſimul cum patre habitantibus condonaret, ex quo per indirectum parentes debita filiorum ſolvebant eorum creditoribus, minantibus eos pœna perjurii accuſare, niſi debitum ſolverent, & ita fuit obtentum, *ut in dicta pragmat.* 64 *de offic. procurat. Cæſar. in* §. *fin.* nam ſi hanc clauſulam Notarii apponere non poſſent, imò quòd nullus eſſet contractus abſque conſenſu, & emancipatione fuiſſet ſancitum in anno 1583. fruſtra fuiſſet petitum, pœnam perjurii tolli in anno 1588. Viſcont. *in ſuis concluſion. verbo filius-familias exiſtens, col.* 2. *verſicul. hinc ſi fol.* 97. ex eo quod timore hujus pœnæ coacti erant ſolvere, & ideo neceſſario erit fatendum, per dictum *Capitulum* provideri tantùm reſpectu illorum, qui verè ſunt filii-familias, ſecus autem reſpectu eorum, qui vel ſeorſim à patre habitant, vel ſunt emancipati, & ſic ſonant verba *Gratiæ* prædictæ, ibi *che li Notari, quali ſtipulano li contratti delli figli fameglia*, aliàs enim eſſet deſtruere jus commune, & alias *Regias pragmaticas*, quæ ſemper fuerunt in viridi obſervantia.

Et tandem erit conſiderandum, quòd verè hæc *Gratia* nunquam fuit per S. E. conceſſa, quod clariſſimè apparet ex lectura ejuſdem *Capituli*, in quo non legitur conceſſio, & firma *Capitulorum* facta per Excellentiſſimum Proregem, & dominos de Collaterali Conſilio, ſicut legitur in omnibus aliis *Gratiis* conceſſis in aliis Parlamentis, ut eſt videre in omnibus aliis *Gratiis*, tam ante annum 1583. quam poſt conceſſis, & in toto *libro Capitulorum, & Gratiarum* hujus Fideliſſimæ Civitatis, & hac de cauſa hæc eadem *Gratia* de novo fuit per Fideliſſimam Civitatem iterùm per eadem ferè verba petita, in anno 1588. ſed non fuit conceſſa, ut *in dicta pragmat.* 64. *de offic. procur. Cæſar.* §.4. & ſatis vana redditur partis oppoſitio, quòd hæc *Gratia* nonquam fuit per Civitatem ſupplicata, aut conceſſa, ſed ex errore repetitur impreſſa *in Volum. pragm.* per *Rovitum* compilatarum, ſiquidem fuit producta copia authentica, exemplata à libris Reg. Cancell. quamvis *idem Rovitus in pragmat.* 1. *de Senat. Conſ. Macedon. & Dominus Regens Tapia eod. tit.* referant dictum allegatum *Capitulum* anni 1583. id perfunctoriè tamen referunt, ſed in dicto *Capitulo* non reſident, ſed ſtatim ad *pragmaticam* de anno 1588. tranſeunt & propterea ſemper obligatio filii ſeorſum à patre habitantis fuit valida declarata, prout ultimo loco fuit deciſum cum maxima diſcuſſione in cauſa Martiæ, & * Silviæ Caraſa cum 9 Marchione Lavelli in anno 1622. ut apparet ex proceſſu Marchionis S. Eraſmi, in Banca de Stacciannato, fol. 973. in caſu, *quo filius-familias in eadem do- 10 mo habitat, ſed non in eadem menſa, juxta notata per eundem *Reg. Rovit. in pragmatica* 1. *de Senat. Conſult. Maced. n* 3. ad quod videndus eſt etiam Surdus *conſ.*458.*n.*22.*vol.*4. *& Polyd. Rip obſer.* 227. qui loquitur in eo caſu, quando pater habitat cum filio Caravit. in *d. pragmatica*, §. 12. *Carpan. ad Conſt. Mediol. c.*416.*n.* 25. & in dicta cauſa in ſpecie fuit oppoſitum de prædicto *Capitulo* Civitati conceſſo, imò Advocatus Marchionis Lavelli in ſpecie *in Allegationibus* produxit verba dicti *Capituli*, de qua poſſunt Domini Judicantes ſe certiorare, perquirendo ſcripta utriuſque patris in dicta cauſa, in qua ſpecie fuit articulus prædictus judicatus junctis Aulis, & in Collat. Conſ.

Quibus adſtipulari poteſt, quòd caſus noſter eſt etiam ex aliis extra omnem difficultatem, tum quia per habitationem ſeorſim à patre ſatis † ultra decen- 11 nium quæſita fuit D. Alonſo tacita emancipatio, & libera poteſtas contrahendi, *Carpan. ad ſtatut. Mediol. cap.* 416.*n.*22. *& ſeq.* tum etiam quia ab omnibus ſui juris reputabatur, imò ab eodemmet Marchione patre, qui faciendo depoſita voluit liberari à creditoribus filii, à quibus mandatum habuerat, & Sacrum Conſilium ita etiam judicavit, approbando venditionem annuorum introituum, & cogendo emptorem illorum ad ſolutionem pretii, & quòd filius-familias ad hoc ut efficaciter obligetur, *duo conjun- 12 ctim requirantur, quòd diu ſeorſim à patre habitaverit, & quòd communiter reputetur pro patre-familias, aſſerit, & multos congerit *Chriſtophorus Martius d. exam. numero* 20. † nam filius-familias quando eſt 13 in poſſeſſione ſui juris, ob multos actus à ſe tanquam patre-familias geſtos, ſi longum temporis ſpatium non ſit decurſum, præſumi debet à patria poteſtate liberatus, Dec. *in l. emancipati, numer.* 4. *verſ. & in quaſi poſſeſſione, Cod. de collat.* ubi etiam *Cagnol. & Rumnald. jun.* & poſt ipſos optimè Menoc. *de præſumption.* 55. *num.* 28. & eum ſequitur Alea. Tiertaeinq. *variar. reſol. lib.* 3. *reſol.* 1. qui alios refert Dom. Rovit. *in d. pragm.* 1 *de Senat. Conſ. Maced. numer.* 14. *Paſchal. de virib. patr. poteſt. capit.* 6. *nu.* & Caravit. *in d.* §. 12. *num.* 49. & hoc apertè probat text. *in l.* 2. *ff. de patr. poteſt.*

Nec dubitari poteſt, D. Alonſum nedum tempore contractus. ſed etiam per plures, & plures annos ſemper vixiſſe ſeorſum à patre, cùm hoc appareat ex voluminoſo proceſſu agitato in S. C. inter patrem, & filium, cum quo ſtatim contracto matrimonio cum D. Beatrice de Murinis litigare incœpit, & ſic uſque ad mortem proſequutus fuit, quod eſt ſatis notoriom, & apparet etiam ex partitis Banci, decreto Sacr. Conſil. & ex probationibus factis per D. Ramundettam Palagananam, quæ egit exercendo jura ejuſdem D Lucii tanquam ipſius creditrix, quod fieri poſſe probat Gratian. † *diſcept. forenſ. libr. tertio diſceptat.* 14 502. *num.* 3. *Sardus conſ.* 4. *numer* 23. *&* 28 modernus Gaitus *de credito cap.* 4. *in appendice*, *n.* 138. & ſic probationes

bationes non fuerunt factæ inter diverſas perſonas, ſed inter eaſdem, & de eadem cauſa. Inſoper hic tractatur de ſtatu perſonæ, an D. Alonſua foerit tem-
15 pore celebrati contractus filius-familias, *nec ne, quo caſu probationes, licèt in alio jodicio factæ, plenè probant quoad omnes, còm de eadem re contenditur, eſt teat. *in d. l. Divi, §. 1. & ibi gloſ. in verſ. hæres, ff. de liber. cauſ. l. ingenuum, Cod. de ſtat. homin. Anchar. conſil.* 336. *in princ.* Covarr. *pract. quaſt. cap.* 13. *nu.* 40. Tiraquell. *de nobilit. c.* 37. *n.* 2. Fabius de Anna *conſil.* 27. *ſub n.* 19. Franch. *dec.* 523. Card. Tuſchua *pract. concluſ. lit.* S. *concluſ.* 174. *n.* 52.

Quinimmò etiam ſi non eſſemua in caſu ſtatua, & inter eaſdem perſonas, adhoc res inter alios acta ſemi-
16 plenè probat * *Bart. in l. admonendi, num. 2. ff. de jureiurand.* Maſcard. *concluſ.* 1274. *num.* 3. & conjungere-
17 tur cum alus probanonibua, † probationes enim, quæ
18 de per ſe non ſufficiant, † optime cum aliis conjunguntur, & plenam probationem faciunt, *gloſ. in l 2. de excuſat. tutor. c. cum cauſam, de probat.* pleniſſimè Gabriel *comm. concl. lib.* 1. *concl.* 1,

Secundò verò difficoltas caducitatis donationis non eſt in conſideratione, quod enim aliàs fuit dubi-
19 tarum, eſt in caſu, *in quo donatio erat facta in capitulis matrimonialibus non ſtipulatis, ſuum effectum ſortituta poſt mortem donantis, & quamvis in caſu prædicto fuerit dubitatum, ſi donatio eſſet conditionalis, & propterea ſtante morte donatarii eſſet caducata, ut apparet ex *allegar.* 42. inſerta *in volumin. al-*
20 *legat.* eruditiſſimi *Conſil. Theodori.* Attamen * motivis optime de more reſpondet idem *Reg. Conſil. Theodorus in allegation.* 43. maxime ſtantibus filiis ex dicto matrimonio ortis, & propterea pro validitate obligationis fuit judicatum per Doctiſſimos Arbitros Reg. Conſiliarios Joannem Baptiſtam Meliorem, Marcellum Marcianum, & Præſidentem R.C. Julium Cæſarem Minadoum, ut idemmet *Reg. Conſil. Theod. in fine d. alleg.* teſtatur.

Verum caſus noſter eſt extra omnem difficultatem, nedum ex ſupradictis, verùm quia donatio fuit concepta, ex nunc, pro tunc irrevocabiliter inter vivos, quo caſu dominium rei donatæ ſtatim tranſit in donatarium, quamvis effectus donationis ſit poſt mor-
21 tem dilatus, ut optime fundat * Vincent. de Franch. *deciſion.* 213. Vivius *deciſ.* 434. *nu.* 16. Molfeſ. *conſ.* 2. *n.* 32. Ricc. *collect. deciſ.* 71. Fab. de Anna *conſil.* 1. & 39. *in primo dubio, volumin. primo,* Theſaur. *deciſion.* 38. *n.* 4. & ſic judicatum refert Lanat. *conſ.* 6. *de Ponte in prælud. feud. num.* 35. Cacher. *deciſ.* 42. Magon. *in dec. Rot. Flor.* 34. *Intriglial. ſingul.* 16. *num.* 2. Camill. de Medic. *conſ.* 71. Paul. Staiban. *conſil.* 8. *numero* 1. cum aliis apud Borgn. *dec.* 42. *n.* 11. *part.* & alii innumeri.

22 *Hac cauſa fuit deciſa in * beneficium D. Lucii Capycii ad relationem Regii Conſiliarii D. Flaminii de Conſtantino facta relatione per Sacrum Regium Conſilium in Collaterali Conſilio ſub die 6. Februar.* 1624. *& fuit condemnatus Illuſtr. Marchio ad ſolvendum tertias decurſas, ut in Banca de Felice.*

A qua deciſione obtinuit Marchio tanquam minor Regiam decretationem, fieri verbum, ad finem videndi, ſi ſit deferendum petitæ reſtitutioni in integrum, & ſic pendet reclamatio.

Non omittam etiam, de hac eadem deciſione meminiſſe Jo. Baptiſtam *de Thoro in Compend. deciſion. Regn. tom.* 3. *ſect.* 1. *in verbo Contractus celebrari, qui* plura deduxit, & alias conſimiles deciſiones affert.

OBSERVATIO IN CONSULT. XVI.

ARGUMENTUM.

Juris communis differentia à jure Regni circa prohibitionem contrahendi filii-familias. Duo conjunctim requiri, ut filius efficaciter obligetur tradit *Reg. Latr.* An ſit verum. Per quod temporis habitationis filii ſeorſum à patre inducatur emancipatio. Diſcrimen maximum inter actus inter vivos ab ultimis voluntatibus additur.

SUMMARIUM.

1 *Jus commune differt à jure Regni circa prohibitionem contrahendi filii-familias.*
2 *Quid per Statutum Urbis.*
3 *Per habitationem ſeorſum à patre, an filius validè obligetur.*
4 *Per quod temporis ſpatium debeat eſſe habitatio. Expenditur* Reg. Latr.
5 *Emancipatio filii, per quos actus, & quando præſumatur.*
6 *Diſcrimen inter actus inter vivos, & ultimarum voluntatum.*

ATtenta juris communis diſpoſitione filius-familias non prohibetur contrahere, niſi in mu- 1
tuo, & voto, ut *tot. tit. ff. & C. ad Macedon. Reg. de Marin. reſol.* 145. *num.* 12. *Medic. exam.* 14. *numero* 1. *& dec. Senenſ.* 24. *num.* 2. *Card. de Luca de cred. diſc.* 146.

Si verò attendamus *Regiam Pragmaticam* 1. *de S. C. Macedon.* fuit ampliatum ad omnem contractum, ut poſt alios *de Marin. num.* 25. *&* 28. *Reg. Latr. in hac conſult.* 16. *num.* 7. *& ſeq.* ubi qood non valet obligatio etiam jurata ſine conſenſu, & præſentia patris.

Statutum Urbis lib. 1. *cap.* 152. irritat † contractus 2
à filiis-familias celebratos. Habet autem duas limitationes. Unum ſi à patre ſeorſum habitent, & publicè pro patribus familias habeantur. Alteram ſi pecunias acceptas verterint in id, quod oneribus patris incumbebat, *Bich. deciſ.* 168. *n.* 1.

Excipit † *Pragmatica* filios emancipatos, vel 3
ſeorſum à patre habitantes cum familia. Et prohibiti erant Notarii ſtipulari cautelas, in quibus filii-familias interveniunt. Bene verum ex alia *Pragmatica* declaratum fuit excuſari Notarios, ſi filii-familias in contractibus ſe emancipatos, vel ſeorſum à patribus habitare aſſerant, ut ex *Pragm.* 64. *de Offic. Procur. Cæſar.*

Supplicatum fuit, quod pœnam perjurii filiis-fa-
milias ſeorſum ſe habitare aſſerentibus, ſed revera 4
cum patre habitantibus Prorex condonaret, ex quo per indirectum parentes debita filiorum ſolvebant eorum creditoribus minantibus accuſare eos pœna perjurii, niſi debitum ſolverent, & ità fuit obtentum, ut in *d. prag.* 64. *§. fin. Reg. Latr. nu.* 8. ubi qood poſtmodum ſemper fuit declarata valida obligatio filii-familias ſeorſum à patre habitantis. Imò cum maxima diſcuſſione in caſu, quo filius-familias in eadem domo habitabat, ſed non in eadem menſa obligatio fuit declarata valida juxtà notata per *Rovit. in pragm.* 1. *n.* 3. *de S. C. Macedon.* & in eo caſu, quo pater habitat cum filio, *Carav. in prag.* 1. *§.* 22.

Illud tamen non arridet, quod *Reg. Latr. num.* 52. tradit, nempè, quod requirantur duo conjunctim, nec filius efficaciter obligetur, Quod diù ſeorſim

à patre

Digitized by Google

à patre habitaverit. Et quod communiter reputetur pro patre-familias ex *Chriſtoph. Mart. dec. Senenſ. 14. n 20.*

Contrarium enim puto verius, ut ſatis ſit, quod momento temporis ſeocſum cum familia à patre habitaverit, *Urſill. dec.* 308.

5 Alud aſſerit † *Reg. Latro nu.* 11. ubi quòd *filius familias quando non eſt in poſſeſſione ſui juris ob multos actus à ſe tamquam patre-familias geſtos, ſi longum temporis ſpatium non ſit decurſum, præſumi debet à patria poteſtate liberatus, Dec. in l. emancipati n. 4. C. de collat.*

At *Gratian. diſcept.* 667. *num.* 16. ſcribit, quod habitatio filii ſeotſum à patre per longum temporis ſpatium, & negotiatio publica, & palam facta tanquam à patre-familiaa ſciente, & patiente patre inducit emancipationem cum *Bald., Barbat., & aliis.*

Diſtinguendum erit, quod filiua per ſpatium decem annorum non præſcribit ſe in libertate, ſed ſaltem viginti anni requirantur, *l. 1. C. de patr. poteſt. Bald. in l. 2, C. ſi adverſ. vendit.*

Quoad tamen actus, qui celebrantur à filio-fam. tamquam ab emancipato ſuſtineantur, ut ſufficiant decem anni ſciente, & patiente patre tanquam ab emancipato, *Caſ. Argel. de acq. poſſ. art. 3. numera* 253. *& ſeq.*

6 Per decennium, qui * ſe habet pro emancipato, vel talem ſe aſſerens eos actus exercendo præſente, & ſciente patre, & non contradicente, qui ſolent ab emancipato agi, eſt in quaſi poſſeſſione ſui juria, quia per decennium negligens regulariter quamlibet poſſeſſionem civilem amittit, *gloſ. in l. fin. C. de ſerv. fugit. Afflict. dec.* 187. Quando filius eſt in quaſi poſſeſſione exiſtentiæ ſui juris, tunc præſumitur ſui juria, tunc præſumitur ſui jucis, ità *gloſ. in l. Titia, ff. ſol. matrim. Bart. in l. is poteſt num.* 15. *ff. de acq. hered.* Ideò cùm per juris præſumptionem dicatur probatus ſtatus ſui juria, ceſſat omnis objectio adverſus teſtamentum, quæ immiſſionem impedire poſſit, *Caſar. Argel. q. 3. ar. 4. n. 222. & ſeq.*

In poſſeſſorio quaſi poſſeſſio ſui juris liberat à probatione emancipationia, *l. jus ejus, C. de probat. poſſeſſ.* Undè quemadmodum probata emancipatione non negaretur immiſſio hæredi inſtituto à filio-familias. Ità ubi talis probatio non eſt neceſſaria, non negabitur.

Cæterùm contraria ſententia eſt tenenda, nimitùm immiſſionem ex tali teſtamento non eſſe concedendam, quod probatur. Quia incontinenti apparet teſtamentum eſſe nullum, dum conſtet eſſe filium, qui teſtamentum confecit eſſe inteſtabilem & quamvis adverſus exceptionem hanc, quæ ſupponitur incontinenti probata, opponatur replicatio præſumptæ emancipatioois. Cùm appareat, talem replicationem eſſe nullius roboris, non dicitur obſcurare probationem exceptionis. Quod autem appareat, talem replicationem eſſe nullius roboris probatur. Nam quamvis ſpatio decem annorum inducatur præſumptio emancipationis, procedit quantum ad valorem teſtamenti, *Bald. in l. 2. ad fin. C. de teſtam. Alex. in l. 1. num. 5. C. de teſtam. & in conſ. 147. numero 17. lib. 7. Dec. in l. ſi emancipati, C. de collat.*

Diſcriminis ratio eſt. Quia in aliis actibus cadit conſuetudo ſic agendi, quia iterantur, in teſtamento non cadit conſuetudo teſtandi, nequidem ſi quia ſpatio centom annorum ſe habuerit, ut ſui juris, quia cum unico teſtamento efficaci quis decedere poteſt, & ità unicus actua conſiderari poteſt, conſuetudo autem ex unico actu non inducitur. Quamvis aliqui ſint arbitrati quaſi poſſeſſionem ſui juris acquiri ex unico actu, ut *Alciat. præſ. num. 6. de reg. jur.* Hæc opinio tamen eſt contra mentem *Doctorum*, & ab eodem *Alciat.* reprobatur.

Contrariis ità facilè occurritur, ut præſumptio emancipationis ex ſpatio decem annorum probetur quantum ad validitatem actuum inter vivos, non verò teſtamentorum ex diverſitatia ratione, quia in actibus inter vivoa contrahentea cum gerente ſe pro emancipato deciperentur, & damnum, pœnamque quare cum filio-familias contraxerint, ferent, etiam quando communi opinione non ſua ſimplicitate decepti eſſent contra notata in *l. Barbarius, ff. de offic. Prætor.*

Ad abſurda vitanda cautum eſt in *l. 3. C. ad S. C. Macedon.* ut quando filius-familias publicè pater-familias pleriſque videbatur, ſi quis dederit illi quaſi pater-familias mutuam pecuniam non obſtante exceptione *S. C. Macedoniani*, rectè aget. Hæc ratio non cadit in teſtamento, *Caſ. Argel. ubi ſup. à nu. 263. uſque ad 270.*

Quid autem in Regno per *pragm. 1. de Macedon.* Ratio dubitandi eſt. Quia non ſtatur aſſertioni filii jurantia ſe eſſe emancipatum, niſi de emancipatione conſtet. Videtur dicendum eſſe ſtandum juris communia diſpoſitioni, quoties ſciente, & patiente patre, filius ſe geſſit pro emancipato.

❋❋❋❋❋❋❋❋ ❋❋❋ ❋❋❋❋❋❋❋❋❋

ARGUMENTUM.

An, & quando maritata ante maturationem maritagii poſſit concurrere in maritagio poſtea maturato.

SUMMARIUM.

1 *Fœmina maritata poteſt concurrere in maritagio maturato poſt matrimonium contractum, etiam ex mente teſtatoris, num. 2. Et quid de jure num. 4. Ubi dua referuntur opiniones, & quamvis* Bart. *diſtinguat, ut ſi legatum ſit pro dote, actio remaneat, ſi verò pro maritagio, nequaquam, ut num. quinta, tamen in contrarium eſt communis opinio, ut ſive legatum ſit pro dote, ſive pro maritagio mulier habeat actionem poſt matrimonium, n. 6.*

3 *Voluntatis quæſtio inutilis eſt, ubi adſunt verba teſtatoris.*

7 *Legatum ſi fuit factum perſonis certis, debetur etiam quòd reperiantur maritatæ ſi verò perſonis incertis & tunc non debetur, ſed contrarium, numero 8. & 11.*

9 *Paria ſunt, legare certa perſona, vel incerta ex futuro certificanda.*

10 Bald. in l. fin. verſ. tunc teſtator, Cod. de ſent. quæ ſine certa cauſa *declaratur.*

12 *Legatum factum pro nubendis conſanguineis incertis, comprehendit maritatas, vel maritandas poſt mortem teſtatoris, n. 13.*

14 *Legatum relictum filia, ſi nupſerit, debetur etiam ſi nupta ſit.*

15 *Effectus alicujus rei ſi attenditur, nihil intereſt, ſi finis præcedat, vel actus ſequatur.*

16 *Legatum cum taxatione quantitatis factum non diminuitur per adjectionem cauſa.*

17 *Cauſa legati per matrimonium non dicitur finita, id eſt, extincta, ſed tantum finita, id eſt, adimpleta.*

18 *Maritata viva, vel mortuo teſtatore, poteſt concurrere in legato, maximè ſi ſit maritata poſt mortem teſtatoris, & antequam Mons maritagiorum eſſet in eſſe productus. n. 19. & 22. & ſic judicatum in hac cauſa, n. 23.*

20 *Annus cœptus habetur pro completo in favorabilibus.*

21 *Conſuetudo inducitur ex duobus actibus.*

Pro Aloyſia Carracciola cum aliis de eadem familia concurrentibus in maritagio relicto per q. Comitem Oppidi.

CONSULTATIO XVII.

Putabam ex his, quæ aliàs S. C. judicavit in hoc
maritagio relicto per Comitem Oppidi in maritagiis
maturatis in ann. 1589. & 1592. distributis Iſabellæ
Caracciolæ, & D. Lucretiæ Caracciolæ mul-
1 to tempore * ante maritagii maturationem maritata
à ſcribendi munere in hoc articulo, (ſi maritata poſ-
ſit concurrere) abſtinere; verum quia audivi, aliquos
ex adverſariis ſuper hoc pedes firmare, maxime quia
tractandum eſt de nullitate concluſionis per Diſtri-
butores ſacta, ideo pauca hæc pro tenuibus viribus
notare decrevi.

Et ut à mente teſtatoris incipiam, ſatis aperte hoc
2 colligitur ex *Capitulo 15. teſtamenti*, * in quo leguntur
infra ſcripta verba videlicèt.

Li primi ducati mille, quali anno quolibet ſi conſervaranno in detta caſſa, in nullo modo, nè avanti, nè poi l'infraſcritta elettione ſi poſſano conſignare, nè cedere all'infraſcritti mariti, che le l'aſſegnino, ò paggino à pocco, à poco, deinde ſequuntur verba, *ma ſi debbiano conſervare in detta caſſa, & diſtribuire, quando trovaranno in eſſere ducati tremilia.*

Ex quibus verbis clarè colligitur, quod cùm in
quolibet anno reponendi ſint in arca, ad hoc depu-
tata duc. 1000. & quolibet triennio diſtribuendi,
præſupponit teſtator, matrimonium poſſe præcede-
re diſtributionem, & ideò voluit, ut maritis non
3 poſſit ſolvi paulatim, ſed cùm ſint in eſſe duc. 3000.
ex quibus teſtatoris verbis crederem, articulum
poſſe decidi,* nam clarè colligitur, ita teſtatorem vo-
luiſſe, & ubi habemus verba teſtatoris, voluntatis
quæſtio ſatis inutilis eſſe videtur, *l. ille, aut ille, §. cum in verbis, ff. de leg. 2. Natta conſ.* 485.

Sed circumſcriptis verbis prædictis videamus,
quid de jure.

Doctores tractaverunt articulum *in l. Lucius, ff. de
leg. 1. & in l. filia legatorum, C. de legat.* * quod ſi pater
4 pro dote legavit filiæ mille, † deinde vivus eam col-
locavit cum minori dote duc. 500. an mortuo pa-
tre ei pro reſiduo legati competat actio, & *Dinus in d. l.
Lucius*, tenuit, legatum eſſe extinctum.

Oldrad. verò *in eadem l.* contrarium tenuit ſcilicèt
legatum deberi, quas opiniones conciliando diſtin-
5 xit Bart. *in d. l. Lucius*, quod aut fuit relictum pro
dote, & actio remanebit, quia dos poteſt conſtan-
te matrimonio augeri, & conſtitui, aut verò pro
maritagio, & tunc quia cauſa legati eſt extincta,
non debetur, quam diſtinctionem ſequuti fuerunt
Bald. Novell. *in tract. de dot. 5. par. num. 12.* &
Joan. Lopez *in capit. per veſtras, §. 12. de donat. inter vir. & uxor.*

Sed in contrarium eſt † communis opinio contra
6 *Bart.* quod tam ſi legatum ſit pro maritagio, quam
pro dote, ſemper poſt matrimonium actio rema-
neat, ſecundum *Oldrad.* opinionem, quam ſequuti
fuerunt.

Guliel. de Cuneo in l. cum his, ff. §. ſi mulier, de condit. indeb.

Bald.
Paul. de Caſtro
Jaſon — *in d. l. filia legatorum*, reprehendendo *Bart.* diſtinctionem.
Corneus
Angelus, &
Sylvetus

Jacobinus de Sancto Georgio in d. l. filia, etiam teſtatur de communi.

Albericus in d. l. Lucius.
Ancharanus, &
Barbatia in cap. filius noſter, in fin. de teſt. Jo. de Imola in conſ. 113. n. 9.
Tiraquell. latiſſimè *in tract. ceſſante cauſa limit.* 18.
Paul. de Caſtr. in conſ. 148. vol. 2. & in conſ. 51. lib. 3. & in l. Publius, ff. de condit. & demonſt. ubi dicit, ita obtinuiſſe contra *Bart.* diſtinctionem, & *in d. l. filia legatorum.*
Alex. conſ. 7. n. 19. & 20. 2. vol.
Socin. ſen. conſ. 101. ubi de communi teſtatur.
Ruin. in conſ. 223. n. 4. qui etiam de communi teſtatur.
Natta in conſil. 485. in princip.
Caballus conſ. 61.
Mandellus de Alba conſ. 52.
Molfeſ. ad Conſuet. Neapol. tom. 1. part. 4. q. 30. n. 10.
Gamma deciſ. Luſitan. 125. ubi Addictionator.
Fontanell. de pact. nupt. tom. 2. clauſ. 6. gl. 3. par. 4. n. 49. cum ſeqq.
Jaſon in l. hujuſmodi, §. cum pater, n. 2. ff. de leg. ubi teſtatur, opinionem contra *Bart.* eſſe communem.
Covarr. latè articulum examinat, & concludit, deberi legatum etiam ſequuto matrimonio *in cap. officii, nu. 10. in rubr. de teſtam.* qui etiam tenuit *Bart.* à prædictis non diſſentire, ſed ſimpliciter tenuiſſe *Oldradi* opinionem.
Surd. omninò videndus *in conſ.* 393. ubi multos allegat, & rationes affert.
Fabius de Anna latiſſimè *in conſ. 91. in 1. volum.* ubi refert omnes opiniones.
Hippolyt. de Marſ. in l. penult. nu. 47. ff. de queſt. & in prax. crimin. in §. 2. q. n. 53. & in tract. de fidejuſſ. n. 85.
Fachin. controverſ. juris lib. 5. c. 55.
Hieronymus Cavallos pract. qu. comm. contra comm. qu. 138. qui citat.
Sarmiento lib. 2. ſelectarum, c. 1. n. 10.
Spino in ſpeculo teſtamentorum, gloſ. 14. n. 152.
Palacios Rubeus in d. cap. per veſtras, not. 3. nu. 48. fo. 445. *Franc. in dec. 422. nu. 6.*

Et tandem pro hac opinione ſcripſit pluribus DD. 7
& legibus eam comprobando *Ludovicus Caſanate*
Hiſpanus *in conſ. 35. in 1. vol.*

Et quamvis Bald. † *in l. fin. Cod. de ſentent. quæ ſine
certa cauſa, verſ. pone teſtator* diſtinguat, quod aut
legatum fuit factum perſonis certis, & debetur, aut
verò perſonis incertis, & non debetur, quem ſequuti
fuerunt Alex. *in conſ. 146. num. 6.* Jaſon *in l. quominus*
num. 135. de fluminibus. Tamen hæc † *Bald.* diſtinctio 8
jure non fundatur per ipſum, neque authoritate,
imo † contrarium jure probatur, cùm paria ſint lega- 9
re certæ perſonæ, vel incertæ ex futuro aventu cer-
tificandæ, *l. quidam relegatus, ff. de reb. dub.* & ideò
idem *Bald.* contrarium tenuit *in d. l. filia legatorum*, &
nihilominus Bald. *in d. l. fin.* loquitur * extra caſum 10
noſtrum, quia loquitur in conſanguineis incertis nup-
tis tempore teſtamenti, non verò poſt teſtamentum,
vel poſt mortem teſtatoris, prout optimè reſpondit, &
conſiderat Ludovic. Caſanate *in d. conſil. 35. n. 32.* qui
in legato facto perſonis incertis contra *Bald.* diſtinctio-
nem adducit, Paul de Caſtr. *in conſ. 308. col. 4. in fin. lib.
1.* Jaſon *in d. l. hujuſmodi, §. cum pater, num. 24. ff. de
leg. 1.* Imol. *in conſ.* 113. & alii ſupra allegati, qui *Docto-* 12
res indiſtinctè tenent, legatum factum* pro nubendis
conſanguineis incertis comprehendere perſonas mari-
tatas, quibus in propriis terminis addo Sanchez *de
matrim. lib. 7. diſput. 91. n. 66.* omninò videndum, qui te-
net, quod legatum factum conſanguineis incertis ma- 13
ritandis, debetur ei, qui mortuo teſtatore nupſiſſet.

Quæ opinio comprobatur per text. † *in l. ſi quis hære-* 14
dem, Cod. de inſtit. & ſubſtitut. ubi relictum filiæ, ſi nupſe-
rit, habet locum, etiam ſi nupta ſit, idem habetur *in l.
hac conditio, ff. de condit. & demonſtrat.* qui loquuntur in
fortioribus terminis de nupta etiam in vita teſtatoris.

Secundò

15 Secundò hæc opinio comprobatur, quia *quando effectus alicujus rei attenditur, nihil intereſt, quod finis præcedat, vel actus ſequatur, *gloſ. in verbo, Nerva, in clement. 1. de conceſſ. prabend.* Felin. *in cap. conſtitutus de reſcript.* Greg Lopez *in l. 21. tit. 9. par. 6. in verbo vivit*, Anton. Gomez. *in l.* 42. Tauri, *nu.* 2. quos refert, & ſequitur Cævall. *in d. tract. commun. contra commun. q. 138. in fine.*

16 Tertiò, † quia legato facto cum taxatione quantitatis non diminuitur per adjectionem cauſæ, *l. ſi creditor, l. ſi inter ff. mand.*

17 Quartò aſſignatur ratio, * quia per matrimonium legati non eſt finita, id eſt, extincta, ſed eſt finita, id eſt, adimpleta, *Sardus* qui alios citat *in dicta deciſione* 393.

Ultimò ad hanc opinionem comprobandam quampluríma adducuntur per Ludovicum Caſanate *in d. conſil.* 35. ad quem brevitati ſtudendo me remitto, & noviſſimè hanc partem tuetur latiſſimè D. Reg. Valenz. *conſ.* 152. *lib.* 2. omninò videndus.

18 Ex quibus apparet, quod articulus † tractatus à *Doctoribus* eſt, quando eſſet maritata in vita, vel poſt mortem teſtatoris, & nihilominus, magis com-
19 munis eſt opinio, † quod maritatæ etiam vivo teſtatore poſſint concurrere, caſus verò noſter eſt extra omnem difficultatem, quia nedum Aloyſia Caracciola fuit maritata poſt mortem teſtatoris, ſed poſtquam Mons pro maritagio prædicto erat in eſſe productus, & quod incœpit ſolvere maritagium anno 1589. & 1592. Iſabellæ, & Lucretiæ Carracciolæ, freta ſententiis Sacri Concilii per quod fuit diſtributum etiam maritatis, ſe nuptui tradidit cum hac dote duc. 3000 maritagii Comitis Oppidi, quia aliàs maritum condecentem non inveniſſet, & quod plus, maritagium anni 1595. quamvis non eſſet maturatum, attamen erant in arca pro eo duc. 2000. ex quo in anno 1594. ſe viro conjunxit, & ſic nedum maritagium erat cœptum, ſed ferè completum, &
20 in favorabilibus * annus cœptus habetur pro completo, *l. qua ætate, ff. qui teſtam. facere poſſ. l. ad rem publicam, ff. de muner. & honor.*

Poſtremò non omittam, uſum ita interpretaſſe hanc voluntatem, & diſpoſitionem, cùm enim, ut dictum eſt, à tempore erectionis iſtius Montis non ſint diſtributa, niſi duo tantum maritagia, hoc eſt, anno 1589. & 1592. nihilominus fuerunt diſtributa
21 antea maritatis, † ex quibus duobus actibus eſt inducta conſuetudo, ita diſtribuendi, *gloſ. in l. de quibus, in verbo inveterata, ff. de legib.* ubi Bart. Bald. Angel. & eſt communis opinio, ut dicit idem Bart. *in l. 2. ff. quæ ſit longa conſuetudo*, Maſcard. *de probat. concluſ. 424. vol. 1. n. 2.*

22 Ex quibus concluſio hæc, quod maritatæ poſſint concurrere in hoc maritagio relicto per † Comitem Oppidi, nedum apparet legibus, rationibus, & tot DD. authoritatibus communiter comprobata, ſed etiam ex conſuetudine, & deciſione S. C. ita interpretata.

Facta de prædictis relatione per q. eruditum, & doctum Regium Conſiliarium Marium Antonium Morra, junctis Regiis Conſiliariis duarum Aularum ſub die 28. Auguſti 1614. fuit ſecundum prædicta judicatum, & maritagium obtinuit Aloyſia Caracciola, licet à Diſtributoribus fuiſſet excluſa.

OBSERVATIO IN CONSULT. XVII.

ARGUMENTUM.

Ad legatum relictum puellis de familia pro dote, vel maritagio an concurrere valeat puella nupta, dum cauſa matrimonii videtur extincta per matrimonium ſequutum. *Reg. Latr. conſult.* 17. arguit mentem teſtatoris pro maritatis ex verbis teſtamenti, Status conſultationis totus eſt conjecturalis. Ad favorem nuptæ adverſus innuptam, etiam ſtrictiorem in gradu extendit *Guttier.* Legatum relictum pro dote an debeatur nuptis ſine dote. Si pater in teſtamento mille pro dote legavit, & deindè vivens cum octingentum maritavit, an filia poſſit petere reſiduum. Expeditur *Reg. de Marin.*

SUMMARIUM.

1 *Ad legatum relictum puellis de familia pro dote, an concurrere valeat maritata.*
2 *Ex verbis teſtamenti qualiter mens teſtatoris colligatur.*
3 *Status conſultationis totus eſt conjecturalis.*
4 *Legatum pro dote relictum an debeatur nuptis ſine dote.*
5 *Quid ſi concurrat innupta, & hoc ſit in gradu ſtrictiori.*
6 *Pater legavit filiæ pro dote ducatos mille, & deindè maritavit cum octingentum, an filia poſſit petere reſiduum.*
7 *Opinio diſtinguens* Reg. de Marin.

Conjecturalis eſt materia † hujus *Conſultationis*, 1
an legatis maritagiis puellis de familia, ſi aliquæ fuerint maritatæ, & ceſſet cauſa legati, poſſit concurrere illa, quæ reperietur maritata ante maritagii maturationem. Quia per matrimonium cauſa legati non ſit extincta, ſed adimpleta ex *Surd. dec.* 393.

Arguit *Reg. Latr. n.* 2. ex mente teſtatoris ex *capitulo* 15. teſtamenti Ill. Comitis Oppidi, ibi: *Li primi ducati mille, quali anno quolibet ſi conſervaranno in detta caſa, in nullo modo avanti, nè poi l'infraſcritta elettione ſi poſſano conſignare, nè cedere al'infraſcritti mariti, che ſe l'aſſegnino, e paghino à poco à poco.* Et deindè ſequantur verba: *Ma ſi debbiano conſervare in detta caſa, e diſtribuire, quando ſi ritrovaranno in eſſa ducati tremila.*

Ex quibus verbis clarè colligitur, * quod cùm 2
in quolibet anno reponendi ſint in arca ducati mille, & quolibet triennio diſtribuendi. Præſupponit teſtator matrimonium poſſe præcedere diſtributionem, & ideò voluit, ut maritis non poſſit ſolvi paulatim, ſed quando erunt in eſſe ducati tres mille, & ità clarè colligatur voluiſſe Teſtatorem.

Materiam eſſe conjecturalem dicunt * *Bar.* & *DD.* 3
in l. Lucius, ff. de legat. 2. Rota penes *Farin. in dec. 499. p. 2. n. 5. Beltram. ad Ludoviſ. dec. 236. n. 15. in fin. Vaſq. de ſucceſſ. progreſſ. p. 2. lib. 3. §. 27. n. 8. Ciarlin. contr. 142. lib. 2. num. 16.*

Legatum * relictum pro dote an debeatur nuptis 4
ſine dote, vel modica dote, ſivè eſſet egenus vir, & non poſſit ſuſtinere onera matrimonii, quia poſſet augeri dos? Affirmant *Gennenſ. practicab. Eccleſ. qu. 387. Novar. q. for. q. 125. lib. 1. Thor. verb. nupt. to. 2. compend.* qui ità deciſum refert junctis Aulis, addo *Reg. Revit. conſ. 32. lib. 1. num.* 3.

In legato facto conſanguineis * pro dote ſi 5
concurrant puella innupta, ſed ſtrictior, & alia nupta, ſed in remotiori gradu, cùm tale legatum pro dote ſit conditionale, ſcilicèt quando nuptiæ ſequantur, *l. plerumque, §. ante, l. Titio genero*, ubi *Bar. ff. de cond. & demonſtr.* Quæ conditio inducit cauſam finalem. Cauſa verò finalis dicitur ſubſtantia diſpoſitionis, *Velaſc. conſult.*

conſult, 60. *n.* 8. Sed conditio priùs adimpleta io remotiore gradu. Ergò illa præferenda eſt, quæ priori loco conditionem adimplevit; qoia in diſpoſitione conditionali de albo non curamus, quam de eventu conditionis. Ergò cui priùs eſt jua quæſitum in hat ipſa forma in cauſa finali erit prior, non attento ſit ſtrictior, vel remotior, quæ ergò in matrimonio eſt anterior, illa eſt præferenda, licèt ſit in parentela remotior, cui eſt jus quæſitum, purificata conditione, *Guttier, alleg.* 4. *numero* 12. & 13. *Capon. diſcept.* 101. *numero* 15. *to.* 2.

6 Tractat quæſtionem *Reg. Latr. numero* * 4. Si pater pro dote legavit filiæ mille, & poſteà eam vivens collocavit cum minori dote, ità nempè cùm ducatis ſexaginta, utrum mortuo patre filia poſſit petere reſiduum. Et *Bart. in l. Lucius*, *ff. de legat.* 2. diſtinguit, an ſit legatum pro dote relictum, & poſſit peti, quia dos poteſt augeri conſtante matrimonio; Aut pro maritagio; Et tunc ſecùs, quia cauſa legati ſit extincta, ſed indiſtinctè contrarium verius probant *Oldrad. in d. l. Lucius*, & tenent *Guglielm. de Cuteo, Bal. Paul. de Caſtr.* & alii hoc loco per *Reg. Latr.* congeſti *nu.* 6. *Gamma deciſ. Luſit.* 325. Additur, quia ſi potuit mutare teſtamentum, & non mutavit, intelligitur voluiſſe decedere cum eadem voluntate, ac ſi nupta non eſſet, *Genuenſ. q.* 387.

7 Si pater * in teſtamento mille pro dote legavit, & deindè vivena cum octingentum maritavit, *Reg. de Marin. lib.* 1. *reſol.* 93. *numero* 3. diſtinguit, ut nulla dotis incongruitate exiſtente hæredem patris, reliqoa biſcentum in vim legati non eſſe cogendum ſolvere. Aliter ſi incongruè eſſet dotata, nam eſſet ſuccurrendum filiæ. Vel oulla facta mentione de dote legatum eſſet relictum.

Suboriri poterunt difficultates in ſpecie propoſita, ao maritatæ poſſint concurrere ad legara pro dote, vel maritagiis relicta. Etenim cùm legatum non debeatur niſi agnitum ſit, ante agnitionem non poterit dici jus quæſitum legatario.

Præterea poterit puella etiam, quod ſit dives nubere ſine dote, quæ non cenſetur conſtituta, niſi expreſsè conſtituatur, ſi mulier, cui defertur legatum dotis, non agnoverit legatum, & ſe dotet de bonis propriis, & non de quantitate legata per Fundatorem, in hoc caſu non poterit dici per matrimonium impleta cauſa dicti legati neque jus quæſitum puellæ maritatæ nulla facta meqtione legati præfati.

Fortiùs ſi concurrant aliæ innoptæ, vel nuptæ, quæ priùs legatum agnoverint, vel priores ſint in jure quæſito, & in conditione matrimonii impleta.

Propenſiùs ſi ante agnitionem puella deceſſerit, vel dos conſtituta ſit magna.

ARGUMENTUM.

Vectigale non ſoluto an, & quando res incidat in commiſſum, & ex quibus dolus præſumatur, vel excludatur.

Judicium ſuper interceptione quando dicatur civile, vel criminale, & quo caſu quis teneatur ad ſolutionem duplicatæ gabellæ.

SUMMARIUM.

1 *Gabella non ſoluta, nec facta profeſſione de re, de qua ſolvi debet, illa incidit in commiſſum.*

2 *Jus commiſſi vectigalis Arrendatori gabella applicatur, licet aliter practicetur in Reg. Cam.*

3 *Sub prætextu alicujus privilegiati non ſunt non privilegiati protegendi, ut gabellam non ſolvant.*

6 *Judicium ſuper interceptione rei, de qua ſolvi debet gabella, an ſit civile, vel criminale, initium eſt ſpectandum, numer.* 5. *& quando pœna applicatur Fiſco ad vindictam criminis commiſſi dicitur criminalis, quando verò non ad vindictam criminis principaliter, ſed Fiſcus vult magis rem incorporatam conſequi, quam ulciſci, dicitur civile, nu.* 6.

7 *In judicio intercepti debet probari, fraude fuiſſe commiſſam.*

8 *Alleganti propriam turpitudinem non creditur.*

9 *Fraudis ſuſpicio, vel dolus in homine bonæ conditionis non præſumitur, neque præſumitur in eo, qui nunquam talia ſolitus ſit facere.*

10 *Fraus ut evitetur magis præſumitur error, quam malitia.*

11 *Fraudem, vel dolum quæ qualitates excludant.*

12 *Fraus non committitur hoc, vel illo modo contrahendo, nec qui ſuæ utilitati proſpexit, & ut damnum evitet, n.* 13.

14 *Dolus excluditur ex qualibet cauſa, etiam temeraria.*

15 *Dolus, & fraus excluditur ex parva quantitate dirictuum ſolvendorum, & ex periculo amittendi maximam quantitatem, & ſic etiam fraus, dolus, & falſitas non præſumitur ex modica utilitate, numero* 16.

17 *Gabella in modico commiſſa excuſat à dolo.*

18 *In commiſſum tunc dicitur quem incidiſſe, quando aliquid introduxit animo fraudandi.*

19 *Stante ſtatuto, ut nemini liceat emere, vel vendere ſal, niſi à Conductoribus gabellarum, non comprehendit portantem, vel conducentem per tranſitum, ſed eum, qui vendiderit.*

20 *Bannum contra extrahentes monetas non comprehendit eos, qui introduxerunt monetam ex eram per tranſitum, & ideò eas extrahendo non incidit in commiſſum.*

21 *Statutum quantumcunque rigoroſum regulatur à cauſa.*

22 *Stante ſtatuto, ut nullus emat frumentum in platea, niſi pro uſu, non comprehendit eum, qui emerit pro uſu, ſed poſtea propoſitum mutaverit.*

23 *Voluntas ſuperveniens non nocet, ſed principale propoſitum debet attendi, ut dicatur rem incidiſſe in commiſſum.*

24 *Conducens res ex propriis prædiis pro uſu proprio, ſi mutet voluntatem, & vendat, non incidit in commiſſum.*

25 *Gabellam fraudare non dicitur, niſi is, qui doloſè cauſa eam fraudandi immiſit, ſed tantum tenetur ſolvere diricta duplicata.*

26 *Gabellam ubi quis profitetur ſolvere, ſed tamen non fuit facta ſolutio, non incidit in commiſſum.*

27 *Deciſio cauſæ.*

Pro Bartholomæo Fraulo cum Arrendatoribus vini ducati unius pro quolibet dolio.

CONSULTATIO XVIII.

DE jure cautum eſt, qood non facta profeſſione, & ſolutione de re, de qoa ſolvi debet gabella, 1
illa res incidat in commiſſum, *l. Imperatores*, *ff. de public. l.* 3. *ubi gloſ. Cod. de vectig. & comm.* * & hoc jus 2
commiſſi Arrendatori applicatur, *l. ſi quis ſine C. de vectigal. ubi Bald. & Salicet.* cum aliis apud *Franciſ. Perſonal. in tract. de gabell. n.*.. *Surd. conſil.* 59. *n.* 20.

eiſ.

vol. 1. licèt aliter practicetur in Regia Camera, ut
per *Regentem Moles in ſuis deciſionibus ad pennam, in
quæſtione, quando, & qualiter res incidunt in commiſ-
ſum, ob non ſolutum vectigal.* tetigit *Guid. Pap. dec.* 413.
Bertachin. de gabel. in 9. part. prin. quæſt. 9. *Cardinal.
Tuſc. in pract. concl. verbo gabella. concluſ.* 23. *n.* 5. ubi
quòd ita eſt de ſtilo, niſi aliter ſit actum inter partes.

Et ideò cùm prætendiſſent Arrendatores, qui exi-
gunt ducatum unum pro dolio vini quòd vina em-
pta per Bartholomæum Fraulum, & immiſſa in ma-
gazeno in Burgo *dello Rato* ſub nomine Joannis Ca-
roli Cacacii inciderint in commiſſum, capta infor-
matione de prætenſo intercepto de ordine Spectabi-
lis Domini Regentis Rovitti delegati Arrendamen-
ti prædicti, fuerunt vina ſequeſtrata, & demum or-
dinatum, vendi, & pretium deponi in Banco, à
bus decretis cùm fuiſſet appellatum per Fraulum,
ordine S. E. eſt facienda relatio in Collaterali Con-
ſilio.

Dicunt Arrendatores, habere intentionem fun-
datam ex Capitulis dictæ gabellæ, ubi habetur, quòd
diritus debentur ſtatim, quod immittitur vinum, &
ſcanſit ubi sbarras (qui eſt locus ubi gabella exigitur)
quamvis non introducatur in Civitatem, nec eſt fa-
ciendi vis, quòd vina ſint immiſſa ſub nomine Joan-
nis Caroli Cacacii, qui tanquam Affictator maga-
3 zenorum Regiæ Curiæ non tenetur † ſolvere gabel-
lam prædictam, quia ſub prætextu alicujus privile-
giati non ſunt alii non privilegiati protegendi, ita ut
gabellam non ſolvant, *Joan. de Platea*, & *Bald. in l.
fi. C. de annonis, & tribut. lib.* 10. quod etiam particula-
riter fuit proviſum per Capitula, ſeu Banna ejuſdem
Arrendamenti, & ſic eo ipſo, quòd conſtant, quòd
vinum non aliter eſt Cacacii, ſed Frauli, ees in com-
miſſum dicitur incidiſſe.

Quibus tamen non obſtantibus contrarium ſpe-
ro judicandum in hac cauſa, & quoad ordinem præ-
notandum eſt, quod hoc judicium ſuper prætenſo
intercepto * non dicitur criminale, ſed civile, non
4 enim ex hoc, quòd pœna Fiſco applicatur, dicitur
judicium criminale, *gloſſ. in l.* 1. *C. ſi ex public. ration.
lib.* 10 *ubi Joannes de Platea*, & *gl. in l. 1. qui ſepulchra
Cod. de ſepulchr. viol.* ſed ad judicandum judicium
5 civile, vel criminale initium erit ſpectandum, & ideò
quando pœna applicatur Fiſco ad vindictam crimi-
nis commiſſi, & non ad alium finem, tunc ſive pœna
ſit pecuniaria, ſivè corporalis, dicitur judicium cri-
minale, & gabellam fraudare eſſet crimen, Farin.
6 *conſil.* 85. *num.* 4. *quando verò non ad vindictam cri-
minis principaliter, ſed ut magis Fiſcus proſequa-
tur rem ſibi debitam, & vult potius pœnam incorpo-
ratam conſequi, quam ulciſci, & judicium dicitur
civile, ita communiter *Doctores* præcipuè *Ripa n.* 92.
in rubric. de judic. & probatur ex *text. in l. fraudati, &
l. commiſſa, de public. & vectig.* optimè Farinac. *in ejus
praxi, qu.* 100. *num.* 57. & ex his ita fuit deciſum per
Regiam Cameram, quamvis Fiſco fuerit conceſſum
primum, & ſecundum beneficium refert *Regens Mo-
les in quæſtione, an cauſa intercepti ſit civilis, vel cri-
minalis*, ſequitur ergo, quod cùm judicium ſit civile,
nulla habenda eſt ratio de prætenſis teſtibus exa-
minatis parte non citata, qui nec in judicio crimi-
nali probant, Farinac. *de teſt. quæſt.* 72. *num.* 1. Menoc.
conſil. 365. licèt enim informatio capiatur, & teſtes
examinentur parte citata, attamen repetitio ſit par-
te citata, in judicio verò civili nullo modo reci-
piuntur, niſi parte citata, de qua practica per *Ma-
rantam in ſuo ſpeculo, part.* 6. *de teſtium productione*,
& propterea non potuit decretum interponi, quod
vina vendantur.

Verùm quamvis teſtes eſſent ſolemniter, & ſerva-
ta juris forma recepti, attamen ex eorum depoſitio-
nibus, ni fallor, nihil reſultat ad beneficium Ar-
rendatorum, & ideò ſequeſtrum omninò erit rela-
xandum ad beneficium Cacacii, ſive Frauli, ad plus
præſtita cautione, nam Arrendator ad finem obti- 7
nendi in hoc judicio debet probare, fraudem fuiſſe
commiſſam, Bertach. *de gabell. p.* 4. *n.* 26. latius *Maſc.
de probat. concl.* 835. *per totam*, & licèt proceſſus non
ſit publicatus, & propterea teſtium depoſitiones
non viderim, tamen ex iis, quæ colligi potuerunt
ab eiſdem Adverſariis, prætendunt ex dictis teſtibus
probare, quod vina empta ſint per Fraulum, & hoc
non negatur, item quod fuerunt introducta per
ipſummet, qui ſolvit mercedem conductoribus, ter-
tiò quod fuerunt repoſita in magazeno affictato per
eundum Fraulum, & alia hujuſmodi, ac eandem præ-
tendunt, habere intentionem fundatam ex depoſi-
tione ejuſdem Joannis Caroli Cacacii, in cujus fa-
ciem fuerunt introducta vina, uti ipſorum empto-
tis, qui, ut ipſi aiunt, deponit, quòd emptio facta
non fuit vera, nec pretium exburſatum per ipſum,
ſed quod vina erant per eundem Fraulum conſumen-
da in magazenis, pro quibus ſolvitur gabella Arren-
datori vini, quod venditur ad minutum, & propriè
dicitur *à carrafa*, poſtquam illos à R. Curia, ſive ejus
Arrendatore conduxiſſet, ſin autem non conduxiſ-
ſet, per eundem Cacacium jam affictatorem, & non
per ipſum Fraulum erant conſumenda, qui uti unus
ex Affictatoribus R. Curiæ pro vendendo vino ad
minutum poterat vinum in hac Civitate introdu-
cere, & vendere abſque ſolutione dictæ gabellæ.

Sed pro reſponſione erit conſiderandum, quod de
teſtibus prædictis nulla eſt habenda ratio, quamvis
eſſent repetiti parte citata, quia ex publicis ſcriptu-
ris, & ex partita Banci clarè liquet, quod vina
empta per Bartholomæum Fraulum fuerunt poſteà
vendita Cacacio, cum onere illa aſportandi propriis
ſumptibus venditoris, nec de depoſitione Cacacii,
quatenus ſcripturæ contradiceret, eſſet habenda
aliqua ratio, * cùm allegaret propriam turpitudi- 8
nem, Maſcard. *de probatio. volum.* 1. *concluſ.* 439.
num. 31.

Sed admiſſo pro nunc facto, prout para eadem
ipſa figurat, negari non poteſt, quod vina ſive per
Cacacium, ſive per Fraulum erant conſumenda in
magazenis ad carrafam, nec in introductione in fa-
ciem Cacacii adeſt dolus, quia non fuit factum cau-
ſa fraudandi diritus dictæ gabellæ, quod nec poteſt
argui ex qualitate perſonarum Frauli, & Cacacii, qui
nunquam fuerunt ſoliti talia facere, Cephal. * *conſil.* 9
325. *num.* 32. *Rimnald. jun. conſ.* 816. *n.* 36. ſunt bonæ
opinionis, & famæ, *Cravett. conſil.* 65. *n.* 12. *Farinac.
quæſt.* 89. *num.* 4. & bonæ fidei, *Giurba conſil.* 16 *num.*
29. *in fine* fraudis enim ſuſpicio, vel dolus in homi-
ne bonæ conditionis, & famæ non præſumitur
Franciſc. Perſon. d. tract. n. 63. & ad evitandum frau-
dem magis præſumitur error, optimè * *Mandell. conſ.* 10
655. *n.* 4. *Franc. Perſ. ubi ſupra*, *n.* 66. & 125. quàm ma-
litia, & dolus, etiam in facto proprio, *l. non omnis,
§. à barbaris, ff. de re milit.* conſideratur etiam quali-
tas vicinorum, † quæ ſunt lacrimæ, & grechi, quæ 11
non ſolent vendi, niſi in magazenis ad carrafam, ſic
etiam quantitas ipſorum, non erat enim poſſibile,
tantam quantitatem vendere *à Botte*, ſeu *Barrili*, quæ
qualitates dolum excludunt, Bald. *in l. ſi fugitivi. poſt
nu.* 5. *C. de ſerv. fugit.* qui ampliùs dixit, quòd po-
tius procedi debet ad abſolutionem, & liberationem,
quàm ad condemnationem.

Inſuper fraus excluditur, ex quo revera cùm fuiſ-
ſent vina empta ab Illuſtriſſimo Marchione Lauri,
& pretium jam ſolutum per Fraulum, quia Illuſtr.
Marchio aliquos habebat creditores, de quibus
probabiliter dubitari poterat, ne procederent ad il-
lorum executionem, & venditionem, cùm repe-
riebantur adhuc in cellis vinariis ejuſdem Marchio-

nia, quia nova affićta magazenorum dilatabantur,
ſtantibus novis oblationibus pro Arrendamento,
12 Fraulus potuit ſibi proſpicere ad evitandum periculum, & quia nondum erat Affićtator magazenorum,
13 potuit paciſci * cum Cacacio, ut nomine ſuo introducerentur, nam fraus non committitur hoc, vel illo modo contrahendo, niſi id fiat cauſa evitandæ gabellæ, Gutierr. *de gabell. quæſt.* 130. *num.* 9. fraudem enim non committit qui ſuæ utilitati proſpexit *l. pupilli, ff. de acquir. hæredit.* & ut damnum evitet, *Rot. Genuen. dec.* 186. *n.* 6. *Giurb. in d. conſ.* 16. *nu.* 35. in
14 propriis terminis, & quælibet cauſa etiam temeraria excuſat à dolo, *l. igitur, §. cauſa, ff. de liber. cauſ. Menoch. de recup. poſſ. remed.* 5. *q.* 14. *n.* 49.

Tertiò, dolus excluditur ex magno valore vino-
15 rum pluſquam ducatorum ſex mille, & ex parva quantitate dirictuum, non enim eſt præſumendum, voluiſſe pro modica ſolutione diriſtuum, gabellam fraudare, cum tàm notabili periculo, Natt. *conſ.* 58.
16 *n.* 10. *Menoc. conſ.* 1205. † & fraus, dolus, & falſitas non præſumitur ex modica utilitate, Farin. *de ſimul. q.* 151. *n.* 20. * imò gabella in modico commiſſa excuſat, Gerard. Mazol. *conſ.* 42. *n.* 13. unde in fraudante gabellam requiritur dolus, nec præſumitur, cùm de tàm modica tractetur, Joſeph. Ludov. *concluſ. unic. tit. de gabell. verſ. infertur* 32. *utilitas eſt cauſa fraudis*, Giur. *d. conſ.* 16. *num.* 31. & certum eſt, quod ubi ceſſat dolus, non cadit commiſſum, *l. fraudi, ff. de public. & vectig. Abb. conſ.* 66. *col.* 1. *circa finem, volum.* 1. optimè Roland. à Vall. *conſ.* 42. *num.* 11. *& per totum, volum* 3. Menoc. videndus, quia plura conſiderat *in conſ.* 98.
18 Bœc. *conſil.* 96. *n.* 16. Surd. *deciſ.* 148. *num.* 9. tunc enim dicitur incidiſſe in commiſſum, quando id fecit cauſa fraudandi, *l. cotem ferro, §. dominus, ff. de public.* Bald. *in l. cum pœnas, poſt num.* 2. *& num.* 9. *C. de nautic. fœnor.*

Quartò, ad id probandum adduco Alexand. *in conſil.* 86. *vol.* 4. qui ex *Jacob. de Aren. Cyn. Petr. de Anchar. Guidon. de Suzar. Imola*, & aliis fundat, quod ſtante ſtatuto in Civitate Bononiæ, ut nemini liceat emere, nec vendere ſal, niſi à Conductoribus Gabellarum, neque illud aliunde, quod tale ſtatutum, &
19 pœna * in eo contenta non comprehendit portantem, vel conducentem ſal per tranſitum per Civitatem Bononiæ, ſed tantummodò illos, qui ſal prædictam introducerent, ut illud in eadem Civitate venderent, ex eo, quia gabella ſolvi debet à Conductoribus tempore venditionis, non tempore declarationis pretii, ut ex Bald. *in rubr. C. de rer. permut.* notat Caroc. *deciſ.* 25. *n.* 6. ſive tempore traditionis, ut deciſum refert Larrea *dec.* 11. *n.* 51. *&* 52. & Joſeph. Ludov. *in ſuis concl. tit.* de Gabel. *concl. unica, verſ. infertur* 9. Dec. *conſ.* 552 *n.* 6. & ſic mens ſtatuentium eſt inſpicienda, quæ fuit, ut vinum non vendatur extra Magazens Regii Arrendamenti, abſque ſolutione Ga-
20 bellæ, & hac eadem ratione * fuit deciſum per Regiam Cameram, etiam facta relatione in Collaterali Conſilio, ut Bannum contra extrahentes monetas, non comprehendat eos, qui introduxerunt monetam exteram in Regno per tranſitum, & proinde eam extrahendo non incidunt in pœnam, quia ſta-
21 tutum * quantumcunque rigoroſum regulatur à cauſa, *Andr. de Iſern. in rubr. quæ ſint regal. col.* 2. *Jacob. de Aren. & Cynus in l. ſi quis poſt hac* per illum *text*, cum *gloſ. C. ædific. privat.* & deciſionem refert *Reverter. in dec.* & ſic etiam in caſu noſtro, cùm introducto non fuit facta cauſa fraudandi Gabellam, ceſſat commiſſum.

Quintò id etiam probatur ex traditis per *Affl. in Conſtit. Regn.* incip. *Magiſtros fundacorum, n.* 4. ubi
22 dicit * quod ſtante ſtatuto, quòd nullus emat frumentum in platea, niſi pro uſu, quòd ſi Scholaris emat à principio pro uſu, & poſteà mutavit propoſitum, & illud vendat, non incidit in pœnam, quia ſempèr attendi debet, quod principale propoſitum non fuit 23
fraudandi ſtatutum, vel Gabellam, quod etiam probat Bart. *in l. cætera §. ſed ſi paratum, ff. de legat.* 1.
Idemque dicendum erit, quando ducens * res ex pro- 24
priis prædiis, aut conducta pro uſu proprio, ſi mutet voluntatem, & vendat, quòd non incidat in commiſſum, quia voluntas vendendi ſuperveniens non nocet, ita ex *Firman. Marcabr. Roder. & Coler.* probat *Rodobaldus Parions in tract. de gabell. par.* 1. *n.* 300. & memor eſt de *Bart.* ſupra citato, alios cumulando pro convalidatione eorum concluſionis; ad idem *Franc. Perſonal. d. tr. n.* 104. Surd. *conſ.* 205. *n.* 16. *vol.* 2. *& conſ.* 41 *n.* 3 *&* 4. *vol.* 1. cum aliis citatis à *Joſeph. Ludovic. in ſuis conclu. tit. de gabell. conclu. unic. verſ. infertur* 16. Hinc infertur, quod non dicitur fruda- 25
re gabellam, niſi is, qui doloſè cauſa eam fraudandi rem immiſit, quia quando hoc fit per errorem, tenetur tantum ſolvere diricta duplicata, *l.* 2. *§. Divi et* 2. *ff. de public. & vectig. Bereachin. de Gabell. part.* 9. *princip. num.* 3. & quando profeſſio ex errore omittitur, tunc non tenetur ad aliud, niſi ad duplicatum dirictum, *Imola in l. commiſſa, in fine, & in d. l. fin. §. Divi, ff. de public. Rol. à Vall. d. conſ.* 42. *num.* 13. *lib.* 3.
ſicuti ubi quis profitetur velle ſolvere gabellam, ſed 26
tamen non fuit facta ſolutio, merces non cadunt in commiſſum, ſed duplicatur dirictum, *Joſeph. Ludov. ibid. verſ. infertur* 25. licèt hæc dupli ſolutio non cadat in caſu noſtro, cùm ſit omninò vinum introductum pro Regiis magazenis, & ſic nullo modo ſolvere debent dirictus, ſicuti gabella non debet ſolvi de rebus, quæ conducuntur ad Civitatem, ea intentione, ut in alia loca perferantur, Joſeph. Ludovic. *ubi ſupra, verſ. infertur* 35.

Et tandem conſideranda ſunt verba Banni, ubi quamvis pœna ſit indicta, etiam dupli pretii vini eis, qui introduxerunt, vel vendiderunt vinum, contra formam Banni, tamen circa exactionem pœnæ ſe explicat, *da eſiger ſi dette pene à riſpetto di quelli, che ſi venderanno in detti Caſali, e Borghi del territorio, e diſtretto di queſta Città dal compratore, & à riſpetto di quelli, che ſi venderanno per conſumarſi in Napoli, da eſiger ſi dall'introduttore*, ſic ad finem, ut locus ſit pœnæ exigendæ ab introductore, eſt neceſſe ut vina ſint vendita, illa conſumendi cauſa, quod eſt principale intentum Banni, ut vina introducuntur ad finem conſumendi in præjudicium gabellæ quod ceſſat in caſu noſtro.

De menſe Septembris 1630 *facta relatione per Dominum Regentem Rovitum in Collaterali Conſilio fuit proviſum, quod agatur civiliter, & vinum reſtituatur Fran-* 27
lo, præſtita cautione de ſolvendo judicatum, penes Salamonem Actuarium Arrendamenti vini ducati unius pro quolibet dolio.

OBSERVATIO IN CONSULT. XVIII.

ARGUMENTUM.

Cauſæ intercepti an ſint civiles, vel criminales, dum inter delicta connumeratur fraudati vectigalis crimen. Diſtinguitur, an agatur de commiſſis, & pœnis ob non ſequutam profeſſionem mercium, vel ad criminis vindictam, & ad pœnas corporales à Pragmaticis impoſitas. An abolitione, & indulto tollatur crimen, & quando contra hæredes agatur. Et licitum cum illicito an intercepti valeat.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Cauſa intercepei an ſint civiles, vel criminales?*
2 *Diſtinguitur, an agatur pro commiſſis mercibus ob nonprofeſſionem, vel ad publicam vindictam.*
3 *Inter delicta connumeratur crimen vectigalis fraudati.*
4 *In generali indulto an comprehendatur hoc delictum.*
5 *Fiſcus an acquirat dominium ipſo jure commiſſorum.*
6 *Mortuo delinquente an hæredes teneantur.*
7 *Licitum cum illicito an poſſit intercipi.*

1 CAuſæ intercepti an ſint civiles, vel criminales. Si fiſcus per ſuos exigit vectigal, tunc commiſſa, & pœnæ ob mercium omiſſam profeſſationem, & vectigalium non factam ſolutionem fiſco applicantur. Sed ſi aliis locavit, aut vendidit, conductoribus, & emptoribus debentur, *Roſenth. de feud. c. 5. de regal. concluſ. 4.*

2 Sed † *Conſ. Rocco de offic. rubr. pœna pecuniaria, §. 5. n. 109. & ſeq.* advertit hanc opinionem habere contradictorem, *Angel. in l. ſi quis id quod, ff. de jurijd. omn. Judic.* quem etiam refert *Boer. dec.* 280. *nu.* 6. præcedens opinio locum habet, quando civiliter agitur pro conſequutione rei, vel mercis commiſſæ, ſivè pretii illius, non quando criminaliter, ſeù quando ad criminis vindictam proceditur, & *Rocco* poſt alios ex *Reg. Moles*, dicit Regiam Càmeram ſemper judicaſſe cauſas intercepti eſſe civiles. Sed Regiam Junctam contrabannorum fiſco inſtante procedere criminaliter, & ad publicam vindictam contra inquiſitos, nedùm fraudati vectigalis, & illicitarum extractionum, contra quos ultra commiſſum proceditur ad pœnas corporales per Regias Pragmaticas impoſitas.

3 Inter delicta * connumeratur fraudati vectigalis crimen, quod eſt furtum, *l. fraudati, & l. commiſſa, ff. de public. & vectigal. l. 1. ff. de his, qui not. infam.*

Controverſia nunc occurrit, an commiſſum ipſum ſit pœna criminalis; dùm cauſæ, quæ à crimine deſcendunt, ſunt criminales, & commiſſum ipſum ſit pœna criminalis, eademque lege debetur, quia ipſum crimen punitur, *l. hodiè, ff. ad l. Cornel. de falſ.* Origo enim inſpicitur ſecundum *Iſern. in c. Imperialem, §. ſi quis infeudatus col. 1. de prohib. feud. alien.*

Hujus opinionis fuit anteſignanus *Accurſ. in l 3. ff. de ſepulchr. viol.* quem ſequuti ſunt *Bar. Alber. Salyc. & Cyn. in l. 1. C. eod.*

4 Undè * in generali abolitione criminum videtur contineri hoc crimen, ut pluries judicatum per Regiam Cameram in Collaterali Conſilio datis aliis Conſiliariis adjunctis teſtatur *Reg. Moles dec. 62 de pœn.* Et in pœnis bannorum frumenti, *Anna ſingul.* 284. *Maſtrill. de indult. c. 29. n.* 20. & poſt alios *Reg. de Marin. lib. 1. reſ.* 183.

5 Nec obſtat, * quod reſpectu rei commiſſæ, ſivè illius æſtimationis, hujus reſpectu dominium Fiſcus ipſo jure acquiſivit, *l. commiſſa, ff. de publ.*

Quia ſi delictum fraudati vectigalis abolitione ſublatum eſt, oportet, ut & culpa ſublata ſit. Etenim generalis abolitio culpam, & delictum aufert, *l. fin. C. de abolit.* maximè ſi ob publicam lætitiam adita fuerit, *l. unic. C. de publ. lætit. lib.* 12.

Certiùs, quia licèt dominium ipſo jure in Fiſcum tranſiverit abſque ſententia declaratoria, quod eſt in controverſia. Cæterùm verba indultus nedùm requirunt ſententiam declaratoriam, verùm etiam realem exactionem, vel exequutionem, cùm non poſſit dici ſequuta incorporatio, niſi poſſeſſione capta, *Amaya in l. 5. C. de bon. vacant. lib.* 10.

Ad cognoſcendum an cauſæ interceptorum, pro quibus corporales, & pecuniariæ pœnæ ſunt inflictæ ad fiſci commodum, ſemper ſint criminales, diſtinguenda videntur duo tempora ante vel poſt condemnationem, & ſententiam, ante condemnationem videtur abſolutum dicere, quod hæc judicia ſint civilia ex eo, quia ad rei perſequutionem tendunt, nam inſpecta origine non poſſit negari actionem fiſci venire ex maleficio, & contraventione legis punibili, & ſic videtur judicium omninò criminale juxtà doctrinam *Bart. in d. l. 3. ff. de ſepulchr. viol.* & origo ſemper ſit inſpicienda, ut dignoſcatur natura actionis, etiamſi competeret alia actio, ad *text. in l. ſi Procuratorem dedero, ff. mandat. Maſtrill. de indult. c. 19. Revert. dec. 91. de Marin. reſ.* 183. Qui dant pro indubitato, indultum comprehendere inquiſitos de talibus contrabannis, & ità pluries judicatum teſtantur, & in Regno ſervari. ad quod terminandum ſat eſſe deberet illa ſynodalis deciſio in Collaterali Conſilio, cum tot Adjunctis Regiis Miniſtris, ut referunt *de Marin. Maſtrill.* & alii.

Poſt condemnationem poſſet eſſe difficultas de jure, niſi in indulto eſſet remiſſa pœna. Nam condemnato Reo, dum pœna ipſo jure debetur, videtur poſſe fiſcum agere præſertim contra hæredes, vel tertios poſſeſſores ad rem, & bona civiliter, dum ſupponitur, vindicari incorporatam jam rem fiſco, quod non poteſt verificari ante condemnationem, ſed finito judicio criminali, per *text. in l. 3. §. item ſcribit, ff. de pecul.* ubi actio de peculio eſt contra patrem civilis pro delicto filij, & iſto caſu non attenditur origo, quia eſt contra tertium ex judicio finito contra delinquentem, per quod neceſſariò debat conſtare delictum filij, ut pater de peculio teneatur.

Confirmatur ex alia juris concluſione, † ete- 6
nim quando quæritur, an mortuo delinquente hæredes teneantur, & contra ipſos remaneat aliqua actio, adhibetur diſtinctio *text. in l fin. C. ſi reus, vel accuſ. & in l. 2. C. ſi pendent. appel.* Si principalis vivens fuerit condemnatus, vel non; Quia ſecundo caſu extincto delicto principali per mortem, vel per abolitionem, extincta quoque eſt omnis actio, quæ ante ſententiam eſt acceſſoria, & in conſequentiam delicti, *l. cum principali. ff. de regul. jur.* Et ſtatuto removente delictum, illudque reddere impunibile, omnemque actionem acceſſoriam pro illo ad pœnam ceſſare, *Farin. conſ. 27. num.* 26.

Primo caſu condemnato Reo, actio ad pœnam contra hæredes tranſit de per ſe, quia ſtat tamquam principalis condictione ex lege. Et *Amaya in l. fin. C. de jur. fiſc.* probat, ut ſcilicet jura, quatenùs contra hæredem dant vindicationem, ſupponant neceſſarium antecedens, adeſſe delictum, quod non poteſt verificari niſi per ſententiam, quæ facit delinquentem eſſe talem. Ut *Amaya n. 41. & 56.* Vel jura contraria intelligantur in Miniſtris, & Officialibus vectigal fraudantibus.

Licitum an intercipi valeat cum illicito, ſi poſ- 7
ſit fieri ſeparatio. Negandum videtur ex *text. in l. cotem ferro, §. dominus, ff. de public. & vectigal. Mauſon. de contraband. q.* 6. In pœnalibus non fit extenſio, *Ganaver. dec. 25. Reg. de Marin. in obſ. ad dec. 282. n. 3. Revert.* Sed diſtinguit *Conſ Roccus de offic. rubr an navis, §. 2. à n.* 11. inter res extrahi permiſſas ſolutis Regiis dirictibus, & res omninò extrahi prohibitas & ultra pœnam intercepti eſt ſtatuta alia pœna corporalis, & etiam amiſſionis navis, ut ex *pragm. 12. de extract. & 21. eod. tit. Rocc. in §. 3. per tot.*

ARGUMENTUM

ARGUMENTUM.

In parentum ſucceſſione in medietate bonorum, quæ obvenit proximioribus per Conſuetudinem Civitatis Neapolis, an ſit attendenda perſona mediata, an immediata, an verò origo bonorum, & quid de jure communi, ex diſpoſitione *text, in l. quod ſcitis. Cod. de bonis quæ liberis*, ubi attenditur linea, ex qua bona pervenerunt, & multa ad explicationem *text. in Conſuetudine Si quis, vel ſi qua*, & ad tradita per *Napodan. ibidem, n. 240. & 242*,

SUMMARIUM.

1 *Matris in ſucceſſione an inſpiciatur perſona in mediata, quâ ſcilicet mediante ei ſuccedìtur, an verò immediata, & n. 3. & per totam.*
2 Napod. in Conſuetud. Si quis, vel ſi qua in verb. materna, n. 240. verſ. ſed pone Titius *declaratur*, & num. ſeq.
3 *Frater utrinque conjunctus, qui ſucceſſerat alteri ſimiliter utrinque conjuncto in dotibus maternis, ſi moriatur, an illis quem habeat ſucceſſorem, fratrem conſanguineum, an verò proximiores ex parte matris*, juxta Conſuetud. Neapolit. *& num. 12. & 16. quid attento jure communi, num. 17.*
4 *Agnatis nunquam ſuccedìtur per unde cognati.*
5 *Agnatio, & cognatio, ſi in eadem perſona concurrant, ſolum jure agnationis ſuccedìtur.*
6 Napodan. in d. Conſuet. Si quis, vel ſi qua verb. materna, verſ ſed pone mater, nu. 242. *explicatur*, & n. ſeq. & Apoſtilla Piſanelli *diſpungitur.*
7 *Mater filio decedenti ſuccedit, cum alio filio ſuperſtite.*
8 *Origo bonorum an verò cauſa immediata, & quando inſpiciatur in ſuccedentibus, juxtà* Conſuetud. Neapol.
9 *Linea de filio in matre non continuatur, & quarè, n. 11.*
10 *Linea quotupliciter conſideretur, & an dicatur linea collateralis ex parte fratris.*
13 *Perſona ſi mutetur, mutatur conditio rerum.*
14 Vinc. de Franc. dec. 85. & 696. *declarantur, & num. 15.*
17 *Parentum in ſucceſſione filiorum, & deſcendentium linea, & bona, an, & quando diſtingui debeant, attento jure communi.*
18 *Bona per aditionem hæreditatis non dicuntur ampliùs defuncti, ſed hæredis, & quare, numero 19. & ſeq.*
20 *Nemo dicitur habere, niſi unicum patrimonium.*
21 *Licentia conceſſa à* Capitulo *limitata de diſponendo de bonis paternis, & maternis, non extenditur ad bona fratris, etiamſi illa habuerit à communi patre, & quare.*

Pro Carolo Serra Franciſci filio, contra Fratres de Citarella.

CONSULTATIO XIX.

MOrtuo Mutio Serra hærede inſtituto Carolo Serra ex Franciſco ejus fratre conſobrino nepote, prætendunt Philippus, & fratres de Citarella medietatem bonorum antiquorum eidem Mutio perventorum ex Magdalena Citarella matre, ipſorumque fratrum de Citarella ſorore utrinque conjuncta, vigore conſuetudinis hujus Fideliſſimæ Civitatis, Verùm quia prædicta Magdalena obiit, relicto nedum dicto Mutio ejus filio, verùm etiam Aloyſio per mortem cujus abſque deſcendentibus bona
omnia materna † pervenerunt ad Mutium. Ideò dubi- 1
tatur, an ad prædictos fratres de Citarella ſpectet medietas bonorum nedum recta via ex ſucceſſione matris Mutio perventorum, ſed etiam bonorum etiam mediante perſona Aloyſii obventorum, & ſic in ſucceſſione matris an inſpicietur perſona mediata, an verò immediata.

Et quidem * hæc quæſtio videtur decidi poſſe ex 2
dictis per *Napod. in Conſuet. Si quis, vel ſi qua, in ver-*
bo materna, nu. 240. verſ. ſed pone Titius, * qui format 3
quæſtionem in matre, quæ obiit, relictis tribus filiis, uno ex uno latere, duobus verò ex utroque latere conjunctis, mortuo deinde uno ex fratribus utrinque conjunctis ſucceſſit alius etiam in bonis eidem à matre communi perventis, deinde mortuo prædicto fratre abſque deſcendentibus, relicto fratre conſanguineo tantum, dubitatum fuit utrum proximiores ex parte matris debeant ſuccedere in bonis, & dotibus maternis prædictorum fratrum utrinque conjunctorum, an verò frater conſanguineus, ſtante quod bona per mutationem perſonæ fuerunt effecta fraterna, & ſic fuit mutata rerum conditio, & *Napod.* arguit primò pro proximioribus ex parte matris, ſecundò producit rationes, argumenta pro fratre conſanguineo, objectis reſpondendo, & quamvis ſubjungat, quod videtur aliquibus primum verius, tamen demum ſubdit hæc formalia verba, videlicèt.

Sed fortiter obſtant eis, quia quando fuit mortuus primus frater utrinque conjunctus ſucceſſit ei alter frater utrinque conjunctus unico jure, videlicèt tanquam conjunctus ex parte patris, vocatus ad totam ſucceſſionem per hanc conſuetudinem, non autem duplici jure, videlicèt in bonis maternis uti proximior ex parte matris, & in paternis uti
*proximior * ex parte patris, quia numquam agnatis ſucce-* 4
ditur per unde cognati, ut principio dixi, & ſic cùm in eadem perſona concurrant agnatio, † & cognatio, ſolum jure
agnationis ſuccedìtur, & ſic uti proximior ex parte patris, 5
tota prædicta fraterna ſucceſſio cenſetur obvenisſe fratri utrinque conjuncto, jure proximitatis ex parte patris.

Et ſic abſque dubio *Napod.* reſidet in hac ultima opinione.

Dubium tamen † inſurgit ex *Apoſtillo Piſanelli in* 6
eadem conſuetudine, verſ. ſed pone mater num 242. in quo loco *Napodanus* ponit aliam quæſtionem in matre, quæ habeat duos filios, quorum uno decedente ſucceſſit mater, una cum alio fratre ipſius ſu-
perſtite, juxta diſpoſitionem *text. in auth.* * *defuncto,* 7
C. ad Sen. Conſult. Tertull. mortua poſtea matre omnia bona ad filium ſuperſtitem pervenerunt, quo demum mortuo dubitatum fuit, in bonis ultimo morienti perventis ab altero fratre, non recta via ſed mediante perſona matris, an ſuccedant proximiores ex parte matris, tanquam cauſa proxima, ex qua pervenerunt in filium, an verò proximiores ex
parte patris, attenta origine bonorum, unde bona 8
obvenerunt, & concludit, quod non attenditur origo, ſed cauſa immediata, quæ fuit mater, à qua in filium ultimum morientem pervenerunt, & ſic quod in illis bonis ſuccedant proximiores ex parte matris in qua *gl. Napod.* notat *Piſanell.* quòd iſta deciſio videtur contraria deciſioni *gloſ.* ejuſdem *Napod. in verſ. ſed pone Titius, num. 240.* quaſi quod *ibidem Napodanus* fuiſſet in opinione, quod in dicto primo caſu attendi debet origo, quod colligit forſan ex illis verbis, *Sed forte aliquibus videtur primum verius*. & ſic ne prædicta *ſecunda gloſſa Napodan. in d. verſ. ſed pone mater* videretur contraria prædictæ *primæ gloſ. in verſ. ſed pone Titius*, fuerunt aliqui in opinione,

ne, quod iſta ſecunda non eſſet *gl. Napod.* qui in aliquibus Codicibus non reperitur, ut refert idem *Piſanell.* qui dicit, quod ut plurimùm in libris antiquis non repetitur, verùm quia verè, & realiter eſt *gloſ. Napod.* nam erat in libro *Matthæi de Afflict.* & ipſe teſtatur eam vidiſſe in libro in pergameno q. Petri de Oliverio, ideò ad contrarietatem conciliandam diſtinguit, quod in primo caſu non inſpicitur origo, quia non fuit mutata linea, ex eo, quòd fuit à matre continuata in filium, & ſic mutatione perſonæ non
9 fuit mutata linea, † In ſecundo verò caſu *in verbo ſed pone mater* fuit mutata linea, quia de filio in matrem linea non continuatur, vel in primo caſu inſpicitur perſona, & linea, in ſecundo verò caſu perſona tantùm.

Sed quamvis magna ſit authoritas *Piſanelli*, tamen contrarium communi omnium ſchola fuit affirmatum, & rerum judicatarum authoritate roboratum, quòd etiam in primo caſu mutata perſona, rerum conditio cenſetur mutata, & per conſequens non attendi debere originem, ſed cauſam immediatam ſucceſſionis, nec *Napod.* aliter ſenſiſſe, ſed in prædicta opinione, quam defendimus, reſediſſe, apertè demonſtrabimus.

Siquidem nec *Piſanellus* in hac opinione firmè
10 reſidet, ſed dubitavè, cùm dicat, *cogita benè, quia etiam ex parte fratris dicitur linea collateralis*, ut hic *in verbo linea, n. 237.* quo in loco tradit *Napod.* triplicitet lineam conſiderari, hoc eſt, aſcendentium, deſcendentium, collateralium quaſi velit dicere, quod ſicut in caſu, in quo mater filio ſuccedit, non
11 continuatur linea, quia de linea * deſcendenti mutatur in lineam aſcendentem, ita etiam quando frater fratri mortuo ſuccedit, etiam in bonis à communi matre perventis, quia linea deſcendens à matre, quamvis in filium continuetur, attamen quando deinde frater ſuccedit, non continuatur linea deſcendens, ſed mutatur in lineam collateralem, & ſic etiam ſecundùm diſtinctionem à *Piſanello* traditam in hoc caſu eſſet mutata perſona, & linea.
12 Sed quamvis *Piſanellus* in contraria opinione reſideat, attamen contra eum, quod in caſu quando frater fratri ſuccedit in bonis à communi matre perventis, quod in dictis bonis ſuccedant proximiores ex parte patris, & non matris, nam attenditur cauſa immediata, & non origo, ſtante mutatione perſonæ, tenent *Marin. Freccia in apoſtill. ad d. Conſuet. fol.* 144. *vide Napod.* ubi affirmat, quod licèt aliqui voluerint, quod dicta verba *Napod.* ſint ſuperflua, tamen debet eis ſtari, & quod ſecundùm dictam ultimam opinionem *Napod.* fuit judicatum in S. C. in cauſa illorum de Puderico cum Sac. Hoſpitali A. G. P. & Sillenia Minutula, & Cæſare ejus patre ex altera.

Hoc idem tenuit *Stephan. de Gaeta in apoſtil.* incipiente *Si ergo Titius*, qui format quæſtionem, quando Titius, & Marinus ſucceſſerunt matri in dotibus æqualiter, & poſteà Titius ſucceſſit Martino, ſi moritur, Titius ab inteſtato, proximiores ex parte matris ſuccedunt in medietate, in qua ipſe Titius matri ſucceſſerat, ſed in alia medietate, in qua ſucceſſerat Martinus, & poſtea ipſe Titius Martino tanquam in bonis fraternis ſuccedent proximiores ex parte patris, & ſi Titius teſtetur, tenetur relinquere medietatem medietatis ſuæ proximioribus ex parte matris, & medietatem medietatis Martini proximioribus ex parte patris, ſic intelligendo *glo. Napod. in dicto verbo materna*, & hanc opinionem *Stephani de Gaeta* refert & ſequitur *Ant. Capyc. in apoſtill. in eodem loco, verſ. iſta apoſtilla*, ubi dicit quod *apoſtilla Stephani* fuit reperta in libro Antonii de Januario Viceprotonotarii, & ſecundùm dictam *apoſtillam* fuit judicatum per S. C. in cauſa prædictorum de Puderico, quæ eſt eadem ſententia cum illa relata à *Marino Freccia*, & idem per eadem ferè verba apparet ex alia *apoſtilla Stephani de Gaeta, & Antonii Capyc. in d. Conſuet. Si quis, vel ſi qua, n.* 122. *fol.* 111. *& Stephanus* ad hanc opinionem probandam adducit *tex. in l.* 1. *§. veteres, ff. de acquir. poſſ.* ubi probatur, * quod mutata perſona mutatur conditio re- 13
rum, & affert etiam *gloſ. Napod.* tàm *in d. verſ. ſed pone Titius*, quàm *in verſ. ſed pone mater*, quaſi quod eadem ratio mutationis perſonæ ſit tàm in uno quàm in alio caſu.

Et cum iſta opinione *Frecc. Stephan. de Gaet. & Capyc.* pertranſit *Molfeſ. ad Conſuet. Neap. in tit. de bonis, par.* 2. *q.* 23. *n.* 7. *& par.* 4. *de ſucc. ab inteſt. q.* 29. *n.* 4. & pleniùs *conſ.* 50. 2. *vol. n.* 39. & *Præſ. de Franch. in dec.* 696. qui latè articulum diſcutit, licèt caſus non
fuerit deciſus, in hanc opinionem inclinat, * & licèt 14
in dec. 25. videatur pertranſire cum opinione *Piſanel.* attamen *in fine deciſ.* ſe remittit ad ea, quæ dixit *Stephan. de Gaet.* qui contra *Piſanellum* tenuit, & deciſum refert.

† Nec pars poterit pro ſua opinione aliquam deci- 15
ſionem ponderare, cavendum eſt enim in hoc à *Franch. in dictis dec.* 25. *&* 696. *n.* 1 dum dicit *Piſanellum* referre, pro ſua opinione ſic judicatum ex relatione Colutii Coppulæ, Gaſparis de Leo, ſiquidem deciſio relata per *Piſanel.* fuit in caſu relato à *gloſ. in verbo ſed pone mater*, ubi tractatur caſus, quando mater ſuccedit filio, quod apertè patet, quia in *principio apoſtilla* recitat, quod ut plurimùm, in libris antiquis non reperitur iſta *Napod. gloſ.* deinde dicit, *ego tamen vidi correctam iſtam gloſ. ab iſto verſ. uſque ibi, quid de tutela, in princ. ſeq. n.* 243. *per D. Ant. Capyc. & in libro Antonii de Alexandro deficit iſta gloſſa, tamen Dominus Colutius Coppula primarius Advocatus in Civitate Neap. ſcripſit, quod ſecundum hanc gloſſam fuit judicatum*, & dicit etiam, quod Gaſpar de Leo idem ſcripſit, & ante hanc *glo.* affirmavit, deciſio autem relata in caſu prædicto fuit in cauſa illorum de Avitabulo, ut per Affl. *in dec.* 127. ubi Uoſill. & idem Affl. de hac deciſione meminit *apoſtilla fol.* 145. & ſeipſum allegat *in d. dec.* 127. & ſecundùm prædictam *apoſtillam* fuit iterum accedente omnium voto judicatum, ut per Franchis *in d. dec.* 25. & ſic *Piſanell.* refert deciſionem ſupra relatam ad ſuum modum, quod *gloſ.* prædicta ſit revera *Napodani* dum illa reperitur in libris antiquis, & ſecundum illam fuit ju-
dicatum; in caſu autem, † quod frater fratri ſucceſſit 16
in bonis communis matris, id eſt, deciſio, ſecundùm opinionem, quam defendimus, relata per *Frecciam, & Capycium in locis* ſupra allegatis, nec unquam aliter apparet judicatum.

Quæ quidem † corroborantur etiam attenta diſpo- 17
ſitione juris communis, ſecundum quod ex opinione *Bart. in l. quod ſcitis, C. de bonis, quæ liber, & in l. poſt dotem, n.* 36. *ff. ſolut. matr. & conſ.* 18. *n.* 4. *lib.* 1. datur diſtinctio lineæ, à qua bona pervenerunt in ſucceſſione filiorum, & aliorum deſcendentium, pater enim, vel avus ſuccedit in bonis perventis ex linea paterna, mater verò in bonis perventis ex linea materna, licèt contrarium ſenſerit *Bald. in authent. defuncto, C. ad Tertull.* quod parentes ad ſucceſſionem filiorum veniant, nulla habita diſtinctione bonorum, de cujus opinionis veritate non eſt noſtrum hodiè diſſerere, videndi ſunt tamen *Theſa. deciſ.* 27. *Gamma dec.* 9. *Fab. de Anna conſ.* 1. *Gabriel. commun. concluſ.* 3. *tit. de ſucceſſion. ab inteſtat. Pater Ludovic. Molina tract.* 2. *de juſtit. & jure, diſput.* 163. *Valent. Forſter. de ſucceſſ. lib.* 7. *cap.* 4. *concluſ.* 4. *n.* 12. *Barboſ. in l. poſt dotem, n.* 66. *ff. ſoluto matrim. Grat. diſcept. forenſ. lib.* 5. *cap.* 971. *Matienz. in comment. l.* 5. *tit.* 8. *gloſ.* 3. *n.* 17. Gomez *in l.* 6. *Tauri, nu.* 8. *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 24. *n.* 58. *Spino in Specul. teſta. gloſ.* 1. *princ. n.* 32. *Joan. Rojas in epitome ſucceſſ. c.* 29.

n. 38

n. 38. *& Doctor. Mart. de ſucceſſ. legal. part.* 2. *qu.* 1. *artic.* 1. qui alios allegat.

Sed quicquid ſit etiam, qui *Bart.* opinionem ſequuntur, adhuc reſtringunt, quando ſucceſſio immediatè defertur ipſis aſcendentibus, ſecus verò quando ſuccedit mater, & ea mortua de ejus ſucceſſione tractatur, quia io bonia omnibus ſuccedere debet is, qui ipſi matri ſuccedit, attendendo caoſam proximam, & immediatam, non autem lineam, unde bona obvenerunt, ot per *Paul. de Caſtr. in d. l. quod ſcitis,*
18 *§.* 1. *n.* 2. & hoc ea ratione, quia per aditionem matris non dicuntur amplius bona filii, * ſed ipſius matris, argumento *text. in l. ſed ſi plures, §. filio, ff. de vulgar. & pupill. Alex. in l.* 1. *§. veteres, num.* 8. *ff. de acquir. poſſeſſ.* & hanc *Caſtrenſ.* opinionem ſequuntur *Palac. Rubeus de donat. inter vir. & uxor. §.* 29. *n.* 10.
19 ea ratione, quia † poſtquam ad alium pervenerunt, exuerunt primam naturam, & nomen, adeò quod amplius nec ſint, nec dici poſſint ſaltem peoprie bona illius, à quo proceſſeerunt, ſed transfuſa, & conſolidata inter alia bona illius, qui ſuccedit, ex quibus, & aliis diverſia bonorum ſpeciebus, undecunque quæſitis unum inde conſlatum reſultavit patrimonium & una hæreditas, ot in puncto tenuit *Grat. diſcept. forenſ. lib.* 5. *c.* 971. *numero* 15. *& numero* 26. qui dicit, quod ſecundùm hanc opinionem fuit bis judicatum per Roram Romanam, quia cùm bona ſint patrimonio alicujua incorporata, ſeparatio ampliùs, & diviſio fieri non poteſt, niſi in caſi-
20 bus in jure expreſſis, * cùm nemo dicatur habere niſi unicum patrimonium, *l. juriſperitos, §.* 1. *ff. de excuſ. tutor.*

Hue etiam probat *Alexand. in conſ.* 198. *lib.* 6. *numero* 8. ubi in caſu, quo bona pervenerunt ab avia patri, & deinde à patre in filium, dicuntur obveniſſe filio à patre, non ab avia paterna, cujus pater fuerat hæres, nam per aditionem hæreditatis factam à patre deſierunt eſſe ampliùs bona aviæ, ſed ipſius patris, *d. l. ſi plures, §. filio ff. de vulgar. & pupill. l.* 1. *§. veteres, cum gl. ff. de acquir. haered. Bald. conſ.* 49. *lib.* 2. *Curt. ſen. conſ.* 14. *Dec. conſ.* 551. *&* 581. *Bertrand. conſ.* 127. plenè per *Seſſe dec. Arag.* 52. *numero* 18. *Portoles de Conſortib. c.* 4. *numero* 8. Fontan. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gl.* 24. *numero* 65. *Surd. dec.* 144. *ſub numero* 14. qui loquitur in licentia conceſſa à *Capitulo* li-
21 mitata * de diſponendo de bonis paternis, & maternis, nam non extenditur ad bona fratris, etiam ſi illa habuerit à communi patre, ea ratione, quia per aditionem deſinunt eſſe paterna, & noviſſimè hanc opinionem optimè fundat *Doct. Marta de ſucceſſ. legal. par.* 2. *qu.* 1. *art.* 1. *numero* 14. conciliando opinionem *Bart. & Paul. de Caſtr. Gamm. in dec.* 9. contrarium ſentienti reſpondendo, quem rogo videri. Ex quibus tam de jure conſuetudinario, quam de jure communi remanet fundatum, quod cùm in ſucceſſione debeat attendi cauſa immediata, & non origo, poſtquam dotes Magdalenæ Citarellæ pervenerunt in Aloyſium filium, non poſſunt dici amplius bona materna, ſed Aloyſii, cui ſine liberis decedenti cùm ſucceſſiſſet quondam Mutius, potuit de prædictis bonis à fratre perventis ad libitum diſponere ad beneficium agnati proximioris, nulla habita ratione proximiorum ex parte matris, qui aliud prætendere non poſſunt, niſi medietatem illius portionis, quæ à matre immediatè ad ipſum Mutium pervenerunt, & hodiè adſunt.

Reſolutionem hujus cauſa habebis in ſequenti Conſultatione.

OBSERVATIO IN CONSULT. XIX.

ARGUMENTUM.

An detur linea obliqua, ut per obliquationem mutentur bona juxtà *Conſuet. Neap. ſi quis, vel ſi qua.* Diſtinguitur jus Canonicum à civili? Expenduntur *Conſ. Provenzal. Reg. Latr. Præſ. de Franc.* & alii. Si quis decedeos habeat fratrem utrinque conjunctum uterinum, & conſanguineum, qualiter fiat ſucceſſio, & ſuccedat uterinus, & non conſanguineus. An attendatur potiùs cauſa immediata, quàm origo bonorum. An detur linea effectiva matris. Proximior ex parte patris, an ſit nepos Avi materni.

SUMMARIUM.

1 *An detur linea obliqua, vel obliquetur linea?*
2 *Diſtinguitur jus civile à Canonico.*
3 *Bona an mutentur ex mutatione linea.* Conſ. Provenzal. *expenditur.*
4 *Mater ſi ſuccedat filio, & è contrà, an mutetur linea.*
5 *Origo an attendatur, vel cauſa immediata.*
6 *Quid ſi mutentur perſona, & non linea.*
7 *Si quis habens fratrem uterinum, & conſanguineum decedat, qualiter fiat ſucceſſio.*
8 *Diſtinguitur mutatio ab inflexione linea.*
9 *An detur linea effectiva matris.*
10 *Proximior ex parte patris an ſit nepos Avi materni.*

De obliquatione lineæ, & mutatione bono- 1
rum modo cùm agatur. Præmittenda eſt differentia inter jus Canonicum, & civile. Uerum inſpecto jure Canonico detur linea obliqua?

Tenendum videtor, inſpecto jure Canonico ſolom dari lineam rectam. Quia computatio juris Canonici fit per ſaltua, non per gradus. Fratres enim ſunt in primo gradu. Fratres patrueles in ſecundo. Ideòque inſpicitur una linea, quæ eſt recta, ſivè ſurſum, ſivè deorſum ex una ſcala, & duæ lineæ deſcendentes ſunt una tranſverſalis, & hæc recta abſque multiplicatione graduum, & ſcalarum, & ſolum attenditur in linea inæquali gradus remotior à ſtipite, & quoto gradu remotior diſtat à ſtipite, eodem diſtant ipſi tranſverſales inter ſe. Undè jus Canonicum dat ſolummodò lineam rectam, *Anton. de Roſell. de ſucceſſ. ab inteſt. nu.* 42. *& ſeq.*

Difficultaa eſt attento jure civili. * Et *Salon de Pace* 2
conſ. 26. *n.* 41. tradit lineam rectam etiam in tranſverſali verificari, & idem *Anton. de Roſell. n.* 41. *in medio*, ità loquitur: *Et ideò ego credo, quod licèt dici debet quantum ad iſtam arborem aliqua recta ſurſum, alia recta deorſum, aliqua recta per tranſverſum.*

Jure autem civili verius eſt, lineam tranſverſalem eſſe obliqoam, & inflexam, quia duo fratres de jure Canonico licèt ſint in primo gradu. Secùs eſt de jure civili, cùm ſint in ſecundo, & patrueles in quarto, & ſic gradatim multiplicantur gradus deſcendendo. Ratio eſt, quia frater carnalis non jungitur per ipſum, ſed per medium patria alteri fratri. Similiter fratres patrueles non junguntur per ſe ipſos. ſed per avum, ut latè dixi in *lib.* 2. *de linea legal. artic.* 1.

Inveſtigatur

3 Inveſtigatur nunc, * quando mutetur linea, an per obliquationem, vel ex mutatione perſonæ mutentur bona. Et *Conſ. Provenzal. in Cõſuet. Neap. ſi quis vel ſi qua obſ.* 21. *n.* 5. diſtinguit, quod aut agitur de bonis patris, & tunc ſi eſſent decem filii, mortuis poſtea uno poſt alium, remanente ultimo, & bona per decem mutationes in eum devenirent numquam mutatur linea, nam omnes filii ſunt de linea patris, & non uniuſcunque fratris morientis, & ſic continuetur linea penès ultimum. Aut deceſſit mater, & agitur de bonis maternis inter filios, qui ſunt diverſæ familiæ à matre. Et rurſus ſubdiſtingnendum eſt. Quod vel agitur reſpectu unius, vel plurium filiorum, qui immediatè ſucceſſerunt matri, & non mutetur linea, nam remanent bona materna, verum eſt enim, vel omnes ſucceſſiſſe matri. Sed ſi poſteà portio unius ex filiis perveniret ad alium fratrem, tunc per binas mutationes. Prima de matre in filium. Secunda inter ipſos diverſæ familiæ à matre mutaretur linea, ex *Napod. in Conſuet. ſi quis, vel ſi qua in verſ. ſed pone Caſus in 2. caſu.* Et *Provenzal.* refellit *Praſ. de Franch. in dec.* 696. tenentem, mutari perſonam, & non lineam, in caſu, quo bona pervenerunt à matre ad filios, & poſtea de uno in alterum in portione obventa à fratre fratri. Mutationẽ lineæ probet *Provenzal.* quia mutatur linea aſcendens ad collateralẽ.

4 Conveniunt adducta per * *Reg. Latr. in hac conſult.* 29. *n.* 12. ubi quod mutetur linea, ſi mater ſuccedat filio, et è contra, ſi linea deſcendens mutetur in collateralem. Et quod ſi decedat mater, eique ſuccedant duo filii, ſi unus deinde moriatur, & ipſi frater ſuccedat, tandem ſi decedat hic frater, in dotibus, & bonis maternis, ſuccedant proximiores ex parte patris, & non matris, ita ait deciſum in cauſa illorum *de Puderico*.

5 Alium caſum formant * *Piſanell & Napod. n.* 242. in matre, quæ habebat duos filios, quorum unus deceſſit, & ſucceſſit mater eum filio, matre defuncta devenerunt bona fratris præmortui ad ipſum fratrem ſuperſtitem. Iſto demum decedente, dubitatum fuit, utrum in bonis ultimo morienti ab altero fratre perventis mediante perſona matris ſuccedant, proximiores matris, vel proximiores ex parte patris attenta origine bonorum? Et concludunt pro proximioribus matris, quia non fuerit mutata linea matris, ſed continuata in filios, & caſum refert *Reg. Latr. num.* 8.

6 An ſufficiat, * ut linea duret, quamvis mutentur perſonæ? Dicendum videtur, non mutari bona, licèt linea mutetur ex verbis *Conſuetudinis ſi quis, vel ſi qua, etc. de ſucceſſ. ab inteſtat. in verſ. præterquam in bonis, quæ obvenerunt eidem defuncto à matre*, hucuſque loquitur Conſuetudo de cauſa proxime, & immediata obventionis, ſequitur *text. Vel aliquo ex linea materna*, ex verbis illis: *Vel aliquo ex linea.* Ergò quicunque de linea materna efficit, ut deferatur ſucceſſio ad proximiores ex parte matris. In linea autem extant perſonæ immediatæ, & mediatæ. Ergò ſat eſt, quod linea duret. Ergò mater tantum facit, ut tranſmittantur bona ad proximiores ex ejus parte ex perſona filii, ad quem obvenerunt, & de cujus ſucceſſione tunc agitur.

7 Similis eſt quæſtio. * Si quis habens fratrem uterinum tantùm, & alium conſanguineum tantùm, & alium utrinque conjunctum deceſſit utrinque conjunctus. Quæritur, quis ſuccedat? Et *Napod.* inquit: *Reſpondeo, quod uterinus veniet ad bona materna, & alia ex linea materna obvenientia cum utrinque conjuncto, quia certum eſt ambos fuiſſe conjunctos defuncto ex linea etiam materna, & ſufficit lineam durare, ut modo dixi.* Et mortuo fratre utrinque conjuncto, bona materna, de cujus ſucceſſione agitur, devenient ad fratrem uterinum, & utrinque conjunctum excluſo conſanguineo, ut *Napod.* nem ſufficit lineam durare, & uterinus cum utrinque conjuncto ſunt conjuncti ex linea matris, *Napodan.* in hac perſiſtit opinione, ſcilicet, quæ.itatem maternam non mutari ſi filius, de cujus ſucceſſione agitur, habebat bona materna, in quibus ſucceſſerat alteri fratri, ita *Montan. centr.* 2. *n.* 33.

Arguitur in contrarium. Quia ſi frater utrinque conjunctus ſuccedit alteri fratri, tunc ille ſuccedit unico jure agnationis, & non jure cognationis, *§.* 2. *Inſtit. de cognat. ſucceſſ.* At *Montan. numero* 33. reſpondet, quod ſi verum eſſet objectum, utrinque conjunctus non excluderet conſanguineum de jure communi.

Ex his colligitur, an vera ſit concluſio *Reg. Latr.* volentis attendendam eſſe cauſam immediatam, & non originem, quamvis non mutetur linea ex *Alex. conſ.* 198. *lib.* 6. ubi in caſu, quo bona pervenerunt ab avia patri, & deinde à patre in filium, dicta bona non dicentur deveniſſe nepotibus ab avia, ſed à patre, & per aditionem fuiſſe facta paterna, *Seſſe dec. Arag.* 52. *num.* 18. *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 24. *n.* 65.

Ex mutatione lineæ de recta in obliquam, * juxte ſenſum veritatis, non video mutari bona. Quia ſi à patre bona pervenerunt ad filios, & deinde ab uno fratre ad alterum, & ſic gradatim, non mutantur bona patris, licèt mutetur linea recta in obliquam etiam per decem mutationes. Ita ſimiliter. 8

Dubitabile redditur aſſertum *Reg. Latr.* mutationis lineæ, quoties bona obveniant ad aſcendentem, & deinde ab aſcendente in deſcendentem, & ſic mutetur linea recta ſurſum, & deorſum, ſeu de linea aſcendente ad deſcendentem. Quia recta illa duplex eſt, una, & eadem re ipſa, dum eodem gradu aſcenditur, & deſcenditur eum ſcala, & diſtinguitur tantùm ratione, ut *Oliver. Textor. in tract. tit. de grad. cognat.* 99. *num.* 7.

Differentia itaque adhibenda eſt inter obliquationem lineæ, & mutationem. Quia bona matris ſi ab ea deveniant in filium, & deinde à filio in nepotem, & pronepotem ſucceſſivè, qui ſint de eadem familia, nulla inflectitur linea, & mutantur bona, & bona nepotis, & pronepotis ſpectabunt ad proximiores ex parte patris, qui non deſcendunt ab Avia, vel Proavia origine bonorum non attenta, ita *Alex. conſ.* 198. *lib.* 6 *n.* 8. ubi quod ſi bona obveniant ab avia patri, & deinde à patre in filium, & reſpectivè in nepota aviæ, in iſto caſu non dicuntur obveniſſe bona, non ab avia paterna, cujus filius fuerat hæres, *Reg. Latr. ubi ſup. num.* 20. Sufficitque hoc caſu bina mutatio manuum, nec altiùs debet aſcendi, neque in infinitum adverſus ſubſtantiam lineæ, quæ habet duo puncta fixa certa in fixo loco. Secus eſſet circulus, ita pulchrè *Papon lib.* 21. *arreſt. tit.* 2. *arreſt.* 21. *Melſeſius conſ.* 50. *lib.* 2. *n.* 36. ubi egregiè.

In ſimili ſi bona de patre vadant ad filiam, & deinde ad nepotem, linea avi continuari videtur, attamen mutantur bona, & ſuccedunt proximiores matris, & ipſi ſuccedere aviam maternam in bonis ab avo obventis, qui avus erat maritus aviæ, quæ non erat de linea mariti, & principium ſolum affinitatis, ut probat latè *Rovitus conſ.* 200. quem extollit *Fontanella deciſ.* 56.

Ratio à priori eſt. Quia in dicto poſtremo caſu, quo bona tranſeunt de patre in filiam, & de filia in neptem, quamvis non obliquetur linea, nihilominùs mutatur ſpecies lineæ, illa enim prima linea patris, quæ erat paterna, poſtmodum reſpectu neptis ex filia, ab hac filia incipit materna, quæ eſt diſtincta ſpecies à paterna.

Vice verſa, quando bona à matre tranſeunt ad filium, & gradatim ad nepotem, & pronepotem, a

linea, quæ in matre reſpectu filij erat materna, exinde efficitur paterna, tranſeundo bona ad nepotem, & pertinebunt bona ad proximiorem ex perte patrie. Quando aotem obliquatur linea, ſcilicèt ſi bona tranſeant à patre in filios, & de uno filio ad alium, non motarue ſpecies illa lineæ paternæ in maternam, ſed tantùm de recta evadit tranſverſelia, & ſuccedere conjunctoa ex parte patris, tradit *Provenzal. ubi ſup.* & probat, & judicatum refert *Cancer. p. 3. var. c. 21. à n. 173.*

Napod. in d. verſ. ſed forte Caius, nūm. 240. ſeptem argomentis probat, qoalitatem bonorum maternotum non eſſe mutatam ex ſola mutatione perſonæ, & lineam matris durare cum otrinque conjuncto, cui bona matris obvenerunt ab alio otrinque conjuncto, quia certum ſit amboa fuiſſe defuncto conjunctos ex linea materna. Itaque ſive eb ono fratre utrinque conjuncto perveniant bona ad alium fratrem otrinque conjunctum, de cujus ſucceſſione agitur, ſive pervenerint per duos, vel plures fratres utrinque conjunctoe ſucceſſivè per alterum alteri, dùm via conſiſtit in linea materna, quæ durat in omnibus.

In caſu contrario ſi moritur filioa, & ſucceſſivè mater, penès matrem bona non retinent qualitatem bonorum peternorum, non quia meter non ſit de linea filij, ut ex *Napod. num. 242. & Praeſ. de Franch. dec. 25.* ſcribit *Montan. contr. 1. num. 34. propè finem.* Sed quia linea patris, à quo obvenerunt bona primo loco ad filium, & deinde à filio ad metrem, non conſervatur, nec durat in perſona matria ultimo loco defunctæ, quia mater non eſt de linea viri, qui fuit pater ſui filij, *gloſ. in d. Conſuet. verb. bona materna num. 242. & Piſanell.* ubi judicatum in S. C. refert, addo *Montan. d. num. 35. & de Franch. dec. 696.* & quæ ibi annotavi.

In *Conſuetud. Si quis, vel ſi qua*, mandet, ut quod ſi aliquis moritur ab inteſtato nollia relictis liberis; tunc proximiorea ex parte patria ſuccedunt in bonia omnibua ipſius defuncti, præterquam in bonis ipſi defuncto obventia à matre, vel ab aliquo ex linea materna, in quibus bonis ſuccedant proximiores ex parte matris. Undè hæc Conſuetudo vult conſervari bona ex illo latere, ſeu linea, à qua exierunt, qui modua ſuccedendi in Germanie, & plutibus Europæ partibus viget, ut *Diaz de Mena in add. ad Gamm. dec. 9.*

Differt hic mos à jure communi Romanorum, quo attento non datur diſtinctio bonorum, ſed proximior admittitur ed omnia booa tam peterne, quàm materna. Sed hic mos Conſuetudinarius ſegregavit bona paterna à maternis, & diſtraxit perſonas unius lateris à perſonis alteriua, ut conjuncti à latere paterno ſuccedant in omnibus bonis defuncti, præterquam in bonia defuncto obventia à matre, vel ab aliquo ex linea materna, *Napod. in d. Conſuet. num. 150.*

Proinde Conſuetudo non vocat proximiores morientis, ſed proximiorea lineæ, quos vocavit *Napod. nu. 164.* ibi: *Nam proximiores dicuntur, qui ſunt de eadem linea, qua ſuit defunctus, & dicuntur proximiores reſpectu aliarum linearum.*

Et linea dupliciter ſumitur. Primo modo effective. Secundo modo contentive, vel comprehenſive, ſive ſubjective. Si effectivè illa eſt linea peterna, quam peter efficit, & hoc modo accepta, non erunt de linea paterna, niſi illi, qui à patre deſcendunt per lineam rectam, *Reg. Rovit. conſ. 16. n. 14. lib. 1.* Si contentive, illa eſt paterna, in qua pater continetur, & hoc modo accepta comprehendit aſcendentea patria, tranſverſeles patris, & omnes ab eodem ſtipite deſcendentes, à quo deſcendit pater, & qui attingunt lineam patris, *Aflita conſ. 132. lib. 2. Paſchal. de patr. pot. p. 4. c. 9. n. 72.*

Linea quamvis accipi debeat effective, id intelligitur, quendo eſſe poteſt locus effective, *Reg. de Marin. lib. 2. reſ. 132.*

Undè qoando maritus defunctua ſine liberis, qui ſunt de linea recta, non poteſt capi linea effectivè; Conſequenter eſt neceſſe, ot capiatur contentiva,

9 Æquivocatio eſt in aſſerto,* qood linea materna numquam poſſit capi effective, ex *Ruin. conſ. 98. nu. 2. lib. 1.* & quod fœmina non poſſit eſſe cauſa efficiens lineæ, cùm filij, & deſcendentes ab ea ſequantur patria, & non matris familiem, *§. 1. in fin. Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ. Curt. jun. conſ. 5. n. 24. & 25.* Hinc ad mentem Conſuetudinia proximiores ex parte patris non ſolum erunt agneti, qui derivantur ex maſculis, ſed etiam erunt cognati, qui derivantur ex fœminia, dummodò fœminæ, ex quibus iſti cognati derivantur, ſint agnatæ, *Napod. n. 168.* ibi: *Nam ex parte patris poſſunt eſſe agnati, & cognati, ut ſunt deſcendentes ex amita, qua ſuit ſoror patris, item deſcendentes ex ſorore patruelis defuncti, qui omnes ſunt proximiores ex parte patris & tamen ſunt cognati, quia per fœminam conjunguntur.* Et ſic conſuetudo non loquatur de proximitate illa ex parte patria, quæ importat agnationem, ſed loquitur de proximitate generica, nempe de quacumque conjunctione ex latere patris, ſive per maſculum, ſive per fœminam egnatam, ot ſcribit *de Roſa in d. Conſuet. num. 366.*

Fallacia ineſſe videtur in aſſertu. Quia ſi mulier habena bona ex linea matris, & fratrem conſanguineum moriatur inteſtata, tunc in bonia non ſuccedet ei frater conſanguineus, ſed ſuccedont remotiores ex linea matris, nam prærogativa bonorum eſt magia attendenda, quàm prærogativa gradua, *Napod. num. 251.* quia cùm bona obvenerint huic defunctæ ex linea matrie, frater conſenguineus non eſt defunctæ conjunctus ex parte matris, *Napodan. num. 142.*

Ardua eſt quæſtio: an mater ſit cauſa efficiens lineæ, vel capiatur linea materna contentivè, ſcilicèt quæ incipiat à patre matria, vel ſub qua mater continetur, & comprehendentur tranſverſales.

Marta de ſucceſſ. p. 2. q. 6. art. 3. n. 9. & p. 4. q. 21. art. 16. n. 46. reprehendit *Forſter. lib. 3. c. 23. axiom. 5. n. 10.* tenentem lineam maternam incipere à matre, & hanc eſſe cauſam efficientem lineæ, & *Marta* eum taxet, uti loquentem contra omnia juris principia, & tradit *Grivell. dec. 109. n. 17.*

Probari poteſt ratione phyſica, quia pater eſt primum princip ium generationia, & concurrit activè, & efficienter.

Præterea, nam quando filii ſunt ex eodem patre, eademque matre geniti, & ſunt fratres utrinque conjuncti, in hoc caſu reſpectu ipſorum non eſt neceſſarix, niſi una linea, cùm non ſint multiplicanda entia ſine neceſſitate, & computatio lineæ maternæ eſt neceſſaria reſpecto cognatorum ex parte matris, quæ computatio incipit a parentibus matris, & non à matre, ideòque non conſideratur afficientie lineæ in matre, & cùm vir, & oxor ſint ona caro, efficientia lineæ, & hic actus debet atribui patri, qui eſt potentior, & dignior, & non matri, & propterea dici ſolet, quod filij ſequuntur lineam patris, & non matria.

Nihilominùs ego veriua cenſeo matrem eſſe cauſam efficientem lineæ, juxta opinionem *Forſterij*. Vel quia fœmina non privatur ſua efficientia, non ſecùs, ac maſculos, & non ſolum materiale, ſed effectivum principium conceptum eſſe, probat *Zacchias to. 2. qq. Medicolegal. lib. 9. tit. 1. q. 2.* Vel quia ſi agitur inter fratres uterinoe, neceſſaria eſt dicta linea matris effective, quæ originem habeat à matre, & comprehendat ſolùm deſcendentes à matre. Aut

quia

quià poſſet aliquis cognatus ex parte matris, vel alius ad aliquod vinculum, & fideicommiſſum vocare lineam fœminæ ſibi conjunctæ, & tunc venient deſcendentes ſolummodò illius mulieris, & linea conſequenter effectiva. Et tandem ſi ageretur de impedimento matrimonii inter iſtos deſcendentes initium ſumeret linea à muliere, & non à patre illius, igitur mater eſt cauſa efficiens lineæ, faciunt tradita per *Lucam de fidec. diſc.* 33. *num.* 13. prout ſi quis vocaret deſcendentes ab aliqua fœmina, quid
10 aliud eſſet, quàm vocare lineam illius.

Nuperrimè contingit potiſſimam in re lineali Conſuetudinaria controverſiam agitari. Utrum nepos avi materni per maſculos deſcendentis ex ſecundogenito ſtipitis uti proximior ex parte, ſive ex latere patris ſuccedat in medietate Conſuetudinaria ſine liberis defuncto per maſculos deſcendenti ex primogenito ejuſdem ſtipitis, ſtante præteritione illius in teſtamento.

Tota difficultas eſt: quando vocantur deſcendentes per lineam paternam, vocatur linea paterna, utrum veniant deſcendentes ex fœmina ab eodem patre procedente? Et pleri que reſolvunt, quod non; quia per fœminam rumpitur linea paterna, à qua incipit agnationis origo, *l. Juriſconſultus*, *§. agnationis*, *ff. de gradib.* & ita in ſpecie tenent *Curt. jun. conſ.* 5. *n.* 24. *&* 29. *Carol. Ruin. conſ.* 141. *n.* 21. *lib.* 5. *Peregrin. de fideicomm. art.* 26. *in fine*, *Fuſar. qu.* 346. *n.* 4. *&* 49. *Barboſ. n.* 20. *Rum. conſ.* 15. *lib.* 1. *num.* 10. *ex Paul de Caſtr. in conſ.* 111. *lib.* 2. *Roxas ubi ſupr. numero* 225.

Communis preceptor *Bart. in conſ.* 10. *lib.* 1. conſuluit, quod ſi ſtatutum jubeat neminem poſſe contrahere abſque conſenſu conſanguineorum ex parte patris, ſi adſit conjunctus ex fœmina conſanguinea contrahentis, ejus conſenſus non requiritur ex forma ſtatuti, & *Bart.* verba ſunt: *Præmittendum eſt, quod ſi ſtatutum requirit præſentiam duorum conſanguineorum proximiorum ex linea paterna, & ſi ex linea paterna non habentur, tunc ex linea materna. Sed de jure de linea paterna conjuncti dicuntur, qui virilis ſexus cognatione conjuncti ſunt, undè illa, quæ ex aliqua muliere mihi conſanguinea deſcendit, non eſt mihi conjuncta ex linea paterna.*

Et filium ſororis non dici conjunctum ex parte patris, oſtendit *Curt. jun. conſ.* 5. *num.* 24. ibi: *Licèt aliqua fœmina mihi conjuncta ſit ex parte, & linea patris mei, ut ſoror, vel amita. Illi, qui poſtea naſcuntur ex ea, non dicuntur mihi conjuncti ex latere patris mei*, idem tenet *Roman. conſ.* 141. *num.* 20.

Doctrinam *Bart.* ſequuti ſunt *Peregr. artic.* 26. *n.* 31. *Cancer. p.* 1. *var. cap.* 1. *n.* 48. *Grivell. dec.* 109. *Marta de ſucceſſ. p.* 2. *q.* 4. *art.* 42. *à n.* 1. & latè *Fragoſ. de regim. Reip. Chriſtiana tom.* 3. *p.* 3. *lib.* 9. *diſp.* 20. *§.* 5. *n.* 40. *&* 41. ubi quod excluduntur cognati, & etiam fœminæ, & veniunt agnati.

Confert, quod dixit *Napodan. in Conſuet. Sed ſi morienti*, *verb. in gradu proximior*, ubi explicando hæc verba: *Proximitatem attendi reſpectu lineæ non gradus*, quod agnatio fuerit conſiderata, ita loquitur: *Patet ergò, quod ſecundum hoc jus non inducitur prærogativa gradus, ſed ſexus, ut ſupra proxima Conſuetudine. Item liberis ex parte patris, ut hac Conſuetudine, per quam fortè proximitatem voluit hoc jus agnatos demonſtrare.* Imò agnoſcens *Napod.* forſitan per proximiores ex parte patris, adhoc cognatos comprehendi ex illa Conſuetudine, reſpondet tacitæ objectioni, ſe alibi contrarium dixiſſe in illis verbis: *Ut ſic per proximiores ex parte patris cognati demonſtrati videantur. Sed contra dixi, ut ſupra.* Et idem *Napod. in eadem Conſuetudine in gloſ. in bonis omnibus n.* 175. ita loquitur: *Item quid in bonis noviter à defuncto quæſitis? Reſpondeo, videtur, quod ex hoc ſigno univerſali, quod ſuccedant proximiores ex parte patris, & in hoc videtur corrigi jus commune, à quo ſublata eſt differentia agnationis, & cognationis in bonis à defuncto quæſitis, ut nos docet C. commun. de ſucceſſ. Auth. itaque. Sed dic non corrigi totaliter.* Ex quibus ultimis verbis ſaltem dicendum videtur agnatos cognatis præferendos.

E' contrario *Napod. in eadem Conſuet. in verb. ex parte patris n.* 167. dubitativè perquirit, An Conſuetudo per hæc verba *proximiores ex parte patris* voluerit denotare agnatos, & reſolvit, quod non, & *n.* 168. ſubjungit: *Nam ex parte patris poſſunt eſſe agnati, & cognati, ut ſunt deſcendentes ex amita, quæ fuit ſoror fratris, item deſcendentes ex ſorore patrualis defuncti, qui ſunt omnes proximiores ex parte patris, & tamen ſunt cognati, quia per fœminam conjunguntur.*

Rurſus idem *Napod. in Conſuet. ſi quis, vel ſi qua, in verb. in bonis omnibus n.* 175. loquens de ſucceſſione in bonis noviter quæſitis per defunctum, quæ deferuntur proximioribus ex parte patris, movet quæſtionem, an cenſeatur correctum jus commune quo attento ſublata eſt differentia agnationis, & cognationis, & admittantur tam agnati, quàm cognati, & ad demonſtrandum, quod non ſit totaliter correctum, ſubjungit: *Nam poſſunt eſſe proximiores ex parte patris, & eſſe cognati, & ſic non curatur de agnatione, & cognatione.* Nec dicatur correctionem fieri prælativè, ut ſcilicèt agnati ex latere patris præferantur cognatis ex eodem latere, quia aliàs non eſſet, in quo fieret correctio; quia divinatorius eſt hic ſermo, & corrigitur jus commune in eo, quod in bonis à defuncto quæſitis, non ſuccedunt uterini, ſed conſanguinei.

Accedit, quod tradit idem *Napod. de Conſuet. ſi quis, vel ſi qua num.* 147. ponens exemplum de fratribus amitinis, ſeu conſobrinis, qui deſcendunt ex ſorore fratris, docens modum ſuccedendi, inquit: *Inter iſtos fratres amitinos, ſeu ſorores talis eſt ſucceſſio. Ut ego filius fratris ſuccedam tibi, qui es filius ſororis patris mei, quæ mihi eſt amita in bonis ipſius matris ſuæ, & ſum de linea ejus, & propterea debeo tibi ſuccedere in bonis maternis tuis, quæ poſſunt dici quoad me bona amitini. E' contra, nepotes mihi ſuccedere in bonis omnibus, & patris mei, avunculi quidem tui, cùm ſis mihi proximus ex parte patris mei per matrem tuam, ſororem patris mei, & ſis de linea ejus.* En igitur, quod deſcendentes ex ſorore ſunt conjuncti ex parte patris, & dicuntur de linea ejus.

Noviſſimè *Montanus contr.* 1. *num.* 31. *verſ. tamen adverte*, concludit, quod omnes proximiores ex parte, & latere patris vocantur, ſivè agnati ſint, ſivè cognati, & inter eos confuſim habet prærogativa gradus, ut proximior cognatus præferatur agnato remotioris gradus, ſi non habeat locum repræſentatio.

Nec obſtat quod ex *Bart. in d. conſ.* 10. *Ruin. & aliis*, dictum eſt de proximioribus ex parte patris, ut veniant agnati, non autem deſcendentes ex fœminis. Quia proximitas eſt jus univerſale, & genericum, comprehendens tam agnatos, quàm cognatos, & denotat ſanguinis conjunctionem, quæ eodem modo participatur per agnatos, & cognatos, omnes enim ab eodem ſtipite deſcendunt, & inter ſe conjunguntur, *l.* 1. *§. ſciendum*, *ff. de ſuis*, *& legit. Eſcobar. de puritate ſanguin. quæſt.* 4. *§.* 1. *n.* 1. Conſuetudo reſpexit proximitatem ex parte patris, tanquam quid univerſale, & genericum, & non diſſentit *Grivell. d. dec.* 109. *n.* 24. & advertit *Giurb. ad Conſuet. Meſſan. cap.* 11. *gl.* 4. *p.* 1. *n.* 3. *Fontanell. dec.* 57. *n.* 20. qui teſtatur nunquam fœminas fuiſſe excluſas à ſucceſſione per ſtatutum Cataloniæ, per quod vocantur proximiores ex parte patris.

Clatius dicitur, quod *Bart. d. conſ.* 10. & alii in coutrarium allegati loquuntur in ſtaturo, per quod fuit proſpectum agnationi, ut diſtinguunt *Gabriel conſ.* 132. *lib.* 1. *qu.* 5. *Peregr. art.* 25. *nu.* 43. *in fin.* & relati per *Barboſ.*

Et *Napod. in Conſuet. ſi quis, vel ſi qua in gloſ. proximiores num.* 164. explicat verba, proximiores fore accipiendos ratione lineæ, nam proximinres dicuntur, qui ſunt de eadem linea, in qua fuit defunctus, & *nu.* 166. *in gloſ. ex parte patris*, ibi: *Ex ſtipite, & progenie patris, vel de linea paterna*, quaſi idem ſit dicere de linea, & progenie, & ſtipite patris, ſub quo comprehenduntur tam agnati, quam cognati, ut idem *Napod. n.* 147. ibi: *Cùm ſis mihi proximus ex parte patris mei per matrem tuam, ſororem patris mei, & ſic ſis de linea ejus*, ut dixi *obſ.* 652. *ad Franch.*

. Rectiùs dicitur, qnod conjuncti ex linea paterna dicuntur omnes, ſive agnati, ſive cognati, qui conjunguntur ex parte patria defuncti, nec impedit, quod ſit conjunctus is, qui vult ſuccedere ex parte ſui patria, vel ex parte ſuæ matris. Undè ſi diſponit ſtatutum, quod attinentes ex linea materna non ſuccedant defuncto, exiſtentibus attinentibus ex linea paterna. Fslu ſororis præmortuæ non repelluntur à ſucceſſione per fratrem defuncti, ſed ſimul ſuccedunt, *Ruin. conſ.* 45. *lib.* 3. qoia verba ſtatuti intelliguntur de attinentibus ex linea paterna defuncti, & dixi *in lin. legali art.* 3. *n.* 49.

Accedit, qnod *Grevell. dec.* 109. licèt *numero* 24. in contrarium alleget *Curt. jun.* attamen in fine refert deciſum ortum ex fœmina dici de linea paterna matris.

ARGUMENTUM.

Declaratur novus uſus Capuanæ, & Nidi vulgariter dictus, *alla nova manera*, quid importet, & an attento dicto uſu ſuccedatur perſonæ mediatæ, vel immediatæ, & quid in fideicommiſſis, an ſuccedatur ultimo morienti, an verò teſtatori, & multa ad declarationem *deciſionis Vincentii de Franchis* 92.

SUMMARIUM.

1 *Capuana, & Nidi uſus in matrimoniis contrahendis, qui vulgò dicitur*, alla nova manera *quis ſit.*
2 *Verba dicti novi uſus referuntur.*
3 *Per aditionem bona efficiuntur adeuntis.*
4 *Verba novi uſus*, adita, vel non adita hæreditate *quid importent.*
5 *In fideicommiſſis an ſuccedatur ultimo morienti, vel teſtatori.*
6 *In fideicommiſſis an attendatur proximitas teſtatoris, vel gravati.*
7 *Per Conſuetudinem Capuana, & Nidi cenſetur facta filiis ſubſtitutio compendioſa.*
8 *Et intelligitur facta per verba expreſſa, in qua pupillaris continetur.*
9 *In capitulis matrimonialibus poteſt fieri pactum quod fideicommiſſum importet.*
10 *Difficile eſt à rerum judicatarum authoritate diſcedere.*
11 *Secundùm Conſuetudinem Capuana, & Nidi an ſuccedatur matri, an filio, diſtinguuntur plures caſus.*
12 Napod. in Conſuet. Si quis, vel ſi qua, n. 198. *declaratur, & ſic etiam* n. 200. *& n.* 14.
13 *Hæres hæredis hæres dicitur.*
15 Deciſ. Vinc. de Franch. 92. explicatur.
16 Tex. in auth. defuncto, C. ad Senat. Conſult. Tertullian. *non eſt correctus per* Conſuetudines Neapolitanas.
17 *Pater per renunciationem habetur, ac ſi eſſet mortuus.*
28 *Novus uſus, ſivè Conſuetudo Capuana, & Nidi producit ejus effectum, ubi operatur patris renunciatio ad ſui excluſionem, ſecus verò reſpectu bonorum, in quibus filius jure proprio ſemota renunciatione ſuccederet.*
19 *Extenſio non admittitur, quando inducitur legum correctio.*
20 *Hæreditate adita efficitur proprium patrimonium adeuntis.*
21 *Secundum* Conſuetudinem Neapolitanam *adita per filium hæreditate materna, poteſt de ea diſponere ad libitum, dummodò diſponat intra limites* Conſuetudinis.
22 *Deciſio facta in cauſa Comitis Sancti Valentini refertur.*

In cadem cauſa ſucceſſionis Mutii Serra.

CONSULTATIO XX.

PArs videns malam fovere cauſam convolavit ad
alium articulum, ex eo, quia fuit contractum matrimonium
ſecundum morem Nobilium Platearum
Capuanæ, & Nidi, quod vulgo dicitur, *alla nova
manera*. Secundum, * quod mortua uxore filii ſucce- 1
dunt; quibus morientibus abſque filiis in pupillari
ætate, vel ab inteſtato quandocunque in bonis eiſdem
à matre obventis ſucceditur ipſi matri, non autem
ultimo decedenti, ſecundùm deciſionem S. C.
relatam à *Franc. in deciſ.* 92. *in* 2. *dubio*, & ſic in eis
Mutium, non Aloyſio fratri, ſed Magdalenæ matri
ſucceſſiſſe, & per conſequens de eis non potuiſſe diſponere
ad beneficium Caroli, niſi de medietate, ſervata
forma *Conſuetud. Et ſi teſtator.*
Quæ quidem deciſio eſt fundata in verbis novi
uſus, * relatis per *Afflict. in dec.* 237. & per eundem 2
de Franch. in d. dec. 92. *& Camill. Salern. in Conſuetud.
Si quis, vel ſi qua, fol.* 231. ubi diſponitur, qnod quando
ſuperſunt filii ex matrimonio taliter contracto; &
poſteà per eos adita, vel non adita hæreditate, decederent
in pupillari ætate, vel ab inteſtato quandocunque
abſq; liberis, dotes modo prædicto recepiæ
reſtituantur, & earum reſtitutio fiat hæredibus, &
ſucceſſoribus dictæ uxoris, ad quod maximè ponderant
illa verba, *adita, vel non adita hæreditate*,
quamvis enim per aditionem bona efficiantur adeuntis,
* *d. l.* 1. *§. veteres, ff. de acq. poſſ.* tamen non adi- 3
ta hæreditate erunt bona ejuſdem Magdalenæ, &
propterea Mutius in dictis bonis ſucceſſit matri, ac ſi
non eſſet adita † hæreditas per dictum Aloyſium fra- 4
trem, hoc enim important verba prædicti novi uſus,
adita, vel non adita hæreditate, & cum hac opinione,
quod in prædicto caſu ſuccedatur matri, & non
filio ultimo decedenti, pertranſit *Molfeſ. in comm.
ad Conſuet. tit. de renunc. quæſt.* 15. & noviſſimè prædictam
opinionem refert, licèt de ea videatur dubitare
Reg. Conſ. Theodorus in alleg. 1.
Et quidem articulus, † an ſuccedatur ultimo mo- 5
rienti, vel teſtatori tractatur latè à *Doctoribus* in materia
fideicommiſſi, & quamvis *Bart. in l.* 1. *n.* 38. *ff.
de vulgar. & pupill.* & alii longa ſerie congeſti per *Fuſar.
in tract. de fideicomm. ſubſtitu. qu.* 22. *& quæſt.*
274. *Spino in ſpecul. teſtam. tit. de vulg. nu.* 28. tenuerint,
ſuccedi teſtatori, contrarium tamen, quod ſuccedatur
ultimo morienti defendit *Socin. jun. conſil.*
135.

126. *vol.* 1. & hene opinionem commonem appellat,
ita qood in judicando, & conſulendo non ſit ab ea
recedendum, & cum hac opinione concurrit contra-
riis reſpondendo *Clarus in §. teſtamentum, qu.* 76. *nu.*
84. *Peregr. de fideicom. art.* 20. *n.* 9. & eſt qoæſtio adeò
controverſa, ut Hieron. Cævall. *in ſuis commun. con-
cluſ.* conſtituerit duas communes opiniones *quaſt.*
298.
6 Sic etiam admodum controverſa eſt diſputatio, * ſi
attenditur proximitas teſtatoris, vel gravati, in qoa
omnea ferè DD. pro utraque parte congeſſit idem
Fuſar. quaſt. 848. qui tamen omnibus rationibus re-
latis concludit, attendendam eſſe proximitatem gra-
vati, & ſic oltimi morientis, ut ſub *nu.* 15. *verſ. &
ab hac ſententia*.
Et quod per Conſuetudinem Capuanæ, & Nidi ſit
facta filiis ſubſtitutio, fundat *Ja. Franciſc. de Ponte in*
7 *conſ.* 61. *n.* 54. qui dixit, † quod per Conſuetudinem
Capuanæ, & Nidi ſit facta filiis compendioſa ſubſtitu-
tio per verba expreſſa, in qua popillaris continetur,
8 nedum comprehenſivè, * ſed expreſſivè, & per conſe-
quens facto caſu ſubſtitutionis non poſſet defendi,
ſuccedi alteri, quàm pupillo, ex quibus fundat, ſecun-
dum conſuetodinem ſuccedi ultimo morienti, &
qood in capitulis matrimonialibus poſſint fieri talia
9 pacta, * quæ importent fideicommiſſum, poſt *Peregr.
de fideicom. art.* 50. *Fontan. de pact. nupt. clauſ.* 4. *qu.*
25. *n.* 5. *cum ſeq.* latè etiam *Molfeſ. in* 2. *tom. in ad-
dit. ad qu.* 15. *art. de renunciat. & ad qu.* 59. *part.* 4.
& conſ. 50. ubi latè
His ſic ſuppoſitis videndum erit, ſi prædicta poſ-
ſint in caſu noſtro applicari, ſi attendimus opinio-
nem, quod in fideicommiſſis ſuccedatur ultimo gra-
vato, articulus erit abſolutus, verum quia magna eſt
authoritas S. C. & difficile eſt à rerum judicatarum
10 authoritate diſcedere, * ideò qoamvis ſatis dobia uſq;
hodie reddatur quæſtio, ſi ſecundùm Conſuetudi-
nem Capuanæ, & Nidi ſuccedatur matri, vel filiæ,
11 cùm contrariam ſententiam, † quòd ſuccedatur filiæ
& non matri defendat *Jo. Franc. de Ponte in d. conſ.*
61 *& Conſiliar. de Georgio in alleg.* 23. *n.* 24. qui *n.* 26.
dicit, quòd iſta concluſio, qood ſoccedatur, vel ne,
ultimo morienti, ſit potiùs chymera, & ideò ipſe
ſalvat *dec. de Franch.* quod aliud noluit decidere, niſi
quod reſtitutio dotium debeat fieri proximioribus
dotantis, vigore pacti, rectè intelligendo mentem
Napod. & Afflict. quod confirmat ex eo, quia in alia
cauſa Comitis S. Valentini, ubi non tractabatur de
reſtitutione dotium, fuit per ipſummet *Praſ. de
Franch.* deciſum, quod avia ſuccedat nepoti oltimo
morienti, excludendo Comitem patruum tanquam in
ulteriori gradu, & ideò jure merito ex verbis ejuſdem
de Franch. de prædicta concluſione, quod ſucceda-
tur matri, & non filio, dubitat *Reg. Conſ. Theodor. in
d. alleg.* 1. *ſub n.* 9.
Pro declaratione igitur puto eſſe diſtinguendos
plures caſus, & primus caſus erit, quoniam matri-
monium diſſolvitur per mortem uxoris, ſuperſtite
viro, & filiis, qui ſucceſſerunt matri, ipſis tamen mor-
tuis dubitatur, cui debeant reſtitui dotes maternæ, &
decidit novus uſus, quod reſtitutio debet fieri proxi-
mioribus ex parte matris, & ſic refertur, quod ſuc-
ceditur ipſi matri, ac ſi hæreditas non eſſet adita,
hoc enim operatur novus uſus, & in hoc caſu dico,
quòd ſuccedatur matri, & non filio, ſecundum tra-
dita per *Franch. in d. dec.* 29.
Quod corroboratur ratione, quia pater renuncia-
tione ſe excludit à ſucceſſione filiorum, & renuncia-
tio fit ad beneficium uxoris, & ſuorum hæredum in
caſu, quo filii ex dicto matrimonio procreandi dece-
derent abſque filiis, & ab inteſtato quandocunque,
cui quidem renunciationi filii non ſucceſſerunt ma-
tri, quia nondum erat purificata conditio, ſed purifi-
catur per mortem eorum abſque filiis, tùmque ipſi
tempore purificatæ conditionis non ſint in Mundo,
per conſeqoens hoc jus quæſitum matri per renun-
ciationem remanſit in ejus hæreditate, & propterea
virtute ipſius hæredes matris ſuccedunt, & verè di-
citur ſuccedi ipſi matri, non autem filio ultimo mo-
rienti, qui nunquam hoc jus renunciationis qoæſivit,
& hoc eſt, quod voluit dicere Napod. *in Conſuetud.
Si quis, vel ſi qua, num.* 198. ubi quærit, † quis dica- 12
tur hæres uxoris in caſu præmiſſo, & certè non poteſt
eſſe vir pater filiorum decedentium, & ſi enim pater
eſſet hæres filiorum, & per conſequens hæres uxo-
ris, cùm hæres hæredis dicatur hæres, *l. hæredis ap-
pellatione, ff. de verb. ſignif.* * & ſic per renunciatio- 13
nem uxori, & ejus hæredibus videtur renunciare ſibi
ipſi, tamen quia renunciavit pater ſucceſſioni filio-
rum morientium ab inteſtato, in hac renonciatione
facta oxori & ejus hæredibus non ſucceſſerunt filii,
ex quo purificatur conditio per eorum mortem ab
inteſtato, & abſque filiis, ergo non poteſt eſſe pater
ex perſona filiorum hæres ipſius uxoris, cùm filii
nunqoam talem renunciationem acquiſiverunt, ex
quo fit, quod in dicta renunciatione non poteſt ſuc-
cedi filiis, ſed matri eorum, cùm ſit acquiſita in ejus,
& ſuorum hæredum, & ſucceſſorum beneficium, &
ex hoc oritur illa concluſio, quod ſucceditur matri,
& non filio ultimo decedenti, tam ſi ſit adita, qoam
ſi non ſit adita hæreditas, quod optimè probatur ex
eodem Napodan. *in dicta Conſuetud. ſub num.* 200.
ubi dicit, * *quòd filii ſucceſſerunt matri in dote jure* 14
*communi, ſed cum ſua cauſa, id eſt, ſalva lege con-
ventionis, argumento C. de fund. patrim. l.* 1. *lib.* 11. *non
autem ſucceſſerunt in dicta renunciatione, cùm hoc
eſſe non potuit*, & inferius dicit, *dicam ergo illius eſſe
hæredes uxoris in dicta renunciatione virtute dictæ
conventionis, qui ſuccedere poſſunt eidem uxori filiis
non extantibus, cùm advenente caſu renunciationis
non extent, ſed mortui ſint, nec poſſunt dici ſuccedere
matri in dicta renunciatione*, ex quibus verbis clarè
colligitur, quòd tunc poteſt dici ſuccedi matri, &
non filio, quando renunciatio per ſuperexiſtentiam
patris operatur ſuum effectum, cùm prædicta con-
ventio, ſeu conſuetudo ſit facta ad exclusionem pa-
tris, * & in iſtis terminis benè procedit deciſio relata 15
per Franc. *in d. dec.* 92. ſed non eſt caſus noſter.
Secundus caſus ſatis prædicto proximus erit,
quando diſſolvitur matrimonium per mortem uxo-
ris, ſuperſtite viro, & duobus, vel pluribus filiis, de-
inde moritur unus ex filiis ab inteſtato, & abſqoe de-
ſcendentibos, relicto patre, & fratribus, qui pater
ex diſpoſitione * juris ſuccederet filio una cum fratri- 16
bus, ex diſpoſitione text. *in auth. defuncto, C. ad Se-
nat. Conſult. Tertull.* quę per has *Conſuet.* non eſt cor-
recta, ut per Napod. *in d. Conſuet. Si quis, vel ſi qua*,
n. 132. *&* 180. *& in* aliis locis ſupra relatis per Mol-
feſ. 4. *p. q.* 44. verùm quia pater renunciavit, filii ſuper-
ſtites ſuccedent fratri morienti duobus modis, hoc
eſt, ex perſona propria pro quota ad ipſos ſpectante
uti hæredes fratris, & pro ea parte, in qua ſemota re-
nunciatione ſucceſſiſſet pater, qoia renunciatio fuit
acquiſita per matrem pro ſe, & ejus hæredibus, qui
ſunt ipſi filii, & in ea ſuccedent tanquam hæredes
matris, & ſic in ipſa quota hæreditatis, quæ patri
competeret, ſi non renunciaſſet, poteſt dici, quod
ſuccederent ipſi matri ſecundùm allegatam deciſio-
nem, in aliis verò portionibus, in quibus nihil ope-
ratur renunciatio patris, ſed ipſi tanquam fratres
ſucceſſerunt ex diſpoſitione juris communis, nec in
hoc novus uſus aliqoid operatur, nec poteſt dici,
quòd ſucceſſerunt matri, ſed ipſi fratri, in ea autem
quota, * in qua pater ſucceſſiſſet, quia per renuncia- 17
tionem habetur, ac ſi eſſet mortuus, ſuccedunt uti
hæredes matris, ut ultra *Napodan.* dixerunt Marin.

Frecc. *in add. ad Conſ. Si quis, vel. ſi qua, n. 22. ver. nota ex dictis*, & Jo. Ang. Piſanell. *n.* 185. *verſ. & ſic nota.* & Napod. *in eadem Conſuet n.* 222. dixit, quòd mortuis filiis inteſtatis ſine prole legitima ſoluto matrimonio per mortem matris eorum proximiores eis ex parte matris ſuccedent in dotibus, tanquam in bonis maternis, & ſi pater opponeret paternitatem, replicabitur, quòd non cenſeatur eſſe in medio, ex quo ſe excluſit, & ſic ſemper loquitur *Napod.* quan-
18 do renunciatio operatur patris excluſionem, * quia tunc novus uſus, ſive Conſuetudo Capuanæ, & Nidi operatur ſuum effectum, in eis autem bonis, in quibus filius ſuccedit jure proprio, nihil in hoc cooperante pacto, ſive Conſuetudine Capuanæ, & Nidi, neceſſariò erit fatendum, quod ſervetur jus commune, & proindè ſucceditur filio, & non matri, quia per aditionem fuerunt effecta bona illius, ſed hic caſus etiam differt à caſu noſtro.

Tertius erit caſus, quando matrimonium diſſolvitur per mortem viri, uxore ſuperſtite, & filiis, qui filii moriuntur abſque filiis, & ab inteſtato, utrum in bonis perventis ex hæreditate patris, in quibus filii ſucceſſerunt, ſuccedatur ipſis filiis, vel patri, & quidem verba novi uſus relata per Franch. *in d. dec.* 92. & per *Camil. Saler. d. f.* 138. de hoc caſu non loquuntur, dicunt enim, quòd ſi matrimonium diſſolvi contigerit per mortem viri, uxore ſuperſtite, liberis ex dicto matrimonio ſuperſtitibus, vel non ſuperſtitibus, dictæ dotes per virum receptæ reſtituantur dictæ uxori ſuperſtiti, neque progreditur ultra, ſicuti in caſu contrario, in quo matrimonium diſſolvitur per mortem uxoris, & Afflict. *in d. deciſ.* 237. aliud non dicit, niſi quòd excluditur mater ex bonis paternis, quæ ad filium pervenerunt, neque adſunt illa verba, ex quibus arguitur, quòd ſuccedatur matri, & exten-
19 ſio non admitti debet, * quando inducitur legum correctio, & ex his Reg. *Conſil. Theodorus in d. alleg.* 8. tenet, quòd non ſit facienda extentio de uno caſu ad alium, quaſi quòd novus uſus in hoc operetur ſolùm, quando tractatur de dotis reſtitutione, non autem in caſu contrario, ubi non inducit, niſi excluſionem matris, ſed in hoc non inſiſto, quia neque eſt caſus, de quo agimus.

Quartus, & ultimus caſus eſt, quando matrimonium diſſolvitur per mortem viri, uxore ſuperſtite, & filiis, deindè mortua matre ſuccedunt in dotibus filii, quorum uno decedente ſucceſſit frater, nihil penitùs in hoc cooperante novo uſu, ſed ſucceſſio de jure communi fratri pervenit, quo caſu etiam ſecundùm diſpoſita per *Franch. in* ſæpè allegata *deciſ.* 91.
20 non eſt dubium, * quòd poſtquam hæreditas eſt adita, efficitur proprium patrimonium filii, *l.* 1. *§. veteres, ff. acquir. poſſeſſ.* ubi Jaſ. & alii, & propterea nullo modo poteſt ſomniari, quòd in hoc caſu ſuccedatur matri, & non filio, & hic eſt caſus noſter.

Quod quidem & inconvincibili ratione ſuadetur, ponamus ergo caſum, quòd diſſoluto matrimonio per mortem viri, uxore ſuperſtite, & quòd ea decedente ſucceſſerunt filii, qui deindè effecti majores ære alieno contracto, ab inteſtato, & abſque filiis deceſſerunt, ſi dicimus, quòd ſucceditur matri, & non filiis, hæredes matris in hoc caſu non tenerentur ad onera per filios contracta, poſtquam non filiis, ſed matri ſucceſſerunt, quod quidem eſt falſum, quia poſt aditionem hæreditatis maternæ filius in vita de illis potuit diſponere ad libitum, dummodò intra limites Conſuetudinis ſcriptæ, ut per Napod. *in Conſuet. Et ſi teſtator, in verbo diſponere* & ſic neceſſariò eſt fatendum, quòd in caſu prædicto ſuccedatur filio, & non matri, & ſi dicatur, quod eadem cadat difficultas in caſu, quo matrimonio diſſoluto, per mortem uxoris filii moriuntur ſuperſtite patre, & tamen illo caſu ſuccedi matri, non negavimus, adverſatur, quia diximus, ſuccedi matri in ea tantum parte, in qua pater ſucceſſiſſet, ſi renunciatio deeſſet, quia certum eſt, quòd filius matris hæres potuit diſponere, ſed eo moriente, in ea parte hæreditatis, in qua pater ſuccederet, ſuccedetur matri, & ſic ceſſat difficultas.

Modò in caſu noſtro matrimonium diſſolutum fuit per mortem Jo. Jacobi Serræ, ſuperſtite Magdalena Citarella uxore, ac Didaco, Aloyſio, & Mutio filiis, de portione Didaci non eſt diſputandum, quia præmortuus fuit matri, ſed mortua Magdalena ſucceſſerunt Aloyſius, & Mutius ex juris diſpoſitione, tanquam filii, mortuo tandem Aloyſio abſque filiis, & ab inteſtato ſucceſſit Mutius tanquam frater utrinque conjunctus, & propterea ceſſat motivum novi
uſus, † & in hoc eſt ſatis ad propoſitum ſupra allegata 21
deciſio in cauſa Comitis Sancti Valentini, relata per Jo. Andr. de Georgio *in alleg.* 23. *n.* 26. in qua contendebat Comitiſſa, quæ volebat ſuccedere nepoti ex filio præmortuo, & ex adverſo prætendebat Comes filius, quod ejus frater præmortuus nupſit ſecundum Conſuetudinem Capuanæ, & Nidi, ex quo matrimonio ortus erat filius, de cujus hæreditate agebatur, ſi enim ſuccedebatur fratri, & non ejus filio ultimo morienti, Comes tanquam frater concurrebat in ſucceſſione cum Comitiſſa ejus matre, & ultimi morientis avia, ſi verò ſuccedebatur nepoti, ipſe erat in tertio gradu, quia erat patruus, & excludebatur ab avia, per Sacr. Conſ. referente eodem de Franchis fuit deciſum, quòd avia ſuccedat nepoti, ex quo in dicto caſu nihil operatur novus uſus, ſed hæreditas deferebatur de jure communi, quamvis ergò ille eſſet filius natus ex matrimonio contracto ſecundum dictam Conſuetudinem Capuanæ, & Nidi, tamen non per hoc poteſt ſic indefinitè dici, quòd ſuccedatur matri, ſed in eo tantùm caſu, & in ea parte hæreditatis, in qua pactum, ſive renunciatio operabitur effectum ſuum, & ſucceſſio deferetur virtute prædicti novi uſus.

Quia erant conſanguinei, Partes ad Concordiam devenerunt, & hæreditas tota pervenit ad Carolum, dempta parva quantitate ad beneficium Fratrum de Citarella.

OBSERVATIO IN CONSULT. XX

ARGUMENTUM.

Perperacuta quæſtio, utrum matrimonio contracto juxta morem Capuanæ, & Nidi pro reſtitutione dotium ad uxoris hæredes in caſu obitus filiorum pupillari ætate, vel quandocumque abſque liberis ab inteſtato decedentibus, dicatur facto caſu ſuccedi filiis, vel matri? *Reg. Latr.* laudat *Reg. de Ponte* adverſus *Præſ. de Franch.* cujus deciſionem tuetur *Conſ. D. Altim.* refellens antilogiam *Conſ. Carleval.* commemorantur *Reg. Galeot.* & *Reg. Rovit.* & recenſentur caſus varii præſentis Conſultationis.

SUMMARIUM.

1 *Matrimonio contracto juxta morem Capuanæ, & Nidi, utrum mortuis filiis in pupillari ætate poſt mortem matris, dicatur ſuccedi filiis, vel matri?*

2 Reg.

2 Reg. de Ponte *laudatur per* Reg. Latr. *demonſtrans ſuccedi filiis.*
3 *Celebratur deciſio* Præſ. de Franch. *per quam deciſum ſuccedi matri.*
4 *Refertur antilogia potiùs, quàm apologia* Conſil. Carleval.
5 *Occurritur objectioni adverſus* de Franch.
6 *Ratio pro deciſione* de Franch,
7 *Commemorantur* Reg. Rovit. *&* Conſ. D. Altimar. *ad illuſtrationem* Præſ. de Franch.
8 *Recenſentur caſus varii adducti per* Reg. Latr.

1 MAtrimonio contracto juxtà * morem Capuanæ, & Nidi cum renunciatione altrinſeca parentum ſucceſſioni filiorum in caſu obitus uxoris cum filiis, & iis decedentibus in pupillari ætate, vel quandocumque ab inteſtato ſine filiis, dubitatum extitit, facto caſu obitus filiorum in pupillari ætate in dotibus, cui ſuccedi debeat, matri, an filiis. Diverſa eſt enim ſpecies ſucceſſionis, ſi debeat ſuccedi filio ab ea, qua ſuccedi debuiſſet matri.

2 *Reg. Latr. in præſenti conſult.* 20. *nu.* 7. † laudat *Reg. de Ponte conſ.* 61. *n.* 54. qui dixit, quod per Conſuetudinem Capuanæ, & Nidi facta ſit filiis compendioſa ſubſtitutio per verba expreſſa, in qua pupillaris continetur, nedùm compendioſa, & expreſſivè, & per conſequens facto caſu ſubſtitutionis, non poſſet defendi, ſuccedi alteri, quàm pupillo, ex quibus fundat, ſecundum conſuetudinem ſuccedi ultimo morienti, & quod in capitolis matrimonialibus poſſint fieri talia pacta, quæ important fideicommiſſum, poſt *Peregrin. de fideic. art.* 50. *Molfeſ. tom.* 2. *ad Conſuet. in add. ad q.* 15. *art. de renunc. & ad q.* 59. *p.* 4. *& conſ.* 50. & videntur ſtare *Conſ. Theod. alleg.* 1. *n.* 9. *Carleval. de judic. to.* 2. *in apolog. in fin. oper. n.* 26.

3 Contrarium viriliter probat, * & deciſum per Sacrum Conſilium teſtatur *Præſ. de Franchis dec.* 92. nempè ſuccedi matri, & non filiæ, & comprobat *Reg. Galeot. contr.* 11. *n.* 22.

4 Inſurgit adverſus deciſionem *Carleval.* * & contra aſſertum *de Franch.* ex eo, quod Conſuetudines intelligendæ ſint, ut minùs lædatur jus commune, quàm fieri poteſt, ſed filiis ſemel hæres non poteſt deſinere eſſe hæres, *l.* 8. *§. ſed & quod. ff. de minor.* Ideò meliùs inquit, intelligendum eſſe ſuccedi filiæ, tamquam gravatæ reſtituere proximioribus bona materna in caſu obitus ſine filiis.

Comprobat *Carleval.* nam ſi filiis habuiſſet bona extra dotes matris ſuccederet pater, uti in bonis extra dotem.

5 Ex adverſo * reſpondetur deberi ſuccedi matri, nam in ſucceſſionis renunciatione facta per virum uxori, & ejus hæredibus non ſucceſſerunt filij, cùm purificetur conditio per eorum mortem ab inteſtato, & abſque filiis; Ergò non poteſt eſſe pater ex perſona filij hæres uxoris.

Quærit ergò *Napod. in Conſuet.* * *ſi quis, vel ſi qua n.* 198. quis dicatur hæres uxoris, & certè non poteſt eſſe pater ex perſona filij hæres filiorum decedentium, per conſequens eſſet hæres uxoris, cùm hæres hæredis ſit hæres teſtatoris, *l. hæredis appellatione, ff. de verb. ſignif.*

Et ſic per renonciationem uxori, & ejus hæredibus videretur renunciare ſibi ipſi. Conſequenter
6 debet ſuccedi matri, & non filio, quia pater non poteſt dici ſucceſſiſſe in dicta renonciatione.

Et quamvis in caſu obitus uxoris cum filiis, & iis decedentibus in pupillari ætate, vel quandocumque ab inteſtato vir promittit dotes reſtituere uxori, & ejus hæredibus, cùm dotes ſint vinculatæ fideicommiſſo filiis; proptereà illis mortuis dicatur ſuccedi matri, & non filiæ gravatæ, ut confirmat *Reg. Galeot.* potiſſimum, quia ex verbis novi uſus purificatur caſus non exiſtentiæ filiorum, & exiſtentiæ, & eorum decedentium in pupillari ætate, vel quandocumque ab inteſtato ſine filiis.

Amplexantur *deciſionem de Franch. Reg. Rovit. dec.* 99. *n.* 1. * *&* 4. ubi quod ortus hujus novi uſus 7
fundatur in ſtipulatione contrahentium, per quam eo redacta res eſt, ut non dicatur ſuccedi filiis, ſed ipſi matri in caſibus in ſtipulatione comprehenſis, prout ita fundat, & deciſum refert *Præſ. de Franch. dec.* 92. *numer.* 5 cùm purificetur caſus aditæ, vel non aditæ hæreditatis. Quod etiam licèt aliis verbis dixit *Afflict. dec.* 237. inquiens, bona materna tunc acquiri filiis irrevocabiliter, ſcilicet, in caſo, quo ipſi morerentur ab inteſtato, & non aliter.

Perbellè *Conſil. D. Altim. ad Rovit. ubi ſup. n.* 1. illuſtrat aſſertum *de Franch.* & *Rovit.* his verbis: *Quando matrimonium diſſolvitur per mortem uxoris ſuperſtite viro, & filiis, qui matri ſucceſſerunt, nam ipſis mortuis ſuccedítur ipſi matri, ut ex verbis novi uſus deciſum refert Præſ. de Franch. dec.* 92. *citatus per Rovitum. Quidquid dixerit Conſ. Carleval. in apolog. ad dec.* 87. *qui utitur argumentis Reg. de Ponte conſ.* 61. *& Georg. alleg.* 23. *quos cum citat. Qui Ponte ſcripſit contra ea, quæ fuerunt deciſa in d. dec.* 92. *& ſuccubuit, & deciſio illa fuit confirmata in reclamatione, ut advertit Cenſal. ad Peregr. art.* 20. *in princ.*

Obſervat *Conſ.* † *D. Altim. ad Rovit. d. dec.* 99. *in* 8
obſ. n. 1. *Reg. Latr.* quatuor caſos diſtinguentem. Primus eſt, quando matrimonium diſſolvitur per mortem uxoris ſuperſtite viro, & filiis, qui matri ſucceſſerunt, nam ipſis mortuis ſuccedítur ipſi matri, ut ex verbis novi uſus deciſum refert *Præſ. de Franch. dec.* 92. citatus per *Rovit. in dec.* 91. Quidquid dixerit *Conſ. Carleval.*

Secundus caſus eſt, quando matrimonium diſſolvitur per mortem uxoris ſuperſtite viro, & duobus, vel pluribus filiis, deindè moritur unus ex filiis ab inteſtato, & abſque deſcendentibus relicto patre, & fratribus, qui pater ex diſpoſitione juris ſuccederet filio, una cum fratribus, ex *text. in Auth. defuncto, C. ad Tertull.* qui per hanc Conſuetudinem non eſt correctus, ut per *Napod. in d. Conſuet. ſi quis, vel ſi qua, n.* 132. *&* 180. ut per *Molfeſ. ſuper Conſuet. p.* 4. *q.* 44. Verùm quia pater renunciavit, filij ſuperſtites fratri morienti duobus modis, hoc eſt, ex perſona fratris pro quota ad ipſos ſpectante, vel hæredes fratris, & pro ea parte, in qua ſemota renunciatione ſucceſſiſſet pater, quia renunciatio fuit acquiſita per matrem pro ſe, & ejus hæredibus, qui ſunt ipſi filij, & in ea ſuccedant tamquam hæredes matris, & ſic in ipſa quota hæreditatis, quæ patri competeret, ſi non renunciaſſet, poteſt dici, quod ſuccederent ipſi matri ſecundum allegatam deciſionem, in aliis verò portionibus, in quibus nihil operatur renunciatio patris, ſed ipſi tamquam fratres ſucceſſerunt ex diſpoſitione juris communis ſuccedunt ipſi fratri.

Tertius eſt caſus, quando matrimonium diſſolvitur per mortem viri uxore ſuperſtite, & filiis, qui filij moriuntur abſque filiis, & ab inteſtato, & tunc ſuccedítur ipſis filiis, non autem patri, nam verba dicti novi uſus relata per *Afflict. dec.* 237. hoc caſu non loquuntur, prout in primo caſu. Ergò non debent extendi ad hunc caſum, nè inducatur correctio.

Quartus eſt caſus. Quando matrimonium diſſolvitur per mortem viri uxore ſuperſtite, & filiis, deindè mortua matre ſuccedunt in dotibus filij, quorum uno decedente ſucceſſit frater, nihil in hoc cooperante novo uſu, ſed ſucceſſio de jure communi ad fratrem pervenit, quo caſu ſecundum diſpoſitionem juris communis, juxtà *dec.* 92. *de Franch.* ſuccedítur filiis.

ARGUMENTUM.

Mandans alicui Campſori in partibus degenti, ut pro ipſius mandantis compuro emar aliquam olei quanritatem, ſi mandatarius mandatum acceptaverit, & mandanti ſcripſerit, illam emiſſe pro certo pretio, & mandans de dicta emptione contentus remanſerit, ſi verè tota quantitas prædicta nunquam in poſſe mandatatil conſignata fuerit, vel quia venditores defecerint, vel quia verè aliqua pars non fuerlt empta, & interim pretium olei decreverit, utrum mandatarius poſſit nedum oleum à vendirntibus recuperare, & mandanti conſignare, verùm etiam allas ejuſdem qualitatis, & bonitatis in locum quantitatis deficientis ipſi mandantl tradere, & an pro eodem pretio convento, an verò pro pretio diminuto.

SUMMARIUM.

1 *Fines mandati ſunt diligenter cuſtodiendi.*
2 *Mandatarius non debet eſſe nec in lucro, nec in damno, & n. 18.*
3 *Mandatum, quamvis acceptatum, re tamen integra recuſari poteſt.*
4 *Mandatarius acceptans mandatum tenetur ad intereſſe, ſi illud non implevit. Intellige, n. 5. Amplia, etiam ratione lucri ceſſantis, n. 6.*
7 *Mandans, & mandatarius reſpectu intereſſe non debent ad imparia judicari.*
8 *Conſuetudini mercatorum ſtari debet.*
9 *Mandatum mercatoris interpretationem recipit à ſolito more.*
10 *Mutatio moneta inter fortuitos caſus connumeratur.*
11 *Caſus fortuiti ſpectant ad mandantem.*
12 *Emptio, & venditio perfecta dicuntur, ubi de re, & pretio erit conventum.*
13 *Dominium rei vendita non tranſit in emptorem pendente menſuratione.*
14 *Emens nomine alterius, actionem mandati acquirit. Intellige, ubi nomine mandantis emeret, numero 15.*
16 *Emptum à mandatario cenſetur virtute præcedentis mandati, quamvis nomine proprio ſacta ſit emptio.*
17 *Mandans, ut aliquid ematur, vel vendatur, tenetur ſtare ſtilo mercatorum, & fidem adhibere libris, & aliis omnibus, prout inter mercatores negotiari ſolet.*
19 *Mandanti proxima ſervans, intelligitur mandatum obſervare.*
20 *Mandatarius poteſt mandantem convenire, ut pecuniam ad implendum mandatum praſtet, & ut ab omni obligatione, ratione mandati contracta eum liberet, etiam antequam ipſe ex mandato ſatisfaciat.*

Pro Hieronymo Spina, & Joanne Sperone contra Jo. Dominicum Mirandam.

CONSULTATIO XXI.

JOhannes Dominicus Miranda, Mercator Neapoli degens, mandatum dedit Hieronymo Spina, & Joan. Sperone mercatoribus, Bari degentibus, ut emiſſent pro ejus computo ſalmas duas mille, & centum quinquaginta olei pro certo pretio, mediantibus tribus commiſſionibus, in diverſis temporibus factis.

Et in facto dubitari non poteſt, eoſdem Spina, & Sperone mandatarios mandatum adimpleviſſe in forma ſpecifica, ſalmaſque prædictas à diverſis perſonis emiſſe.

Verùm ſuppoſito, quod hodiè aliquæ ex ſalmis emptis deficerent, quia non fuerunt à venditoribus conſignatæ, vel ab eiſdem emptoribus venditæ, dubitatur, utrum ipſi Mandatarij poſſent nedum oleum à venditoribus recuperare, & mandanti conſignare, verum etiam alias ejoſdem bonitatis, & qualitatis, & in locum quantitatis deficientis ipſi mandanti conſignare.

In contrarium facit, quia mandati fines diligenter ſunt obſervandi *l. ſi diligenti, ff. mandat.* & in mandato Mirandæ adeſt certa forma, 1 * ut olea emantur ad pretios tunc currentes, ſolvenda tamen, & conſignanda in menſe Aprilis, & Maij, quæ forma à contrahentibus dari poteſt, *l. in conventionalibus, ff. de verb. obligat.* & quòd in mandato ſit obſervanda forma à mandante data, Stracb. *in tit. mandat. n. 6.* & propterea non poterit dari, niſi oleum tunc emptum.

Secundò, * quia ſicut mandatarios non debet eſſe 2 in damno, *l. ſi mandaſſem, & l. & mandato ff. mandat.* ita neque debet eſſe in lucro, tum damno mandantis, cùmque oleum hodiè ſit vilioris pretij, non eſt juſtum, ut hodiè ematur pro eo conſignando pretio cariori ipſi Mirandæ mandanti.

Verùm prædictis non obſtantibus contrarium luce clarius, ni fallor, apparebit, ſiquidem indubitati juris eſt, quod quamvis mandatarius poſſit ad ſui libitum mandatum acceptare, * vel eo accepto, re 3 tamen integra, recuſare, *§. rectè & §. mandatum, Inſt. mandat. Rebell. de obligat. juſt. lib. 17. qu. unica, num. 5.* renunciare mandatarius enim non poteſt mandatum, re non integra, ut habetur *in dec. 73. Rot. Gen.* ubi DD. cumulantur, & propterea eo ipſo, * quod mandatum acceptavit ſi non implevit 4 mandatum, remanet obligatus ad intereſſe, *l. ſi mandavero 22. §. fin. ff. de procur. § mandatum, Inſtitut. mand.* * niſi abſque ſua culpa implere mandatum non 5 potuiſſe oſtenderit, *l. ſi quis 27. §. qui ſuſcepit. ff. mandat.* aut niſi alius mandatum impleverit, aut nihil mandati interfuerit, mandatum non impleri, *l. ſi procuratorem 8. §. mandanti, ff. mand.* quod particulariter habetur in mercatoribus, qui mandatum ſuſcipiunt aliquid gerendi: nam ſi mandatum non implet, ad omne damnum, & intereſſe quod paſſi ſunt mandantes, tenentur, ita poſt *Alex.* tenuit *Pet. Paul. Pariſ.* videndus, quia multa particularia ad caſum noſtrum tradit *in conſ. 91. vol. 1. ſub n. 14.* & quod poſſint etiam ratione lucri ceſſantis conveniri, † ſi mandatum ſuſceptum non impleverint, dicit Strac. 6 *in d. tit. mandat. n. 51.*

Ex quo ſequitur, quod ſi ipſi Spina, & Sperone poſt acceptationem mandatorum de emendo oleo, illa non impleviſſent, & olei pretium fuiſſet auctum ad ducatos quinquaginta pro qualibet ſalma, tenerentur

tenentur

rentur ad beneficium Joannis Dominici Mirandæ
mandatarij emere oleum, & ipſi conſignare, vel ſal-
tem intereſſe etiam lucri ceſſantis ſolvere.
Simili igitur modo mandans actione mandati con-
traria tenebitur ad ſtandum damno, quod ratione
mandati dati evenire potuit, ita ut mandatarius pote-
7 rit cogere mandantem, † nedum ad ſolvendum quic-
quid expenderit in mandato exequendo, verùm ad
tribuendum omnia neceſſaria ad mandati executio-
nem, ut perbelle in utroque caſu fundat poſt alios
Molin. Jeſuit. *de contract. tra. 2. diſp. 54. nu 4. cum
ſeq. fol. mihi* 791. *Rebell lib. 17. de oblig. quaſi contr. ac
mandat. q. unica. n. 5. fol. mihi* 841.
Et ideo jure fundatur mos mercatorum, ut quando
accipiunt mandatum de emendo oleo, & per literas
ſcribunt mandatarios illud emiſſe certo pretio, quam-
vis in effectu non emant, poſſunt quandocumque
emere, & mandanti conſignare illo primo pretio ipſi
ſcripto, ſive augeat, ſive minuatur, quod ex commu-
ni voto omnium mercatorum, tam in Civitate Neap.
8 quam in Civitate Bari, * & Litij fuit ſatis probatum
cui conſuetudini ſtandum eſſe inter mercatores docuit
Rot. Gen. *deciſ.* 174. *n* 14. ubi *Doctores* cumulantur,
Sebaſt. Medices *dec. 7. n. 7.* immò eo ipſo, quod Mi-
randa dedit mandatum, intelligi debet hoc modo,
ſcilicet prout inter mercatores negociari ſolet. Man-
datum enim recipit interpretationem à ſolito more, *
9 per Pariſ. *conſ. 47. volum.* 1. quem allegat Strac. *in tit.
mandati, n. 45.* & habetur ex *d. dec. Gen.* 174. & poſt
Jaſon. *in l. certi conditio, §. ſi nummos, ff. ſi cert. petat.*
noviſſimè doctus Petr. Diaz de Ribadeneyra Noghe-
rol *alleg. 2. ſub n. 67.* nec eſt novum inter mercato-
res, qui recipiunt diverſas commiſſiones pro emendis
mercibus, quod multoties non emunt, ſed faciunt eo-
rum arbitria (ut vocant) ſperantes poſtea merces or-
dinatas eſſe valituras viliori pretio, quam tempore
datæ commiſſionis valet, & aliquando tempore quo
debet fieri conſignatio mandantibus emunt eas vilio-
ri pretio, multoties tamen cariori, prout anno præte-
rito accidit q. Paulo Baptiſtæ Graſſoglietti, qui propter-
ea fuit in damno pluſquam in duc. 30. m. ut eſt no-
torium.
Verùm prædicta procederent eo caſu quando Spina,
& Sperone non emiſſent oleum ordinatum (quod uti-
nam ſic fuiſſet) verùm in caſu noſtro in facto fuit
pleniſſimè probatum, oleum fuiſſe emptum ipſoſque
pauperes mandatarios admodum punctualiter manda-
tum expleviſſe, & de propria pecunia pluſquam du-
catos ſexdecim mille erogaſſe, & nonnullarum quan-
titatum oleorum non potuerunt habere conſignatio-
nem ob litem motam per ipſum Joannem Domini-
cum Mirandam, prætendentem non ſolvere convento
pretio, ſtante mutatione monetæ, & quod pejus,
inter has motas mortuus fuit Alphonſus Caracciolus
venditor ſalmatum 400. olei, & alij etiam fuerunt ef-
fecti deterioris conditionis, ſtante dicta monetarum
mutatione, & particulariter in Civitate Bari omnes
ferè mercatores fluctuaverunt, quæ mutatio monetæ
10 tanquam ex facto Principis * dependens inter caſus
11 fortuitos connumeratur, † ut per Rol. *conſ. 45. vol.* 3.
& caſus fortuiti ſpectant ad mandantem, non ad man-
datarium, *l. à procuratore, C. mand. gloſ. in l. 2. in verſ.
reſtituimus, de in integr. reſtit.* Rot. Gen. *dec.* 225. *n.* 4.
Inſuper conſiderandum eſt, quod emptio, & ven-
12 ditio oleorum perfecta fuit, † ſtatim enim, quod de
re, & pretio eſt conventum perfecta dicitur venditio,
*§. 1. Inſt. de contrah. empt. & l. 2. §. fin. ff. eod. titulo,
l. Labeo, §. coram, ff. de verb. ſign.* cum concordantibus,
dominium autem oleorum non fuit tranſlatum, ne-
13 que in mandantem, * neque in mandatarium, non ſe-
quuta priùs menſuratione, ſed ementi datur actio
ad rem venditam tradendam ſuo tempore, *l. cum ven-
ditorem 10. C. de act. empti*, ſicut venditori datur actio
adverſus emptorem ad pretium ſolvendum, *l. Julia-
nus, §. ex vendito, & l. vendit, in fi. ff. de act. empt.*
hæc autem actio ad oleum conſignandum non erit
mandantis, ſed mandatarij, quamvis enim emens
nomine alterius * actionem mandanti acquirat, *l. ſi* 14
procurator, ff. de acq. rer. dom. Rot. Gen. *dec.* 237. *n.* 2.
attamen hoc procedit, quando procurator, ſive man-
datarius exprimat, quod emit nomine alterius, ſi ve-
rò nullam in emptione de mandante mentionem
faciat, tantum ipſi ementi quæritur actio, † Paul. de 15
Caſtr. *in l. ſi ita quis, §. Seia cavit ff. de verb. obl.* ve-
rùm ipſi mandanti quæritur actio adverſus ipſum
mandatarium pro rei reſtitutione, quia præſumitur
virtute præcedentis mandati emiſſe *l. ſi pupilli, §. ſed
ſi ego, ff. de neg. geſt.* Rot. Gen. *dec.* 127. *n.* 8. * quod 16
quidem ſolitum eſt inter mercatores, ut quamvis e-
mant nomine alterius, tamen in emptione non ex-
primunt, ſed nomine proprio emunt, ut teſtatur Pa-
riſ. *d. conſ.* 91. & quod qui committit alicui merca-
tori aliquid vendendum, vel emendum, teneatur ſta-
re ſtilo mercatorum, † & fidem adhibere libris, & 17
alia omnibus; prout inter mercatores negotiari ſolet,
tradit Corn. *conſ. 319. n. 12. vol* 3.
His igitur ſic præſuppoſitis actio ad oleum ven-
ditum conſequendum fuit quæſita ipſis Spina, &
Sperone, & Miranda actionem habet ad oleum re-
cuperandum adverſus ipſos venditores, propter-
ea optimo jure ipſi obtulerunt quantitatem defi-
cientem conſignare eidem Mirandæ, ſoluto pretio,
& onus eorum erit illam recuperare à venditori-
bus.
Nec prædictis videtur obſtare, quod oleum con-
ſignandum forſan non erit emptum tempore vendi-
tionis, ſed emitur nunc viliori pretio per ipſos Spi-
na, & Sperone, qui non debent lucrari cum ja-
ctura alterius.
Nam reſpondetur, quod data pro vera emptione
illo tempore, quo fuit ordinata, prout tergiverſari
non poteſt, ſequitur quod quotieſconque vendito-
res conſignare intendunt ad pretium deſtinatum per
S. C. ipſi Spina, & Sperone non poſſunt conſigna-
tionem tenere, & pretium ſolvere tenentur per ſu-
pra dicta & proindè eadem obligatio erit reſpectu
ipſorum adverſus mandantem, † alias enim manda- 18
tarij eſſent in damno, contra regulam text. *in d. l. ſi
mandaſſem 15. & l. ex mandato 20. ff. mand. Magon.
dec. Flor. 3. n.* 16. Rot. Gen. *dec.* 111. *n.* 4. & 171.
Secundò, & melius mandatarij explendo manda-
tum conſignaverunt de proprio venditoribus par-
tem pretij, particulariter ipſi Alfonſo Carracciolo,
& Vito Ruſſo, & licèt non receperint oleum, hoc
fuit ex eo, quia non potuerunt conſignare totum
pretium, culpa ejuſdem Mirandæ, & ob litem circa
minorationem ipſius pretij motam per eundem, &
quia jam venit tempus Aprilis, & Maij, in quo erat
pretium ſolvendum, & venditores compellabant
ipſos emptores ad pretium prædictum, ideò neceſſa-
rium fuit ſatiafacere partem, ad evitandum mole-
ſtias, & damnum, immò in Civitate Bari, & locis
convicinis non ſolet fieri conſignatio, niſi tempore,
quo oleum in navibus oneratur, vel alio modo di-
ſtrahitur ad evitandum duplicatas expenſas, ac
etiam quia videretur fidem fallere venditori, prout
poſſunt Domini Judices ſe informare, cui ſtilo te-
netur ſtare mandans per ſupra dicta, & mandanti
proxima ſervans, † mandatum obſervare intelligitur 19
Rot. Gen. *deciſ. 8. n.* 11. *Stacc. de commerc. & camb.
§. 2. gloſ. 5. 369. in fin.*
Modò ſi emptiones factæ à Caracciolo, & Ruſ-
ſo, ſtante quod olea non fuerunt recognita non ad-
mitterentur, oporteret ipſos mandatarios agere ad-
verſus prædictos venditores ad pretij recepti reſti-
tutionem, qui venditores abſque dubio dicerent
accipe

accipe oleum, & ſic mandatarij eſſent in damno vilioris pretij olei, quod non eſt permittendum, ex juribus allegatis, & mandatarius poteſt nedum experiri adverſus mandantem, ut pecuniam ad expediendum mandatum præſtet, *d. l. ſi verò*, *§. ſin.* & *l. ſeq. ff. mand.* verùm etiam poteſt mandantem convenire,
20 ut eum ab omni obligatione ratione mandati contracta liberet, quod agere poteſt antequam ipſe ex mandato ſatisfaciat, ut per Pett. Gregor. *in partition. jur. canon. lib. 3. tit. de mand. c. 8. n. 3. fol. mihi* 251.

Facta relatione hujus cauſa junctis Regiis Conſiliariis duarum Aularum per tunc Reg. Conſil. Ferdinandum Brancia cauſa Commiſſarium, nunc verò digniſſ. Regentem Collat. Conſ. Equitem de Calatrava, & Ducem Belvederij, in quo ſupremo Tribunali Ego quoque hodiè reſideo, obtinuerunt prædicti Mercatores Spina, & *Sperone, & fuit dictus Jo. Dominicus Miranda condemnatus, licet cum aliqua moderatione.*

OBSERVATIO IN CONSULT. XXI.

ARGUMENTUM.

Mandati fines ſunt diligenter ſervandi, cùm mandans ſit mandati dominus, & legem rei ſuæ dixerit dando formam mandati, ut etiam quæ præter, aut citrà, vel ultrà mandatum irrita ſint. Aſſertio dubia eſſe poteſt, ſi melior fuerit mandantis conditio reddita. Mandatum acceptatum an re integra revocari poſſit, an ex parte mandantis ſolummodò, cùm in gratiam mandantis fiat mandatum, & judicentur ad imparia. Ad favorem mandatarij inclinat *Reg. Latr.* qui declaratur. Mutationis monetæ caſus an ſpectet ad mandantem. *Gaſp. Theſaur.* notat *Marantam.*

SUMMARIUM.

1 *Mandati fines ſunt diligenter ſervandi.*
2 *Quæ citrà, vel præter, aut ultra mandatum geſta ſunt per mandatarium ſunt irrita.*
3 *Exempla recenſentur.*
4 *Quid ſi cauſa mandantis fuerit melior facta.*
5 *Irrefragabilis ſententia duriore, vel pejore facta conditione mandantis.*
6 *Interpretativa, & implicita mens mandatoris venit ex forma mandati.*
7 *Mandatum qualiter extenſionem recipiat.*
8 *Mandatum voluntate ſola mandantis revocari poteſt.*
9 *An mandatarij tantùm voluntate*
10 *Ad imparia judicantur mandans, & mandatarius.*
11 *Notantur verba* Reg. Latr.
12 *Caſus mutationis monetarum an cedat mandanti.*

1 Mandanti * fines diligenter ſervandos, ſtatuit textus in *l. diligenter*, *ff. mandat.* Ita ut nec latum unguem tranſgrediendum eſſe mandatum, nec debeat eſſe in poteſtate ejus, qui ſuſcepit mandatum addere, vel detrahere formæ mandanti, *l. in re mandata*, *C. mandat.*

2 Imò quæ geſta ſunt citrà, * vel præter, aut ultrà mandatum irrita ſint, *Mantic. de tacit. lib. 7. tit. 55. numero 3. Andreol. contr. 28. numer. 3.* Quia operatur mandatarius in re aliena ſine conſenſu domini, *d. l. diligenter*, & quæ facit contra, vel præter, aut citra formam mandati, non valent, & aliud agere videtur, poſt alios *Oguatt. de contract. diſp. 45. de mandat. ſect. 4. nu. 87.* ubi quod mandatarius, quæ facit, ſunt attentata, & revocanda, quia non valent.

Exemplis res confirmatur de eo, † qui juſſus emere domum Seianam, emit Titianam. Aut juſſus emere domum centum nummis, emit centum viginti, *§. is qui exequitur*, *Inſtit. mandati.* 3

Quid † ſi cauſa mandantis melior fiat. Et dicendum videtur, ut neque melior cauſa mandantis fieri valeat, ut in *l. 3. ff. mandat.* ibi: *Nec cauſa mandantis melior fieri poſſit*, & *d. l. diligenter. Aut etiam minoris*, ut de re empta minori pretio. Et *d. l. 3.* ibi: *Etiamſi paratus eſſet, id quod excedant, remittere.* Undè *Bonacin. Molin. Fillinec.* & alij, quos refert *Oguatt. ubi ſup. nu. 88.* & *Andreol.* addunt hæc verba: *Non ſolum ſi contra formam ſpecificam mandati fiat, ſed etiamſi præter illam, aut citra, vel ultra.* 4

Si pejorem, † aut duriorem faciat mandantis conditionem, omnes conveniunt veram eſſe extenſionem, & irrefragabiliter probent jura adducta. 5

At quando fit melior conditio mandantis, dubia eſt aſſertio. Veritas eſſe videtur, à forma ſpecifica mandanti non eſſe excludendam interpretationem, quæ meliorem faciat conditionem mandantis, ſive ſumatur à jure, ſive à privata, ſive præſumpta rationabiliter interpretatione ipſius mandatarij, v. gr. Rogat te quiſquam, ut ei emas talem domum mille, tu emis nongentis, & reddis ei centum; Rectè, & rationabiliter interpretaris ejus voluntatem, quia ab illa forma ſpecifica, hæc perſpicua, & rationabilis interpretatio non excluditur, & ideò emptio valet, & actionem habes in mandatorem. Rurſus, te rogat quiſquam, ut vendas domum ſuam mille, tu vendis mille, & ducentis, rectè interpretaris mandatum ſpecificum, quia ſecundum jus mille continentur in mille ducentis, *§. is qui exequitur*, *Inſtit. mandat.*

Quamvis ſpecificam formam verba † mandato præſcribant, mentem tamen mandantis eſſe, ut melior ſua conditio fiat. Hinc poſſe mandatarium efficere, quidquid eſt neceſſarium antecedens ad ſuum mandatum, ut ſi rogas me, ut eam Mediolanum recuperare mille, quæ ibi habeo, poſſum conducere equum. Rogas, ut colam hortum, poſſum emere inſtrumenta, & conducere operarios, quia qui vult conſequens, vult & antecedens neceſſarium ad illud, *l. ad rem mobilem*, *ff. de procurat.* & mandatarius operatur ex voluntate mandantis non præſumpta ſolum, ſed & certa ſcientia ſibi cognita, & certa eſt ſcientia, ut qui vult conſequens, velit & antecedens, ex quo ſequitur, & ſine quo ſequi non poteſt. 6

Quare mandatum recipit extenſionem, & interpretationem à majori ratione, *Mantic. de tacit. lib. 7. tract. 15. numer. 37.* ut in exemplis de emptione, ut quando implet per minorem quantitatem, quia mandatum minus continetur in majori, *l. rogatus*, *ff. de procurat.*

Sequitur mandatum extendi ad ſimilem caſum, in quo eſt paritas actionis, *l. ult. §. ult. ff. mandat.* Etenim leges hanc admittunt interpretationem ab identitate rationis.

Infertur etiam mandatum in forma ſpecifica poſſe impleri per æquipollens, *l. ult. ff. mand.* ubi *gloſ. Nihil referre quid de æquipollentibus fiat*, *c. ſtatutum*, *ff. de offic. deleg.*

Poteſt impleri forma mandati uberiùs, & pinguius, & pleniùs, ut in *Clem. ſæpè de verb. ſignif.* Nam hoc reſpicit commodum mandatoris, & fit melior ejus conditio, latè *Oguatt. diſp. 44. de mand. ſect. 4. per tot.*

Mandatum

8 Mandatum voluntate mandantis revocari poteſt, † & eo revocato non poteſt mandatarius ſumptu mandatum conſumere, & cujus eſt mandare, ejus eſt & revocare, *l. quod juſſit, ff. de re judic. l. cum prætor, ff. de judic.* & cujus in favorem contrahitur, is ſuo favori renuntiare poteſt, & re integra mandatum revocatum evaneſcit, nam mandantis intereſt non diſſolvi contractum, cùm ejus ſolius cauſa agatur, & mandatarius nullum emolumentum percipit. Aliter ſi ſalarium conſtitutum fuerit, quia mercede promiſſa mandatum tranſit in locationem, *Mantic. lib. 7. tit. 12. n. 16. & 18.* Requiritur, ut res ſit integra, alias mandans tenetur ſervare indemnem mandatarium, *§. rectè Inſt. mand.* Et ſi indemnem ſervet, ſemper poteſt mandatum revocare, & quidquid impenderit bona fide mandatarius, & ei reſarciendum, *Ognatte ubi ſup. n. 111.*

Quæſtio tota eſt de mandatario, utrum & ipſe revocare poſſit mandatum, & ſuſceptum deſerere negotium? Et quidem quod ex cauſa ſuperveniente poſſit, nemini dubium eſt, ut quia inimicitiæ ſuperveniant, ſi impedimentum aliquod legitimum, quod non poſſit negotium peragere, ſi neceſſaria abſentia, ſi notabiliter rebus ſuis deſit, re integra renunciari poſſe habetur in *l. ſi quis alicui, ff. mand.* ibi: *Si verò intelligit, id efficium ſe implere non poſſe, id ipſum debet cum primum poſſit, mandatori renunciare, ut is ſi velit alterius opera utatur, quod ſi cum poterit, nunciare ceſſaverit*, quanti mandatoris intereſt, tenebitur, ſi ex aliqua cauſa non poterit renunciare, ſecurus erit, *Ognatt. num. 113.*

9 Sed omnis in eo vertitur difficultas, * utrum mandatarius ſine legitima cauſa, ſed ſolo ſuæ voluntatis arbitrio poſſit mandatum ſine legitima cauſa etiam re integra revocare, cùm poſſit re non integra ſi indemnem velit ſervare mandatorem.

Videntur hi contrahentes ad paria judicandi. Et ita videtur tenere *Mantic. lib. 7. tit. 12. nu. 46* Rationem aſſignant *Fillincc. Weſſembec.* & alij, quos *Ognatt. n. 114.* Quia ſit contractus ſua natura revocabilis, inclinat *Molin. diſp. 552. verſ. mandatum*

10 Contraria opinio verior eſt, ut etiam re integra, & tempeſtivè, non poſſit mandatarius pro ſuo libito mandatum revocare, niſi juſta, & legitima cauſa adſit

Quia mandatum ex parte mandantis continet obligationem mandatarij, alias non eſſet contractus verus, cùm contractus ſine obligatione ſaltem ex altera parte conſtare non poſſit. Ex parte mandantis certum eſt non dari hanc obligationem directam, ſed contrariam, quæ ſupponit obligationem mandatarij; Ergò ipſe mandatarius eſt, qui directè in hoc contractu obligatur, ſed vana eſſet hæc obligatio, ſi quandocumque ipſe mandatarius vellet, poſſet eam pro ſuo libito revocare, etiam ſine cauſa, & rebus non immutatis, *l. 1. ff. de donat.* ubi obligatio, quæ tota refertur in voluntatem ejus, qui ſe obligat, nulla ſit obligatio. Ergò in mandato non poteſt mandatarius obligationem ſuam ſine cauſa recuſare, mandatum recuſando. Et ſtipulatio non valet in Rei promittentis arbitrium collata conditione. Ergò in mandato non poteſt mandatarius obligationem ſuam ſine cauſa recuſare revocandi mandatum.

Præterea, nam mandatum continet ex parte mandatarij donationem operarum factam mandanti. Sed donatio acceptata ſemel pro libito donantis revocari non poteſt. Ergò nec donatio operarum mandatarij.

Ulteriùs, nam jura valdè exaggerant hanc obligationem mandatarij aſſerentia ante ſuſceptum negotium cuique liberum eſſe, hanc obligationem ſuſcipere, vel recuſare, ſed poſtquam ſemel ſuſceptum eſt, non poſſe ejus obligationem detrectare, *l. ſi ex mandato, & l. in re mandata, ff. eod.* Non eſſet autem cur hanc obligationem jura commendarent, ſi quis poſſit pro ſuo libito eam revocare.

Nec urgent jura in *§. mandatum, Inſtit. mandat. & l. mandavero, §. ſicut, ff. de procur.* ex quibus arguitur mandantem re integra poſſe revocare mandatum. Quia intelligi poſſunt, & debent legitima cauſa exiſtente, & non pro libito ſuo, ne ſint contraria legi, ut *ff. de procurat. l. ſi quis alicui, §. mandatum*, ubi habetur, hanc revocationem etiam re integra ex cauſa fieri debere, ſi inimicitiæ ſupervenerint, legitimum impedimentum, & ex cauſa fieri poſſit recuſatio; Et qui mandatum ſuſcepit, debet explere ſi poſſit.

Reg. Latron. 3. de hac re ita loquitur: † *Verùm prædictis non obſtantibus contrarium luce clarius, ut fallor, apparebit. Siquidem indubitati juris eſt, quod quamvis mandatarius poſſit ad libitum mandans acceptare, vel eo accepto re tamen integra revocare, §. rectè, & §. mandatum Inſtit. mandat.* 11

Declaratur dicta *Reg. Latro* aſſertio ad favorem mandatarij, & pro libito non poſſit renunciare mandatarius, ſed ex juſtis cauſis re integra valeat, ut demonſtratum fuit, quamvis non deſint diſſidentes, & indiſtinctè volentes ad paria judicandos mandantes, & mandatarios.

Gravis ſuſcitatur quæſtio utrum ſi res mandatarij pereat caſu fortuito, mandans teneatur damnum refundere mandatario? Negandum videtur. Quia res perit domino, & ſi res eſt mandatarij, periiſſe res domino videtur.

Præterea, quia ex nullo contractu quis tenetur de caſu fortuito, *l. contractus in fin. ff. de regul. jur.*

Ulterius, nam in ipſo contractu mandatarius de ipſis rebus mandantis, quæ apud ipſum maneat pereuntibus non tenetur de caſu fortuito, imò nec de culpa leviſſima, aut levi. Ergò multò minùs tenebitur, mandans de rebus mandatarij, quas in ſuam cuſtodiam non ſuſcepit, ut mandatarius, ut nec in ſuam cuſtodiam habet. Confirmantur præfata ex *l. inter cauſas, §. non omnia, ff. mandat* ubi non omnia, quæ impendit mandatarius mandanti imputabit, veluti quod ſpoliatus fuit à latronibus, aut naufragio res amiſerit. Nam hæc caſibus magis, quàm mandato imputari oportet, & apertè dicit *textus*, mandantem de caſu fortuito non teneri.

Nihilominùs videtur verius dicendum, quod ſi occaſione mandati aliqua bona mandatarij pereant, & etiam caſu fortuito alioquin non peritura, nec erant ſuperflua, ſed rationabilia ad executionem mandati, de his mandans teneatur mandatario.

Ratio eſt, quia omnes expenſas collatas in negotium mandantis, iſte ſolvere teneatur mandatario, ut hunc ſervet indemnem, mandatarius autem verè impendit illud, quod caſu periit in utilitatem mandatoris, & negotium ejus, convenit enim mandatarium indemnem omninò ſervari, alias nullus vellet negotium alienum ſuſcipere, ſi præter operas, etiam res ſuas in diſcrimen vocaret in mandantis utilitatem ſine ullo ſuo emolumento, *Ognatta d. diſp. 44. n. 102.*

Quid ſi caſus fortuitus contingeret † in reprobationis monetæ numeratæ mandatario pro emptione, vel executione mandati? Et pro mandatario facit *Marant. conſ. 138. nu. 2.* & defendens quoſdam Gabellarios, ut liberentur per ſolutionem reprobatæ monetæ ex dicto Principis eo prætextu, quod illi exegerant illam monetam ante reprobationem, & non ſint in culpa. 12

Bene verum *Gaſp. Theſaur, in tract. de augment. monet.*

monet. poſt *quæſtion. forenſ. n.* 67. opinionem *Maranſæ* inquit, maximam habere æquitatem, præſertum ſi gabella à Principe proveniret, cujos culpa mutatio monetæ fieret.

In cauſis mercatorum eſt ſervandus ſtylus, & conſuetudo eorum, non jos commune, etiamſi contra jus ſit, *Corn. conſ.* 319. *nu.* 12. *Rota Genua dec.* 17. *n.* 11. *Rocc. reſponſ.* 4. *n.* 27. *lib.* 1.

Mandans expendi decem in emptione rei, ſi expenderit viginti, qoia tanti valeat, ſi ipſa res ſimpliciter mandanti fuerit tradita, non poteſt conveniri mandans ad illud plus, qood fuerit ſolutum, Bald. *in l. fin. C. de negot. geſt.* Re autem non tradita, mandatarius poteſt uti retentione, donec mandans ſolverit totom pretium, Bald. *in l. qui alienat, §. libertus, ff. de negot. geſt. Roccus in notis de mandat. not.* 91. *num.* 221.

ARGUMENTUM.

Tractatur articulus, quis ſit actor, vel reus, & de materia confinium inter duas Univerſitates, & quomodo, & per quas probationes verificentur.

SUMMARIUM.

1 *Factum proponitur.*
2 *Reus is eſt, qui principaliter in judicio per citationem provocatur.*
3 *Actor quando quis dicatur.*
4 *Libellus per quem quis petit, ſententiam pro ſe latam declarari nullam, non admittitur.*
5 *Judicium, de quo agitur, originaliter eſt bonatenentia, in conſequentiam verò fines ſunt determinandi.*
6 *Res inter alios acta non prodeſt, & quomodo procedat, num.* 7.
8 *Actor non probans in judicio ſuccumbere debet.*
9 *Sententia eſt ferenda pro reo in judicio finium regundorum, etiam ſi probationes eſſent pares.*
10 *Probatio negativa, & notorium facti permanentis an ex inſtrumento inducantur.*
11 *Inſtrumentum antiquum probat, etiam ſi careat ſigno, & ſubſcriptione Notarij.*
12 *Inſtrumentum authenticum ſumi poteſt, ſi protocollum, aut abbreviatura in aliqua parte ſunt interlineata, & cancellata, ac etiam vitiata, ut legi non poſſint.*
13 *Inſtrumentum continens deſcriptionem plurium confinium, quorum major pars non negatur probat de aliis, qui controvertuntur.*
14 Corn. conſ. 171. num. 11. vol. 1. *pro ſingulari deſcribitur.*
15 *In dubietate confinium recurrendum eſt ad Archivium Eccleſiæ.*
16 *Confinia duo ſufficiunt juſtificari ad denunciandum identitatem, & per teſtes probantur, numer.* 17. *maximè per teſtes vicinos, circumhabitantes, qui magis idonei ſunt, num.* 18. *item per cuſtodiam locorum, n.* 19. *etiam per refectionem aggerum, ſeu via, n.* 20. *ac etiam per loci evidentiam, n.* 21. *& de ratione, n.* 22.
23 *Territorium præſumitur illius loci ubi magis adjacet, item limitatur per eoſdem limites, quibus limitantur terra vicina, n.* 25. *&* 26.
24 *Vicinitas, & aptitudo ſunt argumenta dominij.*
27 *Scriptura per aliam declaratur, & ſic etiam privilegium per aliud ſimiliter declaratur.*
28 *Dominium probatur ex poſſeſſione, & recollectione fructuum, ac paſcendi, & lignandi, & quid in poſſeſſione de præſenti, & de præterito, n.* 29.
30 *Varia proponens non eſt audiendus, & in expenſis condemnatur.*
31 *Varians in dicto ſuo, ſive contrarius, reputatur perjurus.*
32 *Declarans ſemel intentionem ſuam, ſaltem facto, non poteſt amplius variare.*
33 *Variatio quid operetur.*
34 *Locus Danielis de Suſanna explicatur.*
35 *Falſitas reputatur in teſtibus contraria deponentibus.*
36 *Deſcriptio non facta arguit jus regiſtrandi non competere.*
37 *Ex non exactione bonatenentia oritur præſumptio territorium non eſſe non exigentis.*
38 *Caſale non habet territorium, & debet habere caput ſuum.*
39 *Scriptura antiqua, ad hoc ut probet requiritur antiquitas centum annorum, idem procedit in privilegiis, & reſcriptis Principum, n* 40.
41 *Juriſdictio magis antiqua præfertur.*
42 *Teſtes qui deponunt in ſpecie præferuntur illis, qui deponunt generaliter in confinibus, & ſic etiam præferuntur, ſi deponunt de actibus poſitivis, veluti de paſculatione & aratione terrarum, n.* 44.
43 *Probatio antiquior præfertur in materia confinium.*
45 *Teſtes examinati in termino ordinario, præferuntur teſtibus examinatis in primo beneficio.*
46 *Deciſio cauſæ.*
47 Regentis Valenzuela *laudes.*

Pro Univerſitate Gifoni contra Univerſitatem Montiſcorbini.

CONSULTATIO XXII.

UNiverſitas Montiſcorbini † agnoſcens deficien- 1
tiam probationum pro obtinendo io jodicio per ipſam intentato, revoluto mantello ſe conventam in Aula S. C. auſa fuit dicere, quod quam temerè ſit allegatum, agnoſcent Domini Judicantes ex ordine judicij, negare enim nunquam poterunt, qoaliter nulliter obtento decreto in poſſeſſorio ſuper particula hujus Territorij, de quo agitur, contra Civitatem Salerni, ſcientes, non eſſe legitimam contradictricem, inſtiteront pro deſcriptione Territorij ad finem exigendi bonatenentiam nedum à Salerno, ſed ab omnibus bona poſſidentibus in territorio cum Salerno litigato, & etiam in toto territorio, de quo agitur, obtentoque Commiſſario Alfano, coram eo citari fecerunt 250. Particulares Gifoni ad finem ab illis exigendi bonatenentiam, & ſic ipſi ad judicium provocaverunt Gifonum, quia ad ſe defendendum comparuit tam coram Commiſſario prædicto, quam in S. C. hic ſuccedit particularis deciſio text. vulg. *l. ex his, ff. de jud. & cap. forus. §. accuſator, extra de verb. ſignif. Roman. in conſ.* 217. * Is enim reus eſt, qui principaliter 2
in judicio per citationem † provocatur, *dicto cap. fo-* 3
rus, §. reus, & ideò ipſi ſunt actores reputandi, neque eis opitulabuntur comparitiones, ſive ſupplicationes lectæ in Aula dicti S. C. ad inſtantiam Univerſitatis Gifoni, nam ultra reſponſiones jam datas apparet, eas eſſe ad defenſionem; imò qoando adhoc eſſent principales petitiones, neque ex hoc efficeretur terra Gifoni actrix, quia in hoc judicio provocatus etiamſi per alium libellum peteret fines terminari, vel diviſionem fieri, & velit eſſe actor, non per hoc actor efficeretur, imò libellus non eſſet recipiendus, nec petitio admittenda, poſtquam poteſt habere intentionem virtute libelli illius, qoi prius

ad

ad judieium provocavit, eſt particularia deciſio
Peul. de Caſtr. *in d. l. in tribus*, *n.6.* addocens ſimile
Innóc. *in capite cum contingat*, *extra de offic. dcleg.*
qui tenuit,* quod ſi dedi libellum contra me, petẽs
4 declarari, ſententiam pro me latam eſſe nullem, non
admittetur libellua, petens pronunciari contrarium.
His ſic præmiſſis videndum erit, quid petiit
Univerſitae Montiſcorbini, & quid ſit hodiè jodi-
candum. Secundò, de probationtbua utriuſqoe par-
tis, qoæ ſint validiores.
5 Ut dixi, † judicium intentatum aliud non eſt, ni-
ſi petitionis bonatenentiæ, ſed qoia Univerſitaa Gi-
ſoni per plures inſtentias ſe defendit, non teneri ed
bonatenentiem, ex quo territorium erat proprium,
& non Montiſcorbini, ideò Univerſitea prædicte
poſt emiſſum poſſeſſorium, cùm fuerit terminoa in
cauſa impartitus, ad finem obtinendi in petitorio,
neceſſe eret probare dominiom iliius, & propterea
coram Commiſſerio Tarcagnore fecit rubricam, de-
ſcribendo totum ejua prætenſum territorium per fi-
nes, & confines, Univerſitas eutem Giſoni ed fi-
nem ſe defendendi, & probandi contrerium, ſuam
fecit rubricam territorii, & ſic originale judicium
fuit bonatenentiæ petitæ per Montemcorbinum, in
conſequenria verò erunt hodiè determinandi fines,
ad finem ut ſcietur, cujus eſt territorium, ut litibus
finia imponatur.
In boe judicio ed obtinendom doo genera pro-
bationum ponderantur pro Montecorbino, elte-
rum ſcilicèt fectum eum Salerno, alterom verò in
hoc ultimo volumine cum Giſono, Quoed proba-
tionem fectam cum Salerno, ea uti oon poteſt ad
6 ſui beneficium, * cùm ſit inter alioe ecta, *l. unica*,
Cod. res inter alios act. D. in l. ſæpe, ff. de re judic.
Dom. de French. *deciſ.* 345. *n.* 1. & ideò de eie in poſſeſ-
ſorio uulla fuit habita ratio, * ſed benè poterit Gi-
7 ſoni Univerſitas ſe illis adjuvari, eùm ſint proceſſua
à Moutecorbinn reproducti Bald. *in cap. præterea. col.*
3. *de dilat. Doct. in l.* 1. *§. addenda*, *ff. de edend.* Boer.
dec. 25e. *n.*4. Gramm. *dec.* 103. *n.*84. Azeved. *l.*4. *tit.*
5. *l.* 3. *n.* 13. ſecundæ verò probationi luculenter in
facto reſponſum, & infre alique notebimus.
8 Ex quo fit, qoòd cùm ipſe ſit ectrix, * & non be-
nè intentionem ſuam fundaverit, ipſa debet ſuccum-
bere, Bald. *in cap. licèt cauſam, de probat.* immò etiem
ſi pares eſſent probetionee in hoc judicio, * temen
9 ferenda eſt ſententie ed beneficium Giſoni, qui fuit
in judicio provocatua, ite in ſpecie de judicio fi-
nium regundorum tradit Nett. *conſ.* 67e. *n.* 59. idem
Bald. *conſ.* e51. *lib.* 2. & ſic deciſum in Gellia refert
Boër. *dec.* 239. *n.* 4.
Modò Univerſites Giſoni ad exuberanriam pro-
duxit duee ſpeciea probetionum, elteram ſcilicèt ne-
gativem, alteram verò affirmetivam,
Negetive probatur * ex inſtrumento de enno 1370
10 in quo Archiepiſcopus Salernitenua tunc Montiſ-
eorbini Dominus ed perpetuam rei memoriam,
præcedente cauſæ cognitione per viginti tres teſtes
ejuſdem Terræ Montiſcorbini confines probavit,
deindè in publicem formam redegit, ſecundòm
quod inſtrumentum, territoria, de quibus egitur,
non includuntur, ex quo inſtrumento ſic diſpoſitivè
facto nedum plene probatio reſultat, verùm noto-
riùm facti permenentia inducitur, Beld. *in c. cum cau-*
ſam, *colu.* 3. *de probation.* etiamſi juſſu non Domini
terræ deſignati fuerint, Dec. *conſ.* 42. *n.* 10. *Marcell. de*
Mauro alleg. 26. *n.* 2. pleniſſimè Corn. *conſ.* 171. *vol.* 1.
ita etiem tenuerunt Bald. Alber. Salic. & elij DD. *in*
l. cum aliquis, *C. de jur. delib.* Nett. *in conſ.* 672. *n.* 16.
quamplurimos refert Maſtard. *concl.* 394. *l.* 1. quod
nedum procedere in inſtrumento pro confinibus
deſignandis facto, verum etiemſi enunciativè eſſer-
tionem de confinibus faciant, dummodò inſtrumen-
tum ſit antiquum. Guld. Pap. *conſ.* 88. *n.* e. Cravett.
conſ. 54. *& in tract. de antiq. temp. in* 1. *par. in pr* *n.* 2.
idem Nett. *conſ.* 632. Berbet. *conſ.* 6. *n.* 2. *vol.* 2. Maſcar.
in d. concl. 394. ubi *n.* eo. dicit procedere, etiamſi
fuerit unum tantùm inſtrumentum, dummodò prin-
cipaliter ſit fectum ſuper confinibus, nam illud ſuf-
ficit, dummodò ſit entiqoum, etiam in præjodicium
tertij, ex Corn. *conſ.* 171. *col. fin. lib.* 1. Cravett. &
alia & probent *Doctores in l. cum aliquis*, *Codic. de*
jur. delibor.
Quarè videns pars, ſcripturam decidere quæſtio-
nam, contre fuit illam impugnare nonnullis medijs,
licèt admodum frivolia, & ideò facili negotio tol-
luntor.
Primò namqoe dixit, inſtrumentum non eſſe ve-
rum, & quod non epperet hodiè edeſſe in Archivio
Archiepiſeopeli Salerni, ubi extractum fuit quòd
quidem negari neſcio qoomodò poſſit, ſiquidem S.
C. omnea adhibuit diligentiaa, immò miſit Scribem
in pertibua, ed hoc ut originele baberet, & tunc
Antiſtes, qui Eccleſiæ Salernitanæ præſidebat, no-
luit ut originale conſignaretur, niſi recepte obliga-
tione de reſtituendo, qood ſcriba ſine ordine ejuſ-
dem S.C. efficere noluit, idqoe non fuit permiſſum,
& ideò per tot annos per Univerſitatem Montiſcor-
bini nunquam fuit hoe ellegetum, & neſcio quo-
modo bodiè hoc allegare non erubuit.
Secundò, dictum inſtrumentum non eſſe authen-
ticum, ex quo originale non habet ſignum Noterij,
ed quod reſpondetur, * quòd clara eſt juris diſpoſi- 11
tio, quando inſtrumentum eſt antiquum, tunc pro-
bet, etiam ſi careret Noterij ſigno, & ſubſcriptio-
ne, Rub. *conſ.* 10. *col. ult. verſ. præmiſſis tamen*, ſequi-
tur Cravett. *de antiquo tempor. in ult. par.* 3. *in princ.*
num. 39. Menoch. qui alios refert, & ſeqoitur *de ar-*
bitr. Jud. caſu 187. *cent.* 2. *n.* 17. *&* 18.
Tertiò dicit, quod deficit in aliquibua partibus,
ex quo propter anriquitarem legi non potuetunt,
qnod uec obſtat, * ſiquidem de jure inſtrumentum 12
authenticum ſumi poteſt, ſi protocollum, eut abbre-
vietutæ in eliqua parte eſſent interlineatæ, & can-
eellatæ, immò etiam ſi eſſent vitiatæ, ut legi non
poſſint Signorol. *conſ.* ee4. *in fin.* ſimile per Bald. *in l.*
fin. col. 4. *in* 4. *oppoſit. n.* 33e. *Cod. de edict. Div. Hadr. tol-*
lend. & faciunt tradita per Salernit. *dec.* 58. *n.* 8.
Quartò dicit quòd hoc inſtrumentum eut erit co-
pie copiæ, & non probat, aut ſi dicatur, qoòd
probat tanquem ſumptum ex Archivio Archiepiſco-
pali, prætendit, qoòd Curie Archiepiſcopelis Sa-
lerni non habeat Archivium, & ſi habet, quòd non
probet in aliene juriſdictione, & ſic in S. C.
Quibus cùm pleniſſimè ſit reſponſum per Domi-
num Collegam in ſuis copioſis ellegetionibus, non
inſiſto, ſolùm eddendum cenſui, quòd quendo non
eſſet publicum inſtrumentum, ſed ſcriptura privata
reperta in Archivio Cathedralis Eccleſiæ Salerni-
tanæ, tamen cùm ſimue in antiquia, plenam fidem
facit, Hector. Felic. *alleg. ſua juris* 16. *nu* 3. qoem ſe-
quitur Nieoleua Genue *de ſcriptura privata*, *tit. de*
libr. Capituli alicujus Monaſterij, *num.* 3. & qoam vie
reguleriter libris Moneſterij in præjudicium tertij
plenè non credatur, Burſat. *conſil.* 330. *num.* 100. 3.
vol. Surdus *conſil.* e45. *n.* 19. *vol.* 2. qui elioe referunt,
tamen hoc fellit io libris entiquia, tunc enim etiam
pro ipſe Eccleſia contre tertium probant, ut hebe-
tur ex eodem Burſat. *dict. conſ.* 101. alijs per Nicol. 13
Genuam *in dict. tract. tit. de libris Monaſt. num.* 3.
& pro veritate, validitete ſcripturæ edducem u-
num ſingulare, qood cùm inſtrumentum in ſe con-
tineat deſcriptionem plurium confinium, quorum
mejor pars non negetur, ſequitur qnod veri ſunt
etiam confines, qui controvertuntor, ad qood eddo-
cam punctualiſſimam doctrinam Corn. *in conſ.* 172. 1.

vol. num. 11. qui loquens de inſtrumento confi-
nium, repoſito in quodam Archivio, cùmque tra-
ctaretur de ejus validitate inter duas Univerſitates,
ſubdit hæc formalia verba.

14 *Et inter cætera dicunt,* * *quod creditur ſcripturis de-
ſcriptis in lapidibus, ſeu columnis in quibus non adeſt
ſolemnitas,* & *Authar. ignoratur, multa ergo fortim
credendum eſt ſcriptura reperta in Archivio publica,
& maximè cùm adjuventur confeſſione Adverſarii,
quod vera eſt major pars confinium, qui ſunt deſcripti
in dicto inſtrumento, ita quod eſt veriſimile, prout
continere veritatem in illis confinibus confeſſatis, &
quod ſint fines territorij Caſtri Ficchini, ita etiam
veritatem contineat in aliis confinibus, de quibus verti-
tur controverſia.* Hæc ſunt propria verba *Cornei,* quem
rogo videri, quia *conſilium* vidatur totum pro hac
15 cauſa * conditum, & quod in dubietate confinium
recurrendum ſit ad Archivium Eccleſiæ, habemus
*Cap. Regni Ad tallendum, verſic. & cùm de teni-
mentis.*

Hinc Bart. *in l. demonſtratio falſa, in 7. quæſt. ff. de*
16 *condit. & demonſtrat.* dicit, † quod ad denunciandum
identitatem duo confinia ſufficit juſtificare, ſequi-
tur Alexand. *conſ.* 180. *num.* 8. *vol.* 6. plenè Dicia-
nus *reſp.* 17. *num.* 8. *vol.* 3. Surd. *in conſil.* 44. *num.*
17. *&* 18. *vol.* 1.

Et ſic dubitari non poteſt de validitate, & verita-
te ſcripturæ, & per hoc remanet benè probatum,
territorium, de quo agitur, non eſſe Montiſcor-
bini.

Alia verò probationis ſpecies per Giſonum pro-
ducta fuit affirmativa, hoc eſt, territorium eſſe ſu-
um, quod probavit omnibus modis, quibus probari
poteſt.

17 Et primò per teſtes, † confinia enim per teſtes pro-
bantur, *cap. cum cauſam, & ibi DD. de probat,* Guid.
Pap. *dec.* 193 *n.* 2. latè Bald. *conſ.* 420. *n.* 1. *vol.* 1.
Barbat. *conſ.* 6. *n.* 4. *vol.* 1. Bertrand. *conſ.* 307. *n.* 10.
18 *vol.* 6. & maximè per teſtes vicinos, * & circum habi-
tantes, qui ſunt magis idonei, Maſcard. *de probat.
concl.* 395. *n.* 2. colligit. ex Ulpian. *in l.* 1. *ff. de finn.*
Burſat. *conſ.* 235. & Surd. *conſ.* 429. *n.* 1. *vol.* 3.

19 Secundò fuerunt confines † probari per cuſtodiam
locorum, Guid. Pap. *dicta deciſ.* 193. *n.* 1. *&* Bald.
in allegato *conſ.* 410. Lucchi de Curt. *in ſuis allega-
tionibus de finib. poſt tractatum* Hier. de Monte, *n.* 19.
Natt. *conſ.* 972. *n.* 6. *lib.* 4. Menoch. *conſ.* 21. *num.* 11.
& 147. *num.* 17.

20 Tertiò per reſectionem aggerum, * ſeu viæ, latiſſi-
mè *Burſat.* in allegato *conſ.* 225. *&* Surd. *in conſ.* 426.
Pariſ. *in conſ.* 4. *n.* 6. *vol.* 4.

21 Quartò per loci evidentiam * *l. ſi irruptione, ff. fin.
regund. gloſ. in cap. inter memoratos,* 16. *qu.* 4. Afflict.
22 *dec.* 23. *n.* 6. Colcan. *conſ.* 8. *n.* 7. † quod enim oculus
videt, nemo fideliter negat, Bald. *conſ.* 399. *num.*
6. *vol.* 1. Curt. *conſ.* 70. *nu.* 116. *Angererbicus in Codi-
ce Theodoſiana de controverſ. pag.* 175. *Hieron de Monte
in tract. de finib. cap.* 3. *nu.* 8. *Azeved.* qui alios re-
cenſet *tit.* 7. *leg.* 3. *n.* 35. Et quamvis pars prætendat
habere loci evidentiam pro ſe, attamen ſatis fallitur
ex ſupra dictis, & multa ad probationem confinium
affert *Aviles in cap.* 6. *Prætorum, in gloſ. verbo ocu-
pados.*

Ex viſura apparuit, territoria prædicta eſſe magis
adjacentia Caſtro Giſoni, quàm Montiſcorbino, &
ideò præſumuntur illius territorij, cui magis adja-
cent, Bald. *in cap. cum olim, de præſcr.* quem refert,
& ſequitur aliis etiam relatis *Conſ. Marcian. conſ.* 15.
n. 4. *circa med. l.* 1. *Reg. Tapia dec.* 4. *n.* 5. *Sacri Con-
ſilii,* compilata in eadem cauſa, pro qua conſuluit
24 *Conſ. Marcianus,* † item ex aptitudine, & vicinitate,
quas habent territoria prædicta magis Giſono, quàm
25 Monticorbino, Vicinitas enim, * & aptitudo ſunt
argumenta dominij, *Innoc. in d. c. cum olim, Nat. in
conſ.* 672. *n.* 17. *&* 18. & demum ex viſura apparuit,
quod terræ vicinæ & contiguæ, hoc eſt, Salernum,
Monſcorbinus, Olibanum, & Caputazium limitan-
tur per limites uſque ad mare, eodem ferè modo, ac
ipſa Univerſitas Giſoni territoria litigioſa et appli-
cando, eſt doctrina punctualiſſima *Jo. de Azeved. in
lib.* 7. *tit.* 7. *l.* 3. *da las terminos publicas,* qui tenuit op-
timam eſſe probationem, * ſi terræ vicinæ limiten- 26
tur per eoſdem limites, quibus terra, de qua eſt
quæſtio, cùm ex contiguitate, & vicinitate veriſi-
militudo capiatur, & colligatur, adducit *Mantic.
de conject. ult. volunt. tit.* 13. *lib.* 6. *num.* 3. * ſicut una 27
ſcriptura per aliam declaratur, & unum privilegium
per aliud, *Jaſ. in l. Titium, n.* 6. *ff. de verb. oblig.*

Quintò probatum fuit * dominium hujus territo- 28
rij ex poſſeſſione, & recollectione fructuum, & paſ-
cendi, & lignandi, & ſi enim modo prædicto domi-
nium non probetur, quando directè de dominio
principaliter agitur, quando verò incidenter, ut pu-
tà quis aliquis petit ſervitutem à dicto prædio, tunc
modo prædicto ſufficienter probatur, prout in caſu
noſtro, in quo Univerſitas Montiſcorbini petiit be-
natenentiam, ita punctualiſſimè Burſatus in allegato
conſ. 235. *n.* 42. quam opinionem *Vaſq.* communem
dixit *controv. Illuſtr. cap.* 51. *num.* 17. *&* 18. *& cap.*
70. *n.* 19. quod non ſolum procedere in poſſeſſione
de præſenti, * ſed etiam de præterito, habetur ex 29
Boer. dec. 41. *n.* 6. *Socin. ſen. conſ.* 112. *n.* 23. *vol.* 4.
Vaſq. d. cap. 70. *n.* 20.

Sextò maximæ conſiderationis * mihi videtur va- 30
riatio rubricarum factarum per Montemcorbinum,
cùm de jure varia proponens non ſit audiendus, *cap.
dilectus, extra de appellat. l.* 1. cum ibi notatis, *C. de
furtis,* & condemnatur in expenſis, Bart. *in l. ſi quis,
num.* 5. *ff. de verbor. obligation.* * & quod in jure va- 31
rians in dicto ſuo, ſive contrarius perjurus reputetur,
cap. dilectus, de tempor. ordin. hinc habemus, quod
quando quis ſemel * intentionem ſuam declaravit, 32
ſaltem facto illi non licet ampliùs variare. *Verallus
dec.* 125. *part.* 3. & ex hac variatione rubricatum tria
contra agentem inſurgunt. Primò, quòd ipſe neſciat
veritatem rei. Secundò, * quod teſtes deponere fecit 33
ſuo modo. Tertiò, quod ſint veriſimiliores teſtes
conventæ partis, *Put. deciſ. ult. lib.* 3.

Ultimò inſurgit falſitas, & ideò reprobatur in to-
tum, nam diverſitas locorum facit quemcunque re-
probare, * juxta illud *Danielis in Suſannam,* alter ſub 34
pinu, alter ſub ficu, alter ſub prino videtur commit-
tere adulterium, de quo dicto meminit *gloſſa in l. ob
carmen, §. ſi teſtes, verſ. aſſiſtie, ff. de teſtib. Aymon.*
licèt hanc *gloſ.* non alleget *conſil.* 167. *nu.* 3. & datur
etiam falſitas in teſtibus * tanquam deponentibus 35
contraria inter ſe propter diverſitatem rubricarum,
faciunt ad hæc notata per Alex. *conſil.* 151. *nu.* 1. 2. *&*
3. *lib* 5.

Ulterius ſatis conſtat, nunquam habuiſſe domi-
nium hujus territorij Montemcorbinum, ex quo
cùm demonſtratum ſit per Caroſtros, ſive appretia
vixiſſe, nunquam apparet, ab hominibus Giſoni bo-
na poſſidentibus bonatenentiam exegiſſe, neque ter-
ritoria prædicta accatraſſe, ſeu allibraſſe, quæ pro-
batio eſt concludentiſſima ad probandum, quod do-
minium non eſt ſuum, * quia deſcriptio non facta 36
arguit, jus regiſtrandi non competere, ita in ſpecie
Curt. jun. conſ. 166. *col.* 1. ſequitur *Crav. conſ.* 111. *n.*
13. quos refert, & ſequitur *Menoch. in conſ.* 21. *n.* 25.
& conſ. 147. *n.* 47.

Et demum territorium, de quo agitur, aut debet eſ-
ſe Giſoni, aut Montiſcorbini, non eſt Montiſcorbini,
quia hoc apparet ex inſtrumento, * & ipſamet pars
fatetur, & apparet ex ſupra dictis, & maximè ex non 37
exactione bonatenentiæ, ergo debemus neceſſariò
conclu-

Digitized by Google

concludere, eſſe de terra Gifoni, hoc genere argumentandi utitur, in propoſito *Menoch.* allegato *conſ.* 147. *n.* 47.

Nec valet dicere, quod non eſt; neque de Giſono, neque de Montecorbino, ſed eſt, de feudo Fajani, & ſic territorium ſeparatum, quia feudum
38 Fajani, ut pars dicit, * erat Caſale quod non habet territorium, & tamquam Caſale debet habere caput ſuum, *l.* 1. *C. de Metropol. Berith. libro* 11. ubi *Angel.* & noviſſimè *Conſil. Marcianus d. conſil.* 15. *n.* 4. ubi plura jura, & DD. allegat, *lib.* 1. *Regens Tapia ubi ſupra numero* 4. quod non poteſt eſſe, niſi Giſoni, cùm Salerni eſſe non poſſit, quia terminatur per Vincentinum, neque Montiſcorbini, quia terminatur per flumen Aſæ, ac Montemcatuſum prout ex inſtrumento, ergo neceſſariò eſt Caſale Giſoni.

Reſtat modo reſpondere aliquibus contrariis. Et primò pluribus prætenſis aſſertionibus in aliquibus inſtrumentis, & privilegiis,* ubi dicitur, in pertinentiis terræ Montiſcorbini, cùm enim ſcripturæ prædictæ non ſint antiquæ, non probant, cùm ad finem probandi requiratur antiquitas centum anno- *Socin. jun. conſil.* 65. *nu* 7. *volum.* 1. *Bertrand. conſ.* 151. *nu.* 4. *vol.* 7. *Dec. conſ.* 152. ubi de communi teſtatur, *Andr. Gayll. pract. obſerv.* 71. *nu.* 10. quod etiam procedere in privilegiis, & Principum reſcriptis tradit *Maſcard.* alios congerens *in concl.* 621.
40 *n.* 17. nec illud verbum * ſemper denotat dominium *gloſ. in §. querelam, de elect.*

Nec obſtabunt aliæ conjecturæ, veluti juriſdictio, quia conſtat de tempore innovationis, im-
41 mò magis antiquum eſt * juriſdictionis exercitium penes Giſonum & ideò præferendum, *cap. licet cauſam, de prob. Covarr. pract. qu. cap.* 17. *in fin.* neque probationes teſtium, quia teſtes deponunt generaliter, teſtes autem pro Giſono probant in ſpecie de confinibus qui tergiverſantur, & ideò ſunt præferendi, *Bart. in l. Lucius, n.* 5. *ff. de his, qui not. infam. Gabr. comm. opin. concluſ.* 4. *num.* 72. nec de exactione bonatenentiæ à Salernitanis, quia fuit poſt litem, & aſſertam ſententiam.

Nec omittam, quod in hac materia confinium,
43 cùm teſtes perquàm maximè ſemper adverſentur, * antiquior probatio prævalet, *Alberic. in l. in finibus, ff. fin. regund. Azeved. libro ſeptimo*, tit. 7. *l.* 1. *l.* 3. *nu.* 38. & teſtes de actibus poſitivis deponen-
44 tes præferendi ſunt veluti paſculatio,* & aratio terrarum, quæ ſunt modi ſignificativi terminorum, Bald. *in cap. ſicut, §.* 1. *quod quiſque juris* Affl. *deciſ.* 376. idem Azeved. *in loco* citato, *n.* 39. & ſic
45 cùm teſtes examinati * per Giſonum ſint recepti in termino ordinario, & per Montemcorbinum in primo beneficio, & teſtes Giſoni deponant de iſtis actibus poſitivis, quod non fuerunt teſtes Montiſcorbini, ipſis eſt major fides adhibenda.

Hac cauſa fuit expedita junctis † Regiis Conſiliariis
46 *duarum aularum, ac facto acceſſu ſuper loco, & obtinuit Univerſitas Giſoni, licèt pro contraria parte doctiſſimè, & copioſiſſimè, ſcripſerit tunc Regius Conſiliarius D. Joannes Baptiſta Valenzuela * Velaſquez*
47 *uti Fiſci Patronus, poſtmodum verò digniſſimus Regens Collateralis Conſilij, & deinde ad Supremum Italiæ Conſilium per ſuam Majeſtatem tranſlatus, ubi ob propria merita fuit etiam de Supremo Caſtellæ Conſilio, & Præſes Regij Granatenſis Prætorij, & hodie Epiſcopus Salmanticenſis. & conſilium prædictum eſt in ejus primo tomo Conſiliorum quod eſt conſ.* 100. *ubi pleniſſimè, & erudit iſſimè totam ferè materiam exarat.*

OBSERVATIO IN CONSULT. XXII.

A R G U M E N T U M.

Libellus, per quem petit quis nullam declarari ſententiam pro ſe latam, an admittatur. Actor an dicatur provocans. Quid ſi poſſeſſor ſit. Controverſa pars territorij ad unam, vel alteram Civitatem, vel Terram pertineat hæc determinatio ad peritos, & Geometras. Vel ad judicem pertineat. In controverſiis confinium, vel ſituationum ipſa rei evidentia principalitèr attendenda venit, ut minùs fallax ſit.

S U M M A R I U M.

1 *Libellus, per quem petit quis ſententiam pro ſe latam declarari nullam, an admittatur?*
2 *Actor quis dicatur provocans, vel provocatus.*
3 *Provocans ſi poſſideat Reus eſt.*
4 *Controverſa pars territorij ad unam partem Civitatis, vel Terræ pertineat, determinatio ad quem pertineat, an ad peritos, vel Judicem.*
5 *In controverſiis confinium ipſa rei evidentia magis attenditur.*

Libellus, per quem petit * quis ſententiam pro 1
ſe latam declarari nullam, non admittitur, ut declaretur contrarium, ut particularem deciſionem *Pauli de Caſtr. in l. in tribus, ff. de judic.* laudat *Reg. Latr. conſult.* 22. *num.* 3.

Quoties enim quis præbet cauſam nullitati, ſi velit allegare talem nullitatem, nullo modo audiri debet, *lib.* 1. *§. ſi omnes in fin. de ventr. inſpic. gl. in lib.* 1. *§. fin. & l.* 2. *in fin. ff. quand. act. de pecul. Paul. de Caſtr. conſ.* 102. *lib.* 2. *Caphal. conſ.* 133. *nu.* 125. *lib.* 1. *Menoch. conſ.* 367. *n.* 15. *lib.* 4. *Conſ. Joſeph. de Roſa conſult.* 15. *num.* 14. *Caſtill. dec.* 60. *n.* 39. *Carroc. de except. except.* 47. *num.* 64. *Conſ. D. Altim. de nullis. rubr.* 4. *qu.* 2. *n.* 25. *& ſeq.* ubi quod nemo debet ex propria culpa commodum ſentire, *l. nec ex dolo, ff. de dolo, Roſa ubi ſup. conſult.* 14. *n.* 71.

Actor quando quis dicatur, * indagat *Reg.* 2
Latr. numero 3. Et reſpondet, quod Reus ſit, qui principaliter in judicio per citationem provocatur, *c. forus, §. fin. ff. de verb. ſignific.*

At quamvis præmiſſa ſit regula generalis; ut ſcilicèt, provocans dicatur Actor, provocatus autem Reus. Ea tamen non ſemper firma eſt, cùm quandoq; provocanti, qui ſit primus in judicio Rei potiùs, quàm Actoris nomen congruat, & è converſo provocatus ſpectato effectu cenſeatur Actor. Ut præſertim diſputare frequens occaſio præbeat ſuper remedio *text. in l. diffamari, ff. de ingenuis, & manumiſſ.* Quoniam non levis eſt quæſtio inter Scribentes an unius, vel alterius remedij, ſivè utriuſque intentator, quamvis inſpecta materiali origine ſit primus in judicio, potiùs provocator, quàm provocatus cenſeri debeat Actor; vel Reus. Aliquibus priorem. Aliis autem poſteriorem partem tenentibus. Tertia verò opinio diſtinguens probabilior eſt, cum qua Romana Curia fundare procedit, ut à poſſeſſionis qualitate quæſtionis deciſio pendeat.

3 Si enim hujuſmodi * remediorum intentator non poſſideat rem controverſam, ſed illam adipiſci cupiens contra formidatos, vel ſuſpicatos oppoſitores, ſivè ſint poſſeſſores, ſivè cùm pro obſtaculis removendis in judicio ſit, tunc Actor potiùs in judicio cenſendus erit. Clariùs verò ſi provocatus poſſideat. E converſo autem ſi ipſe poſſeſſor exiſtat, jactatores autem, vel diffamantes provocet, tunc cenſendus eſt *Reus*, ut in ſua ſe poſſeſſione confirmet, & rejici curet illas jactationes, vel oppoſitiones, quas contra ipſum poſſeſſorem tamquam Reum dirigere, vel exercere opus eſſet.

4 Controverſa pars territorij ad unam, vel alteram Civitatem, vel Provinciam reſpectivè pertineat, tunc hæc determinatio non pertinet ad peritos, vel geometras, ſed ad Judicem, qui id judicare debet ex probationibus hinc indè factis, & quando iſtæ concludant, curandum non eſt de illis argumentis, quæ deſuper haberi ſolent. Quando autem non concludant, tunc recurrendum venit ad juris præſumptiones, & argumenta, quæ præſertim deduci ſolent ex illis confinibus, qui dicuntur publici, & naturales, ut ſunt flumina, montes, ſeù eorum cacumina, viæ Regiæ, ſeù Conſulates, & ſimilia. Quæ tamen ſunt argumenta redolentia ſimplicem juris præſumptionem elidibilem non ſolum per expreſſam probationem, ſed etiam per contrarias fortiores probationes pro qualitate facti, cujus potiùs quàm juris eſt hæc quæſtio, idcòque certam non habet regulam.

Ac in quæſtione confinium inter duo loca, ubi probationibus hinc indè factis colluctantibus, vel ſe deſtruentibus res omninò ambigua ſit, præſumptio eſſe videtur pro pertinentia territorij intermedij æqualiter pro menſura populi utrobique viventis pro rata. ſeu cum debita proportione, non quod id perfectè concludant, ſed ad effectum inducendi præſumptionem, quæ includat probationes illius, cui ipſa aſſiſtat, & debilitat probationes alterius, cui reſiſtat.

5 In controverſiis confinium, * vel ſituationum ipſa rei evidentia nimium, ac principaliter attendenda venit.

Hinc ſequitur, quod ubi acceſſus ad faciem loci non ſit de facili practicabilis, procedi ſoleat cum mappis geographicis, quæ ſpecialiter ipſius cauſæ occaſione factæ ſunt, ſive cum illis mappis, quæ publicæ ſunt, utpotè confectæ generaliter per geometras in libris ad id pro publica utilitate impreſſis, quibus deferendum eſſe juris regula videtur, iſtam verò ſpeciem probationis frequenter fallacem detegi praxis docet. Ac proptereà cum diſtinctione procedendum eſt.

Aut enim agitur de mappa, ſeù planta particulari facta in eo caſu præcisè, de quo eſt quæſtio. Et tunc ſi eſt facta privato jure per aliquem peritum ad inſtantiam unius partium, quæ illam in actis exhibeat, & tali caſu in nulla ratione habenda venit altera Parte opponente cùm ſit privata atteſtatio periti illius, qui confecit.

Aut verò eſt publica, & judicialis facta à perito, qui concorditer, & de conſenſu Partium, vel ex officio deputatus fuerit per Judicem, ſivè ab illo tertio perito, qui diſcordantibus plantis confectis per peritos hinc indè nominatos, pariter à Judice ſit deputatus, adeo ut facta ſit Partibus citatis, & auditis, & tunc ei defertur, *Rich. deciſ.* 269. *num.* 24. Niſi doceatur de erroribus.

Frequens eſt determinatio pertinentiæ territorij ad unam Civitatem, vel terram per ſpeciem probationis per evidentiam rei, & acceſſum Judicis cum peritis, & inter aſſiſtentiam partium, de quibus *Card. de Luca de judicio diſcurſ.* 24. *per totum.*

ARGUMENTUM.

Feudatarius an, & quando præjudicet ſucceſſoribus, ſi feudum obliget, vel fructus etiam cum domini conſenſu, & feudum ſit ex pacto, & providentia, quibuſque verbis feudum erigatur ex pacto, vel hæreditarium, item quando aſſenſus operetur, vel ne, teneaturque hæres habere ratum factum prædeceſſoris, vel poſſit contravenire adita hæreditate cum beneficio legis, & inventarij, & an inventarium proſit, & ad quid in feudo ex pacto, & reſpectu primi acquirentis, cogaturque, vel ne, primogenitus aliis fratribus communicare pretium à communi patre erogatum in emptione Tituli.

SUMMARIUM.

1 *Conceſſio ſi fiat pro ſe, filiis, & deſcendentibus, ac deſcendentibus deſcendentium maſculis in perpetuum ob remunerationem beneficiorum, & laborum, erigitur feudum ex pacto, & providentia.*

2 *Primus acquirens in feudo ex pacto, & providentia, an poſſit præjudicare filiis, & deſcendentibus, & num. 6. & 13. & quid accedente Domini conſenſu, num. 3. & num. 7.*

4 *Pater in dubio cenſetur ſtipulari pro ſe, & filiis uti hæredibus, & non uti filiis, ſi tamen ſpecialiter ſtipuletur in filiorum beneficium, quæritur illis jus poſt mortem patris ex propria perſona, & non tanquam hæredibus patris, n. 5. ubi refertur cautela in donatione contemplatione matrimonii.*

8 *Feudum hæreditarium nec alienari poteſt, nec obligari abſque Domini conſenſu, & num. 11. & quarè, num. 12.*

9 *Vaſſallus de feudo teſtari non poteſt, nec de illo aliquid pro anima relinquere, & num. 10.*

12 *Idem judicatur de actione ad feudum, quod de ipſo feudo.*

14 *Hæres non tenetur habere ratum factum defuncti nullum à jure improbatum, & n. 36.*

15 Text. in l. cum à matre C. de rei vendic. *non procedit in actu nullo, & à jure improbato.*

16 *Feudum ex pacto, & providentia reſpectu primi acquirentis habet vim feudi hæreditarij, eique in omnibus, & per omnia æquiparatur, num. 17. in quo tamen differat, num. 21.*

18 *Succeſſor in feudo hæreditario, prout quilibet ſucceſſor poteſt gravari in actione perſonali, uſque ad concurrentem valorem feudi, & num. 20. & quarè, num. 19.*

19 *Inventarium non relevat in feudo hæreditario.*

22 *Feudi ex pacto, & providentia nomen non invenitur in jure, & qui adinvenerint.*

23 *Pactum eſt duorum conſenſus, aptaturque potiùs privatis, quàm inter Dominum, & vaſſallum.*

24 Providentiæ *verbum, & vox Principi concedenti feudum competit, & in feudo reſpicit omnes deſcendentes inveſtiti maſculini ſexus abſque clauſula hæreditaria ex Principis munificentia, num. 25.*

26 *Primus*

26 *Primus acquiſiter feudum ex pacto, & providentia gravare poteſt, accedente tamen Domini conſenſu, & ſine illo ſecus, & quare, & n.29.& n. 30. & num. 38.*

27 *Feudum ex pacto non eſt corpus hereditarium, ſed quid ſeparatum ab hæreditate.*

28 Hæres *in feuda hæreditario dicitur ſuccedere ex ſucceſſione, non ſic in feudo ex pacto, & providentia, & quare, nu, 59.*

30 *Inventarium in feudo ex pacto non prodeſt reſpectu primi acquirentis, & quare, ſed contra, numero 32.*

31 *Feudum, ejuſque fructus exequi non poſſunt data actione perſonali contra hæredem.*

33 *Feudum ſi datur Titio, & liberis, ſeu deſcendentibus, Rex providet liberis, ut liberis, vel deſcendentibus, ut ex eorum propria perſona feudum capiant, & an, & quando in eo conſideretur ſubor acquirentis, nu.34.*

35 *Inventarium in feudo ex pacto prodeſt, ut ſuccedens ad onera defuncti non teneatur.*

36 *Succeſſor in feudo ex pacto tenetur habere ratum factum defuncti, etiam non confecto inventario, ſi tamen defunctus non ſit primus acquirens, iſque validè cum aſſenſu diſponat, nu. 37.*

39 *Inveſtitura pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus faciunt feudum hæreditarium.*

40 *Feuda in Regno communiter omnia ſunt hæreditaria.*

41 *Feuda in qualibet diſpoſitione, ſeu obligatione etiam generali non veniunt, niſi ſpecialiter exprimantur & in obligatione impetretur aſſenſus, & quare, nu. 42.*

42 *Feudalia ex propria ſignificatione non comprehenduntur ſub verbis generalibus diſpoſitionis, niſi conſtet, teſtatorem illa voluiſſe comprehendere.*

43 *Vaſſalli diſpoſitio licèt valeat de fructibus feudi hæreditarij, ſaltem uſque ad certum tempus, quod ſecus eſt in feudo ex pacto, n.44. tamen neceſſe eſt, ut expreſsè de prædictis fructibus feudi ad animam præſtationem diſponat, n. 45.*

46 *Feudum ex pacto acquirentis voluntas eſt, ut perpetuò in ipſius familia maneat, & in alium non transferatur.*

47 *Teſtator patrimonia duo paganicum ſcilicèt, & caſtrenſe poteſt habere, & duos hæredes univerſales, alterum in burgenſaticis, alterum in feudalibus, n. 48.*

49 *Sententia lata cum poſſeſſore feudi ex pacto, & providentia, an præjudicet deſcendentibus.*

50 *Tranſactio ſuper feudo abſque Domini conſenſu non valet, & quando valuerit, explicatur.*

51 *Feudi alienationis omnis actus prohibetur abſque aſſenſu.*

52 *Legati omnis quamvis annuum, & perpetuum, ſi tamen hæredi nominatim relinquatur, finitur, cum illius hæredis perſona.*

53 *Dictio,* ſemper, *quando intelligatur reſpectu primi hæredis, & temporaliter.*

52 *Anniverſarij perpetuo celebratio ſi ſcriptis hæredibus injungatur hæredes ſcriptos non egreditur.*

55 *Feudum ex pacto poſſeſſore moriente fingitur ad Dominum reperveniſſe, & de novo fuiſſe ſucceſſori conceſſum, extinctaque defuncti perſona, & jus extinguitur in feudo, n.57. nec ampliùs defuncti perſona conſideratur, n.59. & ideò prædeceſſor ſucceſſori in illo non præjudicat. n. 60.*

56 *Conceſſiones tot ſunt in feudis ex pacto, quot ſunt perſonæ.*

58 *Feuda ex pacto ſubjacent reſtitutioni neceſſariæ de uno in alium.*

61 *Feudi ex pacto in pignoratione, ſeu alienatione requiritur non ſolùm conſenſus Domini, ſed omnium vocatorum, alias ea nulla eſt quoad proprietatem, ſecus quoad fructus, n. 62, & ſolus Domini conſenſus agnatis non præjudicat, ſed ipſis jus ſalvum ſemper intelligitur, n. 64.*

63 *Reſoluto jure datoris reſolvitur jus acceptoris.*

65 *Feudum prævio Domini conſenſu an, & quando alienari poſſit in vita feudatarij, in ſui præjudicium, & ſucceſſorum, & n. 66.*

67 *Aſſenſus expediens in datione in ſolutum facienda, non operatur, nec prodeſt ſi tunc erat facta.*

68 *Aſſenſus non extenditur de caſu ad caſum, de tempore ad tempus, nec de re ad rem.*

69 *Aſſenſus, & gratia non operatur quotieſcunque Principi concedenti non aſſeritur id, quod ipſum movere poteſt ad gratiam denegandam, vel duriùs concedendam.*

70 *Aſſenſus eſt nullus quando non fuit expreſſum feudum fuiſſe antiquum.*

71 *Aſſenſus non præjudicat deſcendentibus, aut aſſentienti, poſita clauſula in privilegio,* juribus noſtris, & alterius cujuſvis ſemper ſalvis, & reſervatis.

72 *Princeps nunquam intelligitur velle jure ſuo aliquem privare.*

73 *Hæres cum beneficio legis, & inventarij poteſt contravenire dationi in ſolutum, & alienationi factæ à ſuo prædeceſſore.*

74 *Dignitates Titulares plus habent oneris, quàm emolumenti.*

76 *Primogenitus quamvis teneatur dare ſecundogenitis partem pretij feudi empti à communi patre, non tamen tenebitur iis, aut creditoribus communicare de pecunia, cum qua Titulus fuit emptus à patre.*

76 *Deciſio cauſæ.*

Pro Domino Aſculi Principe, contra Reverendos Fratres Divi Dionyſij Mediolani, Julium Rabiam, & Hæredes Nicolai Cypriani.

CONSULTATIO XXIII.

AD fundandum judicium reivendicationis motum per Illuſtriſſ. Aſculi Principem adverſus poſſeſſores introituum feudalium, in ſtatu Mediolani exiſtentium, hæc pauca, prout temporis anguſtia expoſtulat, ac controverſiarum quotidie in noſtro foro verſantium ſollicitudo permittunt, in medium afferam.

Suppono igitur, quod Franciſcus hujus nominis ſecundus Mediolani Dux in anno 1531. ſtrenuo illi viro Antonio à Leyva ſub natura feudi recti Caſtrum Modoëtiæ, titulo, & honore Comitatus decoratum cum annuo reditu ſupplendo uſque ad ſummam annuorum ducatorum 7000. computato dicto Caſtro pro annuis duc. 2000. conceſſerit pro ſe, ejuſque filiis, & deſcendentibus, ac deſcendentium deſcendentibus maſculis in perpetuum, quæ conceſſio non fuit gratioſa, ſed in recompenſam Cottonij Agrilaudenſis ſimul cum bonis Magnificorum Equitum Jacobi, Gaſparis, & Fratrum Trivultiorum, eidem donatis in remunerationem beneficiorum, laborum, & aliorum præclarè geſtorum in bello inito cum Gallorum Rege, ex qua conceſſionis forma abſque dubio eriguntur feudum ex pacto, * & providentia; ut probat Curt. *in tract. feud. in prim. par. principali, q.* 8. *n.* 9. Andr. de Iſer. Bald. Afli. & cæteri *in c.* 1. *an Agnatus, Rodulphus Schrader. tract. de feud. p.* 2. *c.* 3. *n.* 30. *Camillus de Curte in ſuo diverſorio feudali, c.* 25. *n.* 9. & alij innumeri.

Dubitatur primò, utrum Reverendi Fratres Mona-
ſterij Divi Dionyſij poſſint licitè partem prædictam
introituum feudalium habere, tam virtute legati io
eorum beneficium facti à prædicto q. Antonio de
Leyva primo acquiſitore, quam virtute tranſactio-
nis deinde ſequutæ inter dictos Reverendos Fratres,
& quondam, recolendæ memoriæ, Principem ulti-
mo loco defunctum.

Secundò dubitatur, quid reſpectu D. Julij Rabiæ,
qui aliam partem poſſidet virtute dationis in ſolu-
tum D. Petro ejus Genitori factæ per Dominam
Principiſſam D. Euſtaſiam de Guzman, uti matrem,
& tutricem, & curatricem Domini principis Anto-
nij Aloyſij actoris patris in anno 1563. etiam cum
Regis aſſenſu, & etiam reſpectu Nicolai Cypriani, ſi-
militer aſſenſum prætendentis

Et quoad primum dubium facit, quia quamvis hoc
2 feudum fuerit ex pacto, & providentia erectum,* at-
tamen magna fuit inter Doctores controverſia, ſi
primus acquirens poſſit nedum filiis, ſed omnibus
deſcendentibus præjudicare, de qua quæſtione latiſ-
ſimè per Affl. *in c. imperialem, §. præterea Ducatus, n.
75. de probib. feud. alien. per Federicum*, per *Jo. Anto-
nium Cannetium in c. Valentes Regni Siciliæ, verſ.
quibus explicitè fol. mihi* 8u. per *Thom. de Marinis
de generibus, & qualitate feudorum, de feud. ex pact.
& provid. tit.* 5. & per *Hart. Piſtorium q. jur. lib. 2. c. 4.
per totum*, qui ad partes articulum diſputant, DD. pro
utraque parte cumulant, & rationes afferunt; ſed
quamvis Affl. *in loco* citato communiorem negati-
vam opinionem appellet, & eam ſequantur *Canne-
tius* tanquam veriorem omnibus* contrariis ſatisfa-
3 ciendo, *Sonsbech. p. 13. n. 100. & ſeq. de feudis*, qui eam
ampliat, etiam accedente Domini conſenſu *Ulte-
rius c. 9 n. 79. de feud. ex pact. Gugliel. Hanneton. l. 2.
ca. 10. de feud.* & eam etiam defendant *Petrus de
Gregorio de conceſſ. feud. p. 2. q. 10. 40. & q. 6. nu. 8.
Marius Giurba in dec. 128. num. 15. Intrigl. de feud.
centur. 1. q. 51. n. 197. Gamma dec. Luſit. 274. ſub n. 21.
Roſenthal. de feud c. 7. concluſ. 7. Menoch. conſil. 161.
Burſat. conſ. 291. n. 95. vol. 3.* qui alios pro hac opinio-
ne cumolant, & communem etiam appellant, eam
validiſſimis rationibus roborando, quas brevitati
ſtudens non traoſcribo,

Sed prædictis rationibus à dictis Doctoribus con-
ſideratis ego addo, quia & ſi in dubio pater conſetus
ſtipulari pro ſe, & filiis uti hæredibus,† & non uti fi-
4 lius, ut per Bar. Jaſ. & alios *in l. ſi tibi, §. pactum ff de
pact. & in l. Gallus, §. quidam rectè, ff. de lib. & poſth.*
latiſſimè per *Surd. dec.* 322. & per *Pereg. de fideicom.
art. 32. per totum*, tamen certiſſimum eſt, quod quan-
5 do pater ſpecialiter ſtipulatur* etiam in beneficium
filiorum, jus filiis poſt ejus mortem quæritur ex pro-
pria perſona, &c, non tanquam patris hæredibus, prout
pro cautela in donatione contemplatione matrimo-
nij, pro ſe, & filiis tradidit *de Ponte in conſ.* 80. Surd.
in d. dec. 322. & deciſum refert *Anellus Amatus in
conſ* 6. contra ea, quæ per *Reverendum Patrem Mol-
feſium* allegata fuerunt *in conſ.* 2. qui in cauſa ſuccu-
buit latiſſimè per *Caſtil. dec. Sicil.* 106. qui alios cu-
mulat, cùmque Antonius primus acquiſitor feudum,
& introitus feudales acquiſiverit pro ſe, filiis, & de-
ſcendentibus maſculis, & ita ex providentia conce-
dentis fuerint conceſſa, optimo jure poteſt defendi,
non potuiſſe ſuis deſcendentibus præjudicare.

Quam tamen opinionem, quamvis magis com-
6 munem, & io puncto juris forſan veriorem exiſti-
mem, non tamen pro nunc recedo à contraria opi-
nione, quę anteſignanum habet Iſern. *in cap. 1. §. &
ſi libellum, n. 10. de alien. feud. pat. & in c. 1. de ſucc.
feud. & c. 1. agnat.* & eam ſequuta fuerunt *Affl. &
Thom. de Marinis, & Hartm. Piſtorius in locis
ſupra citatis, Clarus lib. 3. ſententiarum, §. feudum. q.*
42. *Joan. Aloyſ. Septimus in d. cap. volentes in 1. effe-
ctu. Frecc. de ſubfeud. in 29 auth. Baron. lib. 3. in 3. for-
mula inveſtit. n. 16. Camer. in c. Imperialem. §. præ-
tereà Ducatus, cap. 95. & 96. de probib feud. alienat.
per Feder. Joannes Franc. de Ponte de poteſt. prorcg.
tit. de diverſ. proviſ. 5. §. 1. n. 15. & in lectio. de ſucceſ.
feud. lectione 11. n. 59.* latè *Camillus de Curte in ſuo
Diverſorio juris feudalis, c. 15. Camill. de Medic.
conſ. 3. n. 30. Borcholt. in tract. feud. cap. 8. nu. 45. Mo-
ſtrillus dec. Sicil. 5. lib. 1. Peregr. dec. Patav. 150. Joan.
Andr. de Georg. alleg. 8. nu. 11. Camill. Lepid. dec. Lu-
cenſ. diverſ. 117. idem de Ponte conſ. 2. n. 41. vol. 1. Surd.
deciſ. 209. Rodulph. Schrader. in tract. feud. p. 8. c. 6.
n.* 15. qui etiam alios allegant.

Qua affirmativa opinione attenta adhuc* declara- 7
tur in eo tantum caſu procedere, quando alienatio-
ni, ſeu hypothecæ Dominus directus conſenſerit: a-
liàs enim primi acquirentis alienatio, ſiva obligatio
nulla eſſet, ut per *Afflict. & ibi Addent. in dec. 112.
Jaſ. in l. 2. C. de jur. emph. n. 214. Camer. in dec. Impe-
rialem, §. præterea Ducatus, car. 97. lit B. Sigiſmun.
Loffr. in conſ. 1. & conſ. 51. Thom. de Marinis d. tit. 3.
de feud. ex pact. & prov. verſ. quid dicemus, Piſtorius
q. Juris, d. c. 4. lib. 2. n. 75. Vincent. de Franch. dec. 1. n.
30. Jacobus Thomingius in dec. Lipſienſi 2. nu. 30. &
dec. 23. n. 3. Octavius Bambacarius in tit. ſi de feudo
defuncti contr. fuer. cap. omnes filij, q. 2. ex n. 46. cum
ſequentib. Joan. Franc. de Ponte in tract. de poteſt. pro-
reg. tit. de refucat. feud. §. 10. n. 14.* qui duas regulas, u-
nam affirmativam, cum aſſenſu, aliam verò negati-
vam abſque aſſenſo conſtituit, & de alienatione fa-
cta cum Domini conſenſu loquuntur Affl. *in d. c. Im-
perialem, §. præterea Ducatm, nu.* 75. & omnes pro
prædicta opinione allegati, quod procedit etiam in 8
feudo hæreditario, nam abſque Domini conſenſu
non ſolum alienari, ſed neque obligari poteſt, ut ha-
betur *in d. c. Imperialem, ubi Andr. de Iſern. Alva-
rot. & alij*, Affl. *dec. 286. n. 3. Thomas Grammat. dec.
103. n. 110. Nicolaus Reuſnerius in dec. German. 1. n.
12. lib. 2. Pyrrus Angleberm. in Conſuet. Aurelian. tit.
de feudis, c. 2. Lepidus* in allegata *dec.* ſicuti nec
vaſſallus de feudo teſtari poteſt,* *c. 1. de ſuc. feud. c. 1. §.* 9
donare, qualiter olim feud. alien. pot. & habetur e-
tiam ex *d. c. Imperialem, Jacob. de Sancto Georg. in
inveſt. feud. in verbo, & cum pacto de ipſo feudo Cu-
rtius de feud. 4. par. qu. pen. Guglielmus Hannettonius
juris feudorum; lib. 2. c. 10, Franc. Sonsbec. ad uſus
feud. p. 13. n.* 149 † *Matthias Coler. in dec. German. 12.* 10
n. 59. neque pro anima poſſet feudatarius aliquid re-
linquere, *Frecc. de ſubfeud. lib. 3. in differ. inter feud.
hæreditar. & feuda ex pacto differ.* 5.* quod quidem eſt 11
indubitatum, quia quocunque modo alienatio, ſeu
obligatio feudum afficiat, non poteſt fieri abſque
Domini conſenſu,† quia idem judicatur de actione ad 12
feudum, quod de ipſo feudo, *Jo. Vinc. de Ann. al-
leg. 122. n. 7. de Ponte de poteſt. proreg. tit. de refut. feud.
§. 6. & §. 11. n. 5. Andr. de Iſern. in Conſt. Regni Hono-
rem noſtri diadematis.*

Sequitur ergo veriſſima ex prædictis concluſio,* 13
quod nulla fuit diſpoſitio quondam Antonij à Ley-
va ſenioris, quatenus de bonis feudalibus legatum
exſolvendum Reverendis Fratribus ordinaverit
quamvis enim fuerit primus feudorum acquiſitor
non potuit abſque ejuſdem Ducis Franciſci ſecundi
concedentis conſenſu alienare, aut obligare tan-
quam contra legem, nec ſucceſſores in feudis prædi-
ctis, quamvis hæredes primi acquiſitoris teneantur
ad eorum obſervantiam,* hæres enim non tenetur ha- 14
bere ratum factum defuncti nullum, & à jure impro-
batum,* nam in dicto caſu limitatur diſpoſitio *text. in* 15
l. cum à matre, Cod. de rei vendicat. prout in propria
materia voluit *Jo. Franc. de Ponte de poteſt. proreg tit.
de aſſenſ. Reg. ſuper dot. §. 1. n. 17. & in conſ. 61. n. 31.*

Lucas

Lucas de Penna in l. quemadmodum, C. de agric. & cenſis. l. 11 Piſtorius qu. jur. l. 2. qu.11. n.49. Regens Tapia in dec.Supremi Italia Senat. dec. 8. nu. 395. &
ſic nullo modo poſſe Eccleſiam p æd ctam bona
feudalia retinere,remanet probatum.
26 Sed adhuc & alia inſurgit difficultas,* cùm feudum
ex pacto, & providentia primi acquirentis habeat
vim feudi hæreditarij,ut probat *gloſ. in cap.1.§. hoc
quoque de ſucc. feud;* argumento *tex. in l. ſed & ſi plu-
res, §. in arrogato ff. de vulg. & pupill. Iſer. in cap.1.*
27 *an agnat.* & quod in omnibus,† & per omnia æqui-
paretur feudo hæreditario, dixit *de Ponte de poteſt.
proreg.tit. de diverſ. provil. §.1 & Camill de Curte in*
28 *diverſorio feud.c.15.n.18.** in feudo autem hæreditario
ſucceſſor poteſt gravari in actione perſonali, uſque
ad concurrentem valorem feudi, ut ex authoritate
Andr. de Iſer. & aliorum plenè per *Loff.conſ.46.n.17.*
& poſt eum *de Ponte conſ. 88. n.36.vol.1.& de poteſt.*
29 *pror. de refut. feud. §.2.n.9.* & hoc ea ratione,* quia
inventarium non relevat in feudo hæreditario, *And.
Iſern. in c. Imperialem, 7. col. in add. de prohib. feud.*
30 *alien. per Feder.* quod * procedere in omnibus ſucceſ-
ſoribus. habetur ex *Camer in d. c. Imperialem car.
97. lit.E. Frecc. in auth.27. Baron.n.10.* idem Camer.
in c. 1. n.26 an agnat. Piſtorius d qu 4 ſub n.80. ex quo
ſequitur quod quamvis feudum Mudoetiæ.& introi-
tus feudales non fuerint obnoxij legato facto ad be-
neficium prædictorum Fratrum Divi Dionyſij, po-
tuit Antonius primus acquirens gravare ſucceſſo-
res in dictis feudis ad prædictam annuam præſta-
tionem.
31 Quibus tamen non obſtantibus † contrarium de-
monſtrabo, quamvis enim feudum ex pacto novam
vim habeat feudi hæreditarij, tamen in multis dif-
32 fert,† & differentias colligit Frecc. *de ſubfeud. lib. 3.*
quod probat, quia hoc nomen feudi ex pacto, &
providentia non invenitur in jure, ſed *Pileus, & Bul-
garus* antiqui gloſſatores ab intrinſeca ipſius virtute,
ac ſubſtantia hoc magiſtrale nomen adinvenerunt,
ut poſt Iſer. *in d.c. Imperialem, & Jacobum Ardizon,
in ſua ſumma,* docet *Camer. in d. c. Imperialem, cart.*
33 *94. à terg.lit. M.* quod jure etiam probatur,* pactum
enim duorum eſt conſenſus *l.1.ff. de pact.* verùm quia
hoc potius privatæ perſonæ poteſt adaptari,quàm
34 inter Dominum, & vaſſallum,* ideò nedum feudum
ex pacto, ſed etiam illud nomen *providentia* fuit ad-
inventum; illa enim vox *providentia* magis Principi
concedenti competit,ut per *gl.& Iſer. in cap. 1.§.pa-
tres, de his qui feud. dar poſſunt,* quod optimè expli-
cat *Camerarius in loco allegato, lit. N. & O.* Iſta au-
35 tem providentia Principis * reſpicit omnes deſcen-
dentes inveſtitos maſculini ſexus, abſque clauſula
hæreditaria ex Principis munificentia, *Gulielm. de
Porn. conſil. 10.* habent enim feudum deſcendentes à
primo acquirente, nedum ex ejus pacto, ſeu indu-
ſtria, ſed ex providentia concedenti, ut poſt *Petr.de
Gregor.* & alios dixit *Intrigliola de feud. centur. 1.
quæſt. 52. num. 197.*
Ex quo fit,* quod quamvis primus acquiſitor poſſit
36 feudum gravare, intelligitur, accedente conſenſu
concedentis, aliàs enim providentia concedentis
nihil operaretur, nam ſi conſenſu recipientis,& dan-
tis fuit feudum erectum ad beneficium deſcenden-
tium acquirentis, abſque clauſula hæreditaria, ſuc-
ceſſores vocati opera ſolius acquirentis eſſent per
37 indirectum gravati,vel in proprietate,* vel ſaltem in
fructibus feudi,cùm feudum ex pacto non ſit corpus
hæreditarium, ſed quid ſeparatum ab hæreditate,
Alex. Randenſ. reſponſ.1.n. 142.lib. 2. & propterea in
38 feudo hæreditario hæres dicitur * ſuccedens in ſuc-
ceſſione, quod ſecus eſt in feudo ex pacto, & provi-
dentia *Frecc. de ſubfeud. lib. 3. in differentiis inter
feuda ex pacto & hæred. differ. 31.* & hoc dicunt Scri-
bentes,dum feudum ex pacto novum,non hæredita-
rium vocat,ſed quod vim habeat hæreditarij,ex quo
non verè in omnibus eſt hæreditarium, & propterea
quotieſcunque Doctores dixerunt,* primum acqui- 26
rentem poſſe filiis, & deſcendentibus præjudicare,
ſemper loquuti fuerunt, quando concedentis inter-
venit aſſenſus, ut explicat Camer. *in cap.1.an agnat.
n. 6.* ubi exemplum ponit in eo, qui ſervitutem feu-
do impoſuit cum aſſenſu, Schrader *in tract. feud.p.7.
cap. 2.n.11.* & ſic debet intelligi id, quod dixit *Frecc.
de ſubfeud.lib. 2. in 29. author. num. 10.verſ.vel ſi feu-
dum eſſet novum ex pacto, & providentia, & in ter-
tia formula n. 19.* de quo mentionem fecit *Vinc. de
Franch.in deciſ. 368. num. 4.* & eum ſequitur *Fabius
de Anna conſ. 5.& 52. vol. 1. de Ponte de ſucceſ. feud.
lect. 11.n. 59. Camill.† de Curt.in ſuo diverſor.d. c.15.* 30
n.12. dum tradiderunt, quod inventarium in feudo
eo pacto non prodeſt reſpectu primi acquirentis,
quia illud procedit,quando validè alienaret, vel ali-
ter obligaret cum concedentis aſſenſu, ſecus tamen
quando contra hæredem,* ſive ſucceſſorem non ori- 31
tur alia actio,quàm perſonalis, quia non poteſt ex
hac actione aliqua executio fieri, vel ſuper ipſo
feudo vel in fructibus feudi, & ita optimè, & ſatis
eruditè declarat, & intelligit noviſſimè *Lelius Ca-
putus ad Conſuet. Neapol. in Conſuetud. ſi moriatur,
par.2.§.6.nu.21. cum pluribus ſequentibus,* ubi diffu-
sè ex *Andr.Camerario,** & aliis hoc probat. Et in hoc 32
tenendo opinionem quod inventarium reſpectu pri-
mi acquirentis in feudo ex pacto non juvet, cujus
tamen contrarium tenuit *Regens Villanus*, de quo
mentionem fecit idem *Freccia in locis* proximè alle-
gatis,* & *in dicto tractat. de ſubfeud.lib.3. in 33.diffe-* 33
rentia, hoc idem videtur ſentire, dum dixit, quod
quando datur feudum Titio, & liberis, ſeu deſcen-
dentibus Rex providet liberis,ut liberis, vel deſcen-
dentibus, veluti ex eorum propria perſona feudum
capiant;* & quod in hoc nullus eſt favor acquirentis, 34
cùm jus eorum morte finiatur, & ſi feudum novum
ſit,ſecundum aliquos, primus acquirens non diſpo-
nit in damnum futuri deſcendentis confecto inven-
tario, & licèt poſteà ſe remittat ad ea quæ dicit *in
formulis*, ubi videtur contrarium tenere, ut ſupra di-
xi, certum eſt, quòd controverſa eſt opinio, ſi reſpe-
ctu primi acquirentis inventarium in * feudo ex pacto
proſit, regulare enim eſt, quòd in feudo ex pacto 35
prodeſt inventarium, ut ſuccedens ad onera defun-
cti non teneatur, ut per *Alex. conſ. 19. volu. 5.* Ruin.
conſ.179. n.15 vol. 1. & latè Roland.à Valle *in tract.
de Inventar.* cum aliis unito. *qu. 18. de Ponte de po-
teſt. proreg. tit. de regal. impoſit. §.6. n. 29.* Gramm.
*deciſ.93. n. 10. Cacher. deciſ.97. nu.11. & dec 68.n.
14.& 15.* ubi dicit,* quod etiam non confecto inven- 36
tario ſucceſſor in feudo ex pacto,non tenetur habe-
re ratum factum defuncti, & per *Harm. Piſtor.* qui
alios allegat *quæſt.jur. lib.1.q. 13.n.15.* qui tamen ge-
neraliter loquitur * abſque diſtinctione primi acqui- 37
rentis, vel non, & ideò reſpectu primi acquirentis
poteſt eorum dictum declarari, ut in inventarium
non juvet, quando tamen primus acquirens validè
cum conſenſu concedentis diſponeret, ſecus tamen
quando ſine aſſenſu, ſic conciliando prædictas opi-
niones,* omnes enim DD. qui dixerunt, primum ac-
quirentem poſſe præjudicium deſcendentium de 38
feudo ex pacto diſponere, loquuti fuerunt in diſpo-
ſitione, aut alienatione facta cum aſſenſu, neque vi-
di Doctorem, qui dixerit,quod etiam abſque aſſenſu
poſſit ſucceſſorem gravare in actione perſonali,
cùmque reſpectu diſpoſitionis ad beneficium præ-
dictorum Fratrum Divi Dionyſij, per Antonium à
Leyva ſeniorem nullus concedentis aſſenſus fuerit
expeditus,remanet undique, ni fallor, fundatum,non
potuiſſe ſucceſſoribus præjudicare.

Digitized by Google

Amplius tamen conſidero, nec prædictum quon-
dam Antonium primum acquiſitorem voluiſſe gra-
vare ſucceſſorem, ut de fructibus bonorum feuda-
lium prædictum annuum legatum ad beneficium di-
ctorum Fratrum ſolveret, ſed tamen de bonis allo-
dialibus per ipſummet eidem ſucceſſori relictis, quod
probatur.

Nam prædictus teſtator poſt legatum annuorum
ducatorum quatuor centum auri, uſque ad annos
viginti pro fabrica Monaſterij, & Eccleſiæ, ac ipſis
elapſis ad ſolvendum annuos ſcutos centum quin-
quaginta eidem Eccleſiæ Divi Dionyſij, factis etiam
aliis legatis piis ſolvendis à ſuo univerſali hærede,
inſtituit D. Aloyſium de Leyva ejus filium hæredem
univerſalem in omnibus bonis mobilibus, immobi-
libus, juribus, juriſdictionibus, dominiis, Principa-
tibus, Communitatibus, Terris, Caſtris, Oppidis,
Villis, aliiſque omnibuſque juribus, & actionibus, &
nominibus debitorum, ac inferius deſcripſit nonnul-
las pecuniarum quantitates, & nomina debitorum,
quæ ſuo hæredi univerſali relinquebat, nullam men-
tionem faciendo de bonis feudalibus, nedum de præ-
dictis feudis in ſtatu Mediolani receptis pro ſe, &
filiis, & eorum deſcendentibus, ſed neque de feudis
poſſeſſis in Regno Neapolitano, quæ receperat pro
39 ſe, hæredibus, * & ſucceſſoribus, quæ inveſtituræ fa-
ciunt feudum hæreditarium, prout ſunt communiter
40 omnia feuda * in Regno, *Petr. de Greg. de conceſſ. feud. p. 5. q. 4. n. 5. de Ponte de poteſt. Proreg tit. de refut. feud. §. 8. n. 26.* Ex quo ſequitur, quod nullo modo voluit
teſtator gravare ejus hæredem, ut ſolveret de fructi-
bus feudalibus, ſed de bonis burgenſaticis, quod
probatur, quia in qualibet obligatione, ſeu diſpoſi-
41 tione non veniunt feuda,* niſi ſpecialiter exprimantur,
ad *text. in cap. 1. de Capit. qui curiam vendidit, ubi
Andr. & Alvar.* eſt *tex. in c. in generali, ſi de feud.
fuer. controv.* etiam ſi in obligatione impetraretur aſ-
ſenſus, ut declarat Bald. *in d. cap. in generali*, etiam
hypotheca generalis omnium bonorum non conti-
net feuda, niſi exprimantur, *Jacobin. de feud. in verbo,
& cum pacto de non alienando*, Alex. *conſ.* 168. *vol.* 2.
6. optimè *Capycius in ſua inveſtitura feudali, in verba
feuda bonorum appellatione*, qui dicit, idem procede-
re etiam in diſpoſitione *fol. mihi* 91. *in fine*, *Joan.
Kopen.* optimè Germanus in *dec.* 39. *nu.* 4. quod qui-
dem latiſſime explicat, & declarat Schrader. *de feud.
part.* 7. *cap.* 2. diſtinguendo, quando adeſt Domini
aſſenſus, vel quando non adeſt, ubi *n.* 8. Doctores
cumulat, tenentes, quòd quando non adeſt Domi-
ni conſenſus feuda in generali ſermone nunquam ve-
niunt, & ex *d. cap. in generali*, *n.* 59. regulam con-
ſtituit, quòd ſub verbis generalibus diſpoſitionis bo-
na feudalia ex propria ſignificatione non comprehen-
42 duntur; † niſi de contraria voluntate conſtaret, te-
ſtatorem voluiſſe illa comprehendere, & quamvis
43 diſpoſitio vaſſalli de † fructibus feudi hæreditariis
valeat ſaltem uſque ad certum tempus, Bald. *in c.* 1.
in princ. ubi Alvar. *n.* 3. & Afflict. *n.* 123. *de ſucceſ. feud.*
44 licèt ſecus ſit in feudo ex pacto, * tamen neceſſe eſt,
45 ut expreſsè de prædictis fructibus feudi, † annuam
præſtationem eſſe ſolvendam diſponat, Affl. & ibi
Urſil. *in dec.* 26. Schrad. *in loco* proximè allegato, *n.*
25. quam quæſtionem optimè etiam exornat, & Do-
ctores colligit Roſenthal. *de feud. cap.* 9. *memb.* 1. *concl.*
23. In caſu autem prædicto nedum non apparet te-
ſtatorem voluiſſe, ut ejus hæres de feudo, ſive de
feudi fructibus ſolveret, ſed potius de contraria vo-
46 luntate, † nam primi acquirentis feudum ex pacto
voluntas eſt, ut perpetuò in ipſius familia remaneat,
& in alium non alienetur, neque transferatur, ut di-
xit idem Roſenthal. *d. cap.* 9. *concl.* 71. plenè per Joan-
nem Cattal. *controverſ. juris. lib.* 2. *c.* 22. *n.* 4. *& 5. cum
ſeqq.* ſicque cùm ultra prædicta feuda amplum patri-
monium bonorum burgenſaticorum reliquerit, * ut 47
ex lectura ejuſdem teſtamenti apparet, poteſt enim
teſtator habere duo patrimonia, unum Paganicum,
& aliud Caſtrenſe, ad *tex. in l. ſi certarum, §. 1. ff. de
milit. teſt.* & ſic poteſt * habere duos hæredes univer- 48
ſales, alterum in feudalibus, alterum verò in burgen-
ſaticis, Bald. *in auth. ceſſante, n.* 4. *C. de legit. hær. Jo.
Antonius Lanarius conſ.* 60. *n.* 14. *de Ponte de poteſt.
proreg. tit. de aſſenſ. reg. ſuper dot. §.* 3. *n.* 6. & ſic lega-
tum prædictum etiam ex voluntate teſtatoris, ex bo-
nis burgenſaticis erat ſolvendum, & hodie prædicta
portio annuorum introituum feudalium indebitè poſ-
ſidetur per Reverendos Patres, & optimè fuit inſti-
tutum judicium pro ipſorum revendicatione.

Nec ulla vis eſt facienda in aſſerta tranſactione fa-
cta per Illuſtr. Principem patrem, intervenientibus
Eminentiſſimis Cardinalibus Pallavicino, & Salviati
in anno 1595. facta, * & ſi enim controverſa ſit opi- 49
nio, ſi ſententia lata cum poſſeſſore feudi ex pacto, &
providentia, præjudicium afferat deſcendentibus, ſi-
quidem affirmativam tenuerunt Boer. *dec.* 255. Ro-
deric. Suar. *alleg.* 27. *n.* 3. Covar. *pract. qq. cap.* 13. *n.* 6.
Vazq. de ſucceſ. creat. lib. 1. *§.* 6. *n.* 28. *Molin. de Hiſ-
pan. primogen. lib.* 4. *capit.* 8. *Ja. Vencentius de Anna
alleg.* 47. *n.* 4. partem autem negativam tenuerunt
Cacher. *dec.* 157. *ſub n.* 6. Frecc. *de ſubfeud. l.* 2. *differ.
9. in differ. feud. ex pacto, & hæred.* quam opinionem
probabiliorem eſſe dixit Borcellus * *in ſumm. deciſ. tit.* 50
34. *de feud. n.* 656, tamen in tranſactione nulla poteſt
eſſe probabilis difficultas, quod ſucceſſori non no-
ceat, quamvis enim per *tex. in cap.* 1. *§. ſi vaſallus, ſi
de feud. fuerit controverſ.* videatur probari, quod
tranſactio ſuper feudo poſſit etiam abſque Domini
conſenſu fieri, tamen procedere poteſt attento tem-
pore Capituli prædicti ante * diſpoſitionem *text. in* 51
d. cap. Imperialem, per quam omnis alienationis actus
prohibetur, ut per Affl. *in d. cap.* 1. *§. ſi vaſallus. Clar.
recept. ſent. l.* 4. *§. feudum, q.* 39. Schrad. *de feud. par.*
8. *cap.* 6. *n.* 2. Roſenthal. *cap.* 9. *concluſ.* 21. *num.* 4. *de
feudis*, qui alios allegant, plenè per Ludovic. Molin.
de Hiſpan. *primogenit. lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 9. qui de veriori
opinione, & magis communi teſtatur, & plenè diſ-
cuſſo articulo ita judicatum refert *Dominus Regens Ta-
pia Marchia Belmontis* in ſupremo Italiæ Senatu *dec.*
2. *art.* 2. *per totum*, ubi *in fine dicti articuli* deciſio-
nem refert.

Nedum ergo ex articulo à Domino Petracino in
hac etiam cauſa conſulente optimè ponderato, cujus
Conſultatio infra ſubjiciam ex *Crota in l.* 1. *n.* 4. *ff. ſo-
lut. matr.* relato à Surd. *conſ.* 123. *n.* 17. quod quotieſ-
cunque onus legati ejus hæredi * nominatim relin- 52
quitur, quamvis annuum, & in perpetuum ſit reli-
ctum, finitur cum perſona ipſius hæredis, * quibus 53
addo Boer. *in dec.* 158. *n.* 12. loquentem in dictione
ſemper, quod intelligitur reſpectu primi hæredis,
non aliorum ſucceſſorum videndus Rimin. jun. *in
conſ.* 279. *n.* 66. *vol.* 3. ubi cùm teſtator dixiſſet, quod
infra ſcripti ſui hæredes, & ſubſtituti teneantur in per-
petuum celebrari facere * unum anniverſarium, ex 54
Bart. Curt. Pariſ. & aliis tenuit, quod onus non egre-
ditur hæredes ſcriptos Cattal. *quotidian. controverſ. jur.
lib.* 2. *cap.* 22. *n.* 6. Sed etiam ex ſupra dictis remanet
juſtitia Illuſtriſſimi Principis adverſus prædictos Re-
verendos Fratres, valdè, ni fallor, fundata, &
proinde eos condemnandos fore ad reſtitutionem
etiam fructuum perceptorum.

Et ex iis etiam apparebit ſatis facilis reſolutio re-
ſpectu aliarum alienationum factarum ab Illuſtriſſ.
Donna Mariana della Cueva, ſive ab aliis pro tem-
pore quibuſcunque poſſeſſoribus, etiam ſi eſſent 55
Domini conſenſu roboratæ, ſiquidem certiſſimi ju-
ris eſt, quod feudum ex pacto poſſeſſore moriente,
fingitur ad Dominum revertiſſe, & de novo

fuiſſe

fuiſſe ſucceſſori conceſſum, ut per Fræcian. *in dict. lib. 3. de ſubfeud. differ. 2.* tot enim ſunt conceſſio-
56 nes, quot ſunt perſonæ, * Iſern. *in cap. 1. §. hoc quoque verſ. hæc differunt à genere de ſucceſſ. feud. & in dict. cap. Imperialem, § præterea Ducatm, Hartm. Piſtorim quæſt. juris, lib. 2. quæſt. 1. n. 27.* Andr. Knickeo. *de veſtitur. paction. cap. 2. n. 266.* Petr. de Gregor. *de*
57 *conceſſ. feud. part. 2. quæſt. 10. n. 41.* * perſona itaque extincta, extinguitur etiam jus ejus in feudis, idem Petr. de Gregor. *de judic. cauſ. feud. quæſt. 18. n. 13.*
58 Schrader. *par. 8. cap. 8. n. 4.* * & feuda ita conceſſa de uno in alium reſtitutioni neceſſariò ſubjacere exiſtimantur, Iſer. *in cap. 1. de eo, qui ſibi, & hæred. ſuis* ita
59 ut vaſſallo feudi poſſeſſore * decedente quaſi è medio ſublato, perſona ejus amplius in conſideratione non
60 ſit, *Piſtorius in loco* proximè citato, * *n. 28.* & proindè nullo modo poſſeſſor poſſeſſori præjudicare poteſt, *c. 1. de alienat. feud. pat. capit. Titius, ſi de feudo*
61 *defunct. controverſ. fuerit inter * Dominum, & agnatum,* requiritur enim in alienatione ſeu hypotheca nedum Domini conſenſus, ſed omnium vocatorum, alias alienatio, ſeu pignoratio nulla redditur, ut habetur in *d. cap. Imperialem,* latiſſimè per *Joannem Koppen. dec. German. quæſt. 39. per totam,* poterit ta-
62 men fructus alienare pro tempore ſuæ vitæ, † quia
63 reſoluto poſtea jure datoris, * reſolvitur jus acceptoris, *cap. 1. §. rurſus, de inveſtit. feud. Curt. tract. de feud. 4. part. quæſt. 14. n. 105 Coler. de proceſſ. executiv. part. 2. capit. 3. n. 287. Koppen. in loco* proximè citato,
64 *n. 15.* immò quamvis Dominus * directus in ipſius feudi alienationa, ſeu executione conſentiret, tamen per hoc fieri non poteſt aliquod præjudicium agnatis, & propterea eorum jus ſemper ſalvum intelligeretur, *Iſern. in d. cap. Imperialem, Hartman. Piſtorius* late articulum diſputans *in quæſt. 15. à num. 29. uſque ad num. 69.* quem refert, & ſequitur *Kop-*
65 *pen. in dict. quæſt. 39. num. 17.* † ad vitam enim alienantis prævio Domini conſenſu feudum alienari poteſt in ſui præjudicium tantùm, non tamen ſucceſſorum, *Petr. de Gregorio de conceſſione feud. part. 3. quæſtione 6. num. 9. Canuet. in dicto Capite Volentes, §. procedit etiam, num. 14. pag 77. Dominus Tapia d. deciſ. 2. numero 303.* quod tamen fallit in u-
66 no tantum caſu, * quando ſcilicet debita eſſent occaſione ipſius feudi contracta, ut per *Koppen.* qui Doctores allegat *d. quæſt. 9. n. 3. Molin. de Hiſpan primogenit. lib. 1. cap. 10. Fab. de Anu. conſil. 4. Andr. Gayl. lib. 2. obſerv. 154. D. Tapia d. dec. 2. nu. 49.*

Ex quibus patet, quod nulla eſt habenda ratio de prætenſo aſſenſu expedito in alienatione, ſeu datione in ſolutum prædictorum annuorum introituum feudalium Caſtri Modoetiæ Jo. Petro Rabiæ, ex quo neque cum aſſenſu poteſt poſſeſſor aliis vocatis
67 præjudicare, * ultra quod nec ſi eſſemus in feudo hæreditario aſſenſus prodeſſet, cùm fuerit expeditus in datione in ſolutum facienda tempore, quo jam erat facta, quo caſo aſſenſus non operatur, ut præter adductos hoc dixit *de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de*
68 *reg. impoſit. §. 7. n. 26.* non * enim extenditur de caſo ad caſum, de tempore ad tempus, neq; de re ad rem, idem *de Ponte tit. de aſſenſ. Reg. ſuper dot. in rubric. n. 42.* & probatur ex *Andr. de Iſern. in d. cap. Imperialem, de prohibit. feud. alien. per Feder. num. 4.*
69 Rurſus tamen aſſenſus prædictus, * quàm aſſenſus Nicolai Cypriani fuerunt ſubreptitiè, & obreptitiè impetrati, nam quotieſcunque non aſſeritur Principi concedenti id, quod ipſum movere poſſet ad gratiam denegandam, vel durius concedendam, gratia nihil operatur, *cap. ſuper literis, ubi Scribentes, de reſcript. cap. 1. in fin. de feud. guard. Oldrad. conſ. 81. & 227. in fine, Rota Romana coram Eminentiſſimo Seraphino dec. 752. num.*
70 5. & quod aſſenſus ſit nullus, * quando non fuit expreſſum, feudum fuiſſe antiquum, poſt Andr. de Iſern. Afflict. & Rimnald. probat Roland. à Vall. *conſ. 49. num. 55.* quem etiam refert, & ſequitur *Dominus Tapia* in allegata *deciſ. 2. num. 327.* qui multa alia ad propoſitum adducit.

Et demum nunquam intentio fuit Principis 71
concedentis in aliquo * deſcendentibus præjudicare, cùm expreſsè in privilegio aſſenſus ſint reſervata jura, nedum Principis aſſentientis, ſed etiam alterius, per illa verba in fine poſita, *juribus noſtris, & alterius cujuſvis ſemper ſalvis, & reſervatis,*
Princeps enim nunquam intelligitur velle aliquem 72
jure ſuo privare, Bald. *in prælud. feud. num. 37. gloſ. in l. 3. §. ſi is, pro quo, ff. quod quiſque juris.*

Cumque modernus Princeps † actor ſit hæres 73
cum beneficio legis, & inventarij, poteſt contravenire dationibus in ſolutum, ſive alienationibus à ſuis prædeceſſoribus factis, ut poſt alios diffusè probat Roland. à Vall. *in tract. de inventar.* cum aliis unito *qu. 182. n. 25.* Piſtorius *qu. jur. lib 2. quæſt. 9. num. 24. cum ſeqq.* & in propriis terminis Surd. *conſ. 382. nu. 100. vol. 3.* quem ſequitur *Molfeſ. ad conſuet. Neap. part. 2. in addit. ad qu. 23. tit. de bonis, num. 3.* ubi etiam in alio loco ſeipſum allegat.

Nec Honor Tituli Principatus eſt in aliqua conſi-
deratione, † ſiquidem dignitates Titulares plus ha- 74
bent oneris, quàm emolumenti, & ideò quamvis de
feudo empto * à communi patre teneatur primoge- 75
nitus dare ſecundogenitis partem pretij, non tamen de pecunia, cum qua Titulus fuit emptus, ut tenet *Dominus Regens Rovitus in prag. 1. de titul. abuſu in ſcriben. ſublato, num. 72. per tex. in l. 1. §. nec caſtrenſe, verſ. ſed an hic, de collat. bonor.* & Titulus dignitatis non eſt in commercio, & quod non eſt in commercio, neque venit quoad æſtimationem. *gloſ. in l. ſed ſi res, ff. de legat. 1.* ubi etiam *Bart.* ubi idem ſi commercium haberi poteſt cum magna difficultate, latè *Merret de magnat. lib. 4. qu. 40. num. 26. cum ſequentib.* ubi etiam *num. 36.* dicit, quod Titulus dignitatis infructuoſus, licèt vendibilis, non confertur, *Flores Diaz de Mena in addition. ad Gamam deciſio. 311.* & alii per *Azeved in Curia Piſana lib. 4. cap. 7. numero 3. Crot. in l. frater à fratre, ff de condit. indeb. Roland. conſil. 31. numero 10. cum ſeqq. lib. 2.* Cùm ergo Titulus de per ſe non ſit diviſibilis, nec poteſt venire in collationem, pretium jam, quod non eſt in commercio, meritò non poteſt tractari de ipſo Titulo, & fuit deciſum in noſtro Sacro Conſilio in cauſa Ducis Laurini, etiam reſpectu creditorum.

Hæc cauſa fuit deciſa in Senatu Mediolani die 14. 76
Julij 1634. ad relationem ampliſſimi Senatoris Caroli Antonii Magiſtri, & fuit dictum, dictos reditus exiſtentes ſuper Datiis Mercaturæ, & Dohana, ac cenſus Salis Ducatus Communitatis Medoetiæ, & Tricati, qui deſcripti reperiebantur in caput dictorum Cypriani Cappelli Giuſſani quæſtoris Salvaterra, ac Communitatis Modoetiæ, uti comprehenſos in conceſſione feudali facta Antonio de Leyva ſeniori, ſpectaviſſe, & ſpectare ad D. Antonium de Leyva modernum Principem Aſculi, uti vocatum in conceſſione, non obſtantibus exceptionibus oppoſitis per creditores, & proinde eſſe relaxandos à dictis creditoribus, & deſcribendos in faciem dicti D. Antonij Aloyſii, & amplius fuerunt condemnati dicti Cyprianus, & alij ad reſtituendum reditus exactos, ſalvis juribus ſuper aliis bonis, ubicunque ſitis.

Sequitur Conſultatio in eadem cauſa facta per Dominum Petracinum.

OBSER-

OBSERVATIO IN CONSULT. XXIII.

ARGUMENTUM.

Feudum ex pacto, & providentia deſeribitur, & hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus non eſſe ex pacto, & providentia firmatur rejecto *Card. de Luca.* An primus acquiſitor feudi ex pacto, & providentia poſſit præjudicare vocatis in feudo, utrum poſſit feudatarius diſponere de fructibus feudi, & Regius Aſſenſus ſuper fructibus operetur devoluto feudo.

SUMMARIUM.

1 *Feudum ex pacto & providentia deſcribitur.*
2 *Feudum pro hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus eſt mixtum.*
3 *Refellitur* Card. de Luca *ſentiens contrarium.*
4 *Primus acquiſitor feudi ex pacto, & providentia, an poſſit præjudicare vocatis.*
5 *Primus acquiſitor feudi ſi emerit dignitatem, & titulum, an pretium ſit conferendum in hæreditate.*
6 *Feudatarius an poſſit diſponere de fructibus feudi.*
7 *Regius Aſſenſus impetratus ſuper fructibus an ſuffragetur contra fiſcum devoluto feudo.*

1 CONceſſio feudi * facta alicui pro ſe, filiis, & deſcendentibus, ac deſcendentium deſcendentibus maſculis in perpetuum eſt ex pacto, & providentia, ex *Curt. Iſern.* & aliis firmat *Reg. Latr. in præſenti conſult.* 23. *num.* 1.

2 Feudum in Regno ex pacto, * & providentia conſtituitur, quoties datum eſt pro filiis, ſivè liberis, vel pro deſcendentibus, pro poſteris, ſivè primogenitis non adjecto verbo pro hæredibus, *Reg. de Ponte in tit. de refutat.* §. 10. *nu.* 9. *Amicangel. qu. feud. q.* 1. *n.* 12. & 13.

3 Undè formula concepta † pro hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus, quamvis *Card. de Luca de feud. diſc.* 19. *n.* 3. ſcribat, quod importat qualitatem feudi ex pacto, & providentia. Refellitur hoc aſſertum. Prout & alterum, quod in dubio feudum præſumatur ex pacto, & providentia, quidquid ſit de jure communi feudorum, quo attento erant feuda ex pacto, & providentia. Secùs de jure Regni, *Amicangel. ubi ſup. n.* 25. & *ſeq.*

4 Principalis quæſtio eſt, * utrum primus acquirens feudum titulo oneroſo, quamvis in forma pacti, & providentia poſſit ſucceſſoribus præjudicare, ut *Latro n.* 2. & *ſeqq.*

Quæſtionem hanc, aſſumit *Card. de Luca de feud. diſc.* 46. ubi cùm Marchio Ludovicus Fontana, ut ſuccedere poſſet in primogenitura Fontana renonciare debuiſſet ad favorem Claudij fratris ſecundogeniti hæreditatem paternam, & maternam, & in Rota diſputaretur, quænam bona ſub hujuſmodi hæreditatibus caderent, major controverſia fuit circa feudum cum Dignitate, ſeù titulo Marchionatus in Ducatu Sabaudiæ titulo oneroſo acquiſitum per Jo: Mariam patrem pro ſe, & Ludovico, & Claudiis filiis, & deſcendentibus, an ſcilicèt iſtud veniret ſub bonis ad hæreditatem paternam ſpectantibus, ità ut eſſet dimittendum?

Et pro dimiſſione ad favorem ſecundogeniti fundamentum conſtituebatur in recepta concluſione, quod feudum, quamvis pacti, & providentia in primo acquirente titulo oneroſo regulandum, cùm ſit eo jure, quo in ſucceſſionibus regulatur, ſed ſpeciem habere tituli hæreditarij, ita ut primus acquirens poſſit ſucceſſoribus præjudicare, & de feudo diſponere, *Surd. conſ.* 30. *nu.* 32. *Reg. Rovit. conſ.* 15. *n.* 7. *lib.* 1. *Aponte de poteſt. Proreg. tit. de diverſ. proviſ.* §. 1. *n.* 15. *Merlin. dec.* 699.

E converſo autem * diſtinguendo dignitatem, 5
& titulum à feudo, *Card. de Luca num.* 3. Quoad titulum eſſe receptum ejus pretium non conferri de hæreditate allodiali patris acquirentis. Proindèque primogenitum feudi ſucceſſorem non teneri illud fratribus ſecundogenitis communicare, quia Dignitas plus oneris, quàm emolumenti afferre dicatur ob neceſſitatem obtinenti incumbentem magis ſplendidè vivendi, ideòque ceſſet ratio collationis, *Rovit. in pragm.* 25. *tit. de titulor. abuſu num.* 27.

Quo verò ad ipſum corpus feudi, cùm ſit juris Francorum nequeat alterari forma conceſſionis ſine conſenſu Domini.

Feudum ejuſque fructus * exequi non poſſe 6
data actione perſonali contra hæredes ex *Caputo in conſuetud. ſi moriatur p.* 2. §. 6. *nu.* 21. & *Camerar.* tradit *Reg. Latr. n.* 23.

Doctrina *Camer. in cap. Imperialem fol.* 18. exaratur, ibi: *Contractus omnes per feudatarium ſine aſſenſu ſuper fructibus feudi ei nocere pro toto tempore, quo erant penes eum, non autem, ſi vivente juſtè ab eo feudum auferatur.* Et ideò ſi fructus hodiè non ſunt penès feudatarium, creditores ex actione perſonali nihil operari poſſunt, *gloſ. in l. ea lege, C. de condict. ob cauſ.*

Caſum ponit *Camer. in c. Imperialem f.* 18. *lit. S. verſ. ſed adverſus*, & *lit. T.* ubi dicit, quod diſpoſitio fructuum feudi poteſt fieri per vaſſallum abſque aſſenſu, tamen ſi vaſſallus, & creditor velint impetrare aſſenſum, ut cautiùs agant; Quærit, ad quid prodeſſet aſſenſus, & reſpondet prodeſſe in eo, quod ſi vaſſallus non ſerviat Domino, non poſſit Dominus capere fructus in præjudicium creditoris, vel ſi feudum aperiretur Domino in vita feudatarij, præferetur creditor. Ergò ſi aſſenſus operatur reſpectu fructuum, etiam contra Dominum, qui quoad ſe habet aſſenſum, multò magis operari debet contra creditorem ſine aſſenſu. Ergò aſſenſus dat prælationem etiam reſpectu fructuum.

Quando agitur de fructibus feudi, † & non 7.
poteſt conſiderari caſus perceptionis fructuum factæ non à debitore. Et creditores non habent obligatum feudum, nec obligatum habebunt id, quod provenit ex feudo, quia redditus ſunt ejuſdem naturæ, ſicut capitale, etſi principale non tenet, dependentia, acceſſoria ſimilitèr corruent, *Afflict. dec.* 26. *n.* 2.

Seù rectiùs dixeris, fructus feudi jam percepti, & à ſolo ſeparati ſunt burgenſatici, ſolumque pendentes cenſentur feudales, *Andr. in c.* 1. §. *ſi quis verò de pac. tenend.* Et ſemper ſuper illis à feudo ſeparatis datur executio ad inſtantiam creditorum ſine aſſenſu in ſubſidium, diſcuſſis omnibus bonis burgenſaticis, *Camerar. in d. cap. Imperialem fol.* 19. *lit. E.* & ità refert judicatum *R. de Ponte conſ.* 26. *lib.* 2.

Vel potiùs dixeris, quod creditores hæredis

cum

cum aſſenſu præferuntur creditoribus defuncti feudatarij ſine aſſenſu, quia in feudis non datur ſeparatio bonorum, ut contra *Annam alleg.* 30. *& de Ponte de poteſt. Proteg. tit. de refut. feud.* §. 8. deciſum in cauſis arduis teſtantur *Conſ. Theod. allegat.* 83. Annæ *ubi ſup. in fin. Thor. p.* 2. *compend. verb. ſeparatio.* Quod proceditnon tantùm in feudo, ſeù in pretio feudi, verùm etiam in feudi pretio, ſed ſuper fructibus feudi, & cùm de præſenti ſit feudum filij, & non patris Proindè fructus etiam omnes ad filium ſpectabunt, ut ex *Laffred. Minad.* & aliis *Conſ. Theod. alleg.* 83. *à n.* 26.

Obſtabit, quod poteſt feudatarius diſponere de fructibus feudi, ſeparatis, vel ſeparandis, qui dicuntur burgenſatici, nec propterea conſtituitur jus in re, *Camerar. ubi ſup. fol.* 19. *lit. D. & V.* Et hæres in feudalibus tenetur permittere, ut legatarius fruatur illa commoditate, tanquam burgenſatica, percipiet fructus tamquam burgenſaticos, *Anna conſ.* 39. *num.* 8. *Theod. alleg.* 4. *n.* 14. *Rocc. reſponſ.* 44. *n.* 24. *lib.* 1.

Quod procedit, quando aſſenſus non eſt impetratus ſuper contractu cum hærede.

A R G U M E N T U M.

Conceſſione facta de feudo ex pacto, & providentia ſucceſſor non tenetur ed onera, nec requiritur, quod quis ſit hæres primi inveſtiti, ſed quòd ſit filius, vel deſcendens, & quæ inveſtitura faciat feudum ex pacto, & quando ex legato oriatur actio perſonalis, vel hypothecaria, multa de clauſulis, *veris exiſtentibus prænarratis, & ſalvis juribus noſtris*, & de interpretatione *Statuti Mediolani* 273. *libro* 1.

S U M M A R I U M.

1 *Gravamen impoſitum alicui hæredi non egreditur illius perſonam, nec extenditur ad alios.*
2 *Legato facto Eccleſiæ in perpetuum, & impoſitum certo hæredi, non egreditur perſonam ipſius hæredis, nec ad alios ſucceſſores extenditur.*
3 *Teſtator quando aliquid non fecit, credendum eſt quod noluit.*
4 *Dictio*, in perpetuum, *reſtringitur multoties ad vitam alterius.*
5 *Conceſſio facta alicui in perpetuum pro ſe, & bonis ſuis, dicitur perſonalis, reſtricta ad ejus vitam.*
6 *In feudo ex pacto, & providentia non requiritur, quòd quis ſit hæres primi inveſtiti, ſed ſufficit, ſi ſit ejus filius, vel deſcendens.*
7 *Feudum ex pacto, & providentia non remanet in hæreditate, & bonis defuncti.*
8 *Pro anno legato non datur hypotheca in bonis teſtatoris, ſicuti in legato.*
9 *Teſtator ſi voluit ſolvi legatum per hæredem nominatum, non videtur velle aliquod juris imponere ſuis redditibus, & bonis*
10 *In bonis feudalibus ex pacto, & providentia teſtator non poteſt aliquod onus imponere in præjudicium vocatorum, præſertim abſque conſenſu Domini, neque pro ejus anima, n.* 11. *aliter devolvitur ad ipſum Principem concedentem, vel ad vocatos, n.* 12.
13 *Teſtator quando aliquid non dixit, ſub generali diſpoſitione non comprehenditur.*
14 *Aſſenſus præſtitus pro donatione in ſolutum facienda nihil operatur pro jam facta.*
19 *Clauſula*, veris exiſtentibus prænarratis, *in aſſenſu poſita quid importet, & n.* 16.
17 *Succeſſor in feudo ex pacto, & providentia poteſt bona comprehenſa in conceſſione dicti feudi reivendicare.*
18 *Clauſula*, ſalvis juribus noſtris, *appoſita in aſſenſu quid operetur.*
19 *Clauſula*, ſalvis juribus noſtris, *intelligitur ſemper appoſita, etiam ſi expreſſa non legatur, tam de jure communi, quam ex* Conſtitutione Mediolani.
20 Conſtitutiones Mediolani in §. nè beneficiorum memoria, tit. de feud. & §. cognoſcet, de Senatoribus, *explicantur.*
21 *Inveſtitura quando efficiat feudum ex pacto, vel hæreditarium.*
22 *Succeſſor in feudo poteſt retinere Titulum, qui eſt ſuper ipſo feudo; abſque quòd ſit hæres, immò etiam bona conceſſa pro ſe, hæredibus ex ſuo corpore deſcendentibus.*
23 *Titulus, & dignitas Principis potiùs defertur jure ſanguinis, quam hæreditario.*
24 *Conceſſo feudo ex pacto, & providentia ſucceſſor non tenetur eſſe hæres, nec opus habet aditione hæreditatis pro conſequutione bonorum in inveſtitura conceſſorum.*
25 *Contradictio nec in legibus, nec in ſtatutis admitti debet.*
26 *Verba* Statuti Mediolani 273. l. 1. *ibi*, ſive deſcendens fuerit hæres, ſive non, *declarantur, locum ſibi vendicare in feudo hæreditario mixto, non autem in feudo ex pacto, & providentia, & intelliguntur de fructibus pertinentibus ad ipſum vaſallum debitorem, ſeu ad ejus hæredes, non autem de fructibus ad ſucceſſorem in feudo ſpectantibus, num.* 27.
28 *Debitum legati incipit in perſonam hæredis, non autem teſtatoris.*
29 *Verba ſtatuti ſunt propriè accipienda.*

Pro Illuſtriſ. & Excellentiſſ. D. Principe Aſculi, contra Ven. Fratres. S. Dionyſij Mediolani, & alios.

C O N S U L T A T I O XXIV.

Immitte, Domine, in os meum canticum Juſtitiæ.

HAbet iſta cauſa tres partes.

Prima reſpicit jura RR. Fratrum Monaſterij S. Dionyſij hujus Civitatis.

Secunda continet jura D. Julij Rabiæ.

Tertia agit de juribus D. Cypriani.

Contra iſtos omnes uti detentores redituum Cameralium, & feudalium fundatam habet intentionem D. Princeps Aſculi in conceſſione feudali facta per Ducem Franciſcum Secundum uſque de anno 1531. 6. Februarij D. Antonio de Leyva de Oppido, & Caſtro Modœtiæ cum mero, & mixto Imperio, &c. nec non de annuo reditu aureorum ſeptem millium legatorum, nempè pro ſumma duorum millium ſuper cenſu Salis ipſius Oppidi, & Territorij Modœtiæ, pro ſumma aureorum trium millium ſuper Dacio Mercaturæ Mediolani, & pro reliquis duobus mille aureis ſuper Dacio Dohanæ Mediolani, & hæc omnia pro ſe, ſuiſque filiis, & deſcendentibus, ac deſcendentium deſcendentibus in perpetuum maſculis legitimis, & de legitimo matrimonio, lineaque maſculina natis, & naſcituris, & prout latiùs ex ipſa Inveſtitura feudali, inter quos deſcenden-

Digitized by Google

dentes maſculos legitimos, & ut ſupra eſt ipſemet D. Princeps, non autem Adverſarij, ut proindè injuſtè detineant, & occupent ipſos annuos reditus, ſeu eorum partem.

Nec obſtant jura prædictorum Adverſantium, in quorum diſcuſſione conſiſtere videtur totum pondus præſentia cauſæ.

Nam quoad jura RR. Fratrum Monaſterij Sancti Dionyſij hujus Civitatis, in quibus prima pars hujus judicij conſiſtit, & quæ deſumuntur ex aſſerto Teſtamento memorati D. Antonij de Leyva in illis verbis.

Idem dedit, & legavit, & gravavit, & gravat infra ſcriptum ejus hæredem univerſalem ad dandum ſcuta quatuor centum aurè omni anno uſque ad annos viginti proximè futuros, convertenda in fabrica dicta Eccleſia, & Monaſterij ejuſdem, & elapſis dictis viginti annis gravavit, & gravat infra ſcriptum ejus hæredem univerſalem ad dandum, & ſolvendum dicta Eccleſia ſcuta centum quinquaginta auri omni anno in perpetuum. Hactenus Teſtator.

Reſpondetur primò, aſſertum teſtamentum non produci ex adverſo authenticum, nec in forma probanti, & ideò nullam eſſe habendam rationem prætenſi illius legati.

Reſpondetur ſecundò, ubi etiam de ipſo teſtamento legitimè appareret, adhuc nec D. Princeps, nec ipſi annui reditus ſub aſſerti legati diſpoſitione comprehenduntur.

Et quoad perſonam D. Printipis manifeſtè patet ex pluribus.

Et primò, quia cùm gravamen dicti aſſerti legati ſit impoſitum infra ſcripto hæredi, qualis non eſt D. 1 Princeps, ſed fuit, * ut in ipſo teſtamento legitur, D. Aloyſius de Leiva præfati D. Antonij filius, non egreditur illius perſonam, nec extenditur ad D. Principem, ut latiſſimè demonſtrat Beretta *conſ.* 55. Surd. *deciſ.* 125. *& conſ.* 230. *num.* 25. Menoch. *conſ.* 89. *num.* 134. R min. jun. *conſ.* 181. *nu.* 9. *& conſ.* 258. *nu.* 37. Purpur. *conſ.* 351. Peregr. *de fideic. art.* 32. *num.* 2 69. Fuſar. *tractat. de ſubſtit.* * *quæſt.* 344. *num.* 7. & in puncto de legato facto Eccleſiæ in perpetuum, cujus ſolutionis onus fuit nominatim impoſitum infra ſcripto hæredi, ut finiatur cum perſona ipſius ſcripti hæredis nec ad alios ſucceſſores extendatur, voluit Crotus *in l. ſecunda, nu.* 4. *ff. ſolut. matr.* refert, & ſequitur Surd. *conſil.* 123 *num.* 17. *& ſeq.* id, quod mirabiliter confirmatur ex eo, quod Teſtator in alia parte teſtamenti, ubi voluit gravare hæredes hæredis, & extendere onus ad alios ſucceſſores, id verbis expreſſis ordinavit, ſignanter autem in legato facto D. 3 Didaco filio naturali ipſius Teſtatoris, * undè idem feciſſet in hoc caſu, ſi voluiſſet, quarè cùm non fecerit, credendum eſt, quòd noluerit, ad text. *in l. unica, §. ſin autem ad deficientis, Codic. de caduc. tollend. & ibi DD.*

4 Nec nobis negotium exhibet dictio illa, * *in perpetuum.*

Quia multoties dictio illa reſtringitur ad vitam alterius, *l. & in perpetuum ff. de procurat. l.* 1. *ff. pro ſocio, & l. corruptionem, Codic. de uſufruct* Bald. *conſ.* 372. *lib.* 4. eleganter *Alciat.* videndos *in conſ.* 207. *nu.* 25. 5 *& ſeq.* ubi quod conceſſio facta * alicui in perpetuum, pro ſe, & bonis ſuis, dicitur perſonalis, & reſtricta ad illius vitam, Dec. *conſ.* 521. *&* Menoch. *conſ.* 451. *num.* 25. perſonale eſt igitur dictum gravamen, & onus, & ad perſonam ipſius nominati hæredis reſtrictum; nec ad alios extenditur, non obſtante dictione illa, *in perpetuum*, ita reſpondet Crot. *in d. l.* 2. *num.* 4 *ff. ſolut. matr.*

Secundò, quatenus etiam admitteremus, ipſum gravamen extendi ad hæredem ipſius ſcripti hæredis, quod tamen non admittitur, adhuc D. Princeps non teneretur ad ſolutionem ipſius legati, cùm non teneatur eſſe hæres dicti hæredis, maximè ad effectum ſuccedendi in iſtis annuis reditibus feudalibus, ut infra probabitur.

Tertiò, cùm ipſe D. Princeps nihil poſſideat ex hæreditate dicti D. Antonij Teſtatoris [feudum enim Oppidi Modoetiæ, & memorati annui reditus ad eum ſpectant ex pacto, & providentia ipſius D. Ducis, non autem uti hæredem præfati D. Antonij, ut ex conceſſione feudali liquet, & eleganter docet Clar. §. * *feudum, q.* 9. *n* 5. ubi ex communi DD. ſen- 6 tentia tradit, quod in feudo ex pacto, & providentia non requiritur, quòd quis ſit hæres primi inveſtiti, ſed ſufficit ſi ſit ejus filius, vel deſcendens, * & ratio 7 eſt, quia hæc bona feudalia non dicuntur contineri in hæreditate, & bonis defuncti, uc latè tradit Cephal. *conſ.* 523. *n.* 32. *& ſeqq.* dicens, id procedere etiam ſi teſtator diſponat pro anima ſua, quia adhuc bona feudalia non comprehenduntur) proindè non poteſt cogi ad ſolutionem dicti legati, quod de ſola hæreditate, & bonis hæreditariis ſolvi in omnem caſum deberet, ut infra demonſtrabitur.

Quòd verò prædictum legatum non afficiat annuos reditus, de quibus nunc agitur, & ex eo liquet, quia cùm illod non ſit ſimplex, ſed annuum, pro eo non datur aliqua hypotheca in bonis Teſtatoris, † ut 8 probat Surd. *conſ.* 38. & cùm Teſtator voluerit, illud ſolvi per infra ſcriptum ejus hæredem, * non videtur 9 per illud impoſitum aliquod jus reditibus, & bonis ipſius Teſtatoris, Surd. *dec.* 193. *nu.* 2. *& ſeqq. &* Gratian. *diſcept. for. c.* 294. *n.* 22. Accedat, quòd verſamur in bonis, & juribus feudalibus ex pacto & providentia, † ſuper quibus ſicut teſtator non poterat ali- 10 quod onus imponere, vel illa obligare, & hypothecare in præjudicium vocatorum præſertim ſine conſenſu Domini, ut cavetur, tum jure communi feudorum, ut probatur *in c.* 1. *in fin. de ſucceſſ. feud. c.* 1. *§. donare, qualiter olim feud. alien. pot.* ubi quod nec etiam pro anima diſponi de feudo poteſt, * latè Boſſ. 11 *in tit. de Princip. n.* 311. *verſ. & quando non eſt hæreditarium, Plot. ad Mart. Garat. conſ.* 29. *ſub n.* 61. *& ſub n.* 63. ubi quòd omninò requiritur conſenſus Principis, * aliter devolvitur ad Principem, vel ad voca- 12 tos, Borrell. *in ſumma deciſ. part.* 1. *tit. de aſſenſu* 36. *n. c. & de feud. n.* 1. *cum plurib. ſeq.* & de magis communi teſtatur Bero. *q.* 95. *n.* 1. Clar. *§. feudum q.* 37. *ſub nu.* 1. *verſ. idem dicendum eſt, & nu. ſeq.* tum ex Nov. Conſt. Mediolani, *tit. de feud. §. nè beneficiorum memoria intercidat*, nec credendum eſt, quod teſtator ipſe id voluerit, * vel quia id apertè non dixit, & ſub 13 generali diſpoſitione non comprehenditur, *cap.* 1 *§. in generali ſi de feud. defunct. contr. fuer. inter Dominum, & Agn. Bero. d. quæſt.* 95. *in fine*, & latiſſimè Cephal. *conſil.* 523. *num.* 11. *& ſeq.* vel quia multa bona allodialia ipſe habebat, in quibus legatum illud, & alia omnia per Teſtatorem in ipſo teſtamento diſpoſita adimpleri poterant, abſque eo quod opponeretur manus ad feudalia, ut patet ex lectura ipſius teſtamenti, in quo Teſtator aſſerit, ſe habere pecunias, & credits pro ſumma aureorum quingentorum millium, & ultra.

Quod verò pertinet ad ſecundam partem hujus cauſæ reſpicientem jura D. Julij Rabiæ,

Obſervandum eſt, quòd ille denner partem ipſorum redituum virtute aſſertæ dationis in ſolutum, aliàs D. Petro ejus genitori factæ D. Principiſſam Euſrſiam Aviam paternam ipſius D. Printipis, ut matrem, tutricem & curatricem D. Principis Ant. Aloyſii patris ejuſdem D. Principis, uſque de anno 1563.

Verùm cùm ipſa datio in ſolutum careat Regio aſſenſu, ut ex lectura ipſius apparet, & D. Princeps poſſit ſuccedere in ipſis annuis reditibus, abſque eo, quod

quòd ſit hæres dicti ejus D. Patris, nulla eſt, & pe-
nitus invalida remanet, nec ad illius obſervantiam
tenetur D. Princeps.

Nec relevat, quòd poſt annum interpretatus fue-
rit aſſenſus, quia ille non fuit petitus, nec conceſſus
pro datione in ſolutum jam facta, ita ut eſſet illius
confirmatio, ſed pro datione in ſolutum facienda,
14 undè nihil * ille operatur circa ipſam dationem in ſo-
lutum jam factam, & perindè eſt, ac ſi obtentus non
fuiſſet, ut doctiſſimè reſolvit Affl. *deciſ.* 355. *per totam*,
15 conſiderans clauſulam illam, * *veris exiſtentibus præ-
narratis*, quæ in aſſenſu iſto appoſita legitur, & *ibi*
comprobat Urſil. Matin. Frece. *de ſubfeud. libro* 2.
quæſt. 11. ubi id dicit indiſtinctè procedere, ſive ſit
locus caducitati per alienationem jam factam ſine
aſſenſu, ſive non, Vincent. de Franch. *deciſ.* 105. ubi
pleniſſimè defendit, idem reſpondit Joan. Franciſc.
de Ponte *conſil.* 36. *numer.* 7. Joan. Vincent. de Anna
allegat. 36. *nu.* 5. Borrell. *in ſumma deciſ. part.* 1. *tit.*
de aſſenſu, *n.* 25. *& tit. de feud. n.* 18. Riec. multos a-
lioaaddens, & latè comprobans *in prax. dec.* 28. *per tot.*

Amplius dictus aſſenſus conceſſus fuit cum clau-
ſula, *ſalvis juribus cujuslibet tertii*, quæ operatur, ut
nullum cenſeatur factum præjudicium vocatis ad
ipſum feudum, ut latius infra dicetur.

Poſtremò dictus aſſertus aſſenſus eſt conditiona-
lis, ut colligitur maximè ex illo ablativo abſoluto,
16 *veris exiſtentibus prænarratis*, * undè cùm narrata
præſertim reſpectu aſſerti debiti, pro quo facta eſt
aſſerta datio in ſolutum, non ſint verificata, quippe
quia non conſtat de aſſerto credito ipſius Rabiæ,
merito non poteſt ſuper eo fieri aliquod fundamen-
tum.

Ad tertium caput hujus cauſæ, in quo jura D. Cy-
priani continentur, dicimus, quòd cùm ille fundetur
in ſola venditione ſibi facta de parte ipſorum redi-
tuum cum aſſenſu Regis, & in eo ſint expreſsè reſer-
vata jura Reg. Cam. & cujuſlibet tertij, talis aſſenſus
non præjudicat D. Principi, * qui ideò poteſt reditus
17 alienatos ad ſe ex pacto, & providentia ſpectantes
jure vindicare, ita Soc. jun. *conſ.* 112. *n.* 2. *vol.* 2. Jo.
Ant. Bellon. *conſ.* 48. *n.* 46. *& ſeqq.* Borell. *in ſumma de-
ciſ. par.* 1. *tit de feud. n.* 721. Menoch. *conſ.* 305. *n.* 20.
& 24. Surd. *dec.* 290. *n. ult.* Alciat. *conſ.* 183. *n.* 3.

Quod confirmatur ex eo, quòd ſicut per illam
clauſulam, *ſalvis juribus noſtris*, quæ fuit etiam appo-
18 ſita in dicto aſſenſu, * jus Domini ſalvum intelligi-
tur, ubi feudum Domino per mortem alienantis, vel
ſucceſſorum aperiatur, Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 996.
n 4. ita per ipſam clauſulam reſpicientem jura ter-
tij, & ſic vocatorum debent ſalva ipſa jura remane-
re, cùm evenerit caſus ſucceſſionis feudi ad eorum
favorem.

Et eò magis cùm etiam de jure communi, & ex
diſpoſitione *Nov. Conſtitut.* clauſula illa ſemper ap-
19 poſita intelligatur, * etiam ſi expreſſa non legatur, de
jure communi id probatur ex Decian. *in conſil.* 33. *n.*
226. *lib.* 1. poſt Bart. & alios per eum allegatos
Matant. *tract. de multiplici alien. num.* 194. *idem conſ.*
79. *n.* 31. *conſil.* 105. *n.* 17. *&* 18. *& conſ.* 141. *n.* 8. *in*
Nov. autem *Conſt.* id legitur *in tit. de jure*, *& privil.*
Fiſci. §. *jus tertij.*

Amplius dictus aſſenſus non loquitur expreſsè de
feudalibus ex pacto, & providentia, nec de feudis, de
quibus nunc agitur, nec continet derogationem
Decretorum, *ſolebant*, *& meminimus*, *& Decretum*
providere volentes, nec etiam §. *ne beneficiorum me-
moria*, *tit. de feudis*, quæ omnia erant neceſſaria, ut
cuique notum eſt † item non conſtat de aliqua inte-
20 rinatione ipſius Regij aſſenſus, juxta diſpoſitionem
Nov. Conſtit. tit. de Senatoribus, §. *cognoſcet etiam
Senatus de approbatione*, prout nec apparet de regi-
ſtratione illius aſſenſus, juxta formam in eo tradi-

tam, ut proindè nullum ſuper eo fieri poſſit funda-
mentum.

Nec intentioni D. Principis reſiſtit aſſerta illa in-
veſtitura feudalis Civitatis Aſculi, & aliorum loco-
rum.

Primò, quia non exhibuerit in forma authentica,
& probanti, & fidem faciente.

Secundò, ubi etiam illa in forma ſolemni produca-
tur, & ad effectum ut probetur, D. Principem eſſe
hæredem D. Antonij à Leyva primi inveſtiti, adhuc
reſpondetur, id ex ea concludenter non inferre,
vel quia dicta inveſtitura non eſt hæreditaria, * ſed 21
ex pacto, & providentia, ut pleniſſimè docet Pereg.
conſ. 11. *lib.* 1. præſertim *ſub num.* 5. ubi infinitos cu-
mulat, & de magis communi, & veriori teſtatur, &
alios plures addit Borrell. *in ſumma deciſ. part.* 1. *tit.*
34. *de feudis nu.* 542. *& ſeqq.* Bertaz. *conſil. civil.* 90.
n. 5. *& ſeqq.* vel etiam quia nihil unquam poſſedit,
vel nunc poſſidet ipſe D. Princeps de contentis in ip-
ſa inveſtitura, ſed ſolùm ei nomen Principis Aſculi
relictum eſt, omnia enim illa bona, & jura ſunt pe-
nes extraneos, ut in Regno illo Neapolitano noto-
rium eſt, nec aliquid in hæreditate ipſius D. Genito-
ris relictum dicitur, unde poteſt D. Princeps abſque
eo, * quòd ſit illius hæres retinere dictum titulum, 22
immò & bona feudalia, etiam conceſſa pro ſe, &
hæredibus ex ſuo corpore deſcendentibus, D D. *in
cap. ſi Titius*, *& ibi* pro cæteris Afflict. *num.* 16. *ſi de
feud. fuer. contr.* Jacob. de Sanct. Georg. *tit. de feud. in
verb. ita quòd inveſtit. num.* 4. *& in verb. cum pacto de
non alien. n.* 43. alios recenſet de communi etiam at-
teſtans Roſent. *de feud. c.* 7. *concl.* 28 *in gloſ.* 11.

Et quoad denominationes, ſeu titulum, & dignita-
tem Principis Aſculi, cùm illa potiùs deferatur ju-
re ſanguinis, * quam hæreditario, ut poſt Jacob. à 23
Sancto Georg. *de feud. verb. & Comes*, *n.* 1. Boër. *de
auth. Magn. Conſ. n.* 160. alios addit Dec. *conſ.* 19. *n.*
230. *lib.* 3. non eſt, quòd ex ea velimus inducere adi-
tionem hæreditatis paternæ: quanquam & illum ti-
tulum de novo ei conceſſit Regia Majeſtas, etiam ſi
nolit paternam hæreditatem adire, ut ex Privilegio
ſuperinde conceſſo. Et eò magis cùm in capite ſepa-
rato facta fuerit conceſſio dignitatis Principatus ab
ipſa conceſſione feudalium, ut legitur in ipſo privi-
legio.

Tertiò, in omnem caſum dicta inveſtitura prodeſſe
non poteſt D D. Rabiæ, & Cypriano, qui non ſunt
creditores D. Antonij de Leyva primi inveſtiti, ſed
eorum aſſerta credita proveniunt ab aliis ſucceſſo-
ribus ipſius D. Antonij, quorum ſicut non tenetur
eſſe hæres D. Princeps, ita nec opus eſt aditione hæ-
reditatis † eorum pro conſequutione dictæ Civitatis 24
Aſculi, & aliorum bonorum in dicta inveſtitura
conceſſorum, Menoch. *conſ.* 61. *n.* 37. *& ſeqq.* Clarus
tit. de feud. q 9. *n* 5. *in fin.* ubi quòd ita judicavit Sen.
Excell. ſed ſufficit, ſi ſit hæres primi inveſtiti, immò
nèc illius, cùm nulla bona allodialia per eum relicta
D. Princeps poſſideat; vel poſſidere poſſit, ut ſupra
oſtendimus, ut proindè nec præfato Monaſterio
Sancti Dionyſij inveſtitura illa quidquam proſit.

Quoad duo illa inſtrumenta dotalia D. Donnæ
Eufraſiæ, & D. Donnæ Marianæ dicitur, illa ad rem
noſtram non facere, tum quia de earum hæreditate,
& bonis hic non agitur, tum etiam, quia illarum hæ-
res non eſt D. Princeps, nec aliquid de earum bonis
poſſidet, ſicque non poteſt inferri, ipſum D. Prin-
cipem hæredem eſſe dictarum Dominarum, qua-
rum dicuntur eſſe creditores D D. Rabia, & Cypria-
nus.

Circa *Statutum Mediolani* 273. *lib.* 1. obſervan-
dum eſt.

Primò, illud procedere tantùm in hærede vaſſalli
debitoris, ut apertè oſtendunt verba illa, *qui fuerit*

hæres ipſius vaſſalli, & propterea illud non prodeſt D D. Rabiæ, & Cypriano, qui dicuntur creditores eorum, quorum non eſt hæres D. Princeps.

Nec huic veræ, & germanæ interpretationi repugnant verba ſubſequentia, *ſive deſcendens fuerit hæres ſui aſcendentis, ſive non.*

Quia illa non intelliguntur de aſcendente vaſſallo debitore, ſed de alio aſcendente, qui non ſit debitor, alias manifeſta oriretur contradictio, quod non de-
25 bet admitti, nec in legibus, nec in ſtatutis, * & ita interpretatur *Carpan. ibidem in dictis verbis*, & ſequitur Bimius *conſ.* 215. *n.* 14. *lib.* 3.

Secundò; ſtatutum prædictum habere ſolùm locum in feudo hæreditario, vel mixto, non autem in
26 feudo ex pacto, & providentia, † quale eſt feudum Modoetiæ, & dictorum annuorum redituum, ita eleganter Menoch. *conſ.* 1064. *n.* 7. *& ſeqq.* latiſſimè Bimius *d. conſ.* 215. *n.* 11. *& plur. ſeqq.* ubi etiam teſtatur, hanc interpretationem uſu, & conſuetudine eſſe receptam, & loquitur in præciſis terminis noſtris.

Tertiò, in omnem caſum ſtatutum prædictum intelligendum eſſe de fructibus pertinentibus ad ip-
27 ſum vaſſallum debitorem, ſeu ad ejus hæredes, * non autem de fructibus ad ſucceſſorem in feudo ſpectantibus, ita Menoch. *d. conſ.* 1064. *n.* 8. *& ſeqq.* ubi id pulchrè explicat, & comprobat.

Quartò, ex eo ſtatuto juvari non poſſe Monaſterium S. Dionyſij, potiſſimum quia ipſi non veniunt ex aliquo credito contra D. Antonium à Leyva, ſed ex aſſerto legato, quod creditum, vel debitum Teſtatoris propriè dici non poteſt, ad text. *in princip. Inſtitut. tit. de legatis*, ubi quod debitum legati in-
28 cipit in perſona hæredis, non autem Teſtatoris, † & in omnem caſum non videtur ſimpliciter, & propriè debitum, undè nec ſub diſpoſitione ipſius ſtatuti, cujus verba propria accipienda ſunt, * venire
29 poteſt, DD. in *l.* 1. *ff. ſi cert. petat.* ubi Dec. *n.* 91. *& ſeq. Rom. conſ.* 224. *in fine.*

Ex his, &c.

Supplicat, &c.

Petrus Petracinus J. C.

OBSERVATIO IN CONSULT. XXIV.

ARGUMENTUM.

Legati gravamen impoſitum hæredi infraſcripto in perpetuum, an tranſgrediatur perſonam hæredis, vel ſit perſonale durante vita hæredis. Et hæredis appellatione veniat hæres hæredis in infinitum in materia etiam ſtricta. Quid in legato alimentorum. Et actio hypothecaria pro legato annuo temporali an competat. *J. C. Petr. Petracin.* penes *Reg. Latr.* cum *Surdo* expenditur. Demùm filius an debeat eſſe hæres patris in feudo ex pacto, & providentia novo. Rejecto *Freccia*.

SUMMARIUM.

1 *Legati gravamen impoſitum infraſcripto hæredi an ſit perſonale non extendendum contra hæredem hæredis?*
2 *Quid ſi adſit dictio in perpetuum.*
3 *Hæredis appellatione an veniat hæres hæredis in infinitum.*
4 *Actio hypothecaria an competat pro legato annuo.*
5 *Diſtinguitur legatum annuum vitalitium à perpetuo.*
6 *Filius an teneatur eſſe hæres patris in feudo ex pacto, & providentia?*

GRavamen † legati impoſitum infraſcripto hæredi non egreditur illius perſonam, non extenditur ad alias, Surd. *dec.* 125. Peregr. *de fideic. art.* 38. *n.* 69. Fuſar. *de ſubſtit. q.* 344. *n.* 7. 1

Imò legatum factum Eccleſiæ in perpetuum, * 2
cujus ſolutionis onus fuit nominatim impoſitum infraſcripto hæredi, ut finiatur cum perſona ipſius ſcripti hæredis, nec ad alios ſucceſſores extendatur, Surd. *conſ.* 113. *num.* 17.

Nec obſtat dictio *in perpetuum* ad vitam legatarij. Quia aliquando illa dictio reſtringitur ad vitam alterius, *l. & in perpetuum, ff. de procur.* Alciat. *conſ.* 303. *n.* 15. Gaſp. Theſ. *lib.* 1. *q. for.* 65. *num.* 13. contrarium tenente.

De legato alimentorum dubitatur, ſi mandavit teſtator præſtari ab infra ſcriptis hæredibus, an extinctum dicatur per mortem ſcriptorum hæredum? Pro extinctione arguitur. Quia verba *infraſcripti*, & ſimilia referantur ad eos, qui oculis corporeis legi poſſunt, ideò nominatim onus cenſeatur impoſitum ſcriptis hæredibus, & excluduntur hæredes hæredum, idemque eſt, ac ſi hæres ſcriptus eſſet nominatim gravatus ob dictiones, *dicti hæredes, infraſcripti, ſupradicti*, & ſimiles, Peregr. *ar.* 32. *num.* 79. Fuſar. *q.* 343. *n.* 14. ubi quod ſi Teſtator legatario poſt illius mortem ſubſtitueret dictiones relativas ſupra expreſſas hæredes *infraſcriptos*, tunc ſoli ſcripti in teſtamento admitterentur, & illis mortuis ante gravatum remanet legatum uti caducum penes legatarium.

Gravamenque eſt perſonaliſſimum ipſius primi hæredis, nedum ſi hæres eſſet nominatim gravatus, verùm etiam verbis relativis, poſt alios Peregr. *ubi ſup. n.* 69. Fuſar. *q.* 330. *nu.* 6.

Contrarium verius probat Gratian. *diſc.* 104. *n.* 29. *& ſeqq.* ſcilicet ex natura oneris perpetui alimentorum tam ſcriptos hæredes primos, quàm hæredes hæredum non obſtantibus dictionibus relativis favore alimentorum teneri ad præſtationem legati durante vita legatarij, ex Surd. *de alim. tit.* 5. *q.* 1. *n.* 15. idque ut legatum ſortiatur effectum, & legatum potiùs judicandum eſt conſervari debere, quàm extingui, Dec. *conſ.* 601.

Rationis identitas, purà oneris perpetui appoſitio operatur, ut hæredes immediati, & mediati, ſeù hæredes hæredum præſtent legatum, ut declarant Gratian. Barboſ. *de verb. ſignific. dict.* 113. *n.* 36. Fuſar. *q.* 358. *n.* 15.

Hæres * hæredis etiam uſque ad milleſimum dicitur hæres teſtatoris, Cyriac. *contr.* 43. *n.* 18. *& contr.* 204. *n.* 48. quod etiam habet locum in materia ſtricti juris ex propria ſignificatione vocabuli, Cyriac. *contr.* 701. 3

Legavit Teſtator annuos ducatos centum ſolvendos pro alimentis durante vita ſui hæredis, an mortuo hærede extinguatur legatum, *Rota diverſ. deciſ.* 807. *p.* 8. diſtinguit. Aut priùs Teſtator abſolutè reliquerit centum aureos pro alimentis, & videtur legatum perpetuum alimentorum conſtituiſſe, & verba ſequentia, *durante vita ſui hæredis ſolvendos*, non ſint taxativè intelligenda, ſed demonſtrativè, quia in legato alimentorum non acerbè verſamur, ſed potiùs demonſtrativè. Sed videnda per me ſcripta in Gratian. *diſc.* 104.

An detur hypotheca † pro legato annuo aſſumit diſputationem Petr. Petracin. apud *Reg. Latr. n.* 8. cum Surd. *dec.* 38. expenditur. 4

Et *Neguſ. de pign.* 1. *p.* 8. *membr.* * negat ea ratione, quia legatum annuum eſt purum pro primo anno, & conditionale pro ſequentibus, ideòque cùm pro annis futuris non ſit purificata conditio, nec orta ſit actio, ſi deindè naſcitur tempore, quo ab hærede 5

teſtatoris

teſtatoris reperitur alienata, vel obligata, non fiat retrotractio in præjudicium tertij; & idem legatla in annua quantitate relictis intelligit *Neguſ.* & ità deciſum teſtatur *Manent. dec.* 48. *Coſta de retrotract. caſ.* 31. *n.* 8. *&* 16. Surd. *dec.* 28. Cyriac. *contr.* 18. *n.* 6. quos refert *Merlin. de pign. lib.* 3. *q.* 4. *n.* 109. *Medic. exam.* 23. *n.* 28.

Addiiut & alia ratio. Nam cùm legata annua ſolvi debeant ex fructibus. Conſequenter danda eric actio contra eum, qui fructus percepit, & Teſtator viderur voluiſſe imponere onua ſuper fructibus, & non bonis, & iſtam eſſe remiſſionem tacitæ hypothecæ, tradit *Gratian. diſc.* 248. *n.* 8.

Diſtinguit *Hodiern. ad* Surd. *dec.* 18. In legato annuo temporali negando hypothecam. Secùs in perpetuo, & amplexatur diſtinctionem Merlin. *d. q.* 14. *num.* 161.

Filius † an teneatur eſſe hæres patria in feudo ex
6 pacto, & providentia? Negatur *n.* 24. Ratio aſſignatur. Quia dum patri eſt conceſſio facta pro ſe, & filiis, dicitur filio jua quæſitum, licèt patris non ſit hæres, *l. quodcumque §.* 1. *ff. de verb. oblig.* & ordine ſucceſſivo vocatur filius.

Tota difficultas eſt. Quia feudum ex pacto & providentia novum exequatur feudo hæreditario, ideòque filius teneatur eſſe hæres patris, & inventarium in alieno prodeſſe non poteſt, *Freccia lib.* 3. *formul. inveſt. num.* 31. *& author.* 29. *n.* 10. *in fin. Anna conſ.* 5. *de Curte in diverſ. feud. incip. nunc de altera n.* 17. *& ſeq.*

Verùm concluſio iſta non erit ità ſimpliciter intelligenda, quoniam poſſet ità graviter errari, etenim illud quod dicitur, ut filius ſit patris hæres in feudo ex pacto, & providentia novo, intelligendum erit, quoties pater de feudo diſpoſuerit legitimè cum aſſenſu Domini. Et hinc eſt, ut ſi filius patri ab inteſtato ſuccederet, non remaneret obligatus ad debita paterna ſola actiona perſonali contracta, imò filius inventario confecto habebit feudum præcipuum.

Apertiſſimè probatur, ut dum patri eſt facta feudi ſucceſſio pro ſe, & filiis, dicitur jus filio quæſitum, licèt patri non ſit hæres, *l. quodcumque. §.* 1. *ff. de verb. oblig.* Sed quia filio cenſetur facta ordine ſucceſſivo, ut poſt mortem patris ſuccedat, filij interim patre vivente, illud jua dicitur fragile, proindè poterit pater diſponendo præjudicare filio, ſed quouſque non fuerit ſequuta cum effectu legitima diſpoſitio feudi cum aſſenſu Domini, filios habebit feudum præcipuum, licèt patris non ſit hæres in feudo. *l. quodcumque, §.* 1. *ff. de verb. oblig.*

Prætereà licèt filioa dicatur hæres patria in feudo ex pacto, & providentia novo, dum ejus contemplatione conſequitur feudum. Nihilominùs verè, & realiter in inveſtitura dicitur concepta ſub natura feudi pacti, & providentiæ ſortis diverſa à qualitate hæreditaria. Eſt enim longa differentia, an feudum ſit receptum pro liberis, vel hæredibus, *Iſern. in c.* 2. *nu.* 3. *an agnat.* Et propterea ſi pater non diſpoſuerit legitimè de feudo, filiua facto inventario habebit feudum præcipuum.

Ad hæc quamvia feudum ſit datum patri, & filio, ut poſt mortem patris ſuccedat filiua. Quia tamen filius eſt vocatus uti filius, & non uti hæres, non facta diſpoſitione legitima de feudo, filius habebit feudum, licèt non ſit patria hæres in feudo, ex doctrina Bartoli communiter recepta in *l. jusjurandum, §. liberi, ff. de oper. libert.* Alex. *conſ.* 128. *n.* 6. *lib.* 1. Covar. *lib* 2. *var. c.* 18. *n.* 3.

Comprobatur hoc idem ex *Iſern. in cap.* 1. *n.* 10. *de alien. feud. patern.* ut jus quæſitum filio ſub natura pacti, & providentiæ dicatur jus ſeparatum à perſona patris, & debetur filio uti filio, & non uti hæredi. Et ideò *n.* 13. proſequitur, dicens, ità demùm ſucceſſor habet feudum, ſi illud manet in eodem ſtatu, & non ſit alienatum, & filiua nolit eſſe hæres patris.

Fundamentum contrariæ opinionis conſtituit *Freccia de ſubfeud. in* 3. *formula inveſtitur. n.* 31. *concluſ.* 3. *&* 5. dicens in nullo differre feudum ex pacto, & providentia novum ab hæreditario, ſed in omnibus dicatur facta exequatio, *Anna conſ.* 3. *de Ponte conſ.* 14. *n.* 27. *lib.* 3.

Negatur exequatio. Nam quoties feudum eſt hæreditarium, ſucceſſor tenetur eſſe hæres in ipſo feudo, & in eum tranſeunt omnia jura tam activa, quàm paſſiva, & obligatus remanet ſatisfacere creditoribus ex fructibus feudi etiam in debito contracto in ſola actione perſonali. Imò poſſet cogi poſſeſſor ad illud vendendum juxtà *dec.* 704. *de Franch.*

Sed in feudo ex pacto, & providentia novo filius non tenetur eſſe hæres patris, niſi quatenùs pater de eo legitimè diſpoſuerit cum Regio aſſenſu, & propterea non erit obligatus filiua ad debita contracta per patrem ſola actione perſonali, ſed facto inventario habebit feudum præcipuum.

Itaque poterit pater filio in feudo ex pacto, & providentia novo præjudicare, quatenùs medianta Domini aſſenſu contraxerit, & non aliter, ità *Iſern. in Conſtit. Conſtitutionem in princ. Loffred. conſ.* 1. *nu.* 150. Hartman. Piſtor. 10. 1. *q.* 4. *n.* 45. *&* 55.

Confirmatur, nam licèt feudum ex pacto, & providentia novum dicatur ſucceſſori obvenire occaſione, & contemplatione acquirentia, erunt patrimonia diſtincta, & ſeparata. Hinc inventarium non prodeſt in feudo hæreditario, quin hæres teneatur uſque ad integrum feudi valorem.

ARGUMENTUM.

Pars pretij an, & quando debeatur ſecundogenito de feudo noviter acquiſito per commonem patrem, & quod tempus debeat in ipſiua liquidatione attendi, emptionis, vel mortis.

Collationi in quibus caſibua locus ſit, in quibua verò non, & ea an detur in linea collaterali.

Augmentum temporia cujus beneficio cedat, hæredis primogeniti, qui in feudo ſucceſſit, an verò omnium fratrum, & ſororum.

Ex mora irregulari quando uſuræ, ſive intereſſe debeantur.

In antefato an ſuccedant filij utriuſque matrimonij, an verò illi tantùm, qui ex matrimonio, in quo antefatum promiſſum fuit, orti fuerunt.

SUMMARIUM.

1 *Habens diſponendi facultatem ſi non diſponat videtur in beneficium venientium ab inteſtato diſpoſuiſſe.*

2 *Collatio prohibita non videtur, ubi filij æqualiter inſtituti fuerunt.*

3 *Pretium, quo fuit feudum emptum, & non feudum confertur.*

4 *Pars pretii competens ſecundogenitis in feudo de novo per patrem empto, habetur ut burgenſatica.*

5 *Quod tempus attendi debeat in liquidatione pretii feudi empti, emptionis ſcilicet, an mortis teſtatoris, recenſentur opiniones, & numer.* 6. 10. 20. 21. *&* 14.

7 *Pars pretii feudi empti per communem patrem an debeatur ſecundogenitis per viam collationis, vel petitione*

Amplius tamen conſidero, nec prædictum quondam Antonium primum acquiſitorem voluiſſe gravare ſucceſſorem, ut de fructibus bonorum feudalium prædictum annuum legatum ad beneficium dictorum Fratrum ſolveret, ſed tamen de bonis allodialibus per ipſummet eidem ſucceſſori relictis, quod probatur.

Nam prædictus teſtator poſt legatum annuorum ducatorum quatuor centum auri, uſque ad annos viginti pro fabrica Monaſterij, & Eccleſiæ, ac ipſis elapſis ad ſolvendum annuos ſcutos centum quinquaginta eidem Eccleſiæ Divi Dionyſij, factis etiam aliis legatis piis ſolvendis à ſuo univerſali hærede, inſtituit D. Aloyſium de Leyva ejus filium hæredem univerſalem in omnibus bonis mobilibus, immobilibus, juribus, juriſdictionibus, dominiis, Principatibus, Communitatibus, Terris, Caſtris, Oppidis, Villis, aliiſque omnibuſque juribus, & actionibus, & nominibus debitorum, ac inferius deſcripſit nonnullas pecuniarum quantitates, & nomina debitorum, quæ ſuo hæredi univerſali relinquebat, nullam mentionem faciendo de bonis feudalibus, nedum de prædictis feudis in ſtatu Mediolani receptis pro ſe, & filiis, & eorum deſcendentibus, ſed neque de feudis poſſeſſis in Regno Neapolitano, quæ receperat pro
39 ſe, hæredibus, * & ſucceſſoribus, quæ inveſturæ faciunt feudum hæreditarium, prout ſunt communiter
40 omnia feuda * in Regno, *Petr. de Greg. de conceſſ. feud. p. 5. q. 4. n. 5. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de reſut. feud. §. 8. n. 26.* Ex quo ſequitur, quod nullo modo voluit teſtator gravare ejus hæredem, ut ſolveret de fructibus feudalibus, ſed de bonis burgenſaticis, quod probatur, quia in qualibet obligatione, ſeu diſpoſi-
41 tione non veniunt feuda,* niſi ſpecialiter exprimantur, ad text. in cap. 1. *de Capit. qui curiam vendidit*, ubi *Andr. & Alvar.* eſt *tex. in c. in generali, ſi de feud. fuer. controv.* etiam ſi in obligatione impetraretur aſſenſus, ut declarat Bald. *in d. cap. in generali*, etiam hypotheca generalis omnium bonorum non continet feuda, niſi exprimantur, *Jacobin. de feud. in verbo, & cum pacto de non alienando*, Alex. *conſ.* 868. *vol. n.* 6. optimè *Capycius in ſua inveſtitura feudali*, in *verbo feudu bonorum appellatione*, qui dicit, idem procedere etiam in diſpoſitione *fol. mihi* 91. *in fine*, *Joan. Kopen.* optimè Gomanus in *dec.* 39. *nu.* 4. quod quidem latiſſime explicat, & declarat Schrader. *de feud. par.* 7. *cap.* 2. diſtinguendo, quando adeſt Domini aſſenſus, vel quando non adeſt, ubi n. 8. Doctores cumulant, tenentes, quòd quando non adeſt Domini conſenſus feuda in generali ſermone nunquam veniunt, & ex *d. cap. in generali*, *n.* 59. regulam conſtituit, quòd ſub verbis generalibus diſpoſitionis bona feudalia ex propria ſignificatione non comprehen-
42 duntur; † niſi de contraria voluntate conſtaret, teſtatorem voluiſſe illa comprehendere, & quamvis
43 diſpoſitio vaſſalli de † fructibus feudi hæreditariis valeat ſaltem uſque ad certum tempus, Bald. *in c.* 1. *in princ.* ubi Alvar. *n.* 3. & Afflict. *n.* 123. *de ſucceſ. feud.*
44 licèt ſecus ſit in feudo ex pacto, * tamen neceſſe eſt,
45 ut expreſsè de prædictis fructibus feudi, † annuam præſtationem eſſe ſolvendam diſponat, Affl. & ibi Urſil. *in dec.* 26. Schrad. *in loco* proximè allegato, n. 25. quam quæſtionem optimè etiam exornat, & Doctores colligit Roſenthal. *de feud. cap.* 9. *memb.* 1. *concl.* 83. In caſu autem prædicto nedum non apparet teſtatorem voluiſſe, ut ejus hæres de feudo, ſive de feudi fructibus ſolveret, ſed potius de contraria vo-
46 luntate, † nam primi acquirentis feudum ex pacto voluntas eſt, ut perpetuò in ipſius familia remaneat, & in alium non alienetur, neque transferatur, ut dixit idem Roſenthal. *d. cap.* 9. *concl.* 71. plenè per Joannem Caſtil. *controverſ. juris. lib.* 2. *c.* 22. *n.* 4. & 5. *cum ſeqq.* ſicque cùm ultra prædicta feuda amplum patri-
monium bonorum burgenſaticorum reliquerit, * ut 47
ex lectura ejuſdem teſtamenti apparet, poteſt enim teſtator habere duo patrimonia, unum Paganicum, & aliud Caſtrenſe, ad *tex. in l. ſi certarum, §.* 1. *ff. de milit. teſt.* & ſic poteſt * habere duos hæredes univer- 48
ſales, alterum in feudalibus, alterum verò in burgenſaticis, Bald. *in auth. ceſſante, n.* 4. *C. de legit. hær. Jo. Antonius Lanarius conſ.* 60. *n.* 14. *de Ponte de poteſt. proreg. tit. de aſſenſ. reg. ſuper doc. §.* 3. *n.* 6. & ſic legatum prædictum etiam ex voluntate teſtatoris, ex bonis burgenſaticis erat ſolvendum, & hodie prædicta portio annuorum introituũ feudalium indebitè poſſidetur per Reverendos Patres, & optimè fuit inſtitutum judicium pro ipſorum reivendicatione.

Nec ulla vis eſt facienda in aſſerta tranſactione facta per Illuſtr. Principem patrem, intervenientibus Eminentiſſimis Cardinalibus Pallavicino, & Salviati
in anno 1595. facta, * & ſi enim controverſa ſit opi- 49
nio, ſi ſententia lata cum poſſeſſore feudi ex pacto, & providentia, præjudicium afferat deſcendentibus, ſiquidem affirmativam tenuerunt Boer. *dec.* 255. Roderic. Suar. *alleg.* 27. *n.* 3. Covar. *pract. qq. cap.* 13. *n.* 6. *Vazq. de ſucceſ. creat. lib.* 1. *§.* 6. *n.* 28. *Molin. de Hiſpan. primogen. lib.* 4. *capit.* 8. *Jo. Vencentias de Anna alleg.* 47. *n.* 4. partem autem negativam tenuerunt Cacher. *dec.* 157. *ſub n.* 6. Frecc. *de ſubfeud. l.* 2. *differ.* 9. *in differ. feud. ex pacto, & hæred.* quam opinionem
probabiliorem eſſe dixit Borrellus * *in ſumm. deciſ. tit.* 50
34. *de feud. n.* 656, tamen in tranſactione nulla poteſt eſſe probabilis difficultas, quod ſucceſſori non noceat, quamvis enim per *tex. in cap.* 1. *§. ſi vaſallus, ſi de feud. fuerit controverſ.* videatur probari, quod tranſactio ſuper feudo poſſit etiam abſque Domini conſenſu fieri, tamen procedere poteſt attento tem-
pore Capituli prædicti ante * diſpoſitionem *text. in* 51
d. cap. Imperialem, per quam omnis alienationis actus prohibetur, ut per Affl. *in d. cap.* 1. *§. ſi vaſallus. Clar. recept. ſent. l.* 4. *§. feudum, q.* 39. Schrad. *de feud. par.* 8. *cap.* 6. *n.* 2. Roſenthal. *cap.* 9. *concluſ.* 21. *num.* 4. *de feudis*, qui alios allegant, plenè per Ludovic. Molin. de Hiſpan. *primogenit. lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 9. qui de veriori opinione, & magis communi teſtatur, & plenè diſcuſſo articulo ita judicatum refert *Dominus Regens Tapia Marchio Belmontis* in ſupremo Italiæ Senatu *dec.* 2. *art.* 2. *per totum*, ubi *in fine dicti articuli* deciſionem refert.

Nedum ergo ex articulo à Domino Petracino in hac etiam cauſa conſulente optimè ponderato, cujus Conſultatio infra ſubjiciam ex *Crota in l.* 1. *n.* 4. *ff. ſolut. matr.* relato à Surd. *conſ.* 123. *n.* 17. quod quotieſcunque onus legati ejus hæredi * nominatim relin- 52
quitur, quamvis annuum, & in perpetuum ſit relictum, finitur cum perſona ipſius hæredis, * quibus 53
addo Boer. *in dec.* 158. *n.* 12. loquentem in dictione *ſemper*, quod intelligatur reſpectu primi hæredis, non aliorum ſucceſſorum, videndus Rimin. jun. *in conſ.* 279. *n.* 66. *vol.* 3. ubi cùm teſtator dixiſſet, quod iuſſi ſcripti ſui hæredes, & ſubſtituti teneantur in per-
petuum celebrari facere * unum anniverſarium, ex 54
Bart. Cort. Pariſ. & aliis tenuit, quod onus non egreditur hæredes ſcriptos Caſtil. *quotidian. controverſ. jur. lib.* 2. *cap.* 22. *n.* 6. Sed etiam ex ſupra dictis remanet juſtitia Illuſtriſſimi Principis adverſus prædictos Reverendos Fratres, valdè, ni fallor, fundata, & proinde eos condemnandos fore ad reſtitutionem etiam fructuum perceptorum.

Et ex iis etiam apparebit ſatis facilis reſolutio reſpectu aliarum alienationum factarum ab Illuſtriſſ. Donna Mariana della Cueva, ſive ab aliis pro tem-
pore quibuſcunque poſſeſſoribus etiam ſi eſſent 55
Domini conſenſu roboratæ, ſiquidem certiſſimi juris eſt, quod feudum ex pacto, poſſeſſoris moriente, fingitur ad Dominum revertiſſe, & de novo

fuiſſe

fuiſſe ſucceſſori conceſſum, ut per Frecian. *in*
dict. lib. 3. de ſubſeud. differ. 1. tot enim ſunt conceſſio-
56 nes, quot ſunt perſonæ, * Iſern. *in cap. 1. §. hoc quo-*
que verſ. hæc differunt à genere de ſucceſſ. feud. & in dict.
cap. Imperialem, § præterea Ducatm, Hartm. Piſto-
rius quæſt. juris, lib. 2. quæſt. 1. n. 27. Andr. Knirken.
de veſtitur. paction. cap. 2. n. 266. Petr. de Gregor. *de*
57 *conceſſ. feud. part. 2. quæſt. 10. n. 41.* * perſona itaque
extincta, extinguitur etiam jus ejus in feudis, idem
Petr. de Gregor. *de judic. cauſ. feud. quæſt. 18. n. 13.*
58 Schrader. *par. 8. cap. 8. n. 4.* * & feuda ita conceſſa de
uno in alium reſtitutioni neceſſariò ſubjacere exiſti-
mantur, Iſer. *in cap. 1. de eo, qui ſibi, & hæred. ſuis* ita
59 ut vaſſallo feudi poſſeſſore * decedente quaſi è medio
ſublato, perſona ejus amplius in conſideratione non
60 ſit, *Piſtorius in loco* proximè citato, * *n.* 28. & proin-
dè nullo modo poſſeſſor poſſeſſori præjudicare po-
reſt, *c. 1. de alienat. feud. pat. capit. Titius, ſi de feudo*
61 *defunct. controverſ. fuerit inter* * *Dominum, & agna-*
tum, requiritur enim in alienatione ſeu hypotheca
nedum Domini conſenſus, ſed omnium vocatorum,
aliàs alienatio, ſeu pignoratio nulla redditur, ut ha-
betur in *d. cap. Imperialem*, latiſſimè per *Joannem*
Koppen. dec. German. quæſt. 39. per totam, poterit ta-
62 men fructus alienare pro tempore ſuæ vitæ, † quia
63 reſoluto poſtea jure datoris, * reſolvitur jus accepto-
ris, *cap. 1. §. rurſus, de inveſtit. feud. Curt. tract. de*
feud. 4. part. quæſt. 14. n. 105. Coler. de proceſſ. executiv.
part. 2. capit. 3. n. 287. Koppen. in loco proximè citato,
64 *n. 15.* immò quamvis Dominus * directus in ipſius
feudi alienatione, ſeu executione conſentiret, ta-
men per hoc fieri non poteſt aliquod præjudicium
agnatis, & propterea eorum jus ſemper ſalvum in-
telligeretur, *Iſern. in d. cap. Imperialem, Hartman.*
Piſtorius late articulum diſputans *in quæſt. 15. à num.*
29. uſque ad num. 69. quem refert, & ſequitur *Kop-*
65 *pen. in dict. quæſt. 39. num. 17.* † ad vitam enim alie-
nantis prævio Domini conſenſu feudum alienari po-
teſt in ſui præjudicium tantùm, non tamen ſucceſ-
ſorum, *Petr. de Gregorio de conceſſione feud. part. 3.*
quæſtione 6. num. 9. Cannet. in dicto Capite Volentes,
§. procedit etiam, num. 14. pag. 77. Dominus Tapia
d. deciſ. 2. numero 303. quod tamen fallit in u-
66 no tantum caſu, * quando ſcilicet debita eſſent oc-
caſione ipſius feudi contracta, ut per *Koppen.* qui
Doctores allegat *d. quæſt. 9. n. 3. Molin. de Hiſpan pri-*
mogenit. lib. 1. cap. 10. Fab. de Ann. conſil. 4. Andr.
Gayl. lib. 2. obſerv. 154. D. Tapia d. dec. 2. nu. 49.

Ex quibus patet, quod nulla eſt habenda ratio de
prætenſo aſſenſu expedito in alienatione, ſeu datio-
ne in ſolutum prædictorum annorum introituum
feudalium Caſtri Modoetiæ Jo. Petro Rabiæ, ex quo
neque eum aſſenſu poteſt poſſeſſor aliis vocatis
67 præjudicare, * ultra quod nec ſi eſſemus in feudo
hæreditario aſſenſus prodeſſet, cùm fuerit expeditus
in datione in ſolutum facienda tempore, quo jam
erat facta, quo caſu aſſenſus non operatur, ut præ-
ter adductos hoc dixit *de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de*
68 *reg. impoſit. §. 7. n. 26.* non * enim extenditur de caſu
ad caſum, de tempore ad tempus, neq; de re ad rem,
idem *de Ponte tit. de aſſenſ. Reg. ſuper dot. in rubric. n.*
42. & probatur ex *Andr. de Iſern. in d. cap. Imperialem,*
de prohibit. feud. alien. per Feder. num. 4.

69 Rurſus tamen aſſenſus prædictus, * quàm aſ-
ſenſus Nicolai Cypriani fuerunt ſubrepritiè, & ob-
reptitiè impetrati, nam quotieſcunque non aſſeri-
tur Principi concedenti id, quod ipſum movere
poſſet ad gratiam denegandam, vel durius con-
cedendam, gratia nihil operatur, *cap. ſuper literis,*
ubi Scribentes, de reſcript. cap. 1. in fin. de feud.
guard. Oldrad. conſ. 81. & 227. in fine, Rota Ro-
mana coram Eminentiſſimo Seraphino dec. 752. num.
70 *5.* & quod aſſenſus ſit nullus, * quando non fuit

expreſſum, feudum fuiſſe antiquum, poſt Andr.
de Iſern. Afflict. & Riminald. probat Roland. *à*
Vall. *conſ. 49. num. 55.* quem etiam refert, & ſe-
quitur *Dominus Tapia* in allegata *deciſ. 2. num. 327.*
qui multa alia ad propoſitum adducit.

Et demum nunquam intentio fuit Principis 71
concedentis in aliquo * deſcendentibus præjudica-
re, cùm expreſsè in privilegio aſſenſus ſint reſerva-
ta jura, nedum Principis aſſentientis, ſed etiam
alienius, per illa verba in fine poſita, *juribus no-*
ſtris, & alterius cujuſvis ſemper ſalvis, & reſervatis,
Princeps enim nunquam intelligitur velle aliquem 72
jure ſuo privare, Bald. *in præind. feud. num. 37. gloſ.*
in l. 3. §. ſi is, pro quo, ff. quod quiſque juris.

Cumque modernus Princeps † actor ſit hæres 73
cum beneficio legis, & inventarij, poteſt contrave-
nire dationibus in ſolutum, ſive alienationibus à ſuis
prædeceſſoribus factis, ut poſt alios diffusè probat
Roland. à Vall. *in tract. de inventar.* cum aliis unito
qu. 182. n. 25. Piſtorius *qu. jur. lib 2. quæſt. 9. num. 24.*
cum ſeqq. & in proprio terminis Surd. *conſ. 382. nu.*
100. vol. 3. quem ſequitur *Molfeſ. ad conſuet. Neap.*
part. 2. in addit. ad qu. 23. tit. de bonis, num. 3. ubi
etiam in alio loco ſeipſum allegat.

Nec Honor Tituli Principatus eſt in aliqua conſi-
deratione, † ſiquidem dignitates Titulares plus ha- 74
bent oneris quàm emolumenti, & ideò quamvis de
feudo empto * à communi patre teneatur primoge- 75
nitus dare ſecundogenitis partem pretij, non tamen
de pecunia, cum qua Titulus fuit emptus, ut tenet
Dominus Regens Rovitus in prag. 1. de titul. abuſu in
ſcriben. ſublato, num. 72. per tex. *in l. 1. §. nec caſtren-*
ſe, verſ. ſed an hic, de collat. bonor. & Titulus dignita-
tis non eſt in commercio, & quod non eſt in com-
mercio, neque venit quoad æſtimationem. *gloſ. in*
l. ſed ſi rei, ff. de legat. 1. ubi etiam *Bart.* ubi idem ſi
commercium haberi poteſt cum magna difficultate,
latè *Mieres de majorat. lib. 4. qu. 40. num. 26. cum*
ſequentib. ubi etiam *num. 36.* dicit, quod Titulus
dignitatis infructuoſus, licèt vendibilis, non con-
feretur, *Flores Diaz de Mena in addition. ad Ga-*
mam deciſio. 311. & alii per *Azeved in Curia Pi-*
ſana lib. 4. cap. 7. numero 3. Cret. in l. frater à fra-
tre, ff. de condit. indeb. Roland. conſil. 31. numero
10. cum ſeqq. lib. 2. Cùm ergo Titulus de per ſe
non ſit diviſibilis, nec poteſt venire in collationem,
pretium jam, quod non eſt in commercio, meritò
non poteſt tractari de ipſo Titulo, & fuit decreſum
in noſtro Sacro Conſilio in cauſa Ducis Laurini,
etiam reſpectu creditorum.

Hæc cauſa fuit deciſa in Senatu Mediolani die 14. 76
Julij 1634. ad relationem ampliſſimi Senatoris Caroli
Antonis Magiſtri, & fuit dictum, dictos reditus exi-
ſtentes ſuper Datiis Mercatura, & Dohana, 4. cen-
ſus Salis Ducatus Communitatis Modoetiæ, & Tri-
cati, qui deſcripti reperiebantur in caput dictorum Ci-
priani Cappelli Gluſiani quæſtoris Salvaterra, ac Com-
munitatis Modoetiæ, uti comprehenſos in conceſſione
feudali facta Antonio de Leyva ſeniori, ſpectaviſſe,
& ſpectare ad D. Antonium de Leyva modernum
Principem Aſculi, uti vocatum in conceſſione, non
obſtantibus exceptionibus oppoſitis per creditores, &
proinde eſſe relaxandos à dictis creditoribus, & de-
ſcribendos in faciem dicti D. Antonij Aloyſii, &
amplius fuerunt condemnati dicti Cyprianus, & alij
ad reſtituendum reditus exactos, ſalutis juribus ſuper
aliis bonis, ubicunque ſitis.

Sequitur Conſultatio in eadem cauſa facta per Do-
minum Petracinum.

OBSER-

OBSERVATIO IN CONSULT. XXIII.

ARGUMENTUM.

Feudum ex pacto, & providentia deſcribitur, & hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus non eſſe ex pacto, & providentia firmatur rejecto *Card. de Luca.* An primus acquiſitor feudi ex pacto, & providentia poſſit præjudicare vocatis in feudo, utrum poſſit feudararius diſponere de fructibus feudi, & Regius Aſſenſus ſuper fructibus operetur devoluto feudo.

SUMMARIUM.

1 *Feudum ex pacto & providentia deſcribitur.*
2 *Feudum pro hæredibus ex corpore legitime deſcendentibus eſt mixtum.*
3 *Refellitur* Card. de Luca *ſentiens contrarium*
4 *Primus acquiſitor feudi ex pacto, & providentia, an poſſit prajudicare vocatis.*
5 *Primus acquiſitor feudi ſi emerit dignitatem, & titulum, an pretium ſit conferendum in hæreditate.*
6 *Feudatarius an poſſit diſponere de fructibus feudi.*
7 *Regius Aſſenſus impetratus ſuper fructibus an ſuffragetur contra fiſcum devoluto feudo.*

1 Conceſſio feudi * facta alicui pro ſe, filiis, & deſcendentibus, ac deſcendentium deſcendentibus maſculis in perpetuum eſt ex pacto, & providentia, ex *Curt. Iſern.* & aliis firmat *Reg. Latr. in præſenti conſult. 23. num. 1.*

2 Feudum in Regno ex pacto, * & providentia conſtituitur, quoties datum eſt pro filiis, sivè liberis, vel pro deſcendentibus, pro poſteris, ſivè primogenitis non adjecto verbo pro hæredibus, *Reg. de Ponte in tit. de refutat. §. 10. nu. 9. Amicangel. qu. feud. q. 1. n. 12. & 13.*

3 Undè formula concepta † pro hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus, quamvis *Card. de Luca de feud. diſc. 19. n. 3.* ſcribat, quod importat qualitatem feudi ex pacto, & providentia. Refellitur hoc aſſertum. Proùt & alterum, quod in dubio feudum præſumatur ex pacto, & providentia, quidquid ſit de jure communi feudorum, quo attento erant feuda ex pacto, & providentia. Secùs de jure Regni, *Amicangel. ubi ſup. n. 25. & ſeq.*

4 Principalis quæſtio eſt, * utrum primus acquirens feudum titulo oneroſo, quamvis in forma pacti, & providentia poſſit ſucceſſoribus præjudicare, ut *Latro n. 2. & ſeqq.*

Quæſtionem hanc, aſſumit *Card. de Luca de feud. diſc. 46.* ubi cùm Marchio Ludovicus Fontana, ut ſuccedere poſſet in primogenitura Fontana renunciare debuiſſet ad favorem Claudij fratris ſecundogeniti hæreditatem paternam, & maternam, & in Rota diſputaretur, quænam bona ſub hujuſmodi hæreditatibus caderent, major controverſia fuit circa feudum cum Dignitate, ſeù titulo Marchionatus in Ducatu Sabaudiæ titulo oneroſo acquiſitum per Jo: Mariam patrem pro ſe, & Ludovico, & Claudiis filiis, & deſcendentibus, an ſcilicèt iſtud veniret ſub bonis ad hæreditatem paternam ſpectantibus, ità ut eſſet dimittendum?

Et pro dimiſſione ad favorem ſecundogeniti fundamentum conſtituebatur in recepta concluſione, quod feudum, quamvis pacti, & providentia in primo acquirente titulo oneroſo regulandum, cùm ſit eo jure, quo in ſucceſſionibus regulatur, ſed ſpeciem habere tituli hæreditarij, ita ut primus acquirens poſſit ſucceſſoribus præjudicare, & de feudo diſponere, *Surd. conſ. 301. nu. 32. Reg. Rovit. conſ. 35. n. 7. lib. 1. Aponte de poteſt. Proreg. tit. de diverſ. proviſ. §. 1. n. 15. Merlin. dec. 699.*

E converſo autem * diſtinguendo dignitatem, & titulum à feudo, *Card. de Luca num. 3.* Quoad titulum eſſe receptum ejus pretium non cenſeri de hæreditate allodiali partis acquirentis. Proindèque primogenitum feudi ſucceſſorem non teneri illud fratribus ſecundogenitis communicare, quia Dignitas plus oneris, quàm emolumenti afferre dicatur ob neceſſitatem obtinendi incumbentem magis ſplendidè vivendi, ideòque ceſſet ratio collationis, *Rovit. in pragm. 25. tit. de titulor. abuſu num. 27.* 5

Quo verò ad ipſum corpus feudi, cùm ſit juris Francorum nequeat alterari forma conceſſionis ſine conſenſu Domini.

Feudum ejuſque fructus * exequi non poſſe data actione perſonali contra hæredes ex *Caputo in conſuetud. ſi moriatur p. 2. §. 6. nu. 21. & Camerar.* tradit *Reg. Latr. n. 23.* 6

Doctrina *Camer. in cap. Imperialem fol. 18.* exaratur, ibi: *Contractus omnes per feudatarium ſine aſſenſu ſuper fructibus feudi et nocere pro toto tempore, quo erant penes eum, non autem, ſi vivente juſte ab eo feudum auferatur.* Et ideò ſi fructus hodiè non ſunt penès feudatarium, creditores ex actione perſonali nihil operari poſſunt, *gloſ. in l. ea lege, C. de condict. ob cauſ.*

Caſum ponit *Camer. in c. Imperialem f. 18. lit. S. verſ. ſed adverſus, & lit. T.* ubi dicit, quod diſpoſitio fructuum feudi poteſt fieri per vaſſallum abſque aſſenſu, tamen ſi vaſſallus, & creditor velint impetrare aſſenſum, ut cautiùs agant; Quæritur, ad quid prodeſſet aſſenſus, & reſpondet prodeſſe in eo, quod ſi vaſſallus non ſerviret Domino, non poſſit Dominus capere fructus in præjudicium creditoris, vel ſi feudum aperiretur Domino in vita feudatarij, præferetur creditor. Ergò ſi aſſenſus operatur reſpectu fructuum, etiam contra Dominum, qui quoad ſe habet aſſenſum, multò magis operari debet contra creditorem ſine aſſenſu. Ergò aſſenſus dat prælationem etiam reſpectu fructuum,

Quando agitur de fructibus feudi, † & non poteſt conſiderari caſus perceptionis fructuum factæ non à debitore. Et creditores non habent obligatum feudum, nec obligatum habebunt id, quod provenit ex feudo, quia reditus ſunt ejuſdem naturæ, ſicut capitale, etſi principale non tenet, dependentia, acceſſoria ſimiliter corruent, *Afflict. dec. 26. n. 2.* 7.

Seù rectiùs dixeris, fructus feudi jam percepti, & à ſolo ſeparati ſunt burgenſatici, ſolumque pendentes cenſentur feudales, *Andr. in c. 1. §. ſi quis verò de pac. tenend.* Et ſemper ſuper illis à feudo ſeparatis datur exequutio ad inſtantiam creditorum ſine aſſenſu in ſubſidium, diſcuſſis omnibus bonis burgenſaticis, *Camerar. in d. cap. Imperialem fol. 19. lit. E.* & ità refert judicatum *R. de Ponte conſ. 26. lib. 2.*

Vel potiùs dixeris, quod creditores hæredis

cum

cum aſſenſu præferuntur creditoribus defuncti feudatarij ſine aſſenſu, quia in feudis non datur ſeparatio bonorum, ut contra *Annam alleg.* 30. & *de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de refut. feud. §.* 8. deciſum in cauſis arduis teſtantur *Conſ. Theod. allegat.* 83. Annæ *ubi ſup. in fin. Ther.p.* 2. *compend. verb. ſeparatio.* Quod proceditnon tantùm in feudo, ſeù in pretio feudi, verùm etiam in feudi pretio, ſed ſuper fructibus feodi, & cùm de præſenti ſit feudum filij, & non patris Proindè fructus etiam omnes ad filium ſpectabunt, ut ex *Loffred. Minad.* & aliis *Conſ. Theod. alleg.* 83. *à n.* 26.

Obſtabit, quod poteſt feudatarius diſponere de fructibus feudi, ſeparatis, vel ſeparandis, qui dicuntur burgenſatici, nec propterea conſtituitur jus in re, *Camerar. ubi ſup. fol.* 19. *lit. D.* & *V.* Et hæres in feudalibus tenetur permittere, ut legatarius fruatur illa commoditate, tanquam burgenſatica, percipiet fructus tamquam borgenſaticos, *Anna conſ.* 39. *num.* 8. *Theod. alleg.*4. *n.* 64. *Rocc. reſponſ.* 44. *n.* 24. *lib.* 1.

Quod procedit, quando aſſenſus non eſt impetratus ſuper contractu cum hærede.

A R G U M E N T U M.

Conceſſione facta de feudo ex pacto, & providentia ſucceſſor non tenetur ad onera, nec requiritur, quod quis ſit hæres primi inveſtiti, ſed quòd ſit filius, vel deſcendens, & quæ inveſtitura faciat feudum ex pacto, & quando ex legato oriatur actio perſonalis, vel hypothecaria, multa de clauſulis, *veris exiſtentibus prænarratis*, & *ſalvis juribus noſtris*, & de interpretatione *Statuti Mediolani* 273. *libro* 1.

S U M M A R I U M.

1 *Gravamen impoſitum alicui hæredi non egreditur illius perſonam, nec extenditur ad alios.*
2 *Legato facto Eccleſiæ in perpetuum, & impoſitum certo hæredi, non egreditur perſonam ipſius hæredis, nec ad alios ſucceſſores extenditur.*
3 *Teſtator quando aliquid non fecit, credendum eſt quod noluit.*
4 *Dictio*, in perpetuum, *reſtringitur multoties ad vitam alterius.*
5 *Conceſſio facta alicui in perpetuum pro ſe, & bonis ſuis, dicitur perſonalis, reſtricta ad ejus vitam.*
6 *In feudo ex pacto, & providentia non requiritur, quòd quis ſit hæres primi inveſtiti, ſed ſufficit, ſi ſit ejus filius, vel deſcendens.*
7 *Feudum ex pacto, & providentia non remanet in hæreditate, & bonis defuncti.*
8 *Pro anno legato non datur hypotheca in bonis teſtatoris, ſicuti in legato.*
9 *Teſtator ſi voluit ſolvi legatum per hæredem nominatum, non videtur velle aliquod juris imponere ſuis reditibus, & bonis*
10 *In bonis feudalibus ex pacto, & providentia teſtator non poteſt aliquod onus imponere in præjudicium vocatorum, præſertim abſque conſenſu Domini, neque pro ejus anima, n.* 11. *aliter devolvitur ad ipſum Principem concedentem, vel ad vocatos, n.* 12.
13 *Teſtator quando aliquid non dixit, ſub generali diſpoſitione non comprehenditur.*
14 *Aſſenſus præſtitus pro donatione in ſolutum facienda nihil operatur pro jam facta.*
15 *Clauſula*, veris exiſtentibus prænarratis, *in aſſenſu poſita quid importet, & n.* 16.
17 *Succeſſor in feudo ex pacto, & providentia poteſt bona comprehenſa in conceſſione dicti feudi reivendicare.*
18 *Clauſula*, ſalvis juribus noſtris, *appoſita in aſſenſu quid operetur.*
19 *Clauſula*, ſalvis juribus noſtris, *intelligitur ſemper appoſita, etiam ſi expreſſa non legatur, tam de jure communi, quam ex* Conſtitutione Mediolani.
20 Conſtitutiones Mediolani in §. nè beneficiorum memoria, tit. de feud. & §. cognoſcet, de Senatoribus, *explicantur.*
21 *Inveſtitura quando efficiat feudum ex pacto, vel hæreditarium.*
22 *Succeſſor in feudo poteſt retinere Titulum, qui eſt ſuper ipſo feudo; abſque quòd ſit hæres, immò etiam bona conceſſa pro ſe, hæredibus ex ſuo corpore deſcendentibus.*
23 *Titulus, & dignitas Principis potiùs defertur jure ſanguinis, quam hæreditario.*
24 *Conceſſo feudo ex pacto, & providentia ſucceſſor non tenetur eſſe hæres, nec opus habet aditione hæreditatis pro conſequutione bonorum in inveſtitura conceſſorum.*
25 *Contradictio nec in legibus, nec in ſtatutis admitti debet.*
26 *Verba* Statuti Mediolani 273. l. 1. *ibi*, ſive deſcendens fuerit hæres, ſive non, *declarantur, locum ſibi vendicare in feudo hæreditario mixto, non autem in feudo ex pacto, & providentia, & intelliguntur de fructibus pertinentibus ad ipſum vaſallum debitorem, ſeu ad ejus hæredes, non autem de fructibus ad ſucceſſorem in feudo ſpectantibus, num.* 27.
28 *Debitum legati incipit in perſonam hæredis, non autem teſtatoris.*
29 *Verba ſtatuti ſunt propriè accipienda.*

Pro Illuſtriſ. & Excellentiſſ. D. Principe Aſculi, contra Ven. Fratres. S. Dionyſij Mediolani, & alios.

C O N S U L T A T I O XXIV.

Immitte, Domine, in os meum canticum Juſtitiæ.

HAbet iſta cauſa tres partes.

Prima reſpicit jura RR. Fratrum Monaſterij S. Dionyſij hujus Civitatis.

Secunda continet jura D. Julij Rabiæ.

Tertia agit de juribus D. Cypriani.

Contra iſtos omnes tri detentores redituum Cameralium, & feodalium fundatam habet intentionem D. Princeps Aſculi in conceſſione feudali facta per Ducem Franciſcum Secundum uſque de anno 1531. 6. Februarij D. Antonio de Leyva de Oppido, & Caſtro Modœtiæ cum mero, & mixto Imperio, &c. nec non de annuo reditu aureorum ſeptem millium legatorum, nempè pro ſumma duorum millium ſuper cenſu Salis ipſius Oppidi, & Territorij Modœtiæ, pro ſumma aureorum trium millium ſuper Dacio Mercaturæ Mediolani, & pro reliquis duobus mille aureis ſuper Dacio Dohanæ Mediolani, & hæc omnia pro ſe, ſuiſque filiis, & deſcendentibus, ac deſcendentium deſcendentibus in perpetuum maſculis legitimis, & de legitimo matrimonio, lineaque maſculina natis, & naſcituris, & prout latiùs ex ipſa Inveſtitura feudali, inter quos deſcen-

den-

dentes maſculos legitimos, & ut ſupra eſt ipſemet
D. Princeps, non autem Adverſarij, ut proindè injuſtè
detineant, & occupent ipſos annuos reditus, ſeu eo-
rum partem.

Nec obſtant jura prædictorum Adverſantium, in
quorum diſcuſſione conſiſtere videtur totum pon-
dus præſentis cauſæ.

Nam quoad jura RR. Fratrum Monaſterij Sancti
Dionyſij hujus Civitatis, in quibus prima pars hu-
jus juditij conſiſtit, & quæ deſumuntur ex aſſerto
Teſtamento memorati D. Antonij de Leyva in illis
verbis.

*Idem dedit, & legavit, & gravavit, & gravat infra
ſcriptum ejus hæredem univerſalem ad dandum ſcuta
quatuor centum auri omni anno uſque ad annos vigin-
ti proximè futuros, convertenda in fabrica dicta Ec-
cleſia, & Monaſterij ejuſdem, & elapſis dictis viginti
annis gravavit, & gravat infra ſcriptum ejus hæredem
univerſalem ad dandum, & ſolvendum dicta Eccleſia
ſcuta centum quinquaginta auri omni anno in perpetuum.*
Hactenus Teſtator.

Reſpondetur primò, aſſertum teſtamentum non
produci ex adverſo authenticum, nec in forma pro-
banti, & ideò nullam eſſe habendam rationem præ-
senſi illius legati.

Reſpondetur ſecundò, ubi etiam de ipſo teſtamen-
to legitimè appareret, adhuc nec D. Princeps, nec
ipſi annui reditus ſub aſſerti legati diſpoſitione
comprehenduntur.

Et quoad perſonam D. Principis manifeſtè patet
ex pluribus.

Et primò, quia cùm gravamen dicti aſſerti legati
ſit impoſitum infra ſcripto hæredi, qualis non eſt D.
1 Princeps, ſed fuit, * ut in ipſo teſtamento legitur,
D. Aloyſius de Leiva præfati D. Antonij filius, non
egreditur illius perſonam, nec extenditur ad D.
Principem, ut latiſſime demonſtrat Beretta *conſ.* 55.
Surd. *deciſ.* 125. *& conſ.* 230. *num.* 25. Menoch. *conſ.*
89. *num.* 134. R min. jun. *conſ.* 181. *nu.* 9. *& conſ.* 252.
nu. 37. Purpur. *conſ.* 351. Peregr. *de fideic. art.* 32. *num.*
2 69. Fuſar. *tractat. de ſubſtit.* * *quaſt.* 344. *num.* 7. & in
puncto de legato facto Eccleſiæ in perpetuum, cujus
ſolutionis onus fuit nominatim impoſitum infra ſcri-
pto hæredi, ut finiatur cum perſona ipſius ſcripti hæ-
redis nec ad alios ſucceſſores extendatur, voluit Cro-
tus *in l. ſecunda, nu.* 4. *ff. ſolut. matr.* refert, & ſequi-
tur Surd. *conſil.* 123 *num.* 17. *& ſeq.* id, quod mirabi-
liter confirmatur ex eo, quod Teſtator in alia paris
teſtamenti, ubi voluit gravare hæredes hæredis, &
extendere onus ad alios ſucceſſores, id verbis ex-
preſſis ordinavit, ſignanter autem in legato facto D.
3 Didaco filio naturali ipſius Teſtatoris, * undè idem
feciſſet in hoc caſu, ſi voluiſſet, quarè cùm non fe-
cerit, credendum eſt, quòd noluerit, *ad text. in l. uni-
ca, §. ſin autem ad deficientis, Codic. de caduc. tollend.
& ibi DD.*

4 Nec nobis negotium exhibet dictio illa, * *in per-
petuum.*

Quia multoties dictio illa reſtringitur ad vitam al-
terius, *l. & in perpetuum ff. de procurat. l.* 1. *ff. pro ſo-
cio, & l. corruptionem, Codic. de uſufruct* Bald. *conſ.* 372.
lib. 4. eleganter *Alciat.* videndus *in conſ.* 203. *nu.* 25.
5 *& ſeq.* ubi quod conceſſio facta * alicui in perpe-
tuum, pro ſe, & bonis ſuis, dicitur perſonalis, & re-
ſtricta ad illius vitam, Dec. *conſ.* 521. & Menoch.
conſ. 451. *num.* 25. perſonale eſt igitur dictum grava-
men, & onus, & ad perſonam ipſius nominati hære-
dis reſtrictum; nec ad alios extenditur, non obſtante
dictione illa, *in perpetuum*, ita reſpondet Crot. *in d.
l.* 2. *num.* 4 *ff. ſolut. matr.*

Secundò, quatenus etiam admitteremus, ipſum
gravamen extendi ad hæredem ipſius ſcripti hære-
dis, quod tamen non admittitur, adhuc D. Princeps
non teneretur ad ſolutionem ipſius legati, cùm non
teneatur eſſe hæres dicti hæredis, maximè ad effe-
ctum ſuccedendi in iſtis annuis redditibus feudali-
bus, ut infra probabitur.

Tertiò, cùm ipſe D. Princeps nihil poſſideat ex
hæreditate dicti D. Antonij Teſtatoris [feudum e-
nim Oppidi Modoetiæ, & memorati annui reditus
ad eum ſpectant ex pacto, & providentia ipſius D.
Ducis, non autem uti hæredem præfati D. Antonij,
ut ex conceſſione feudali liquet, & eleganter docet
Clar. §. * *feudum*, *q.* 9. *n.* 5. ubi ex communi DD. ſen- 6
tentia tradit, quod in feudo ex pacto, & providentia
non requiritur, quòd quis ſit hæres primi inveſtiti,
ſed ſufficit ſi ſit ejus filius, vel deſcendens, * & ratio 7
eſt, quia hæc bona feudalia non dicuntur contineri
in hæreditate, & bonis defuncti, ut latè tradit Ce-
phal. *conſ.* 523. *n.* 32. *& ſeqq.* dicens, id procedere etiam
ſi teſtator diſponat pro anima ſua, quia adhuc bona
feudalia non comprehenduntur) proindè non po-
teſt cogi ad ſolutionem dicti legati, quod de ſola
hæreditate, & bonis hæreditariis ſolvi in omnem ca-
ſum deberet, ut infra demonſtrabitur.

Quòd verò prædictum legatum non afficiat an-
nuos reditus, de quibus nunc agitur, & ex eo liquet,
quia cùm illud non ſit ſimplex, ſed annuum, pro eo
non datur aliqua hypotheca in bonis Teſtatoris, † ut 8
probat Surd. *conſ.* 38. & cùm Teſtator voluerit, illud
ſolvi per infra ſcriptum ejus hæredem, * non videtur 9
per illud impoſitum aliquod jus reditibus, & bonis
ipſius Teſtatoris, Surd. *dec.* 193. *nu.* 2. *& ſeqq. &* Gra-
tian. *diſcept. for. c.* 294. *n.* 22. Accedat, quòd verſamur
in bonis, & juribus feodalibus ex pacto & provi-
dentia, † ſuper quibus ſicut teſtator non poterat ali- 10
quod onus imponere, vel illa obligare, & hypothe-
care in præjudicium vocatorum, præſertim ſine con-
ſenſu Domini, ut cavetur, tum jure communi feudo-
rum, ut probatur *in c.* 1. *in fin. de ſucceß. feud. c.* 1. *§.
donare, qualiter olim feud. alien. pot.* ubi quod nec
etiam pro anima diſponi de feudo poteſt, * latè Boſſ. 11
in tit. de Princip. n. 311. *verſ. & quando non eſt hære-
ditarium, Plot. ad Mart. Garat. conſ.* 29. *ſub n.* 61. *&
ſub n.* 63. ubi quòd omninò requiritur conſenſus Prin-
cipis. * aliter devolvitur ad Principem, vel ad voca- 12
tos, Burrell. *in ſumma deciſ. part.* 1. *tit. de aſſenſu* 36.
n. 1. *& de feud. n.* 1. *cum plurib. ſeq.* & de magis com-
muni teſtatur Bero. *q.* 95. *n.* 1. Clar. *§. feudum. q.* 37. *ſub
nu.* 1. *verſ. idem dicendum eſt, & nu. ſeq.* tum ex Nov.
Conſt. Mediolani, *tit. de feud. §. ne beneficiorum me-
moria intercidat*, nec credendum eſt, quod teſtator
ipſe id voluerit, * vel quia id apertè non dixit, & ſub 13
generali diſpoſitione non comprehenditur, *cap.* 1. *§.
in generali ſi de feud. defunct. contr. fuer. inter Domi-
num, & Agn* Bero. *d. quaſt.* 95. *in fine*, & latiſſimè Ce-
phal. *conſil.* 523. *num.* 22. *& ſeq.* vel quia multa bona
allodialia ipſe habebat, in quibus legatum illud, &
alia omnia per Teſtatorem in ipſo teſtamento diſ-
poſita adimpleri poterant, abſque eo quod oppone-
retur manus ad feudalia, ut patet ex lectura ipſius
teſtamenti, in quo Teſtator aſſerit, ſe habere pecu-
nias, & credita pro ſumma aureorum quingentorum
millium, & ultra.

Quod verò pertinet ad ſecundam partem hujus
cauſæ reſpicientem jura D. Julij Rabiæ,

Obſervandum eſt, quòd ille detinet partem ip-
ſorum redituum virtute aſſertæ dationis in ſolutum,
aliàs D. Petro ejus genitori factæ D. Principiſſam
Euſtaſiam Aviam paternam ipſius D. Principis, ut
matrem, tutricem & curatricem D. Principis
Ant. Aloyſii patris ejuſdem D. Principis, uſque de
anno 1563.

Verùm cùm ipſa datio in ſolutum careat Regio
aſſenſu, ut ex lectura ipſius apparet, & D. Princeps
poſſit ſuccedere in ipſis annuis reditibus, abſque eo,
quod

qood ſit hæres dicti ejus D. Patris, nulla eſt, & penitus invalida remanet, nec ad illius obſervantiam tenetur D. Princeps.

Nec relevat, quòd poſt annum interpretatus fuerit aſſenſus, quia ille non fuit petitus, nec conceſſus pro datione in ſolutum jam facta, ita ut eſſet illius confirmatio, ſed pro datione in ſolutum facienda,
14 undè nihil * ille operatur circa ipſam dationem in ſolutum jam factam, & perindè eſt, ac ſi obtentus non fuiſſet, ut doctiſſimè reſolvit Affl. *deciſ.* 355. *per totam*,
15 conſiderans clauſulam illam, * *veris exiſtentibus prænarratis*, quæ in aſſenſu iſto appoſita legitur, & *ibi* comprobat Urſil. Marin. Frecc. *de ſubfeud. libro* 2. *quæſt.* 11. ubi id dicit indiſtinctè procedere, ſive ſit locus caducitati per alienationem jam factam ſine aſſenſu, ſive non, Vincent. de Franch. *deciſ.* 105. ubi pleniſſimè defendit, idem reſpondit Joan. Franciſc. de Ponte *conſil.* 36. *numer.* 7. Joan. Vincent. de Anna *allegat.* 36. *nu.* 5. Borrell. *in ſumma deciſ. part.* 1. *tit. de aſſenſu*, *n.* 25. *& tit. de feud. n.* 18. Ricc. multos alios addens, & latè comprobans *in prax. dec.* 28. *per tot.*

Amplius dictus aſſenſus conceſſus fuit cum clauſula, *ſalvis juribus cujuslibet tertii*, quæ operatur, ut nullum cenſeatur factum præjudicium vocatis ad ipſum feudum, ut latius infra dicetur.

Poſtremò dictus aſſertus aſſenſus eſt conditionalis, ut colligitur maximè ex illo ablativo abſoluto, *veris exiſtentibus prænarratis*, * undè cùm narrata
16 præſertim reſpectu aſſerti debiti, pro quo facta eſt aſſerta datio in ſolutum, non ſint verificata, quippa quia non conſtat de aſſerto credito ipſius Rabiæ, merito non poteſt ſuper eo fieri aliquod fundamentum.

Ad tertium caput hujus cauſæ, in qoo jura D. Cypriani continentur, dicimus, quòd cùm ille fundetur in ſola venditione ſibi facta da parte ipſorum redituum cum aſſenſu Regis, & in eo ſint expreſsè reſervata jura Reg. Cam. & cujuſlibet tertij, talis aſſenſus non præjudicat D. Principi, * qoridèò poteſt reditus
17 alienatos ad ſe ex pacto, & providentia ſpectantes jure vindicare, ita Soc. jon. *conſ.* 112. *n.* 2. *vol.* 2. Jo. Ant. Bellon. *conſ.* 48. *n.* 46. *& ſeqq.* Borell. *in ſumma deciſ. par.* 1. *tit de feud. n.* 721. Menoch. *conſ.* 305. *n.* 20. *&* 24. Surd. *dec.* 290. *n. ult.* Alciat. *conſ.* 183. *n.* 3.

Quod confirmatur ex eo, quòd ſicut per illam clauſulam, *ſalvis juribus noſtris*, quæ fuit etiam appo-
18 ſita in dicto aſſenſu, * jus Domini ſalvum intelligitur, ubi feudum Domino per mortem alienantis, vel ſucceſſorum aperiatur, Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 996. *n.* 4. ita per ipſam clauſulam reſpicientem jura tertij, & ſic vocatorum debent ſalva ipſa jura remanere, cùm evenerit caſus ſucceſſionis feudi ad eorum favorem.

Et eò magis cùm etiam de jure communi, & ex diſpoſitione *Nov. Conſtitut.* clauſula illa ſemper ap-
19 poſita intelligatur, * etiam ſi expreſſa non legatur, de jure communi id probatur ex Decian. *in conſil.* 33. *n.* 126. *lib.* 1. poſt Bart. & alios per eum allegatos Marant. *tract. de multiplici alien. num.* 194. *idem conſ.* 79. *n.* 31. *conſil.* 105. *n.* 17. *&* 18. *& conſ.* 141. *n.* 8. *in Nov.* autem *Conſt.* id legitur *in tit. de jure, & privil. Fiſci.* §. *jus tertij.*

Amplius dictus aſſenſus non loquitur expreſsè de feudalibus ex pacto, & providentia, nec de feudis, de quibus nunc agitur, nec continet derogationem *Decretorum*, *ſolebant*, *& meminimus*, *& Decretum providere volentes*, nec etiam §. *ne beneficiorum memoria*; *tit. de feudis*, quæ omnia erant neceſſaria, ut
20 cuique notum eſt † item non conſtat de aliqua interinatione ipſius Regij aſſenſus, juxta diſpoſitionem *Nov. Conſtit. tit. de Senatoribus*, §. *cognoſcet etiam Senatus de approbatione*, prout nec apparet de regiſtratione illius aſſenſus, juxta formam in eo tradi-

tam, ut proindè nullum ſuper eo fieri poſſit fundamentum.

Nec intentioni D. Principis reſiſtit aſſerta illa inveſtitura feudalis Civitatis Aſculi, & aliorum locorum.

Primò, quia non exhibuerit in forma authentica, & probanti, & fidem faciente.

Secundò, ubi etiam illa in forma ſolemni producatur, & ad effectum ut probetur, D. Principem eſſe hæredem D. Antonij à Leyva primi inveſtiti, adhuc reſpondetur, id ex ea concludenter non inferre, vel qoia dicta inveſtitura non eſt hæreditaria, * ſed 21
ex pacto, & providentia, ut pleniſſimè docet Pereg. *conſ.* 11. *lib.* 1. præſertim *ſub num.* 5. ubi infinitos cumolat, & de magia communi, & veriori teſtatur, & alios plures addit Borrell. *in ſumma deciſ. part.* 1. *tit.* 34. *de feudis nu.* 542. *& ſeqq.* Berraz. *conſil. civil.* 90. *n.* 5. *& ſeqq.* vel etiam quia nihil unquam poſſedit, vel nunc poſſidet ipſe D. Princeps de contentis in ipſa inveſtitura, ſed ſolùm ei nomen Principis Aſculi relictum eſt, omnia enim illa bona, & jura ſunt penes extraneos, ut in Regno illo Neapolitano notorium eſt, nec aliquid in hæreditate ipſius D. Genitoris relictum dicitur, unda poteſt D. Princeps abſque
eo, * quòd ſit illius hæres retinere dictum titulum, 22
immò & bona feudalia, etiam conceſſa pro ſe, & hæredibus ex ſuo corpore deſcendentibus, D D. *in cap. ſi Titius*, *& ibi* pro cæteris Afflict, *num.* 26. *ſi de feud. fuer. contr.* Jacob. de Sanct. Georg. *tit. de feud. in verb. ita quòd inveſtit. num.* 4. *& in verb. cum pacto de non alien. n.* 43. alios recenſet de communi etiam atteſtans Roſent. *de feud. c.* 7. *concl.* 21 *in gloſ.* 21.

Et quoad denominationem, ſeu titulum, & dignitatem Principis Aſculi, cùm illa potiùs deferatur jure ſanguinis, * quam hæreditario, ut poſt Jacob. à 23
Sancto Georg. *de feud. verb. & Comes*, *n.* 1. Boër. *de auth. Magn. Conſ. n.* 160. alios addit Dec. *conſ.* 19. *n.* 230. *lib.* 3. non eſt, quòd ex ea velimus indocere aditionem hæreditatis paternæ: quanquam & illum titulum de novo ei conceſſit Regia Majeſtas, etiam ſi nolit paternam hæreditatem adire, ut ex Privilegio ſuperinde conceſſo, Et eò magis cùm in capite ſeparato facta fuerit conceſſio dignitatis Principatus ab ipſa conceſſione feudalium, ut legitur in ipſo privilegio.

Tertiò, in omnem caſum dicta inveſtitura prodeſſe non poteſt D D. Rabiæ, & Cypriano, qui non ſunt creditores D. Antonij de Leyva primi inveſtiti, ſed eorum aſſerta credita proveniunt ab aliis ſucceſſoribus ipſius D. Antonij, quorum ſicut non tenetur eſſe hæres D. Princeps, ita nec opus eſt aditione hæreditatis † eorum pro conſequutione dictæ Civitatis 24
Aſculi, & aliorum bonorum in dicta inveſtitura conceſſorum, Menoch. *conſ.* 61. *n.* 37. *& ſeqq.* Clarus *tit. de feud. q.* 9. *n* 5. *in fin.* ubi quòd ita judicavit Sen. Excell. ſed ſufficit, ſi ſit hæres primi inveſtiti, immò nec illius, cùm nulla bona allodialia per eum relicta D. Princeps poſſideat; vel poſſidere poſſit, ut ſupra oſtendimus, ut proindè nec præfato Monaſterio Sancti Dionyſij inveſtitura illa quidquam proſit.

Quoad duo illa inſtrumenta dotalia D. Donnæ Euſtaſiæ, & D. Donnæ Marianæ dicitur, illa ad rem noſtram non facere, tum quia de earum hæreditate, & bonis hic non agitur, tum etiam, quia illarum hæres non eſt D. Princeps, nec aliquid de earum bonis poſſidet, ſicque non poteſt inferri, ipſum D. Principem hæredem eſſe dictarum Dominarum, quarum dicuntur eſſe creditores D D. Rabia, & Cyprianus.

Circa *Statutum Mediolani* 273. *lib.* 1. obſervandum eſt.

Primò, illud procedere tantùm in hærede vaſſalli debitoris, ut apertè oſtendunt verba illa, *qui fuerit*

hæres ipſius vaſſalli, & propterea illud non prodeſt D D. Rabiæ, & Cypriano, qui dicuntur creditores eorom, quorum non eſt hæres D. Princeps.

Nec huic veræ, & germanæ interpretationi repugnant verba ſubſequentia, *ſive deſcendens fuerit hæres ſui aſcendentis, ſive non.*

Quia illa non intelliguntur de aſcendente vaſſallo debitore, ſed de alio aſcendente, qui non ſit debitor, alias manifeſta oriretur contradictio, quod non de-
25 bet admitti, nec in legibus, nec in ſtatutis, * & ita interpretatur *Carpan. ibidem in dictis verbis*, & ſequitur Bimius *conſ.* 215. *n.* 14. *lib.* 3.

Secundò; ſtatutum prædictum habere ſolùm locum in feudo hæreditario, vel mixto, non autem in
26 feudo ex pacto, & providentia, † quale eſt feudum Modoetiæ, & dictorum annuorum redituum, ita eleganter Menoch. *conſ.* 1064. *n.* 7. *& ſeqq.* latiſſimè Bimius *d. conſ.* 215. *n.* 81. *& plur. ſeqq.* ubi etiam teſtatur, hanc interpretationem uſu, & conſuetudine eſſe receptam, & loquitur in præciſis terminis noſtris.

Tertiò, in omnem caſum ſtatutum prædictum intelligendum eſſe de fructibus pertinentibus ad ip-
27 ſum vaſſallum debitorem, ſeu ad ejus hæredes, * non autem de fructibus ad ſucceſſorem in feudo ſpectantibus, ita Menoch. *d. conſ.* 1064. *n.* 8. *& ſeqq.* ubi id pulchrè explicat, & comprobat.

Quartò, ex eo ſtatuto juvari non poſſe Monaſterium S. Dionyſij, potiſſimum quia ipſi non veniunt ex aliquo credito contra D. Antonium à Leyva, ſed ex aſſerto legato, quod creditum, vel debitum Teſtatoris propriè dici non poteſt, ad text. *in princip. Inſtitut. tit. de legatis*, ubi quod debitum legati in-
28 cipit in perſona hæredis, non autem Teſtatoris, † & in omnem caſum non videtur ſimpliciter, & propriè debitum, undè nec ſub diſpoſitione ipſius ſtatuti, cujus verba propria accipienda ſunt, * venire
29 poteſt, D D. *in l.* 1. *ff. ſi cert. petat.* ubi Dec. *n.* 91. *& ſeq. Rom. conſ.* 224. *in fine.*

Ex his, &c.

Suppleat, &c.

Petrus Petracinus J. C.

OBSERVATIO IN CONSULT. XXIV.

A R G U M E N T U M.

Legati gravamen impoſitum hæredi infra ſcripto in perpetuum, an tranſgrediatur perſonam hæredis, vel ſit perſonale durante vita hæredis. Et hæredis appellatione veniat hæres hæredis in infinitum in materia etiam ſtricta. Qoid in legato alimentorum. Et actio hypothecaria pro legato annuo temporali an competat. *J. C. Petr. Petracin.* penes *Reg. Latr.* cum *Surdo* expenditur. Demùm filius an debeat eſſe hæres patris in feudo ex pacto, & providentia novo. Rejecto *Freccia.*

S U M M A R I U M.

1 *Legati gravamen impoſitum infra ſcripto hæredi an ſit perſonale non extendendum contra hæredem hæredis?*
2 *Quid ſi adſit dictio in perpetuum.*
3 *Hæredis appellatione an veniat hæres hæredis in infinitum.*
4 *Actio hypothecaria an competat pro legato annuo.*
5 *Diſtinguitur legatum annuum vitalitium à perpetuo.*
6 *Filius an teneatur eſſe hæres patris in feudo ex pacto, & providentia?*

GRavamen † legati impoſitum infra ſcripto hæredi non egreditur illius perſonam, non extenditur ad alias, Surd. *dec.* 125. Peregr. *de fideic. art.* 32. *n.* 69. Fuſar. *de ſubſtit. q.* 344. *n.* 7. 1

Imò legatum factum Eccleſiæ in perpetuum, * 2
cujus ſolutionis onus fuit nominatim impoſitum infra ſcripto hæredi, ut finiatur cum perſona ipſius ſcripti hæredis, nec ad alios ſucceſſores extendatur, Surd. *conſ.* 113. *num.* 17.

Nec obſtat dictio *in perpetuum* ad vitam legatarij. Quia aliquando illa dictio reſtringitur ad vitam alterius, *l. & in perpetuum, ff. de procur.* Alciat. *conſ.* 203. *n.* 65. Gaſp. Theſ. *lib.* 1. *q. for.* 65. *num.* 13. contrarium tenente.

De legato alimentorum dubitatur, ſi mandavit teſtator præſtari ab infra ſcriptis hæredibus, an extinctum dicatur per mortem ſcriptorum hæredum? Pro extinctione arguitur. Quia verba *infra ſcripti*, & ſimilia referantur ad eos, qui oculis corporeis legi poſſunt, ideò nominatim onus cenſeatur impoſitum ſcriptis hæredibus, & excluduntur hæredes hæredum, idemque eſt, ac ſi hæres ſcriptus eſſet nominatim gravatus ob dictiones, *dicti hæredes, infra ſcripti, ſupra dicti*, & ſimiles, Peregr. *ar.* 32. *num.* 79. Fuſar. *q.* 343. *n.* 14. ubi quod ſi Teſtator legatario poſt illius mortem ſubſtitueret dictiones relativas ſupra expreſſas hæredes *infra ſcriptos*, tunc ſoli ſcripti in teſtamento admitterentur, & illis mortuis ante gravatum remanet legatum uti caducum penes legatarium.

Gravamenque eſt perſonaliſſimum ipſius primi hæredis, nedum ſi hæres eſſet nominatim gravatus, verùm etiam verbis relativis, poſt alios Peregr. *ubi ſup. n.* 69. Fuſar. *q.* 330. *nu.* 6.

Contrarium verius probat Gratian. *diſc.* 104. *n.* 29. *& ſeqq.* ſcilicet ex natura oneris perpetui alimentorum tam ſcriptos hæredes primos, quàm hæredes hæredum non obſtantibus dictionibus relativis favore alimentorum teneri ad præſtationem legati durante vita legatarij, ex Surd. *de alim. tit.* 5. *q.* 1. *n.* 15. idque ut legatum ſortiatur effectum, & legatum potiùs judicandum eſt conſervari debere, quàm extingui, Dec. *conſ.* 601.

Rationis identitas, putà oneris perpetui appoſitio operatur, ut hæredes immediati, & mediati, ſeù hæredes hæredum præſtent legatum, ut declarant Gratian. Barboſ. *de verb. ſignific. dict.* 113. *n.* 36. Fuſar. *q.* 353. *n.* 15.

Hæres * hæredis etiam uſque ad milleſimum dicitor hæres teſtatoris, Cyriac. *contr.* 43. *n.* 18. *& contr.* 204. *n.* 48. quod etiam habet locum in materia ſtricti juris ex propria ſignificatione vocabuli, Cyriac. *contr.* 701. 3

Legavit Teſtator annuos ducatos centum ſolvendos pro alimentis durante vita ſui hæredis, an mortuo hærede extinguatur legatum, *Rota diverſ. deciſ.* 207. *p.* 2. diſtinguit. Aut priùs Teſtator abſolutè reliquerit centum aureos pro alimentis, & videtur legatum perpetuum alimentorum conſtituiſſe, & verba ſequentia, *durante vita ſui hæredis ſolvendos*, non ſint taxativè intelligenda, ſed demonſtrativè, quia in legato alimentorum non acerbè verſamur, ſed potiùs demonſtrativè. Sed videnda per me ſcripta in Gratian. *diſc.* 104.

An detur hypotheca † pro legato annuo aſſumit diſputationem Petr. Petracin. apud *Reg. Latr. n.* 8. cum Surd. *dec.* 38. expenditur. 4

Et *Neguſ. de pign.* 6. *p.* 2. *membr.* * negat ex ratione, quia legatum annuum eſt purum pro primo anno, & conditionale pro ſequentibus, ideòque cùm pro annis futuris non ſit purificata conditio, nec orta ſit actio, ſi deindè naſcitur tempore, quo ab hærede teſtatoris 5

Digitized by Google

teſtatoris reperitur alienata, vel obligata, non fiat retrotractio in præjudicium tertij, & idem legatis in annua quantitate relictis intelligit *Negnſ.* & ità deciſum teſtatur *Manent. dec.* 48. *Coſta de retrotract. caſ.* 31. *n.* 8. & 16. Surd. *dec.* 28. Cyriac. *contr.* 18. *n.* 6. quos refert *Merlin. de pign. lib.* 3. *q.* 4. *n.* 109. *Medic. exam.* 23. *n.* 28.

Additur & alia ratio. Nam cùm legata annua ſolvi debeant ex fructibus. Conſequenter danda erit actio contra eum, qui fructus percepit, & Teſtator videtur voluiſſe imponere onus ſuper fructibus, & non bonis, & iſtam eſſe remiſſionem tacitæ hypothecæ, tradit *Grattan. diſc.* 248. *n.* 8.

Diſtinguit *Hodiern. ad* Surd. *dec.* 18. In legato annuo temporali negando hypothecam. Secùs in perpetuo, & amplexatur diſtinctionem Merlin. *d. q.* 14. *num.* 161.

6 Filius † an teneatur eſſe hæres patris in feudo ex pacto, & providentia? Negatur *n.* 24. Ratio aſſignatur. Quia dum patri eſt conceſſio facta pro ſe, & filiis, dicitur filio jus quæſitum, licèt patris non ſit hæres, *l. quodcumque §.* 1. *ff. de verb. oblig.* & ordine ſucceſſivo vocatur filius.

Tota difficultas eſt. Quia feudum ex pacto & providentia novum exequatur feudo hæreditario, ideòque filius teneatur eſſe hæres patris, & inventarium in alieno prodeſſe non poteſt, *Freccia lib.* 3. *formul. inveſt. num.* 31. & *author.* 29. *n.* 10. *in fin. Anna conſ.* 5. *de Curte in diverſ. feud. incip. nunc de altera n.* 17. & *ſeq.*

Verùm concluſio iſta non erit ità ſimpliciter intelligenda, quoniam poſſet ità graviter errari, etenim illud quod dicitur, ut filius ſit patris hæres in feudo ex pacto, & providentia novo, intelligendum erit, quoties pater de feudo diſpoſuerit legitimè cum aſſenſu Domini. Et hinc eſt, ut ſi filius patri ab inteſtato ſuccederet, non remaneret obligatus ad debita paterna ſola actione perſonali contracta, imò filius inventario confecto habebit feudum præcipuum.

Apertiſſimè probatur, ut dum patri eſt facta feudi ſucceſſio pro ſe, & filiis, dicitur jus filio quæſitum, licèt patri non ſit hæres, *l. quodcumque. §.* 1. *ff. de verb. oblig.* Sed quia filio cenſetur facta ordine ſucceſſivo, ut poſt mortem patris ſuccedat, filij interim patre vivente, illud jus dicitur fragile, proindè poterit pater diſponendo præjudicare filio, ſed quouſque non fuerit ſequuta cum effectu legitima diſpoſitio feudi cum aſſenſu Domini, filius habebit feudum præcipuum, licèt patris non ſit hæres in feudo, *l. quodcumque*, *§.* 1. *ff. de verb. oblig.*

Præterea licèt filius dicatur hæres patris in feudo ex pacto, & providentia novo, dum ejus contemplatione conſequitur feudum. Nihilominùs verè, & realiter in inveſtitura dicitur concepta ſub natura feudi pacti, & providentiæ fortis diverſa à qualitate hæreditaria. Eſt enim longa differentia, an feudum ſit receptum pro liberis, vel hæredibus, *Iſern. in c.* 2. *nu.* 3. *an agnat.* Et propterea ſi pater non diſpoſuerit legitimè de feudo, filius facto inventario habebit feudum præcipuum.

Ad hæc quamvis feudum ſit datum patri, & filio, ut poſt mortem patris ſuccedat filius. Quin tamen filius eſt vocatus uti filius, & non uti hæres, non facta diſpoſitione legitima de feudo, filius habebit feudum, licèt non ſit patris hæres in feudo, ex doctrina Bartoli communiter recepta in *l. juſjurandum*, *§. liberi*, *ff. de oper. libert.* Alex. *conſ.* 128. *n.* 6. *lib.* 2. Covar. *lib.* 2. *var. c.* 18. *n.* 3.

Comprobatur hoc idem ex *Iſern. in cap.* 1. *n.* 10. *de alien. feud. patern.* ut jus quæſitum filio ſub natura pacti, & providentiæ dicatur jus ſeparatum à perſona patris, & debetur filio uti filio, & non uti hæredi. Et ideò *n.* 13. proſequitur, dicens, ità demùm ſucceſſor habet feudum, ſi illud manet in eodem ſtatu, & non ſit alienatum, & filius nolit eſſe hæres patris.

Fundamentum contrariæ opinionis conſtituit *Freccia de ſubfeud. in* 3. *formula inveſtitur. n.* 31. *concluſ.* 3. & 5. dicens in nullo differre feudum ex pacto, & providentia novum ab hæreditario, ſed in omnibus dicatur facta exequatio, *Anna conſ.* 3. *de Ponte conſ.* 14. *n.* 37. *lib.* 3.

Negatur exequatio. Nam quoties feudum eſt hæreditarium, ſucceſſor tenetur eſſe hæres in ipſo feudo, & in eum tranſeunt omnia jura tam activa, quàm paſſiva, & obligatus remanet ſatisfacere creditoribus ex fructibus feudi etiam in debito contracto in ſola actione perſonali. Imò poſſet cogi poſſeſſor ad illud vendendum juxtà *dec.* 704. *de Franch.*

Sed in feudo ex pacto, & providentia novo filius non tenetur eſſe hæres patris, niſi quatenùs pater de eo legitimè diſpoſuerit cum Regio aſſenſu, & proptereà non erit obligatus filius ad debita contracta per patrem ſola actione perſonali, ſed facto inventario habebit feudum præcipuum.

Itaque poterit pater filio in feudo ex pacto, & providentia novo præjudicare, quatenùs mediante Domini aſſenſu contraxerit, & non aliter, ità *Iſern. in Conſtit. Conſtitutionem in princ. Loffred. conſ.* 1. *nu.* 150. Hartman. Piſtor. *to.* 2. *q.* 4. *n.* 45. & 55.

Confirmatur, nam licèt feudum ex pacto, & providentia novum dicatur ſucceſſori obvenire occaſione, & contemplatione acquirentis, erunt patrimonia diſtincta, & ſeparata. Hinc inventarium non prodeſt in feudo hæreditario, quia hæres teneatur uſque ad integrum feudi valorem.

ARGUMENTUM.

Pars pretij an, & quando debeatur ſecundogenito de feudo noviter acquiſito per communem patrem, & quod tempus debeat in ipſius liquidatione attendi, emptionis, vel mortis.
Collationi in quibus caſibus locus ſit, in quibus verò non, & ea an detur in linea collaterali.
Augmentum temporis cujus beneficio cedat, hæredis primogeniti, qui in feudo ſucceſſit, an verò omnium fratrum, & ſororum.
Ex mora irregulari quando uſuræ, ſive intereſſe debeantur.
In antefato an ſuccedant filij utriuſque matrimonij, an verò illi tantùm, qui ex matrimonio, in quo antefatum promiſſum fuit, orti fuerunt.

SUMMARIUM.

1 *Habens diſponendi facultatem ſi non diſponat videtur in beneficium venientium ab inteſtato diſpoſuiſſe.*
2 *Collatio prohibita non videtur, ubi filij æqualiter inſtituti fuerunt.*
3 *Pretium, quo fuit feudum emptum, & non feudum confertur.*
4 *Pars pretii competens ſecundogenitis in feudo de novo per patrem empto, habetur ut burgenſatica.*
5 *Quod tempus attendi debeat in liquidatione pretii feudi empti, emptionis ſcilicet, an mortis teſtatoris, recenſentur opiniones, & numer.* 6. 10. 20. 22. & 24.
7 *Pars pretii feudi empti per communem patrem an debeatur ſecundogenitis per viam collationis, vel*

petitione hæreditatis, latè diſcutitur, & rationes, & authoritates referuntur, & numer. 8. 9. 10. 13. & 26.

11 Collationi locus non eſt, ſuccedere nolente ſecundogenito.

12 Primogenitus tenetur partem pretii feudi à communi patre empti ſecundogenito ſolvere, quamvis nolit eſſe hæres patris, & n. 18.

14 Collatio non habet locum in linea collaterali.

15 Feudum à patre emptum pro ſe, & filiis, vel pro ſe & hæredibus, in legitimam imputatur.

16 Fondum emptum ex pecunia alicujus debet inter bona ementis, & in ipſius patrimonio computari, & ſic illius pretium, etiam ſi redimeretur, n. 17.

19 Filius primogenitus non poteſt fondum hæreditarium habere, niſi uti patris hæres, licèt nolit eſſe hæres in allodialibus, quod procedit, quamvis feudum habeat contra patris voluntatem, n. 20.

Et tenetur ſolvere debita hæreditaria, n. 21.

22 Frater, qui ſucceſſit alteri fratri in feudo noviter ab ipſo empto, non tenetur aliis fratribus partem pretii ſolvere, niſi quando feudum fuerit per fratrem communi pecunia emptum quo caſu teneretur tanquam debitor in actione perſonali.

23 Pars pretij non debetur in linea collaterali, & deciſiones referuntur, & n. 24.

25 Andreæ Capani *opinio* de vita, & militia, q.26. n. 28. *impugnatur.*

27 Augmentum temporis cedit in beneficium primogeniti.

28 Fondum eſt indiviſibile, & ideò datur actio ad ejus valorem.

29 Augmentum feudi venit in petitione hæreditatis.

30 Augmentum temporis prodeſt fratribus in quorum beneficium eſt facienda collatio.

31 Exemplis non eſt judicandum, & n. 33.

34 Paragium debetur ſorori à fratre per Conſtitut. Regn. In aliquibus, *etiam inſpecto valore bonorum feudalium.*

35 Soror poteſt agere contra tertium poſſeſſorem feudi alienati à fratre actione revocatoria.

36 In computatione paragii debet computari valor augmenti temporis.

37 Augmentum temporis diverſo jure debetur, quam pars pretii.

38 Augmentum feudi, ſuper quo ſecundogenito debetur vita, & militia, ſive paragium, debet intelligi de augmento intrinſeco.

39 Pars pretii, quæ debetur ſecundogenito, eſt onus intrinſecum feudi, & ſi non præſtatur in corpore, præſtari debet in æſtimatione.

40 Augmentum extrinſecum adjectum rei conceſſæ, ſpectat ad conceſſionarium.

41 Augmentum extrinſecum licèt cedat in beneficium primogeniti, tamen ipſe tenetur ſecundogenito ad partem pretii.

42 In petitione hæreditatis veniunt fructus abſque interpellatione, vel mora.

43 Judicium petitionis hæreditatis eſt bonæ fidei.

44 Primogenitus tenetur ſtatim poſt mortem patris aſſignare partem pretii ſecundogenito.

45 Intereſſe partis pretii à quo tempore debeatur.

46 Uſuræ ex mora irregulari debentur ipſo jure abſque interpellatione. Amplia nedum in contractibus, legatis, & fideicommiſſis, verùm etiam in debitoribus minorum, & n. 47.

48 Privilegia conquaſſantur inter duos privilegiatos.

49 Fallit tamen, quando minor agens tractaret de damno vitando, minor verò reus de lucro captando.

50 Interpellatio non requiritur, ubi idemmet eſſet tutor, vel curator, tam actoris, quam rei.

51 Intereſſe partis pretii feudi à communi patre empti ad quam rationem debeatur.

52 In Regno de facili inveniuntur emptiones.

53 Intereſſe, quod debetur ratione fructuum, intelligitur nedum de fructibus perceptis, ſed qui percipi potuerunt.

54 Mora irregularis favore minoris operatur eoſdem effectus moræ regularis.

55 Onus antephati ſecundæ uxori ſoluti an deduci debeat ex toto patrimonio, an verò ex portione filiorum ſecundi matrimonii, quando in eo ſuccedunt filii uti filii, & non uti hæredes.

56 Quicquid filius habet ex ſubſtantia patris, quando vult ſuccedere debet conferre.

57 Collatio locum non habet, niſi in caſibus legis Prætoria, vel Civilis expreſſis.

58 Collatio eſt contra juris communis regulas, ex quadam legis æquitate introducta.

59 In legitimam an imputetur id, quod filius habet ab alio, quam à patre cauſa conditionis implendæ, & num. 60.

61 Legitima deductio fit ipſo jure in ipſo die mortis, & propterea non admittit aliquam moram.

62 Lucrum dotis, quod per filium conſequitur mortuæ uxore diſpoſitione Statuti, illud capit extra cauſam patris.

63 Filius quod habet ex ſubſtitutione, eidem in legitimam non imputatur.

64 Ea, quæ habuit filius ex diſpoſitione patris inter vivos, regulariter non veniunt in collationem.

65 Quod tamen procedit in ſimplici donatione, quæ ab initio valuit, nec indiget confirmatione.

66 Ea, quæ filius habet ex donatione jurata, in legitimam non imputantur.

67 Filii in antephato jure communi attento ſuccedunt uti filii, & non uti patris hæredes quod ſecus eſt de conſuetudine Neapolitana, quia ſuccedunt uti patris hæredes, n. 68.

69 Antephati proprietas ſpectat ad matrem, ſi filii matri præmoriuntur.

70 Donatio facta filio, ut matrimonium contrahat cum muliere Nobili non confertur.

71 Donatio contemplatione matrimonii an dicatur ſimplex, vel ob cauſam.

72 Collatio poteſt per patrem prohiberi expreſsè, & tacitè.

73 Filii non tenentur antephatum eiſdem perventum conferre, quando ex pacto in eo ſuccedunt uti filii, & non uti patris hæredes.

74 Collatio non habet locum, niſi in iis, quæ tempore mortis patris reperiuntur penes eos, qui ſuccedunt.

75 Dos filiæ vivente patre ſoluta à filio emancipato non confertur.

76 Cautela pro filio ad evitandum collationem.

Pro D. Anna Coppula, contra D. Juliam Coppulam ejus ſororem.

CONSULTATIO XXV.

IN hac cauſa vertente inter ſorores de Coppula, ſex excitantur articuli, pro utraque parte propoſiti.

Et primò, utrum D. Annæ ſecundogenitæ debeatur pars pretij feudi Cirigliani empti per Jo. Baptiſtam communem patrem.

Secundò, quatenus videretur competere, quod tempus in ipſius liquidatione attendendum ſit, num illud, quo fuit emptum feudum, vel quo valebat tempore mortis eorum patris.

Tertiò, quatenus videretur debere attendi tem-

pus

pus emptionis, an ſuper illo pluri, quo valebat tempore mortis, competat D. Annæ paragium.

Quartò, an idem D. Annæ debeatur pars pretij meliorationum in feudo prædicto factarum.

Quintò, an debeatur intereſſe pretij prædicti à die mortis patris, vel à die interpellationis, & ad quam rationem.

Sextò, & ultimò, utrum ex portione ſpectante ad D. Annam debeat deduci antefatum ſolutum ex bonis prædicti quon. Joan. Baptiſtæ D. Hieronymæ Pandono ejus ſecundæ uxori, & matri prædictæ D. Annæ, vel onus prædictum cedere debeat pro rata bonorum burgenſaticorum, & feudalium.

Pro quorum reſolutione cùm res tractetur coram Doctiſſimis Viris, ad finem excitandi tantùm ſublimia eorum ingenia, paucis ero contentus.

Et quoad primum non mihi videtur in eo aliquid eſſe immorandum, ex quo ratio difficultatis eſt, quia prædictus Jo. Baptiſta communis pater, tam D. Juliam primogenitam, quam ipſam D. Annam ex alia uxore ſecundogenitam hæredes univerſales inſtituit, & per conſequens, cùm de feudo nihil dixerit, videtur vocaſſe primogenitam * ab inteſtato venientem, ex regula text. *in l. conficiuntur, ff. de jure codicill.* & ex traditis per Franch. *in dec.* 45.

Verùm hoc argumentum facilè diluitur, * cùm ex hoc ſolo, quia ſorores æqualiter inſtituit, videtur ratione æqualitatis ſervandæ, ut ei pars pretii de-
2 beatur, * ex hoc enim apparet, non prohibuiſſe patrem collationem, prout poſt *Socinum*, *Mantic. Ruin.* & alios hoc probat Surd. *in conſ.* 361. *n.* 31. hæc autem pars pretii ſolvitur per primogenitum ratione æqualitatis ſervandæ, quia feudum ad ipſum integrum ſpectat, cùm ſit indiviſibile, & proinde conferri in corpore non poſſit, † ideò confertur pretium;
3 juxta tradita per Andr. *in c.* 1. *§. præterea Ducatus, de probib. feud. alienat.* per Frider. ubi latiſſimè Loffred. & Afflict. & per Lanar. *conſ.* 82. *n.* 49 *Marta in conſ.* 24. *n.* 12. *& in vot.* 115 *n.* 14. *Latini Capue. in Conſuet. Si moriatur, part.* 2. *§.* 8. *n.* 01. *Judex Camil. Laratha in ejus Theatr. feud. p.* 9. *dilucid.* 73. *num.* 15. *& 16. & dilucid.* 72. *n.* 15. *& dilucid.* 70. *n.* 8. & proinde non obſtat quod in contrarium adducitur, quod videatur eſſe hæres inſtituta in feudalibus, ex quo ſufficit, quod ſit ſecundogenita hæres univerſalis inſtituta in burgenſaticis tantum, ex eo, quod hæc pretii pars habetur uti burgenſatica, ut in ſpecie hoc dixit Camer. *in d. §. præterea Ducatus, fol.* 107. *lit. G. Camill. Laratha in dict. Theatr. feud. par.* 9. *dilucid.* 73. *n.* 13.

Nec inter partes poteſt eſſe hodie iſta controverſia, cùm hoc in ſpecie ſit determinatum per decretum S. C. ſub die 23. Martii 1619. ibi, *& pro alia medietate in partem medietatis pretii dicta Terra.*

Reſpectu verò ſecundi articuli, quod tempus ſit
5 attendendum in liquidatione iſtius partis pretii, duæ fuerunt opiniones.

Una fuit *Luca de Penna*, qui dixit debere attendi tempus emptionis in *l.* 1. *n.* 48. *C. de imponend. lucr. deſcription. lib.* 10. quem ſequuti fuerunt Minad. *in Conſtit. In aliquibus, in princ. ſub n.* 32. *Ann. in ſingul.* 200. qui ſic judicatum refert *Laratha d. dilucid.* 70. *n.* 11. ſequitur *Reg. Fab. Capyc. Galeot. in addit. ad conſ.* 124. *Camill. de Medic. num.* 36. *Episc. Ricc. collect. dec.* 609. *Reg. Rovit. in Pragm.* 24. *n.* 16. *de feudis*, ubi latè articulum tuetur.

Et illis Ego addo *Franch. de Amic. de his, qui feud. dar. poſſ fol.* 98. *& Camill. Bortell. in ſumm. dec. tit.* 34. *n.* 704. dum allegat *Ann. in d. ſing.* 200. & noviſſimè *Joannes Petrus Latinus in alleg. infert. à Capano de vita, & milit. q.* 26. *n.* 6. ubi ſic deciſum refert in anno 1581. inter Lucrenam Caracciolam, & Juſtinianam de Afflicto, junctis Aulis, & in *alleg. ſequenti, n.* 2. *fol.* 152. *à ter. in fin.* refertur alia deciſio in eadem cauſa Joannis Jacobi Leognani, ubi quod hæc opinio eſt veriſſima, & pluries deciſa.

Contrariam opinionem, † quod debeat attendi 6
valor tempore mortis tenuerunt.

Bart. in l. 1. *§. nec caſtrenſe ſub num.* 6. *ff. de collat. bonor.*

Bal. in l. omni modo, §. imputari, C. de inoff. teſtam.

Alexand.
Fulgoſ.
Paul. de Caſtr. & alii, } *in l. illud, C. de collat.*

Loffred. qui ampliſſimè hanc opinionem fundat in *d. §. præterea Ducatus, col.* 21. *verſ. & collatio ipſa fuit, fol.* 62. *à ter.* qui dicit etiam opinionem *Lucæ de Penna* non eſſe fundatam, & pro ſua opinione adducit *Andr. de Iſern. in d. §. præterea Ducatus, n.* 91.

Frecc. in 33. *differ. feudi ex pacto, & feudi hæreditarii, lib.* 3. *n.* 4. qui de communi teſtatur, & hanc opinionem ſequuti fuerunt.

Liparul. ibidem in verſ. conſuetudo, fol. 271. *num.* 39. qui etiam de communi teſtatur.

Michael Palaez de majorat. part. 1. *qu.* 52. *n.* 1.

Roſenthal. de feud. c. 7. *concl.* 13. *n.* 19. *de ſucceſſ. ex teſtam.* & tenet expreſsè.

Marta de clauſul. par. 2. *c.* 34. *n.* 5.

Et in militia, à qua argumentatur ad feudum idem tenuerunt

Gomeſ. in l. 29. *Taur. n.* 21.

Gamma in dec. 39. *n.* 4.

Valaſc. in praxi partitionum, cap. 13. *poſt numerum* 63.

Molin. de juſt. & jur. diſput. 211. *in princ. tom.* 1.

Eandem opinionem ſectatur *Camill. Laratha ad Theatr. feud. d. par.* 9. *in dilucid.* 72. *ſub n.* 14. *&* 16. *& dilucid.* 70. *n.* 8. *Reg. Fab. Capyc. Galeota ubi ſupra, Marta ubi ſupra, ſub n.* 12 *& in vot.* 115. *n.* 16. *&* 18. *& in ſumm. de ſucceſſ. legal. part.* 8. *quæſt.* 23. *artic.* 3. *num.* 44.

Et ſic hæc ſecunda opinio eſt magis communiter recepta, prout negare non poſſunt Doctores contrariam partem tenentes, ut teſtatur idem Minad. *in loco ſupra citato, & Anna filius in conſ.* 26. *n.* 6. quin immò idem in *addit. ad d. ſing.* 200. *Anna patris* videtur adhærere huic opinioni, dum allegat Loffred. in *d. §. præterea Ducatus.*

Quarum opinionum veritas in eo conſiſtit, an hæc pars pretii debeatur per viam collationis, an verò petitione hæreditatis, * quia ſi debetur per viam 7
collationis, ceſſat omnis difficultas, cùm in hoc ſit *text.* expreſſus *l. omni modo, §. imputari, C. de inoffic. teſtam.* ſi verò per viam petitionis hæreditatis, debet attendi tempus mortis, prout fatetur *Regens Rovit.* qui ſtrenuè hanc opinionem defendit in *loco* citato, *num.* 51.

Et quod ſit per viam collationis tenuit * Andr. de 8
Iſern. *in d. §. Præterea Ducatus*, cujus ſola authoritas ſufficeret, ſed ultra Iſern. hanc opinionem tenuerunt non ſolum omnes Doctores ſupra allegati, qui tenent, debere attendi tempus mortis, ſed etiam contrarii, & in ſpecie Minad. *in d. Conſtit. in aliquibus*, & tradit etiam Camer. *in d. §. præterea Ducatus, fol.* 104. *lit. V.* & noviſſimè Marcell. de Maur. *allegat.* 57. & Bilotta *in ſuis concluſ. feudal. conclu.* 14. *n.* 8. reprobata opinione *Reg. Roviti*, & ipſe idem *Rovitus* fatetur, hanc opinionem eſſe communem, & ab ea non eſſe recedendum *in dec.* 38.

Quem ſcopulum cupiens evitare *idem Reg. Rovitus in d. prag.* 24. conatus fuit pluribus mediis probare, † quod non ſit per viam collationis, ſed quod
iſta medietas debeatur petitione hæreditatis, contra mentem omnium prædictorum DD. qui omnes 9
uno ore fatentur, deberi per viam collationis, licèt ante eum hoc tenuerit *Joannes Petr. à Mangrellis*.

qui ſcripſit in cauſa illorum de Fedele, cujus cauſæ
deciſionem refert *Anna in ſingul.* 201. quem vidi ad
pennam, licèt *Reg. Rovitus* eum non alleget, de qua
eſt memor *Laratha d. p. 9. dilucid.* 71. *n.* 12.

Conatur opinionem prædictam *Reg. Rovit.* funda-
10 re, primò, † quia ſi deberetur per viam collationis,
poſſet primogenitus ſe abſtinere à ſucceſſione reli-
11 quorum bonorum, * retinendo pro ſe integrum feu-
dum, & ſecondogeniti non poſſent illum cogere ad
conferendum partem pretij, collatio enim eatenus
procedit, quatenus qui conferre debet, vellet ſuc-
cedere in reliquis bonis defuncti cum aliis fratribus,
12 † *l. maritus, & l. filiæ, C. de coll.* ſed conſequens eſt
falſum, quia primogenitus tenetur ſolvere partem pre-
tij, etiam ſi nolit ſuccedere, ergo, &c.

13 Secundò principaliter, † movetur *Reg. Rovit. ibid.*
n. 46. nam ſi deberetur hæc pars pretij per viam col-
lationis, non deberetur à fratre in feudo empto per a-
14 lium fratrem, * cui ſucceſſit, cùm collatio non habeat
locum in linea collaterali, juxta *text. in l. emancipati,*
C. de coll. Afflict. *in dec.* 161. *n.* 2. cum ſimilibus aliis
citatis per *Donat. Anton. de Marin. quotid. reſolut. ca-*
15 *pite* 126. *nu.* 59. & ſic etiam * feudum à patre emp-
tum pro ſe, & hæredibus, ſeu pro ſe, & filiis, in le-
gitimam imputatur, & in filios uti hæredes tranſit,
& ſimiliter in collationem venit, Alc. *in l. in quar-*
tam, n. 40. *ff. ad l. falcid. Jacob. Ruckins in tract. de*
unione prolium, c. 5. *n.* 12. & certum ſit, quod feudum
16 emptum de pecunia alicujus, * debet inter bona e-
mentis, & ipſius patrimonium computari *Marta in*
ſumma de ſucceſ. legal. par. 5. *qu.* 22. *art.* 5. *n.* 35. ubi
17 plures allegat, * tenentes talem communem opinio-
nem, & ſic illius pretium, etiam ſi redimeretur, ex
Franch. *dec.* 64. *n.* 13. Thomaſius *in tract.* 8. *tit.* 25.
c. 8. quia illud pretium eſt commune inter eos, opti-
mè Mart. *in d. ſumma de ſucceſſ. part.* 1. *qu.* 4. *artic.* 3.
nu. 8. ideo illud communicare debet fratribus, *idem*
dict. part. 1. *qu.* 23. *n.* 42. Quibus duobus fundamen-
tis reſolutis remanebit firma prima communis opi-
nio, quod pretium debeatur per viam collationis,
ex quo quamvis alia fundamenta ad probandum
ſuam opinionem adducat, ea tamen reſolvit Loffr.
in d. §. præterea Ducatus, ubi per plures columnas
articulum tractat, & reſolvuntur etiam per Camer.
in dialogo inter ipſum, & Hern. *poſt finem operis, in fol.*
106. *à ter. uſque ad* 107. *lit. A.*

18 Primum quidem * fundamentum nullo modo ob-
ſtat, quia quamvis verum ſit, quòd primogenitus
nolit patri in reliquis bonis ſuccedere, teneatur ta-
men ad partem pretij, prout fuit deciſum in anno
1560 in cauſa filiorum Spect. Comitis S. Agathæ,
referente Domino Bermudez, ſed hoc ex eo proce-
19 dit, * quia licèt filius deſinat eſſe hæres in allodiali-
bus, tamen feudum hæreditarium non poteſt habe-
re, niſi ut hæres patris. *Intrigliol. cent.* 1. *de feud. qu.*
49. Camer. & alij, quos refert idem *Reg. Rovit. in*
rubr. de feud. n. 20. quod etiam procedit, ſi filius ha-
20 beat feudum præter patris voluntatem, † prout per
Franch. *in dec.* 704. *Gizzarell. deciſ.* 28. & quod per
hoc teneatur ad debita hæreditaria, cùm ergo feu-
dum non poſſit habere, niſi titulo hæreditario, ceſ-
21 ſat motivum, † quia tenetur ſolvere debita hæredi-
taria, *Camill. de Medic. conſ.* 65. *n.* 1. & 2. & per con-
ſequens tenetur ad partem pretij jure collationis,
quia dum ſuccedit in feodo, ratione æqualitatis ſer-
vandæ tenetur conferre partem pretij.

Ceſſat etiam ſecundum motivum, quia negatur,
22 quod in feudo empto per fratrem teneatur frater, *
qui ſucceſſit ſolvere aliis fratribus partem pretij,
cùm hoc non reperiatur jure fundatum, niſi in uno
tantum caſu, ſcilicet quando feudum fuit per fra-
trem de communi pecunia emptum, quia tunc te-
netur non petitione hæreditatis, nec per viam col-
lationis, ſed tanquam debitor, ſaltem in actione
perſonali reſtituere fratribus eorum partem pretij,
quod fuit feudum emptum, ut tradit Loffred. *in d. §.*
præterea Ducatus, fol. 64. *à ter. col.* 2. *in fin.* & noviſ-
ſimè ſecundùm hanc opinionem, quod non debea-
tur pars pretij in linea * collaterali deciſum refert in 23
S. C. idem *Reg. Rovit. in dec.* 38. ubi negare non po-
tuit hanc pretij partem deberi per viam collatio-
nis, ſed perſiſtendo in opinione, quam tenuit in *d.*
Commen. ad Reg. Prag. dicit, opinionem prædictam
eſſe tenendam, quia majores noſtri ut tunc periti o-
ces ſequuti fuerunt hanc Andr. theoricam, ut de-
beatur pars pretij per viam collationis, allegando
Afflict. Camerar. Loffred. & Minad. *in locis* ſupra
citatis, quem ſequitur *Laratha d. Theatr. feud. par.*
9. *dilucid.* 72. *nu.* 15. & quod non debeatur in linea
collaterali in feudo novo, * fuit etiam deciſum in 24
cauſa Eminentiſſimi Cardinalis de Montealto Don
Franciſci Peretti, & in aliis cauſis, nec mihi placet
diſtinctio noviſſimè tradita à *Capano de vit. & mi-*
lit. q. 26. *nu.* 28. ubi tenet quod opinio *Minad.* quæ
fuit eadem cum opinione *Andreæ* intelligatur, quo-
niam procederet collatio, † quæ dicitur ceſſare in 25
Regno noſtro juxta uſum præſcriptum. Opinio ve-
rò *Regentis Rovitii* quatenus petitio hæreditatis de-
tur ad partem pretij, quia (ſalva pace) non eſt ve-
rum quod in Regno noſtro ceſſet collatio, cùm vi-
deamus, quod in terminis collationis loquantur om-
nes Doctores Regnicolæ, ultra adductos eſt videndus
Mauc. jun. *alleg.* 52. & 53. *Thorus in* 2. *part. compend.*
in verb. pretij pars, & collationem quotidie videmus
in Regiis Tribunalibus practicari, & hoc aſſump-
tum, quod ceſſet in Regno collatio, non video
unde fundari poſſit.

Verum dato (abſque veri præjudicio) hanc pretij
partem deberi ſecundogenito petitione hæreditatis,
attamen poſſet attentari, quòd etiam debeat atten-
di tempus mortis, † præſupponit enim *Reg. Rovi-* 26
tus, quòd in hoc incrementum intrinſecum, ſive
augmentum temporis * accedens feudo cedat in be- 27
neficium primogeniti, ex quo accedit corpori feudi,
& proinde ſequatur ejus naturam, & ideò cùm
feudi dominium ſit integrum primogeniti, nihil ſu-
per eo prætendere poteſt ſecundogenitus.

Quæ conſideratio (licèt apud me magna ſit au-
thoritas tanti Viri) non invenio, aliquo jure poſſe
eam fulciri, licèt enim verum ſit, quod augmentum
accedat feudo, illiuſque naturam ſequatur, tamen
quia feudum eſt indiviſibile, † datur actio ad valorem 28
feudi, ut ſupra ex *Andrea*, & aliis fundavimus, quin-
immò † quod augmentum intrinſecum etiam tem- 29
poris veniat in petitione hæreditatis, probat Bald.
in l. utrum, nu. 3. *verſ. & ut ſcias, ff. de petit. hæred.*
quem ſequitur Brun. *in tract. de augmento, concluſ.*
19. *n.* 2. & in terminis noſtris, quod augmentum tem-
poris proſit fratribus, in beneficium quorum eſt fa-
cienda collatio, † & quod debeat inſpici tempus 30
mortis, ultra alios ſupra citatos tenuit Socin. *conſ.*
65. *nu.* 4. *verſ. ſeptima concluſio, lib.* 1. Greg. Lop. *in*
l. 3. *verſ. conſtat. tit.* 15. *par.* 9. Mich. Palaez, *d.*
quæſt. 52. *n.* 3. *de majorat.*

Ex quibus videtur, quod hæc opinio, quod de-
beat attendi tempus mortis, nedum majori Doctores
numero & authoritate, verum etiam optimis ratio-
nibus fundatur, & contraria facilè diluuntur.

Nec me terret authoritas eorum judicatarum, quia
dubia ſemper fuerunt fata cauſarum, & multo-
ties per alia media cauſæ determinantur, & mul-
ta in facto potuerunt adeſſe, quæ cauſa deciſionis
fuerunt, tantò magis, quia punctus hodie ve-
nit decidendus à doctiſſimis viris. * qui non e- 32
xemplis, ſed rationibus judicant, & negari non po-
teſt, quia data opinione omnium Doctorum (ex-
cepto

Google

32 cepto Domino *Rovito*) pro vera, * quod debeatur
pars pretij per viam collationis, ſententiæ prædictæ
eſſent contra caſum legis in *d. l. omni modo. §. impu-
tari*, & commonem opinionem DD. & ideo idem
Reg. Rovit. negare non poteſt, quod deciſiones
prædictæ torſerunt animum ſupremorum Feudi-
ſtarum hujus Regni in * *d. pragm.* 24. *nu.* 51. nec
33 eſt novum à dictis deciſionibus recedere, ot per
Franch. *in deciſ.* 441. ne illorum authoritatibus
Reſpublica lædatur, idem *Reg. Rovit. in prag.* 4. *ſub
num.* 39. *de feud.*

Qua opinione attenta non erit opus diſputare, ſi
ſuper illo pluri, quo poteſt valere feudum tempore
mortis, debeatur ſecundogenitæ paragium, verùm
34 quando aliter videretur * Dominis Judicantib. quod
non ſpero, & tunc breviter puto, deberi, cùm enim
paragiom debeatur ſorori à fratre per *Conſtitut.
Regn. In aliquibus*, inſpecto valore omnium bono-
rum, etiam feudaliom remanſorum in hæreditate, ut
dixit *Andr.* & alij in *dicta Conſtit. Camer. fol.* 105. *lit.
B. Conſiliar. Theod. alleg.* 7. *num.* 1. *Lalius Caput. ad
Conſuet. Neap. Si moriatur, p.* 2. *§.* 5. *n.* 1.

35 Immò ſi frater feudum alienaſſet, † poſſet agere re-
vocatoria adverſus tertium poſſeſſorem, Affl. *in dec.*
162. & Gramm. *deciſ.* 90. negari non poteſt, quin hoc
feudi augmentum ſit remanſum in patria hæreditate,
& per conſequens in computatione paragij debet
computari valor hujus augmenti, nec me movet,
36 quia eſt in poteſtate ſecundogeniti, * vel habere par-
tem pretij, vel vitæ, & militiæ, ſive paragij, cùm
fœmina, eligendo partem pretij non per hoc debet
excludi à portione ſibi competente ſuper illo pluri,
& ratio, quam tradunt DD. debere attendi tempus
emptionis eſt, quia pretium abeſt ab hæreditate, &
pater collationem non prohibuit, ut per Camerar.
37 *d. fol.* 105. *lit. B.* * augmentum autem in feudo re-
manſit in hæreditate, & ſic diverſo jure debetur,
quam pars pretij.

38 Quod augmentum in feudo, * ſuper quo vita, &
militia, ſive paragium debetur, debet intelligi de
augmento intrinſeco, prout eſt pars pretij debita ſe-
39 cundogenito, * quæ dicitur onus intrinſecom ipſi
feudo, & ut tale ſequitur rem, quæ ſi non præſtatur
in æſtimatione, Camill. de Medic. *conſ.* 124. *nu.* 11.
ſecus autem de augmento extrinſeco, ſeu manu facto,
40 quemadmodum † augmentum extrinſecum adjectum
rei conceſſæ ſpectat ad conceſſionarium, ita *Camill. de
Medic. conſ.* 51. *n.* 27. & propterea cùm ſit probatum
per teſtes, adeſſe augmentum extrinſecum nedom
in bonis burgenſaticis emptis, de quibus nulla poteſt
eſſe controverſia, verum etiam in fabrica, & me-
41 lioramentis factis in domo, prout in nota facti, *
quæ quamvis cedant in beneficium primogeniti, ta-
men ipſe tenetur ſecondogenitæ ad partem pretij,
juxta *text. in c.* 1. *§. è contrario, de inveſtitura de re
aliena facta*, & poſt Loffred. *in d. §. præterea Dura-
tus*, Schrader. *de feud. part.* 2. *nona parte principali,
ſect.* 2. Piſtor. *q.* 42. *li.* 2. *part.* 2. *de Pont conſ.* 11. *n.* 8.
& 9. tenuit *Reg. Rovit. in d. pragm.* 24. *poſt n.* 53. *verſ.
redeundo, Marta d. ſumma*, 1. *par. q.* 23. *n.* 43. & ex
his erit reſolutus tertius articulus, nempe à quo die
debeatur intereſſe pretii prædicti, dependens à præ-
cedentibus, nam ſi judicabitor, deberi pretium, quo
fuit emptum, ex eo quod debetur petitione hæredita-
tis, prout conatur fundare *Reg. Rovit.* & tunc nulla
42 poteſt cadere difficultas, † deberi intereſſe à die mor-
tis patris, etenim in petitione hæreditatis veniunt
fructus à die mortis, abſque mora, & interpellatione,
l. videamus, la 2. *in fi. ff. de uſur.* cum ſimilibus addu-
ctis per Afflict. *dec.* 240. dicitur enim petitio hæredi-
43 tatis bonæ fidei judicium, † *§. actionum, Inſt. de act.*
44 ultra quod † cùm primogenita tenebatur ſtatim poſt
mortem patris aſſignare partem pretij ſecundogeni-
tæ cohæredi, ut per Fab. de Zotch. *in auth. noviſſima,
n.* 113. *C. de inoff. teſtam.* & propterea cùm id non fe-
cerit fuit in mora, & ideò prædictus *Reg. Rovit. in d.
pragm.* 24. *n.* 48. tenuit, deberi intereſſe à die mor-
tis, hanc opinionem pluribus juribus, & rationibus
comprobando, *&* *n.* 50. dixit, fallacem eſſe opinio-
nem contrarium tenentium.

Aut verò dicimus, † quod dicta pars pretij debea- 45
tur per viam collationis, ut eſt communis omnium
opinio, & in hoc caſu *Anna in ſing.* 566. *& Minad.
ubi ſupra, n.* 31. tenuerunt, deberi à die interpellatio-
nis, ſed *Anna filius in conſil.* 130. *num.* 50. cogitandum
reliquit, adhoc cum *Anna & Minad.* ſe conformat
Camill. Larathn in d. theatr. feud. part. 9. *dilucid.* 71.
num. 12.

Verùm in caſu noſtro, quia D. Anna erat minor,
ceſſat difficultas, * quia ex mora irregulari ipſo jure 46
debentur oſuræ, abſque interpellatione, ut probat
*text. in l. cum verò is, §. apparet, in fi. ff. de fideicomm.
libere. & in l. minorum* 3. *C. in quib. cauſ. in integr. re-
ſtit. non ſit neceſſ. ubi Bart. Bald. Caſtr. Alberic. &
alij, Sfort. Odd. de reſtit. in integr. art.* 8. *qu.* 42. *par.* 2.
n. 109. *Alex. conſ.* 17. *n.* 8. *li.* 2. *Rum. conſil.* 26. *n.* 33.
li. 3. *Lupus de uſur. §.* 7. *n.* 136. *Ludovicus Bellus in
conſ.* 126. *num.* 1. quod procedere * dixerunt nedum 47
in contractibus, legatis, & fideicommiſſis, ſed etiam
in debitoribus minorum ex aliis cauſis, ut latiſſimè
per Menoch. *conſ.* 1070. *lib.* 11. *Rumn. jun. conſil.*
333. *n.* 38. *lib.* 3.

Nec dicatur * quod primogenita etiam erat minor 48
& per hoc ceſſet privilegium *d. l. minorum*, prout
etiam limitat Alexand. ad Bart. Cyn. & Alber. ibid.
Franch. *dec.* 16. *num.* 3. quia ceſſat hæc limitatio,
quoniam qui ſolvere debet, habet tutorem, cum
quo poteſt mora contrahi, ut per Petr. de Bellapert.
in d. l. minorum, col. 2. *verſic. ſed quæra*, quem citat
Franch. *in d. dec.* 16. *num.* 3.

Præterea regula prædicta conquaſſationis privi-
legiorum ceſſat, ubi minor, qui vult reſtitui contra
minorem, agit de damno vitando, * minor verò, con- 49
tra quem agitur, tractat de lucro captando, ut poſt
alios probat *Cald. in l. ſi caratorem habens, verſic. in-
fra legitima tempora, n.* 169. *verſ. ſed hoc, Sfort. Odd.
de reſtit. in integr. par.* 1. *qu.* 18. *n.* 31. 32. *&* 33. pro-
ut in caſo, de quo agimus, in quo iſta minor eſſet in
damno ob non interpellationem.

Et demum in hac cauſa ceſſat omnis ſcrupulus,
cùm idem fuerit tutor, * & curator tam primogeni- 50
tæ, quàm ſecundogenitæ, & ſic unus tutor admi-
niſtravit utriuſque patrimonium, & proinde nulla
cadebat interpellatio.

Reſtat videndum, ad quam rationem intereſſe de-
beatur, † an ſcilicet ad rationem fructuum, juxta ter- 51
minos *text. in l. curabit, de act. empt. Camil. de Medic,
conſ.* 37. *n.* 5. *Mart. conſ.* 126. *nu.* 15. *Honded. conſil.*
30. *n.* 21. *vol.* 1. *& Gratian. diſcept. forenſ. c.* 616. *n.* 1.
an verò, prout communiter currere ſolet etiam ultra
fructus, in quo articulo erit diſtinguendum, quod
aut dicimus, deberi pretium cum intereſſe actione
petitionis hæreditatis, & tunc quia, ut ſupra dixi-
mus, intereſſe oritor ex mora contracta, ut ex pluri-
bus probat *Gamma deciſ. Luſit.* 218. *n.* 7. & aliis con-
geſtis per *Joan. Baptiſtam de Thoro in vot.* 61. ex eo
quod primogenitus ſtatim ſequuta morte patris
non ſolvit, & ſic dies interpellat pro ſecundogeni-
ta, & in hoc caſu cùm mora ſit regularis, * & ſimus 52
in Regno, in quo de facili emptiones inveniuntur,
& intereſſe debebitur, etiam ratione lucri ceſſantis,
ultra fructus, prout fuit liquidatum per S. C. ad ra-
tionem novem pro centenario, refert *Anna alle-
gat.* 42. & ita noviſſimè deciſum in cauſa Marij Ce-
cere cum Jacobo Cecere junctis Aulis ad relatio-
nem Regij tunc Conſiliarij Joannis Andreæ de

Digitized by Google

Corre, in Banca Capuæ, præſertim quoad inter-
eſſe pretii feudi debiti per primogenitum ſecundo-
genitis, refert *Joannes Baptiſt. de Thoro in compend.
dec. part. 3. verb. Intereſſe partis*, aut verò dicimus, de-
beri partem pretii per remedium ollationis, & in-
tereſſe ex mora irregulari, & tunc intereſſe debetur
ad rationem fructuum, ita in terminis *Regens de
Ponte de poteſt. Proreg. tit. de regal. impoſit. §. 5. n. 64.
cum ſeq.* ubi pluribus DD. & rationibus hanc opi-
nionem comprobat in hoc noſtro Regno, hanc e-
tiam diſtinctionem tenuit Roder. *de ann. redit. lib. 3.
q. 7. n. 92. cum ſeq. Barboſ. in l. de diviſione, n. 24. & 25.
ff. de ſolut. matr.* & quod dicimus, * deberi intereſſe ad
53 rationem fructuum, intelligitur nedum de fructibus
perceptis, ſed qui percipi potuerunt, Gratian. *diſcep.
forenſ. c. 241. lib. 2. n. 47* ubi alios affert poſt *Barboſ.*
ubi proximè *n. 57. ver. verior*, ubi ex communi reſol-
vit, quod mora irregularis favore minoris ætatis
operatur eoſdem effectus moræ regularis, † ergo vi-
54 deatur, & ſic cùm ſimus in mora irregulari cauſata
ratione minoris ætatis, debetur idem intereſſe, ac
ſi eſſet mora regularis.

Quanquam in caſu noſtro non ſemper fuit mora
irregularis, verum pro certo tempore adfuit inter-
pellatio, prout fuit de anno 1617. alia de menſe
Octobris 1618.

Quæritur ſextò, & ultimò, an deduci debeat ex
portione D. Annæ anteſatum ſolutum de bonis bur-
genſaticis † D. Hieronymæ Fernandez Pandonæ ip-
55 ſius matris, an verò debeat deduci ex toto corpore
hæreditatis, tam bonorum burgenſaticorum, quam
feudalium.

Dubium facit, quia in capitulis matrimonialibus
initis inter Joannem Baptiſtam communem patrem
cum ipſa D. Hieronyma cautum reperitur, ut in hoc
anteſato ſuccedant filii ex dicto matrimonio uti fi-
lii, & non uti patris hæredes, & per conſequens
dum anteſatum prædictum ſit reverſum in bene-
ficium D. Annæ natæ ex illo matrimonio, ad æqua-
litatem ſervandam ex ſua portione debet diminui,
quod poteſt corroborari, quia cùm D. Anna habeat
proprietatem anteſati ex bonis patris, * quando vult
56 ſuccedere, debet illum conferre, *l. ut liberis, C. de
collat.* quæcunque enim ex ſubſtantia patris filios
habet, eidem in legitimam imputantur, *l. quoniam
novella, C. de inoffic. teſtam.* Fachin. *contr. juris. lib. 3.
c. 70* & quæ imputantur in legitimam, conferri de-
bent *auth. illud, C. de collat.*

Verum prædictis non obſtantibus contrarium eſt
de jure verius, * & primò ex generali regula, quod
57 non conferuntur ea, quæ lege prætoria, vel civili ex-
preſſa non reperiuntur, *l. illam, ubi Paul. de Caſtr. &
alii C. de collat.* † quia collatio eſt contra regulas juris
58 communis, ex quadam legis æquitate introductas
Alv. Valaſc. *in praxi partitionum. & collationum, c.
12. num. 7.* & propterea cùm de hoc caſu neque leges
prætoriæ, neque civiles loquantur, non poteſt ha-
bere locum collatio.

Secundò, quia hoc anteſatum non habebit ipſa
D. Anna immediatè à patre, * ſed poſt mortem D.
59 Hieronymæ. Hinc quærunt DD. utrum quod filius
habet ab alio, quam à patre, ſed cauſa conditionis
implendæ, in legitimam imputetur? veluti ſi pater
leget Titio ſub conditione, ſi Mæviæ dotem daret,
utrum illa decem, quæ filius à Titio habuit, de-
beant in legitimam imputari; * & communis opinio
60 eſt, non imputari, licèt aliqui contrarium teneant,
ut de communi teſtatur Bologner. *in l. filium quem
habentem, ff. famil. erciſc.* ſequutus opinionem *gloſ. in
d. text.* & de magis communi teſtatur *Socin. jun. ibi,
num. 19. Vaſq. de ſucceſſ. creat. §. 30. num. 248. Mangil.
de imputat. quæſt. 24. num. 8.* quod etiam procederet,
quando id, quod filio datur cauſa conditionis
implendæ, eſſet hæreditarium, pluribus DD. & argu-
mentis comprobat *Michael Craſſ. tractat. de ſuc-
ceſſ. §. legitima, qu. 20. n. 2.* & hoc ea ratione, quia li-
cèt ex ſubſtantia paterna proficiſcatur, * tamen legi- 61
timæ deductio ipſo jure fit in ipſo die mortis, & pro-
pterea non admittit aliquam moram, quæ eſt illud
tempus implementi illius conditionis, & licèt po-
ſtea detur, non eſt amplius de imputatione tractan-
dum, nec eſt æquum pendere à poteſtate aliena, quæ
quidem ſatis majori ratione militant in caſu noſtro,
in quo nedum eſt expectandum implementum con-
ditionis, verùm tempus mortis D. Hieronymæ, &
tempus mortis ipſius teſtatoris, quo tempore hære-
ditas defertur filiis, D. Anna nihil habet, imò poteſt
dari caſus, quod D. Anna præmoriatur, quod abſit,
& anteſatum ad eam non veniat, ſic etiam lucrum
dotis conſequendum per filium mortua uxore ex diſ-
poſitione ſtatuti capit filius extra cauſam patris, * 62
*Ceraſ. in l. filium, quem habentem. C. famil. erciſcund.
Mangil. de imput. legitim. q. 27. n. 13. Merlin. de legit.
lib. 2. tit. 2. q. 18. n. 6.*

Hinc etiam corroboratur * quis quod habet filius 63
ex pupillari ſubſtitutione, eidem legitima non
imputatur, ita probat *text.* ſententiam communem
intellectum in *l. ſcimus, §. repletionem, C. de inoff. teſt.*
prout etiam intelligit *Pic.us*, qui de hoc communi
intellectu teſtatur in *l. in quartam, ff. ad l. Falcid.* ubi
etiam *Bart. n. 262. & Ripa, num. 134. Vaſq. d. ſucceſſ.
creat. §. 10. n. 389. Craſſ. de ſucceſſ. in d. §. legitima, q.
20 n. 2. Cucch. de legitim. fol. 44. n. 33. Peregr. de fi-
deic. art. 36. n. 115. Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 2.
quæſt. 18. n. 10 & q. 1. tit. 2. n. 15. Claud. Battandier
in tract. de legitim. Parentum. art. 11. n. 22. & 23.
Balthaſar Thomaſius in ſuis tract. tract. 4. tit. 15. de im-
put. in legit. 371.*

Tertiò, † quia regulare eſt, quod quæ ex diſpoſitio 64
ne patris inter vivos capiuntur, non conferuntur, *l. ſi
quando, & auth. noviſſima, C. de inoffic. teſtam.* quod
tamen intelligitur in donatione ſimplici, quæ ab ini-
tio valuit, * nec indiget confirmatione mortis, ut ex 65
Pico, Ripa, Covarr. Corn. & aliis tradit idem *Craſſ. in
d. §. legitima, quæſt. 22. n 4. Cutell. de donat. contempl.
matr. tract. 1. diſcurſ. 2. p. 10. n. 13. & p. 12. n. 19.
Hieron. de Laurent. in l. ſi emancipati, C. de collat. n. 67.
& ſeq.* latiſſimè *Balthaſ. Thomaſ. in ſuis tract. tit. 15.
de imputando in legitim. c. 2. n. 94 Morquech. de diviſ.
bon. part. 4. c. 13. n. 69.* & ideò quando donatio eſt
jurata, * & ſic valet à principio, non imputatur, ut 66
dixit idem *Craſſ. in loco citato, n. 21.* idem *Balthaſ.
Thom. ubi ſupra, n. 114. & 349. Claud. Battandier d.
tract. c. 12. num. 6. Mangil. de imputat. quæſt. 445. n.*
28. Cùm ergo habeat D. Anna hoc anteſatum ex con-
tractu prædicto inter vivos, & valida ſit donatio à
principio, non debet imputari, & per conſequens
neque conferri.

Quartò, * quia in hoc anteſato de jure communi 67
ſuccedunt filii uti filii, non uti hæredes, ex *text. in
auth. hæres, Cod. de ſecund. nupt.* & ita procedere *dec.
Afſl. 314.* dicit. *Fab. de Anna conſil. 74. vol. 1.* de jure
verò conſuetudinario hujus Civitatis in eo ſucce-
dunt filii uti patris hæredes, † ut per Franch. *in dec.* 68
206. *Judex Taſſonus in prag. de anteſato, verſ 4. obſerv.
4. n. 23.* quando ergo in capitulis dicitur, quod filii
ſuccedere debeant in anteſato uti filii, & non uti pa-
tris hæredes, non obſtante conſuetudine, hoc pa-
ctum nihil aliud facit, niſi quod partes quoad hoc
renunciando conſuetudini redeant ad diſpoſita per
jus commune, quod adeo verum eſt, quod etſi filii
præmoriantur matri, † anteſatum competit ipſi ma- 69
tri etiam quoad proprietatem virtute pacti, non
uti hæredi filiorum, prout fuiſſe deciſum in S. C. in
anno 1597. refert Fab. de Anna in allegato *conſ. 74. in
fine, & Hodierna in l. hac aditale, quæſt. 22. n. 14. C.*
de

de ſecund. nupt. quod pactum non ſit contemplatione filiorum, ſed favore ipſius matris, quia alias matrimonium nón contraheret; nec tantam dotem daret, meritò non poteſt habere locum collatio, prout in caſu fortiori tenent DD. quod ſi pater donet filio
70 ad hoc * ut matrimonium contrahat cum muliere nobili, quæ alioquin abſque illa donatione nolebat contrahere, non habet locum collatio in prædictis bonis donatis, Cravet. *conſ.* 85. *Burſat. conſ.* 188. *n.* 61. *lib.* 2. *Surd. conſ.* 143. *Fachin. controv. jur. lib.* 5. *c.* 82. & hanc quæſtionem latiſſimè diſputat Alvar. Valaſc. *in prax. partit. & collat. c.* 13. *n.* 97. quicquid in contrarium dicat Molf. *de ſucceſſ. ab inteſt. p.* 4. *q.* 25. *n.* 6. quia contra eum tenet *de Pont. conſil.* 25. *& deciſ.* 39. nec *Molſ.* reſpondet adductis per *Alvar. Valaſc. in loc. cit.*

Verùm quando caſus prædictus aliquam difficultatem haberet, hoc ea ratione eſſet, quia eſt donatum filio contemplatione matrimonij, & matrimonium
71 eſſe cauſam finalem donationis, * tenuit idem Molf. *in d. q.* 25. *n.* 8. cum aliis apud eundem *Balth. Tomaſ. loc. cit. n.* 147. licèt contrarium tenuerit Oldr. *in conſil.* 5. quem ſequitur *Reg. de Pont. conſ.* 80. *n.* 12. *vol.* 1. de cujus articuli veritate non eſt meum hodiè diſputare, ſed in caſu noſtro fuit cauſa finalis promiſſionis antephati matrimonium ipſius patris, & ſic non contemplatione filiorum fuit facta donatio, ſed uxoris, quæ aliter non contraxiſſet, & proinde in hoc caſu nulla poteſt cadere difficultas, non habere locum collationem, ex Seraph. *dec.* 568. *Merlin. de legit. l.* 2. *tit.* 2. *q.* 9. *n.* 41. probat *Tomaſ. ibi, n.* 358.

72 Quintò, † collatio poteſt prohiberi per patrem, ſive expreſsè, ſive tacitè, Alciat. *conſ.* 141. *lib.* 5. & hoc pluribus mediis, & DD. authoritatibus confirmat Surd. *in conſ.* 143. *lib.* 1. *n.* 18. *Hieron. de Lauren. in l. ſi*
73 *emancipati,* * *C. de collat. n.* 188. *&* 383. in caſu autem noſtro adeſt expreſſa prohibitio, dum in capitulis matrimonialibus dicitur, *nel quale predetto antefato à convenuto per patto eſpreſſo ſe a eſſe parti, che li figli, è deſcendenti del matrimonio predetto dopò la morte di detta D. Geronima debbiano ſuccedere tanquam filij, & non uti heredes atteſo così è convenuto per contemplatione del matrimonio predetto.* Si ergo filij nati ex hoc matrimonio tenerentur hoc antephatum conferre non ſuccederent ipſi in eo, ſed filij ex utroque matrimonio uti hæredes, contra formam pacti, quod non permittitur, ut late hoc probat Surd. *in d. conſ.* 143. *vol.* 1. *n.* 30. *cum ſeq.*

Sextò, & ultimò ceſſat in hoc caſu collatio, quia ea solùm conferenda ſunt, quæ tempore mortis pa-
74 tris reperiuntur penes eos, * qui ſuccedunt, *l. eandem, Cod. de collat. ubi Cyn. & alij*, & ideò ſi filius emancipatus ſolvat filiæ dotem patre vivente, eam
75 non confert, * quia tempore ſucceſſionis delatæ eam non habet, ut inquit *text. in l. fin. C. de collat. dot. & in l.* 2. *ff. de his, quæ in fraud. cred.* & ideò *Cepoll. in caut.* 86. cautelam dedit, quod ſi frater aliquid habeat à
76 patre, † ſi vult evitare collationem, det filiæ in dotem, quia cùm non reperiatur ea quantitas penès filiũ tempore, quo pater decedit, illam non confert, ſequitur Surd. *in dec.* 218. *n.* 11. Molf. *de ſucceſ. ab inteſt. par.* 4. *qu.* 3. *n.* 8. & in caſu noſtro nedum non adfuit in poſſe D. Annæ hoc antephatum tempore mortis, ſed poſſibile eſt, quod Deus non permittat, ut neque ad eam perveniat, & proinde nullo jure poteſt fundari, hoc antephatum debere cedere in damnum portionis ipſius D. Annæ.

Cauſa hac fuit per ſententiam arbitralem deciſa, votaverunt in ea Doctiſſimi viri Andreas Marcheſius, qui poſtea fuit Reg. Conſiliarius, & hodie digniſſimè ad Officium Præſidentis Sac. Conſ. fuit promotus, quon. Jo. Vincentius Corcionus, qui fuit Regius Conſiliarius, Fiſci patronus Regalis Patrimonij & Præſidens Regiæ Cameræ Summariæ, & ad majora fuiſſet promotus, niſi immatura mors prævenisſet, Fulvius Lanarius, qui fuit etiam Regij Patrimonij Patronus, ac demum Præſidens Regiæ Cameræ, & Joannes Vincentius Macedonius qui etiam fuit titulo Marchionis decoratus. Die 15. *Junij* 1623. *fuit deciſum, partem pretij deberi, habito reſpectu ad tempus emptionis dicti feudi, intereſſe verò à die mortis communis patris, ad rationem duc. ſex pro quolibet centenario. Et fuit etiam deciſum, deberi D. Annæ ſecundogenitæ medietatem meliorationum tam in domo, quam in aliis rebus dicti feudi factarum unà cum eodem intereſſe, & medietate bonorum burgenſaticorum, & fructibus, à paragio verò petito ſuper augmento pretij dicti feudi fuit primogenita abſoluta, & fuit etiam deciſum, onus antefati ſoluti ſecundæ uxori ſpectare ad dictas ſorores pro rata bonorum burgenſaticorum, & feudalium. Quod laudum fuit etiam confirmatum per S. C. ſub die* 1. *Februarij* 1625. *in Banca Borrelli, nunc de Martino, & de hac deciſione meminit Joannes Baptiſta de Thoro in tertia parte ſui compendij in verbo Intereſſe partis pretij fol.* 593. *& Donatus Antonius de Marinis reſolutio. quotidianar' libro primo, capite* 128.

OBSERVATIO IN CONSULT. XXV.

ARGUMENTUM.

Fratres ſecundogeniti an admittantur ad partem pretij impenſi per patrem in emptione feudi novi, dum reperiretur in arca patris pretium, ſi non fuiſſet impenſum ad beneficium etiam ſecundogeniti, vel potiùs contradicat voluntas ejuſdem patris ementis pro ſolo primogenito, & feudum ſit impartibile quoad corpus, & quoad commoditatem, & debeatur ſolum vita militia. Et quid ſenſerit Sacrum Conſilium de collatione, an impropria. Expenditur *Reg. Revitur.* Valor feudi an attendatur temporis emptionis, vel mortis patris.

SUMMARIUM.

1 *Fratres ſecundogeniti an admittantur ad partem pretij per patrem impenſi in emptionem feudi novi jure collationis.*
2 *Feudum uti impartibile an poſſit conferri?*
3 *Pars pretii eſt res burgenſatica.*
4 *Pretium an habeatur jure collationis, & an ſit propria, vel impropria. Refertur* Reg. Rovit.
5 *Qualiter fiat collatio dando in burgenſaticis tot allodialia, & utrum in fructibus feudi, vel in pecunia.*
6 *Primogenitus an poſſit cogi ad vendendum feudum pro collatione pretij?*
7 *Vita, & militia an detur etiam in feudo novo?*
8 *Rata pretij an debeatur vigore donationis inofficioſæ.*
9 *Limitationes, in quibus ceſſat collatio, & non teneatur primogenitus conferre.*
10 *Pars pretij an attendatur juxta tempus emptionis, vel mortis patris.*

FRatres * ſecundogeniti an admittantur ad partem pretij, quod impendit pater in emptione feudi novi, & exivit ex ejus patrimonio, & ſi non fuiſſet impenſum, reperitur in arca patris. 1

Feudum † etenim tanquam indiviſibile non confertur, *Andr. in cap. Imperialem, §. præterea Ducatus* 2

n. 39.

n. 39. & ibi *Afflict. Reg. de Marin. lib.* 1. *reſ.* 128. *num.* 3.

3 Er dicta * para pretij habetor uti borgenſatica, ita *Camer. in d. §. praterea Ducatus fol.* 107. *lit. G. Reg. Latr. num.* 4.

4 Quæ pars pretij debita * ſecundogenitis in ſucceſſione feudali debetur jure collationis ex majorum noſtrorum interpretatione, ut *Reg. de Marin. lib.* 2. *reſ.* 85. *n.* 1. *Anna conſ.* 26. *nu.* 10. *Amat. conſ.* 6. *de Marin. ad Revert. dec.* 471. *n.* 4. *Montan. in d. c. Imperialem, §. praterea Ducatus n.* 128. *&* 131.

In ſeſſione duarum Aularum *Rovit. dec.* 38. *nu.* 2. tradit, habuiſſe pro vero, qood hæc pars pretij in feudo novo uullo modo poſſit deberi jure collatiouis, & quod *Andr.* qui primus omnium in *d. c. Imperialem, §. praterea Ducatus nu.* 30. *& in ult. edit. de prohib. feud. alien. per Frid.* uſus exemplo hujus collationis, non fuetit loquutus proprie, ſed impropriè, & quaſi per modum loqoendi, cùm rationes adductæ contra collatiouem urgeant, ut per *Minad. in Conſtit. in aliquibus verb. de ſucceſſione num.* 30. *Facchin. lib.* 7. *contr. jur. c.* 48.

5 Quæ propria, * ſeu impropria collatio fit, vel dando primogenitis tantumdem in aliis bonis paternis, vel delegando nomen debitoria, vel aſſignando fundum, vel aliam rem præſtando pro portione bonorum, quæ conferre tenetur, *de Marin. lib.* 1. *reſ.* 128. *n.* 11.

Pars pretij ſecundogenitis non debetur in pecunia numerata, ſed ſufficit, quod aſſignetur alia partis ſubſtantia aſcendens ad dictam ſummam, *de Marin. d. reſ.* 128.

6 Ideò * primogenitus cogi non poteſt ad vendendum feudum actione perſonali, non diſcuſſis omnibus bonis burgenſaticis. Etſi contrahat æs alienum cum aſſenſu, creditores illi præferuntur ſecundogenito pro illa parte pretij. Secus pro vita militia ſuper feudo, idem *de Marin. lib.* 1. *reſ.* 128. *n.* 13. *Conſil. D. Altim. ad Rovit. dec.* 38. *n.* 2.

7 Et * quod in Regno noſtro in beneficium filij ſecundogeniti fuerit introducta vita, & militia tam in feudo antiquo, quàm novo, ut *Amicangel. qq. feudal. q.* 14. *n.* 5. *& ſeqq.* ex pluribus rationibus. Quia contradicat voluntas patris acquirentis feudum pro filiis primogenitis tantùm. Et filius ſecundogenitus eſſet melioris conditionis, dum conſequitur medietatem extimationis in pecunia, & primogenitus retineat feudum in exiguo reditu. Ceſſetque collatio quoties poſſidens bona donata, non vult ſuccedere in cæteris bonis defuncti, ſed illa præcipuè retinere. Undè nullo modo poſſit tractari de collatione.

8 De alioque juris remedio tractari poſſe, * ut ſentit *Hortman. Piſtor. de feud. lib.* 2. *q.* 38. *n.* 66. qui putavit eſſe debitam filiis ſecundogenitis ratam extimationis feudi ex remedio inofficioſæ donationis, ut *Amicangel. ubi ſup. n.* 8.

9 In feudo novo empto à patre, * quamvis ipſo mortuo ſuccedat primogenitus, qui tenetur dare ſecundogenitis partem pretij erogati in emptione illius: Fallit tamen dicta conclosio, quando primogenitus eſt inſtitutus expreſsè in illo feudo, ſecundogeniti autem nominatim in certis corporibus allodialibus, ut deciſum refert *Reg. de Marin. reſol.* 85. *lib.* 1. & ad *Reg. Revert. dec.* 471. *n.* 4.

Nequa partem pretij tenetur dare primogenitus ſecundogenitis, ſi feudum habuit in contractu inter vivos, veloti per refutationem, vel ſimiliter, *Amicangel. q.* 13.

10 Altera potiſſima ſuboritur quæſtio, * an quando fratres ſecundogeniti venirent admittendi ad partem pretij in feudo novo, tunc attenderent tempus, quo feudum fuit emptum, & tunc ſolutum, & non tempus mortis patris.

Etenim totum feudum, & omne augmentum temporis ſpectat ad primogenitum, dum fratres jure collationis veniunt, ita rejecta opinione *Afflicti* ſcripſerunt *Lucas de Penna in l.* 1. *n.* 48. *C. de imponend. lucrativ. deſcript. lib.* 10. *Anna conſ.* 36. *n.* 6. & pluriès fuiſſe deciſum teſtatur *Minad. in Conſtit. Regn. in aliquibus in princ. n.* 32. *Camill. de Medic. conſ.* 124. *n.* 35.

Et licèt *Rovit. in pragm.* 24. *de feud. num.* 16. contrarium tenuiſſet, attamen fatetur doctrinam *Andr.* eſſe communem in *dec.* 38. *num.* 2. Et tandem dicto articulo latiſſimè diſputato in cauſa D. Annæ Coppula cum D. Julia ſorore primogenita, (quamquam *Reg. Latr. in præſenti Conſultatione* ſcripſiſſet pro contraria opinione, quod ſcilicèt attendatur valor tempore mortis *num.* 5. *& ſeq.*) Nihilominùs fuit deciſum contrarium tam per Arbitros, qui fuerunt Andreas Marcheſius, Vincentius Corcionus, & Fulvius Lanarius, quam per Sacrum Conſilium, à quo dictum laudum fuit confirmatum, ut refert idem *Latro in fine Conſultationis, & de Marin. d. c.* 128. *lib.* 1. *Conſ. Roccus reſp.* 100. *numero* 64. *&* 65. *lib.* 1.

ARGUMENTUM.

Particularis ſucceſſor an, & quando teneatur ſtare colono, & quid quando adeſt generalis hypotheca cum pacto de non contraveniendo, vel quod pendente ſolutione non transferatur dominium, vel adeſt juramentum, & emptor ſcivit, rem emptam fuiſſe locatam.

SUMMARIUM.

1 *Novus Dominus non tenetur ſtare colono.*
Limita, ſtante generali hypotheca, n. 2.
Sed contrarium, n. 3.
Intellige, ubi cum generali hypotheca adeſſet pactum de non alienando, vel non contraveniendo, numero 5. *&* 6.
Sed contrarium, cùm requiratur ſpecialis hypotheca, numero 8. *&* 12.

4 *Locator ſi rem locatam vendidit, tenetur ad intereſſe pro qua datur conductori retentio.*
Amplia quamvis intereſſe non eſſet liquidum, n. 9.

7 *Venditio rei locata cum pacto de non alienando, vel contraveniendo dominium in emptorem non transfert.*

10 *Conductor poteſt rem locatam retinere pro intereſſe ſibi à locatore debito, quamvis incerto.*

11 *Colonus pro meliorationibus in re conducta factis jus retentionis habet.*

12 *Juramentum habet vim ſpecialis hypotheca.*

13 Gutier. canon. quæſt. lib. 2. cap. 8. num. 33. *improbatur.*

14 *Emptor cum pacto de retrovendendo tenetur ſtare locationi. & n.* 16.

15 *Venditio cum pacto de retrovendendo num ſit pura venditio.*

17 *Conducter expelli non poteſt ab emptore pendente pretij ſolutione, ſi fuerit dominium à venditore reſervatum, donec pretium fuerit ſolutum.*

18 *Pactum quod pendente pretij ſolutione dominium non transferatur, num conditionalem faciat venditionem.*

16 *Emptor ſciens, rem ſibi venditam eſſe alteri locatam, non poteſt conductorem expellere, & de ratione, numero* 22.

20 Vincent. de Franch. in dec. 334. *declaratur.*

21 Jaſon. in l. cum filio familias, ff. de leg. 1. *defenditur,*

22 *Emptor*

22 *Emptor ſciens, rem eſſe locatam, dicitur eſſe in dolo.*

Pro hæredibus q. Livij Græci, contra Franciſcum Antonium de Ametrano, & Joan. Baptiſtam de Riminaldo.

CONSULTATIO XXVI.

CONduxerat q. Livius Græcus à Dominis Fabio, & Fratribus Caracciolis caratas duodecim Gabellæ Realis Piſcium, & alias ſex caratas à Joan. Baptiſta Caracciolo, cùmque per plures annos ſtetiſſet in affictu, & eo mortuo continuaretur per ejus hæredes, jam quod tempus non erat completum, prædicti de Caracciolo vendiderunt dictam Gabellam Franciſco Antonio Ametrano, & Joanni Baptiſtæ de Riminaldo, qui tanquam novi Domini inſtabant, conductores eſſe expellendos ex generali regula,
1 quod novus Dominus non tenetur ſtare colono, * ex vulgato text. *in l. emptorem, ubi glo. Cod. locat. l. arbores, §. 1. ff. de uſufr. l. qui fundum, ff. locati,* latè Anton. Gomez *lib. 2. variar. reſol. cap. 3. n. 8.* Alphan. Peruſ. *collect.* 60. Maria *voto* 139. Maſtrill. *dec.* 5. Fuſcus *ſingul.* 21. Barthol. Scappuccin. *in tract. de ſucceſſ. ſingul. cap. 1. de emptor. cum ſeqq.* & alij noviſſimè congeſti per Joſeph. Vela *differt.* 20. *n.* 7.

2 Quibus tamen † non obſtantibus contrarium ſpero judicandum in hac cauſa. Primò ſtante hypotheca generali in inſtrumento affictus facto dicto q. Livio, per quam limitari *text. in l. emptorem,* & conductorem non poſſe expelli, ſed in affictu manuteneri debere, ſcripſerunt ibidem Bald. & Angel. qui etiam de communi teſtantur, *Paul. de Caſtr. in l. ſi merces, §. 1. ff. locat. Crotus, & Socin. jun. in l. filius familias, §. divi, n. 183. ff. de legat. 1. Bart. in l. filius familias 26. §. finali, n. 2. ff. ſolut. matrim. Alex. poſt Roman. & Imol. in l. qui abſenti 38. §. ſi quis in poſſeſſionem, nu. 6. ff. de acquir. poſſeſſ. Socin. conſil. 90. num. 3. vol. 4. Lanfranch. in c. quoniam contra, in tract. de expenſ. col. 2. verſ. ecce exemplum, extra de probat. Angel. in l. emptorem, n. 2. Rum. conſil. 65. col. 3.* & de communi etiam teſtatur *Hippolytus de Marſil. ſingul. 321. Tiraquell. de retract. convent. §. 3. gloſ. unica, nu. 4. Gratus conſil. 95. lib. 2. Rum. conſ. 180. col. penult. lib. 1. Nicolaus Everard. in loc. leg. loc. 29. à feudo ad emphyteuſim, n. 52. Mareſcot. variar. reſolut. quæſt. 18. nu. 12. cum ſeq. Card. Tuſc. pract. concl. com. 2. lit. C. concluſ. 605. n. 5. Vela d. differt. 20. n. 8. Faria. in repertorio de contractibus, q. 8. n. 5.*

Et quamvis huic opinioni non deſint DD. qui contrariam ſequantur ſententiam, de quibus per *Vi-*
3 *vium † commun. opin. lib. 2. cap. 61. Capyc. dec. 182. n. Beroum conſ. 135. nu. 7. vol. 1. Annam alleg. 92. n. 2.*
4 tamen omnes admittunt, † ut teneatur locator ad intereſſe, qui interim rei locatæ retentione uti poteſt, *d. l. ſi fundus 16. §. in venditione verſ. ſi verò poſſideat, ff. de pign. l. mulier. verſ. quaro, ff. qui potior. in pign. habeant. Bart. in d. l. emptorem, n. 2. & Salic. n. 6.* & poſt alios *Petr. Barboſ. in d. l. filius familias, n. 31. ff. ſolut. matrim. Franciſc. Scappuccin. in dict. tract. de ſucceſſ. ſing. limit. 15. n. 3. Paſchal. de virib. patr. poteſt. part. 4. cap. 6. n. 15.* & alij innumeri noviſſimè congeſti per *Joſephum Vela d. differt. 20. n. 9. cum ſeq.* qui affert etiam *Negaſant. de pign. 1. membr. 2. par. n. 6.* & pro hac opinione fuiſſe judicatum habetur ex *Gaid. Pap. dec. 480.* & ſic etiam in S.C. refert deciſum *Maſil. ad Capyc. dec. 182. Cacher. dec. 156.* & acerrime hanc opinionem defendunt *Hieron. Grat. reſp. 95. lib. 1. Franciſc. Becc. conſil. 80. n. 5. cum ſeq.* & ab ea in judicando, & conſulendo non eſſe recedendum dixit *Vinc. Carroc. de loc. & conduct. tit. de ſucceſſ. part. 4. q. 25. cum ſeqq. Farinac. ubi ſupra, n. 20.*

Quod eo maximè procedit, quando cum generali hypotheca concurrit pactum de non alienando, * ut 5
poſt *Crot. Socin. Caſtr. Alexand.* & alios id firmant *Surd. conſ. 331. n. 15. Seraph. de privileg. juram. privil. 158. Parlad. rer. quotid. lib. 1. cap. 10. n. 28. Joannes de Hevia Volanno in Curia Philippica 2. part. ver. execution. §. 11. n. 5. Pichard. in manuduct. ad praxim* 6
par. 2. precept. 2. ex n. 12. ad 19. * & in pacto de non contraveniendo nec per ſe, nec per alios ſcribit *Rai. conſ. 180. col. fi. vol. 1. Bertrand. conſ. 18. n. 10. in 3. vol. Franch. d. dec. 302. n. 4.* quæ opinio fundatur, † 7
quia ex pacto prædicto nulla redditur venditio, & dominium penes venditorem remanet, ex *text.* ad literã juxta lecturam Piſanam *in l. ſi creditor, §. fi. ff. de diſtract. pignor.* ibi *nullam eſſe venditionem, ut pactioni ſtetur,* quam lecturam Piſanam licèt impugnet *Faber de error. Prag. tom. 4. decad. 87. err. 2.* tamen eam validiſſime defendit *Forcatulus in Cupidine juris periturum, tit. 13. nu. 9. & Anton. Merenda contr. jur. lib. 1. cap. 31. cum ſeqq.* quos refert idem *Joſeph. Vela differt. 14. num. 49.* & licèt ipſe contrariam ſequatur
ſententiam, † ut ſcilicèt non ſufficiat cum pacto prædicto generalis hypotheca, ſed quod requiratur ſpecialis, tenet tamen, quod cauſativè teneatur, hoc eſt, uſque quo non fuerit ſolutum intereſſe, & ita opiniones conciliat *Carroc. in loco ſupra citato, nu. 28.* qua opinione, quæ à nemine ferè contradicitur, attenta non poterunt iſti hæredes expelli, niſi prius ipſis intereſſe ſolvatur. 8

Nec prædictis obſtabit partis reſponſio, * quod 9
tunc deberet ſolvi intereſſe, quando certum eſſet, ſecus tamen quando eſt incertum, & illiquidum, ex *Burſat. conſil. 101. vol. 1.* & alia quia hoc procedere poſſet, quando conductor ageret, ſecus verò quando opponitur per viam exceptionis à conductore convento, *Socin. conſ. 99. lib. 1. Cuman. conſil. 170. col. fin. Petr. Ant. Augnuſ. conſ. 10. n. 13.* & de communi teſtatur *Gaid. Pap. qu. 480. nu. 6.* & alij per Carroc. in *d. tract. par. 4. tit. de ſucceſſ. quæſt. 25. n. 33.* eò ma-
xime, * quando conſtat in genere de intereſſe, licèt 10
quantitas ſit illiquida, quia tunc datur colono, vel conductori retentio, etiam ſi ei cautio offeratur, *Galleſ. ad form. Com. par. 4. qu. 2. n. 12.* qui teſtatur, ita fuiſſe in Rota Romana judicatum. *Rain. conſ. 84. col. fi. lib. 1. Capyc. dec. 17. Menoch. de recup. poſſeſ. remed. 15 quæſt. 46. n. 569. Pariſ. conſ. 60. n. 13. volum. 1.* Put. *deciſ. 12 de re judic.* Peregrin *dec* 88. Tiraq. late alios afferens *de retract. 3. gloſ. unic. n. 3.* Barboſ. *in d. l. ſi filius familias, §. ſi vir in quinquennium, n. 31. ff. ſolut. matrim.* Surd. *d. conſ.* 331. *n.* 32 Gaſp. Ant. Theſ. *lib. 2. q. forenſ. q. 13. n. 4. cum ſeqq.* & hoc procedere nedum reſpectu meliorationum in re conducta, * vel 11
ad coloniam data factarum, ſed etiam in damno, ſive intereſſe, quod conductor, ſive colonus paſſus fuit, tenet *Conrad.* alios referens *in l. unic. C. ſi de moment. poſſeſ. fuerit appell. q. 24. n. 20.* referens plures pro hac opinione fuiſſe judicatum, cùmque concurrant in hoc caſu generalis hypotheca, & pactum de non alienando, & non contraveniendo, ſequitur, conventum non eſſe moleſtandum.

Et quamvis prædicta ſufficerent ad obtinendum, tamen quando aliquam dubitationem paterentur, adhuc ex aliis prætendunt hæredes conductoris obtinere, † & primò, quia in inſtrumento locationis 12
cum generali hypotheca adeſt juramentum, quod habet vim ſpecialis expreſſionis hypothecæ, & propterea quod teneatur ſtare locationi, poſt *Soc. Neguſant. Gozad. Grat. Natt.* & alios fundat Surd. *dec.* 225. & ibi latè *Hodierna* & poſt *Gutierr. Seraph. Rauclaſ. Alexand.* & alios latè *Gaſp. Ant. Theſaur.* qui etiam contrariis reſpondet *quæſt. forenſ. lib. 2. q. 13. n. 10.* Magun. *dec. Lucenſ.* 97. *n.* 23. Cacher. *d. dec.* 150. *n.* 5. & Didacus à Brito *ad rubr. de locat. 2. part. §. 4.*

num.

n. 3. Seraph: *de privil. jur am. d. privil.* 158. *in fine.*

13 Nec prædicta obſtabit id, quod dixit Gutier. *canon. qu. lib. 2. cap.* 8. *n.* 33. dum dicit, quod juramentum non impedit dominii tranſlationem, ſed quòd poterit conductor, vel colonus fundum retinere, donec melioramenta ſolvantur, quia de ejus opinione non eſt curandum, cùm ipſe idem contrarium teneat *in l. nemo poteſt, nu.* 45. *ff. de leg.* 1. ubi etiam de magis communi teſtatur, & lariſſimè hanc opinionem comprobat Roland. à Vall. *conſ.* 6. *n.* 29. *li.* 1. nec pars potuit pro ſe allegare Franch. *dec.* 302. cùm pro utraque parte rationes referat, nec ſuam proferat in hoc articulo ſententiam.

Rurſus pro hæredibus conductoris ponderatur, venditiones fuiſſe factas cum pacto de retrovendendo, unde non poteſt dici, emptorem ſuccedere in plenum jus venditoris, & ex his ſequitur vera conclusio, * quod quando in univerſum jus venditoris
14 non ſuccedit, non poteſt conductorem expellere, ut poſt *Bart. Angel. Imol. Alex.* & alios habetur ex Duen. *reg.* 240. *n.* 6. Surd. *d. dec.* 223. *n.* 18. Franch. *deciſ.* 216. *n.* 2. *cum ſeq.* Bal. *in l. venditione §. ſi quis fructus, nu.* 4. *ff. de ben. author. Judic. poſſid.* Grat. *reſponſ.* 95. *nu.* 12. *libr.* 1. *Emanuel Suar. de Theſaur. in verbo conductor, nu.* 212. *Carocc.* qui alios cumulat *in d. tit. de ſucceſſore, part.* 4. *quæſt.* 25. *nu.* 25. qui de communi
15 teſtatur. Nec partis objectio, † quod venditio cum pacto de retrovendendo ſit vera, & pura venditio aliquid importat, ſiquidem negari non poteſt, quod penes venditorem aliquid remanet, quod eſt pactum redimendi, & ſit dominium non plenè penes emptorem fuit tranſlatum, ſed revocabiliter, & in
16 terminis in emptore cum pacto de retrovendendo, * quòd non poſſit conductorem expellere, Franciſc. *Scappucin.* in allegato *tract. de ſucceſſore ſing. limit.* 1. *num.* 1. & eum refert, & ſequitur Viſcon. *in addit. ad deciſ. de* Franch. 216. *verſ. & quando emptor teneatur,* in impreſſis Auguſtæ Taurinorum.

Inſuper reſpectu Ametrani fuit per venditores reſervatum dominium, donec de pretio fuerint ſatisfacti, † quo caſu non tranſlato dominio pleno jure
17 in emptorem, indubitabile eſt, non poſſe conductorem expelli, ut fuiſſe judicatum in S. C. habetur ex Franch. *dicta deciſ.* 216. quia venditio redditur conditionalis, & interim eſt locatio, & non venditio, de Ponte *de poteſt. proreg. tit. de ceſſat. feud. §.* 3. quem ad hoc allegat Viſcont. *in addit. ad deciſionem de Franch.* 506.

Nec obſtabit partis adverſæ conſideratio, dum ex *Vinc. de Franch. d. deciſ.* 506. *numero* 15. poſt *Bald. Didac. Afflict. Tiraquell.* & alios dicit, quod hoc
18 pactum * reſervationis dominij ſit connaturale contractui venditionis, quòd optimè probat *Bald. in rubric. de contrahend. emption. in* 13. *quæſt.* quia idem *Franch. num.* 19. tenet, quod quamvis non obſtante dicto pacto ſit vera, & pura venditio, attamen hypotheca contrahi non poteſt, cùm venditor dominus remaneat, nec mirum, quia pactum prædictum non eſt perpetuum, ſed temporale, hoc eſt, donec fuerit ſolutum pretium, *Surd. deciſio.* 137. Magon. *deciſion. Florent.* 92. *& Lucen.* 31. *de Pont. de poteſt. Proreg. tit.* 8. *§.* 3. *nu.* 15. *cum ſequentibus*, & ipſimet venditores jam ante exercuerunt pactum de retrovendendo pro aliis ſex caratis emptis ab eodem Livio cum pacto de retrovendendo.

Et demum negari non poteſt, emptores ſciviſſe rem fuiſſe Livio Græco locatam, * cùm erat negotium ſatis notorium, ex quo ſequitur & alia limita-
19 tio ad *d. l. emptorem*, quia hoc caſu non poteſt emptor conductorem expellere, ut latè habetur per Surd. *d. dec.* 225. *n.* 6. *&* 14. *uſque in finem, & dec.* 265. *num.* 28. *&* 172. & poſt *Beronm, Gozadin. Cephal. & Carocc. Gaſp. Anton. Theſaur. dict. quæſt.* 13. *lib.* 2. *nu.* 12. *Magon. deciſ. Lucenſ.* 11. *Joſeph. Ludovic. in deciſ. Lucenſ.* 38. *Franch. d. deciſ.* 302. *n.* 36. *Burſat.* latiſſimè *conſ.* 101. *vol.* 1. *Peregr. dec.* 136. *n.* 12. *Peg. dec.* 250.

Et limitatio, quæ à parte adducitur, quod nedum requiratur ſcientia, verùm etiam quod requiratur, quod venditor reſervet partem coloni, * non eſt vera, 20
nec eam tenet Franch. *in deciſio.* 334. ut ipſi aſſerit, nam in caſu propoſito in deciſione non ſupponebatur ſcientia, & quamvis incidenter adducat opinionem Jaſon. *in l. cum filio familias, ff. de legat.* 2. & dicit, * quod litera ſibi videtur corrupta in eo, quod 21
dicit de ſcientia venditoris, quia eo caſu videtur vendidiſſe jus, quod habet, & licèt re vera doctrina *Jaſonis* intelligenda ſit de ſcientia emptoris, non venditoris, ut dixit Socin. jun. *in d. l. cum filiofamilias*, quem ſequitur *Ludoviſ. deciſ.* 830. tamen doctrinam *Jaſonis* eſſe veram affirmat *Theſaur. deciſione* 55. & malè fuiſſe à *Socin. juniore, & Joſepho Ludovico* reprehenſum, & pro hac opinione pluries fuiſſe judicatum refert Surd. *dicta deciſione* 265. *numero* 51. qui etiam reſpondet *Socino juniori, Ludovico*, & etiam *Franchis*, & contra opinionem *Socini* fuiſſe judicatum refert *Vivius commun. opin.* 127. *part.* 1. *Capciol. de ſucceſſion. n.* 117. *fol.* 35. *Thorns in* 1. *part. compend. folio* 180. *in verb. emptor*, *Gratian. diſceptation. forenſ. capite* 99. *numero ſeptimo*, ut cumque tamen ſit, in hoc caſu habemus nedum ſcientiam venditoris, ſed etiam emptoris. Nec obſtabit, quod ſcientia ſimplex, & præſentia nihil præjudicent, quia huic argumento reſpondet Surd. *in dicta deciſione* 225. *numero* 14. *&* 21. ubi dat rationem, quia emptor ſciens, rem eſſe locatam, * dicitur in dolo, 22
Imol. *in l. ſi filio*, 2. *colum. verſic. circa prædicta, ff. ſolut. matrim.* Natt. *conſ.* 429. *num.* 16. Ceph. *conſil.* 718. *num.* 12. *cum ſeq.*

Ex quibus juſtitia hæredum q. Livij Græci remanet undique fundata, non eſſe expellendos à prætenſis novis emptoribus à dicto affictu Gabellæ Realis Piſcium.

Hac cauſa, ut audivi, fuit concordata, imò nec venditio facta Ametrano, & Rinaldo habuit effectum, cùm Gabella hodie poſſideatur per eoſdem de Caracciolo.

OBSERVATIO IN CONSULT. XXVI.

ARGUMENTUM.

Emptor an teneatur ſtare colono ſi adſit generalis hypotheca cum juramento cum pacto de non alienando, vel non contraveniendo. Pactum de non alienando inducatur per clauſulas æquipollentes. Et quæ ſint. Undè idealis hodiè diſpoſitio *text. in l. emptorem, C. locat.* Vendens rem cum pacto de retrovendendo reemens teneatur ſtare locationi.

SUMMARIUM.

1 *Emptor an teneatur ſtare colono ſi generalis hypotheca cum obligatione de non contraveniendo intervenerit.*
2 *An ſit neceſſaria ſpecialis hypotheca?*
3 *Quid operetur juramentum.*
4 *Pactum de non alienando qualiter ſuffragetur, & inducatur per verba æquipollentia.*
5 *Redimens venditor virtute pacti de retrovendendo, an teneatur ſtare colono?*

PArticularis ſucceſſor an teneatur ſtare colono, 1
ſi adſit generalis hypotheca cum pacto de

non

non contraveniendo. Affirmant poſt alios *Mareſcott. var. q. 18. n. 12. Tuſc. practic. t.2. lit. C, concluſ.605. Vela diſſert. 20. n. 8.* volentes, quod ſingularia ſucceſſor manutenendus ſit in affictu, *Reg. Latro conſult. 26. num. 2.*

2 Negant alij ſentientes ſolummodò, * ut teneatur locator ad intereſſe, & conductor poſſit interim uti retentione pro intereſſe. Eò maximè, quando cum generali hypotheca concurrit pactum de non alienando, *Latro n. 5.* Idemque ait procedere in pacto de non contraveniendo, nec per ſe, nec per alios, *Vela diſſert. 14. nu. 49.* licèt ipſe contrarium teneat, ut ſcilicèt non ſufficiat generalis hypotheca cum pacto prædicto, ſed quod requiratur ſpecialis, tenens inſuper, quod cauſativè teneatur, hoc eſt, uſque quò non fuerit ſolutum intereſſe, qua opinione attenta conductor non poteſt expelli, niſi priùs ſolvatur ipſi intereſſe, ex *Carocc. Latr. n. 7. & 8.* ubi tradit hanc opinionem à nemine contradici, *& ſeqq.* ubi quod detur retentio, etiamſi cautio offeratur, quando quantitas ſit illiquida, ſi in genere conſtet de intereſſe.

Major difficultas eſt, * quando cum pacto de non alienando concurrit generalis hypotheca, an tunc ratione juramenti inducta ſit hypotheca ſpecialis, & propterea novus dominus teneatur ſtare locationi? Et *Gaſp. Theſ. lib. 2. q. ſer. 13.* & alij pugnant pro conductore. Nec poſſe in contrarium allegari *dec. 302. de Franchis.* Quia pro utraque parte rationes referat, ità *Latro n. 13.* & *Ego* obſervo ad eandem *dec. num. 6. & Gaſp. Theſaur. n. 5.*

3 Cæterùm dixi juramentum operari, * ut factum præcipuè præſtetur, & quod emptor ſtet locationi, latè *Gaſp. Theſaur. n. 11. Merlin. de pignor. lib. 4. q. 140. n. 41.* & judicavit *Rota dec. 111.* poſt *Merlin. n. 3.* & apud *Otthobon. dec. 19. n. 3.* & licèt non deſint contradicentes. Attamen pro conductore deciſum tradit *Cancer. lib. 1. var. c. 14. n. 29.* & probat *Carocc. diſcept. 19. n. 14.* qui ità ſalvat *dec. Sanfel. 366.*

4 Pactum de non alienando * an inducatur per æquipollentia verba, *Praſ. de Franch. n. 3.* non declarat. Alij tamen dicunt reſultare ex clauſulis generalibus, ſcilicèt: *Quæ omnia promiſerunt Partes habere rata, & firma*, poſt alios *Reg. Latr. nu. 60.* Contrarium tenet *Surd. conſ. 331. n. 34.* ex eo, quod *Doctores* requirant pactum expreſſum, aliàs vana redderetur diſpoſitio, *l. emptorem, C. locat.* Quia pactum de obſervando contractum, ſemper ineſt locationi, *Merlin. ubi ſup. q. 172. numero 53.* Et idealis ſit diſpoſitio *text. in d. lib. emptorem.*

5 Redimens rem venditam cum * pacto de retrovendendo teneatur ſtare locationi, quando poſt redemptionem adhuc locatio eſſet duratura, hanc quæſtionem diſputat *Giurb. dec. 58. n. 8. & 10.* pro negativa concludit, niſi fraudis, & colluſionis probatio reſultaret ex penſionis diminutione, quinimò neque ſufficeret, ſi aliæ non concurrerent, *Giurb. ubi ſup. Card. de Luca de locat. diſc. 16. n. 2.*

✿✿✿✿✿✿✿✿ ✿✿✿ ✿✿✿✿✿✿✿✿✿

A R G U M E N T U M.

In protomiſeos, ſiva jus retractus an, & quando habeat locum in feudo hæreditario, ad explicationem text. *in cap. §. Titius, ſi de feud. defunct. mil. fuerit controverſ. & in cap. 1. §. ſed & res, per quos fiat inveſtitura, & in 2. §. porro, qualiter olim feudum alienari poterat,* & an agnatus, vel creditor præferatur, an habeat locum in venditione ſub haſta.

S U M M A R I U M.

1 *Agnatus, & creditor an præferatur in venditione feudi hæreditarij, & nu. 52. ſi Quid credita ſunt illiquida, n. 5.*

2 *Prælatio, ſive jus protomiſeos an habeat locum in feudis hæreditariis, & an agnatus debeat offerre quicquid ab alio offertur. n. 3. 11. & 12.*

4 *Licitatio animoſa non eſt admittenda.*

6 *Aſſenſus Capituli Neap. conceſſi non operatur, ubi capitulis matrimonialibus deficit hypotheca expreſſa bonorum feudalium.*

7 *Hypotheca pro reſtitutione dotis an retrotrahatur ad diem promiſſionis, & ſic ad capitula matrimonialia.*

8 *Aſſenſus Capituli non operatur in promiſſione de obligando ſacta in capitulis matrimonialibus, niſi ſervata cum effectu obligatione.*

9 *Aliud eſt promittere decem, aliud verò ſe obligaturum ad decem.*

10 *Intereſſe an debeatur uxori conſtante matrimonio à die petita aſſecurationis dotium.*

12 DD. *tenentes prælationem non dari in feudis hæreditariis, ſed tantum in feudis ex pacto, & providentia ſunt majores numero, & auctoritate DD. qui contrarium ſentiunt.*

13 Paris. *aliique DD. qui pro prælatione ſcripſerunt, declarantur.*

14 *Jura loquentia de jure retractus in feudis ex pacto, & providentia extenduntur ad feuda hæreditaria, & de ratione, n. 15. 16. 17. & 18.*

19 *Feudum ex pacto in quo differat à feudo hæreditario.*

20 *Inventarium operatur tam in feudis mixtis, quam in feudis ex pacto, ſed contra, n. 23. & 25.*

21 *Feudum mixtum quod dicatur, & an capiatur uti hæres, vel vigore primæ inveſtituræ, num. 22. & an differat à feudo hæreditario, n. 25. & 31.*

24 *Feuda hodie in Regno ſecundum formam inveſtiturarum non ſunt mixta, ſed merè hæreditaria, & inventarium non prodeſt.*

26 *Alienatio feudi hæreditarii valet, non ſolùm in vita alienantis, ſed ejus hæres tenetur approbare alienationem*

27 *Agnatus non poteſt habere feudum hæreditarium, niſi hæres in ipſo feudo, quamvis non ſit hæres ultimi decedentis.*

28 Text. in l. cum à matre, C. de bon. quæ liber. *quomodo procedat in feudis.*

29 *Alienans feudum abſque aſſenſu de jure communi feudorum illud amittebat.*

30 *Jus revocandi, quod habeat Rex feudorum alienatorum abſque aſſenſu, ceſſit alienanti vigore* Conſtitut. Conſt. Divæ memoriæ *& ſub n. 46.*

32 Text. l. ſi in emptionem, ff. de minor. *an habeat locum in feudo hæreditario, & fundatur in minori ætate, & quod res fuerit majorum, n. 33. ac etiam in diem adjectione, n. 34.*

35 *Prælatio non habet locum in feudis hæreditariis, nec competit agnato in feudo noviter quæſito, n. 36. & quare, n. 38.*

37 *Agnatus poteſt ad libitum diſponere de feudo novo in præjudicium agnatorum.*

39 *Feudum novum in omnibus æquiparatur feudo hæreditario.*

40 *Quilibet poteſt de re ſua ad libitum diſponere, ſecundum jus commune, fallit in feudo ex pacto, & providentia, n. 41.*

42 *Conſuetudines feudales in materia retractus strictè interpretantur, nec extenduntur extra caſus, in quibus loquuntur, etiam ſi caſus ſint ſimiles, parem, vel majorem rationem habentes.*

43 Text. in ſ. Titius, & in ſ. ſed & res, ubi Andreas *non loquuntur de prælatione, ſed de revocatione.*

44 *Revocatia competit agnatis in feuda ex pacto, & providentia tantum, non in feudo hæreditario.*

45 *Rex, & agnatus tenentur conſentire alienationi feudi ex pacto, & providentia.*

46 *Revocatia vigore* Conſtit. Conſtit. Divæ memoriæ *habet locum, ſi alienatio eſt nulla ex defectu aſſenſus, & ſic jure proprio, hoc eſt jure Regis, ſed in feudo ex pacto ſit jure proprio, non jure Regis.*

47 *Deciſio cauſæ Juliæ Muſettulæ fuit lata per tres Judices, quorum unus votavit per alia media.*

48 *Deciſio cauſæ Ducis Laurini facta abſque matura diſcuſſione per* dec. 1 a. de Ponte.

49 *Deciſiones latæ in cauſis Juliæ Novæ & Durazzani habuerunt alias cauſas particulares.*

50 *Jus retractus non habet locum in venditione ſub haſta, nec in venditione neceſſaria, n.* 51.

52 *Filius vivo patre in feuda hæreditario vendito ab ipſo patre, non habet prælationem, ſeu jus revocandi.*

Idem ſi vendat Judex, n. 53.

54 *Factum Judicis dicitur factum partis.*

55 Text. in l. 1. Cod. de privil. credit. *quando habeat locum, & n.* 56. 57. 58. *&* 59.

Et quid fuerit deciſum per S. C. in ſimili, n. 60.

Pro Illuſtr. Principe Collubrarij, & Creditoribus Marchionis Orioli, contra D. Alexandrum Pignonum.

CONSULTATIO XXVII.

1 FActis ſubhaſtationibus ab * anno 1595. uſque hodie pro venditione Terræ Orioli, factaque noviſſimè oblatione ducatorum ſexaginta octo mille, D. Alexander Pignonus, Marchionis debitoris filius, & tanquam agnatus, & tanquam creditor petiit S. C. in emptione prædictæ terræ ſe præferri pro ejus prætenſo credito, factoque decreto per Sacrum Conſilium, quod citra præjudicium jurium partium accendatur candela ſuper oblatione facta, illa accenſa in aula S. C. remanſit Illuſtr. Principi Colubrarij pro ducat. 71. mil. qui facto depoſito inſtitit pro conſignatione poſſeſſionis, ex adverſo autem prædictus D. Alexander prælationem contendit.

Dicunt creditores, prætenſionem D. Alexandri in facto non fundari, & in jure non ſubſiſtere, prout breviter ex infra ſcriptis demonſtrabitur.

Et admiſſa pro nunc opinione, * quod prælatio,
2 ſive jus protomiſeos habeat locum in feudis hæreditariis ſecundùm deciſionem relatam per D. da Ponte *in dec.* 21. quam veram non eſſe infra demon-
3 ſtrabimus, * attamen dubitari non poteſt, quod debet agnatus offerre quicquid ab alio affertur, nam text. *in ſ. ſed & res, per quos fiat inveſtitura* non dixit agnatum eſſe præferendum pro pretio, pro quo fuerit appretiatum, ſed pro æquali pretio, quo alius emit, & text. *in ſ. Titius. ſi de feuda defuncti milit.* dicit, quod poteſt agnatus pretio reddito recuperare feudum, etiam in vita alienantis, & hanc opinionem re-
4 lata alia, † quod non ſit admittenda animoſa licitatio, eaque reprobata in caſu *d. ſ. Titius*, fundat poſt Bal. Martinum Laudenſ. Alvarot. Præpoſitum, Afſl. Petrum Ravenn. plenè Hartman. Piſtorius *lib. 2. qu.* 12. *n.* 9. & Tiraq. *de retract. ſ. 1. gloſ. 18. n. 7. &* 8. quod funditur ex verbis *text.* prædicti, maximè quando ceſſat fraus.

Nec poteſt prætendere prælationem * pro ejus
5 prætenſis creditis, ſiquidem ſua credita ſunt illiquida, duo enim prætendit fundare credita, alterum ducatorum viginti quatuor mille eidem perventorum ex depoſito facto per Illuſtr. Principem Oriæ in beneficium D. Alexandri, & Mariæ Pignonæ & liberatum creditoribus Marchionis, & in hoc advertatur, quod depoſitum fuit factum non ſolum per D. Alexandrum, ſed per D. Mariam, & ſic actio fuit acquiſita pro dimidia unicuique eorum, & propterea D. Alexander non eſt creditor, niſi pro duc. 12. mil. ut fuit notatum in relatione facta per Scribam cauſæ, quamvis hodie in actis non appareant conceſſiones, neque aſſenſus ſuper illis.

Aliud verò creditum eſt ducatorum viginti mille dotium, & in hoc erit animadvertendum, quod ſi attendimus diem inſtrumenti dotalis, erit poſterius omnium creditorum, & ideò prætendit ſe graduare à die firmæ capitulorum matrimonialium, quod quidem cùm tractetur de feudo, non poteſt practicari, ex quo deficit aſſenſus, * neque in iſto caſu poteſt ſe 6
juvare aſſenſu Capituli Neapolitani, quia cùm in capitulis deficiat hypotheca, aſſenſus Capituli non operatur, prout tenuit Camer. *in cap. Imperialem, car. 55. l. F. uſq. lit.* K. ubi expreſsè tenuit, quod quamvis aſſenſus Capituli habeat locum in capitulis matrimonialibus, tamen intelligitur, quando in eis adeſt expreſſa hypotheca bonorum feudalium, & ita fuiſſe deciſum in anno 1573. notatur per *Add. ad dictum Capitulum* regiſtratum in volum. Pragmaticarum *in pragmat. 3. ſub tit. de feudis*, & fuit in cauſa Angelæ de Capita cum Michaëla de Villanova, idem videtur tenere Joann. Vincent. de Ann. *in repetitione Conſtitutionis Divæ memoriæ, num.* 239. dum allegat Minadoum, *& nu.* 240. dum allegat Camer. & Franc. de Amicis *in tract. de his, qui feud. dar. poſſ. cap. ſequitur modo* idem teſtatur obtinuiſſe, ſe patrocinante, quod aſſenſus Capituli ubi non adeſt expreſſa hypotheca, non juvat, ut f. 244. *Regens de Ponte* hoc indiſtinctè tenet ex verbis ejuſdem Capituli *conſ. 75. nu. 54, lib. 2.* & noviſſimè *Rovitus in pragm. 8. de feudis, n.* 9. & quamvis hypotheca pro reſtitutione dotis retrotrahatur ad † diem promiſſio- 7
nis, & ſic ad capitula matrimonialia, tantummodò firmat, ut refert Franchis *in dec. 677.* Doct. cumulat Molfeſius *part. 6 de jur. dec. q. 2. n. 14. cum ſeq.* tamen hæc eſt fictio, & proinde intelligitur de tacita, & non de expreſſa.

Nec dicatur, quod in his capitulis adſit hypotheca expreſſa, quia ſi rectè legantur, non adeſt in eis niſi promiſſio de obligando bona feudalia, & ad faciendum inſtrumentum cum obligatione bonorum feudalium, ſed cum conditione, ſequuta ſolutione duc. 15. mil. & facto inſtrumento mutui pro aliis duc. 5. mil. quod inſtrumentum numquam fuit factum, & ſolutio duc. 5. mil. non fuit facta, * niſi in anno 1589. & 8
1590. & hoc in individuo tenet Grammat. *in deciſ.* 103. *nu.* 189. *cum multis ſequentibus*, loquens propriè in promiſſione de obligando facta in capitulis matrimonialibus, quod non operatur aſſenſus Capituli, niſi ſequuta cum effectu obligatione, quæ doctrina cùm ſit punctualiſſima ad eam, rogo, * ut videatur, 9
quia aliud eſt promittere decem, aliud promittere ſe obligaturum ad decem, *l. in bonæ fidei, ſ. fi. ff. de eo, quod certo loco.*

Nec me movet decretum S. C. confirmatum in gradu reclamationis in Collat. Conſ. quod graduetur in die capitulorum matrimonialium, quia verè articulus non fuit diſcuſſus, ut decideretur, & ut audivi à Dominis Judicantibus, ſe fundaverunt in facto, non verò quod in capitulis aderat hypotheca.

Sed quatenùs eſſet † creditor anterior pro dictis 10
dotibus, quod negatur, adhuc non potuit prætendere intereſſe conſtante matrimonio à die petitæ aſſecurationis, tum quia nunquam fuit ſubſequuta ſententia aſſecurationis, tum etiam quia quando fuiſſet ſequuta, adhuc omne id, quod alimentis ſuperfuiſſet, non uxori, & ejus hæredibus acquirere-

tur;

tur, ſed marito, ejuſque creditoribus, prout latiſſimè diſcurrit Franch. *in deciſ.* 617. tantò magis, quia ex relatione facta apparet, quod Marchioniſſa habuit in cauſam declarandam, & ex retentione affictus ducatos ſexdecim mille, & plus, cum quibus, & cum continua habitatione in prædicta Terra Orioli tanquam affictatrix, & etiam pro eo tempore, quo non fuit affictatrix, uti uxor Marchionis exigit etiam annuos duc. 140. pro Camera reſervata, & alia ex bonis Marchionis, quæ dato termino probanda erunt per creditores.

Et ſic apparet, quod credita D. Alexandri non ſunt explicita, immò maximam habent difficultatem, & requirunt proceſſum, & judicium auditis creditoribus, & propterea non poteſt pro illis præferri, ſed debet deponere pecuniam explicitam, prout in ſimili fuit deciſum cum Marchioniſſa petente affictum, quia dum prætendebat affictare cum retentione prætenſi crediti, non fuit admiſſa, & fuit dictum, quod faciat explicitam oblationem.

Ponderatur etiam, quod adſunt nonnulli creditores anteriores, & quamvis adverſus credita prædicta nonnulla opponat D. Alexander, tamen ipſe non debet prædictum pretium retinere; nè creditores in infinitum protrahantur, ſed debet pecuniam deponere.

21 Quibus ſtantibus non opus eſt examinare articulum, ſi prælatio habeat locum in feudis hæreditariis, nam certum eſt, quod text. *in cap.* 1. *§. Titius ſi de feud. defunct. militis fuerit contr. & in capit.* 1. *§. ſed & res, per quos fiat inveſtitura, & text. in c.* 1. *§. porro, qualiter olim feud. alienar. poter.* loquuntur in feudo ex pacto, & providentia & non in feudo hæreditario, prout tenuerunt

Iſern. in d. §. Titius, & in §. ſed & res.
Afflict. ibidem n. 4.
Alex. conſ. 26. *lib.* 5.
Nat. in add. ad d. conſ. Alex.
Zaſ. de feud. par. 8. *n.* 61.
Brun conſ. 80.
Craſſ. commun. opin. qu. 25.
Cephal. conſ. 133 *n.* 73. *&* 76.
Intrigl de feud. cent. 1 *q* 51. *n.* 11.
Cannet. in extravag volentes §. proſpexit, numer. 11. *& ſeqq.*
Fenc. lib. 3. *differ.* 2. *inter feud. ex pact. & provid. & feud. hær.*
Paris de reintegr. feud. f. 133.
Lipar. in d. §. Titius, lit. C. verſ. 5. *præmitto, & in verſ. ſi hæreditarium, f.* 153. *lit. C.*
Quos refert *Rovit. ſub rubr. de feudis, num.* 18. quibus addo.
Dec. conſ. 144. *&* 390.
Gramm. dec. 103. *&* 207.
Camer. in l. Imperialem, car. 98. *& cap.* 90. *col.* 3. *verſ.* 4. *concluſio.*
Loffr. conſ. 1. *n.* 212. *& in d. §. Titius, & conſ.* 14. *n.* 51.
Gozzad. conſ. 9. *n.* 53.
Riminald. jun. conſ. 5. *n.* 54. *lib.* 1.
Franch. dec. 1. *n.* 29.
Rol. à Vall. qui teſtatur de communi *conſ.* 57. *numero* 76. *lib.* 3.
Intrigl. de feud. cent. 2. *art.* 32. *n.* 47.
Ruin. conſ. 1. *n.* 15. *lib.* 1.
Ianar. conſ. 69.
Thesaur. dec. 99.
Affl. in Conſt. Prædeceſſorum, n. 4.
Bambac. qui dicit hanc opinionem veriſſimam *in d. §. Titius.*
Balzar. in d. §. ſed & res.
Garſ. Maſtr. in conſ. unicn poſt dec. lib. 1. *n.* 63.
Menoch. conſ. 745. *n.* 43.
Pro parte verò affirmativa adducuntur per *Reg. Rovit. in rubr. de feudis, n.* 32. infra ſcripti *Doctores*

Affl. in c. 2. *§. hoc quoque n.* 56. *de ſucceſſ. feudi.*
Paris d. fol. 133.
Jaſ. 56. *lib.* 3.
Schrader. de feud. par. 8. *c.* 7. *n.* 26.
Hartman. lib. 2. *q.* 11. *par.* 1. *n.* 20.
Jul. Clarus in §. feudum, q. 42.
Seraph. conſ. 82. *n.* 2. *cent.* 2.
Cannet. in cap. proſpexit, n. 17. *&* 18.
Intrigl. de feud. cent. 2. *art.* 32. *n.* 8.
Goffred. Anton. diſput. feud. 10. *theſ.* 5.
Roſenthal. c. 9. *membr.* 2. *n.* 7. *concl.* 89.
Fab. de Anna obſerv. 10.

Et ſic apparet,* quod ſunt pro opinione negativa 12
29. *Doctores*, inter quos adſunt *Andr. de Iſern. & Camerarius*, pro opinione autem, quod habeat locum jus protomiſeos in feudo hæreditario tantum duodecim *Doctores*, & ſic numero, & authoritate minores

Verùm, † pareat mihi authoritas tanti viri, major 13
pars ipſorum non probat opinionem, pro qua allegantur. Nam Paris *in f.* 133. *n.* 14. *&* 15. potiùs fundat opinionem, quam defendimus, dum allegat text. *in d. §. ſed & res*, immò *in fin.* fundat expreſsè pro opinione negativa in feudo hæreditario, ut *nu.* 17. & ſic intelligunt eum *Hart. Piſtor. & Roſenthal.* contrariæ opinionis ſectatores, & Schrader. *in cap.* 9. *membr.* 2. *concl.* 8. *in fin. Jaſ. in* allegato *conſ.* 56. *l.* 3. loquitur in feudo ex pacto, & providentia. Intrigliol. *cent.* 2. *art.* 32. allegat Clar. *in loco* allegato, qui contrarium, & ſic noſtram ſequutus fuit opinionem *ibidem* n. 47. ubi teſtatur de magis communi ex allegato *conſ. Rol. à Vall. Cannet. in d. extravag. volentes §. proſpexit*, expreſsè tenuit contrarium, & ſic remanent pauci qui hanc opinionem tenuerunt.

Verùm dictæ * opinionis ſectatores negare non 14
poſſunt, quòd illa tria jura, ex quibus elicitur, in feudis habere locum jus retractus, loquantur in feudo ex pacto, & providentia, verum illa extendere intendunt etiam in feudo hæreditario, ex quatuor potiſſimè fundamentis.

Primò, quia in feudo hæreditario eſt incluſa qualitas pacti,* quia ſunt vocati hæredes ex ſanguine, ſed 15
un hæredes, & ſic feudum mixtum ex inveſtitura erigitur, & propterea jura loquentia de prælatione in feodo ex pacto, debent intelligi etiam in feudo hæreditario, in quo ineſt qualitas feudi ex pacto, dum agnati vocantur, quamvis cum qualitate hæreditaria.

Secundò,* quia ceſſat ratio text. *in l. cum à matre,* 16
C. de rei vend. ex quo agnatus non contravenit facto defuncti, imò vivo alienante, & ſic antequam ſit hære, prælationem quærit.

Tertiò, *quia nedum non contravenit venditio- 17
ni, immò expreſsè eam firmat, nam dum petit prælationem, præſupponit venditionem perfectam, ſed ex propria perſona retrahit feudum venditum.

Quartò, * quia viget eadem ratio in feudis ex pa- 18
cto, quæ in mixto, ſive hæreditario, dummodo feudum ſit antiquum, hoc eſt, affectio & imagines majorum.

Verùm diligenter prædictis & aliis adductis conſideratis apparebit, quod nullo modo ſtringunt, nec obſtabit primum fundamentum, * maxima enim eſt 19
differentia inter feudum ex pacto, & feudum hæreditarium, cùm in feudo ex pacto poſſeſſor feudi nullo modo poteſt præjudicare ſucceſſoribus, quod non militat in feudo hæreditario, cùm poſſit poſſeſſor de eo diſponere ad libitum cum conſenſu Regis, prout ultra *Regnicolas in c. Imperialem, de prohibita feud. alien. per Feder.* probat Alex. *conſ.* 28. *vol.* 5. *col. penult.*

Secundò reſpondetur, quod omnes, qui iſtam opinionem admiſerunt in feudis mixtis, ea ratione moventur,* quia in ipſis operatur inventarium, ſicut 20

in feudo ex pacto, & vocant feudom mixtum illud
21 feudum,* in quo quamvis ſit neceſſaria qualitas hæ-
rediraria, attamen non tenetur ad onera, facto in-
ventario, niſi pro bonis allodialibus,& iſtud feudum
22 non capitur ut hæres, ſed vigora primæ inveſtituræ,
prout loquitur Bal. *in c.1. de eo, qui ſibi, & hæredibus
ſuis*, de quo feudo mixto loquitur plenè Surd. *in tra.
de alimentis ,q. 10. tit.4. n. 22. 23. & 24.*Immò idem
Surd.*in conſ.*108.*n.*11.dicit,quòd non ſit verè res hæ-
tediraria, ſed non noa loquimur de iſto feudo mixto
taliter conſiderato , ſed loquimur de illo feudo, in
quo ſuceeſſor non poteſt habere feudum niſi titulo
hæreditario , & tenetur crediroribus defuncti
etiam facto inveutario , uſque ad valorem feudi ; &
huc etiam fundat D.de Franch. *in deciſ.* 387. qui re-
23 probata illa opinione *Civiliſtarum*,* quod in feudo
mixto operatur inventarium,ſicur in feudo ex pacto,
24 tener quod forma inveſtituræ in * Regno non facit
feudum mixtum ſed feudum merè hætediratium ,
nec proficir inventarium , idem tenet Camill. de
Curt.*in ſuo diverſ.feud.f.* 49.*n.*53. *uſque ad* 57. ex
quibus apparet etiam reſponſum, tam ad Julium
Clarum , quam ad omnes, qui loquuntur de feudo
25 mixto,*quia maxima eſt differentia inter qualitatem
illius feudi mixti, de quo per dictos *Doctores* & no-
ſtrum feudum hæreditatium.
26 Nec obſtabit ſecundum argomentum , * quia
quando feudatarius alienat feudum hæreditarium ,
nedum alienatio valebit durante ejus vita , ſed e-
aiam ejus hæres tenebitur approbare illius aliena-
aionem , prout dixit Petrus de Gregor. *de conceſ.
feud. part.* 2. *quæſt.* 10.*n.* 2.& ſic conſideratur quali-
tas hæreditaria tam in vita, quam in morte.
27 Secundò, * ſi agnatus non poreſt habere feudum
hæreditarium,niſi ſit hæres in ipſo feudo . qoamvis
non ſit hæres ultimi decedentis, prout poſt alios
dixit de Franchis *in deciſ.* 704. ergò non eſt neceſ-
ſaria mors, cùm ex ſui natura, & erectione feudi
hæredirarij inſita fuit iſta qualitas, ut tanquam hæ-
res feudi teneatur habere ratum factum defuncti ,
cùm nunquam iſta qualitas poſſit à feudo ſeparari,
variari, aut omitti, Minnad. *conſ.* 10.*n.* 14. *de Ponte
de poteſt.proreg. in* §.3.*de aſſenſ. Reg. ſuper dot.*
28 Tertium argumentum * reſolvitur etiam ex prædi-
ctis, cùm enim agnatus contravenit venditioni fa-
ctæ per poſſeſſorem feudi qui alii quam agnato
vendidit, impugnat voluntatem ipſius, & propter-
ea ſemper locum ſibi vendicabit text. *in d. l. cum
à matre* , nec termini revocationis vigore *Conſtitu-
tionis divæ memoriæ* ſont adaptabiles , nam ea pro-
29 cedit,* quando venditio eſt nulla ex defectu aſſen-
ſus , cùmqua ex jure communi feudorom alienans
feudum , illud amittebat, ex *l. Imperialem, de prohi-
bit. feud. alien. per Federic. & cap.*1. *de prohib. feud.
alien. per Loth.* ſupervenit *Conſtitutio* , & ex parti-
colari gratia voluit, illud jus revocandi, quod ha-
30 bebat Rex cedere alienanti ſine aſſenſu , † ejuſque
ſucceſſori, ut poſſet jure proprio revocare , quod
non poteſt militare in aliis, quia in illo caſu poteſt
hæres revocare , quia idemmet alienans revocare
poterat, ſtante invaliditate venditionis , quod non
procedit in venditione valida cum aſſenſu, & ſic
termini non ſunt pares.
31 Remanet quartum argumentum , * quod ſcilicet
militat eadem ratio , cui multipliciter reſpondetur.
Et primò, quia in feudo ex pacto feudum alienatum
omninò poſt mortem alienantis pervenire debet
ad proximiorem agnatum , etiam abſque pretio , &
ſic cùm lex concedit facultatem, ut poſſit etiam vi-
vo alienante feudum revocare refuſo pretio , ut *in
d. §. Titius, & §. ſed & res*, eſt non niſi præmatura
ſucceſſio, quod non eſt in feudo hæreditario , quia
ſemel alienatum cum aſſenſu nunquam pervenit in
proximiorem agnatum , & hæc eſt ratio , quod in
feudo ex pacto fuit conceſſum hoc jus prælatio-
nis , quod ceſſat in feudo hæreditario, ut colligitur
ex Iſern. *in §. ſed & res.*
Secundò , hæc ratio * conſiderata per *D. Rovit.* 32
nempè propter affectionem majorum , per text. *in
l. ſi in emptionem, ff. de minoribus* , non eſt conſide-
rata à *Doctoribus* tenentibus ſuam opinionem fun-
damento prædictæ opinionis , quia ſi hac ratione
text. loquentes in feudo ex pacto extendi deberent
in feudo hæreditario deberent etiam extendi in
bonis allodialibus, & prælationem ceſſare in rebus
burgenſaticis , habetur ex text. in *l. dudum* , *Cod. de
contrah. emption.* & firmat idem *D. Rovit. ubi ſupra
ſub num.* 46.
Tertiò, quia extrema *d. l. ſi in emptionem* ſunt mi-
nor ætas,* & qood res fuerit majorum, majores au- 33
tem appellantur , ultra tritavum, & à tritavo infra
parentes *l. juriſconſultus* , *§. parentes,ff. de Grad. aſ-
finit.*† qoi ad hoc propoſitum ponderantur à Theſ. 34
in dec. 99.*n.* 6. verùm hæc Terra Orioli fuit acqui-
ſita per Marcellum Pignonium , patrem Marchio-
nis & avum D. Alexandri.
Quartò, text. *in d. l. ſi in emption.* iotelligitur tam
in minore, quam in addictione in diem , ut in ſpecie
tradunt Soc. jun. *conſ.* 45. *n.* 8. *lib.* 4. *Rad.dec.Piſana*
12. & poſt alios Giorb. *dec.* 77 *n.* 13.
Remanet ergò, ni fallor, * reſponſum argomentis 35
contrariis, & fundata opinio, quod non habet lo-
cum jus prælationis in feudo hæreditario , quod
corroboratur indubitabili ratione, nam certum eſt, 36
prælationem * non competere agnato in feudo ex
pacto noviter qoæſito , ut voluerunt Andr. Alva-
rott. & alii *in d. §. Titius*, & idem de Ponte *in dec.*
21.& hoc quia de eo poteſt † agnatus ad libitum diſ- 37
ponere in præjudicium agnatorum , ut latè fundat
Maſtrill.in *d. dec.* 3.*n.*22.quæ ratio militat in feudo
hæreditario , & ſic retorquetur argomentum ex
identitate rationis , & quamvis huic argumento re-
ſpondeat *Rovitus*, dicens,* quòd ex eo non habet lo- 38
cum prælatio in feudo ex pactu novo, qoia ceſſat
ratio,quia non fuit res majorum , attamen quia hæc
ratio falſiſſima fuit demonſtrata & propterea om-
nes *Doctores* dixerunt ,eam eſſe rationem , quòd in
feudo ex pacto novo non admittatur prælatio , quia
poteſt de eo poſſeſſor ad libitum diſponere , prout
ampliſſimè comprobat Sord. *conſ.* 351. *n.* 23. *&* 38.
verſ. non reſiſtit , *lib.* 3. & propterea dum feudum
prædictum in omnibus feudo * hæreditario æquipa- 39
retur , ut poſt Franch. *dec.* 2. *n.* 30. *Camer. & Frecc.*
dixit D,de Curte *in ſuo diverſorio fol.* 22. *nu.* 80. ſe-
quitor quòd neque prælatio habere poteſt locum
in feudo hæreditario.
Fundatur etiam hæc opinio , * quia de jure com- 40
moni quilibet poteſt ad libitum de ſua re diſponere,
abſque periculo prælationis , * dicta *l. dudum* , hoc 41
fuit limitatum in feudo ex pacto , & providentia ,
per text. *in d.§.Titius* , *& §. ſed & res* , oon poteſt
extendi diſpoſitio prædicta in feudo hæreditario ,
quia conſuetudines * feudales propriè in materia 42
retractus debent ſtrictè interpretari, nec extra ca-
ſus , de quibus loquuntur , poſſunt extendi , etiam-
ſi caſus ſint ſimiles , parem vel majorem rationem
habentes Schrader. *part.* 8. *c.* 8. *numero* 41 . tradunt
etiam Pariſ. Cojacius, Jaſ.& alii relati per Roſent. *c.*
9. *memb.* 2. *de feud. alien.conc.* 87. *in add. lit. B. fol.
mihi* 873.
Quibus ad ſtipulatur , * quia agnatus vigore text. 43
in d. §. Titius, & §. ſed & res non poteſt dici præ-
ferri jure protomiſeos , quia verè non dicitur
prælatio , ſed revocatio , & propterea Andr. *in
d. §. Titius* non loqoitur de prælatione , ſed de re-
vocatione, ibi *quando poterit revocare* , & inferius,
ſtatim revocarem, & tex. *in d. §. Titius* loqoitur de
recuperatione , non de prælatione , quæ recuperatio
inter-

interpretatur per *Andream*, per revocationem in *§. ſed & res*, & quamvis *Andreas n. 3.* dicat, *& hic agnatus præfertur*, tameo in verbis ſubſequentibus declarat dictam prælatiooem per revocationem, & non jure protomiſeos, ibi, *poſt mortem revocabit agnatus proximior*, & inferiùs, *& ſic præferuntur agnati in emenda*, & ſic quamvis aliquando utatur *Andreas* verbo *prælationis*, tamen ſe declarat per revocationem.
44 Hæc autam revocatio * competebat agnatis in
feudo ex pacto, & providentia tantum, & non in
45 feudo hæreditario,* quia cùm poſſeſſor feudi ex pa-
cto vult feudum alienare nedum in ipſa alienatione debet conſentire Rex, verùm & proximior agnatus, aliàs etiam ſi dominus aſſentiret, ipſe revocabit, ut expreſsè dixit Andr. *in d. §. Titius*, & qoam-
46 vis hodiè per † *Conſtitutionem Divæ memoriæ* ſit
conceſſa ipſi alienanti jure proprio revocare alienationem, tameo loquitur in eo caſu, quando venditio foit facta abſque aſſenſu, nam tunc jus, quod habebat Rex revocandi, ex quo qui alienabat feodum, amittebat, per *cap. Imperialem* Rex conceſſit etiam ipſimet alienanti, & propterea interpretatur à DD. jure proprio, hoc eſt, jure Regia, ut per *Doct. in dict. Conſtitutione Divæ memoriæ*, ſed in feudo ex pacto competit agnato revocatio jure proprio, & non jore Regia, & propterea concluditur, non verè jus protomiſeos, ſeu retractus, ſed revocationis rei alienatæ, abſque ejus conſenſu agnato competere, reliquum erit reſpondere deciſionibus à parte ponderatis.
47 Et primò caſus Juliæ Muſettulæ, * de quo per de
Ponte *in dec.* 11. non fuit verè deciſus, cùm fuerint tantùm tres Domini Regentes, qui votaverunt, & non omnes in voto conformes, immò unus ex eis votavit per alia media, ut vulgò fertur.
48 Caſus Ducis Laurini non fuit diſcuſſus, * ſed Do-
mini Judicantes, qui in illa cauſa votaverunt, abſq; matura diſcuſſione votaverunt per dictam deciſionem Collateralis, & quamvis ponderetur in dictà cauſa Laurini, quod fuit etiam datus terminus duorum menſium ad diſcutiendum credita, tamen credita ſuperant totali pretio Terræ Laurini, & difficultas facta pro parte Creditorum fuit viſa Sacr.
49 Conſil. valdè frivola,* & ſic etiam caſus Juliç Novç,
& Duraazani habuerunt alias cauſas particulares, & propterea cùm res tractetur hodiè in tam Supremo Tribunali, erit videndum, quid de jure & non ſtare exemplis aliarum cauſarum, nam unaquæque ipſarum ſuos caſus particulares habuit, & propterea cùm opinio, quam defendimus, ſit magis communis, & à Doctoribus Claſſicis approbata, & majori Doctorum cumulo, ac authoritate roborata, & rationibus fundata, debet pro ipſa judicari.
50 Quod tantò magis * procedit in venditione ſub
haſta, nam ſi iſta ſpecies prælationis in hoc Regno introduceretur, ſequeretur maximum inconveniens, cùm magnus ſit numerus Baronum feuda habentium, & molti ipſorum ſunt debitis involuti, & propterea expoſitis venalibus feudis non inveniretur emptor propter timorem judicij prælationis, & proindè jus retractus non habere locum in venditione ſub haſta, tenuit Caſſan. *in rubr.* 10. *§. 9. n. 5. verſ videtur, fol. mihi* 1341. *in Conſuetud. Burgund.* poſt Roman *in conſ.* 107. quicquid perfunctoriè loquatur Franch. *in dec.* 588 *nu.* 1. idem non habet lo-
51 cum in venditione neceſſaria. * *Schrader.* poſt Dec.
Corn. Affl. *& alios par. 8. cap. 7. nu.* 34. ſequitur de Ponte *de poteſt. proreg. tit. de diverſ. proviſion §.* 1. *n.* 21. *& in d. c.* Magon. *dec.* 100.
52 Et quatenus † eſſet admittenda opinio Doctorum
tenentium, poſſe agnatum proximiorem præferri in emptiona feudi hæreditarij, attamen hoc non poſſet facere D. Alexan. filius. nam ſecundùm communem opinionem attenta diſpoſitione text. *in d. §. Titius, & §. ſed & res* filius vivo patre revocare non poteſt, ut tenuerunt Jac. de Belviſo. Bald. *n.* 2. Laudenſis, *n.* 11. *Schenck. nu.* 2. *Egumar. Baro, Curtius, & Hartman. d. c.* 1. *§. Titius, ſi de feud. defunct. milit.*

Alber. Brun. *conſ.* 80. *n.* 12. *&* 13. qui de magis communi teſtatur, Scurph. *conſ.* 89. *n.* 3. *cent.* 3 & *inter conſ.* Bruni *conſ.* 143.

Schrader *conſ.* 20. *n.* 165. *& ſeq. tom.* 2. *& in tract. de feu. p.* 8. *c.* 17. *n.* 7. qui veriorem eſſe dixit, Vultejus *de feud. l.* 1. *c.* 11. *nu.* 88. *&* 92. quos refert Hartman. Piſtor. *lib. 2. p. 1. qu. juris q.* 5. *n.* 10. *& qu.* 13. *n.* 35. qui latiſſimè articulum examinat, omnibus contraria reſpondendo, ubi *nu.* 60. ſubnectit infra ſcripta verba, 53.

Quod ſi filij feuda à parentibus alienata revocare poſſent, bona feudalia à commercio eximerentur, neque quicquam certi de illis poſſet conſtitui.

Et noviſſimè *Fachin.* relatis omnibus opinionibus *lib. 7. controverſ. juris, cap.* 19. hanc ſententiam tanquam veriſſimam approbat, & pluribus medus confirmat.

Et quamvis in caſu noſtro non vendat pater, † ſed 53
Judex, tamen idem juris eſſe aſſeveravit idem *Piſtorius loc. cit. ſub n.* 77. his verbis.

Nam cùm in dies ob æs alienum feuda diſtrahi, & in alienum poſſeſſorem transferri videamus, quis, quæſo, erit litium finis, ſi paſſim filiis feuda alienata revocare conceſſum eſſe debet.

Et hoc fundatur etiam ratione, * quia factum Ju- 54
dicis eſt factum partis, vulgatis juribus.

Nec poteſt prætendere prælationem virtute text.
in l. 1. ff. de privileg. creditorum. Primò, * quia requi- 55
rit, quod creditor, qui prætendit prælationem, ſit creditor in majori ſumma, ut expreſsè habetur *in text.* & tenet Alber. *numer.* 2. poſt *Dynum. & alias*, quos allegat, & adhoc creditum D. Alexand. non eſt certum, nec liquidum.

Secundò,* text. *in d. l.* 1. non loquitor in iſto caſu, 56
in quo factis ſubhaſtationibus, & licita re, & extincta candela remanſit ultimo offerenti, ſed loquitur, vel quando res non invento emptore addicenda eſt alicui ex creditoribus, tunc potior eſt agnatus, & creditor, & ita intelligit eum *gloſ. in verb.*
cum bona, in prima lectura, * aut & ſecundò intelli- 57
gitur *text.* non in prælatione, cùm de ipſa non loquatur, ſed tantùm de potioritate, quia concurrentibus aliquibus creditoribus ad venditionem bonorum debitoris aliquibus autem negantibus, præfertur qui majus creditum haberet, & eſt agnatus, prout dixit *ibid. gloſ. in 2. lectura*, vel ſecundùm *Bart. ibi in 3. lectura* illa prælatio non conſiſtit in alio, niſi quia Judex admittendo creditorem ad oblationem, ſtatim facit executionem, & facta executione tollitur circuitus, ſed in emptione creditor admittitur ut quilibet extraneus.

Tertiò, * non procedit *text.* ille poſt factam emp- 58
tionem Petr. Vander. *de priv. cred. cap.* 12. *circa finem*, & quod perfecta venditio dicatur facta oblatione, & accenſa candela, illaque extincta, tenet Fabian. de Monte *in tract. de empt. & vend. par.* 5. *ſub num.* 90. *Aſinius de exec. §.* 6. *c.* 10. Guid Papç *dec.* 22. *n.* 2. maximè in venditione ſub haſta nè haſta lædatur, *l.* 1. *&* 2. *C. de fid. inſtrum. lib.* 10. Præſertim ſtante depoſito facto, Rebuff. *ad Conſtit. Gall. tit. de precon. art.* 5. *gloſ. unic. n.* 13.

Ponderatur etiam, quod creditor conſanguineus, qui volt præferri ex privilegio tex *in d. l.* 1. oportet,
ut totum creditum * quod omnibus creditoribus de- 59
betur, ſolvat, alias ſequeretur, quod creditores poſſent rem alienatam iterum à creditore conſanguineo emptore, vel ejus ſucceſſoribus vendicare, tanquam à tertio poſſeſſore jure hypothecæ, nam

Digitized by Google

per retractum ſanguiois hypothecę non extinguuntur, ſed coosanguineus ſubrogatur loco emptoris, vel creditoris, cui res ſunt addictæ, ſen venditæ, ita Franciſc. de Clap per *cent. 2. cauſ. 100 q. 3. n. 6.* oec erit tutus creditor conſanguineus, etiam quòd emeret ſub basta, ex traditis per Felic. *de cenſ. tom. 2. l. 3. c. 2. n. 13. in fine*, Franch. *dec.* 69. obi *n. 9. verſ. nec obſtat.* in ſpecie reſpondit ad tex. *in d. l. 1. de privil. credit.* quia poterit creditor poſterior uti jure offerendi.

60 Et tandem hoc in individuo * fuit noviſſimè per eoſdem Dominos Judicantes deciſum in caoſa Franciſci de Angelis cum D. Petro Cabanilia in venditione feudi S. Jo. Rotundi, quam deciſionem noviſſimè Typis mandavit Dominus Regens *Joannes Franciſcus Sanfelicius in ſua dec,* 104. & ideò in hoc articulo magis non inſiſto, tanto magis, quod hæc cauſa poteſt decidi ex eo, quia D. Alexander non obtulit pretium, nec fecit depoſitum, prout Illuſtr. Princeps Colubrarij, ſed prætendit præferri pro æreis creditis, & ſic ſpero etiam ex facto cauſam eſſe judicandam in beneficium creditorum, & terram eſſe liberandam ultimo licitatori offerenti pecuniam explicitam.

Quid fuerit reſolutum in hac cauſa, vide in ſequenti Conſultatione.

OBSERVATIO II. CONSULT. XXVII.

A R G U M E N T U M.

Jus protomiſeos an locum habeat in feudis mixtis? Nervosè negativam cum aliis tuetur *Reg. Latr.* Affirmant *Aponte*, *Rovit.* & alij. Et attentis rebus judicatis, quæ opinio ſit magis recepta. Quid ante aſſenſum Regium. Quid in feudo novo. *Conſil. Roccus* cum aliis expenditur.

SUMMARIUM.

1 *Jus protomiſeos an locum habeat in feudis mixtis.*
2 Aponte, *& alii affirmantes recenſentur.*
3 *Attentis rebus judicatis, qua verior.*
4 *Quid ante Regium aſſenſum.*
5 *Jus protomiſeos competat in venditione feudi novi.*

1 JUs congrui, & prælationis an * locum habeat in feudis mixtis qualitatem ſanguinis, & hęreditariam habentibus antiquis. Controverſiam aſſumit *Card. de Luca de feud. diſc. 36. à nu. 2.* ubi ſcribit, opinionem pro excluſione prælationis, doctè, & nervosè tueri *Reg. Latr. in hac Conſult. 27. & ſeq.* & iterùm 96. *Pignat. in allegationibus impreſſis apud Rummum in add. ad Afflict. de jur. prælation. fol. 64. & de Marin. reſol. 116. lib. 2. & alleg.* 127. Et prælationem dari ſolummodò in feudo antiquo ex pacto, & providentia tenent *de Franch. dec. 1. n. 29. Conſ. Theodor. alleg. 92. n. 1. Reg. Sanſ. dec.* 100. cum aliis congeſtis per eundem noſtrum *Reg. nu. 11. & de Marin. ubi ſup. n. 5. Conſ. Roccus reſp. 6. lib. 2. in fin.*

2 Affirmativam è contrà * defendunt opinionem *Aponte dec. 11. Rovit. in reſponſo edito poſt dec. Aponte, & in ejus Commentar. ad Rubr. de feud.*

3 Attentis deciſionibus, & rebus * judicatis magis receptam inquit *Card. de Luca*, eſſe ſententiam affirmativam, juxtà quam per Sacrum Conſilium, & Collaterale poſt *deciſionem Aponte*, ità ſæpiùs judicatum habetur & ex deciſionibus relatis per *Capyc. Lat. dec. 57. & Gizz. ibi in obſ.*

4 Certum ab incerto * diſtinguentes. Aut agitur de alienatione facta ſine aſſenſu, & in caſu dictę alienationis, tunc cùm idem feudatarius vivens poſſit alienationem revocare, ità pariter poſſit pręventivè ſucceſſor ſanguinis revocare, & poſt mortem jure ſuo, & ità intelligendam ſcribit *deciſionem Aponte, de Luca numero* 8.

Aut alienatio facta eſſet cum aſſenſu & tunc quidquid ſit in strictu diſputandi ratione, dum per jus *Codicis, l. dudum, C. de contrah. empt.* ſublatum eſt omne jus prælationis ratione ſanguinis, & amplius de jure non dari, Conſequenter negativa opinio poſſit ſuſtineri *de Luca n. 20.* Ratione honeſtatis, & æquitatis juxtà *Tiraq. de retract. conſanguinit. præfat.* ut ſcilicèt in bonis, quæ fuerunt majorum, conjuncti præferantur, magis recepta ſit opinio affirmativa.

Major difficultas eſt in feudo novo, * & negat *Latr. num. 36.* & iteròm in *Conſult. ſeq. num. 24. de Marin. numero 4. Rovit. de Curte*, & alii, quos refert, & ſequitur *Roccus numero 11.* qui ità deciſum refert, *Sanſel. deciſion. 124. numero 20.* 5

A R G U M E N T U M.

Agitur de eadem materia prælationis, an detur in feudo hæreditario, & an verè dici poſſit jus protomiſeos, vel jus revocandi, & de eorum differentiis.

Text. *in d. §. Titius, §. ſed & res, §. porro* quomodo intelligi debeant, ac etiam agitur de interpretatione doctrinæ *Hartmanni Piſtoris in q. 12. l. 1. n. 20.* & multa alia ad materiam concernentia diſcutiuntur, & examinantur.

SUMMARIUM.

1 *Jus revocationis non competit agnato in feudo hæreditario, & non poteſt propriè vocari jus protomiſeos, ſed jus revocandi, n. 2. & 15.*
3 *Verbum,* præferri, *ſecundum* Iſern. *intelligitur per revocationem.*
4 *Agnatus duplici modo feudum venditum recuperat, vel prohibendo, vel redimendo.*
5 *Oblatio facta per agnatum ejuſdem pretij conventi cum extraneo impedit venditionem.*
6 *Jus protomiſeos non habet locum, niſi poſt perfectam venditionem, & poſſeſſionem traditam, numero 21.*
7 *Alienatio feudi ex pacto eſt nulla, etiam durante vita alienantis.*
8 *Feudum ex pacto aperitur Domino ob culpam commiſſam à venditore, etiamſi tunc temporis illud ab emptore poſſideatur, & erit penes Dominum directum vita durante feudatarij delinquentis, & poſt ejus mortem revertitur ad proximiorem agnatum, n. 9.*
10 *Agnatus revocans vivente alienatore tenetur ſolvere pretium pro interuſurio medij temporis, & quare n. 11. & 13.*
12 *Habens jus liberti non videtur ſervum alienare.*
13 *Verbum, redimere, non importat reemptionem, ſed revocationem.*
14 *Servus reemptus non eſt ſervus redimentis ſed vinculo pignoris pro pretio pro ſe dato adſtrictus.*
15 *Jus retractus, vel protomiſeos in feudis non datur, ſed jus revocandi, & n. 26.*
16 *Jus protomiſeos competit agnatis, & ſic jure ſanguinis, & annali ſilentio perimitur, & juri revocandi aſſimilatur.*
17 *Jus protomiſeos à jure revocandi in quibus differat, & n. 21. 22. 23. 24. & 25.*

18 *Aliena-*

Digitized by Google

18 *Alienatio feudi valida remanet, ſi intra annum agnatus non revocavit.*
19 *Silentium annale vim refutationis habet.*
20 *Inveſtitura infra annum peti debet.*
27 *Dominium feudi ex pacto nunquam tranſit in emptorem, ſed remanet penes venditorem ejus vita durante, & poſt ejus mortem penes proximiorem agnatum.*
28 *Alienatio feudi ex pacto in proximè ſucceſſurum non dicitur verè alienatio, an ſit valida, abſque aſſenſu, n. 31.*
29 *Agnatus præfertur extraneo in emendo feudum ex pacto, ſolvendo pretium, ſed expectata morte alienantis poteſt habere feudum, nullo refuſo pretio, & num. 38.*
30 *Venditio feudi ex pacto non præjudicat agnato, niſi in vita alienantis.*
31 Text. in l. Imperator, ff. de pact. & in l. 1. ff. de privil. credit. *ponderantur.*
32 *Extraneus præfertur agnato in educatione, ſi ex juſtis cauſis expediens eſt pupillo.*
33 *Alienare qui non poteſt abſque Domini conſenſu, poterit tamen ſubinfeudare.*
34 *Vaſſallus non poteſt vendere abſque Domini conſenſu.*
35 *Agnatus præfertur Domino redimendam feudum ex pacto, & quare, n. 36.*
37 Text. in §. Titius *exponitur.*
39 *Revocatio competit agnatis propter nullam, ſive illegitimam venditionem, abſque conſenſu agnatorum in venditione feudi ex pacto.*
40 *Prælatio quatenus vocetur jus protomiſeos, vel retractus non competit in feudo ex pacto poſt mortem, nec etiam in vita n. 42.*
41 *Jus emptoris reſolvitur reſoluto jure venditoris.*
43 *Jus protomiſeos in vita alienantis competit tantum in fructibus feudi ex pacto.*
44 *Feudum ex pacto ſatis differt à feudo hæreditario, & num. 48.*
45 *Feudum hæreditarium etiam antiquum poteſt per vaſſallum alienari, abſque conſenſu agnatorum, ſeu filiorum.*
46 *Agnatus poſt mortem alienantis vendicat feudum ex pacto, nullo refuſo pretio, quia ſuccedendo habet dominium ſed in vita alienantis ſoluto pretio revocat alienationem, & recuperat feudum, & quare, n. 51. & 52.*
47 *Agnatus poſt mortem alienantis recuperat, ſeu reivendicat, in vita autem revocat feudum, & ſub n. 63.*
49 *Jus revocationis non habet locum in venditione fructuum feudi hæreditarij, durante vita feudatarij, & quare, n. 50.*
53 *Succeſſor feudi hæreditarij ſemper tenetur habere ratum factum prædeceſſoris.*
54 *Prælatio habet locum in feudo hæreditario mixto. Intellige, n. 55. & 66.*
55 *Inveſtitura feudorum Germaniæ loquitur pro ſe, & hæredibus maſculis.*
56 *Feudum ex pacto eſt inalienabile, hæreditarium verò alienabile.*
57 *Verbum,* hæredibus, *accipitur pro liberis in feudis, maximè ſi inveſtitura eſt pro ſe, & hæredibus maſculis, n. 58.*
59 *Feudum in Germania in Saxonico in dubio præſumitur ex pacto.*
Amplia, ſi concedatur pro ſe, & ſuis hæredibus feudalibus, n. 60.
61 *Inveſtitura pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus in hoc Regno facit feudum hæreditarium.*
Contrarium, n. 66.
62 *Feudum, quod in Germania vocatur hæreditarium, in effectu eſt ex pacto.*
63 *Alienatio feudi hæreditarij nec in vita, nec in morte revocari poteſt cum conſenſu Domini, & n. 69.*
64 Text. in l. ea, quæ à patre geruntur, Cod. de reſtitut. milit. *ponderatur.*
65 *Jus prælationis ceſſat in allodio, & n. 75.*
67 *Filius non poteſt revocare, nec in vita, nec in morte in feudo hæreditario.*
68 Text. in §. Titius, ſi de feudo defuncti fuerit controverſ. §. ſed & res, & §. porrò, per quos fiat inveſtit. *non procedunt in feudo hæreditario.*
70 Roſenthal. cap. 9. membr. 2. concluſ. 89. *declaratur, & n. 71. & 72.*
71 *Prælatio, ſive revocatio ceſſat, quando alienatio eſt permiſſa, abſque conſenſu directi Domini.*
73 *Jus retractus ceſſat in feudo merè hæreditario.*
74 *Feudum merè hæreditarium nil differt à feudo mixto in Regno.*
76 Tiraqu. de retract. lignag. 1. glo. 3. nu. 12. *loquitur de feudis Galliæ, quæ ſunt ad inſtar bonorum hæreditariorum, & patrimonialium.*
77 *Revocatio nullo modo locum habet nec in vita, nec in morte in feudo hæreditario ſeu mixto, & n. 78. & 80.*
79 *Filius in vita alienantis poteſt revocare in feudo ex pacto, ſed debet refundere pretium, poſt mortem verò ſi eſt hæres, poteſt etiam revocare, ſoluto etiam pretio, ſecus ſi ſit hæres cum beneficio legis, & inventarij, tunc enim ad pretium tenetur, niſi quatenus ex hæreditate haberet, ſi verò non eſt hæres, pretium refundere non debet.*
81 Affl. de jure protomiſ. numer. 7. & in capit. 1. §. hoc quoque, de ſucceſſ. feudi *loquitur de feudo ex pacto.*
82 *Feudum hæreditarium vocatur paternum, feudum verò ex pacto, & providentia vocatur antiquum ſecundum* Andream.
83 *Jus revocationis vigore* Conſtit. Divæ memoriæ *non habet locum in feudis venditis ſub haſta, & referuntur deciſiones in ſimilibus lata, & n. 85. de ratione, nu. 84. ſic etiam vigore* §. Titius, & §. porrò, *n. 87.*
86 *Alienatio voluntaria differt à neceſſaria.*
88 *Factum Judicis eſt factum partis.*
89 *Jura feudalia loquentia de revocatione, ſeu prælatione non habent locum in feudo hæreditario, etiam vivo alienante, quamvis vendatur ad inſtantiam creditorum, n. 90.*
91 Vinc. de Franchis in deciſ. 177. & 482. *loquitur de laudemio, non autem de retractu ratione ſanguinis ſeu revocationis in venditione rerum feudalium.*
92 Text. in l. 1. ff. de privil. credit. *non procedit in emptione perfecta.*
93 *Emptio perfecta dicitur, quando candela eſt extincta plus offerenti.*
94 *Creditor, vel agnatus habens jus revocandi alienata, ſi fuit præſens, & non contradixit, non poterit amplius revocare, & de ratione, n. 95.*
96 *Prælatio debet peti antequam emptio ſit perfecta, & de ratione. n. 97.*
98 *Prælatio tunc datur creditori agnato quoniam nullum ex ea infertur præjudicium aliis creditoribus.*
99 *Reſolutio cauſæ.*
100 *Regentis Joannis Franciſci Sanfelicij laudes.*

Pro eiſdem Illuſtr. Principe Colubrarij, & Creditoribus Marchionis Orioli, contra eundem D. Alexandrum Pignonum.

CONSULTATIO XXVIII.

JUs revocationis non competere agnato* in feudo 1 hæreditario magis veram opinionem, & à Doctoribus, & maximè ab omnibus ferè Regnicolis receptam jam in aliis allegationibus fundavimus, reli-

 quum

quum erit, ut aliqua, quæ tunc ob maximam tem-
poris auguſtiam conſiderari non potuerunt, pro ea-
dem opinione confirmanda breviter notemus, & ali-
quibus contrariis reſpondeamus.
2 Diximus, non competere jus revocationis, † cùm
non poſſit propriè vocari jus protomiſeos, ſed jus
revocandi, & ita loquitur Andreas *in cap. 1. §. Titius,*
ſi de feud. defunct. fuerit controv. in cap. 1. §. ſed & res,
per quos fiet inveſtitura; licèt in aliquibus locis
3 utatur illo verbo, *præferri*, † tamen debet intelli-
gi, prout ſeipſum declarat, per revocationem. Nec
4 prædictis † adverſatur *tex. in c. 1. §. donare verſ. por-*
rò, qualiter olim feud. alien. poter. ibi, *in prohibendo*
autem, vel redimendo potior erat proximioris agna-
ti, quam domini conditio, ſi tamen feudum erat pa-
ternum, & per hoc quod agnato duplici ſuccur-
ratur remedio prohibendo. ſcilicet venditionem,
vel redimendo poſt venditionem factam, quaſi
iterum emendo ab eodem fonte deſcendant, nam
prohibitio, de qua in *text.* prædicto, aliud non
importat, niſi ut agnatus in memoriam poſſeſſoris
redigat, feudum majorum providentia fuiſſe quæ-
ſitum, & propterea quod debet ſibi potius quam
alteri vendere, offerendo æquale pretium, quæ
5 forma prohibitionis * ponitur per *Feder. Schench.*
poſt alios in *d. §. donaro, verſ. porrò*, ità intelligens
illum *tex.* & per hanc oblationem factam per agna-
tum ejuſdem pretij conventi cum extraneo impe-
diti venditionem, dixit poſt alios *Menoch. in conſ.*
6 *745. num. 43.* ſed non ex hoc poteſt inferri ad jus
protomiſeos, cui locus eſſe non poteſt, niſi poſt
perfectam venditionem, & poſſeſſionem traditam,
ut infra fundavimus.

Nec eſt facienda vis in illo verbo, *redimere*, cùm
7 verè non ſit reemptio * ſtante quod nulla poteſt eſſe
venditio feudi ex pacto, etiam vita durante alienan-
tis, cùm dominium rei alienatæ non transferatur in
8 emptorem,* quod in tantum eſt verum, quod ſi ven-
ditor veniret ob culpam commiſſam privandus feu-
do, quamvis tunc temporis illud poſſideret emptor,
tamen ob culpam venditoris feudum Domino ape-
riretur, *cap. fin. quæ ſit prima cauſa benefic. amit.* &
poſt Alvarot. *in capite primo, §. ruſus, de controv.*
inveſtit. tenet Liparulus ad Iſern. *in d. §. ſed & res, in*
verbo, in vita tantùm infeudantis, quod feudum pe-
9 nes Dominum * directum erit durante vita ipſius feu-
datarij delinquentis, poſt mortem cujus feudum re-
vertitur ad proximiorem agnatum, ut poſt *Andream,*
Camerarium, & alios latiſſimè fundat *Georgius Ob-*
recht Germanus de jure feudorum lib. 4. cap. 9. n. 113.
cum pluribus ſeqq. Emptor autem non dicitur verè
emere feudum, ſed tantum interuſurium illius medij
10 temporis,* hinc dixit Laurentius Sylvanus *in conſ. 15.*
num. 41. quòd quandò agnatus vult revocare vivente
alienatore, tenetur ſolvere pretium, & hoc operatur
11 interuſurium illius medij temporis, * & affert ratio-
nem, quia cenſetur, ipſam rem non fuiſſe alienatam,
ex quo adhuc habet in ea jus vaſſallagij, per text. *in*
c. Imperialem, § illud quoque facit ſimile de liberto
ex notatis *in l. talem. §. fin. ff. de hered. inſtituen. & gl.*
mag. in *l. ſi ſervo ff. de adim. leg.* ubi qui habet jus li-
12 berti, non videtur ſervum alienaſſe,* deinde ſubdit,
non mirum igitur, ſi agnatus inveſtituram revocare
volens, gravetur in pretij reſtitutione, tanquam ni-
mis intempeſtivè anhelans ad ipſum feudum, † & ſic
13 apparet, quod redemptio non importat reemptio-
nem, ſed revocationem, & pretium ſolvitur pro illo
interuſurio medij temporis, & pro illa intempeſtiva
aviditate habendi feudum, non expectata morte
alienantis; & Iſern. *in d. §. Titius, verſ. quod ſi Titius*, di-
cit, & ideò cùm vivo alienante gravetur emptor
quia ſtatim feudum reſtituit, relevetur, ut non ca-
reat pretio, argumento text. *in l. eum, qui, ff. de ju-*
re jur.

Et ideò verbum, *redimere*, † in jure nunquam im- 14
portat emptionem, cùm redemptor non ſit ſervus
redimantis, ſed vinculo pignoris pro pretio pro ſe
dato adſtrictus *gloſ. 1. in l. is qui. C. de poſtlim. reverſ.*
aliquando accipitur pro eo, qui domos alienas, vel
opus ſua materia ædificandum conducit, *gl. in l. re-*
demptores, ff. de [illegible] *vendit. & gloſ. fin. ff. ſi menſor falſ.*
& in l. 1. in quibus cauſis pignus.
Et propterea DD. * antiqui nunquam uſi fuerunt 15
hoc verbo, *retractus*, ſive *protomiſeos* in feudis, ſed
tantum verbo, *revocare*, vel *præferri* intelligendo per
revocationem, ultra Andr. *in loco citato*, & in om-
nibus aliis, ubi de diſpoſitione prædictorum jurium
tractat, ſic etiam Bald. Præpoſ. Alvar. & alij *in dicto*
§. Titius & licèt aliqui uſi ſint verbo, *protomiſeos*,
tamen non quod verè ſit protomiſeos, ſed quod
illi aſſimiletur in multis,* competit enim agnatis, & 16
ſic jure ſanguinis, eſt actio quæ annali ſilentio peri-
mitur, ſicuti in jura protomiſeos, ſive congrui, ut
habetur *Conſtitutione Sancimus, & conſuetudine Si*
quis emit, de jur. congr. Tiraquell. *de utroque re-*
tract. gloſ. 10. §. 1. per totum.

Verùm in multis etiam differunt, * nam jus pro- 17
tomiſeos non habet locum in venditione nulla,
prout Paul. de Caſtr. *in conſ. 74. lib. 2. &* Cæpoll. *in*
conſil. civil. 44. & alij, quos allegat copiosè Tiraq.
de utroque retract. gl. 2. §. 2. num. 5. cum ſeq. & Joan-
nes de Amono ſingul. 56. Hoc autem jus revocandi
competens agnatis in feudis, competit eo caſu,
quando venditio eſt nulla, tanquam facta abſque
conſenſu ipſius agnati, quem de neceſſitate requiri,
habetur ex *tex.* & ibi, *And. & alij in cap. 1. de alien.*
feud. patr. & habetur *in d. §. Titius*, & hujuſmodi
alienationem abſque conſenſu agnatorum eſſe nul-
lam, optimè probat poſt Alvarot. Lipar. *in c. 1. §. hoc*
quoque verſ. & olim in verb. valuit, de ſucceſſ. feud.
Andreas *Knichen. de ſublim. & Regio territor. jur. de*
purit. feud. maſcul. pro ſe, & hæredibus pat. c. 2. n. 358.
& nu. 451. & nullam à principio poſt Cephal. *in*
conſ. 233. num. 59. ſequitur Riminald. jun. *conſ.*
5. lib. 1. nu. 50.

Nec mirum ſi venditio nulla in ſe poſt anni cir-
culum,* in quo agnatus non revocavit, valida rema- 18
neat, quia ex illo annali ſilentio conſenſus induci-
tur, & ſic conſentire videtur alienationi, *gloſ. &*
Doct. in d. §. Titius & præcipuè *Bald. & Prapo-*
ſitus numero 2. Decius conſ. 389. Paul. de Caſtr.
conſ. 195. & annale * ſilentium vim refutationis ha- 19
bet, *Prapoſ. in d. §. Titius*, † & inveſtitura feudi 20
infra annum peti debet, *l. Imperialem, §. præterea,*
de prohib. feud. alien. per Feder. & elapſo anno a-
gnatus amplius non auditur, *Camer. in l. Imperia-*
lem, fol. 33. lit. O. Iſtrigl. centur. 2. artic. 31. Me-
noch. conſ. 55. n. 26.

Secundò, † jus retractus non competit re vendita, 21
niſi facta conſignatione, ſive rei traditione cum ef-
fectu, *Joan. Fab. §. 1. Inſtit. de emptione & venditione*,
& poſt alios ſequitur *Tiraquell. in d. tract. gloſ. 2.*
§. 1. n. 46. in fin. Et ideò neque competit facta promiſ- 22
ſione de vendendo, * idem *Tiraquell. in loco* citato *n.*
56. jus autem revocationis,* quod competit agnatis, 23
competit nedum ante conſignationem, ſed ante ven-
ditionem, poteſt enim agnatus prohibere, ut in *d.*
c. 1. §. donare, verſ. porrò, qualiter olim. feud. alien. pa-
ter. ibi *in prohibendo, vel redimendo.*

Tertiò,* differt, quia hoc jus competens agnatis 24
non habet locum in feudo novo *Alvar. in d. c. Ti-*
tius, ubi etiam Liparul. Fab. de Ann. obſerv. 20. &
Maſtrill. in dec. 8. in fin. ubi allegat *Camill. de Curte*
dicentem,* ita ſemper ſervatum fuiſſe in Regno Neap. 25
in c. 4. ſub n. 4. in fi. in 2. p. Diverſ. feud. fol. 180. à ter.
ſed jus protomiſeos aliquando habet locum etiam
in rebus de novo quæſitis, veluti quando per longum
tempus rem emptam tenuerit acquirens, ut poſt *Bal.*
& Hen-

& Henricum Boich. tenuit *Boer. dec 76. n.10.* ex text. *in c. conſtitutus, de in integr. reſt.*

26 Et ſic apparet,† hoc jus competens agnatis in feudis non eſſe proprie jus protomiſeos, ſed jus revocandi venditionem nullam, & licèt aliquando verbum, *retrahere*, pro revocare accipiatur, ut *in l. Pomponius, §. ex facto, ff. de acquir. poſſeſ. in l. ſi dolo,* & in aliis locis, & advertit *Tiraq. in tract. de utroque retract. in præfat. n.6.* attamen in vera ſua ſignificatione retrahere dicitur à retrahendo, nam conſanguineus rem, quæ à familia, & conſanguinitate receſſerat, retrahit, ut idem *Tiraquel. in loco* citato, n.5. domi-

27 nium autem feudi ex pacto, † ut ſupra fundavimus, nunquam tranſit in emptorem, ſed remanet penes venditorem, ejus vita durante, & poſt ejus mortem penes proximiorem agnatum, quæ quidem (ni fallor) concordant cum dictis Iſern: tam in *§. ſed & res*, quam *in §. porrò, & §. Titius,* in quibus juribus ſunt caſus particulares, & diſtincti.

28 Nam in *§. ſed & res*, * principaliter ponitur caſus, quando poteſt vaſſallus feudum alienare abſque Domini conſenſu, ſcilicet alienando feudum ex pacto in proxime ſucceſſurum, quia tunc verè non dicitur alienatio, *l. pater, §. quindecim, ff. de legat. 3.* & ad probandum, hanc alienationem validam eſſe *Iſern.* adducit multa particularia privilegia agnatis com-

29 petentia. Et primum exemplum eſt,† quod agnatus præfertur extraneo in emendo, quando vult ſolvere pretium, quando autem non vult ſolvere, tunc expectata morte alienantis poteſt habere feudum

30 alienatum nullo refuſo pretio, * quia venditio non præjudicat agnato, niſi in vita vendentis tantum niſi agnatus conſenſiſſet. Secundum exemplum,

31 in quo agnati habent privilegium, * ponitur in *l. Imperator, ff. de pactis*, Et ternum in *l. 1. ff. de privil. cred.* quæ jura ponderant per *Andream*, non ad alium finem, niſi ad probandum, quod lex induxit nonnulla ſpecialia favore agnationis, & proinde non mirum ſi alienatio facta in proximiorem agnatum erit valida abſque aſſenſu.

32 Sic etiam è contra dicit *Iſernia*, * aliquando extranei agnatis præferuntur in educatione, quando ex juſtis cauſis ſic erit expediens pupillo, *l. 1. C. ubi pupill. educ. deb.* Tranſit deinde ad alium caſum, & eſt, quando valida eſt alienatio abſque conſenſu agnati,

33 hoc eſt, quando poſſeſſor alij in feudum dat, † quia hoc etiam invito agnato poteſt facere, eſtque ratio, quia qui non poteſt alienare abſque Domini conſenſu, poteſt ſubinfeudare, ut de *capitul. Corrad. §. præterea*; quæ tamen infeudatio valida erit in vita infeudantis tantum, quia poſt mortem jure ſuo agnatus revocat, & hoc quantum ad agnatos, quantum verò ad Dominum, remittit ſe ad dicenda infra *qualiter feud. alien. pot. § porrò.*

In quo loco loquitur de alio caſu nempe de jure Domino competente, quando vaſſallus feudum alienavit (intelligendo tempore antequam fuiſſet pro-

34 hibita alienatio abſque * Domini conſenſu) nam poterat Dominus redimere, quod hodie non procederet, cùm vendere non poſſit abſque Domini conſenſu, *d. l. Imperialem, de prohibit. feud. alienat. per Fe-*

35 *der.* ideò ſequitur, * quod ſi concurrunt agnati, & Dominus ad redimendum, præferuntur agnati redimendo, ſed ad ea, quæ dixit *in §. ſed & res*, in quo loco loquutus fuerat de revocatione agnatis competente, & iſta prælatio quæ competit agnatis, ut in

36 redimendo, ſeù revocando, * per quam Domino præferuntur, eſt admodum juri conſona, quod reſpectu Domini præſupponitur, venditionem validam eſſe, cùm licitum erat abſque ejus conſenſu vendere, quod non erat reſpectu agnati cujus conſenſus omnino requirebatur, & proinde agnati revocando tractabant de damno vitando, Dominus autem de lucro captando.

In *§. Titius* ponitur caſus in eo, * qui alienavit 37
feudi partem, & dicitur idem jus eſſe agnatis revocandi partem, ſicuti totum feudum. Secundò pariſicat alienationem factam agnato non proximiori cum alienatione facta extraneo. Et quamvis diſpoſitio *text.* prædicti variè intelligatur, an ſcilicet agnati poſſint filiis alienantis exiſtentibus revocare, ut per *Scribentes ibi*, & per Fachin. *in lib. 7. controv. c. 9.* tamen quia non eſt noſtrum diſputare de intellectu prædicti §. niſi in quantum facit ad propoſitum noſtræ quæſtionis, * ideò ad eos me remitto. Certum 38
tamen eſt, *Andream* in omnibus prædictis caſibus loqui de revocatione agnatis competente in venditione feudi ex pacto, & providentia, tam in vita alienantis, refuſo pretio, quam poſt mortem, nullo dato pretio, & per hoc in *d. §. ſed & res* ſe remittit ad *§. porrò* reſpectu Domini, & in *§. porrò* ad *§. ſed & res* reſpectu agnati, in quo loco loquutus fuerat de revocatione.

Et quod hoc jus revocationis † competat agnatis 39
propter nullam, ſive illegitimam venditionem, abſque conſenſu agnatorum, tenuit egregius Doctor Andr. Knicken. *in d. c. 2. de purit. feud. maſcul. pro ſe, & hæredibus, part. 4. n. 408.* ibi *illegitima intercedente alienatione jus filiis, & agnatis revocatorum incolumitati conſecratur.*

Quatenus autem eſſe vocandum hoc jus prælationis jus protomiſeos, vel retractus, adhuc advertendum erit nullo modo † competere in feudo ipſo, 40
quia aut loquimur poſt mortem, & in hoc nulla eſt difficultas, non poſſe practicari jus protomiſeos, quia proximior agnatus habet feudum abſque pretio, ex quo jus emptoris * fuit reſolutum reſoluto 41
jure venditoris, *l. lex vectigali, ff. de pign.* & in hoc qui contrariam partem ſuſtinuerunt, non diſcordant, aut verò loquimur in vita, † & tunc nec domi- 42
nium feudi fuit unquam in emptorem, etiam vita venditoris durante tranſlatum, ut ſupra fundavimus, ſolum transfertur illa commoditas percipiendi fructus durante vita alienantis, & pretium, quod ſolvitur, eſt ratione interuſurij illius medij temporis, ut optimè probat *Sylvanus* in † allegato *conſ. 15.* ergo 43
non verè dici poteſt emptor feudi, ſed ipſorum fructuum vita durante ipſius alienantis, & quoniam agnatus vult ſolvere pretium, præfertur ſolum in illa commoditate percipiendi fructus, & propter illam anxietatem habendi feudum ante tempus mortis alienantis ſolvit pretium, & hoc modo poteſt dici, quod in feudis habet locum jus prælationis, ſive protomiſeos, hoc in illis fructibus, ſeu uſufructu feudi durante vita alienantis, quod jus cùm locum ſibi vendicet in feudo ex pacto, & providentia, nullo modo poteſt applicari ad feudum hæreditariũ.

Maximè enim differt * feudum ex pacto à feu- 44
do hæreditario, prout latiſſimè per Frecc. *de ſubfeud. l. 3.* ubi adducit 32. *differentias*, *Thomas de Marinis de feud. ex pact. num. 25.* Burſ. *conſ. 148. num. 32. Menoch. conſ. 507. num. 21. Petrus de Gregor. de conceſſ. feud. part. 2. quæſt. 10.* * ſufficiat autem unam 45
afferre ad propoſitum noſtræ quæſtionis, nempe quod feudum hæreditarium, etiam antiquum poteſt per vaſſallum alienari abſque conſenſu agnatorum, ſeu filiorum, *Frecc. l. 2. ad Conſtit. divæ memoriæ, paragrapho ſupereſt, num. 3.* quod non poteſt fieri in feudo ex pacto.

Et ex prædictis etiam apparet, diſtinctionem de revocatione, quæ fit in vita, vel poſt mortem alienantis non tollere difficultatem, nam fateor, quod diverſo modo agendi * experitur agnatus, quando 46
agit poſt mortem alienantis, nam tunc quia ſuccedendo habet dominium, dicitur propriè reivendicare feudum tanquam proprium, nullo dato pretio. Vita autem alienantis durante pretio ſoluto revocat alienationem, & recuperat feudum, & proinde *Propoſitus*

Digitized by Google

poſitm in figuratione caſus in d. *§. Titim* dicit, qood
mortuo alienante poteſt feudum recuperare abſque
47 pretio, * & non expectata morte poterit revocare,
pretio reſtituto, & ſic poſt mortem utitur verbo,
recuperare, quod aliud non eſt, niſi reivendicare, vi-
48 ta autem durante utitur verbo, † *revocare*. Verum
non ex hoc ſeqoitur conſequentia, quod illud, qood
eſt ſtatutum reſpecto uſusfructus, vita alienantis du-
rante, in feudo ex pacto debeat intelligi, & extendi in
alienatione valida, non uſusfructua, ſed dominij
49 utilis feudi hæreditarij. Immò * in venditione fru-
ctuum feudi hæreditarij venditi durante vita ipſiua
feudatarij expreſsè cautum reperitur, ut non habeat
locum jus revocationis, ut dixit Frecc. *de ſubſeud.
lib. 2. in limitat. ad Conſtit. diva memoria, limitat. 15.
num. 4a.* poſt *Iſerniam*, quem allegat in *dict. Conſtit.*
50 *in verbo tranſactionis*, * & hoc quia in emptorem
non transfertur, neque dominium, neque poſſeſſio
ipſius feudi, & ita etiam fuiſſe alias judicatum refert
*Ceſar Urſillus ad deciſ. Afflict. 265. numero 73. in fi-
51 ne.* Eſtque ratio, * ut poſſit vivo alienatore feudum
revocare refuſo pretio, quia venditio abſqoe ejus
conſenſu eſt nulla, ut ſupra dictum eſt, & poſt alie-
nantis mortem omninò feudum eidem eſt reverſu-
rum, quæ ratio eſt finalis conſiderata à *Doctoribus*,
non autem ea, quæ habetur in *l. lex qua tutores, ff. de
adminiſt. tutor. & in l. ſi in emptionem, ff. de minori-
bus*, prout in terminis poſt alios dixit *Georg. Obrecht*
quem rogo videri, *de jure feudorum, l. 4. c. 6. n. 98.*
52 & quod iſta nullitas contractus † abſque conſenſu
agnatorum ſit vera ratio, quare agnati poſſint revo-
care, non autem quod feudum eſt honor familiæ,
quia dicta ratio militat etiam in allodialibus, in in-
dividuo tenuit *Matthias Berlichius in ſuis practica-
bilibus concluſionibus, concl. 37. volum. 2. n. 8. Joannes
Koppen. dec. 54. n. 33.* Et ideò veriſſimum eſt, dupli-
ci agnato remedio ſuccurri, alio in vita, alio verò in
morte, ſed tamen utrumque ex eodem fonte derivat
nempe quia feudum eſt ex pacto, & ipſi omnino eſt
reverſurum, ut poſt alios dixit Minſynger. *obſer. 85.
centur. 4. in principio, & Joan. Ferrar in Pract. Pa-
pienſi, in forma libelli, quo agitur ad revocat. feudi,
cap. nec ſuperſtitibus, n. 24. verſic. cujus rei ratio.* In
53 feudo autem hæreditario hoc † practicari non poteſt,
cùm ſucceſſor ſemper teneatur habere ratum factum
prædeceſſoris, nec valida eſt reſponſio, quod
non poteſt iſta qualitas hæreditaria conſiderari poſt
mortem, quia nedum poſt mortem, ſed etiam ejus
vita durante tenetur ſucceſſor feudi ſtare facto ſui
prædeceſſoris, immò etiamſi ſit ſucceſſor titulo
particulari; ſic videmus, quod emens feodum,
(& ſic illud acquirens, nedum in vita alienantis, ſed
titulo particulari emptionis) tenetur ſolvere omni-
bus creditoribus, qui habent hypothecatum ipſum
feudum, ſi vult illud retinere, aliàs ad inſtantiam
ipſorum venderetur, quod quidem ex eo procedit,
quia feudum eſt hæreditarium, & poteſt poſſeſſor de
eo ad libitum diſponere, cum conſenſu directi Do-
54 mini, * & propterea non mirum ſi *Hartm. Piſtor. l.
2. q. 11. n. 20.* tenuerit, jus hoc prælationis compe-
tere in feudo hæreditario mixto, nam ille Author
55 Germanus loquitur de illis † feudis Germaniæ qoo-
rum inveſtitura loquitur pro ſe, & hæredibus maſ-
culis, ut advertit *Piſtorem* increpans, & omnibus e-
jus argumentis reſpondens *Andreas Knich. in d. tract.
tit. de veſt. pact. c. 2. per totum*, qui formam inveſtitu-
56 ræ tradit *n. 12.* & quod hoc * feudum ſit inalienabile,
hæreditarium verò alienabile *nu. 93.* & quod ex no-
ſtra inveſtitura feudum ſit alienabile, habetur *n. 217.*
ubi Doctores Regnicolas affert, verbum enim *hære-
57 dibus*, pro liberis accipitur * in feudis, *cap. 1. §. & ſi
58 clientulus*, * *de alien. feud. pat.* maximè qoando inve-
ſtitura eſſet pro ſe, & hæredibus maſculis, cùm tunc
ſemper de liberis intelligatur, ut plenè notatur per

*Doct. in l. Gallus, paragrapho etiam ſi parente, ff. de li-
ber. & poſth.* & quod hoc feudum ſit ex pacto, &
providentia, dixit Surd. *in conſ. 108. n. 10. & 12. l. 1.
& ſub n. 12.* & quod * in Germania jure Saxonico feu- 59
dum in dubio præſumendum * ſit ex pacto, ſicut ait 60
eſſe, quando conceditur pro ſe, & ſuis hæredibus
feudalibus, dixit *Joa. Koppen.* † *dec. 54. n. 30.* In Re- 61
gno autem communis forma eſt, *pro ſe, hæredibus, &
ſucceſſoribus*, quæ forma abſq; dubiò facit feudum
hæreditarium, *Andr. de Iſern. in c. 1. in princip. §. hoc
quoque de ſucceſſ. feud. Pariſ. conſ. 1. nu. 50. vol. 1. &
Roland. à Vall.* qui conſiderat clauſulam illam *ſucceſ-
ſoribus, conſ. 53. n. 6. in fine, vol. 3.*

Et ex his patet, * quod vera poteſt eſſe *Piſtoris* 62
opinio, ſed in illo feudo, quod quamvis vocet hæ-
reditarium, tamen in effecto eſt ex pacto, & pro-
videntia, ut eſt communis Doctorum Germano-
rum ſententia, de qua per eundem *Knichen in loco
citato*, in quo feudo, quod vocat *Piſtorius* hæredita-
rium, militat eadem ratio, quam ſupra diximus, nem-
pe nullitatis venditionis, ſtante quod non poteſt
vendi nec alienari, ſine agnatorum conſenſu, & per
hoc poſt mortem omnino abſque pretio eſt reverſu-
rum ad proximiorem agnatum, & authoritate *Pi-
ſtoris* movetur *Conſiliarius de Anna in obſerv.* 10. qui
tamen in *quæſt. 5. num. 19. lib. 2.* ex *Damnata me-
moria* authoritate nec jus protomiſeos dici poſſe
aſſerit.

Et propterea omnes Doctores tenentes, jus præ-
lationis non habere locum in feudo hæreditario,
prædictam opinionem * ſimpliciter tenuerunt abſque 63
diſtinctione in vita, vel in morte, nulla enim in hoc
feudo cadit diſtinctio, cùm nec in vita, nec in mor-
te poſſit alienatio cum conſenſu Domini revocari,
Iſernia enim in *§. ſed & res & in paragrapho Titius*
in utroque caſu, tam alienationis poſt mortem, quam
in vita utitur eodem verbo, *revocare*, poſt mortem
ſcilicet, nullo dato pretio, & in vita pretio refuſo,
Affl. *in d. paragrapho Titius* loquitur genericè, tam
poſt mortem, quam in vita, nam *nu. 2.* tangit quæ-
ſtionem de feudo hæreditario antiquo, & dicit,
quod filius non poteſt revocare feudum alienatum
per patrem, ſic genericè, & licèt poſtea ſubdat, quod
quantumcunque fecerit inventarium, quod præſup-
ponit mortem patris, tamen illud ſtat ampliativè,
non reſtrictivè, & per hoc non allegat tex. *in l.* 64
cum à matre, ſed tex. *in l. ea, quæ à patre geruntur,
C. de reſtit. milit.* quæ legis diſpoſitio militat tam
in vita, quam in morte. Alex. *in conſ. 16. lib. 5. n.
9.* generaliter tenet, diſpoſitionem tex. *in §. Titius*
non procedere in feudo hæreditario, & ſic etiam
*Natta in addit. ad dictum Conſilium, Carnetius in ex-
travag. volentes, c. proſpexit* loquitur generice ſcili-
cet diſpoſitionem jurium feudalium prædictorum
eſſe intelligendam tantum in feudo ex pacto, &
non in feudo hæreditario, & ſic etiam *Intrigl.* nec
reſponſio, quod loquatur in feudo mere hæredi-
tario, & non mixto ſatisfacit, ex quo ſunt Do-
ctores Siculi, qui loquuntur de inveſtitura in Re-
gno Siciliæ, ubi eadem viget forma inveſtituræ,
prout in hoc Regno, Frecc. *lib. 3. differ 3. inter feu-
dum ex pacto, & hæreditarium*, etſi videatur exempli-
ficare caſum poſt mortem, tamen non reſtringit
communem regulam, immo *n. 3.* expreſsè dicit, quod
de feudo hæreditario judicatur idem, quod de allo-
dio, interveniente aſſenſu Domini, * & in allodio cer- 65
tum eſt, jus prælationis non admitti, per text. *in d. l.
dudum, de contr. ah. empt. Pariſ. de reintegr. feud. fol. 133.*
loquendo de hoc jure prælationis, ſive protomi-
ſeos in feudis *n. 17.* expreſsè tenuit, * quod non habet 66
locum in feudo conceſſo pro ſe, & hæredibus, & ſuc-
ceſſoribus, & licèt illi reſpondeatur, quod loquitur
de re particulari, ex quo exemplificat in re particu-
lari, tamen eadem diſpoſitio, quæ eſt de parte quoad
partem.

Digitized by Google

partem, eſt de toto quoad totum, cùm enim ſe fun-
det in forma inveſtituræ, eadem eſt diſpoſitio reſpe-
ctu feudi, iſto modo conceſſi, & proinde dicit *in*
fine, quod in iſtis bonis ſuccedit, ut in *Conſtit. Re-*
gni De hominibus Baro, *Liparulus in dict. §. Titius*,
verſic. quod ſi Titius, in verbo ſecus ſi hæreditarium
67 *eſſet* expreſsè tenet, † quod in feudo hæreditario
filius non poteſt revocare, nec in vita, nec in mor-
te, *Grammat. in deciſ.* 10:. *num.* 207. loquitur in tota
68 diſpoſitione * *tex. in d. §. Titius.* non habeat locum
in feudo hæreditario, ſic etiam Camer. *fol.* 98. qui
dixit text. *in d. §. Titius, & §. ſed & res, & §. porrò*
loqui in feudo recto, non autem in feudo hæredita-
rio, Loffred. *in conſ.* 1. *&* 14. ſimiliter de tota diſpoſi-
tione dictorum jurium loquitur, Gozad. *conſ.* 9. *n.* 13.
& Riminald. junior *in conſil.* 5. *n.* 1. loquuntur etiam
generaliter, *Franchis* loquitur ſpecificè, etiam in vi-
ta, dum tractat de pretij reſtitutione, quæ non fit,
niſi in vita, generaliter etiam loquuntur *Intrigl. de*
feud. art. 32. *centur.* 2. *& Rol à Vall. conſ.* 56. *&* 57.
l. 3. *Ruin. conſ.* 1. *l.* 2. *n.* 15. & alij in prioribus allegati,
imo *Theſaur. in dec.* 99. loquitur propriè in caſu alie-
nationis in vita, & ultra Doctores allegatos addu-
co etiam pro hac opinione *Jacobut. de Franch. in*
prælud. feud. num. 132. *& Felicem de Rubeis in apoſtill.*
ad Andr. de Iſern. in d. §. Titius, quem vidi ad pen-
nam, & ego habeo *Iſerniam* antiquum cum additio-
nibus *Incerti Authoris* maximæ eruditionis, qui
in *dicto paragrapho Titius* inter alia ſubdit hæc ver-
69 ba, *& facit, quia ſi hæreditarium * feudum ſit aliena-*
tum cum conſenſu Domini, non poteſt filius revocare, ſe-
cundum magis communem opinionem, quam fundavi in
allegationibus, quas feci pro Bartholomæo Caracciolo
in cauſa Turris Paleariæ, & Andreas ſentit in pluri-
bus locis, aut verò alienavit, ſine conſenſu Domini, &
tunc jus revocandi datum alienanti per Conſtitutionem
Regni non poterit trahi ad filium, patre adhuc viven-
te, maxime ſi intelligitur conceſſum etiam filio, intel-
ligitur ordine ſucceſſivo, per notat. per Bart. in l. Gal-
lus, §. 1. *ff. de liber. & poſthum. & Andr. infra de*
alien. feud. pater.
70 Nec prædictis obſtare poterit * doctrina *Roſenth.*
c. 9. *membro* 2. *concl.* 89. in duobus locis ponderata,
ad probandum, etiam in feudo alienabili, abſque
conſenſu agnatorum habere locum jus proto-
miſeos, nam *num.* 4. *lit.* C. ubi adducit *Bal.*
Alvarot. Præpoſ. Affl. & Damnata memoria Autho-
71 *rem* loquitur de caſu indubitabili, † nempè quan-
do alienatio eſſet abſque conſenſu directi Domini,
nam non ceſſat revocatio, ſive prælatio in bene-
ficium agnatorum introducta, & præter Autho-
res adductos in hoc, eſt punctualis *text. in d. cap.*
1. *§. donare, verſ. porro*, ubi ponit caſum, prout
communiter intelligitur, antequam eſſet prohibi-
ta alienatio per Lotharium & Federicum, & in
dicto caſu dicit, quod Dominus redimit, & quod
agnatus in redimendo Domino præfertur, ut ita
optimè declarat idem *Roſenth. d. cap.* 9. *memb.* 1.
72 *concl.* 58. *n.* 25. *cum ſeqq.* † verùm difficultas rema-
net in eo caſu, quando alienatio poteſt fieri etiam in
præjudicium agnatorum, abſque conſenſu ipſorum,
prout in feudo hæreditario. In quantum autem i-
dem *Roſenthal. loco* citato *n.* 6. *in fi. lit. E.* tenet, ean-
dem prælationem dari agnato, etiam in feudo hære-
ditario, erit animadvertendum, quod in hoc expreſ-
sè contradicit prædictus *Author Damnata memoria*
§. 35. *n.* 22. *& Burſ. conſ.* 49. *num.* 53. *lib.* 2. quem
prædictus *Damnata memoria* ad hoc allegat, & ideo
miror, quomodò potuit à patre allegari *conſilium*
Burſati ad probandum, quod habeat locum revoca-
tio etiam in feudo alienabili, in præjudicium agna-
torum, cùm contrarium dicat, prout benè advertit
Roſenthal. in d. concl. 89. *lit. E.* ſed ei, & *Damnata me-*
moria Authoris reſpondet, prædictos Doctores loqui
in caſu, quo jure ſucceſſionis poſt mortem tractare-
tur revocatio, non autem in vita, quæ reſponſio ſatis
divinativa apparet, cùm *Burſatus* generaliter loqua-
tur, & proinde non debet reſtringi ad caſus ſucceſ-
ſionis, & per hoc ſentiens difficultatem *Reg. Rovit.*
in rubrica de feudis n. 37. dixit * in feudo merè hære- 73
ditario ceſſare jus retractus, quamvis in hoc nullum
conſtitui poſſe differentiam in † Regno noſtro de feu- 74
do merè hæreditario, vel mixto, prout vocant no-
ſtrum feudum, apparet ex infra dicendis.

Benè verum eſt, quod hæc opinio, quod habeat
locum in feudis, * quando feuda ſunt redacta ad in- 75
ſtar aliarum rerum patrimonialium, ſive alloda-
lium, benè poteſt procedere in Gallia, ut in aliis lo-
cis, ubi ſtatuto, vel conſuetudine locum habet jus
retractus, ratione ſanguinis, & ſic non habet locum
text. in d. l. dudum, de contrah. empt. & proinde in
caſu prædicto loquitur Tiraqu. † *de retract. lignag.* 76
1. *gl.* 3. *nu.* 12. motus ea ratione, quia in Gallia feu-
da ſunt ad inſtar bonorum hæreditariorum, & pa-
trimonialium, & comprehenduntur in generali bo-
norum alienatione, ex doctrina *Jo. Fabr. in §. ult. in-*
ſtitut. de aſſign. libert. quod ſerus eſt de jure commu-
ni in aliis partibus, ut ipſe idem advertit *num.* 4. *cum*
ſeqq. & in Regno noſtro, ut per Afflict. *dec.* 24.

Quando autem tractatur de * hoc feudo hæredi- 77
tario, ſeu mixto, prout etiam vocatur, tunc etiam
Authores Germani, qui poſt *Piſtorem*, *& Roſenthal.*
ſcripſerunt, tenuerunt, nullo modo habere locum re-
vocationem, nec in vita, nec in morte, ut per *Geor-*
gium Obrecht in allegato *l.* 4. *c.* 9. *de jur. feud.* qui *n.*
28. diſertiſſimè tractat articulum, * & omnes Docto- 78
res, & opiniones afferendo concludit, in feudo hære-
ditario nullo modo poſſe filium, vel agnatum revoca-
re, in feudo autem ex pacto dicit, † militare illam 79
diſtinctionem, aut in vita, aut in morte alienantis,
ut in vita poſſit revocare, tamen debet refundere pre-
tium, poſt mortem verò, aut eſt hæres, & ſimili-
ter poteſt revocare, ſed debet etiam pretium ſolvere,
niſi eſſet hæres cum beneficio legis, & inventarij,
nam tunc non teneretur ad pretium niſi, quatenus
haberet ex hæreditate, aut verò non eſt hæres, &
tunc pretium refundere non debet, ſic etiam articu-
lum prædictum laborioſiſſimè more ſuo diſputa-
vit *Matthias Berlichius* ſimiliter Germanus in allega-
ta *concl.* 57. *vol.* 2. qui *n.* 17. indiſtinctè tenet, * quod 80
tam in feudo merè hæreditario, quam in feudo mix-
to non poteſt agnatus, vel filius revocare, innume-
ros Doctores pro hac opinione afferendo, & *nume-*
ris ſequentibus omnibus contrariis reſpondendo, &
de communi teſtatur *Joannes Koppen. in d. dec.* 54. *n.*
25. non obſtante opinione contraria *Roſenthal.*
quem allegat.

Apparet ergò ex prædictis, quod opinio, quam
defendimus, nedum eſt communis, verum tanquam
vera ab omnibus approbata, * & *Affl.* qui pro con- 81
traria parte allegatur, hoc non dixit, quia in *tract.*
de jur. protom. num. 7. tenet opinionem ſimpliciter,
quod jus protomiſeos habet locum in feudis, ſed
loquitur in feudo ex pacto, dum allegat *tex. in d. §.*
ſed & res, ſic etiam *in d. §. porrò*, neque tenuit in *c.* 1.
§. hoc quoque, de ſucceſſione feudi, num. 56. nam quan-
quam dicat, quod quando patre vivo filius revo-
cat, ſufficit quod feudum ſit antiquum, quaſi non
ſint neceſſariæ duæ qualitates ſuperius dictæ, quan-
do revocatio poſt mortem, ſcilicet ut feudum ſit
ex pacto, & quod filius faciat inventarium. Nam rei
veritate nunquam intentionis *Afflict.* fuit dicere,
quod vivo alienante non ſit neceſſaria qualitas feu-
di ex pacto, quia *in dicto loco* dicit, quod ſuf-
ficit, quod feudum antiquum, loquens de
feudo ex pacto, & non de feudo hæreditario, quod
optimè declarat infra *nu.* 68. ubi pro ſolutione quæ-
ſtionis, an factum patris præjudicet, diſtinguit cum
gloſ.

Digitized by Google

gloſ. quòd aut eſt feudum paternum, & factum præ-
judicat, aut feudum eſt antiquum, & non præjudi-
cat, quæ *gloſ.* ſecundum *Andr.* dicere voluit, aut
feudum eſt hæreditarium, aut ex pacto, & provi-
82 dentia, ſi hæreditarium, * præjudicat, ſi verò ex
pacto, non, & ſic feudum hæreditarium vocat feudum
paternum, feudum verò ex pacto, & providentia
vocat feudum antiquum, & quando dixit *Afflict.*
ſufficit ut ſit antiquum, voluit intelligere de feudo
ex pacto, alias enim eſſet ſibi contrarius ad ea, quæ
dixit *in §. Titius, & §. ſed & res*, nemo ergo ex Re-
gnicolis hanc opinionem tenuit in noſtro feudo hæ-
reditario, præter *Fabium de Anna* in allegata *obſerv.*
10. qui motus fuit ex opinione *Hartm. Piſtoris*, &
aliorum exterorum, quo non loqui de feudo noſtro
hæreditario fundavimus.

Diximus etiam in prioribus ſcriptis, non poſſe
jus revocationis practicari in feudis, quando ven-
83 duntur ſub haſta, * & licèt in contrarium allegetur
Pappon. *l.*21. *tit.*7. *arreſt.*29. *Cracius dec.*186. tamen
in hoc Regno habemus deciſiones particulares, per
quas fuit deciſum, jus revocationis non competere
in venditionibus, quæ fiunt ſub haſta, & primò fuit
deciſum tempore Regis Ferdinandi in cauſa Bartho-
lomæi Carafæ, ut refert Frecc. *lib.* 2. *de ſubfeud. in
limitat. ad Conſtit. divæ memoria, limitat.*6. ubi in-
84 ter alias afferuntur rationes, * quia aliàs nunquam
pignora exequuta diſtrahi poſſent, ut *n.*12. & 13. &
eſſet ſubtrahere à Regno comercium, & idem fundat
85 Jo. Vincentius de Anna * *in repetit. Conſt. divæ memo-
riæ, in* 3. *parte*, *n.*232. *cum ſeqq.* & ita obtinuiſſe te-
ſtatur in cauſa illorum de Bonſis, cum Minerva Se-
vericana, idem etiam fuit confirmatum in Collate-
rali Conſilio in cauſa Franciſci Pittæ, cum Illuſtr.
Duce Adriæ, & ita ſemper teſtatur fuiſſe obſerva-
tum, ponit rationem, quia lex loquitur de volun-
86 taria, non de neceſſaria alienatione, * & proinde ca-
ſus neceſſariæ alienationis videtur omiſſus, *l. quicquid
adſtringenda ff. de verbor. obligat.* & alienatio neceſſa-
ria differt à voluntaria, *l. divus, ff. de petit. hæred. l.
peto, §. prædium, ff. de leg.* 2. cum aliis allegatis,
quæ concluſio, non poſſe revocari alienationem feu-
di hæreditarij ſub haſta venditi, in hoc Regno eſt
abſolutiſſima, & abſque controverſia.

87 Et licèt prædicta procedant * in revocatione vi-
gore *Conſtitutionis divæ memoria*, tamen multò ma-
gis militant in revocatione virtute *d. §. Titius, & §.
porrò*, tum quia eadem, & major eſt ratio, tum etiam,
quia quando daretur hoc remedium in feudo hære-
ditario, quod expreſsè negatur, quamvis in hoc caſu
dubitet Regens de Ponte *in dec.*11. *n.*15. quia factum
Judicis eſt factum partis, & quia prælatio non im-
pugnat venditionem, tamen hæ rationes in ſpecie
fuerunt conſideratæ per Frecc. *in loco citato, n.* 10. ſed
iſtis non obſtantibus fuit contrarium deciſum per ra-
tiones, ut *ibi* per eum, quibus non reſpondetur per
prædictas conſiderationes factas per *Regentem de
Ponte*, & propterea firma * remanet prima conclu-
88 ſio, quod prædicta jura feudalia loquentia de revo-
catione, ſeu prælatione non habent locum in feudo
hæreditario, etiam vivo alienante, * & in ſpecie quod
89 non habeat locum hoc jus revocationis conceſſum,
per prædicta jura in feudis alienatione, quæ fit ad
inſtantiam creditorum tenuit * Fed. Prukman. *conſ.*
90 4. *n.*37. *vol.*1. & in alienatione neceſſaria firmat latiſ-
ſimè Morotius *reſp.* 62. *n.* 22. & in retractu ſanguinis
hoc etiam latè firmat Clapper. *cauſ.*100. *qu.* 1. *n.*18.
neque obſtabit *gloſ. in d. §. porrò*, quia non loquitur
in venditione, quæ fit ordine Judicis ſub haſta, nec
91 *deciſ.* 177. *&* 482. *de Franch.* * quia loquuntur in ju-
re laudemij, non autem in retractu ratione ſangui-
nis, ſeu revocatione in venditione rerum feudalium,
in quibus terminis loquuntur Doctores, & deciſio-
nes allegatæ in contrarium.

Ad prætenſam verò prælationem virtute text. *in
l. prima, ff. de privil. cred.* jam † ſatis fundatum eſt, 92
non procedere emptione perfecta, & emptionem eſſe
perfectam diximus, † quando candela fuit extincta 93
plus offerenti, quibus addo in terminis Aſinium, *in
tract. de exec. §. 6. gloſ.* 10. *per totam*, nec poteſt di-
ci, quod petitio prælationis fuit facta per D. Ale-
xandrum ante extinctionem candelæ, quia eo tem-
pore non aderat oblatio, niſi duc. 68. mille, quod
pretium non fuit viſum juſtum Sacro Conſilio, &
ideò mediante decreto fuit proviſum, quod accende-
retur candela ſuper prædicta oblatione, citra præju-
dicium jurium partium, & fuit cum effectu accenſa,
& præſente in aula D. Alexandro extinxit Ill. Prin-
cipi Colubratij pro prædictis duc. 71. mil. qui in
prædicto actu venditionis non dixit, velle præferri
pro prædicto pretio duc. 71. mil. nec poſt venditio-
nem prædictam, quo caſu ſuccedit regula, quod
quando quis haberet jus revocandi alienata, † ſi con- 94
tradiceret, ſi fuit præſens, & non contradixit, tunc
non poterit amplius revocare, ita Bald. *in l. quoties,
la* 1. *C. de fideicom. & in l. ſi ſine, C. ad Velleia. n.* 12.
per text. in l. ſi fundum per fideicommiſſum. ff. de legat. 1.
ubi Doctores, & eſt ratio, quia præſens. & tacens
ſibi præjudicat, * niſi proteſtetur contra actum, quia 95
videtur conſentire, *l.* 1. *C. de fil. fam. quemad. pat.
lib.* 10.

Quod maximè procedere debet in terminis privi-
legij conceſſi virtute text. *in d. l.* 1. quia creditor,
vel agnatus, qui vult præferri, † oportet, ut expreſ- 96
sè dicat, quod vult præferri pro pretio, quod ab alio
reperiretur, poſt oblationem factam, & antequam
emptio ſit perfecta, quia privilegium eſt conceſſum
perſonæ, ut optimè advertit Rip. *in d. l.* 1. *ff. de privil.
creditor.* & poſt eum Aſin. *in d. §.* 6. *c.* 5. *n* 8. alias adeſ-
ſet fraus, quia ſi bona, * quæ ſubhaſtantur, vende- 97
rentur pro modico pretio, tunc diceret creditor agna-
tus, ego ante venditionem pretij prælationem, &
propterea volo præferri, aut reperiretur emptor, qui
juſtum pretium, vel ultra offerret, & creditor dice-
ret, nolo prælationem, quia non expreſſi pretium,
quando pretij prælationem, vel poteſt dicere, ego
pretij prælationem, tempore, quo aderat minor ob-
latio, quod non eſt admittendum, nam unquam re-
periretur emptor, qui in haſta candela accenſa of-
ferret, ut hoc in ſpecie voluit Petrus Vanderanus *in
ſuo tractatu de privil. credit. cap* 12 cujus verba, quia
loquitur in proprio caſu ſubhaſtationis, referre non
pigebit. *Cum enim per præconem tempus rei ſub haſta
vendendæ publicè ſoleat denunciari, ſanè per ipſum ſte-
tit, & ſua culpa debet adſcribere, quod non tempeſti-
ve futuræ auctioni ſe paraverit*; oportet ergò, ut
creditor agnatus ſe præparet in actu ſubhaſtationis
futuræ auctioni, nec ſufficit, petitionem prælatio-
nis eſſe factam tempore, quo aderat oblatio mino-
ris pretij. & iſtis attentis apparebit, quod ſi benè
legatur deciſio Sacri Conſilij relata per Conſilia-
rium Jacobum Anellum de Bottis *in addit ad* Bart.
in d. l. 1. decidit in puncto, quod in caſu, de quo
agimus, non datur prælatio prætenſa, * quod etiam 98
jure fundatur, nam hoc privilegium prælationis
in eo tantum caſu datur creditori agnato, quando
nullum ex eo poſſet aliis creditoribus inferri præ-
judicium, ut optimè declarat Ant. Fab. *in ſuo C. tit.
de jur. deliber. diffin.* 14. & ſi admitteretur, ut poſſet
ante accenſionem candelæ offerre ſic generaliter,
maximum inferretur aliis creditoribus præjudicium,
quia nunquam reperitur emptor, qui poſt prælatio-
nem petitam offerret, ſciens rem non eſſe ſibi re-
manſuram.

*Articulus iſte in hac cauſa non fuit aliter deciſus,
quia cùm fuiſſent liberati dicto D. Alexandro ducati
viginti quatuor mille ex cauſa litis, * quam habebat* 99
cum Illuſtr. Duce Turſi ex juribus competentibus

Donno

Donna Conſtantia de Sangro del Carretto Marchionïſſa Orioli ejus matri, contentus remanſit, ut liberaretur creditoribus, cum qua pecunia maxima pars ipſorum fuit ſatisfacta, & ſic non amplius de dicto articulo fuit loquutum, ſed D. Alexander remanſit in poſſeſſione dictæ terræ, etiam ex juribus ceſſis per creditores anteriores, verùm in cauſa Donnæ Annæ Caraſa uxoris Doctoris Fabricii Bonitò cum Don Alonzo Sancez, quæ fuit junctis Conſiliariis duarum Aularum votata, relatum fuit mihi, quod major pars Dominorum in hanc inclinabant opinionem, licèt excluſa memias in deciſ. 57. *ubi etiam fuit articulus prælationis latè diſcuſſus, licèt ex aliis deciſ. & has meas Conſultationes noviſſimè imprimi curavit doctiſſi-*
100 *mus, * & integerrimus Regens Joan. Franciſcus Sanfelicius, meus Collega obſervantiſſimus in ſuis deciſionibus* in deciſ. 100. *& propriè* o. 36. *videnda, quia nonnulla alia congerit ad materiam.*

OBSERVATIO IN CONSULT. XXVIII.

ARGUMENTUM.

Rursùs accipitur calamus de jure protomiſeos, utrum militet in feudo mixto, dum poteſt vendi cum aſſenſu Domini reluctantibus agnatis. Quid in feudo novo, & plano, &, de tabula.

SUMMARIUM.

1 *Jus protomiſeos an habeat locum in feudo mixto.*
2 *Opinio* Iſerniæ, *quæ laudatur per* Conſ. Theodor. Reg. de Marin. *& alios.*
3 *Aſſignantur rationes pro* Iſern.
4 *Feudatarius poteſt vendere feudum cum aſſenſu Domini agnatis reluctantibus.*
6 *Quid in feudo novo, vel plano, & de tabula.*

1 RUrsùs calamum adhibet *Reg. Latr. in hac Conſult.* 28. An jus retractus locum habeat in feudo hæreditario mixto. Sunt enim, qui defendunt competere tale jus in feudo hæreditario, & ex ſui natura, vel conventione in quoſcumque alienabili, ita *Weſſembec. conſ.* 3. *n* 40. *Piſtor. lib.* 2. *qq. jur. part.* 1. *qu.* 11. *n.* 20. *Schrader. de feud. p.* 8. *c.* 7. *num.* 20. *Roſenthal. de feud. cap.* 9. *concluſ.* 89. *per tot. Theſaur. qq. for. lib.* 1. *q.* 39. *numer.* 2. *Anna obſ.* 10. *Revit. ad pragm. de feud. in rubr. n.* 12. *de Marin. ad Revert. obſ.* 22. *num.* 4. ubi quod ità ſemper fuit obſervatum *Aponte dec.* 11. *Reg. Latro dec.* 57. *nu.* 1. *& ſeqq.* & ibi *Gizzius*, ubi refert ità fuiſſe pluries deciſum.

2 * Contrarium tamen verius cenſent *Iſern. in c.* 1. *§. Titius il* 1. *ſi de feud. defunct. fuer. contr.* ubi quod diſpoſitio jurium adductorum procedat tantùm in feudo ex pacto, *Lanar. conſ.* 69. *Theſaur. dec.* 99. *nu.* 1. *Theodor. alleg.* 2. *n.* 1. *de Marin. lib.* 2. *reſ.* 116. *num.* 4. *& ſeqq.* ubi latè hanc opinionem defendit *Revit. & ſequatibus*, & de veriori teſtatur *Roſa conſult.* 27. *numer.* 12. Et hæc opinio videtur verior.

3 * Quam opinionem veriorem tradit *Corradin. de jur. prælat. q.* 35. ex eo, quia ſi proximior agnatus feudum hæreditarium non poteſt revocare. Immò in feudo non poteſt ſuccedere, niſi jure hæreditario. Conſequens eſt, quod non feudum habere, neque mortuo, neque vivente alienare, & teneatur factum illius ſervare, tam poſt mortem, quàm in vita.

Neque prodeſt, quod per jus prælationis, ſi-

vè retractum non impugnetur alienatio, immò potiùs confirmetur, & ſubrogetur, petens prælationem in locum emptoris.

* Quia abſolutum eſt apud omnes, quod poſſit feudatarius feudum vendere cum aſſenſu Domini, 4
etiam reluctantibus ipſis agnatis, *Roſenthal. de feud. c.* 9. *membr.* 1. *lit. E. in add. in fine.*

In feudo novo an competat prælatio, negat *Latro n.* 24. *Corradin. de jur. prælat. qu.* 35. *n.* 17. *Card.* 5
de Luca diſc. 37. *n.* 2. Extenditur, etiamſi conceſſio facta ſit cum clauſula, *jure antiqui feudi, Aponte dec.* 11. *n.* 121. *Maſtrill. dec.* 8. *n.* 21. *Sanfel. dec.* 104. *n.* 20. *Corrad. d. qu.* 35. *nu.* 16.

An hoc jus competat tam in feudo plano, & de tabola, quàm quaternato. Affirmat *de Marin. lib.* 1. *c.* 233. At vide infrà.

ARGUMENTUM.

De aſſenſo tacito pro dotium reſtitutione ex Capitulo Gratiæ Neapol. conceſſæ circa feudalia, quando locum habeat, & an præſumptus, an verò fictus dicendus ſit, explicatur, & an operetur, ſi non adſit expreſſa obligatio feudalium in capitulis matrimonialibus, ſed tantum promiſſio de illa obligando, & hypothecando, ad finem ut reſpectu allodialium, ita & feudalium bonorum hypotheca incipiat, vel retrotrahatur, nec nè ex die initorum capitulorum matrimonialium, multa adducta circa promiſſionem de obligando, vendendo, donando, locando, renunciando, & ſimilibus, quid importet, & quæ actio ex ea oriatur, an perſonalis tantùm, an verò etiam hypothecaria.

SUMMARIUM.

1 *Feuda de jure communi non ſolùm alienari, ſed neque in dotem dari poterant abſque aſſenſu Domini.*
Alia, etiamſi pater filiam dotare aliunde non poſſet, num. 2. *quid tamen ſit de jure Regni, num.* 3. 5. *&* 6.
4 *Feudatarius de jure* Conſtit. Regni *non poteſt matrimonium contrahere, abſque Regis licentia, hodie tamen poteſt, & qua lege, vel ratione, numero* 5.
7 *Aſſenſus Regius ex privilegio Civitatis Neapolis cenſetur præſtitus inſtrumento dotali, in quo adeſt obligatio bonorum feudalium, & nu.* 30. 33. *&* 40. *ſecus verò ſi deficiat obligatio bonorum feudalium, n.* 11. *ratio petitionis, & conceſſionis Capituli fuit conſervatio dotium, n.* 19.
8 Capitulum Gratiæ *circa aſſenſum tacitum pro dotibus exornatur, & quod habet locum, etiamſi adſint tantum capitula matrimonialia, nu.* 9. *item quando promiſſio dotis ſit facta per ſocerum in capitulis matrimonialibus, n.* 10. *&* 20. *& habet locum, tam pro capitali, quam pro intereſſe, n.* 21. *ac etiam in inſtrumento mutui, n.* 22.
12 *Hypotheca pro dotis reſtitutione an oriatur à die celebrati inſtrumenti dotalis, an verò à die capitulorum matrimonialium, quid ſi in eis non adſit hypotheca bonorum feudalium, ſed tantum promiſſio de hypothecando, & obligando in ampliſſima forma.*
13 *Promittens ſe obligaturum intra certum tempus, poteſt conveniri, ac ſi de præſenti ſe obligaſſet, ſed contra, n.* 37. *Intelligo, ut n.* 38. 43. *&* 57. *procedit tantum in actione perſonali, non autem in hypothecaria, n.* 45.
14 *Circuitus inutilis eſt evitandus.*
15 *Promiſſio de conſtituenda dote habetur pro conſti-*

tuta, maximè ſi ſit facta in capitulis matrimonialibus, n. 16. Amplia ſi ſit appoſita dies cum hypotheca pro dotis reſtitutione, nam retrotrahitur ad diem capitulorum, & ſic ad diem promiſſionis, na. 17. etiam ſi dos ſit ſoluta viro poſt mortem uxoris, ibid. ſed contra, n. 27. & quare, na. 28. quod in terminis Conſtit. Regni Licentiam, *n. 31.*

18 *Capitula matrimonialia non ſtipulata favore dotis pro ſtipulatis habentur, actio rei uxoria hodie eſt ſublata, & omnia ejus privilegia ſunt tranſlata in actionem ex ſtipulatu pro dote, & an dicatur ficta, vel præſumpta ſtipulatio, n. 62.*

23 *Aſſenſus* Capituli Neap. *concessi pro dotibus, extenditur etiam ad antefatum, item in aſſecuratione dotium, n. 24. ac in dote confeſſata, quando præceſſit promiſſio, etiam in præjudicium tertii, & Fiſci, n. 25. ac in qualibet obligatione, n. 26.*

29 *Aſſenſus* Capituli *non reſpicit perſonam, ſed obligationem, vel actum, quem validare intendit, cùm ſit petitus, ac conceſſus inſtrumento dotali, ideoque non ſit reſtrictio.*

32 Conſtitutio Regni licentiam *fuit correcta per* Capit. Caroli ſecundi.

34 *Hypotheca tacita in feudis non ſufficit, ſed expreſſa requiritur.*

35 *Mulier licèt habeat tacitam hypothecam pro dote in bonis viri, & præferatur aliis creditoribus ejuſdem mariti, expreſſam habentibus, tamen in feudis non habet tacitam hypothecam, n. 63.*

39 *Promiſſio de donando, vel vendendo non eſt donatio, vel venditio, & quid operetur, n. 40.*

41 *Contractus venditionis dominium rei venditæ in emptorem transfert.*

42 *Promiſſio de locando, de liberando, de fidejubendo, & de renunciando legitima paterna quid importet.*

43 *Promiſſio de alienando rem feudalem non eſt alienatio, quia ceſſat ratio evitandi circuitum inutilem.*

44 Capitulum Neapol. *conceſſum non extenditur ad promiſſionem de hypothecando, ex qua non oritur obligatio, ſed tantum ad intereſſe, & n. 46.*

47 *Aſſenſus ſumit naturam contractus, ſuper quo interponitur.*

48 *Hypotheca tantum tacita oritur ex promiſſione facta in capitulis matrimonialibus de obligando, & hypothecando omnia bona, & n. 61.*

49 *Promiſſio facta in capitulis matrimonialibus de conficiendo inſtrumentum dotale, operatur, ut poſſit agi tantum ad intereſſe, ſi non fiat inſtrumentum quo caſu non habet locum* Capit. Neap. *conceſſum, etiam ſi dicta capitula ſint ratificata per publicum inſtrumentum, n. 50. & quare, n. 51. 56. & 63.*

52 Afflict. deciſ. 61. *loquitur in actione perſonali, non autem hypothecaria.*

53 *Promiſſio de conſtituendo differt à conſtitutione.*

54 *Promitto promittis ſtat* per promettere, & non dare, *juxta vulgare dictum.*

55 *Mora non imputatur marito, ſi non venit dies votorum, in qua fuit facta promiſſio conſtituendi quartam.*

58 Deciſio D. de Franch. 677. *declaratur, & n. 59. & 60.*

62 *Stipulatio tacita, quæ inducitur, favore dotis, dicitur ficta præſumpta, & non operatur, niſi adſit obligatio, & hypotheca bonorum feudalium.*

64 *Specialia multa, imò duo tantum circa idem concurrere non poſſunt.*

65 *Fictionum quando dicatur una ad aliam conſequutiva.*

66 *Hypotheca bonorum allodialium non trahit ſecum hypothecam bonorum feudalium, & de ratione n. 67.*

68 *Capitula matrimonialia ſufficiunt, ut habeat locum aſſenſus* Capituli, *ſi in eis adſit obligatio expreſſa feudalium.*

Pro eiſdem Creditoribus Illuſtr. Marchionis Orioli, contra eundem D. Alexandrum Pignonum,

CONSULTATIO XXIX.

FEudorum alienatio de jure communi, † nedum 1
erat generaliter prohibita per leges Lotharii, &
Federici, verùm etiam neque poterant abſque aſſen-
ſu Domini in dotem dari, ut communiter conclu-
dunt Scribentes per text. *in cap. 1. §. donare, quali-
ter olim feudum alienari poter.* quod ampliatur, etiam 2
ſi pater aliunde non poſſet filiam dotare, prout con-
tra Andr. & Ardizon. concludunt Jacob. de Beluiſ. &
omnes alii DD. *in cap. Imperialem, &* Capyc. *in ſua
inveſtitur. in verbo pro dote*, & de communi teſtatur
Intrigliol. *cent. 1. art. 5. n. 68.* & alii, quos allegat
de Ponte *tit. de aſſenſ. Reg. ſuper dote, in rubr. n. 1.*
* De jure verò Conſtitutionum hujus Regni per 3
Conſtitutionem incipientem, *Fratribus* conceſſum erat,
fratribus in defectum bonorum allodialium partem
feudi pro dote ſororia obligare, aut ſi plura habe-
ret feuda, unum ex eis in dotem dare, ſed in illo
caſu quando matrimonium contrahebatur cum ex-
preſſa Regia licentia, ſupervenit poſtea *Conſtitutio
Federici*, incipiens *Honorem noſtri diadematis*, per 4
* quam cuilibet feudatario prohibeatur matrimo-
nium contrahere abſque Regis licentia.
† Quod videns Honorius Papa eſſe contra libe- 5
ram matrimonii voluntatem, inter capitula emana-
ta ſuper gravaminibus factis per Federicum ſtatuit,
matrimonia liberè eſſe contrahenda inter Regnico-
las, abſque aliqua licentia, & ſic etiam feuda
poſſe in dotem dari. Verùm Carolus Secundus *in
Cap. Regni* incipiente *Item ſtatuimus*, edito in plani-
tie Sancti Martini, prædicta jura correxit. Statuendo,
omnes, tam feudatarios, quam non feudatarios poſ-
ſe liberè matrimonia contrahere, abſque Regis licen-
tia, † verùm mandavit, feuda non poſſe in dotem 6
dari ſine ſpeciali aſſenſu, ſub pœna amiſſionis feudi,
& ideò *Cap. Papæ Honorii*, non ſervari, ſed *Capitu-
lum* Caroli II. circa diſpoſitionem feudorum, poſt
Andr. Capyc. Camer. & Afflict. dixit idem de Pon-
te *loco citato, n. 8.* qui optimè omnia prædicta con-
geſſit, & exornavit.
* In anno 1505. per Regem Catholicum ad ſup- 7
plicationem hujus Fideliſſimæ Civitatis fuit conceſ-
ſum *Capitulum*, ut aſſenſus Regius intelligatur præ-
ſtitus inſtrumento dotali, in quo adeſt obligatio bo-
norum feudalium, ut *fol. 42. à ter. in Capitulis hujus
Fideliſſimæ Civitatis*, quod *Capitulum* poſtea fuit in-
ſertum in volumine Pragmaticarum, *in pragm. 2. ſub
tit. de feud.*
* Circa cujus *Capituli* interpretationem, & decla- 8
rationem nonnulla fuerunt ſucceſſivis temporibus
deciſa, prout in *Additionibus ad prædicta Capitula*,
& diſputat poſt alios idem de Ponte *in dicta rubrica
de aſſenſ. Reg. ſuper dote*, & particulariter. Utrum *Ca-
pitulum* habeat locum, ſi extant tantum capitula ma-
trimonialia, & Camer. *in d. cap. Imperialem car. 55.* 9
lit. F. tenuit, quod ſic, hoc etiam dixit de Ponte *lo-
co citato, n. 44.* & ſic fuiſſe deciſum, hoc *Capitulum*
* habere locum in promiſſione dotis facta per ſoce- 10
rum in capitulis matrimonialibus die 5. Octobris
1571. referente Domino Altomare, junctis Aulis,
penes Portium Actuarium in cauſa Marchionis Late-
ris, cùm Duce Adriæ, refertur *in Additionibus ad di-
ctum Capitulum.*
Fuit etiam dubitatum, utrum aſſenſus * *Capituli* ſe 11
extendat, quando in capitulis, vel in inſtrumento
dotali non adeſt obligatio bonorum feudalium, &
Camer. *in d. c. Imperialem fol. 55. lit.* H. tenuit, quòd
non, & ita deciſum in anno 1573. in S. C. in cauſa

Angelæ

Angelæ de Capite, cum Villanova, refert *Additio ad dictum Capitulum*, Molfeſ. *in add. ad conſ.* 3. *n.* 10. & alii infra citandi, hoc idem aliàs fuiſſe deciſum ſe patrocinante refert Franc. de Amicis, *in titul. de hu, qui feud. dar poſſ. §. ſequitur modo, ſub n.* 8. *fol.* 144. *Reg. Rovitu in pragm.* 8. *in fine, de feudis*, quicquid incontrarium ſenſerint Barthol. de Capua, & Afflict. ab ipſo allegati, *& Amatus in conſ.* 35. cùm in contrarium ſit communis opinio, & deciſiones Sacri Conſilii.

*Hinc oritur quæſtio inter D. Alexandrum Pig-
12 nonum, filium, & hæredem quondam Conſtantiæ de Sangto, Marchioniſſæ Onoli, & Creditores Marchionis patris, an debeat graduari in die capitulorum matrimonialium, an verò in die celebrati inſtrumenti dotalis.

Prætendit D. Alexander Pignonus ſe graduari in die capitulorum matrimonialium, quamvis enim in eis non adſit hypotheca bonorum feudalium, tamen adeſt promiſſio de hypothecando, & obligando in ampliſſima forma, ex vulgata doctrina Joan. Andr. *in addit. ad Specul. in rubrica de obligat. & ſolut.* ubi
13 tenuit, * quod qui promiſit ſe obligaturum ad decem intra certum diem, conveniri poteſt, ac ſi de
14 præſenti ſe obligaſſet, quia circuitus inutilis eſt evitandus, & Joann. Andream ſequuntur *Doctores* quos longa ſerie congeſſit Tiraquell. *de retract. convent. ad finem tituli, n.* 26. *uſque ad n.* 42. *& Dominus de* Franch. *in dec.* 574. Carrar. *Rota Genuæ deciſ* 29. *n.* 12. *Conſ. de* Georgio *alleg.* 45. *n.* 17. Tell. Fernand. *in l.* 12. *Tauri, n.* 15. cum aliis adductis à Caſtillo infra citando, & quod ſtante promiſſione de conſtituendo
15 dotem, habeatur pro conſtituta, dixit *Afflict. & ibi Urſil. in dec.* 61. & in promiſſione facta in capitulis
16 matrimonialibus tenuit de Ponte *in conſ.* 10.

Quod tantò magis debet procedere, quia in di-
17 ctis capitulis matrimonialibus adeſt dies, & hypotheca pro reſtitutione doris, & debet retrotrahi ad diem capitulorum matrimonialium, & ſic ad diem promiſſionis, dixit Franchia *decis.* 677. & habetur per DD. quos cumulat Molfeſ. *part.* 6. *de jur. dot. q.* 2. *n.* 14. quibus addo Trentacinq. *var. reſolut. lib.* 3. *reſol.* 9. *num.* 25. *Coſtam de retrotract. caſu* 31. *Theſ. lib.* 1. *qq. forens. quæſt.* 34. *&* Caſtillo *lib.* 4. *contro. jur. cap.* 40. *n.* 67. qui omnes tradiderunt, etiam hypothecam tacitam retrotrahi, etiam ſi dos ſit ſoluta viro poſt mortem mulieris, ut per Reg. Revert. *dec. manuſcript.* 71. *lib.* 4.

18 Nec ulla vis eſt facienda, ex quo capitula non ſunt ſtipulata, nam dotis favore pro ſtipulatis habentur, *l. unica, Cod. de rei uxor. action. &* Barboſ. *in* 3. *parte l.* 1. *ff. ſolut. matrim. n.* 2. dixit hoc privilegium fuiſſe conceſſum, quia poſtquam dos erat viro tradita, tunc in favorem mulieris oriebatur actio rei uxoriæ, tanquam ex contractu dotis nominato, & ſolebat etiam interponi ſtipulatio, per quam maritus promittebat dotem uxori reſtituere ſoluto matrimonio, ut *in l.* 1. *in princ. ff. eod. & ibi.* Bart. *n.* 14. *& Aret. in l. divortio, n.* 3. *ff. de verb. oblig.* verùm quia ſtipulatio pro dotis reſtitutione multo plenior erat, quam rei uxoriæ actio, duo fuerunt de novo per *Juſtinianum* introducta. Primum, quòd ſuſtulit rei uxoriæ actionem, & omnia, quæ ſpecialiter ei competebant tranſtulit in actionem ex ſtipulatu pro dote, *§. fuerat, Inſtit. de act.* alteram, quod licèt olim, ut competeret actio, ex ſtipulatu requirebatur expreſſa ſtipulatio, hodie ſemper cenſetur à partibus interpoſita.

Quibus adſtipulatur, quòd ratio ſubſtantialis, &
19 finalis tam petitionis *Gratiæ*, quam conceſſionis ipſius *Capituli*, eſt ipſa dotium conſervatio, & ideò fuit *Capitulum* extenſum, † nedum in bonis mariti, ſed
20 etiam in bonis ſoceri, ut per Camer. *in d. l. Imperia-*
21 *lem*, * *fol.* 51. *lit. Q.* & non ſolum pro capitali, verum etiam pro intereſſe, *fol.* 52. *lit. A.* ſic etiam in inſtrumento mutui, * quamvis ſtipuletur ex intervallo, ut 22
dicto f. 51. *B.* & ex *Additionibus ad dictum Capitulum, & de* Ponte *in d. rubr. de aſſenſ. Reg. ſuper dot. n.* 43. *&*
† 44. ſic etiam aſſenſus *Capituli* pro dotibus extenſum 23
fuit ad antefatum, ut per Urſill. *in deciſ.* 381. *n.* 1. licèt contrarium teneat Camer. *fol.* 86. *lit. D.* & nedum in
caſu reſtitutionis dotium, * ſed etiam in aſſecuratio- 24
ne, Frecc. *de ſubfeud. l.* 1. *q.* 2. Camer. *in dicto c. Imperialem, fol.* 53. *lit.* A. Paſchal. *de patr. poteſt. par.* 2. *c.*
7. *n.* 44. † idem etiam, quod habeat locum *Capitulum* 25
in dote confeſſata, quando præceſſerit promiſſio etiam in præjudicium tertii, & Fiſci, deciſum refert junctis
† Tribunalibus Camer. *fol.* 57. *lit.* 5. & in qualibet obli- 26
gatione, ut per Minadoum *in conſ.* 3. & propterea ex identitate rationis eadem debet militare depoſitio in caſu, de quo agitur.

Prædictis tamen, & aliis, quæ in contrarium for- 27
ſan adducuntur non obſtantibus contrarium in caſu noſtro ſpero judicandum. Cùm enim per *Capitulum*, requiratur actus poſitivus inſtrumenti dotalis, cum obligatione expreſſa bonorum feudalium, cum reſervatione Regii aſſenſus, non poteſt trahi ad alium caſum penitus diverſum, nam Rex concedendo, & Civitas ſupplicando, aliud intentum non habuerunt,
niſi quòd Gratia effectum operaretur, * prout om- 28
nes alii aſſenſus hominis. videlicet quando adeſt obligatio expreſſa, & aſſenſus reſervatio, aliud eſt enim aſſentire obligationi bonorum feudalium, & aliud inſtrumento obligationem bonorum feudalium continenti, quo caſu aſſenſus aſſumit naturam contractus, ſuper quo interponitur, & in expreſſo largè interpretatur, dum ſtat in formam Gratiæ, non diſpenſationis ad tollendum obſtaculum, prout authoritate Andreæ tradit Camer. *in d. c. Imperialem car.* 52. *lit. F. & G.* & poſt ipſos de Ponte *in d. tit. de*
aſſenſ. Reg. ſup. dot. n. 20. *cum ſeq.* qui ex hoc infert, 29
n. 22. quod cùm aſſenſus *Capituli* petatur, & concedatur inſtrumento dotali, non eſt habitus reſpectus ad perſonam ſed ad obligationem, vel actum, quem validare intendit, & propterea non fit reſtrictio, ſed ſtatur ſub continentibus, & comprehenſis in acto, & hoc ſive aſſenſus ſit hominis, ſive legis, ut firmat ex authoritate Andr. & Camer. de Ponte *in locis citatis*, qui etiam ex verbis ejuſdem *Capituli* tenet *in conſ.* 75. * *n.* 34. *vol.* 2. ubi *Capitulum* Neapol. conceſſum intel-
ligit eo caſu, quando pro reſtitutione dotis adeſt ex- 30
preſſa obligatio bonorum feudalium, & ex authoritate Camer. tenuit, ultra Franciſcum de Amicis, *& Reg. Rovit.* ſupra allegatos Jo. Vincent. de Ann. *in repetit. Conſtitut. divæ mem. n.* 239. *& ſequ.* dum allegat Camerarium, Surd. *in dec.* 220. *n.* 7. Molfeſ. *in* 1. *part. tit. de bonis, q.* 11. *n.* 8. *& conſ.* 3. *n.* 38. & ſic opinio *Camerarii* eſt communiter recepta, & deciſa, nulla habita ratione de opinione Barth. de Capua Afflict. & Petr. de Monteforte *in Conſtitutione Licentiam*, qui tamen loquuntur in terminis *Conſtitutionis*, quæ loquitur ſecundum jura antiqua in dotario, non autem in do-
te, * ſecundum quam *Conſtitutionem Licentiam* non 31
requirebatur ad finem obligandi bona feudalia inſtrumentum, & obligatio bonorum pro dotario conſtituto à feudatario, ſed quia fuit poſtea correcta per *d. Cap.* Carol. Secundi in planitie S. Martini, ideo
* fuit neceſſarium *c.* 21. Caroli. V. & quòd *Conſtitutio* 32
Licentiam ſit correcta per dictum *Cap.* in planitie S. Martini tenuit Camer. *in c. Imperialem f.* 85. *at. lit. V.* & idem teſtatur de Pont. *d. rubr. de aſſ. Reg. ſuper dote, n.* 11. *verſ. remanet*, dum dicunt omnes, *Conſt. Reg.* foiſſe correctas, & revocatas, & ſic DD. in contrarium allegati loquuntur in aliis terminis *Capituli*,
ubi expreſsè dicitur, aſſenſum intelligi præſtitum in- 33
ſtrumento cum hypotheca, prout loquuntur Camer. & alii allegati.

* Nec ſufficit tacita hypotheca in feudis, cùm ex- 34

preſſa requiratur, quamvis enim mulier in bonis
viri habeat tacitam hypothecam pro dotu, * pro qua
aliis creditoribus mariti, etiam expreſſam habenti-
bus præfertur, ſecundùm opinionem Bald. Ang. &
Salic. in l. aſſiduis, C. qui potior. in pign. habeantur, Dyn.
in regul. qui prior, n. 12. Hartm. tit. 26. de credit. ob-
36 * ſer. 8. & ſeq. Coler. lib. 1, c. 2. n. 289. tamen in bonis
feudalibus mulier tacitam hypothecam non habet,
Alex. in l. ſi conſtante, ff. ſolut. matr. n. 25. Salic. Jaſ. &
alii in l. fin. C. de jur. emphyt. Afflict. dec. 162. Tiraqu.
Neguſ. & cæteri, quos refert & ſequitur Minſynger.
cent. 6. obſerv. 45. Capyc. in inveſt. verb. feuda pro do-
te, verſ. obligatio. in fin. fol. 178.
37 Quibus ſtantibus contraria rejiciuntur, & primò
non obſtat doctrina Joan. Andreæ ad Speculatorem,
quia Dec. in l. cum fundus, §. ſervum tuum imprudens,
in primo notabili, ff. ſi cert. petat. dicit, dictum Joan.
Andreæ ſemper viſum ſibi fuiſſe dubitabile, ratio-
nibus, ut ibi per eum, & propterea contra Jo. An-
dreæ opinionem tenuerunt gl. Bart. Bal. Ang. Salic.
Imol. Paul. de Caſtr. & alij relati per Tiraq. de re-
tract. convent. ad finem tituli, num. 42. cum pluribus ſe-
quentibus, Gramm. dec. 103. n. 187. Rol. à Vall. conſ.
69. n. 25. l. 3. & an hæc doctrina Jo. Andreæ ſit vera,
latè diſputat Caſtill. quotidian. contr. parte 2. capite 5.
per totum, ideò tam dubia illa redditur, ut nonnul-
li graviſſimi Doctores modò unam, modò aliam
ſententiam amplexi fuerunt, quod refert idem Ca-
ſtill. loco citato, n. 8. qui n. 10. conciliando opinio-
nes, dicit, Jo. Andr. veram eſſe in terminis, in qui-
83 bus loquitur, * ſcilicet in eo caſu, quando quis pro-
miſit ſe obligaturum ad centum, quia perinde eſt,
ac ſi eſſet ad centum obligatus, ex eo, quia non ſe
obligando ad centum, tenetur ad intereſſe, quod non
poteſt eſſe minus centum, l. nummis, ubi Bald. ff. de in
lit. jur. & ideò quamvis non ſe obliget, poteſt conve-
niri ad centum, pro quibus ſe obligaru promiſit,
39 alius eſt caſus, * quando actus addit ſupra promiſſio-
nem, vel in modo, vel in accidentalibus aut ſubſtan-
tialibus, veluti in promiſſione de donando, vel de
vendendo, & ſimilia, quia aliud eſt donare, quam
promiſſio de donando, aliud vendere, quam pro-
miſſio de vendendo, ut poſt alios Cævallos q. 209,
Boet. deciſ. 3. Valaſc. conſult. 83. n. 2. & 3. Theſaur.
deciſ. 233. Gargiareus conſ. 35. n. 4. lib. 1. & Aretinus
de fidejuſſ. 2. part. princ. ſect. 2. c. 6. & tunc non poteſt
eſſe vera Joan. Andreæ opinio, ut poſt Doctores, &
rationes, quas refert Tiraqu. loco citato, & Roland.
à Vall. d. conſ. 69. vol. 3. n. 25. Menoch. conſ. 92. vol. 1.
Petra de fideicom. quæſt. 8. n. 141. uſque ad 169. & The-
ſaur. pleniſſimè in dec. 233. firmat idem Caſtill. in d.
cap. 5. n. 28. quem rogo videri, & Fontanella de
pact. nupt. clauſ. 4. gloſſ. 9. part. 4. poſt n. 33. promiſſio
40 enim de vendendo aliud non operatur, niſi ut pro-
41 miſſio teneatur ad intereſſe, * venditionis autem con-
tractus dominium rei venditæ in emptorem trans-
fert, & propterea efficacior eſt contractus, Avendan.
conſ. 27. n. 4. Pinell. de reſcindend. vendit. 2. part. l.
2. & alii ſupra allegati, & idem etiam procedere in
42 promiſſione de locando, de liberando, de fidejuben-
do, & de renunciando legitimæ paternæ, & ſimilia,
poſt Petram & alios ſupra citatos affirmat idem Ca-
ſtill. in d. par. 2. cap. 5.
43 * Sic etiam doctrinam Jo. Andr. non procedere in
promiſſione alienationis rei feudalis, defendit de Pon-
te conſ. 85. & 89. lib. 1. poſt alios, quos allegat, &
ſequitur Caſtillo in loco proximè citato, in fine. Frec.
de ſubfeud. li. 2. q. 2. nu. 6. ceſſat enim in caſu prædi-
cto ratio fundata ex inutili circuitu vitando, d. l. cum
fundus, §. ſervum tuum imprudens, ff. ſi cert. petat. l.
pater cum ſimilibus, C. comm. de legat. quia effectus
44 diverſi reſultant ex uno contractu, quam ex alio, ſi-
cut diverſiſſimus effectus reſultat in caſu, de quo
agimus, quia cùm Capitulum Neapolitanis conceſ-
ſum requirat ſpecificam obligationem, ſive hypo-
thecam bonorum feudalium, & ex promiſſione de
hypothecando non oriatur obligatio, ſed tantum ad
intereſſe, de quo non loquitur gratia Capituli, meri-
tò doctrina Jo. Andr. non eſt applicabilis, prout in
propriis terminis Capituli conſideravit Gramm. in
d. dec. 103. ſub n. 188.
* Rurſus doctrina Joan. Andreæ non eſt applicabi- 45
lis ad hunc caſum, quia procedit tantum in actione
perſonali adverſus debitorem, non autem in hypo-
thecaria, Angel. Jaſ. & alii in l. bona fidei, §. 1. ff. de
eo, quod certo loco, Alex. conſ. 68. & conſ. 212. n. 16.
vol. 1. Aret. conſ. 28. in 1. dubio, Pinell. in l. 2. par. 2.
n. 21. C. de reſcind. vend. Rol. in d. conſ. 69. n. 19. li. 3. ſe-
quitur alios allegando Flaminius Cartar. in deci-
ſionibus Rotæ Genuæ, deciſ. 29. n. 16. Gram. in d. dec. 103.
n. 188. Molina Jeſuita tom. 1. de contract. diſp. 274. n. 4. 46
ſi ergo ex illa promiſſione de obligando, * & hypo-
thecando non oritur actio hypothecaria, ſed tan-
tum actio perſonalis, quomodo poterit unquam at-
tentari, aſſenſum Capituli poſſe operari in iſta pro-
miſſione de obligando facta in capitulis matrimo-
nialibus; * aſſenſus enim aſſumit naturam contractus 47
ſuper quo interponitur, ut poſt Andr. & Camer. di-
xit de Ponte d. tit. de aſſenſ. Reg. ſuper dot. n. 22. & quod
ex hac promiſſione facta in capitulis matrimonialibus
de obligando, † & hypothecando omnia bona, &c. non 48
oriatur, niſi tantum tacita hypotheca, ne deficiat
ultra adducta punctualis doctrina, hoc in indivi-
duo firmat Jo. Grivel. in dec. 133. in fin. celeberrimi
Senatus Dolani, allegans etiam Ludovic. Carond. en
reſponſes du droit Franc. lib. 9. c. 14. & propterea ex
relata deciſione Camer. d. fol. 55. lit. H. & I. commu-
niter recepta, nullo modo Capitulum poteſt ipſi opi-
tulari, quinimò hoc expreſſè firmat idem Camer. d.
lit. K. videndus, * dum tradit, quod ſi eſt facta pro- 49
miſſio in capitulis matrimonialibus de conficiendo in-
ſtrumentum in beneficium mulieris, quod poteſt agi
tantum ab intereſſe, ſi non fiat inſtrumentum, & quod
non juvat dictum Capitulum, quia non adeſt expreſ-
ſa hypotheca, & tandem hoc in caſu magis arduo
fuit deciſum in cauſa Marchioniſſæ Padulæ in d. dec.
* Gram. 103. ubi quamvis capitula matrimonialia 50
eſſent ratificata mediante publico inſtrumento, ut ap-
paret ex eadem dec. n. 8. & pro obſervantia ipſorum
capitulorum fuiſſent per virum omnia bona, etiam
feudalia obligata, ut n. 103. ponderatis omnibus, quæ
in contrarium adduci poſſent, attamen S. C. facta re-
latione in Collat. Conſ. non potuit condemnare hæ-
redem viri, niſi in actione perſonali, reſervando me-
liorem deliberationem reſpectu aſſiſtentiæ petitæ ſu-
per bonis burgenſaticis, & feudalibus, n. 244. ubi
referuntur verba ſententiæ, & ſic etiam Grammat.
intelligit Præſ. de Franc. in deciſ. 126. in fi. & hoc illa 51
ratione, † quia hypotheca non erat conſtituta pro do-
tium reſtitutione. Nec obſtabit dec. Affl. in d. dec. 61.
nam non loquitur in actione hypothecaria, † ſed in 52
actione perſonali, & ſic procedunt per D. de Pont.
d. conſ. 10. lib. 1.
Ad quod maximè facit, quia non poteſt dici in
caſu, de quo agitur, Marchionem fuiſſe in mora con-
ficiendi inſtrumentum dotale, cum obligatione bo-
norum ad conſilium Sapientis, prout fuit promiſſum,
cùm promiſſores dotium non adimpleverint ex eo-
rum parte, fuit enim tunc promiſſum per Marchio-
nem facere inſtrumentum dotale, cùm ipſi ſolveren-
tur duc. 15000. & ſibi fieret inſtrumentum mutui pro
aliis quinque mille, quod inſtrumentum mutui nun-
quam fuit factum, & ſolutio duc. 5000. non fuit facta
niſi in anno 1589. & ſic poſt confectionem inſtrumen-
ti dotalis, quæ fuit in anno 1588. ad quod ſuccedit
punctualis doctrina Vinc. Maxillæ qui poſt Jacob.
Butr. & Ang. in l. 1. C. de pact. pign. & alios in Conſuet.
Barenſ. † incipiente Quarta tradita mulieri, ſub nu. 9. 53
dicit,

dicit,quod ſi vir promittit conſtituere quartam in ſe-
cundo die votorum, ſi medio tempore poſtea obli-
gavit bona alteri, illa alter erit anterior creditor,
quia aliud eſt conſtituere tunc, aliud verò promitte-
54 re conſtituere,* allegando vulgare dictum *promitto,*
promittis, ſtat *per promettire, & non dare*, nam cùm
55 non venit dies votorum,† non poteſt mora imputari
marito, nec contra eum eſt nata actio, *l.cedere diem,*
ff.de verb. ſign. & antequam naſcatur actio ipſi mul e-
ri ex conſtitutione, jam bona reperiuntur aliis obli-
gata, & nata actio hypothecaria ad beneficium alio-
rum, & licèt mulieri ex promiſſione actio competat
56 contra virum, non poteſt dici fuiſſe ortam obliga-
tionem aliquam bonorum ex conſtitutione non fa-
cta, ubi etiam reſpondet omnibus contrariis, & ideò
rogo videri, quia eſt punctualia ad caſum, & quod
57 doctrina Joan. Andr. procedat, * quando promiſſor
fuit in mora, dixerunt Paol. de Caſtr. *conſ. 52. lib.2.*
& Barboſ. *in 3. par. rub. ff. ſolut. matr. n. 5.*
* Nec erit in conſideratione illa retrotractio hy-
58 pothecæ, de qua per Dom. de Franch. *dec. 677.* quia
59 intelligitur de tacita,quæ oritur ex promiſſione,*non
autem de expreſſa, quæ non oritur, niſi quoniam pro
reſtitutione bona obligantur, ut per Neguſ. *in 4.*
membr. a. p. n. 8. verſ. ego pondero, & tenuit Jo. Gri-
vel. *in deciſio. Senatus Dolani, in d. dec. 133. n. 19. cum ſeq.*
60 *& in dec. 67 n. 14.* * Et quatenus eſſet facienda retro-
tractio, intelligitur reſpecto bonorum allodialium,
quo caſu procedit *d. deciſ. D. de* Franch. 677. non au-
tem feudalium, dum deficit hypotheca expreſſa, quia
tunc non proficit aſſenſus *Capituli* ex ſuperius latiſſi-
61 mè traditis, * cùm reſpectu bonorum allodialium
tacita hypotheca ſit inducta per permiſſionem de
obligando, ut per Grivell. *in d. dec. 133.*
62 Nec obſtabit quod dicitur de ficta ſtipulatione †
nam ultra quod hæc ſtipulatio ſecundùm magis
veram, & communem opinionem dicitur ficta non
præſumpta, ut poſt *gl. in l.unica, C. de rei uxor. act.*
§. accedit. in verbo præſumitur, & Menoch. *de præſumpt.*
lib. 3. præſ. 5. n. 4. tenuit Barb. *in 3. p. l. 1. ff. ſol. matr.*
63 *n. 21.* quamvis enim ſtipulatio fingatur,†non propter-
eà parti opitularetur, quia non ſufficit ſtipulatio ca-
pitulorum, niſi adſit obligatio, & hypotheca bono-
rum feudalium.
Et propterea cùm pars primò prætendat, fictam
ſtipulationem, ſecundò obligationem bonorum feu-
dalium, quæ non adeſt, niſi promiſſio tamen, tertiò,
retrotractionem ad diem promiſſionis, quartò, aſſen-
64 ſum tacitum à lege inductum, * eſſent multa ſpecia-
lia, quæ dari non poſſunt, cùm neq; duo ſpecialia cir-
ca idem concurrere poſſint, *l. unica, ubi Doct. C. dot.*
promiſſ. Rovit. *in d. prag. 8. in fin.* quoniam autem duo
privilegia concurrere poſſint in eodem ſubjecto, tra-
dit idem Rovit. *dec. 83 à n. 33. cum plurib. ſeqq.* qua-
65 * rum fictionum non poſſet dici una ad aliam conſe-
quutiva, cùm ſtipulatio non trahat ad ſe in neceſſa-
riam conſequentiam hypothecam bonorum, nec hy-
potheca bonorum allodialium trahit ſecum etiam
66 bonorum feudalium, quæ ex legis prohibitione ſunt
inalienabilia, * & Rex noluit præſtare aſſenſum, niſi
67 cùm aderit inſtrumentum cum obligatione bono-
rum feudalium, & in iſtis terminis loquitur *text. d.*
l. 1. ubi DD. latè *Tiraq. de jure conſtituti, part. 3.*
limit. 5.
68 Nec non negamus,* quod ſufficiant capitula matri-
monialia, ut operetur aſſenſus dicti *Capituli*, dum ta-
men adſit in eis obligatio expreſſa feudalium, ut ex
Camer. Anna, de Pont. Rovit. & aliis ſupra diximus,
quia ſufficit, quod adſit inſtrumentum cum obliga-
tione bonorum feudalium, & in iſto caſu, quia in
promiſſione de obligando adeſt obligatio bonorum
feudalium, pro illa actione ad intereſſe, quæ datur ob
promiſſionem de reſtituendo cum hypotheca, ea non
adimpleta competit hypotheca ſuper feudis, ſtante

ipſorum expreſſa obligatione, quæ quidem ceſſant in caſu noſtro, in quo nulla adeſt hypotheca expreſſa.

Et ex iſtis omnibus omninò revocandum ſpero decretum S. C. latum abſque matura conſideratione, & cùm tractabatur de alio articulo, ſcilicet prælationis petito per D. Alexandrum in venditione Terræ Orioli, pro quo articulo Aulæ uniebantur, declarandi cauſa eſſe accinctum S. C. pro expedienda prædicta cauſa prælationis in Coll. Conſ. & multi ex Dominis notaverunt, in capitulis expreſſam obligationem bonorum feudalium, dum non aderat, niſi tantum promiſſio de obligando.

Die 9. Martii 1621. junctis Aulis fuit deciſum, quòd D. Alexander Pignorus graduetur à die 24. Aprilis 1586. capitulorum matrimonialium fol. 79. proceſſ. venditionis Terræ Orioli, à quo decreto cùm fuiſſet reclamatum in Coll. Conſ. fuit de menſe Maij 1624. confirmatum decretum prædictum, quamvis Ego in dicta cauſa non intervenerim, quia ob matrimonium inter dictum D. Alexandrum cum D. Beatrice Capycii Latro de eadem met familia tutelam cauſa prædicta deſerui, neque hac ſcripta fuerunt Dominis Judicibus conſignata.

OBSERVATIO IN CONSULT. XXIX.

ARGUMENTUM.

Gratia Neapolitanis conceſſa, ut pro ſolutione, vel reſtitutione dotis cenſeatur præſtitus aſſenſus in hypotheca bonorum feudalium, utrum exigat hypothecam expreſſam; plenè ſcripſit *Reg. Latr.* pro negativa. Contrarium in eadem cauſa ſcribentibus *Brancatio*, & *Amat.* At *Card. de Luca* laudat *Latr.* Ampliationes, & limitationes, quando gratia habeat locum, vel non habeat, recenſentur.

SUMMARIUM.

1 *Gratia Neapolitanis conceſſa, ut pro ſolutione dotis, vel reſtitutione cenſeatur præſtitus aſſenſus, habetur in præſenti* Conſult. 29.
2 *Utrum exigatur expreſſa feudalium bonorum hypotheca, nominatim laudatur* Reg. Latro.
3 *Privilegium dictæ hypothecæ an competat ſolum inſtrumento publico?*
4 *Utrum gratia locum habeat in bonis viri, mulieris, & ſoceri.*
5 *In donationibus contemplatione matrimonii an locum habeat.*
6 *An ſuffragetur gratia heredibus mulieris?*
7 *Quid ſi feuda ſint quæſita per virum ſoluto matrimonio.*
8 *In aſſecuratione dotium, vel dote confeſſata an locum habeat gratia?*
9 *Quid in inſtrumento mutui, in quod transfuſa ſit dos.*
10 *Ampliationes, & limitationes recenſentur.*

DE gratia conceſſa Neapolitanis generaliter in omnibus inſtrumentis dotalibus, ut per eam 1
aſſenſus Regius præſtitus intelligatur quoad obligationem feudi pro dote in quantitate ſolvenda, vel reſtituenda, ſermo eſt in hac *Conſult.* 29. *Rovit. prag. a. 3. & 8. de feud. Reg. de Marin. reſol. 28 lib. 2. Merlin. contr. 58. & 60. lib. 2.* quos laudat *Card. de Luca de feud. diſc. 20. num 9.*

† Potiſſima controverſia eſt, utrum gratia locum 2
habeat, nedum in hypotheca expreſſa, verùm etiam in tacita legali? *Reg. Latr. per tot.* negativam tuetur opinionem ex *Camerar. & Rovit. in pragm 8. de feud, num, ult.* Nè dentur duo ſpecialia.

Contrariom ſuſtinent *Amat. conſ.* 35. *Brancatius* apud *Marin. reſ.* 28. *n.* 25. *& ſeq. lib.* 1.

Sed regulariter, & abſolutè *Card. de Luca ubi ſup. num.* 15. veriorem probat opinionem *Camer. & Reg. Latro*, prout ſentit *de Marin. ubi ſup. num.* 19. Et conſtat ex phraſi, qua utitur *Brancat.* in eo autem caſu, de quo *Amat. & Brancat.* ex una, & *Latro* ex altera ſcribentes in eadem cauſa aderat expreſſa promiſſio de hypothecando in capitulis matrimonialibus, quam promiſſionem deciſum fuit habendam eſſe pro hypothecata à principio, proindèque ſola capitula ſufficere. Hactenùs *Card. de Luca.*

3 Privilegiom hoc tacitæ hypothecæ † an competat ſolum inſtrumento publico? *Conſ. Staib. reſ.* 114. *n.* 10. *& ſeq.* reſtringit ad inſtrumentum publicum. At eum refellit *Card. de Luca ubi ſup. n.* 15.

4 Ampliatur gratia, ut * procedat nedum in bonis viri, & mulieris, ſed etiam ſoceri, & quorumcumque aliorum in inſtrumento dotali intervenientium, quoniam aſſenſus eſt præſtitus, nedùm perſonia, vel contractui ſimpliciter, ſed omnibos in inſtrumento contentis, *Rovit. in pragm.* 8. *de feud. Merlin. d. controv.* 58. *n.* 20. *de Marin. ubi ſup. nu.* 15. *de Luca diſc.* 26. *n.* 4.

5 Extenditur, * ut complectatur etiam donationes contemplatione matrimonii, omneſque alias conventiones ab eadem cauſa dependentes, cùm ſit verum, eſſe conceſſum aſſenſum inſtrumentis. Et complectitur omnes partes inſtrumenti, *Merlin. contr.* 60. *n.* 17. *de Marin. ubi ſup. n.* 18. Quamvis non figat pedes, *Roccus reſp.* 48. *tom.* 1. *n.* 12. *&* 13. *Prat. diſcept.* 44. *per tot. lib.* 3.

6 Præterea * ſuffragatur gratia etiam hæredibos extraneis mulieris, vel viri, *Theador. alleg.* 67. *n.* 5. *de Marin. ubi ſup. n.* 1.

7 Ad hæc comprehendit etiam * feuda quæſita per virum ſoluto matrimonio, ut adhuc hæredes mulieris ob amplitudinem verborum gratiæ ad illa poſſint agere, *de Marin. num.* 2. *Card. de Luca d. diſc.* 26. *n.* 9.

8 Inſuper extenditur † etiam pro cauſa aſſecurationis dotium, *Reg. Latr. nu.* 24. *Card. de Luca num.* 10.

Similiter extenditur ad dotem confeſſatam in iis caſibus, in quibus confeſſio probat veram dotem, *Reg. Latr. nu.* 25.

9 Rursùs procedit, nedum in inſtrumento † dotali, verùm etiam mutui, vel alterius contractus, in quem dos tranſfuſa fuerit, *de Marin. num.* 16. Quia inſtrumentum mutui non fit animo novandi, ſed ad effectum facilius liquidandi inſtrumentum, fusè *Card. de Luca d. diſc.* 26. *n.* 12. *&* 13.

10 Aſſenſus an ſuffragetur in ſubſidium aliis bonis allodialibus non exiſtentibus, *Camerar. in c.* 1. *an agnat. n.* 157. *Apua alleg.* 114. *nu.* 3. *Rovit. d. prag.* 8. *n.* 7. affirmant.

Contrarium ſuſtinent *Apont. tit. de aſſenſ. Reg. ſuper date n.* 15. Et hanc opinionem eſſe recipiendam tenet *de Marin. reſ.* 28. *num.* 11. Qui limitat in feudis Dignitatum juxtà *dec. Minadoi* 13. Et cum iſta pertranſire videtur *Rovit.* dum opinionem *Aponte* ſecundo loco recenſet, & hanc in praxi magis receptam exiſtimat *Card. de Luca ubi ſup. numer.* 16.

Aſſenſus an locum habeat ſolum in feudis quaternatis, & non in feudis planis, & de tabula, ex *Freccia, & Rovit.* ità exiſtimat *de Marin. num.* 12. aſſerens ità latè probari per *Taſſon. alleg.* 14. *Card. de Luca num.* 17.

In carente ſucceſſore ceſſat gratia poſt *Rovit. de Marin. n.* 17. *de Luca n.* 17.

Suffragatur gratia, etiamſi mulier ſit illegitima, & vir ſit Neapolitanus, *Rovit. in prag.* 3. *de feud. de Marin. reſ.* 28. *num.* 14. Secùs ſi ſit ſpuria ex patre Neapolitano, & matre extera, *Franch. dec.* 452. *Rovit. d. pragm.* 8. *num.* 5. *Card. de Luca n.* 5. latè *Ego in obſ.* 452. *de Franch.* Quia filia naturalis ſequitur originem matris, *l. lex naturalis, ff. de ſtat. homin.* Incerta enim eſt cauſa conjunctionis ſanguinis paterni. Et jura contraria in *l. aſſumpeio, ff. ad municipal. & l. filios, C. de municipal. & origin. lib.* 10. in quibos dicitur, quod filius ſequatur originem patris, loquuntur in filiis legitimis.

Rectiùs dic, quod ſi filia naturalis ſit ex matre extera, ſi tamen ſit orta in Civitate Neapolitana ſortitur originem in Civitate Neapolis, *de Marin. ubi ſup. & in obſ.* 250. *ad Revert.* & dixit in *d. obſer.* 452.

ARGUMENTUM.

Compenſationis exceptio an, & quando opponi poſſit, & an agenti pro credito liquido virtute publici inſtrumenti via exequutiva poſſit retardari ejus exequutio pro prætenſo credito, nondum liquido, & quod in prima inſtantia ſuccubuerit, licèt in cauſa reclamationis jam ſit proceſſus compilatus.

SUMMARIUM.

1 *Circuitus inutiles ſunt evitandi.*
2 *Hodie conſtat, hodie erit agendum.*
3 *Dolo facit qui petere id, quod ſtatim reſtituturus eſt.*
4 *Reconventio non datur in judicio exequutivo quando ordinariè erit agendum in reconventione, ſaltem ad finem retardandi exequutionem.*
5 *Reconventio non admittitur in cauſis non habentibus conſimilem cognitionem.*
6 *Inſtrumentum confeſſionatum habet vim ſententiæ.*
7 *Reconventioni poſt ſententiam locus non eſt.*
8 *Reconventio, & compenſatio pares ſunt, & ideò ubi non habet locum reconventio, nec compenſationi locus.*
9 *Creditum purum non poteſt compenſari cum credito in diem.*
10 *De credito liquido ad illiquidum non datur compenſatio, & nu.* 13.
11 *Liquidum dicitur quod de proximo venit liquidandum.*
12 *Incontinenti dicitur fieri liquidationem quando fieri poteſt infra duos menſes.*
14 *Creditum, de quo lis pendet, non dicitur liquidum.*
15 Cravett. conſil. 29. 1. vol. & Decian. reſponſo 98. lib. 2. *ponderantur.*
16 *Pro ſententia ſemper eſt præſumendum.*
17 *Sententia naturalia vincula ſanguinis mutat, & falſum in verum, non tamen eſſentialiter, ſed quoad effectum.*
18 *Compenſatio de credito injuſto, & turbido repellenda eſt.*

Pro D. Hippolyta Pappacoda, contra Spectabilem Comitem Pacentri.

CONSULTATIO XXX.

AD impediendum judiciom motum per D. Hippolytam Pappacodam vigore pacti exequutivi in inſtrumento appoſiti pro ducatis novem mille, & octingentum unà cum ipſorum intereſſe opponit Spectabilis Comes Pacentri, qood hoc creditum dependet ex legato facto in beneficium D. Hippolytæ per q. Comitem ejus patrem, & quod ipſa debet reddere computum de ducatis ſeptem mille, & quingentum, penes ipſam perventis tempore, quo dictus q. Comes vivebat, pro quibus quamvis mo-

to

ro jodicio, & compilato proceſſo fuerit dicta D.
Hippolyta condemnata ad pretium modiorum
1206. frumenti unà eum intereſſe, qui fuerunt em-
pti ex dicta pecunia, & ad alios ducatos mille ducen-
tum ſeptuaginta ſex, tarenia tribus, & grana duo
ſimiliter cum intereſſe, & à cæteris fuit abſolo-
ta, tamen à dicta ſententia Comes reclamavit, &
proceſſus in cauſa reclamationis fuit jam compila-
tus, & nihil remanet agendom, niſi ut ſententia pro-
feratur, & ideò interim non debebat cogi ad
1 ſolvendum † prædictis ducatos 9800. unà cum in-
tereſſe, ex generalibus tegulis, quod circuitus inu-
tiles ſunt evitandi, *l. dominus teſtamento, ubi Jaſon.
num. 3. ff. de condit. indeb. Dec. in l. cum fundus, §. ſer-
vum ſuum, ff. ſi cert. petat. Tiraquell. de retract. con-
2 vent. in fin. nu. 41.* * cùmque hodie conſtare dicebat de
bono jure ipſius Comitis, hodie erat agendum, *l. is,
3 à quo, ff. ut in poſſeſſ. legat.* *& ipſa D. Hippolyta dolo
faciebat petere id, quod ſtatim reſtituere debet, *l. in
condemnatione, §. dolo, ff. de reg. jur. & in regula do-
lo, de reg. jur. in 6. l. ſi ſocer, §. Lucius, ubi Bart. ff.
ſolution. matrimon. Menoc. conſilio 795. numero 37. &*
38.

Quibus tamen non obſtantibus dicit D. Hippoly-
ta, ſibi debere conſignari literas exequotoriales
contra dictum Comitem pro ſumma ducatorum
15289. nulla habita ratione prætenſi judicii reclama-
tionis, ſiquidem ducati 1276. 3. 2. unà eum intereſſe,
& pretium tumulotum 1206. frumenti ſimiliter cum
intereſſe, ad quod fuit condemnata mediante ſenten-
tia Sacri Conſilii jam fuerunt ſatisfacti, quia fuerunt
deducti ab intereſſe ducatorum 9800. & commiſſo
calculo per tunc cauſæ commiſſarium, fuit rela-
tum, ſatisfactis omnibus in dicta ſententia conten-
tis remanſiſſe creditricem in dictis ducatis 15289. &
propterea per decretum Sacri Conſilii ſub die 6. A-
prilis 1607. fuit dictum eſſe locum compenſationi
oblatæ per ipſam D. Hippolytam ſervata forma
calculi, & ſic quod Comes ſolveret ipſæ D. Hippo-
lytæ infra decem dies reſtantem quantitatem aſcen-
dentem ad ſummam prædictam, aut in eodem
termino doceat de ſatiafactione, alias providebi-
tur.

Reſpectu verò quantitatis, à qua fuit abſoluta,
quamvis Spectabilis Comes reclamaverit, & quod
proceſſus in reclamatione ſit compilatos, non prop-
terea poteſt retardari ſolutio prædicta. Primò, quia
jodicium intentatum per D. Hippolytam eſt vigore
4 pacti exequutivi, in † quo non poterit à reo conve-
niri in judicio ordinario, ſaltem ad finem retardandi
exequutionem quantitatis debitæ judicio exequuti-
vo, ita Bald. *in auth. & conſequenter, C. de ſentent. &
interloc. omn. Judic. & in l. 2. prima notabili, C. quan-
do proclam. non licet, Specul. in tit. de reconvent. §.
nunc dicemus, verſ. ſed quid agebam, Cravett. conſ.
826. nu.* latiſſimè *Decian. conſ. 98. lib. 2. Vivius com-
mun. opin.* 682. & rationem tradiderunt idem *Vivius
comm. opin. in verbo reconventio, Anchar. Regienſ.
qu. famil. 18. lib. 2. ſub numer. 6.* * quia in cauſis non
habentibus conſimilem cognitionem non admitti-
5 tur reconventio, ſi una enim ſummariam, & al-
tera ordinariam cognitionem deſideret, & ambæ
ſimul tractandæ forent, ſequeretur quod ſine præju-
dicio alterius tractari non poſſet, eùm altera ex-
poſcat breviorem dilationem, & ideò cumulari non
poſſunt.

Secundò conſideratur pro actrice, quod hoc cre-
ditum dependet à ſententia ſeu laodo prolato ad ſui
beneficium, quod poſtmodum fuit in contractum
deductum, & fuit ſtipulatum inſtrumenſum, ubi
confitetur, eſſe debitorem in ſumma prædicta, & il-
lam promiſit ſolvere in tempore ſtatuto, quod in-
6 ſtrumentum † confeſſionatum etiam habet vim ſen-
tentiæ, & pro quantitate prætenſa per dictum Co-
mitem, etiam ipſa D. Hippolyta habet pro ſe ſenten-
tiam abſolutoriam, & poſt ſententiam * non eſt lo- 7
cus reconventioni, *Socin. conſ. 41. numer. 6. & conſil.
167. nu. 26. vol. 2. & in cap. ex literis, de mutuis petit.
Anchar an. ubi ſuprà, nu. 3.* * quod ſi non habet locum 8
in iſto caſu recoaventio, tantò magis & compenſa-
tio, pares enim ſunt, ut habetur in *cap. 1. & 2. de
mut. petit.*

Tertiò, quia creditum D. Hippolytæ jam eſt li-
quidum, & creditum prætenſum per Comitem ad-
huc non certum eſt, immò maximam præſumptio-
nem habet, non eſſe creditorem, quia ipſa habet pro
ſe ſententiam abſolutoriam, & quatenus ſententia
veniret retractanda, quia eſſet facienda magna diſcuſ-
ſio partitarum, in longiſſimo calculo contentatum,
non poſſet declarari creditor, niſi poſt multum tem-
poris ſpatium, & ſic cùm creditum D. Hippolytæ
ſit purum † mediante publico inſtrumento, non poteſt 9
compenſari cum credito in diem, quatenus tale de-
clarandom veniſſet, *l. qui in diem, ubi DD. ff. de com-
penſ. Tindar. de compenſat. n. 24.* Menoc. *conſ. 121. n.*
10 40. * nec admitti poteſt compenſatio de credito liqui-
do cum illiquido, *l. fin. C. de compenſat. Doctor. in l.
cum fundus, §. ſervus,* obi Jaſon. *ff. ſi cert. petat. Sera-
phin. dec. 1455. nu. 4. Afflict. dec. 381. num. 6. & ibi ad-
dentes.* Nec obſtat id, quod dicunt Bart. *in l. in com-
penſationem, in fi. ff. de compenſ. & Tiraq. de retract.
conſang. §. 3. glo. 3. num. 11.* † quod liquidum dicitur 11
id, quod de proximo venit liquidandum, & Menoc. *de
arbitr. judic. lib. 2. caſ. 14.* ubi ait incontinenti fieri li-
quidationem, ſi fieri poſſit infra duos menſes, &
quod propterea hoc ſit Judicis arbitrio remiſſum,
cùm revera nemo ſani capitis dicere poteſt, quod
prætenſum * creditum poſſit infra breve temporis ſpa- 13
tium liquidari, quia non poteſt opponi de compen-
ſatione, quando creditum non eſt liquidatum, prout
habetur per *Rub. dec Rot. Rom. 10. n. 17. li. 1.* nec po-
teſt † dici liquidum creditum, de quo pendet lis ante 14
rem judicatam, *l. ſi conſt. & l. cum alter, ff. de compen-
ſat, l. ejus, C. de ſol. Surd. dec. 117. nu. 2.* & fuiſſe deci-
ſum in *Rot. Rom.* habetur ex *Farinac. tom 2. in poſth.
dec. 308. in fin. & dec. 125. in fin. & lib. 1 Verall. dec. 50.
& per Caſar. de Graff. dec. 105. aliàs 12. de ſent. & re
judic.*

Ad quod etiam adduci poteſt id, quod dixit *Cra-
vett. conſ. 79. 1. vol.* & poſt ipſum *Decian conſ. 98. in
fin. lib. 2.* * qui conſuluit in eo caſu, in quo mater egerat 15
contra filium pro conſequendo portionem ſuam in
rebus communibus, virtute publicorum inſtrumen-
torum, è contra verò filius matrem reconvenerat de
adminiſtratione tutelæ, dicebat mater, hoc judicium
redditionis computorum tanquam altiorem indagi-
nem requirens ad finem retardandi ſuum judicium
jam liquidum, virtute publici inſtrumenti malitiosè
fuiſſe intentatum, & proindè quod debebat fieri non
ſimultaneo proceſſu, ſed in judicio ſeparato, &
quamvis Judex in prima inſtantia pro filio judicaſ-
ſet, eodem judicio ſimul, & ſemel eſſe proceden-
dum, tamen decretum à Judice appellationis fuiſſe
revocatum, & fuit determinatum, diviſum eſſe pro-
cedendum, & hoc quamvis judicium matris non
eſſet propoſitum via exequutiva, neque in dicto caſu
pro adminiſtratione tutelæ aderat ſententia abſolu-
toria, pro qua ſemper eſt præſumendum, cùm res 16
judicata pro veritate habeatur, *l. res judicata, ff. de
regul. jur.* * & tantæ ſit potentiæ, quod naturalia vin- 17
culà ſanguinis mutet, & falſum in verum, non ta-
men eſſentialiter, ſed quoad effectum, Bald. *in cap.
praſentia, de renunc.* Cravett. *d. conſ. 79. nu. 1.* & ideò
iſta compenſationis exceptio de * prætenſo credito 18
injuſto, & turbido omnino repellenda eſt, ut habe-
tur ex Graff *in dec. 147. aliàs 2. tit. de ſolut.*

Quibus adſtipulatur, quod hoc idem fuit judica-
tum per Sacrum Conſilium in hac cauſa, cùm enim

D. Hippolytá petiiſſet ex computatis quantitatibus per ipſam debitis virtute ſententiæ in intereſſe eidem per Comitem debito ex cauſa capitalis duc. 9800. pro reliqua quantitata provideri, quod pro exequutione laudi, & inſtrumenti inde ſequuti Comes ſolveret, idem Comes oppoſuit, prius eſſe procedendum ad expeditionem cauſæ reclamationis, S. C. judicavit, ut infra decem dies Comes ſolveret, vel doceret de ſatisfactione, & ſic parti in hoc articulo obſtat exceptio rei judicatæ.

Secundùm prædicta fuit judicatam, at in proceſſu tunc in Banca de Ferrariis, nunc autem de Spera.

OBSERVATIO IN CONSULT. XXX.

ARGUMENTUM.

Regula generalia in materia compenſationis, ut non detur de illiquido ad liquidum, concluſio hæc in abſtracto obſcura exemplificatur in exceptione redditionis rationum, per quam aſt incertum, an remaneat quis debitor, vel creditor. Et quæ praxis pro admittenda compenſatione per deductionem bonorum, quæ obvenerunt in creditorem, præſertim ſi ex cauſa criminoſa ſpolii, vel expilationis hæreditatis. An ſit neceſſe, ut creditum ſuperventum ſit exequutivum, vel ſufficiat, ſit expetibile in judicio ordinario.

SUMMARIUM.

1 *De illiquido ad liquidum non datur compenſatio eſt regula generalis, & concluſio in abſtracto.*
2 *Exemplificatur in exceptione redditionis rationum.*
3 *Diverſitas ſi contumax ſit adminiſtrator, vel non;*
4 *Quid ſi bona debitoris devenerint ad creditorem ex cauſa criminoſa.*
5 *Matri an poſſit retardari dotis reſtitutio per exceptionem redditionis rationum tutela.*
6 *Creditum ſuperventum an ſit neceſſe, ut ſit executivum, ut detur compenſatio.*

COmpenſationis in materia, de qua conſultus *Reg. Latr. in hac conſult.* 30. reſpondis, ge-
1 neralem regulam ſtatuit, ut de credito liquido ad illiquidum non detur compenſatio, *l. fin. C. de compenſat. Afflict. dec. 381. nu. 6. & ibi Urſill.* Quæ regula in abſtracto eſt veluti ens rationis logicum, & æquivocationes patitur. Et in forenſibus controverſiis error eſt examinare concluſiones in abſtracto.

Exemplificatur illiquidum, ſi * adverſus credi-
2 tum liquidum opponatur contra creditorem exceptio redditionis rationum adminiſtrationis, & tutelæ, ex eo, quia dicta exceptio ſit illiquida ante redditas rationes, cùm poſſit ex adminiſtratione remanere debitor, ideò non admittatur compenſatio ante redditas rationes, ex quarum diſputatione potiùs dependet, an ſit creditor, vel debitor, ut *Card. de Luca de dote diſc. 183. nu. 9.*

Ideòque praxis * eſt, ut contra tutores, alioſque
3 adminiſtratores detur ſolum ad factum redditionis rationum, non autem pro certa ſumma. Eo excepto caſu, quo ſit contumax, vel culpoſus in earum redditione rationum; Conſtat autem ab initio certam ſummam, & negotiandam habuiſſe, cùm tunc in odium ejus contumaciæ intret præſumptio, quod lucroſum potiùs fuerit negotium, & ſors ſit ſalva, *Rota dec. 592. poſt Zacch. de oblig. Cameral. & dec. 332. p. 10. rec.*

Præterea idem ſi bona debitoris obvenerint in
4 creditorem in cauſa criminoſa ſpolii, vel facti, ſivè expilationis hæreditatis, nam tunc intrant concluſiones veræ, & receptæ contra ipſum criminoſum.

Prima, ut in interdictis poſſeſſoriis, & agitur de pœnis ſpolii, inter alias, ut ſpoliatori ſit deneganda audientia. Secunda, nam contra furem, vel expilatorem, aut ſpoliatorem ſufficiant, etiam leves, & imperfectæ probationes, ex plenè relatis per *Farin. q. 176. nu. 1.* Potiſſimè ad effectus hujuſmodi civiles ob difficultatem reſultantem à dolo ipſius expilatoris, vel furis. Tertia, nam probato furto, vel alia occultatione in genere, tunc circa qualitatem, vel quantitatem attenduntur argumenta, & conjecturæ, quinimò etiam juramentum ejus, qui occultationem, vel furtum, aut ſpolium paſſus eſt.

Contra uxorem quamvis non detur crimen expilationis hæreditatis, ex *text. in l. unic. §. taceat, C. de rei uxor. act.*

Id procedit ad effectum pœnæ, à qua excuſat illa poſſeſſio jure familiaritatis, quam uxor in bonis viri habere videtur, non tamen ceſſant effectus civiles, nè cum hac benignitate ſequatur res mali exempli, ut uxoribus licitum reddatur expilandi virorum morientium hæreditates latè *Card. de Luca de dot. diſc. 183. per tot.*

Coincidit, quod idem *Card. de Luca diſc. 94. de* 5
dote n. 3. diſtinguit inter caſum, quo filii tamquam viri hæredes impedire velint matri dotis reſtitutionem ſub ſolo prætextu non redditarum rationum, & caſum, in quo earum exceptio non in ſola redditione prædicta conſiſtit, ſed in ſatisfactione deducta ex probationibus obventionis bonorum, & pecuniarum, ex quibus commodè ſatisfieri potuerit, cùm iſti ſint caſus omninò diverſi, ſatis diverſas rationes habentes.

In primo caſu, de quo agit *text. in d. §. Oratio*, verè non dicitur continere aliquod dotis ſpeciale privilegium, ſed ille *textus* proditus videtur ad majorem declarationem ejus, quod jam ex regulis juris generalibus inerat in quocumque adminiſtratore, facilius tamen in matre dotem repetente practicandum, quod ſcilicèt cùm creditum ſit liquidum, ac certum, retardari non debet per exceptionem illiquidam, & incertam ſolius adminiſtrationis, quæ non facit debitorem, cùm ex rationum diſpunctione adminiſtrator poſſit apparere creditor ex deductis per *Buratt. dec. 123. numero 6. & dec. 443. num. 6. Rota dec. 557. p. 5. rec.* quæ eſt in his terminis mulieris tutricis, & eſt propoſitio nimis vulgaris, ut adminiſtrator ante redditas rationes dici non poſſit, neque debitor, neque creditor, ſi enim eſſet ſpeciale privilegium dotis per dictam legem inductum, illud deberet eſſe indefinitum, neque recipere limitationem ex eo ſolo, quod conſtet pleraque bona, & pecunias in notabili ſumma ad ejus manus perveniſſe, niſi magnus fumus concurrat permanentiæ, quòd ſcilicèt ſpectatis facti circumſtantiis veriſimiliter bona obventa detractis expenſis, notabiliter ſuperſint penes ipſam tutricem remanentia.

Verùm id repoſitum videtur Judicis arbitrio, an ejuſmodi extrajudicialibus atteſtationibus deferendum ſit, ex adminiculis, ob quorum concurſum receptum eſt eis fidem quandoque præſtari ex deductis per *Ludoviſ. deciſ. 214.* Quæſtiones has potiùs facti, quàm juris tradit *Card. de Luca.*

Ulteriùs liquidi ad illiquidum non admittitur compenſatio, nec executio debiti certi, & liquidi per turbidas, & illiquidas prætenſiones retardanda eſt, *Merlin. de pignor. lib. 5. q. 6. n. 16. Durand. dec. 235. n. 5. Ludoviſ.* cum *Beltram. dec. 120.*

Ad effectum compenſationis opus non eſt, ut 6
debitum ſuperventum, cum quo de compenſatione objicitur,

ſit exeqoutivum], ut eſt credium, quoniam debitum exeqoutivum compenſabile eſt eum credito, quamvis non munito pactis exeqoutivis, ſed in judicio ordinario experibili ex plenè firmans coram *Bichio dec.* 23. hoc enim caſu non eſt illiquiditas crediti, ſed tantùm differentia eſt in qualitate crediti, quia unum ſit exequutivum, alterum ordinarium, *Card. de Luca de credit. diſc.* 60. *num.* 7.

ARGUMENTUM.

Hæres cum beneficio legis, & inventarii, qui ſe proprio, privato, & principali nomine obligavit ſolvere debitum hæreditarium an poſſit creditori exceptionem diſcuſſionis inventarii opponere, plures referuntur opiniones, & ſententiæ tam Sac. Conſ. Neapolitani, quàm aliorum Senatuum inter ſe contrariæ.

SUMMARIUM.

1 *Hæres cum beneficio legis, & inventarii debet dicto beneficio gaudere, non obſtante, quod ſe obligavit proprio nomine ſolvere debitum hæreditarium.*
Contrarium, nu. 9.
Ampliatur, etiam quando integrè promiſit ſolvere legatum, nu. 10.
Contrariis reſpondetur, n. 19.

2 *Hæres, qui promiſit ſolvere omnia legata, intelligitur promiſiſſe, quatenus vires hæreditatis ſufficiunt.*

3 *Hæres, qui promiſit ſolvere legatum ſub conditione, intelligitur promiſiſſe, quatenus legatum debeatur, & propterea ſi legatarius præmoriatur, ſtipulatio evaneſcit.*

4 *Promiſſio ſolvendi debitum non debet intelligi, niſi de debito cum effectu.*

5 *Hæres cum beneficio legis, & inventarii non tenetur, niſi quatenus vires hæreditatis ſufficiunt, nec debet ex ſua obligatione ad aliud adſtringi, utque etiam de conſtituta pecunia, n.* 6.

7 *Promiſſio accedens obligationi eam non alterat, vel ipſius naturam mutat.*

8 *Novatio quando non conſtat, attenditur origo, & principium obligationis.*

11 *Hæres, qui ſe obligavit ad ſolvendum certam quantitatem, videtur per talem obligationem beneficio inventarii renunciaſſe, ſecus tamen quando obligatio eſſet ſimplex, nu.* 12.

13 Text. in l. fin. §. & ſi præfatam, C. de jure deliber. *providet hæredi reſpectu actionis, quæ eum obligat ex contractu defuncti, non autem ex contractu ipſius hæredis.*

14 Text. in l. locum hæreditas ex fideicommiſſo. ff. ad Senat. Conſ. Trebel.

15 *Hæres, qui contraxit cum creditore hæreditario, ſi hæreditatem reſtituit, remanet nihilominus obligatus, ſecus verò quando ejus obligatio non intervenit, quia hæreditate reſtituta ad nihilum tenetur.*

16 *Deciſio S. C. in cauſa Marchionis Oria, cum D. I. de Figheroa refertur.*

17 Jo. Dilectus de arte teſtandi in rubrica de acquit. hæred. cautel. 9. *declaratur.*

18 *Compromiſſa, ſeu arbitria ſunt redacta ad inſtar judiciorum.*

20 *Diſtinctio* Grat. diſcept. forenſ. cap. 264. *comprobatur.*

21 *Inventarium nihil aliud operatur, niſi ut hæres non ſit in ſolidum obligatus.*

22 *Implicat in objecto, quod hæres gaudeat beneficio inventarii, & quod ſint bona propria obligata.*

23 *Separatio bonorum quid operetur.*

24 *Hæres, qui bona hæreditaria poſſidet, & ſe obligat, in ſolidum tenetur.*

25 *Deciſio cauſæ.*

26 *Deciſio generalis facta in dicto articulo junctis tribus Aulis S. C.*

27 *Deciſio Rotæ Romanæ refertur in dicto articulo, cum diſtinctione, quando hæres voluntariè, vel neceſſario ſe obligavit.*

Pro eadem D. Hippolyta Pappacoda, & Marino Caraceiolo conjugibus, contra Spectabilem Comitem Pacentri.

CONSULTATIO XXXI.

PRætendit Comes Pacentri, non poſſe exeqoi ad inſtantiam D. Hippolytæ Pappacodæ ſuper bonis propriis pro credito ducatorum novem mille, & octingentum, una eom intereſſe decurſo, & jam liquidato per decretum Sacri Conſilii, ipſi debitorum virtute inſtrumenti jurati, & omni alia ſolemnitate vallati, ex quo dependet ex legato facto per quondam D. Scipionem Urſinum Comitem Pa-
eentri ejus patrem, cujus ipſe eſt hæres*, & per con- 1
ſeqoens debet gaodere beneficio inventarii, non obſtante obligatione facta proprio nomine.

Quod fundare intendit ex traditis per Minad. *in dec.* 25. *&* Franch. *in dec.* 323. ex quibus ſic deciſum refert *in dec.* 648. cujus opinionis ſtrenuus defenſor fuit *Sebaſtianus Monticula in tract. de invent. in* 11. *& ult. cap. in volum. de Inventario cum aliis unito, qu.* 233. *nu.* 7. qui relata opinione *Angeli, & Aretin.* & aliorum contrarium ſentientium dicit, eorum opinionem eſſe rigoroſam, & periculo plenam, quia non eſt veriſimile, quod hæres renunciare voluerit juri ſuo, quæſivit tot laboribus, & expenſis quod ante eos hoc etiam tenuit *Joannes Dilectus de arte teſtand. in rubr. de acq. hær. caut.* 9. quæ opinio cor-
eoboratur exdoctrina Bald. *in l. fin. C. ad l. falcid.* ubi 2
tradit, quod ſi hæres promiſit ſolvere omnia legata intelligitur, quatenus vires hæreditatis ſufficerent, & ſic cenſetur facta promiſſio, ſalvo legis beneficio, & eom ſequitur *ibi Angel. & Paul. de Caſtr.* poſt *Cyn.* quos etiam refert, & ſequitur *Afflict. in dec.* 399. *ſub n.* 30. Seraph. *de privil. juram. privil.* 13. *n.* 26. *& privil.* 77. *n.* 8. *Gramm. dec.* 193. *n.* 168.

Moventur prædicti DD. ex *text. in l.* 1. *§. ſi quis ſub conditione, ff. ut legat. ſeu fideic. nom. cave.* ubi etiam
*gloſ.** in quo probatur, quod ſi hæres promiſit ſolve- 3
re legatum relictum ſub conditione, intelligitur facta ſtipulatio, quatenus legatum debeatur, ſi enim legatarius præmoriatur, & propterea legatum non debetur, ſtipulatio evaneſcit, hoc idem videtur pro-
bari in *l. ſi prior, ff. ſolut. matr.* ubi *Bart.* notat, † quod 4
promiſſio ſolvendi non debet intelligi, niſi de debito cum effectu, concordant etiam *text. in l. rogaſti, §. ſi tibi decem, ff. ſi cert. pet. & l. hactenus, §. fin. ff. de conſt. pecun.* ubi quamvis quis obligetur, non tenet obligatio, ultra quantitatem verè debitam. Cùmque hæres cum beneficio inventarii non teneatur, niſi
quatenus vires hæreditatis ſufficiant, * non debet ex 5
ſua obligatione ad aliud adſtringi, quod videtur in terminis obligationis hæredis probari ex *text. in l. ſi, ff. de conſt. pecun.* ubi quamvis quis ſe obligavit ſolvere creditoribus hæreditatis patris ſui, ſi tamen ex hæreditate prædicta ad eum nihil pervenerit, ad ſo-
lutionem * debiti prædicti non tenetur. neque etiam 6
de conſtituta pecunia adverſus eum agi poteſt, pro-
miſſio enim accedens obligationi, † eam non alterat, 7
vel illius naturam immutat, *l. qui mutuam, ff. mand. l. penult.*

8 *l. penult. C. de pact.* & qoando de novatione non con-
ſtat, attenditur oeigo, & priocipium obligarionis,
Bald. *in l. 3. §. Scio ff. de minor.* Angel. *in l. ſi poſſeſſor.*
§. redacta, ff. de petit. hered. Surd. *dec. 297. num. 1. &*
12. Grat. *diſcept. for. cap. 24. nu. 29. & cap. 264. in*
princ. ubi nonnulla corollaria adducit.
Verùm in contrarium pro D. Hippolyta Pappsco-
da, & ejus viro Matino Caracciolo dicebatur, quod
9 magis communis † opinio eſt in contrarium, quod
quotieſcunque hæres nomine proprio, & in ſolidum
ſe obligavit ſolvere debitum hæreditarium, tunc
erit obligatus ſolvere, etiam ultra vires hæreditarias,
ut voluerunt *Angel. de Peruſ. conſ. 31. Aretin. conſil.*
148. Decius conſ. 137. nu. 7. & 496. nu. 12. Calder.
in conſ.... ſub titulo de hereticis, Corn. conſ. 31. volu-
3. Socin. conſ. 160. li. 2. Ludov. Bolog. conſ. 59. Surd. dec.
297. nu. 11. & 183. in fin. & conſ. 191. nu. 26. 1. vol. Boer.
dec. 53. in fin. Barb. in cap. Raynaldus, num. 184. verſ.
non obſtat. de teſt. Rol. à Vall. in tract. de Iuvent. cum
aliis unito, qu. 183. & 154. Phanuc. in eod. tract. q. 243.
nu. 110. qui latiſſimè hanc opinionem defendit, con-
trariis reſpondendo, *Urſil. ad Afflict. dicta deciſ. 399.*
Jacob. in l. fin. 8. in computatione, C. de jur. delib. Me-
noc. de praſu. 206. Decius in auth. praterea, C. und.
vir & uxor, Grat. *diſcep. for. li. 2. cap. 264.* qoi nedum
quando hæres nomine proprio, & in ſolidum ſe
obligavit tenet, qood non poſſit beneficio inventa-
10 rii ſe juvare, verum etiam quandó integrè promiſit
ſolvere legatam, *Rimin. ſen. conſil. 584. numero 1. in*
fin. lib. 3. ſic etiam in marito promittente totam, &
integram dotem reſtituere, ut ex *Bald.* & aliis tradit
Joannes Caſtagna in tract. de benefic. deduct. ne egeat
quaſt. 1. ampliat. 6. n. 21. quod tamen intelligitur, ne-
dum quando nomine proprio, & in ſolidum ſe obli-
gavit, verùm etiam quando ad certam quantitatem,
11 nam per talem obligationem videtur beneficio in-
ventarii renunciatum, *Bart. in l. ſi quid nomine, ff. de*
cond. indeb. Gratian. d. diſcept. 264. num. 6. ubi quod
12 ſecus eſſet, *quando obligatio eſſet ſimplex, indefini-
ta, vel indeterminata, quia tunc noo videtur bene-
ficio inventarii renunciaſſe.
13 Et hæc opinio verè in puncto juris verior vide-
tur, & probatur evidenti ratione, quia *Juſtinianus*
Imperator in l. fin. §. & ſi praſatam, C. de jure delib.
providet hæredi reſpectu actioonm, quæ eom obli-
gant ex contractu defuncti, non autem ex contractu
ipſius hæredis, *Rol. à Vall. in d. tract. de Invent.* quod
etiam ante dixit *Decius in auth. praterea, C. unde vir*
& uxor, quia hæres poteſt beneficio inventarii ſe
tueri, quando ex contractu, vel obligatione de-
14 functi conveniūt, ad quod etiam ponderatur *text.*
in l. cum hereditas ex fideicommiſſo, ff. ad Sen. Conſ.
15 *Trebell.* ubi hæres, * qui contraxit cum creditore hæ-
reditario, quamvia virtute Senatus conſulti hæredi-
tatem reſtitueret, remanebit nihilominus obligatus,
quod ſecus eſſet, ſi obligatio non intervenerit, nam
hæreditate reſtituta ad nihilum tenebitur, *l. reſtituta,*
ff. ad Senat. Conſult. Trebell. ad idem adducitur *text.*
in l. his verbis ff. eod. titul. ubi quamvis hæres ex
aditione tantum obligatus poterit beneficio ſe juva-
re, attamen ſecus eſt, quando hæres noviter contra-
hit, ad idem etiam adducuntur *text. in l. ſi hæres pe-*
cuniam, & l. ſi ita, §. damnum, ff. ad Trebell. cum
concordantibus, ex quibus remanet juribus, & ex
magis communi Doctorum authoritate corrobora-
rum hæredem, qui ſe nomine proprio, & in ſolidum
pro certa quantitate obligavit non poſſe beneficio
Inventarii gaudere, & pro hac opinione contra *de-*
ciſiones Minadois, & Franch. refert fuiſſe deciſum in
S. C. ſe patrocinante *Scipio Rovit.* in cauſa Mar-
chionis Oriæ contra D. Joannem de Figheros, †
16 Actoario Felice, in *Pragmat. 1. n. 47. in fi. de arbitris,*
in qua caoſa intervenit Præſidens de Franchis, & Ego
vidi proceſſom.

Et ſic non obſtant contraria, quia bene poſſent
procedere in caſu ſuo, hoc eſt, quando hæres com-
promiſit, * & per laodum fuit condemnatus, & in iſtis 17
terminis loquitur *Joannes Delectus de art. teſtan.* qui
dicit, qood ipſi ſemper diſplicuit opinio illorum, qui
tenent, in ſolidum teneri, quia nunquam intelligi-
tur facta novatio, niſi expreſſè fiat, * *l. fin. C. de novat.* 18
& quia compromiſſa ſunt redacta ad inſtar judicio-
rum, *l. 1. ff. de arbitr.* ſicuti ſi à Judice hæres con-
demnatus fuiſſet beneficio ioventarii ſe tueri poſ-
ſet, ita etiam per laudum, & nihilominus pro
cautela tradit hæredi, qui litem hæreditariam com-
promittere intendit, ut in compromiſſo dicat, *ſalvo*
beneficio inventarii, & in iſtis terminis procedit * *de-*
ciſio Minad. 25. Monti. ola in eadem cautela *Jo. De-* 19
lecti conſider, *Franchis* verò in *d. dec.* 323. dicit, caſum
non fuiſſe deciſum, ſed rationes pro otraque parte
refert, immò quia fortiores, & magis urgentes viden-
tur rationes pro creditoribus allegatæ, ideò à non-
nullis DD. & præcipuè à *Rovit. in loco* allegato ad
beneficium creditorum adducitur, & idem *Franch.*
in d. dec. 648. loquitur de alio caſu ſcilicèt quando
hæres, qui in bonis hæreditariis paſſus fuit ſeque-
ſtrum, pro illo tollendo ſe obligavit ſolvere credito-
ribus quicquid fuerit judicatum, & ſic quantitas non
erat certa, & verè videbatur, obligationem non fuiſ-
ſe factam animo novandi, in caſu verò, de quo agi-
tur, cui quondam Comes Scipio Urſinus legaſſet
ad beneficium D. Hippolytæ ſuæ oxoris omnia bona
mobilia, & burgenſatica, quæ aſceodebaot ad ſum-
mam pluſquam ducatorum ſexaginta mille, & tra-
ctaretur de viribus dicti legati, ex diſpoſitione *text.*
in l. hac edictali, C. de ſecund. nupt. fuit per dictum
Comitem hæredem nedum factum compromiſſum,
ſed promolgato laudo, ipſoque coodemnato ad du-
catos ſexdecim mille, ex quibus excomputatis du-
catis ſex mille, & ducentum pro bonis mobilibus
penes dictam D. Hippolitam exiſtentibus, pro aliis
ducatis oovem mille, & octingentum ſe obligavit
nedum hæreditario nomine, verum etiam nomine
proprio, & inſolidum obligando ejus propria bona,
præſentia, & futura, & ſic clarè conſtat de volun-
tate novandi, quia dictæ obligationi, quæ hæredita-
rio nomine per aditionem quaſi contraxit, propriam,
& ſuorum bonorum adjicere voluit, & in hoc caſu
benè procedit diſtinctio poſita à Grat. *diſcept. for.*
d. cap. 264. n. 8. ubi conciliando opiniones dicit, quod 20
quando hæres ſimpliciter promiſit ſolvere, cenſetur
reſervaſſe ſibi beneficium inventarij, quod ſecus eſt,
quando in ſolidum ſe obligavit, nam eo caſu ceſſat
beneficium inventarii, quod nihil aliud operatur,
quam ut hæres non teneatur in ſolidum, *l. fin. §. ſi*
* *verò & §. ſin autem, C. de jure delib.* unde ſi in ſoli- 21
dum promiſit, nullo modo dicere poſſumus, quod
ſibi reſervaverit beneficium inventarii, & hoc etiam
eo maximè procedit, quando obligavit bona pro-
pria, † quia implicat in objecto, quod gaudeat be- 22
neficio inventarii, & ſint bona propria obligata, in-
ventarium enim nihil aliud efficit, niſi ſervare indem-
nem hæredem à bonis propriis, hoc enim operatur 23
ſeparatio bonorum, *l. 1. §. ſciendum, & l. creditores,*
ff. de ſeparat. bon. ut declarat Phanuc. *de invent. loco*
ſupra citato, *n. 124. &* Surd. *in dec. 132. n. 24.* Ur-
ſil. *ad Affl. in d. dec. 399.*
Quibus etiam adſtipulari poteſt, quod ſatis noto-
rium eſt, modernum Comitem Pacentri omnes fru-
ctus paternæ hæreditatis diſſipaſſe, nunquam ſolven-
do tertias, & intereſſe creditoribus anterioribus, &
ſic paternum patrimonium ad nihilum reduxit, quo
† caſu hæredem in ſolidum teneri, cùm bona hæredi- 24
taria penes ipſum pervenerint, tenet idem Franch. *in*
d. dec. 648. in fin.
Hac cauſa fuit plenè diſcuſſa in anno 1617. & tan-
dem die 24. Decembris referente Regio Conſiliario Pa-
gano,

gané, unà cum Adjunctis, qui fuerunt Regii Conſiliarii, Pomponius Salvus, Didacus Salinas, Scipio Rovitus, & D. Joannes Baptiſta Valenzuela Velaz-
25 † *quez hodie digniſſimus Epiſcopus Salmanticenſis, fuit deciſum, dictum modernum Comitem in ſolidum teneri, de qua deciſione meminit Joannes Baptiſta de Thoro in compendio ſuarum deciſ. tom. 1. in verbo Hæres cum beneficio legis, & inventarii, in fine. fol. 293. de qua ſententia cùm fuiſſet dictum de nullitate, & Comes ad Regiam Curiam ad pedes Suæ Majeſtatis de hoc decreto conqueſtus fuiſſet, obtinuit, ut nullitates votarentur junctis Aulis, & in Collaterali Conſilio, in quo ipſis diſcuſſis fuit dictum, illas non obſtare.*

Verùm quia videbatur S. C. in contrarias iviſſe ſententias, ideò dictus D. Reg. Joann. Baptiſta Valenzuela Velazquez tunc Regens officium Præſidentiæ S. C. ad ſedandas has opiniones, ita ut de cætero non
26 poſſet de hoc articulo dubitari, convocavit tres S. C. Aulas in anno 1623. & latiſſimè diſcuſſo articulo fuit judicatum ad favorem hæredis pro majori parte votorum, & ſic fuit deciſum, hæredem cum beneficio legis, & inventarii obligatum pro debito defuncti, etiam proprio, & principali nomine, & in ſolidum, & ſub quibuſvis aliis clauſulis non teneri ultra vires hæreditarias, niſi expreſſa, & ſpecialis renunciatio inventarii prædicti interveniat & obligatio ſatisfaciendi, etiam ultra vires hæreditarias, verùm facta diſcuſſione inventarii exequutio fiat etiam in bonis propriis, & de perſona, quatenus ad eum pervenit de bonis hæreditariis, quam deciſionem refert etiam Thor. *in 2. part. compend. in ver. exceptio diſcuſſionis inventarii*, ubi etiam inſerit allegationes Antonii de Philippo, qui has meas allegationes habuit, & multa addidit, ut *ibi* per eum, pro confirmatione tamen hujus deciſionis videndus etiam Stephanus Gratian. *diſcept. for. tom. 3. cap.* 553. ubi Rotæ Romanæ affert deciſionem, *Pellic. in Conſuetud. Averſan. cap. 9. nu.* 217. *Anna in ſingul.* 234. *Viſcont. ad deciſ. de* Franch. 323. Paſchal. *de virib. patr. poteſt. par. 1. c. 2. n.* 77. & Farin. *in poſth. lib. 2. dec.* 700. qui etiam deciſum refert in Rota Romana, licèt diſtinguat, quando voluntariè hæres ſe obligavit, & quando neceſſariò, * nam primo caſo dicit procedere opi-
27 nionem Angeli *in d. conſ.* 31. & aliorum, in ſecundo verò caſu procedunt deciſiones ſupra allegatæ.

OBSERVATIO IN CONSULT. XXXI.

ARGUMENTUM.

Hæres cum inventario in ſolidum obligatus pro debito defuncti, utrum juvetur inventario, cùm hæres beneficiatus juvetur inventario, nè teneatur in ſolidum, & nihilominùs obligatur in ſolidum, præſertim ſi obliget bona ſua præſentia, & futura, *Reg. Latr.* Reſpondet contra hæredem. At articulus contra ſuam conſultationem hodiè paſſim deciditur. Quid ſi obligatio contineret dilationem, & proprium hæredis commodum.

SUMMARIUM.

1 *Hæres cum inventario obligatus in ſolidum pro defuncto, an juvetur inventario, nè teneatur in ſolidum.*
2 *Deciſa res fuit contra* conſultationem Reg. Latr.
3 *Occurritur rationibus contrariis.*
4 *Ampliatur deciſio pro hærede.*
5 *Quid ſi hæres habuit dilationem, vel commodum pro obligatione.*
6 *Quid in cauſa dotis.*
7 *Hæres ante confectionem inventarii obligans, ſi deindè conficiat inventarium, an juvetur inventario.*

HÆres cum inventario in ſolidum obligatus pro debito defuncti an juvetur inventario? Pro negativa opinione contra hæredem viriliter depugnat *Reg. Latr. in hac conſult.* 31. 1

Arguitur pro negativa. Quia inventarium operatur, ne hæres teneatur ultra vires circa actiones paſſivas deſcendentes à defuncto, non autem ſubvenit adverſus actiones, quibus hæres tenetur ex ſuo facto, ità *Bart. in l. fin. §. etſi præfatam, C. de jur. delib.*

Prætereà, ſi beneficium inventarii providet, ut hæres non teneatur in ſolidum. Ergò ubi in ſolidum ſe obligat, in hærede ceſſabit dictum beneficium.

Propenſiùs ſi hæres obligat bona ſua præſentia, & futura, nam tunc non videtur ſentire de bonis hæreditariis.

Aſſertores hujus opinionis ſunt *Angel. conſ.* 31. *Phanuc. de invent. q.* 243. *nu.* 120. *Boer. deciſ.* 23. *Surd. dec.* 132. ubi quod tunc videtur hæres beneficio inventarii renunciaſſe, quando certam quantitatem ſolvere promiſiſſet, & meliùs in *dec.* 297. *num.* 13. *Urſill. dec.* 399. *nu.* 6. qui refert ità deciſum, & monet hæredes, nè tales obligationes inconſideratè faciant *Gratian. diſcept.* 464. & 646. *n.* 2. *Rovit. in pragm. odia litium de arbitr. n.* 16. & ità deciſum refert in Sacro Conſilio. Qui *nu.* 9. reſpondet ad contrariam *dec.* 648. *de Franch.* quod loquatur, quando hæres, qui in bonis hæreditariis paſſus fuerat ſequeſtrum pro illo tollendo ſe obligavit ſolvere creditoribus, & quidquid fore judicatum, ubi quantitas non erat certa, & verè videbatur, obligationem non fuiſſe factam animo non novandi.

* Pro hærede ex adverſo adducitur, hanc novam obligationem non eſſe extinctivam primæ obligationis, ſed accumulativam. Quia hodiè numquam cenſetur facta novatio, *l. fin. C. de novat.* Et attendi debet cauſa originaria, & primitiva. 2

Maximè cùm obligatio hæredis à prima defuncti dependeat, & propterea illius ſapiat naturam, juxtà quam opinionem ità ſolemniter fuiſſe deciſum per Sac. Conſ. teſtatur *de Franchis dec.* 648. conſideratis omnibus, quæ adduci poſſunt.

Cum hoc temperamento, quod cùm facta diſcuſſione inventarii appareret eſſe penès hæredem bona, hæreditatis pro concurrenti quantitate pretii bonorum prædictorum, poſſit contra eum exequi de perſona, & in propriis bonis virtute obligationis prædictæ per eum factæ, & non poteſt hæres objicere de diſpoſitione *d. §. etſi præfatam.* A qua opinione in judicando non eſſe recedendum dicit *Sanfelic. dec.* 272. *n.* 12. ubi per Sacrum Conſilium junctis quatuor Aulis emanata.

Nec incompatibilitas adeſt, quia obligatio ſuorum bonorum operari poteſt in caſu, quo bona hæreditaria ſupereſſent ad effectum exequendi contra propria bona ipſius hæredis promittentis, propter faciliorem exequutionem eſt valdè utile creditoribus, & legatariis, ut conſiderant *Sanfel. num.* 12. *Minad. dec.* 25. *num.* 7. *Rota in Camerin. legati* 20. *Junii* 1640. *coram Bichis*, & pluries deciſum refert *Cirocc. diſcept.* 11. *num.* 28. *Fontanell. dec.* 491. *per tot.* laudans *dec. de Franch.* ibi: *Conſtat mihi ſemper in eo Senatu adfuiſſe ſemper viros graviſſimos juris, undè ut doctiſſimos illos dijudicemus, ſufficit eos eſſe de ſapientiſſimo Senatu magna deciſio, qua non*

curavit

curavit de minimis, licèt multis eo tunc uſque viſa fuiſſent, qua ſuperiùs propoſita fuere, adeò magna, ut quemcumque alias doctiſſimum, & ſapientiſſimum Senatum retardare potuiſſent, ſi ſic reſolverent, ſicut retardaverant uſque ad illum diem, nullus enim Senatus ſic anteà abſolutè, & intrepidè loquutus fuerat, immò nullum variè Senatus, & homines.

* Nec de deciſionibus relatis per *Urſill. Rovit.* &
3 *Latro*, aliqua ratio habenda erit, nam ipſi non intervenerunt in deciſionibus, & ignorant fundamenta iis traditis per *Praeſ. de Franch. in deciſ.* 323. Qui eandem contrarium teſtatur deciſum in *dec.* 648. ut reſpondet *Sanfel. n.* 14. & caſua *deciſionis* 323. non fuit determinatus, ut advertit idem *Reg. Latr. dec.* 36. *num.* 20. qui recenſet generale decretum Sacri Conſilii pro hærede beneficiato, etiam quod nomine proprio ſub quibosvis clauſulia ſe obliget, niſi interveniat expreſſa renunciatio beneficii inventarii, & obligatio ſatisfaciendi ultra vires hæreditarius, *Gizz. ad Reg. Latr. obſ.* 115. *n.* 3. *de Marin. lib.* 2. *reſol.* 235. *n.* 23. *Cirocch. diſc.* 11. *nu.* 28. qui cum inſigni laude *Senatus Neap.* refert deciſionem quatuor Aularum.

* Ampliatur etiamſi hæres renunciavit omni ju-
4 ris, & legum auxilio ſibi competenti, & competituro, talis enim renunciatio ſaltem operatur, ut quando bona hæreditaria ſupereſſent, agi poſſet contra bona propria hæredis, virtus enim renunciationis eſt, ut per eam omne impedimentum removeatur pro faciliori executione, non autem, ut augeatur obligatio, ità reſpondet *Rota dec.* 393. *p.* 2. *rec. Cirocch. n.* 11.

Quid autem ſi ex conjecturis, vel æquipollentibus verbis conſtaret, hæredem voluiſſe ſe obligare ultra vires hæreditarias, & non gaudere volunt *Gratian. diſc.* 153. *num.* 11. *Rota coram Bich. de anno* 1648. *& iterum* 20. *Junii* 1650. ut penes *Bich. dec.* 430. quod refellit *Cirocch.*

Dubitatur. Quid ſi obligatio hæredis reſpiceret proprium commodum, ut propter dilationem ſolutionis, quàm uti hæres non habebat. Et videtur dicendum non militare beneficium inventarii, ità *Rota dec.* 445. *p.* 5. *rec.* ibi: *Etiam quod fuit conſideratum, quod Alexander id fecit particulari intereſſe ipſius, ſcilicèt propter dilationem ſolutionum, quod uti hæres beneficiatus non habebat.*

Sed Ego in tali caſu contrarium cenſeo verius. Quia non inducitur novatio ex prorogatione termini ad ſolvendum, *Theſaur. dec.* 125. Et quia quando hæres cum inventario obligatur, habet aliquam dilationem. Alias deciſio quatuor Aularum numquam locum haberet, & ità in puncto deciſum refert *Fontanell. dec.* 491. *n.* 20. ibi: *Conſtat in eodem, & præcalendato inſtrumento promiſſionis præter dilationem temporis ad ſolvendum à Petro Joanne Ferrari dictam quantitatem nihil Raphaeli fuiſſe remiſſum.*

* Limitat *Staiban. reſol.* 29. ſi obligatio hære-
5 dis reſpiceret proprium commodum, quia transigeret, & obtineret liberationem alicujus ſummæ, quam à teſtatore creditor conſequi debebat habito reſpectu ad obligationem hæredis; Ratio diverſitatis eſt, quia dum hæres ſe obligavit ad ſolvendum in ſolidum totum debitum defuncti, hoc facit ad commodum creditoris tantùm, habito reſpectu, quia eſt hæres, cùm nullum conſequitur lucrum, non debet ſic de facili beneficio inventarii à jure conceſſo privari, ſed in dicto caſu beneficio privari *dec.* 648., addo pro hac parte *Rotam dec.* 445. *p.* 5. *rec.* quæ non ſolum ſe fundat in dilatione data hæredi, ſed etiam in tranſactione cum hærede, *Fontanell. dec.* 401. ubi ità probat, quando legatarius, vel creditor tranſigeret, & renunciaret partem eorum, quæ conſequi debet, & *nu.* 2. refert *Fabr. defin.* 20. *C. de tranſact. Surd. dec.* 181. aliàs eſſet magna deceptio opponere iterùm defectum bonorum, quia voluntas tranſigentium eſt lites computare, & non eſt veriſimile ad lites redire, & cùm legatarius, vel creditor aliquid remittit, juſtum eſt aliquid in recompenſationem recipere.

* Dices hodiè paſſim ſibi creditores conſulunt 6
de reſervatione jurium primævorum, & exprimere, & ſe ſuſcipere accumulativam obligationem citrà novationem primævarum cautelarum, & conſequenter videtur dicendum hæredem gaudere beneficio inventarii, cùm novata non ſit hæreditaria obligatio.

Reſpondetur cautelam prodeſſe tantùm in defectum ſolutionis pro reſervatione primævarum hypothecarum, ſed non tollere, quin cenſeatur hæres renunciaſſe beneficio inventarii, ità *Bart. in l. ſi quis alia, ff. de ſolut.*

* Subquæritur, utrum cauſa dotis ſit compre- 7
henſa in iſto generali decreto, ità ut hæres cum inventario obligatus pro cauſa dotis proprio nomine, & in ſolidum gaudeat beneficio inventarii abſque ſpeciali renunciatione.

Ratio difficultatis eſt, quia in ſpeciali renunciatione non comprehenditur cauſa dotis ratione publicæ utilitatis, ne mulier remaneat indotata, ità *Barboſ. in l.* 1. *p.* 1. *ff. ſol. matrim.* prout Velleianum non comprehendit cauſam dotis, *l. dotare, C. ad Velleian.* Et ſic pro dote videtur dicendum, quod renunciatio ſpecifica inventarii non requiratur, & judicatum per Magnam Curiam, & deciſum per Sacrum Conſilium refert *Thor. in compend. verb. hæres obligatus in inſtrumento part.* 3.

Sed adverte, quod in exemplo illius deciſionis hæres acceſſerat uti fidejuſſor promiſſoris dotis, & hæres fuit delegatus marito, cui promiſſa fuerat dos, quapropter quantumvis hæres potuiſſet opponere exceptionem inventarii contra mulierem, non tamen contra maritum, cui hæres promiſit nomine proprio, *l. ſi quis delegaverit, ff. de novat.* & fuit noviter deciſum per Sacrum Conſilium pro parte dotem promittente, qui declaravit comprehendi in ea ducatos tot legatos filiæ à patruo, cujus eſt hæres cum inventario dotans.

Qui ſe obligat, ut hæres ſimpliciter, an gaudeat beneficio inventarii poſteà confecti. Quoniam aſſeruerit ſe hæredem, de hærede ſimpliciter intelligendum erit, & proindè, quod talis non gaudeat, tenet *Peregr. dec. Patavin.* 18. *n.* 14. Sed quidquid fuiſſet judicatum per M. C. tamen pro hærede deciſum refert *Thor. verb. inſtrumentum an liquidari poſſit part.* 3.

A R G U M E N T U M.

Fideicommiſſum an, & quando inducatur ex prohibitione facta de non alienando, & quando dicatur nuda, & quando verò veſtita, & quæ dicatur prohibitio realis, vel perſonalis, & quid importent verba, *ſemper, & perpetuum*, & ſimilia.

S U M M A R I U M.

1 *Fideicommiſſum fieri poteſt in contractu.*
2 *Prohibitio alienandi, quando non apponitur cauſa, reſolvitur in vim ſimplicis conſilii.*
3 *Prohibitio alienandi ad hoc ne ſemper, & in perpetuum bona teneri debeant per donatarium, ejuſque hæredes, & ſucceſſores pro eorum victu, & ſuſtentatione, inducit fideicommiſſum reſpectu ipſorum, quorum favore fuit facta prohibitio.*

Declara

Declara, ut n. 10.
Sed contrarium, n. 25.

4 *Probibitio alienationis facta in contractu eſt valida, quamvis non veſtiatur à cauſa.*

5 *Verba*, ſemper, & in perpetuum, *an inducant fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum, & quid de verbis*, ſemper, & omni tempore, & in infinitum, *num.* 6.
Declara ut num. 28.

7 *Quando probibitio alienandi fuit facta nedum donatario, ſed ejus hæredibus, & ſucceſſoribus, privando in caſu contraventionis alienantes ſucceſſione, videtur inter ipſos eſſe inductum reciprocum fideicommiſſum.*

8 *Verbum*, ſucceſſoribus, *eſt collectivum univerſale.*

9 *Probibitio quando dicatur realis, vel perſonalis, & num.* 31.

11 *Probibitio alienandi ad hoc ut bona teneri debeant per ejus hæredem, & ipſius hæredes, & ſucceſſores, quamvis non ſit nuda, ſed ad favorem inſtituti, & ejus hæredum, & ſucceſſorum, nihilominus hæredes poſſunt eorum hæredes gravare, ſicut ſe ipſos.*

12 *Opinio* Socin. in conſil. 244. *alias* 250. 2. vol. *pluribus Doctorum authoritatibus reprobatur.*

13 *Verbum*, hæredibus, *à teſtatore prolatum, de quibuſcunque hæredibus, etiam extraneis intelligi debet.*

14 Rimin. ſen. conſil. 25. vol. 1. Decian. conſ. 26. vol. 2. & Dec. conſ. 635. *ponderantur.*

15 *Ex probibitione alienandi, ad hoc ut bona in familia conſerventur non inducitur fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum, ſed in caſu contraventionis tantum, etiamſi adeſſent verba*, in perpetuum, ſemper, in infinitum, *& ſimilia.*

16 *Probibita alienatione non cenſetur probibita hæredis inſtitutio.*

17 *Probibita alienatione ex quavis cauſa, ſi in ſubſequenti oratione donans ſe reſtringat ad actus alienationis inter vivos, & non ultima voluntate, etiam extraneus ſubſtitui poteſt.*

18 *In probibitione alienationis ſi in prima parte ſit facta mentio de venditione, & ſic de contractu inter vivos, altera quoque pars, quæ loquitur de alienatione ex quavis cauſa, intelligi debet de contractu inter vivos.*

19 *Verbum*, alienatio, *ſimpliciter prolatum majorem vim habet, quam verba*, quod non poſſint vendi, & alienari.

20 *Probibitio alienandi debilior dicitur, quando eſt facta in contractu ea, quæ eſt facta in ultima voluntate.*

21 *Probibitio alienationis facta per contractum non comprehendit diſpoſitionem in ultima voluntate.*
Sed contrarium, num. 36.

22 *Probibitio facta non ſolum hæredibus, ſed eorum hæredibus, & deſcendentibus non inducit fideicommiſſum, nec etiam quando dictum fuit*, quia volo, bona pervenire debere ad ejus hæredes, *num.* 23. *niſi tamen exprimeretur de hæredibus maſculis, num.* 24.

26 *In probibitione de non alienando, ut bona ad hæredes pervenire debeant, etiam quod hæredes ſint expreſſe vocati, tamen non poſſunt venire, niſi ut hæredes ultimi poſſeſſoris, & proinde tenentur ad onera.*

27 *Probibitio quando eſt facta ad favorem probibitorum, dicitur nulla, & propterea non inducit fideicommiſſum.*

28 *Verba* ſemper, & in perpetuum, *intelligi debent ſecundum ſubjectam materiam, nec inducunt fideicommiſſum, ubi non eſt, nec eſſe poteſt, & reſtringuntur ad terminos fideicommiſſi præcedentis, n.* 29.

30 *Quando in caſu probibitionis eſt vocata Eccleſia, non dicitur inductum fideicommiſſum reciprocum inter hæredes.*

32 *Nihil differt, ſi donator dixiſſet*, prohibeo bona per donatarium alienari, & ejus hæredes, & ſucceſſores, *vel* alienari per donatarium, *& ſic ſi incipiat à bonis, vel à perſona, quia ſemper refertur ad perſonas, & dicitur probibitio perſonalis.*

33 *Realis dicitur probibitio alienandi, quando eſt concepta diſpoſitivè in rem, veluti*, volo ut bona mea non alienentur, ad hoc ut in familia ſemper exiſtant, *vel* ut de gradu in gradum ad ſucceſſores perveniant, *& ſic etiam dicitur realis, quando eſt imperſonaliter concepta, numero* 34. *vel quando nulla perſonarum mentio facta ſit, numero* 35.

37 Text. in l. ſi ea lege, C. de condit. ob cauſam *loquitur in donatione facta ſub conditione, nec alienetur, nec dicto caſu impeditur dominij translatio in poſſeſſorem, ſed datur actio perſonalis contra alienantem, num.* 38.

39 *Differt probibitio facta in teſtamento, vel à lege, à probibitione facta per contractum.*

40 *Deciſio cauſæ.*

Pro Aloyſia Romanella, contra Thomam Caſtellum.

CONSULTATIO XXXII.

EX verbis donationis factæ per Bernardinum Ca-
ſtellum prætendit Thomas Caſtellus, fuiſſe indu-
ctum fideicommiſſum ad ejus beneficium, † quòd fieri 1
poſſe in contractibus, non dubitatur, & hoc probat
text. in l. quoties, C. de donat. quæ ſub modo, & *Ego*
dixi in *deciſ.* 2. *&* 23. *Pater Megala in ſuo promptua-*
rio, in verb. fideicommiſſum, num. 1. *&* 27. *Andreol.*
controv. jur. controv. 29. *n.* 5. *&* 6. *& controv* 56. *n.* 1.
Ripol. var. reſol. cap. 13. *num.* 677. *Ludov. Bellus conſ.*
20. *n.* 4. *Jacob. Gallus conſ.* 56. *num.* 5.
Ad quod ponderantur illa verba, *quod dicta bona*
nullatenus poſſint vendi, alienari, ſeu pignorari per
ipſum Anaſtaſium donatarium, ejuſque hæredes, & ſuc-
ceſſores, ex quavis cauſa, * *etiam urgenti*, quæ pro- 2
hibitio tanquam ſine cauſa, quamvis non eſſet alicu-
jus conſiderationis, reſolveretur in vim ſimplicis
conſilii, ex vulgato *text. in l. filius familias, §. divi, ff.*
de leg. 1. *& l. pater filium, §. Julius Agrippa, ff. eod.*
tit. latiſſimè *Petra de fideicom. quæſt.* 1. *nu.* 2. *Intrigliol.*
de ſubſtit. cent. 3. *quæſt.* 71. *n.* 27. *Vinc. Fuſar. de fidei-*
com. ſubſt. quæſt. 685. *n.* 1. tamen quia ſequuntur ver-
ba, *ſed ſemper, & in perpetuum illa teneri debeant per*
ipſum Anaſtaſium, ejuſque hæredes, & ſucceſſores pro
eorum victu, & ſuſtentatione, † reſpectu ipſorum,
quorum favore fuit prohibita alienatio videtur in- 3
ductum fideicommiſſum, prout poſt alios teſtatur
Decian. conſ. 50. *n.* 21. *vol.* 1.
Secundò ponderatur, quod hæc prohibitio aliena-
tionis fuit facta in contractu donationis factæ per
Bernardinum, * quo caſu valida dicitur, abſque
quod veſtiatur à cauſa, *Bart. in d. §. divi, n.* 5. *& Jaſ.* 4
num. 48. *Gabr. conſ.* 140. *n.* 50. *li.* 1. *Petra de fideicom.*
ſubſt. qu. 685. *num.* 25. *Berous conſ.* 84. *num.* 8. *vol.* 2.
Oddus de fideicom. q. 2. *n.* 13. *Marta de ſucceſſ. legal.*
par. 4. *q.* 21. *artic.* 8. *num.* 43.
Tertiò ponderantur illa verba, *ſemper, & in perpe-*
tuum, † ex quibus videtur teſtatorem ſuæ agnationi 5
proſpexiſſe, & per conſequens fuiſſe inductum ne-
dum fideicommiſſum in caſu alienationis, ſed ſimplex,
& abſolutum, Dec. *conſ.* 23. 516. *&* 635. Minſyng.
obſerv. 24. *centur.* 6. Mantic. *de conject. ult. vol. li.* 8.
tit. 2. *n.* 18. *Caſtil. dec.* 153. *n.* 18. *Ludov. Bellus conſ.* 52.
n. 6. *&* 56. *conſ.* 23. *n.* 31. *Marta in conſ.* 89. *n.* 2. *& in*
conſ. 176. *n.* 13. de fideicommiſſo inducto per verbum
ſemper agit, * & *in conſ.* 13. *n.* 19. & Decian. *d. conſ.* 50. 6

num. 18. loquens in verbis, *perpetuò, ſemper, & omni
tempore*, & de verbo *in infinitum* Rimin. jun. *conſ.*
247. *n.* 13. *vol.* 2. ubi latè Sfort. Oddus *conſ.* 65. qui
& alios congeſſit.

Quartò deducitur ad probandum fideicommiſ-
ſum fuiſſe inductum, quia prohibitio alienationis
7 nedum fuit facta Anaſtaſio donatario, † ſed ejus hæ-
redibus, & ſucceſſoribus, privando alienantes ſucceſ-
ſione, per quam prohibitionem videtur fuiſſe inter
eos inductum reciprocum fideicommiſſum, per
*text. in l. peto, ſ. featre, & l. codicillos, ſ. inſtituto, ubi
gl. ff. de leg.* 2. & notant DD. *in l. qui Roma, ſ. hære-
des, ff. de verb. oblig. & in d. l. filius familias, ſ. divi, ff.
de leg.* 1. Rubeus *conſ.* 53. *n.* 3. *in fin.* Decian. *d. conſ.* 50.
n. 19. *lib.* 1. Bald. *in l. cum hi, ſ. ſed ſi pluribus, in fin.
ff. de tranſact.* Pedroch. *conſ.* 20. *n.* 53. & alij per Fu-
ſar. *d. quæſt.* 685. *n.* 40. tantò magis quia prohibitio
fuit facta omnibus ſucceſſoribus Anaſtaſij, verbum
8 enim hoc, * *ſucceſſoribus*, eſt collectivum univerſale,
Salic. *in l.* 2. *in* 2. *quæſt. C. de jur. emphyt.* Alex. *conſil.*
239. *vol.* 2. Corn. *conſ.* 97. *vol.* 1. Soc. *conſ.* 226. &
conſ. 257. *vol.* 2. & hac conjectura utuntur Tiber.
Decian. *conſ.* 26. *n.* 4. *vol.* 2. Eugen. *conſ.* 21. *n.* 22. *vol.*
2. Ludov. Bellus *conſil.* 1. *n.* 95. & *conſ.* 4. *n.* 74.

Quintò adducitur, quod iſta prohibitio eſt rea-
9 lis, * & non perſonalis, dum dixit, *quod bona ſupe-
riùs deſcripta nullo modo poſſint alienari, vendi, donari,
ſive hypothecari per ipſum Anaſtaſium, ejuſque hære-
des, & ſucceſſores*, quo caſu inducitur fideicommiſ-
ſum, quia non dicitur eſſe nuda, cùm ſatis veſtita eſ-
ſe videatur, ut poſt Rubeum *d. conſ.* 53. *num.* 6. *in fin.*
& Cror. *conſil.* 48. *num.* 17. dixit Petr. *de fideicom.
quæſt.* 1. *num.* 54.

Verùm prædictis minimè obſtantibus contrarium
eſt de jure verius, quod in caſu, de quo agitur, nullo
modo videatur inductum fideicommiſſum, quia cùm
prohibitio alienationis fuerit concepta, *ad hoc ut
bona ſemper, & in perpetuum teneri debeant per ip-
ſum Anaſtaſium, ejuſque hæredes, & ſucceſſores*, per
10 hæc verba non induci fideicommiſſum, * habetur *ex
tex.* formali, ubi Bart. *in l. ſi pater filium, ſ. pater, u-
bi* has *mater, ff. de leg.* 3. cum aliis apud Caſtil. *in dec.
n.* 20. Laratha *conſ.* 76. *n.* 7. * licèt enim in iſto caſu te-
11 ſtatoris præceptum de non alienando non ſit nudum
ſed ad favorem hæredis inſtituti, & ejus hæredum,
ſucceſſorum, quod nihilominus hæredes poterunt
eorum hæredes gravare, ſicut ſe ipſos, quam opinio-
nem Bart. ſequuti fuerunt Dec. *in conſ.* 425. *n.* 7. *in
fin.* Rubeus *in l. Gallus, ſ. quidam rectè, n.* 69. & *ſeq.
ff. de lib. & poſth.* Curt. ſen. *conſ.* 45. *n.* 22. latè Rimin.
conſ. 25. *n.* 10. *vol.* 1. & licèt Socin. *in conſ.* 249. alias
12 *vol.* 2. pluribus modis conetur * diſpoſitioni prædicti
tex. reſpondere fundando ex illis verbis, *ſucceſſioni
ſuæ conſervent*, habere eundem ſenſum, ac ſi teſtator
dixiſſet, *quod in familia remaneant*, nam talis prohi-
bitio eſſet invalida, nec pareret effectum fideicom-
miſſi, Marr. *in conſ.* 42. *n.* 25. & tùnc haberet vim fi-
deicommiſſi in caſu alienationis tantum, ut firmant
nonnulli DD. relati ab eodem Marta *in conſ.* 43. *nu.*
24. & pluries deciſum Mediolani, Florentiæ, & Ro-
mæ teſtatur Jo. Ant. Bellon. *conſ.* 1. *n.* 86. & 87. atta-
men omnes reſponſiones ſunt contra expreſſa verba
tex. ut optimè conſiderat Petra *in tract. de fideic.
quæſt.* 5. *n.* 29. *verſ. tertiò reſtringere videtur*, & hoc
in ſpecie dixit Perege. *de fideic. art.* 32. *n.* 33. quod o-
pinio Socin. & ſequacium eſſet valde periculoſa, &
contra caſum *tex. in d. l. pater, ſ. penult. ff. de leg.* 3.
& contra opinionem Socin. cum Bart. tenuerunt
Ang. *conſ.* 106. *n.* 20. Alex. *conſ.* 36. *n.* 9. 3. *vol.* alias
49. *in* 6. *vol.* Fulg. *in conſ.* 58. Com. *conſ.* 272. *vol.* 4. &
conſ. 61. *n.* 7. *vol.* 2. *Colleg. Papiea. apud Curt. ſenior.
conſ.* 45. *n.* 23. Gabr. *in conſ.* 132. *n.* 38. Rimin. ſen. in
allegato *conſ.* 25. *n.* 10. *vol.* 1. & pro hoc opinione fu-
iſſe judicatum dicit Curt. ſen. *in conſ.* 46. *n.* 30. & 32.
& noviſſimè Peregrin. omninò videndus in hac ma-
teria in *dec. Patavij* 101. *per tot.* Riminald. jun. *conſ.*
528 *n.* 46. *lib.* 5. & *conſ.* 781. *n.* 64. *vol.* 6. Sfort. Odd.
de fideic. q. 2. *art.* 5. *n.* 78.

Quod corroboratur, quia verbum, *hæredibus*, à te-
ſtatore prolatum, † de quibuſcunque hæredibus etiã 13
extraneis intelligi debet, ut *Inſtit. de hæred. qual. &
differ. & tot. tit. ff. & C. de hæred. inſtit.* eſt caſus in *l.
annalibus. C. de legat.* Ludov. Bellus *conſ.* 2. *num.* 81.
quando tamen aliter mens teſtatoris non declaratur,
Bar. *in l. Gallus, ſ. etſi parente, ff. de lib. & poſtha.*
quod ampliatur, etiam ſi teſtatoris diſpoſitio inuti-
lis redderetur, Bald. *in d. l. Gallus, ſ. & ſi parente*, &
idem eſt intelligendum de verbo, *ſucceſſoribus*, ut ha-
betur *in l. quadam, ſ. nihil. & ſ. his*, cum ibi notatis,
ff. de edend. tot. tit. qui ſucceſſ. teneant. Bart. *in d. l. pa-
ter filium, ſ. penult.* & Socin. ſen. *in conſ.* 249. *n.* 13.
Sfort. Odd. *ubi ſup. n.* 82.

Et propterea Rimin. ſen. *in conſ.* 25. *vol.* 1. tenuit,
quod ex prohibitione facta à teſtatore de non alie-
nando, quia voluit, bona ſua ad ſucceſſores in poſte-
rum devenire, † non inducitur fideicommiſſum in fa- 14
milia, & ſic etiam Decian. *in conſ.* 26. *lib.* 2. conſuluit
in caſu magis arduo, ſcilicet quando teſtator prohi-
buit hæredibus, & ſucceſſoribus, quod *nunquam
poſſint vendere, alienare, impignare, aut contracam-
biare*, cum pluribus verbis ſimilibus, ac etiam, *aliter
alienantes privando, & alienata tranſire in ſuos fi-
deicommiſſarios, qui ipſa diſponant in eleemoſynas*,
quod ex hoc non inducatur fideicommiſſum, quia
prohibitio nulla eſt, ut fundat *nu.* 84. *verſ. non obſtat
primum*, ex rationibus ſupradictis, & hanc etiam o-
pinionem fundat Dec. *in conſ.* 635. qui loquitur in a-
lio caſu fortiori, in quo teſtator prohibuit, *ut ejus
bona nullo unquam tempore vendantur, alienentur,
vel ſeparentur per hæredes meos, quicunque ſint, &*
num. 6. & adduntur illa verba, *& quandocunque, &
qualitercunque ad hoc ut perpetuò remaneant in ſuos
hæredes, & ſuos deſcendentes*, & tamen concludit,
num. 11. quòd poſſit inſtitui hæres extraneus non
deſcendens à teſtatore, ſicque prohibitio alienandi
hæredibus facta ſimpliciter conſiderata non inducit
fideicommiſſum, Marta *conſ.* 43. *num.* 25.

Ruiſus etiam ex prohibitione de non alienando,
quia voluit, * bona conſervari in familia non indu- 15
citur fideicommiſſum ſimplex, ſed in caſu contraven-
tionis, etiam ſi adeſſent verba, *in perpetuum, ſemper,
in infinitum*, & ſimilia, ut in ſpecie Socin. *conſil.* 227.
col. 6. *verſ. & ſic reſpondetur ad multa, lib.* 2. Alexand.
conſ. 59. *lib.* 3. Rum. *conſ.* 89. *n.* 41. *lib.* 2. Roland.
conſ. 34. *n.* 68. *li.* 4. Cephal. *conſ.* 17. *n.* 42. *vol.* 1. ubi
de communi teſtatur. Menoch. *conſ.* 85. *n.* 103. &
104. *li.* 1. qui alios cumulat, & de magis communi
teſtatur Sfort. Odd. *conſ.* 63. *n.* 35.

Dato ergò, & nunquam conceſſo, quod in caſu
prædicto fuiſſet inductum fideicommiſſum, tamen
quia in dicto caſu alienationis eſſet vocata Eccleſia
Sanctæ Mariæ Novæ, & non deſcendentes ab ipſo
Anaſtaſio, meritò nullum poteſt dici eſſe inductum
fideicommiſſum reſpectu ipſius Thomæ, prout in
ſpecie hoc tanquam clarum approbat *Tiber. Dec.* om-
nino videndus in allegato *conſ.* 26. *n.* 20. *ver.* 2. *dato
vol.* 2. & hoc etiam apertè concludit *Petra contra
conſ. Ruin. de fideic. quæſt.* 5. *numero* 132. *in fin.* ibi
*quod tamen etiam pluſquam durum eſt, quia verba non
conveniunt.*

Tertiò ponderatur, * quia prohibita alienatione 16
non cenſetur prohibita hæredis inſtitutio, prout co-
tas allegat Surd. *in dec.* 124. *num.* 8. Anna *alleg.* 106.
Viſcont. *in concluſ. juris, verbo prohibitio alienationis*,
ſed in ſpecie, quod prohibitus alienare poſſit in-
ſtituere matrem, quæ ab inteſtato ſuccederet, dixit
Decius, quem rogo videri *in conſ.* 277. *nu.* 9. & *conſ.*
378. cum aliis per Ceph. *conſ.* 17. *n.* 23.

Quod

Quod clarius colligitur ex verbis ejuſdem con-
tractus, ubi d. Bernardinus prohibendo alienatio-
nem Anaſtaſio, dixit, quod caſu, quo ex malis ope-
ribus ipſius Anaſtaſij, vel ejus hæredum, & ſucceſſo-
rum, vel ex quavis cauſa dicta bona vendi, vel pi-
17 gnorari contingat, * & ſic quamvis in principio uſus
fuerit verbo, *alienari*, tamen in ſubſequenti oratio-
ne ſe reſtrinxit ad *actus* alienationis inter vivos, &
non in ultima voluntate, in quo caſu etiam extra-
neus ſubſtitui poteſt, Socin. jun. *conſ.* 112. *lib.* 1. *col.*
3. Gabr. *commiſſ. concl. tit. de fideicomm. concl.* 10. *n.*
26. Cephal. *conſ.* 13. *n.* 17. & in terminis prædictorum
verborum Socin. jun. *conſ.* 97. *n.* 55. *vol.* 2. Eugen.
conſ. 44. *n.* 3 *vol.* 2.

Quod etiam probatur, quia prædictus Bernardi-
nus non prohibuit alienationem, ſed dixit, *quod non
poſſint vendi, alienari, ſeu donari, vel pignorari per
ipſum Anaſtaſium, ejuſque hæredes, & ſucceſſores ex*
18 *quavis cauſa*, * & ideò cùm in prima parte ſit facta
mentio de venditione, & ſic de contractu inter vi-
vos, altera quoque pars, quæ loquitur de alienatione
ex quavis cauſa, intelligi debet de contractu inter
vivos, Soc. *conſ.* 13. *n.* 8. *vol.* 3. *Corn. Ruin. Cephal.* &
alij in proprio caſu congeſti per Surd. *in conſ.* 77. *nu.*
23. & 24. *vol.* 1. Eugen. *ubi ſupra*, verbum enim, *alie-
natio*, reſtringitur ex ſpeciali verbo *venditionis* adje-
cto, Ceph. *conſ.* 487. *n.* 52. & *conſ.* 549. *n.* 113. *vol.* 4.
Petra *de fideicom. qu.* 8. *n.* 3. Marta *conſ.* 43. *n.* 35. majo-
19 rem enim vim habet verbum, * *alienatio*, ſimpliciter
prolatum, quam, quòd non poſſit vendi, & alienari,
latè Rimin. *conſ.* 528. *n.* 30. *vol.* 5. & in terminis prædi-
ctorum verborum Soc. jun. *d. conſ.* 97. *n.* 55. *vol.* 2. &
ita fuiſſe decīſum in Senatu Mantuano in proprio ca-
ſu refert Surd. *in d. dec.* 124. *per tot.* quam rogo vi-
deri, quia multum facit ad caſum, & loquitur in for-
tioribus terminis, quando prohibitio eſt facta in te-
ſtamento, quando enim eſt facta per contractum,
prout in caſu noſtro, tunc minor eſt difficultas, quia
debilior dicitur ea, quæ eſt facta in ultima voluntate,
20 Rimin, * *in conſ.* 504. *n.* 11. *vol.* 5. Jo. de Anan Bald. Dec.
& alij, quos allegat Dec. *reſponſ.* 31. *n.* 13. *vol.* 1. Fuſar.
21 *de fideicomm. qu.* 674. † & quòd alienationis prohibi-
tio facta per contractum non comprehendat diſpoſi-
tionem in ultima voluntate, poſt Alex. tenuit Gram-
22 mat. *in deciſ.* 105. *n.* 42. † & quod quando prohibitio
eſſet facta non ſolùm hæredibus, ſed eorum hæredi-
bus, & deſcendentibus, fideicommiſſum non indu-
cat, habetur latè per Fuſar. *q.* 685. *n.* 8. & ſic etiamſi
23 ſit dictum, * *quia volo bona perveniri debere ad ejus
hæredes*, fundat *n.* 12. niſi expreſſerit hæredibus maſ-
24 culis, † Paol. de Caſtr. *in d. §. divi*, Rimin. ſen. *d.
conſ.* 25. & latè idem Fuſar. *quæſt.* 688. *n.* 4. & *quæſt.*
687. *num.* 9.

Ex quibus facilis apparebit reſponſio ad ea, quæ
in contrarium adducuntur, & primò non obſtabit,
quod prohibitio alienandi non ſit nuda, ſed veſtita,
ut ſcilicèt *bona teneri debeant per ipſum Anaſtaſium,*
25 *ejuſque hæredes, & ſucceſſores*, * quia hæc prohi-
bitio etiam nuda dicitur, & propterea nihil opera-
tur, ut eſt *text.* & *ibi* Bart. *in l. pater filium, §. penult.
ff. de leg.* 3. Curt. ſen. *conſ.* 45. *n.* 22. quia cùm prohi-
bitio ſit facta favore hęredum, & ſucceſſorum ſuorum,
illi poſſunt alienando hæredes ſuos gravare, ſicuti
ſe ipſos. l. *unum ex familia. §. ſi rem ff. de leg.* 2. Paul.
de Caſtr. *in l. filius familias, §. divi, ff. de leg.* 1. Rimin.
ſen. in terminis *in d. conſ. n.* 10. *vol.* 1. Peregrin. *de fidei-
com. art.* 32. *n.* 34. Surd. *dec.* 322. & propterea etiam
quòd eſſent ibi hæredes expreſsè vocati, tamen non
poſſunt venire, † niſi uti hæredes ultimi poſſeſſoris, &
26 per hoc teneri ad onera, *l. cùm à matre, C. de rei
vend.* Menoch. qui DD. cumulat *conſ.* 958. & quòd
hæc prohibitio cùm ſit facta ad favorem ipſorum
27 prohibitorum non inducat fideicommiſſum, † quia
etiam dicitur nuda, poſt alios optimè fundat Sfort.

Odd. *de fideic. q.* 2. *art.* 5. *n.* 70. *cum ſeqq.* & *n.* 75.
qui dat rationem, quia quo magis teſtator declarat
prohibuiſſe alienationem cauſa, & favore ipſius pro-
hibiti, tantò magis procedit regula, quòd fideicom-
miſſum non inducatur.

Nec aliqua vis erit facienda in illis verbis, *ſemper,
& in perpetuum*, † intelliguntur enim ſecundùm ſub- 28
jectam materiam, nec inducunt fideicommiſſum,
ubi non eſt, nec eſſe poteſt, Dec. *conſ.* 218. *nu.* 13. *ver.
& huic concluſioni*, Cephal. *conſ.* 17. *n.* 35. *vol.* 1. Alex.
conſ. 49. *n.* 8. *lib.* 3. Menoch. *conſ.* 85. *n.* 104. Ludov.
Bellua *conſ.* 23. *nu.* 59. & quod conjectura prædicta
magis communiter reprobetur, dixit Sfort. Odd. *in
conſ.* 65. *n.* 35. qui *Doctores* cumulat, * & reſtringun- 29
tur ad terminos fideicommiſſi præcedentis, Menoch.
alios referens *conſ.* 376. *n.* 49. & *conſ.* 642. *num.* 4. &
ita judicatum refert Seraphin. *dec.* 1373. *nu.* 3. Marta
de ſucceſſ. legal. part. 4. *quæſt.* 21. *art.* 3. *num.* 5. Fuſar.
in d. tract. q. 678. *per tot.*

Nec obſtabit quartum argumentum, quòd ex illa
prohibitione videatur inductum reciprocum fidei-
commiſſum, quia ſupra fundatum fuit, prohibitio-
nem prædictam fuiſſe nudam, & proinde non indu-
xiſſe fideicommiſſum, ex *l. Lucius ff. de legat.* 3. &
Ladeach. *conſ.* 92. *n.* 1. probat *ubi ſupra P. Megala ſub
n.* 18. *verſic. adverte autem*, ſecundò, quia prohibi-
tio non fuit facta favore deſcendentium ex dicto A-
naſtaſio, quod clariſſimè probatur, quia in caſu alie-
nationis portio alienantis applicanda fuiſſet aliis
hæredibus, & tamen in caſu alienationis fuit vo-
cata Eccleſia, & ſic non poteſt dici inductum fi-
deicommiſſum inter hæredes, † ut declarat Dec. 30
conſil. 84. *numero* 3. 4. & 5. & poſt eum *Decian.* alle-
gato *reſponſ.* 26. *numero* 48. *verſic. non obſtat pri-
mum.*

Facilis etiam erit reſponſio ad quintum argumen-
tum, quod ſit prohibitio realis, cùm prohibitio præ-
dicta nullo modo poſſit dici realis, * ſed perſonalis, 31
non enim ex eo, quod donator prohibuit, *bona non
alienari per Anaſtaſium, & ejus hæredes*, dicitur fuiſ-
ſe prohibitionem realem, nam non dicit ſimpliciter,
quod bona non alienentur, ſed ſubdit, *per Anaſtaſium,
& ejus hæredes*, & ita prohibitio refertur ad perſo-
nas, nihil enim differt, ſi donator dixiſſet, *prohibeo
bona per Anaſtaſium, & ejus hæredes alienari*, vel *bo-
na alienari per Anaſtaſium*, * prout ita in ſpecie te- 32
nuit Surd. *in conſ.* 67. *n.* 22. *vol.* 1. & Menoch. *conſ.*
109. *vol.* 1. dicitur enim realis prohibitio, * quando eſt 33
concepta diſpoſitivè in rem, veluti, *volo ut bona mea
non alienentur, ut in familia ſemper exiſtant*, Fuſar.
conſ. 114. *nu.* 36. Marta *in conſ.* 109 *n.* 8. vel *ut de gradu
in gradum ad ſucceſſores perveniant*, Bart. *in d. l. pe-
to* § *§. fratre, n.* 4. *ff de leg.* 2. & *in l. Titia, §. Seia, in fin.
ff. eod. tit.* Caſtr. *conſ.* 77. *vol.* 1. latè Simon de Prætis
lib. 3. *fol.* 10. *n.* 25. *fol.* 285. Mart. *de ſucceſſ. legal. part.* 4.
d. q. 21 *art.* 8. *n.* 60. * & tunc dicitur verè realis, quan- 35
do eſt imperſonaliter, & indefinitè concepta, Capyc.
dec. 108. Menoc. *conſ.* 253. Petra *de fideicom. q.* 2. *nu.*
28. Rimin. jun. *conſ.* 271. *nu.* 20. *vol.* 3. & verè prohibi-
tio realis dicitur, quando prohibentur alienari, nulla
perſonarum † mentione facta, Cuman. *in d. l. peto, §.
fratre in* 1. *lectura n.* 5. *ff. de leg.* 2. Craſſ. *in l. fideicom-
miſſum. q.* 5. *in fine, &* 19. *in princ.* Paul. de Caſtr. Al-
beric. Ruin. Soc. Menoc. Rimin. & alii allegati à Fu-
ſar. *de fideicom. ſubſt. qu.* 673 *n.* 3. vel quando perſo-
nis ſit favore familiæ, ut fundat ex Bart. Pariſ. *Rota
Rom.* & alii idem Fuſar. *n.* 6.

Nec demum obſtabit, quòd prohibitio ſit facta in
contractu, quia ultra quod prohibitio facta in teſta-
mento eſt fortior illa quæ fuit facta in contractu, † ut 36
ſupra fundavimus, tamen quando non adeſt diverſi-
tatis ratio inter unum caſum, & alium, nihil differt
una ab alia, Marta *dict. quæſt.* 21 *part.* 4. *art.* 10. *nu* 60.
Andreol. *d. controverſ.* 56. *nu.* 2. & quidem illud, quod

dicitur, quod valet prohibitio facta in contractu, abſque expreſſione cauſæ, fundatur ex text. *in l. ea lege*, quæ eſt 3. *Cod. de condit. ob cauſ.* quæ loquitur
37 in donatione facta ſub conditione, * nè alienetur, *Jo. Deckeri deciſ. Belgi. lib. 1. diſſert. 12. nu. 2.* & tamen etiam in dicto caſu non impeditur dominij tranſlatio in poſſeſſorem, Mart. *conſ. 37. num. 19.* ſed datur
38 actio perſonalia contra alienantem, † ut probat ibi *gloſ.* quæ conſtituit differentiam in prohibitione facta in teſtamento, vel à lege à prohibitione facta
36 in contractu, * nam in primis duobus caſibus non valet alienatio, in tertio verò transfertur dominium, ſed datur actio, ut ſupra.

40 *Secundùm prædicta per S. C. fuit judicatum, non recordor de Banca.*

OBSERVATIO IN CONSULT. XXXII.

ARGUMENTUM.

Teſtatore ordinante perpetuum, & ſucceſſivum fideicommiſſum pro hæredibus, & ſucceſſoribus ſubſtituti cum prohibitione alienationis, ut bona conſerventur in eis in perpetuum, an valeat fideicommiſſum, vel ſit nudum. Articulus per *Reg. Latr. in Conſult. 32. & Reg. Rovit.* elaboratus, expenduntur *Conſ. Joſeph. de Roſa, Card. de Luca*, & alij. An hæredes teneantur ad debita ſubſtituti: cum alijs attinentibus ad locum præſentem.

SUMMARIUM.

1 *Teſtatore ordinante perpetuum fideicommiſſum pro hæredibus, & ſucceſſoribus ſubſtituti cum prohibitione alienationis, ut bona in eis conſerventur, an ſit nuda prohibitio.*
2 *Exarantur verba* deciſionis Rovіti, *pro invaliditate prohibitionis, & fideicommiſſi.*
3 *Hæredum appellatione intelligenda verba de deſcendentibus pro validitate fideicommiſſi.*
4 *Hæredum appellatione quoties veniunt filij, an iſti veniant proprio jure ex perſona propria.*
5 *Frater ſi dotet ſororem cum pacto reverſivo dotium, ad ejus hæredes, & ſucceſſores in caſu obitus ſine filiis, & præmoriatur frater, an creditores poſſint ſatisfieri ſuper dotibus.*
6 *Stipulatio uſusfructus pro ſe, & hæredibus concepta, an ſit hæreditaria, & creditores jus habeant.*

1 QUando teſtator ordinavit * perpetuum fideicommiſſum pro hæredibus, & ſucceſſoribus ſubſtituti cum prohibitione alienationis facta tam inſtituto, quam hæredibus ſubſtituti, & ſucceſſoribus ea ratione, ut bona ſemper, & in perpetuum tranſire debeant de hærede in hæredem, in hoc caſu dubitatur, & validum ſit fideicommiſſum, ita ut hæredes extranei poſſint venire ex propria perſona per fideicommiſſum: Et ex *text. in l. ſi pater filium, §. pater alias mater, ff. de legat. 3.* eſſe inutile, tradunt *Dec. conſ. 425. Decian. conſ 26. lib. 2. Peregr. de fideic. art. 32. n. 34. Surd. dec 322.*

Quia hæredes poſſunt gravare eorum hæredes, qui non poſſent venire contra factum defuncti, ita fuſe probat *Reg. Latro Conſult. 32. per tot.*

2 Ediſſerit in hac re * *Rovit. dec. 85. n. 22. His omnibus, & ſingulis hinc inde adductis, diutius à me diligentiſſimè ruminatis, & etiam per aliquas noctes inſomnes ferè traductas, pluries, atq; pluries mente, & animo revolutis, nunquam potui apprehendere, quomodo de jure fieri poſſit, ut is, qui ad aliquam rem eſt vocatus, tanquam hæres, & ſub nomine hæredis aliam hæreditatem poſſit acquirere alio titulo, & jure hæreditario, id enim poſſibile mihi videtur, tamſi agatur de re deducta in contractu, quam de diſpoſitione facta in ultima voluntate, quidquid admiſerit Phanuce. nam Doctores per eum citati loquuntur in caſu, quo ex veriſimili mente diſponentis, & ex conjecturis conſtat, quod diſponens intellexit de filiis, aut alio deſcendente, non autem de hærede extraneo juxta terminos leg. ex facto, §. fin. ff. ad Trebell. prout expreſſe ſentit de Franch. dec. 525. n. 25. cum duob. ſeqq. & punctualiter tradit Alex. Trentacinq. de ſubſtit. p. 4. cap. 14.*

Et ne fideicommiſſum ſit inutile, * verba eſſent intelligenda de deſcendentibus, ex *Dec. Peregr. & aliis Sanfelic. dec. 202. n. 22. Fuſar. de ſubſtit. q. 339. n. 69.* 3
ſi ergo hæredes, & ſucceſſores extranei per fideicommiſſum vocati non poſſunt venire contra factum defuncti, & ad beneficium ipſorum fideicommiſſum reputatur inutile, ita ſimiliter erit, ſi per vulgarem tenebuntur hæredes, quia tenebuntur de bonis per vulgarem obventia ad debita prædefuncti ſubſtituti.

Convenit ratio, quæ in ſpecie transmiſſionis adducitur, nam ſi in hæreditate prædefuncti ſubſtituti reperitur hoc jus, tanquam cauſa attractiva hæreditatis, ex qua emolumenta legati, vel hæreditatis cauſantur, & acquiſitio ſit hæreditati, *l. Titius cum teſtamento, §. Titia cum nuberet, ff. de legat. 2. Bottilier. de ſucceſſ. theor. 59. n. 3.* & jus debet poni in hæreditate tranſmittentis, *Cancer. par. 3. var. cap. 21. num. 160.*

Diverſus eſt caſus, * quando hæredum appellatione intelliguntur filij, ut quia in præcedenti diſpoſitione hæredum appellatione veniunt filij, ut ſi in caſu obitus hæredis ſine hærede ſubſtituit Titium, & ejus hæredes, & in omnibus caſibus, in quibus nomine hæredum veniunt filij, ut loquitur *Fuſar. q. 339. & 340.* Et in hoc caſu, quia filij ſuccedunt per vulgarem jure proprio, ut *Peregr. art. 32. n. 10. Fuſar. q. 339. n. 12.* & non tenetur ponere in inventario bonorum ſubſtituti bona primi defuncti ſubſtituentis, *Rovit. dec. 85. n. 22.* & probat, ac deciſum refert *Conſ. Joſeph. de Roſa conſult. 44.* 4

Si quæritur, an filij venientes ab inteſtato ſub nomine hæredum, debeant habere qualitatem hæreditariam, & eſſe hæredes bonorum ultimi defuncti. Et dicas, non teneri ex *Fuſar. q. 340. n. 1. & 10. de Franch. dec. 153. n. 14. de Roſa ubi ſup. Card. de Luca de fideic. diſcurſ. 145. num. 3.* Et ſi haberent qualitatem hæreditatiam confecto inventario non tenebuntur ultra vires.

Frater ſi dotet ſororem, † in caſu obitus ſine filiis appoſuerit pactum reverſivum dotium ad ſe, ſuoſque hæredes, & ſucceſſores, & præmortuus fuerit gravatus ære alieno, an venientes ab inteſtato ex jure proprio, & perſona propria ſuccedant, & confecto inventario non teneantur creditoribus fratris dotantis. 5

Dum prædeceſſit frater, videtur caducatum illud pactum reverſivum, ideòque veniant jure proprio hæredes, & hoc videtur de plano procedere in jure, & ultima voluntate competente.

At quia ſumus in actione conditionali ex ſtipulatione, etiamſi nulla facta eſſet expreſſio hæredum, veniunt hæredes ex diſpoſitione juris, *Rovitas ubi ſup. n. 17.*

Cæterum idem *Rovitas* diſtinguit: Aut adſit expreſſa ſtipulatio pro hæredibus, & tunc hæredes, namque expreſſe nominati in ſtipulatione ſuccedant jure proprio, & ex perſona propria, ſecus quando ex diſpoſitione juris veniunt, & pro ſua opinione laudat *dec. 525. de Franch.* contrarium eſt dicendum ex *Catell. dec. orat. 25.*

Affinis eſt quæſtio, an ſtipulatio uſusfructus pro ſe, & hæredibus concepta hæreditaria ſit, ita ut ad

hæredes

by Google

hæredes jure hæreditario pertinet creditores ſtipulaneis jus habeant? Affirmat *Bar. in l. ſtipulatio, §. ſi quis ita, ff. de verb. oblig.*

Obligationes hæreditariæ dicuntur non ſolùm, quæ à defuncto in hæredem deſcendunt ex ſtipulatione defuncti, ſed quæ incipiunt de novo ex ſtipulatione defuncti, *Bald. in l. continuus, §. ultim. ff. de verb. oblig. n. 1.*

Et quatenus hæc traditio dubia ſit ex *Paris conſ. 56. lib. 3. n. 4.* Ejus tamen argumentis occurrit, ſigillatim *Phanuc. de inventar. q. 243. n. 45. & ſeqq.* conſiderans uſumfructum ad hæredes tranſlatum ex vi ſtipulationis defuncti, non poſſe dici jure proprio, ſed hæreditario quæſitum, alioquin ſi ipſi acquirant, ut extranei, defunctus inutiliter ſtipularetur contra regulam in *§. alteri inſtit. de inutil. ſtipulat.* quod enim quis non capit, ut hæres, quod extraneus capiat, neceſſe eſt, *l. ſi adulter, C. de hered. act. & Reg. Latro dec. 26.* infert, uſumfructum ponendum eſſe in inventario, & comprobat *Rovit. dec. 85.* præſertim *num. 19.* ubi ait, uſumfructum eſſe novum in perſona hæredis incipientem, cùm non ſit tranſmiſſibilis de ſui natura ad hæredem, ſed prout ex acquiſitione, & contractu defuncti nomine hæreditario provenit, & hoc reſpectu non poſſe negari, quin ſit verè hæreditarius, quandoquidem jure, & nomine hæreditario capitur ob defuncti contractum, ex *Phanuc. de invent. num. 52. Socin. jun. in l. 4. §. Cato num. 26. ff. de verb. oblig. D. Arias de Meſa var. lib. 3. n. 48. Staib. reſ. 59. n. 43. & ſeq.* Idemque dicit de conceſſione officij facta cum facultate nominandi unum hæredem, quia poteſt gravari hæres, *Roccus de official. tit. de offic. compliat. rubr. 3. numero* 45. ubi aliud ſi data ſit facultas nominandi unum ex filiis.

ARGUMENTUM.

Regius Theſaurarius, Perceptor, vel alius adminiſtrator pecuniæ fiſcalis an, & quando incidat in crimine legis Juliæ peculatus, vel de reſiduis, & qua pœna puniatur, ad interpretationem text. *in l. pecunia, Cod. de privileg. Fiſci & in l. deferre, §. fin. ff. eod. tit.* & an poſſit ex fiſcali privilegio pecuniam ab Adminiſtratore, ſuo creditori ſolutam avocare, & qua actione, & an pro pœna delicti præferatur creditoribus ipſius Adminiſtratoris in pecunia perventa ex venditione ejuſdem officij non gratuitò conceſſi, ſed pecunia empti.

SUMMARIUM.

1 *Officium Perceptoris fugientis cum Regia pecunia an applicetur in beneficium Reg. Curiæ.*

2 *Fiſcus poteſt vendicare pecuniam conſumptam ab aliis creditoribus poſterioribus communis debitoris, & n. 3.*

Intellige, facta primò diſcuſſione bonorum principalis debitoris, & ejus fidejuſſorum, n. 4. & 11.

5 *Fiſcus non poteſt agere actione hypothecaria, quando pecunia eſt conſumpta, & non extat, ſed agit condictione ex* l. pecunia, C. de privileg. Fiſci *& ex* l. deferre, §. fin. ff. eod. tit. *quæ dicitur ſubſidiaria, num. 6.*

7 *Excuſſio fit tam reſpectu Fiſci, quam dotis.*

8 *Exceptio excuſſionis eſt de apicibus juris, & de ea non eſt curandum, ubi agitur ſola facti veritate inſpecta.*

Intellige, quando proceditur contra principalem debitorem, & ejus fidejuſſorem, ſecus ſi adverſus tertios poſſeſſores, & ignaros æris alieni, num. 6. 9. & 10.

12 *Solutio debet cedere in cauſam duriorem, & ſic crediti, non autem pœna, & n. 14. & 41.*

Intellige, ut num. 38.

13 *Electio eſt creditoris debitore non eligente cauſam, in qua ſit ſolutio, tenetur tamen eligere cauſam duriorem, ut non inducatur jactatio patrimonij.*

15 Text. in l. ſi aliquid, Cod. de ſuperexactor, & arcae. lib. 10. *expenditur.*

16 *Pœna criminis peculatus eſt deportatio.*

17 *Peculatus crimen committitur ab eo, qui fiſcalem pecuniam ab alio exactam ſubtrahit.*

18 *Peculatus quid ſit; & an procedat in Perceptore, qui habet pecuniæ adminiſtrationem, & nu. 27. & 29. & an lex Julia de reſiduis procedat in Perceptore, num. 19.*

21 *Pœna legis Juliæ de reſiduis eſt pecuniaria, ſcilicèt tertia partis ejus, quod in uſum ſuum converſum eſt.*

22 *Officialis ſubtrahens pecuniam publicam non committit crimen peculatus, & num. 27.*

23 *Pœna peculatus de jure Regni pro ſubtractis, & ſubreptis eſt nonuplis.*

24 *Miniſter pecuniarum mutuans pecuniam Fiſcalem, vel in proprios uſus convertens, pœna mortis punitur.*

Limita in Perceptore, num. 25.

26 *Depoſitarius, ac Theſaurarius Principis poſſunt pecuniam libere mutuare, cambiare, & negotiari, & lucra inde percepta ſibimet ipſis applicare, & crimine peculatus non tenentur, n. 27. Quid in Dohanerio Reg. Dohanæ, n. 28.*

30 Text. in d. l. pecunia, & l. deferre, §. fin. *procedit, quando Officialis, aut Exactor pecuniæ fiſcalis illam jam exactam, & in arca Principis repoſitam mutuavit, vel Principis Theſaurarius aurum in Ærarium reconditum, ſine ipſius Principis licentia mutuavit, non autem in Exactore, qui pecuniam nondum in Principis arcam, & Ærarium illatam, ſeu incorporatam, qui ſolùm punitur pœna dupli, n. 31. & 33.*

32 *Pœna pecuniaria debetur quando agitur civiliter, ſecus ſi criminaliter.*

34 *Pœna* l. 1. 2. & 3. C. de his, qui ex publ. collat. lib. 10. *non ſervatur, ſed* pragm. 47. de offic. Procurat. Cæſar, *& deciſiones referuntur, n. 35.*

36 *Officialis malè ſe gerens in officio privatur illo, quando illud fuit gratuito collatum, ſecus, quando pretio fuit emptum, & ſic deciſum traditur, n. 37.*

39 *Creditores præferuntur Fiſco venienti ex cauſa lucrativa, ſcilicèt pro pœna delicti.*

Amplia, etiam ſi Fiſcus agat pro crimine hæreſis, numero 40

42 *Fiſcus non habet prælationem pro pœna, & credito vigore promiſſionis facta cum juramento de benè, & fideliter adminiſtrando, cum obligatione omnium bonorum, ſed tantum actionem perſonalem.*

43 *Hypotheca conventionalis in contractu de benè, & fideliter adminiſtrando adjecta, intelligitur reſpectu ſortis principalis, & ſic pro adminiſtratione pecuniæ, non autem quoad pœnam, etiam in dicto contractu adjectum, & quatenus contraria opinio eſſet tenenda, non extenditur quoad creditores venientes ex cauſa oneroſa, & bona fide, numero 45.*

44 *Pignus obligatum pro ſorte non poteſt retineri pro pœna odio pœnarum.*

46 *Creditor cum hypotheca anterior præfertur pro ſorte principali poſterioribus, non tamen pro pœna, ſed illis poſteriores anteponuntur.*

Amplia, ut procedat etiam in Fiſco, n. 47.

48 *Fiſcus pro pœna habet actionem hypothecariam, non adverſus creditores, ſed tantum contra principalem debitorem, qui deliquit, vel adverſus credi-*

tores ſimpliciter venientes ex pœna, vel adverſus poſſeſſores ſine titulo, quid ſi Fiſcus, & privatus concurrant pro pœna, & bona delinquentis non ſufficiant pro omnibus, u. 49.

50 *Fiſcus pro pœna delicti adverſus creditores ex cauſa onerosa hypothecaria non agit, etiam ſi privatus eſſet poſterior, & chirografarius.*

51 *Bona alienata antè contractum debitum cum Fiſca non ſubjiciuntur fiſcali hypotheca.*

52 Text. in l. fin. ff. de iuſtit. act. *declaratur.*

53 *Miniſtri ad unum actum deputati non remanent obligati, ſed principales.*

Sed contrarium, num. 55.

Amplia etiam in particulari, ſeu exactore, u. 54.

56 *Officium nemini debet eſſe damnoſum.*

57 *Fiſcus, & privatus non poſſunt evincere rem, de qua habuerunt pretium, alias tenerentur de evictione, etiam ſi evincerent ex jure ſupervenientе.*

58 *Fiſcus tenetur pro re utiliter geſta pro eo.*

Pro Mercatoribus Bari, contra Regium Fiſcum.

CONSULTATIO XXXIII.

1 REperto debitore per * Regium Fiſcus Joſepho Rapario Perceptore Provinciæ terræ Bari, de anno 1603. die 4. Julij fuit expedita citatio ad informandum de fuga cum pecunia Regia, & aliorum, & ad dicendum cauſam, quare officium non debet applicari ad beneficium Regiæ Curiæ & condemnari ad pœnam in Regiis Bannis, & Pragmaticis contentam, eoquè non comparente fuit contumax reputatus, & in contumaciam die 18. Auguſti interpoſitum decretum, quòd officium vendatur, & applicetur commodis Reg. Curiæ.

Deinde Regius Fiſcus ob prætenſum creditum convenit Mercatores ad ſolvendum omnes pecuniarum quantitates per eos receptas à prædicto
2 Rapario occaſione * cambiorum inter ipſos contractorum, ex ſpeciali ejus privilegio fundato in text. *in l. pecunia, C. de privil. Fiſc. & in l. deferre, §. fin. ff. de jur. Fiſc.* & in contumaciam fuit expedita ſignificatoria pro ſumma duc. 61078.2.1. cujus cum fuiſſet dictum de nullitate, facta relatione in Collaterali Conſilio fuit dictum, nullitates non obſtare, verùm diſcutiantur partitæ contentæ in dictis literis ſignificatorialibus per viam deductionis, & ſuperſedeatur in exequtione per menſes tres.

Nunc autem redacta eſt ſignificatoria in ducat. 23345.1.11. ſtante quòd de reliquis Regius Fiſcus fuit ſatisfactus, ut ex relationibus factis, neque in hoc Regius Fiſcus contradicit, & ſic remanent deducendi prædicti duc. 23345.1.11.

A quibus eſt facienda deductio, primò ducatorum 907.0.10. receptorum per Reg. Fiſcum poſt relationem, ut notatur in dicta relatione.

Secundò ſunt deducendi ducati tres mille ex cauſa fidejuſſionis Franciſci, Joannis Antonij, & Pauli Raparij, pro quibus Regius Fiſcus ſe direxit etiam contra Magiſtrum actorum Cacciurtulom, qui fidejuſſionem accepit, ut ibidem notatur.

Tertio eſt facienda deductio duc. 553. ex cauſa fidejuſſionis Horatij de Miele, contra quem jam fuerunt exequutæ domus, & data nota Perceptori bonorum extraordinariorum, ut in dicta relatione.

Quartò duc. 1099.4.2. ſolutorum per dictum Raparium quon. Præſidenti Barbæ infra ſummam duc. 1200. de quibus hodiè remanet Raparius creditor hæredum prædicti Præſidentis Barbæ.

Nec obſtat replicatio Regij Fiſci, quòd in dictis exigentiis adeſt lis, & propterea non tenetur facere
3 deductionem, * quia & ſi Regius Fiſcus, ſecundùm magis communem opinionem poſſit ex dicto ſpeciali privilegio avocare pecuniam à creditoribus poſterioribus, etiam quod illa ſit conſumpta, ut poſt alios dixit Covarr. † *pract. quæſt. cap.* 29. *nu.* 3. tamen 4
priùs debet diſcutere bona principalium debitorum, hoc eſt Raparij, & ejus fidejuſſorum, ut notat Bart. *in l. Moſchis, in princ. ubi* Alex. *in add. in lit. A. ff. de jur. Fiſc.* Bald. *in l. cum eorum, num.* 5. *Cod. de ſent. & interloc.* cùm hæc actio ſit ſubſidiaria, Covarr. *d. cap.* 29. *in princip. poſt.* Bart. *in l. ſi non expedierit, §. ſi pupillus, ff. de bon. auth. Jud. poſſ. Phanuc. de inventar. part.* 5. *num.* 148. *Peregr. de jur. Fiſc. lib.* 6. *in tit. de pign. & hypoth. num.* 8. *verſ. intellige*, Joan. Baptiſta *Coſta de remed. ſubſid. remed.* 37. *illat.* 2. *nu.* 3. optimè Menoch. *conſ.* 25. *num.* 10. *lib.* 1. *Alfar. de offic. fiſcal. gloſ.* 34. §. 5. *ſub* u. 119. Antonin. de Amat. *var. reſol. lib.* 2. *reſol.* 51. *nu.* 24. & noviſſimè Donat. Ant. de Marin. *reſol. quotid. cap.* 71. u. 5. ubi refert duas Regiæ Cameræ deciſiones.

Quod corroboratur, * cùm Reg. Fiſcus non poſſit 5
agere hypothecaria, cùm pecunia ſit jam conſumpta, & non extet, & ideò ei non poteſt competere, niſi condictio ex illis legibus, Bart. *in l. pupillus, num.* 1. *verſ. ego dixi, ff. de his, quæ in fraudem credit. & in l. fin. §. & ſi præfatam, & in §. fin. verò*, ubi Bart. Alexan. & Salicet. *C. de jur. deliber.* Franciſ. Lucan. *de Fiſc. & ejus privileg. n.* 83. & in propriis terminis Marcus Anton. Eugenius *conſ.* 89. *nu.* 11. *lib.* 1. Gregor. Lopez. *in gloſ.* 1. *l.* 2. *par.* 5. *tit.* 13. Affl. *dec.* 190. ſub
*n.*4. hæc autem condictio † ex lege ſubſidiaria dicitur, 6
§. appellantur, Inſtitut. de action. Surd. *conſ.* 4. *nu.* 17. *vol.* 1. Joan. Bapt. *Coſta de remediis ſubſidiar. remed.*
34 *in princip.* nec quidem eſt mirum, * quod reſpectu 7
Fiſci debeat fieri excuſſio, cùm etiam reſpectu dotis fieri debeat, Franch. *dec.* 270.

Nec obſtat, * quòd exceptio excuſſionis ſit de 8
apicibus juris, ſecundum *gloſ.* communiter receptam *in l. ſi mancipium, §. ſi communi, in verbo actum, ff. de evictio.* de qua non eſt curandum in Tribunalibus, ubi proceditur ſola facti veritate inſpecta, Aret. *conſ.* 127. in 2. *dubio*, Alex. *conſ.* 114. *col. ult. lib.* 6. quinimmò in contrarium eſt magis communis opinio, ut per
Menoch. * *d. conſ.* 25. *ſub n.* 11. ac etiam hoc procede- 9
ret, quotieſcunque procederetur contra principalem debitorem, ſeu fidejuſſorem, non autem quando agitur adverſus tertios poſſeſſores, & ignaros æris alieni, Cacheran. *dec.* 2. *per tot.* & præſertim u. 14. *uſque ad finem*, ubi affertur ratio, quia reſpectu principalis debitoris, ſeu fidejuſſoris attenditur ordo, qui omitti poteſt reſpectu tertii poſſeſſoris, * quia nulla com- 10
petit actio antequam fiat diſcuſſio, Corn. *conſ.* 55. *n.* 26. & 28. *li.* 3. *Neguſ.* omninò videndus *de pignor p.* 8. *membr.* 1. *nu.* 31. *in fin.* Stracb. *in tit. quomodò in cauſis mercatorum procedendum ſit*, u. 8. *Eugen. d. conſ.* 89. & pluries fuiſſe deciſum teſtatur Theſ. *dec.* 32. *per totam*, Menoch. *de arbitr. q.* 51. *li.* 1. *n.* 8. 9. & 10. & in propriis terminis avocationis pecuniæ * ex privilegio Fiſci vir- 11
tute diſpoſitionis text. *in l. pecuniam, & in l. deferre, §. fin.* excuſſionem eſſe faciendam, latiſſimè fundat Reg. de Ponte *in tract. de poteſtat. Proreg. in tit. de Regalibus impoſitionibus, §.* 3. *à n.* 12. *uſque ad finem*, ubi dicit, quod ſi Fiſcus poſſet ſic indifferenter pecuniam avocare nemo accederet ad conductionem fiſcalium prædiorum, quia nemo cum perſona quoquo modo rationibus Fiſci obligata contraheret, nec illi in caſibus occurrentibus pecuniam accomodaret, quod eſſet in maximum Fiſci damnum.

Petunt denique Mercatores deductionem ducatorum 19450. à Regio Fiſco perceptorum ex pretio officij venditi, & licèt Fiſcus prætendat, eos habere in pœnam pro mala adminiſtratione, ad quod allegat decretum Regiæ Cameræ latum in contumaciam ipſius Joſephi, per quod fuit dictum, quod officium vendatur, & applicetur commodis Regiæ Curiæ, tamen in dicto judicio non fuerunt ipſi au-

diti

Digitized by Google

diti, nec decretum declarat, ſi debeat applicari com-
12 modis Regiæ Curiæ pro pœna. † vel pro credito, &
per conſequens debet credere in cauſam duriorem,
13 vulgata *l. 3. ff. de ſolut.* cum concordantibus, & licèt
debitore non eligente cauſam, in qua fit ſolutio, e-
lectio ſit creditoris, tamen tenetur eligere cauſam
duriorem, & ubi non ſit controverſia, & in quam ip-
ſe ſi eſſet debitor, ſolveret, *l. 1. verſ. quoties, eod. tit.*
& propterea debet eligere cauſam duriorem, ut non
inducatur jactatio patrimonij, ut poſt An. de Butr.
in conſ. 5. conſuluit Craver. *in conſ. 106. n. 1*t. & ex his
concluditur, quòd Regius Fiſcus tenetur priùs pre-
24 cium officij accipere in cauſam ſui crediti, * ubi non
eſt aliqua controverſia, & quod ſupereſt, in pœnam
prætenſæ ſubtractionis pecuniæ fiſcalis, & hoc quan-
do officium incideret in commiſſum ob prætenſam
malam adminiſtrationem.

Sed hoc nullo jure poteſt fundari per Regium Fiſ-
cum, *text.* enim *in l. ſi aliquid, Cod. de ſuſcept. & ar-
25 char. lib.* 10. non dicit, † quòd qui deliquit in officio
debet amittere pretium illius, ſed quòd non debet
ampliùs illud exercere, & ſic practicatur in Regia Ca-
mera, ut infra notabimus. Neque poteſt Fiſcus præ-
tendere pretium officij in conſequentiam capitalis
16 pœnæ ex cauſa pecuniæ debitæ, † præſupponen-
do incidiſſe in crimine peculatus, cujus delicti pœ-
na eſt deportatio, ſecundùm veriorem opinionem ut
per Affl. *in Conſtit. Regni, Officiales, in princ.* & ta-
17 men hoc crimen † non poteſt applicari ad caſum no-
ſtrum, cum peculatus crimen committat ille, qui fiſ-
calem pecuniam ab alio exactam ſubtrahit, *l. prima,
& l. 4. ff. ad l. Juliam peculatus*, & propterea pecula-
tus crimen diffinitur à *Labeone* ait Paulus *in l. ſacrilegij,*
18 *§. Labeo, ff. ad l. Juliam peculatus*, * eſſe furtum pe-
cuniæ publicæ, vel ſacræ, non ab eo factum, cujus
periculo fuit, ut refert Menoch. *de arbitr. caſ. 586. in
princ.* latiſſimè Farin. *in pract. crimin. tit. de furt. q.
171. per totum*, ac Dec. *in tract. crimin. lib. 8. cap. 28.*
Caball. *reſol. crimin. cent.* 1. *caſu 99. n 31.* ubi pleniſſi-
mè de materia, & eſt text. expreſſus *in d. l. ſacrilegij,
§. Labeo, & §. is autem, ff. ad l. Juliam peculat.* cùm-
que loquamur de Perceptore, qui habet pecuniæ ad-
19 miniſtrationem, * non poſſunt applicari termini pe-
culatus, benè tamen poſſent applicari termini *l. Ju-
20 liæ de reſiduis*, † in qua pœna incidit qui pecuniam
fiſcalem ab ipſo exactam in proprios uſus convertit,
text. eſt ad literam *in dict. l. ſacrilegij, §. Labeo, &
§. is autem* juncto text. *in l. 4. §. lege Julia ff. eod. tit.*
21 Pœna verò † *legis Juliæ de reſiduis* eſt tantùm pecu-
niaria, ſcilicet tertiæ partis ejus, quod in uſum ſuum
converſum eſt, ut *in d. l. 4. & §. item lex Julia, & ibi*
Joannes de Platea, *Inſtit. de publ. jud.* & propterea
22 Alberic. *in d. l. ſacrilegij, §. peculatum* dixit, * quòd
Officialis ſubtrahendo pecuniam publicam non
committit crimen peculatus, idem tenet Salic. *in l.
unica, Cod. eod. tit. Paris de Put. de ſindic. in verſ. Ju-
dices, cap. 3. n. 5.* quod non fuit alteratum per *Conſtit.
Regni, Officiales*, ut notat Affl. *in princ.* immò per
Capitulum Regni incipiens *Vulgaris fama proloquium*
etiam in crimine peculatus eſt diſpoſitum, quòd pro
23 ſubtractis, & ſubreptis ſit pœna nonupli, * cùm quo
etiam concordat *Ritus Regiæ Cameræ*, ut notaverunt
in propriis terminis Joannes Antonius Lanatius
conſ. 93. de Ponte in conſ. 22.

Et quamvis idem Joan. Franciſcus de Ponte *in de-
ciſ. 7. n. 18. in tract. de Poteſt. Proreg. tit. de Regal. im-
poſit. §. 3. n.* 1. partes Regij Fiſci referens in cauſa
24 Ferdinandi Monſorij, dicat, † Miniſtrum pecunia-
rium mutuantem pecuniam fiſcalem, fœnerantem,
vel in proprios uſus convertentem, debere pœna
mortis puniri, ex particularibus proviſionibus fun-
datis *in l. fin. C. de his, qui ex public. collat. lib. 10. &
l. fin. Cod. de his, qui ex publicis rationibus, eod. lib.*
10. referendo doctrinam Bart. Joan. de Plat. Odo-
fredi, & Cujacij *in prædictis legibus.*

Tamen credo, * hos terminos non poſſe adaptari 25
ad caſum noſtrum, ſumus enim in Perceptore, cujus
officium eſt exigere paulatim à Fiſci debitoribus, &
deindè in tempore ſtatuto rationem reddere Regiæ
Cameræ Summariæ, * quæ exactio debet fieri riſco, 26
& periculo ipſius, quo caſu depoſitarios, & Theſau-
rarios Principis poſſe pecuniam ad eorum manus per-
venientam liberè mutare, cambiare, & negociari, & in-
de percepta lucra ſibimet ipſis applicare, innumeros
Doctores ita tenentes refert Caball. *reſol. crimin. d. caſ.
99. n. 74.* quem refert Farinac. *pract. crim. titul. de
furtis, quæſt. 171. n. 55. in fin.* Peregr. *de jur. fiſci, l. 6.
tit. 3. n. 8.* & in ſpecie eum, * qui pecuniam trajicien- 27
dam ſuſceperit, prout eſt Perceptor, & quilibet alius,
ad cujus periculum ſpectat pecunia, crimine pecula-
tus non teneri, tenet Decian. *tract. crimin. lib. 8.
cap. 32. n. 4. & 5.* & ſic benè allegantur Dec. *conſ. 6.
& Alciat. conſ. 12.* aliàs 100. quamvis Joan. Frant. de
Ponte *in dicta deciſione 7. num. 22.* teneat, non poſſe
applicari ad Dobanerium, penes quem dominium
pecuniæ non tranſit, * cùm non poſſit ſolvere abſque 28
ordine Proregis, & interim habeat Regium Caſſe-
rium, qui tanquam talis omnem pecuniam fiſcalem
reponit ibi conſervandam, ut *n. 22. in fin.* quod ta-
men non eſt in Perceptore Provinciæ, * qui paulatim 29
exigit, & deindè certo tempore ſtatuto rationes red-
dit, ut in propriis terminis Perceptoris Provinciæ
tenuit idem de Ponte *d. conſ. 22. n. 4.*

Rurſus prædictæ * diſpoſitiones legum Codicis 30
procedere poſſent, quando Officialis, aut Exactor
pecuniæ fiſcalis, illam jam exactam, & in archa
Principis repoſitam mutuavit, vel Principis Theſau-
rarius aurum in ærarium reconditum ſine ipſius
Principis licentia mutuavit, ut diſtinxit Menoch. *de
arbitr. cent. 6 caſu 586. n. 3. & 12.* † ſecus tamen eſſet 31
in Exactore, qui pecuniam nondum in Principis ar-
cham, & ærarium illatam, atque ita nondum Princi-
pis effectam, & (ut dici ſolet) incorporatam alicui
mutuo dederit, vel in proprios uſus converterit, quia
hoc caſu non punitur, niſi pœna dupli, ut punctua-
liſſimè tenuit idem Menoch. *loc. cit. n. 10. ver. tertius
eſt caſus*, poſt Rebuff. *in l. 2. n. 2. verſ. aut loquimur,
C. de his, qui ex publ. rat. lib.* 10. Cujacius *in l. qui in
contractibus, eod. tit.* Jo. de Plat. *n. 1.* Cepoll. *conſ. 39.
n. 3.* Curt. jun. *conſ. 19. n. 13.* & Dec. *d. l. 8. c. 30. n. 5.*

Nec dicatur, * quod hæ pœnæ pecuniariæ deben- 32
tur, quando agitur civiliter, ſecùs autem quando agi-
tur criminaliter, prout diſtinguunt Doctores *in l. 2.
Cod. de his, qui ex publ. rat.* & diſcurrit pleniſſimè de
Ponte *in d. dec. 7. n. 32.* qui his in terminis loqui *Ca-
pitulum Regni Vulgaris famæ proloquium* dixit *in dec.
16. n. 8. verſ. ſed ut dixi in cauſa Marchionis Padu-
le*, cùm ultra ſupra ponderata in Regno habeamus
Regiam pragmaticam Regis Philippi Secundi 47.
ſub tit. de officio Procur. Cæſar. qui mandavit circa
pœnam Miniſtris pecuniariis infligendam * pro pe- 33
cuniæ retentione obſervari Inſtructiones Federici,
& Caroli Quinti Imperatorum, ubi imponitur tan-
tùm pœna dupli, vel in id, quod Regiæ Curiæ
magis intereſt, * in qua *Pragmatica D. Regens Tapia* 34
adnotavit, quod pœna *l. 1. 2. & 3. C. de his, qui ex
public. collat. lib.* 10. non ſervatur, ſed quòd ſervatur
prædicta *Regia Pragmatica*, prout fuit practicatum
cum Fabritio Pignatello Magiſtro Portulano Baro-
li, * & ſic poſtea fuit practicatum in omnibus caſi- 35
bus, & in perſona Joannis Booris ſimiliter Percep-
toris, & quamvis ab officio ſuſpenſus eſſet ob uſum
fiſcalis pecuniæ, tamen in diffinitiva ſententia fuit
proviſum, officium eſſe reſtituendum, & ſuſpenſio-
nem cedere in pœnam.

Quod * corroboratur alia evidentiſſima ratione,
quia tunc Officialis malè ſe in officio gerens poteſt 36
officio privari, quando illud ſit gratuito collatum,
ſecus autem quando pretio fuit emptum, prout do-

ctè fundavit Cravett. *conſ. 6. n. 109. & ibi* latè Bene-
ven. Stracc, *in addit.* faciunt etiam dicta à Rol. à
Vall. *conſ. 18. n. 19. 21. & 21. lib. 3.* per text. *in §. ſed
& major, Inſt. de his, qui ſunt ſui, vel alien. jur.* & quic-
37 quid dicat de Ponte * *in d. dec. 7. n. 3.* hæc opinio ſem-
per fuit uſu recepta in Regia Camera Summariæ,
prout ultra deciſiones allegatas fuit practicatum
cum Gabriele Capano Juſtitiario hujus noſtræ Ci-
vitatis, qui cùm eſſet ex multis gravibus delictis in-
quiſitus de mala adminiſtratione, non fuit compi-
lato proceſſu per ſententiam officio privatus, ſed
bene quod non redeat ampliùs ad illius exercitium,
ſed in ſui beneficium vendatur, ut dicit idem de Pon-
te *dec. 7. n. 11. in fi.* ſic etiam in cauſa Marchionis Pe-
dulæ Doheuerij inquiſiti nedum de retentione, &
converſione pecuniæ fiſcalis in proprios uſos, ſed
etiam de pluribus extorſionibus, & graviſſimis deli-
ctis in officio patratis, & tamen non fuit officio pri-
vatus, ſed ſuſpenſus per triennium, quo elapſo offi-
cium vendatur in ejus beneficium, prout *in dec. 16.
de Ponte*, quam, rogo, videri, pro quo Marchione
conſuluit D. Camill. de Medic. *conſ.* 143.

Sed quando poſſet Fiſcus prætendere dictos duc.
19450. in pœnam malæ adminiſtrationis, hoc poſſet
procedere adverſus eundem Joſephum, qui deli-
38 quit, * & non in præjudicium ejus creditorum, qui
pro ea pecuniarum quantitate, qua moleſtantur à
Regio Fiſco remanerent creditores ex cauſa oneroſa,
actio enim extincta reviviſcit, Conſil. de Georg.
in alleg. 39. n. 9.

39 Et ne creditores ſuper dicto pretio officij * eſſent
præferendi Regio Fiſco venienti ex cauſa lucrativa,
ſcilicet pro pœna delicti, per *text.* apertum *in l. quod
placuit, ff. de jur. Fiſci, & l. unica, & tota tit. Cod. pœ-
nis fiſcalibus creditor. præferr. lib.* 10. & in hoc nemo
eſt, qui contradicat, ut per Doct. *in l. 1. ff. ſol. matrim.*
plenè Covarr. *variar. reſol. c. 16. n. 1.* Peregr. *de jur.
Fiſc. lib. 6. tit. 6. n. 32. verſ. puto*, Clar. *in pract. cri-
min. q. 78. n. 30.* Franc. Becc. *conſ. 57. n. 7. lib. 1.* Surd.
40 *conſ. 199. n. 9. vol. 2.* quod ampliatur, † etiam ſi Fiſ-
cus ageret pro crimine hæreſis, Burſ. *conſ. 13. vol. 1.*

41 Ex quibus patet, * nullo modo Fiſcum poſſe
præcipere pretium officij in præjudicium credito-
rum, ſed debet illud retinere in cauſam crediti, in
quo nulla eſt controverſia, juxta terminos text. *in
l. 1. ff. de ſolut.*

42 Nec poterit Fiſcus prætendere prælationem * tam
reſpectu ſui crediti, quam reſpectu pœnæ vigore
promiſſionis factæ cum juramento de benè, & fide-
liter adminiſtrando, cum obligatione omnium bo-
norum, quam non habebant Mercatores, ſed tan-
43 tummodò actionem perſonalem, * dicta enim hypo-
theca conventionalis fuit præſtita ſimpliciter reſpe-
ctu ſortis principalis tantùm, & ſic pro adminiſtra-
tione pecuniæ penes Perceptorem perveniendæ, &
propterea non ſe extendit ad pœnam, etiam in eo-
dem contractu adjectam, ut poſt Caſtrenſ. *in l. ideò
condemnatus, ff. de compenſat. & Odoffred. in l. 1. C.
pœnis fiſcal. credit. præferr. lib.* 10. firmat Peregr. *de
jur. Fiſc. lib. 6. tit. 6. n.* 13. & magis plenè Neguſ. *de
pign. in 1. membro, 5. par. princ. n.* 41. dicens, eſſe bo-
nam limitationem ad totum *tit. de privileg. credit.* &
44 quoad pignus obligatum * pro ſorte non poſſit reti-
neri pro pœna odio pœnarum. notat Bald. *in l. pigno-
rib. C. de uſufr. in fin.* quod ſingulariter commendat
Roman, *in ſing.* 108.

45 Sed dato, * & nunquam conceſſo, quod dicta hy-
potheca ſe extenderet ad pœnam, tamen eſt nullius ro-
boris adverſus creditores venientes ex cauſa oneroſa,
46 & bona fide, † nam licèt creditores cum hypothe-
ca anteriores præferantur pro ſorte principali poſte-
rioribus, tamen reſpectu pœnæ non ſolùm non præ-
feruntur, ſed etiam poſteriores anteponuntur, ut eſt
ſolemnis *dec. Affl.* 186, ubi *Urſil*, affert Paul. de Caſtr.
in d. l. ideò, ff. de compenſ. * aſſerens etiam procedere 47
in Fiſco, *Caſſan. in Catal. glor. mund. in 12. par. conſ.
99. in 5. lim. regul. qui prior in tempore, potior in jure*,
& facit Bert. *in l. aufertur. §. Fiſcus, verſ. Dynus dicit*,
dum inquit, † competere Fiſco actionem hypotheca- 48
riam ſecundùm opinionem *glo. in l. unic. C. pœn. fiſ-
cal. cred. præf. l.* 10. ſed ea non poteſt uti adverſus cre-
ditores, qui præferri debent juxta allegatam *l. quod
placuit*, quamvis dicta actione hypothecaria poſſet
uti adverſus debitorem principalem, qui deliquit,
vel adverſus creditores ſimiliter venientes ex pœna,
vel adverſus poſſeſſores ſine titulo, ut poſt Bald. &
Jaſon. *in l. reſcriptum, & ibi Caſtrenſ.* omninò viden-
dus, *numer. 3. ff. de pact.* firmat Negoſ. *de pignor. in 4.
membr. 2. part. principalis, num. 115. verſ. ſin autem
ſumus poſt condemnationem*, & licèt *Neguſ.* ſimpliciter
dicat, poſſe Fiſcum ea uti adverſus creditores ejuſ-
dem tituli, * nihilominùs quando ambo concurrunt 49
pro pœna, & bona delinquentis non ſufficiunt pri-
vato, & Fiſco, tunc diverſimodè fuit judicatum, ut
refert Covarr. *variar. reſol. d. cap. 16. nu.* 8. partem
Fiſci defendens, & Peregrin. *de jur. Fiſc. lib. 4. tit. 8.
num.* 12. ſententiam Senatus Pariſienſis contra Fiſ-
cum relatam à Jo. Gallo *qu.* 130. approbat.

Adverſus autem creditores ex cauſa * oneroſa Fiſ- 50
cus hypothecaria pro pœna ex delicto non utitur,
etiam ſi privatus eſſet poſterior, & chirographarius, ut
poſt Afflict. *in cap. 1. nu. 45. in tit. de fratribus de no-
vo beneficio inveſtitis* tenuit Peregrin. *d. lib. 4. tit. 8.
n.* 11. & in individuo Becc. *in conſ.* 57. Menoch. *d.
conſ. 25. n.* 13. immò nec Fiſcus avocare poſſet pe-
cuniam ſolutam Adminiſtratoris creditoribus ex cau-
ſa oneroſa, niſi eo caſu, quando probatum fuit,
tempore ingreſſus officij parum, aut nihil de ſuo ha-
buiſſe, quo caſu præſumitur pecuniam ab Admini-
ſtratore ſuo creditori ſolutam fuiſſe fiſcalem, & non
propriam ipſius Adminiſtratoris, ut deciſum fuiſſe
per Reg. Cam. dixit Reg. Reverter. *in deciſ.* 71. in
manuſcriptis, ſequitur De Marinis *d. reſol. 71. n. 5. in
fine.*

Quibus deductionibus factis Regius Fiſcus nedum
non remanet creditor, ſed debitor, ut ex relatione
Rationalis R. Cam. Jordani Moretti.

Ulteriùs ad exuberantiam eſt conſiderandum, quod
tempore, quo Mercatores fecerunt dicta cambia,
non erat Raparius debitor, quod ſi dubitatur, de-
bet fieri relatio diſtincta reſpectu temporis, in quo
idem Joſeph remanſit debitor, † & clarum eſt in 51
jure, quod alienata antè contractum debitum cum
Fiſco non ſubjiciuntur fiſcali hypothecæ, *l. ſi debi-
tor, C. de privileg. fiſc. l. 1. C. de jur. Fiſc. l. poſt con-
tractum, C. de donat.* ubi omnes *Doctores.*

Secundò eſt conſiderandum, nam majorem par-
tem pecuniæ ſolutæ in Civitate Bari prædicti Mer-
catores receperunt uti Miniſtri aliorum, qui dederunt
pecuniam Neapolim pro dictis cambiis, & jam ipſi
principalibus ſolverunt pecuniam ipſis Bari ſolu-
tam, & propterea de proprio non poſſunt teneri, ſed
Regius Fiſcus deberet ſe dirigere contra principales,
penes quos fuit conſumpta, * juxta diſpoſitionem 52
text. *in l. fin. ff. de inſtit. act.* & latè habetur *in dec. Ge-
nua* 14. * nam Miniſtri ad unum actum deputati non 53
remanent obligati, ſed principales, *d. l. fin. ubi Bart.*
& eſt ſingularis doctrina Angel. *in l. eadem. ff. de duo-
bus reis*, quæ reſpectu particularis, ſeu exactoris om-
ni prorſus dubio carent, † ut dixit *in l. 1. §. exerci- 54
torem ſub n. 4. verſ. nec obſtat dictum Angeli*, ubi te-
nuit, * ſecus eſſe in negotiorum geſtore, cui eſt conceſ- 55
ſa generalis adminiſtratio, de qua quæſtione plura
per Ronchegall. *in tract. de duob. reis, in l. eadem* re-
ferens *Doctores*, & rationes pro utraque parte, qui
demum reprobata opinione *Caſtrenſis* concluſionem
prædictam limitantis in generali negotiorum ge-
ſtore, firmat *doctrinam Angeli* in contrarium, con-
cluſionem

Digitized by Google

eluſionem ſcilicèt debere procedere generaliter in quolibet Miniſtro, ſive generali, ſive particulari, ut c.175.juxta conſ. Socin c45.vol.2.quod quidem omni
56 jure ſuadetur, * ſtante ſatiafactione ab ipſa data ſuis principalibus, nam officium nemini debet eſſe damnoſum, *l. ſi quis ex ſignatoribus, ff. quemad. teſtam. aper. l. inter officium, ff. de rei vend. l. poſt legatum, §. advocatum, ff. de bis, quib. ut indig.*

Et demum conſidero, omnem pecuniarum quantitatem ipſi ſolutam per Riparium occaſione cambiorum fuiſſe per ipſoſmet Mercatores ſolutam ad beneficium Regij Fiſci, ad quod fundandum fuerunt factæ duæ relationes per Rationalem Amettanum, in quarum prima fuit relatum, omnem pecuniarum quantitatem perventam à dicto Joſepho in poſſe ipſorum, aſcendere ad duc. 44877.1.7. Ex quibus in prædicta relatione fuit dictum, perveniſſe in poſſe Reg. Cur. & ejus Conſignatarium duc. 15096.4.12.& ſic remanebant in poſſe ipſorum duc. 29780. t. 4. verùm quia in prædicta relatione non comprehendebantur duc. 8150. perventi in poſſe Regiæ Cur. ab ipſis Mercatoribus ex cauſa prædicti officij Perceptoris empti per ipſum Riparium, nec non deficiebant aliæ partitæ, fuit facta ſecunda relatio, per quam refertur, in poſſe Regiæ Curiæ incluſo dicto pretio perveniſſe alios ducat. 30518. 1. 8. quæ unicæ cum aliis relatis in prima relatione ſuperant quantitates penes Mercatores perventas in duc.737. 4. 17. & propterea cùm pecunia ad Fiſcum pervenerit, ſi hodiè vellet ab ipſis Mercatoribus illam condicere, poſſent ipſi adverſus Fiſcum agere, cùm Fiſcus
57 ſicut privatus non poſſit evincere rem, * de qua habuit pretium, aliàs teneretur de evictione, etiam ſi evinceret ex jure ſuperveniente, prout in caſo noſtro, ut *tot. tit. nè Fiſc. rem, quam vend.* & poſt *Andr. de Barulo* dixit de Ponte *in tit. de regal. impoſit. §. 6. n. 16. in tract. de poteſtat. Proreg.* & etiam quia cambia fuerunt utiliter geſta pro Fiſco, cùm pecunia ad ipſum pervenit ſine periculis, & expenſis, quæ erant in aſportatione pecuniæ à Civitate Bari ad Civita-
58 tem Neap. * & ſic Fiſcus tenetur pro re utiliter geſta pro eo, *l. mulier, ff. de capt. & poſtlim.* firmat Peregr. *de jur. Fiſc. lib. 6. tit. 1. num. 26.* & conferunt tradita per Menoch. *d. conſ. 25.* qui loquitur in propriis terminis.

His dictis addi poſſunt quæ doctiſſimè ſcripſit *Stephan. Gratian.* à me poſt hæc imprimenda viſus *in diſcept. forenſ. cap. 304. lib. 2.* qui in hac eadem cauſa, vel ſimillima ſcripſit, omnes articulos fundando, ideòque videri rogo.

Id, quod fuit reſolutum in hac cauſa, habebit in ſequenti Conſultatione.

3 *Forma citationis contra Theſaurarium, vel Perceptorem accipientem fugam cum pecunia Regalis Patrimonij, & an poſſit applicari officium Regio Fiſco.*

4 *Delictum patris an poſſit nocere filio nominato.*

PEculatus eſt propriè furtum, *Aponte dec. 7. n. 19. Caball. reſol. crim. c. 94. n. 97.* ubi quod ſaltem eſt æquale crimini furti. Imò turpius ſcelus; quia publicum, & regale patrimonium ſurripitur, & ſtante majoritate rationis non fit extenſio per viam comprehenſionis, ex quibus *Sanfel. dec. 66.* ita ſcribit: *Et quamvis Præſ. de Franch. dec. 315. ſuſtineat cap. ad hoc non habere locum in crimine peculatus. Attamen contraria opinio intelligenda, ut ex eodem principio deciſionis*, ubi jura, & rationes pro contraria parte probabiliores adducit, cùm propriè dicatur furtum, & ratione peculatus qualitatis aggravantis non eſt recedendum à pœna ſtatuti ordinaria, cùm ſit turpius ſcelus erga regale patrimonium, & quid pluris eſt, utique tanti eſt, *l. cùm plures, ff. de in lit. jur.* Et quod ſtatuta punientia furtum comprehendunt peculatum, tenuit *Boſſius ubi ſup.*

Nec procedit regula, * quod contrariorum eadem ſit diſciplina, ut ſi per ſtatutum minueretur pœna furti, non tamen minueretur pœna peculatus, ità è contrà non debet augeri, nam ubi eſt diverſa ratio, non eſt eadem diſpoſitio. 2

De Regio Theſaurario, & Perceptore, vel alio Adminiſtratore pecuniæ Fiſcalis, an quando incidat in crimen peculatus, agit *Latro in hac Conſult. 33.* & refert Joſephum Riparium Perceptorem Provinciæ Terræ Bari fuiſſe citatum ad informandum de fuga cum pecunia Regis, & aliorum, & ad dicendum cauſam, quare officium non debeat applicari ad beneficium Regiæ Curiæ, & condemnari ad pœnam in Regiis bannis, & Pragmaticis contentam, advertendum eſt, quod per *Pragm. 48. n.5. de officio Procur. Cæſar.* eſt reſcripta pœna amiſſionis officij ipſo jure contra Perceptorem delinquentem ſecunda vice, ſive per ſe, ſive per ſuos Miniſtros, ad cujus ornatum videndus *Reg. de Marin. in obſerv. 70. Revert.* ubi admittit pœnam prædictam poſſe per Fiſcum proſequi contra hæredem nominatim in officio à Perceptore mortuo ante litem conteſtatam, dummodò Fiſci inſtantia ſit facta infrà annum, aliàs contrarium eſſet dicendum, & judicandum ita *D. Marad. in ſingul. ad pragm. 309. num. 5.* 3

Officio conceſſo patri, † & filio nominato, ſi pater delinquat, ob quod veniat officio privandus, patris delictum filio in conceſſione nominato, an poſſit nocere, & negant *Montan. de regalib.* & alij laudati per *Reg. de Marin. in obſ. 168. ad Revert. & in obſ. 375. & 440.* 4

OBSERVATIO IN CONSULT. XXXIII.

ARGUMENTUM.

Theſaurarius Regius, vel Perceptor fugam accipientes cum pecunia Regalis Patrimonij, ex crimine peculatus, qua pœna puniantur. Peculatus an ſit gravius furto, & diminuta pœna furti ſit diminuta pœna peculatus. Et an officium poſſit applicari Regio Fiſco juxtà aſſertionem *Reg. Latr.* Et an delictum patris poſſit nocere filio nominato.

SUMMARIUM.

1 *Furtum Regalis pecuniæ in Theſaurario, Perceptore dicitur Peculatus.*

2 *Diminuta pœna furti per ſtatutum non diminuitur pœna peculatus.*

ARGUMENTUM.

Agitur de eiſdem articulis, & an pretium perventum in poſſe Regij Fiſci ex venditione officij Regij Perceptoris, vel Theſaurarij debeat cedere in cauſam crediti, vel in pœnam commiſſi delicti, & quando erit locus pœnæ quadrupli, vel nonupli, & in quibus caſibus locum ſibi vendicet exceptio rei judicatæ, & multa etiam de pacto legis commiſſoriæ, adjectionis in diem, & prælationis, & an, & quando officium pecuniis emptum ob pœnam commiſſi delicti revertatur ad Dominum, & an eo caſu teneatur ſolvere id, quod creditoribus ipſius inquiſiti debetur, & quæ pœna de jure Regni ſit impoſita Adminiſtratoribus fiſcalibus, qui malè pecunia Regia uſi fuerunt, & an ex pœ-

ctè fundavit Cravett. *conſ. 6. n.* 109. *& ibi* latè Bene-
ven. Stracc, *in addit.* faciunt etiam dicta à Rol. à
Vall. *conſ.* 18. *n.* 19. 21. *&* 23. *lib.* 3. per text. *in §. ſed
& major, Inſt. de his, qui ſunt ſui, vel alien. jur.* & quic-
37 quid dicat de Ponte * *in d. dec. 7. n. 3.* hæc opinio ſem-
per fuit uſu recepta in Regia Camera Summariæ,
prout ultra deciſiones allegatas fuit practicatum
cum Gabriele Capano Juſtitiario hujus noſtræ Ci-
vitatis, qui cùm eſſet ex multis gravibus delictis in-
quiſitus de mala adminiſtratione, non fuit compi-
lato proceſſu per ſententiam officio privatus, ſed
bene quod non redeat ampliùs ad illius exercitium,
ſed in ſui beneficium vendatur, ut dicit idem de Pon-
te *dec. 7. n. 11. in fi.* ſic etiam in cauſa Marchionis Pa-
dulæ Dohanerij inquiſiti nedum de retentione, &
converſione pecuniæ fiſcalis in proprios uſus, ſed
etiam de pluribus extorſionibus, & graviſſimis deli-
ctis in officio patratis, & tamen non fuit officio pri-
vatus, ſed ſuſpenſus per triennium, quo elapſo offi-
cium vendatur in ejus beneficium, prout *in dec.* 16.
de Ponte, quam, rogo, videri, pro quo Marchione
conſuluit D. Camill. de Medic. *conſ.* 143.

Sed quando poſſet Fiſcus prætendere dictos duc.
19450. in pœnam malæ adminiſtrationis, hoc poſſet
procedere adverſus eundem Joſephum, qui deli-
38 quit, * & non in præjudicium ejus creditorum, qui
pro ea pecuniarum quantitate, qua moleſtantur à
Regio Fiſco remanerent creditores ex cauſa oneroſa,
actio enim extincta reviviſcit, Conſil. de Georg.
in alleg. 39. n. 9.

39 Et ne creditores ſuper dicto pretio officij * eſſent
præferendi Regio Fiſco venienti ex cauſa lucrativa,
ſcilicet pro pœna delicti, per *text.* apertum *in l. quod
placuit, ff. de jur. Fiſci, & l. unica, & toto tit. Cod. pœ-
nis fiſcalibus creditor. praferr. lib.* 10. & in hoc nemo
eſt, qui contradicat, ut per Doct. *in l. 1. ff. ſol. matrim.*
plenè Covarr. *variar. reſol. c. 16. n. 1.* Peregr. *de jur.
Fiſc. lib. 6. tit. 6. n. 32. verſ. puto, Clar. in pract. cri-
min. q. 78. n.* 30. Franc. Becc. *conſ. 57. n. 7. lib. 1.* Surd.
40 *conſ. 199. n. 9. vol.* 2. quod ampliatur, † etiam ſi Fiſ-
cus ageret pro crimine hæreſis, Burſ. *conſ. 13. vol. 1.*

41 Ex quibus patet, * nullo modo Fiſcum poſſe
præcapere pretium officij in præjudicium credito-
rum, ſed debet illud retinere in cauſam crediti, in
quo nulla eſt controverſia, juxta terminos text. *in
l. 1. ff. de ſolut.*

42 Nec poterit Fiſcus prætendere prælationem * tam
reſpectu ſui crediti, quam reſpectu pœnæ vigore
promiſſionis factæ cum juramento de benè, & fide-
liter adminiſtrando, cum obligatione omnium bo-
norum, quam non haberent Mercatores, ſed tan-
43 tummodò actionem perſonalem, * dicta enim hypo-
theca conventionalis fuit præſtita ſimpliciter reſpe-
ctu ſortis principalis tantùm, & ſic pro adminiſtra-
tione pecuniæ penes Perceptorem perveniendæ, &
propterea non ſe extendit ad pœnam, etiam in eo-
dem contractu adjectam, ut poſt Caſtrenſ. *in l. ideò
condemnatus, ff. de compenſat. &* Odoffred. *in l. 1. C.
pœnis fiſcal. credit. præferr. lib.* 10. firmat Peregr. *de
jur. Fiſc. lib. 6. tit. 6. n.* 13. & magis plenè Neguſ. *de
pign. in 1. membro, 5. par. princ. n.* 41. dicens, eſſe bo-
nam limitationem ad totum *tit. de privileg. credit.* &
44 quoad pignus obligatum * pro ſorte non poſſit reti-
neri pro pœna odio pœnarum, notat Bald. *in l. pigno-
rib. C. de uſufr. in fin.* quod ſingulariter commendat
Roman. *in ſing.* 108.

45 Sed dato, * & nunquam conceſſo, quod dicta hy-
potheca ſe extenderet ad pœnam, tamen eſt nullius ro-
boris adverſus creditores venientes ex cauſa oneroſa,
46 & bona fide, † nam licèt creditores cum hypothe-
ca anteriores præferantur pro ſorte principali poſte-
rioribus, tamen reſpectu pœnæ non ſolùm non præ-
feruntur, ſed eis poſteriores anteponuntur, ut eſt
ſolemnis *dec. Affl.* 186, ubi *Urſil.* affert Paul. de Caſtr.
in d. l. ideò, ff. de compenſ. * aſſerens etiam procedere 47
in Fiſco, *Caſſan. in Catal. glor. mund. in 12. par. conſ.*
99. in 5. lim. regul. qui prior in tempore, potior in jure,
& facit Bart. *in l. auferunt. §. Fiſcus, verſ. Dynus dicit*,
dum inquit, † competere Fiſco actionem hypotheca- 48
riam ſecundùm opinionem *glo. in l. unic. C. pœn. fiſ-
cal. cred. præf. l.* 10. ſed ea non poteſt uti adverſus cre-
ditores, qui præferri debent juxta allegatam *l. quod
placuit*, quamvis dicta actione hypothecaria poſſet
uti adverſus debitorem principalem, qui deliquit,
vel adverſus creditores ſimiliter venientes ex pœna,
vel adverſus poſſeſſores ſine titulo, ut poſt Bald. &
Jaſon. *in l. reſcriptum, & ibi Caſtrenſ.* omninò viden-
dus, *numer. 3. ff. de pact.* firmat Neguſ. *de pignor. in 4.
membr. 2. part. principalis, num.* 115. *verſ. ſin autem
ſumus poſt condemnationem*, & licèt *Neguſ.* ſimpliciter
dicat, poſſe Fiſcum ea uti adverſus creditores ejuſ-
dem tituli, * nihilominùs quando ambo concurrunt 49
pro pœna, & bona delinquentis non ſufficiunt pri-
vato, & Fiſco, tunc diverſimodè fuit judicatum, ut
refert Covarr. *variar. reſol. d. cap. 16. nu.* 8. partem
Fiſci defendens, & Peregrin. *de jur. Fiſc. lib. 4. tit. 8.
num.* 12. ſententiam Senatus Pariſienſis contra Fiſ-
cum relatam à Jo. Gallo *qu.* 130. approbat.

Adverſus autem creditores ex cauſa * oneroſa Fiſ- 50
cus hypothecaria pro pœna ex delicto non utitur,
etiam ſi privatus eſſet poſterior, & chirographarius, ut
poſt Afflict. *in cap. 1. nu. 45. in tit. de fratribus de no-
vo beneficio inveſtitis* tenuit Peregrin. *d. lib. 4. tit. 8.
n.* 11. & in individuo Becc. *in conſ.* 57. Menoch. *d.
conſ. 25. n.* 13. immò nec Fiſcus avocare poſſet pe-
cuniam ſolutam Adminiſtratoris creditoribus ex cau-
ſa oneroſa, niſi eo caſu, quando probatum fuit,
tempore ingreſſus officij parum, aut nihil de ſuo ha-
buiſſe, quo caſu præſumitur pecuniam ab Admini-
ſtratore ſuo creditori ſolutam fuiſſe fiſcalem, & non
propriam ipſius Adminiſtratoris, ut deciſum fuiſſe
per Reg. Cam. dixit Reg. Reverter. *in deciſ.* 71. in
manuſcriptis, ſequitur De Marinis *d. reſol. 71. n. 5. in
fine.*

Quibus deductionibus factis Regius Fiſcus nedum
non remanet creditor, ſed debitor, ut ex relatione
Rationalis R. Cam. Jordani Moretti.

Ulteriùs ad exuberantiam eſt conſiderandum, quod
tempore, quo Mercatores fecerunt dicta cambia,
non erat Raparius debitor, quod ſi dubitatur, de-
bet fieri relatio diſtincta reſpectu temporis, in quo
idem Joſeph remanſit debitor, † & clarum eſt in 51
jure, quod alienata antè contractum debitum cum
Fiſco non ſubjiciuntur fiſcali hypothecæ, *l. ſi debi-
tor, C. de privileg. fiſc. l. 1. C. de jur. Fiſc. l. poſt con-
tractum, C. de donat.* ubi omnes *Doctores.*

Secundò eſt conſiderandum, nam majorem par-
tem pecuniæ ſolutæ in Civitate Bari prædicti Mer-
catores receperunt uti Miniſtri aliorum, qui dederunt
pecuniam Neapoli pro dictis cambiis, & jam ipſi
principalibus ſolverunt pecuniam ipſis Bari ſolu-
tam, & propterea de proprio non poſſunt teneri, ſed
Regius Fiſcus deberet ſe dirigere contra principales,
penes quos fuit conſumpta, * juxta diſpoſitionem 52
text. *in l. fin. ff. de inſtit. act.* & latè habetur *in dec. Ge-
nua* 14. * nam Miniſtri ad unum actum deputati non 53
remanent obligati, ſed principales, *d. l. fin. ubi Bart.*
& eſt ſingularis doctrina Angel. *in l. eadem, ff. de duo-
bus reis*, quæ reſpectu particularis, ſeu exactoris om-
ni prorſus dubio carent, † ut dixit *in l. 1. §. exerci- 54
torem ſub n. 4. verſ. nec obſtat dictum Angeli*, ubi te-
nuit, * ſecus eſſe in negotiorum geſtore, cui eſt conceſ- 55
ſa generalis adminiſtratio, de qua quæſtione plura
per Ronchegall. *in tract. de duob. reis, in l. eadem* re-
ferens *Doctores*, & rationes pro utraque parte, qui
demum reprobata opinione *Caſtrenſis* concluſionem
prædictam limitantis in generali negotiorum ge-
ſtore, firmat *doctrinam Angeli* in contrarium, con-

cluſionem

eluſionem ſcilicèt debere procedere generaliter in quolibet Miniſtro, ſive generali, ſive particulari, ut n.275. juxta conſ. Socin. 145. vol. 2. quod quidem omni
56 jure ſuadetur, * ſtante ſatisfactione ab ipſia data ſuis principalibus, nam officium nemini debet eſſe damnoſum, l. ſi quis ex ſignatoribus, ff. quemad. teſtam. aper. l. inter officium, ff. de rei vend. l. poſt legatum, §. advocatum, ff. de his, quib. ut indig.

Et demum conſidero, omnem pecuniarum quantitatem ipſi ſolutam per Riparium occaſione cambiorum fuiſſe per ipſoſmet Mercatores ſolutam ad beneficium Regij Fiſci, ad quod fundandum fuerunt factæ duæ relationes per Rationalem Ametrarium, in quarum prima fuit relatum, omnem pecuniarum quantitatem perventam à dicto Joſepho in poſſe ipſorum, aſcendere ad duc. 44877.1.7. Ex quibus in prædicta relatione fuit dictum, perveniſſe in poſſe Reg. Cur. & ejus Conſignatarium duc. 15096.4.12. & ſic remanebant in poſſe ipſorum duc. 29780. 1. 4. verùm quia in prædicta relatione non comprehendebantur duc. 8150. perventi in poſſe Regiæ Cur. ab ipſis Mercatoribus ex cauſa prædicti officij Perceptoris empti per ipſum Riparium, nec non deficiebant aliæ partitæ, fuit facta ſecunda relatio, per quam refertur, in poſſe Regiæ Curiæ incluſo dicto pretio perveniſſe alios ducat. 30518. 1. 8. quæ unicæ cum aliis relatis in prima relatione ſuperant quantitates penes Mercatores perventas in duc. 737. 4. 17. & propterea cùm pecunia ad Fiſcum pervenerit, ſi hodiè vellet ab ipſis Mercatoribus illam condicere, poſſent ipſi adverſus Fiſcum agere, cùm Fiſcus
57 ſicut privatus non poſſit evincere rem, * de qua habuit pretium, aliàs teneretur de evictione, etiam ſi evinceret ex jure ſuperveniente, prout in caſu noſtro, ut tot. tit. nè Fiſc. rem, quam vend. & poſt Andr. de Barulo dixit de Ponte in tit. de regal. impoſit. §. 6. n. 16. in tract. de poteſtat. Proreg. & etiam quia cambia fuerunt utiliter geſta pro Fiſco, cùm pecunia ad ipſum pervenit ſine periculis, & expenſis, quæ erant in aſportatione pecuniæ à Civitate Bari ad Civita-
58 tem Neap. * & ſic Fiſcus tenetur pro re utiliter geſta pro eo, l. mulier, ff. de capt. & poſtlim. firmat Peregr. de jur. Fiſc. lib. 6. tit. 1. num. 26. & conferunt tradita per Menoch. d. conſ. 25. qui loquitur in propriis terminis.

His dictis addi poſſunt quæ doctiſſimè ſcripſit Stephan. Gratian. à me poſt hæc imprimenda viſus in diſcept. forenſ. cap. 304. lib. 2. qui in hac eadem cauſa, vel ſimillima ſcripſit, omnes articulos fundando, ideòque videri rogo.

Id, quod fuit reſolutum in hac cauſa, habebis in ſequenti Conſultatione.

OBSERVATIO IN CONSULT. XXXIII.

ARGUMENTUM.

Theſaurarius Regius, vel Perceptor fugam accipientes cum pecunia Regalis Patrimonij, ex crimine peculatus, qua pœna puniantur. Peculatus an ſit gravius furto, & diminuta pœna furti ſit diminuta pœna peculatus. Et an officium poſſit applicari Regio Fiſco juxtà aſſertionem *Reg. Latr.* Et an delictum patris poſſit nocere filio nominato.

SUMMARIUM.

1 *Furtum Regalis pecuniæ in Theſaurario, Perceptore dicitur Peculatus.*

2 *Diminuta pœna furti per ſtatutum non diminuitur pœna peculatus.*

3 *Forma citationis contra Theſaurarium, vel Perceptorem accipientem fugam cum pecunia Regalis Patrimonij, & an poſſit applicari officium Regio Fiſco.*

4 *Delictum patris an poſſit nocere filio nominato.*

Peculatus eſt propriè furtum, *Aponte dec. 7. n. 19. Caball. reſol. crim. c. 94. n. 97.* ubi quod ſaltem eſt æquale crimini furti. Imò turpius ſcelus; 1
quia publicum, & regale patrimonium ſurripitur, & ſtante majoritate rationis non fit extenſio per viam comprehenſionis, ex quibus *Sanfel. dec. 66.* ita ſcribit: *Et quamvis Praſ. di Franch. dec. 315. ſuſtineat cap. ad hoc non habere locum in crimine peculatus. Attamen contraria opinio intelligenda, ut ex eodem principio deciſionis*, ubi jura, & rationes pro contraria parte probabiliores adducit, cùm propriè dicatur furtum, & ratione peculatus qualitatis aggravantis non eſt recedendum à pœna ſtatuti ordinaria, cùm ſit turpius ſcelus erga regale patrimonium, & quid pluris eſt, utrque tanti eſt, *l. cum plura, ff. de in lit. jur.* Et quod ſtatuta punientia furtum comprehendunt peculatum, tenuit *Boſſius ubi ſup.*

Nec procedit regula, * quod contrariorum ea- 2
dem ſit diſciplina, ut ſi per ſtatutum minueretur pœna furti, non tamen minueretur pœna peculatus, ità è contrà non debet augeri, nam ubi eſt diverſa ratio, non eſt eadem diſpoſitio.

De Regio Theſaurario, & Perceptore, vel alio 3
Adminiſtratore pecuniæ Fiſcalis, an quando incidat in crimen peculatus, agit *Latro in hac Conſult. 33.* & refert Joſephum Riparium Perceptorem Provinciæ Terræ Bari fuiſſe citatum ad informandum de fuga cum pecunia Regis, & aliorum, & ad dicendum cauſam, quare officium non debeat applicari ad beneficium Regiæ Curiæ, & condemnari ad pœnam in Regiis bannis, & Pragmaticis contentam, advertendum eſt, quod per *Pragm. 48. n. 5. de officio Procur. Cæſar.* eſt reſcripta pœna amiſſionis officij ipſo jure contra Perceptorem delinquentem ſecunda vice, ſive per ſe, ſive per ſuos Miniſtros, ad cujus ornatum videndus *Reg. de Marin. in obſerv. 70. Revert.* ubi admittit pœnam prædictam poſſe per Fiſcum proſequi contra hæredem nominatim in officio à Perceptore mortuo ante litem conteſtatam, dummodò Fiſci inſtantia ſit facta infrà annum, aliàs contrarium eſſet dicendum, & judicandum ita *D. Marad. in ſingul. ad pragm. 309. num. 5.*

Officio conceſſo patri, † & filio nominato, ſi 4
pater delinquat, ob quod veniat officio privandus, patris delictum filio in conceſſione nominato, an poſſit nocere, & negant *Montan. de regalib.* & alij laudati per *Reg. de Marin. in obſ. 168. ad Revert. & in obſ. 375. & 440.*

ARGUMENTUM.

Agitur de eiſdem articulis, & an pretium perventum in poſſe Regij Fiſci ex venditione officij Regij Perceptoris, vel Theſaurarij debeat cedere in cauſam crediti, vel in pœnam commiſſi delicti, & quando erit locus pœnæ quadrupli, vel nonupli, & in quibus caſibus locum ſibi vendicet exceptio rei judicatæ, & multa etiam de pacto legis commiſſoriæ, adjectionis in diem, & prælationis, & an, & quando officium pecunia emptum ob pœnam commiſſi delicti revertatur ad Dominum, & an eo caſu teneatur ſolvere id, quod creditoribus ipſius inquiſiti debetur, & quæ pœna de jure Regni ſit impoſita Adminiſtratoribus fiſcalibus, qui malè pecunia Regia uſi fuerunt, & an ex pœ-

na

na à ſtatuto impoſita cenſeatur remiſſa pœna de jure communi, & in quo differat officium Regij Dohanerij ab officio Regij Perceptoris, ſive Theſaurarij.

SUMMARIUM.

1 *Perceptor ob malam adminiſtrationem pecuniæ fiſcalis non punitur pœna legis Juliæ peculatus, nec capitali, neque de furto tenetur.*

2 *Pretium Officij applicatum ad beneficium Regiæ Curiæ cedere debet in cauſam crediti Reg. Fiſci, & non in pœnam, maximè in præjudicium creditorum ex cauſa onerosa & n. 15. Sed ſi illud fuit applicatum præcedente decreto in contumaciam obſtat exceptio rei judicatæ, n. 3.*

Sed contrarium, n. 14. & ſeq.

4 *Officium cenſetur datum ſub ea lege, & conditione, ut ob delictum, vel malam adminiſtrationem cedat in beneficium Reg. Fiſci, etiam ſi interveniat factum debitoris, quamvis ad illum effectum ordinatum, n. 6. quod procedit etiam in emphyteuta, n. 7. & ſimiliter in materia læſionis, n. 8.*

5 *Reſoluto jure datoris reſolvitur jus accepteris.*

Intellige, ut num. 21. 22. & 23.

9 *Vaſſallus, non implendo fidem Domino, vel non præſtando ſervitium, poteſt feudo privari.*

10 *Pœna quadrupli, vel nonupli procedit, quando agitur civiliter, ſecus autem ſi criminaliter, ac etiam procedit in Adminiſtratoribus, in quibus dominium pecuniæ fiſcalis transfertur, ſed non procedit in Perceptore, qui ſtatim qui exigit ducatos 500. tenetur tranſmittere ad Regiam Theſaurariam vigore* Regiæ Pragmaticæ, *n. 11. ac quolibet menſe tenetur mittere Carrugium, & ſic dominium non tranſit, n. 12. Sed contrarium, n. 47. Et quatenus dominium tranſiret, dicta pœna pecuniaria habet locum in Perceptore, qui bonam rationem reddit, ſecus ubi cum Regis pecunia aufugit, & debitor remanet, n. 13.*

15 *Solutio debet intelligi in duriorem cauſam facta.*

16 *Exceptio rei judicatæ non habet locum contra illos, qui in judicio non fuerunt auditi, nec vocati.*

17 *Sententia, vel proceſſus contra filium agitatus non nocet patri, quando tenetur pro delicto filii, maximè ſi tractatur de avocatione pecuniæ, n. 18.*

19 *Sententia lata cum uno, licet noceat aliis, tamen non habet locum, quando illa eſt lata in contumaciam.*

20 *Condemnatio non præjudicat teſtio, ſi delinquens non ſe defendit.*

21 *Hypotheca extinguitur ſuper re, quæ revertitur ad Dominum libera, ubi contractus reſolvitur pacto legis commiſſariæ, adjectionis in diem, jure prælationis, vel in pacto de retrovendendo, tamen tenetur directus Dominus ad pretii reſtitutionem, ſuper quo creditores poſſunt ſatisfieri, ſic etiam extinguitur hypotheca, & res revertitur libera, quando Dominus non tenetur ad pretii reſtitutionem, ſicuti in contractu emphyteotico, vel feudali, quia res revertitur ad Dominum, non ob culpam, aut delictum, ſed ex lege inveſtituræ ob lineam finitam, vel in officiis, quæ ad vitam conceduntur per mortem, n. 22.*

23 *Dominus tenetur ſatisfacere creditoribus uſque ad valorem feudi, ſi conſenſus ipſius intervenit feudo aperto propter delictum poſſeſſoris.*

Amplia, etiam ſi ipſius Domini conſenſus deficiat, quando feudatarius contraxit debita, occaſione ipſius feudi, n. 24. & 25.

26 *Negocium utiliter geſtum quando dicatur.*

27 *Solvens primo creditori licèt non acquirat illius hypothecam habebit tamen exceptionem.*

28 *Res, quæ abſque conſenſu Domini obligari poteſt, revertitur libera ad dominum, quando adfuit culpa nedum ipſius poſſeſſoris, verùm etiam ipſius creditoris.*

29 Text. in l. lex vectigali, ff. de pignor. *declaratur.*

30 *Dominus directus non poteſt cogi ab alio, quam ab emphyteuta canonem recipere, cui res obligata poteſt invito Domino ſolvere.*

31 *Emphyteuta ceſſante poteſt creditor canonem ſolvere, & evitare pœnam commiſſi.*

32 *Emphyteuta ſi non ſolvit canonem, non præjudicat habentibus cauſam ab eo.*

33 *Caducitas declarata contra maritum, uxori non præjudicat.*

34 Text. l. quod placuit, ff. de judic. & l. unic. C. poen. fiſcal. credit. præferri, lib. 10. *intellectus.*

35 *Pœna à* Regia Pragmatica 47. de offic. Procurat. *Cæſaris ſtatuta contra Adminiſtratores fiſcales eſt pecuniaria, & an per ipſam ſit derogatum pœnis appoſitis de jure communi, n. 36.*

37 *Statutum, vel lex ſi imponat pro aliquo delicto pœnam corporalem, & officii privationem, ſi per aliud ſtatutum pœna corporalis in pecuniariam commutetur; an ceſſet pœna privationis officii, vel alia major, vel minor, & quomodo procedat, n. 38.*

39 Deciſ. 7. D. Reg. de Ponte *quomodo intelligatur, & num. 42.*

40 *Suſpenſio ab officio non cadit, ubi non cadit privatio.*

Sed contrarium fuit obſervatum, n. 41.

43 *Officium Dohanerij differt ab officio Perceptoris.*

44 *Leges loquentes de Judicibus habent locum in Dohanerio, qui non poteſt dici ſimplex pecuniarius Adminiſtrator, & n. 45.*

Secus in Perceptore, n. 46.

48 *Leges loquentes de privatione officii debent intelligi de ejus exercitio, non autem de proprietate ſive titulo, quod etiam procedit in feudo in remunerationem dato, & quare, n. 49.*

50 *Eccleſia damnificatur per delictum in honore, non autem in rebus.*

51 *Rex concedens alicui dignitatem, & officium, intelligitur conceſſiſſe, donec ſe benè, & fideliter geſſerit, & propterea ſi ille delinquat, revocat, quod dedit, hoc eſt, dignitatem, non proprietatem, quam ipſe pretio comparavit, & ita deciſum per Rotam Romanam, n. 52.*

53 *Officii proprietas eſt ſeparata ab exercitio, & ſic dicitur eſſe in bonis noſtris & venalis.*

Limita, ut n. 54.

55 *Fiſcus de bonis confiſcatis tenetur ſatisfacere creditoribus, ac etiam legatariis, n. 56.*

57 *Fiſcus non eſt privilegiatus in præjudicium creditorum, & quare, n. 58.*

59 *Differentia nulla datur inter feudum, & officium pecunia emptum, vel gratis conceſſum, reſpectu tamen exercitii dicti officii.*

60 Text. in l. pecuniæ, C. de privileg. Fiſc. & in l. deferre, §. fi. ff. de jur. Fiſc. *quomodo ſint intelligendi, & in quo caſu practicentur.*

Pro Eiſdem, contra Eundem.

CONSULTATIO XXXIV.

PErceptorem ob malam * adminiſtrationem pecuniæ fiſcalis non incidiſſe in pœnam *l. Julia pecul.* neque in pœnam capitalem, inductam ex *l. fi. C. de his, qui ex publicis collat. lib.* 10. neque teneri de furto ex *gl. in l falſus, C. de furtis*, in prioribus ſcriptis fundavimus, † & proinde pretium officij ad beneficium Reg. Cur. applicatum debere cedere in cauſam crediti Regij Fiſci, & non in pœnam, maximè in præjudicium Mercatorum, qui ſunt creditores ex cauſa oneroſa. 1 2

Adverſus quæ tria opponit Regius Fiſcus, * Primò quidem ſe fundat in exceptione rei judicatæ, ex quo cùm fuiſſet Riparius citatus de fuga cum pecunia Regia, 3

Regia, & ad dicendum cauſam, quare non debe-
bat ultra pœnas corporales officio privari, in con-
tumaciam fuit interpoſitum decretum, quod of-
ficium vendatur, & applicetur commodis Regiæ
Curiæ, & ſic cùm ſit judicatum, Regiam Curiam
accepiſſe officium, ſive pretium illius pro pœna,
non poteſt amplius diſputari articulus deductionis
à credito Regij Fiſci.
4 Secundò, * quod quatenus hodie eſſet iterum judi-
candum Fiſcus haberet jura potiora, ex quo Ripa-
rius Perceptor ab initio acquiſivit officium ex lege,
ut ob delictum, vel malam adminiſtrationem ab eo
caderet, tanquam ſub conditione datum, & ſic reſo-
5 luto jure datoris reſolvitur jus acceptoris, † vulga-
ta *l. lex vectigali, ff. de pignoribus*, cum concor-
6 dantibus, * & hoc etiam ſi interveniat factum ipſius
debitoris, modo non ad hunc effectum directè ordi-
natum, prout declarat Bart. *in l. diem, numero 2. ff.*
7 *de aqua pluvia arcend.* & probatur ex eod. text. *in*
d. l. lex vectigali, hinc videmus ſimile in emphyteu-
ta, Guid. Pap. *deciſ.* 575. Boer. *deciſ.* 181. Cacheran.
qui cæteros congerit *in deciſ.* 159. Franch. *deciſ.* 226.
8 Idem etiam in materia læſionis virtute * *l. 2. Cod. de*
reſcindend. vendit. ubi Bald. & Paul. de Caſtr. & So-
cin. jun. *conſ.* 119. *libr.* 2. Neguſ. *de pignor.* 1. *membr.*
par. 5. *num.* 44.
9 Sic etiam in feudo, * nam vaſſallus non implendo
fidem Domino, vel non præſtando ſervitium, poteſt
feudo privari, *t. de feudo ſine culpa non amit.* Andr. *in*
cap. 1 *an agnat. & in c.* 1. *§. quid ergò de inveſtit. de*
re alien. fac. Frecc. *de ſubfeud. lib.* 2. *in* 29. *author.* Ba-
ro *n.* 7. cum aliis concordantibus.
10 Tertiò reſpondet ad motivum * adductum per
Mercatores limitando illud, quod dicitur, quod eſt
pœna quadrupli, vel nonupli, procedere, quando
agitur civiliter, ſecus autem quando agitur crimi-
naliter, ex Farinac. *in quæſt.* 171. *n.* 59. *cum ſequenti-*
11 *bus*, † & quod poteſt procedere in illis Adminiſtrato-
ribus, in quibus dominium pecuniæ fiſcalis trans-
fertur, ſecus autem in Perceptore in quem ex Inſtru-
ctionibus relatis in *pragmat.* 2. *in* 7. *§. de offic. Procu-*
rator. Cæſar. ſtatim, quòd exigit duc. 500. tenetur
12 ad Regiam Theſaurariam tranſmittere, * & ex *Prag-*
matica 57. *eod. titul.* tenetur quolibet menſe mittere
cartugium, & ſic dominium non tranſit, *Dom. de*
13 *Ponto in dec.* 7. *n.* 2. † immò etiam ſi tranſiret domi-
nium, hæ pœnæ pecuniariæ poſſent applicari in
Perceptore, qui bonam rationem reddit, ſecus au-
tem quando cum Regia pecunia aufugit, & debitor
remanſit, ut ex Farinac. poſt alios *in d. quæſt.* 171.
numero 56.

Quibus tamen facillimè reſolutis firma remane-
bit concluſio in prioribus ſcriptis firmata.
14 Primum quidem non meruit allegari, * quia cita-
tio non ſolum fuit concepta ad dicendum cauſam,
quare non debebat Riparius officio privari, ve-
rum fuit etiam citatus de fuga cum pecunia Re-
15 gia, * cùm ergo ſequitur decretum, quod officium
vendatur, & applicetur commodis Regiæ Curiæ,
nec dicitur, ſi pro amiſſione officij, vel pro credi-
to Regij Fiſci, ſequitur quod debet intelligi pro cau-
ſa duriori; quod eſt creditum, ex vulgata *lege.* 1.
ff. de ſolut.
16 Verùm dato, † abſque veri præjudicio, quod fuiſ-
ſet judicatum, hæc exceptio poſſet opponi adverſus
eundem Riparium, ſecus autem cum ipſis Merca-
toribus, qui non fuerunt in judicio auditi, nec vo-
cati, Joan. Fab. *in §. licet autem, inſtit. de adopt.* A-
lex. *in conſ.* 84. *n.* 10. *vol.* 3. quamplurimos citat
Surd. *in dec.* 256. *n.* 15. & inter alios Bald. & Caſtr.
17 *in l. fi §. neceſſitate, C. de bon. quæ liber.* † qui dixerunt,
quod ſi pater tenetur pro delicto filij, non ei nocebit
18 ſententia, vel proceſſus contra filium agitatus, *
maximè quando tractatur de avocatione pecuniæ, pro-
ut fuiſſe judicatum in Sacro Conſilio junctis aulis re-
fert Franch. *in deciſ.* 523. *n.* 13 *& dec.* 524. Et ſi præ-
dicta procedunt etiam quando reus ſe defendit, quan-
tò magis procedere debet in caſu noſtro, in quo fuit
cum ipſo Ripario proceſſum in contumaciam, * cùm 19
etiam ſi eſſemus in eo caſu, in quo ſententia lata
cum uno noceat aliis, tamen limitatur in ſententia
lata in contumaciam, nam tertio non nocebit, Bart.
in l. cum filiofamilias, num. 3. *ff. de verb. obligat.* A-
lex. *conſ.* 84. *n.* 4. *lib.* 1. Menoch. *de præſump. lib.* 2.
præſumpt. 70. *num.* 3. *& in conſ.* 1592. *n.* 3. Angel. *in*
l. ſi perluſorio, §. 1. *ff. de appell.* Imol. *in l. ſæpè. n.* 17.
ff. de re judic. per *text. in l. qui repudiantis, §. ult. ff. de*
inoff. teſt. per quem *text.* ita concludit *Alexand.* in
propriis terminis delinquentis condemnati † ad be- 20
neficium Fiſci, ut talis condemnatio non præjudi-
cet tertio, ſi delinquens non ſe defendit, & eſt
communis opinio, prout de eo teſtatur Decian. *conſ.*
410. *num.* 13.

Secunda oppoſitio removetur, * quia regula illa, 21
quod reſoluto jure dantis reſolvatur jus accipientis,
exemplificatur in tribus caſibus, Primus erit, quan-
do contractus reſolvitur pacto legis commiſſoriæ,
adjectionis in diem, jure prælationis, vel in pacto
de retrovendendo, & hoc caſu quamvis hypotheca
extinguatur ſuper re, quæ revertitur ad Dominum
libera, tamen directus Dominus tenetur ad pretij
reſtitutionem, ſuper quo pretio creditores poſſunt
ſe ſatisfieri, ut ex *dec. Vinc. de Franch.* 84. * Secundus 22
caſus erit, quando Dominus non tenetur reſtituere
pretium, ut in contractibus emphyteuticis, vel feu-
dalibus, ſed res revertitur ad Dominum, non ob
culpam, aut delictum, ſed ex lege inveſtituræ ob li-
neam finitam, vel in officiis, quæ ad vitam conce-
duntur per mortem, & hoc caſu res revertitur libe-
ra, & hypothecæ creditorum extinguuntur, ita quod
directus Dominus ad onera feudi, vel ſubfeudi
non teneatur, prout deciſum refert Anton. Faber *in*
ejus C. titul. de jur. emphyt. defin. 2. & iterum *defin.* 6.
ubi loquitur de re emphyteutica reverſa ad Domi- 23
num, † & non eſt caſus noſter. Tertius eſt caſus,
quando res revertitur ad Dominum propter deli-
ctum poſſeſſoris, & in ea nullum jus poteſt conſti-
tui abſque aſſenſu, & tunc ſi conſenſus Domini ju-
re evenit, tenetur feudo aperto creditoribus ſatisfa-
cere uſque ad feudi valorem, Andr. *in Conſt. Reg. Si*
quis poſt litem, in Conſtitution. Conſtientionem divæ me-
moriæ, & in d. cap. 1. *§. quid ergo, de inveſt. de re*
alien. facta, Frecc. *in* 29. *auth.* Baron. *l.* 2. *n.* 8. Boër.
deciſione 181. *n.* 4. noviſſimè *Julius Cæſ. Gallupp. in*
method. feud. part. 4. *cap.* 5. *n.* 50. *&* 51. eſt etiam &
alius caſus, * in quo Dominus teneretur creditoribus 24
etiam abſque conſenſu, hoc eſt, quando feudatarius
contraxiſſet debita occaſione ipſius feudi, Curt. *in*
tract. feud. 4. *part. quæſt.* 36. Frecc. *loco citato, num.*
7. *verſ. fallit.* Camer. *in capit. Imperialem, fol.* 14.
lit. K. Gallup. *ubi ſupra, numero* 55. *& ſeqq.* qui
declarat, Dominum nedum teneri ad onera feudi,
verum etiam ad alia debita contracta occaſione
ipſius feudi, * ſi utiliter negotium geſtum ſit licèt ex 25
defectu aſſenſus non poſſit dici feudum obligatum,
prout latiſſimè cumulat *D. de Ponte in deciſ.* 4. *nu-*
mero 28. *cum ſequent.* quod poſſet etiam applicari
ad caſum noſtrum, cùm prædicti Mercatores ſolve-
rint pecuniam ad beneficium Regij Fiſci, ut conſtat
ex Relationibus Rationalis Ameirani; & fuerunt
negotia utiliter geſta, * cùm à Civitate Bari ad Ci- 26
vitatem Neapolis, non mittantur Carrugia, & pe-
cunia cum maxima impenſa, labore, & periculo
perventa fuiſſet in poſſe Regij Fiſci, & Aſſignata-
riorum; fuit etiam negotium contractum occaſio-
ne officij, cùm Perceptor non habens commodio-
rem modum pecuniam tranſmittendi ad Civita-
tem Neapolis, illam cambiavit cum Mercatori-
bus,

Digitized by Google

bus, ut ea Regio Fiſco ſolveretur, prout eum effe-
ctu fuit ſoluta, immò docati 8150. fueront per Mer-
27 catores ſoluti in Reg. Theſauraria pro * pretio ejuſ-
dem officij Perceptoria, in quo pretio Fiſcos fieret
locupletior, hinc eſt, quod ſi quis ſolvit pecuniam
primo creditori, & ſi non acquirat illios hypothe-
cam, habebit tamen exceptionem, eſt *text.* in ter-
minis *in l.* 5. ubi Fulg. *ff. quibus mod. pign. vel hypoth.
ſolvit.* de Ponte *in d. dec.* 4. *n.* 34.

28 Aut verò erit res, * quæ abſque Domini conſenſo
obligari poteſt, & hæc ita demum revertitur libera
ad Dominum, quando adfuit culpa, nedum ipſius
poſſeſſoris, verùm etiam ipſius creditoris, & in iſtis
29 terminis loquitur *in d. l. lex vectigal*, † quod pro-
bant illa verba ibi, *ſi cum in exſolutione vectigalis
tam debitor, quam creditor ceſſaſſent*, & ita limitatur
text. iſtc per Bartol. *in l.* 3. *in fin. ff. quibus mod.
pign. vel hypoth. ſolvit.* Garſ. Maſtrill. in *deciſ.* 154.
in princip. eſtque ratio, quia non minus emphyteu-
tæ, quàm illius creditoribus poſſet imputari cano-
30 nis ſolutio, † & ſi enim directus Dominus non poſ-
ſit cogi ab alio, quàm ab ipſo emphyteuta canonem
recipere, ia tamen, cui res eſt obligata, poteſt invito
Domino ſolvere, Redoan. *de reb. Eccleſ. non alien.
quæſt.* 19. *cap.* 3. *n* 7. Tiraquell. *de retract. lignag. gloſſ.*
9. *§.* 1. *n.* 262. & alij citati à Corbulo *in tract. de can-
ſa privat. ob non ſolut. canon. limit.* 7. *n.* 3. & propter-
ea Bart. Bald. Salicet. & Angel. *in d. l. lex vectigali.*
& Tiraq. qui cæteros congerit *in §.* 36. *gloſſ.* 2. *n.*
31 19. *de retract. lignag.* dixerunt, † quòd ceſſante em-
phyteuta poteſt ipſe creditor ſolvere canonem, &
evitare pœnam commiſſi, immò dixit Alciat. *in con-
ſil.* 285. *n.* 10. quem refert Maſtrill. *in dicta deciſione*
32 154. *n.* 11. * quod ſi emphyteuta non ſolvit canonem,
id non præjudicat habentibus cauſam ab eo, ſi non
33 poteſt imputari, † quòd & ipſi non ſolverint. Hinc
caducitas declarata contra maritum, uxori non præ-
judicat, Cabedus *deciſ. Luſitan.* 154. *part.* 2. nam in
ſubſidium ei ſuccurritur, ne remaneat indotata, Alba,
conſ. 28. *v l.* 1. Bal. *conſ.* 476. *vol.* 4. Burſat. *conſ.* 56.
n. 4. *& conſ.* 80. *n.* 33. & hanc opinionem frequen-
tius eſſe receptam teſtatur Jo. Bapt. Coſta *de remed.
ſubſid. remed.* 51. *n.* 6.

Apparet ergo ex prædictis, quod exempla tradita
per Reg. Fiſcum ſunt caſus particulares, & non poſ-
ſunt trahi in conſequentiam in caſu, quo cadit in
pœnam privatio officij abſque culpa creditoris, im-
mò abſque culpa ejus, qui jam proprium exigit cre-
ditum, & Fiſcus vult officiom retinere in pœnam, &
pro credito exercere privilegium adverſus credito-
34 rem, * qui ex cauſa onéroſa pecuniam debitoris bo-
na fide conſumpſit, nam in dicto caſu poſſunt pra-
cticari termini ſolummodo diſpoſitionis *l. quod
placuit, ff. de judic. & l. unica, C. de pœnis Fiſcalibus,
lib.* 10.

Neque obſtabunt reſponſiones ad motiva tradita
circa amiſſionem officij, cùm quidquid ſit de jure
communi circa pœnam impoſitam, Adminiſtratori-
bus fiſcalibus, qui malè pecunia Regia utuntur, cer-
tum eſt, per *Regiam Pragmaticam* 47. *de offic.* * *Pro-
35 car. Cæſar.* pœnam ſtatutam eſſe pecuniariam, &
propterea *Dominus Regens Tapia ibi*, adnotavit, per
dictam Regiam Pragmaticam † derogatum eſſe pœ-
36 nis impoſitis de jure commoni in ſpecie indoctis ex
illis *legibus* 5. 2. *& 3. de his, quæ ex publicis collat. &
Regens Rovitus in dicta Pragmatica*, *§.* 3. dixit, aliam
eſſe pœnam de jure communi, & in ſimili dicitur ex
diſpoſitione *Conſtitutionis Vulgaris fama præloquium*,
ubi pro extorſionibus Officialium imponitur pœ-
na pecuniaria quadrupli, & dupli, neque imponi-
tor pœna privationis officij, & quod ſi per le-
gem poſteriorem imponatur certa pœna major, vel
minor, intelligatur ſublata pœna juris communis,
ex *Claro quæſt.* 85. firmat *Camill. de Medicis, conſil.*

143. *nu.* 12. *&* 13. * quod quidem de jure fundatur, 37
nam ſtante ſtatuto, quod pro aliquo delicto impo-
natur pœna corporalis, & officij privatio, ſi per a-
liod ſtatutum pœna corporalis in pecuniariam com-
mutetur amplius, privationi officij non erit locus,
& ſi in ipſa reformatione nihil dictum ſit de officio,
Dec. *conſ.* 90. ſequitur Menoch. *de arbitr. judic. caſu*
276. *num.* 9. Baiardus *ad Julium Clarum in qu.* 37.
num. 9.

Et quamvis prætendat Regius Fiſcus, * hoc limita- 38
ri in illo Officiali pecuniario, qui bonam rationem
reddit; ſecus autem quando cum Regia pecunia
aufugit, animadvertant Domini Judicantes, quòd
hoc non exprimitur *in Reg. Pragmatica*, ultrà quod
hodie Regius Fiſcus non eſt creditor, nam excom-
putato pretio officij in ejus credito, ex bilanciis
apparet, non eſſe creditorem, & Ripatius ha-
buit animum vendandi, & ſatisfaciendi Regio Fi-
ſco, cùm antequam Rationalis Conſtantius acce-
deret ad Civitatem Bari pro capienda informatio-
ne, Riparius comparuit in Regia Camera petendo
licere ſibi vendere officiom, & ita fuit decretum
per ipſam, ut videri poteſt in libro notamenio-
rum, & in hoc proceſſu apparet, quod fuit facta
oblatio in Regia Camera, per Paſchalem Caputum
ſuper venditione prædicti officij, quæ fuit tranſ-
miſſa ad Civitatem Bari prædicto Ripatio, ut
mitteret mandatum procuratorium pro venditione
prædicta, qui in effectu mandatum miſit in per-
ſonam Doctoris Octavij Ruſſi, & Horatij Cita-
rellæ, quod apparet ex diſpoſitione Pompeii Calva-
nici teſtis recepti ad inſtantiam Regii Fiſci, & alius
teſtis Fiſci nomine Æmilius Molinara deponit, quòd
Ripatius in Civitate Beneventi ei dixit, quòd ex
venditione officij intendebat Fiſco ſatisfacere, quæ
omnia non potuit ipſe Perceptor in effectum produ-
cere, quia fuit præventus à Rationali Conſtantio,
contra eum miſſo à Regia Camera, & propterea au-
fugit, ex quibus apparet animus Riparij bonam ra-
tionem reddendi, & quod Fiſcus non eſt in effectu
creditor.

Deciſio ſeptima Regentis de Ponte * In cauſa Ferdi- 39
nandi Monſorij nullo modo obſtabit, nam ibi non
fuit tractatum de privatione officij, ſed tantùm de
ſuſpenſione, * & quamvis fundetur quod ſuſpenſio 40
non datur, ubi non cadit privatio, prout dixit
Franch. *in dec.* 8. cum aliis allegatis à *Camil. de Me-
dic. ubi ſupra* ſub *n.* 3. † tamen contrarium fuit ſer- 41
vatum in Regia Camera, ubi millies fuit deciſum,
ſuſpenſionem debere in pœnam cedere, & officium
fuit reſtitutum, prout eſt notatum in prioribus
ſcriptis.

Secundò, * caſus prædictæ *deciſionis ſeptimæ D.* 42
de Pont. eſt diverſiſſimus à caſu noſtro, ſiquidem
non loquitur de Perceptore, ſed de Dohanerio me-
nepecudum Apuleæ, cum quo non poteſt practicari
Regia Pragmatica, quia penes ipſum pecunia non
pervenit, ſed penes Caſſerium, quod fuit in ſpecie
ponderatum *in dicta deciſ. n.* 22. *in fin.*

Tertiò, † differt etiam officium Perceptoris ab 43
officio Dohanerij, ex quo Regius Dohanerius ha-
bet civilem, criminalem juriſdictionem, merum,
mixtumque Imperiom, *Reg. de Pont. de poteſt. Pro-
reg. tit. de Reg. impoſ. §.* 8. *numero* 49. ſequitur *Ron-
dell. de Reg. paſc. capit.* 14. *in princip.* & cum eo Re-
galia pecuniæ adminiſtrationem, propterea omnes
leges loquentes de Judicibus habent locum in Do-
hanerio, * quod fuit etiam ponderatum in *dicta* 44
deciſione n. 35. *in fin.* * & ſic jure merito non poteſt 45
dici ſimplex pecuniarius adminiſtrator, & debet acrio-
ri pœna puniri.

Et quod aliter eſſet dicendum in Perceptore, * pe- 46
nes quem eſſet periculom pecuniæ, hoc in ſpecie
tenuit *idem de Pont. in d. deciſ.* 7. *n.* 29. per doctri-
nam

Digitized by Google

nam Joan. Fab. *in §. item lex Julia, Inſtit. de publ.*
47 *judic.* Neque *Regia Pragmatica* allegatæ de mitten-
do Carrugia quolibet menſe, & de ſolutione duca-
torum quingentorum ſont in oſu, immò ut pluri-
mum, Perceptores tranſmittunt pecuniam, eam
cambiando, & hoc Regia Camera qootidie permit-
tit, videns eſſe Fiſco majoris utilitatis, ut eſt noto-
rium.

* Verùm dato, abſque veri præjudicio, quod of-
48 ficium incideret in commiſſum, adhuc Mercatores
conventi eſſent in tuto, quia cùm ſimus in iſtis of-
ficiis, quæ emuntur, & venduntur, quando leges
loquuntur de privatione officii, debent intelligi de
ejus exercitio, non autem de proprietate, ſive titulo,
& præter Crav. & Strach. aliàs allegatos adduco
Capiblancum *de antb. Baron. pragmat.* 1. *n.* 52. alios
allegantem, & hanc opinionem tanquam æquio-
cem amplectitur Camill. de Medic. *dict. conſil.* 143.
49 † *n.* 7. immò idem procedere in feudo in remuneratio-
nem dato, ex eo, quia emptioni comparatur, dixit
Gram. *dec.* 65. Hippolyt. de Marſ. *ſing.* 333. Oſaſ. *dec.*
139. Vivius *com. opin. in verbo donatio.* Tiraq. *in l. ſi
unquam in verbo donatione largitus*, *n.* 15. refert, &
ſequuntur, & communem dixit Capiblanc. omnino
videndus *in dicta Prag.* 1. *n.* 59. pro quo etiam facit
50 * *glo. in cap. ita nos* 25. *quaſt.* 2. *in verbo Epiſcopalibus*,
ubi eſt caſus, qoòd Eccleſia damnificatur per deli-
ctum in honore, non autem in rebus, Rex enim con-
51 cedendo dignitatem, * & officium, donec Officialis
ſe benè geſſerit, nil agit, ſed ſi malè ſe geſſerit revocat
quod dedit, & ſic dignitatem, non proprietatem,
52 quam ipſe non dedit, * ſed pretio comparavit Officia-
lis, & hoc in puncto in caſu magis arduo fuit deci-
ſum per Rotam Romanam in cauſa Franciſci Burgi
Actuarii ſive Notarii cauſarum criminalium, qui
cùm in officio deliquiſſet, & propterea veniebat of-
ficio privandus, fuit latè diſcuſſum in Rota, ſi debe-
bat admittere tantum officii exercitium, an verò
proprietatem, & titulum officii, & fuit deciſum, nul-
lo modo amittere proprietatem, ſed tantum exerci-
tium officii, & reſpondet Doctoribus allegatis in
contrarium, ex eo, quod nunqoam conſideraverunt
53 * proprietatem officii ſeparatam ab exercitio, ſed eam
eſſe in bonis noſtris, & eſſe venalem, prout in *dec.*
Rotæ Roman. *noviſſ. diverſorum* 759. *n.* 11. ibi, *quoad
tertiam difficultatem*, 2. *part.* & melius *in dec.* 812. *n.* 9.
ubi omnibus contrariis reſpondetur, & de delicto
Franciſci Burgi apparet alia *deciſ.* 754. *in d.* 1. *vol.
diverſ.* de quibus deciſionibus meminit, eas refe-
rendo Proſper. Farinac. *in conſil.* 5. *per totum*, &
particulariter *n.* 39. & 49. & ita in alia cauſa fuiſſe
poſtea deciſum, quamvis pro Fiſco ſcripſiſſet ipſe
Farinacius, ut Joannes Baptiſta Spada refert *in conſ.*
112. *vol.* 2. *in fin.*

54 Quod tamen poſſet limitari, † quando pro delicto
veniret imponenda pœna confiſcationis bonorum,
nam tunc nedum exercitium, ſed proprietas inci-
deret in commiſſum, Paris de Puteo *de ſynd. in ver-*
55 *bo corruptio*, † *capit.* 1. *n.* 1. Port. *conſ.* 96. *n.* 42. &
hoc caſu Fiſcus de bonis confiſcatis teneretur credi-
toribus ſatisfacere *tex.* eſt in *l. inter eos*, *§. fin. ff. de
fidejuſſ. l.* 2. *ff. ad l. Juliam de vi publ.* cum aliis apud
Guazz. *de confiſc. bonor. cap.* 23. *n.* 2. immò nedum
56 teneretur creditoribus, † ſed etiam legatariis de bonis
confiſcatis ſolvere, *gloſ. in l. non intelligitur*, *§. cùm
ex cauſa, in verbo pertinet, ff. de jur. fiſci.* & eſt com-
munis opinio prout de ea teſtatur Crav. *conſ.* 265. *n.*
7. Alber. *in l. actione*, *§. publicatio, ff. pro ſoc.* Ripa *in
l. ex facto, poſt n.* 6. *ff. ad Trebell.* Jul. Clar. *in prax.
crim. §. fin. lib.* 5. *qu.* 78. *n.* 28. Ægid. Boſſ. *in titul. de
bonor. publ. n.* 11. multos congerit And. Gayl. *obſerv.*
57 * 86. *n.* 6. Guazin. *ubi ſuprà*, *n.* 11. & Jo. de Plat. *in l.
unica, C. pœn. fiſcal. n.* 2. dicit, Fiſcum in præjudicium
creditorum non eſſe privilegiatum, quia favorabi-
lior eſt cauſa eorum, qui certant de damno vitando,
* quam eorum, qoi certant de lucro captando, ſequi- 58
tur Gayl. *loco citato n.* 7.

Nec obſtabit quod Fiſcus ponderat, quod nulla ad-
eſt differentia in feudo, * vel officio pecunia empto, 59
vel gratis conceſſo, quia præterqoam in alteratis
feudum remanet in propria natura feudi, ut fundat
de Pont. *in d. dec.* 7. *n.* 35. quia officium, vel feudum,
prout erit gratia, abſque dubio erit in ſua propria
natura, & propterea ſubjectum eiſdem regulis, ac ſi
fuiſſet gratis conceſſum, & hoc verificatur in exerci-
tio officii, quatenus verò attinet ad pretium, illud
erit præter naturam feudi, & per hoc non erit ſub-
jectum eiſdem regulis, per ſupra dicta.

Et prædictis addi poteſt, quod ſecundum magis
communem opinionem *ten. in l. pecunia*, *Cod. de
privil. fiſc.* & *in l. deferre*, *§. fin. ff. de jur. fiſc.* non
poſſunt practicari in caſu noſtro, * & ſi enim ex fiſcali 60
privilegio poſſit fiſcus condicere pecuniam con-
ſumptam à creditoribus poſterioribus pro ejus cre-
dito anteriori, attamen intelligitur, quando poſte-
rior pecuniam habuit à communi debitore titulo lu-
crativo, ſecus quando ex titulo onoroſo, prout iſti
Mercatores, & ſic limitaverunt optimè Ang. Stefan.
Gattonus ad Conſt. Mediol. *de jur fiſci, cap.* 4. *art.* 1.
n. 14. Joan. Faber *in §. item ſi quis in fraudem*, *n.* 13. *in
fin. Inſtit. de act.* & quamvis contrarium ſubſtituerit
Covarr. *pract. q. c.* 2. *n.* 3. ex generalitate privilegii
prædicti, attamen contra opinionem Covarr. tenue-
runt Gramm. *queſt.* 1. *num.* 7 & *ſeq. poſt deciſiones* 2
Cephal. *conſ.* 86. *n.* 17. & latiſſimè Menoch. *conſil.*
25. *num.* 23.

Et quamvis poſſet Fiſcus prætendere, non poſſe 61
de hoc hodie tractari, cùm decretum Collateralis
Conſilii dicat, eſſe procedendum per viam dedu-
ctionis, tamen conſiderent circumſpectiſſimi Do-
mini Judicantes, quod ſignificatoria fuit expedita in
contumaciam, & Mercatores non valuerunt ſe de-
fendere, & in Supremo Tribunali, in quo proceditur
ſola facti veritate inſpecta, tantò magis hæc juſtitia
cauſæ principalis debet movere animum doctiſſi-
morum Judicantium ad admittendum petitam pre-
tii officii deductionem ad beneficium Mercato-
rum.

*Hæc cauſa in anno 1620. fuit pluries tractata in Re-
gia Camera Summaria, quæ erat accincta pro expe-
ditione, pro qua ardenter inſtabat acerrimus Regii
Fiſci Patronus Camillus de Marra, verum hac ultima
Conſultatione viſa non fuit amplius de ejus expeditione
loquutum.*

OBSERVATIO IN CONSULT. XXXIV.

ARGUMENTUM.

Materia criminum, quæ patrari poſſunt per Perce-
ptores alioſque ſimiles Officiales pecuniam Fiſca-
lem adminiſtrantes abundans eſt, & ex ea novæ
pullulant controverſiæ, de quibus *Reg. Latro*
in hac *conſult.* 34. Corollaria ſpecies in Arrenda-
toribus, ad quos pecunia Fiſcalis pervenit, an
verè ſubjaceant legibus, quæ loquuntur de Per-
ceptoribus nullum uſum habentibus pecuniæ
Fiſcalis; Et an Fiſcus condicat à creditoribus
ſui debitoris non exiſtentis ſolvendo pecunias
ſolutas, etiam quod bona fide conſumpſerint; Et
quid quando ipſa pecunia Fiſcalis eſt ſoluta?
Subnectuntur *DD.* remiſſivè ad ornatum *cit.
conſult.* 34. *Reg. Latro.*

SUMMARIUM.

1 *Plures controverſiæ ſolent excitari in materia criminum Officialium.*
2 *Jura loquentia de Perceptoribus an procedant in Arrendatoribus.*
3 Pragmatica della riforma, *ſtatuit formam fidejuſſionum præſtandarum.*
4 *Pœna adverſus convertentes pecuniam fiſcalem in proprios uſus.*
5 *Fraus ex quibus convincatur.*
6 *Fiſcus num ex ſpeciali privilegio condicat à creditoribus ſui debitoris decocti pecunias ſolutas, & bona fide conſumptas; Et an quilibet privilegiatus?*
7 *Fiſcus an avocet pecuniam fiſcalem à quocumque.*
8 *Intellectus ad* text. in l. 1. C. de iis, qui ex public. ration. lib. 10.
9 *Arrendatores non ſolute affictu, num habeant dominium pecuniæ ex datiis Regiis perventæ?*
10 *Laudatur* D. Caldero *cum aliis* DD. *remiſſivè ad ornatum præſentis* Conſultat. Reg. Latro.

1 MAteria criminum, * in quæ poſſunt incidere Perceptores ob malam adminiſtrationem pecuniæ Fiſcalis, aliiſque ſimiles officiales, adeò abundans eſt, ut paſſim novæ excitentur controverſiæ. Hactenùs in antecedenti *conſultat. Reg. Latro* fundare mihi fuit Perceptorem ob malam adminiſtrationem pecuniæ Fiſcalis, non incidiſſe in pœnam *l. Julia peculatus*, neque in pœnam capitalem inductam ex *l. fin. C. de his, qui ex publicis collat. li.* 10. neque crimine furti teneri; Exindè concludendo pretium officii ad beneficium Reg. Curiæ applicatum debere cadere in cauſam crediti Regii Fiſci, & non in pœnam, maximè in præjudicium mercatorum, qui ſunt creditores ex cauſa oneroſa. Et quia per Fiſci Patronum nonnulla fuerunt oppoſita, illis planè occurrit *Reg. Latro* in præſenti *conſultat.* 34.

2 † In facto ediſſeri contigit, an quæ de Perceptoribus nullum habentibus uſum pecuniæ Fiſcalis allegari ſolent, procedant in Arrendatoribus, ad quos pecunia Fiſcalis pervenit; Et quia ſpecies eſt notabilis, ideò ad ornatum hujus *Conſultationis* reſponſum ſuper ea editum per D. Bernardum Spiritum antiquum Advoc. Neap. reaſſumere curavi.

Callidi hominis eo crevit machinatio, ut quo magis Catholica Majeſtas, Supremique Senatores bono publico conſulentes novas indixerint ſanctiones ad fraudes Publicanorum extirpandas in præſtandis fidejuſſionibus Arrendamentorum, eò plus callidioribus effectis ipſis Publicanis nova pateat via, ut ſub prætextu cautiorem reddendi Regium Fiſcum, & Conſignatarios cautionem ipſam eludant, & propria ipſorum Conſignatariorum pecunia inanem præſtent fidejuſſionem.

3 * Statuit Catholica Majeſtas in ſua *Pragm. Sanct. ſuper refor. Tribunalis* 25. *Aprilis* 1634. *cap.* 111. modum, & formam fidejuſſionum præſtandarum. Cùmque nimia prævisus videretur ità, ut qui verè Arrendatores idonei non eſſent, illi ſatiſfacere non poſſent, tutiorem figurando; figmentum adinvenerunt obligando capitalia Regiæ Curiæ loco fidejuſſionum.

Hæc cautela optima eſſet ſi capitalia, vel propria eſſent Arrendatorum, vel ſaltem tempore affictus propria compararentur pecunia, ſed aliter experientia docuit.

Habent enim Arrendatores quamplurimos mercatores capitalia prædicta poſſidentes, à quibus non modo duplicato, ſed etiam quadruplicato juſti valore illa emunt ad credentiam ſolutiones fingendo cum partitis, vulgò, *paſſatore*, contra *dict. Pragm. cap.* 118. & obtenta poſtea poſſeſſione Arrendamentorum ex propriis dirictibus Gabellarum eademmet pecunia fiſcali ſatisfaciunt mercatoribus.

† Hoc caſu ſatis aperta ſunt jura Fiſcalem pecuniam ad proprios uſus in ſatisfactionem propriorum creditorum convertentibus pœnam capitis minari in *l. fin. C. de iis, qui ex publicis rationib. lib.* 10. & ex *text. in l. final. C. de collat. fund. patrim. lib.* 11. ſtatuit pœna graviſſimæ ſeveritatis puniri, concordat *text. in l. fin. C. de iis, qui ex publ. collat. lib.* 10. ubi *Gloſ.* declarat *pœna graviſſima ſeveritatis*, id eſt, *pœna capitis.* 4

Exigentes verò ſcienter, & cum fraude pecuniam fiſcalem à ſuis debitoribus pœna quadrupli puniri conſtat, ex *l. 1. C. de iis, qui ex publ. ratiocin. lib.* 10. ſcientes verò abſque fraude pœna dupli, *l. aufertur, §. 1. ff. de jure Fiſc. Peregr. de jure Fiſc. lib. 6. tit. 6. n. 8. Reg. de Ponte deciſ.* 7. & in *tract. de poteſt. Proreg. tit. de regal. impoſit. §.* 3.

Undè cùm Arrendatores pro præſtanda cautione capitalia emerint ad credentiam figurata ſolutione cum partitis paſſatoriis per Bancum; dictæque venditiones ſatis ultra quadruplum juſti pretii ſint factæ, & pro reali ſolutione literæ cambij directæ Capſeriis, & exactoribus tributorum, & pecunia fiſcali ſatisfactæ, non modo ad pecuniæ reſtitutionem, verum etiam ad pœnarum luitionem dictos mercatores teneri, quiſque ſani capitis judicabit.

* Fraus autem, quæ major unquàm poterit conſiderari ſi attendimus juſtum rei valorem, pretium conventum, dilationem datam ad ſolvendum, figurationem ſolutionis aereæ per Bancum, confectionem literarum cambii ante poſſeſſionem affictus, ſolutionem poſt captam poſſeſſionem, & exactionem manibus propriis ab eiſdem mercatoribus factam ex dirictibus Regiorum datiorum? 5

* Hæc & ſi vera ſint de jure, ubi tamen mitius cum dictis mercatoribus aſſet procedendum: reſtitutionem fiſcalis pecuniæ exactæ, nullatenus affugere poſſunt. Eſt enim peculiare privilegium Fiſci, ut condicat à creditoribus ſui debitoris non exiſtentia ſolvendo pecunias ſolutas, etiam quod bona fide conſumpſerint, ad *text. in l. pecunia, C. de privileg. fiſc. l. moſchis, in princ. l. deferre, §. fin. ff. de jure fiſc. l. 1. C. de conveniend. fiſc. debitor. lib.* 10. *Afflict. deciſ.* 190. *ſub n.* 2. *verſ. ſecundò dicebatur, Grammatic. in* 1. *qu. poſt deciſ. Reg. de Ponte, in d. §.* 3. *nu.* 12. Id quod in omni alio privilegiato commune eſt ex *gloſ. in d. l. pecunia, C. de privileg. fiſc. in verb. cauſa,* per *text. in d. l. ſed an hic, ff. quod cum eo, l. ex facto, ff. de pecul. legat.* Et decoctio Arrendatorum conſtat, dum eos Regia Camera carceribus mancipavit, & Arrendamenta iterum affictari juſſit. 6

* Iſtud autem ſubſidiarium beneficium Fiſco, & cuilibet privilegiato procedere conſtat, ubi propria pecunia debitoris fiſcalis creditoribus ſoluta avocanda venit, prout dicta jura loquuntur. Ubi autem fiſcalis ipſa pecunia ſoluta eſt, hoc caſu non attenditur, an principalis debitor ſit, vel non fuerit condemnatus; nec remedio ſubſidiario opus eſt, ſed recta via ſua actione utitur Fiſcus pro avocatione pecuniæ penès quemcumque etiam anteriorem creditorem perventæ, ad *text. in l. 3. §. multa, ff. de jure fiſc. gloſ. in l. 3. C. quando fiſc. vel privat. Reg. de Ponte conſ.* 13. *n.* 8. *&* 10. *lib.* 2. 7

Nec dicatur hæc omnia procedere in Perceptoribus, qui nullum habent pecuniæ fiſcalis uſum; ſecus in Arrendatoribus, qui ſunt domini pecuniæ ex dirictibus perventæ.

* *Textus* enim in *l. 1. C. de iis, qui ex public. ration. lib.* 10. generaliter loquitur in omnibus exactori- 8

bus,

Digitized by Google

bus, dictamque legem procedere in quolibet fiſci adminiſtratore, docet *Joa. de Platea in l. 2. eod. tit.* ſequitur *Reg. de Ponte in d. conſ. 13. n. 8. vol. 2.* & deciſum in Arrendatoribus Regiis, & Fideliſſimæ Civitatis, refert *Anna ſing. 358.*

9 † Item Arrendatores non ſoluto affictu dominium non habere pecuniæ ex datiis Regiis perventæ, ſatis patet ex *l. 2. ff. ſi ager. vectigal. vel emphyt. petat. l. ſi opes, §. item conſtat, l. ſi ſervus communis, §. locavi,* & utrobique *Bartol. ff. de furt. l. 1. §. quod autem ait Prætor, ff. de ſuperficieb.*

10 * Plura alia tradi poſſent. Remitto Lectorem ad noviſſimum Hiſpanum *D. Caldero tom. 2. deciſ. crimin.* 100. ubi fusè de his, & ſimilibus agit, laudando ex noſtris Regnicolis *Capon. diſceptat. forenſ. lib. 5. diſcept. 395. num. 18. & 19. Reg. Merlin. controv. forenſ. centur. 2. cap. 28. & 29. Conſil. D. Altim. ad Rovit. lib. 3. conſ. 57.* & ex antiquis *Grammat. conſ. 35.* videndi ſunt etiam *Præſ. Amat. conſil... & Præſ. Ganaverr. deciſ. Reg. Cam. 27. Reg. Conſtant. ad tot. tit. Cod. pæn. fiſcal. creditor. præferri,* ubi fusè.

ARGUMENTUM.

De nullitate contractus venditionis factæ per venditorem ignarum, & prodigum reputatum, emptori callido, & verſuto, & quando contractus dicatur dolosè, vel cum fraude geſtus, & ex quibus dolus præſumatur, vel probetur, & quis dicatur dolus dans cauſam contractui, vel re ipſa, & ex propoſito, & an, & quando dici poſſit, fuiſſe factam venditionem cum enormiſſima, & quibus modis probetur dicta læſio, latè diſcutitur.

SUMMARIUM.

1 *Modicitas pretii nullitatem venditionis inducit, item dolus emptoris, n. 2.*

3 *Dolus ex conjecturis comprehenditur, quia conſiſtit in animo, & quæ ſint iſtæ conjecturæ reſpectu venditoris, n. 6. quæ reſpectu emptoris, nu. 13. & ſeq. & quæ reſpectu contractus, n. 20. & ſeqq.*

4 *Conjectura in materia doli, Judicis arbitrio relinquuntur.*

5 *Probationes leviores ſufficiunt ad probandum dolum.*

6 *Contrahens cum perſona, quæ eſt ignara ſuorum negotiorum, quæ non habet modum, neque finem in expendendo, & diſſipando ejus bona, & quæ ab omnibus prodiga reputatur, & ære alieno gravata, & in perditionem deducta, dicitur eſſe in dolo.*

7 *Prodigus notorius, atque manifeſtus ipſo jure, etiam nulla præcedente Judicis declaratione non habet adminiſtrationem, & contrahere non poteſt, nec ejus bona obligare, vel diſtrahere, & n. 8.*

9 *Prodigalitas eſt incontinentia in pecuniarum profligatione, & non excluditur ex eo, quod ſuit miles, vel aliud ſimile, n. 10.*

11 *Miles ob ſimplicitatem poteſt facere teſtamentum, quomodo vult, & poteſt, imo reſtituitur, numero 12.*

13 *Dolus ex qualitate perſonarum etiam arguitur, ut puta ſi vir ſagax contrahit cum perſona minus idonea, item ſi emptor ſit perſona expertiſſima, & verſatiſſima negotii, n. 14. item ſuaſionibus præſumitur, n. 15. item ex mendacio emptoris, n. 21. & ex conqueſtu venditoris quod ſuit deceptus, nu. 22. item ex falſis ſuaſionibus, n. 24.*

16 *Perſuaſio nimia habetur loco coactionis, & ad malum plus eſt, quam compulſio*

17 *Dolus ex propoſito probatur ex nimia ſuaſione, & ad annullandum contractum non requirit læſionem ultra dimidiam, ſed ſufficit qualibet læſio, numero 25.*

18 *Læſio ultra dimidiam non requiritur ad invalidandum contractum, ubi venditor fuit inductus ad vendendum minus juſto pretio, item ubi adeſt dolus ex propoſito, ſed ſufficit qualibet læſio, numer. 25.*

19 *Dolus dans cauſam contractui tunc dicitur, quando quis facit contractum ipſo jure nullum ex parte decepti, non decipientis, quamvis ſit læſus infrà dimidiam, & hoc caſu non reſcinditur contractus, ſed eſt ipſo jure nullus, reprobata opinione* Petri de Bellapert. *& aliorum, n. 27.*

20 *Promittens ſi promiſſa non ſervat, dolum committit.*

23 *Impetrans aliquid ex aliqua falſa qualitate præſumitur dolosè egiſſe.*

26 *Bona fides eſt contraria dolo.*

27 *Contractus eſt ipſo jure nullus, non autem reſcinditur ubi dolus dat cauſam contractui.*

Amplia, etiamſi contractus ſit juratus, n. 28.

29 *Dolus ex contractu, & modo contrahendi quomodo detegatur.*

30 *Læſus enormiſſimè dicitur quando quis pro minori quantitate cedit rem majorem ſaltem ad duplum.*

31 *Terra Salitis, ac Guagnani an Baroniam conſtituant.*

32 *Facultas reintegrandi corpora diſmembrata non ſolet comprehendere niſi corpora parvi momenti, de quibus non fit ſpecialis mentio, & ad notitiam contrahentium tempore contractus non pervenerunt, ſecus in alio corpore ferè ejuſdem valoris quia in aſſertiva rerum, quæ venduntur exprimi ſolet, num. 35. & illum ceſſum non intelligitur, num. 4.*

35 *Dolus & fraus ex inſolitis arguitur, item dolus arguitur ex non expreſſione, n. 37. item ex læſione, n. 38. & eritur ex læſione enormiſſima, n. 41.*

36 *Læſio enormis, vel enormiſſima non comprehenditur ſub generalibus clauſulis renunciationis, & n. 56. & quantò magis ſunt generales, eò magis læſio præſumitur, etiam ex dolo, n. 39.*

40 *Læſio enormiſſima arguit dolum re ipſa.*

42 *Contrahentes licitè poſſunt ſe invicem decipere de jure civili.*

Amplia, ut procedat etiam de jure canonico, nu. 43. & 77.

Sed contrarium, n. 70.

Intellige, quando læſio, vel deceptio non excedit medietatem juſti pretii, alias venditio reſcinditur, num. 45. & ad evitandas lites, & majora mala, num. 78.

44 *Res tanti valet, quanti vendi poteſt.*

46 *Læſio enormis dicitur, quando parum juſti pretii dimidiam excedit, enormiſſima verò dicitur, quæ longè dimidiam, & quæ dicantur enormiſſima, num. 48. 49. 50. & 89.*

47 *Exceſſus in materia* l. 2. C. de reſcind. vendit. *quantus eſſe debeat.*

48 *Contractus non ſuſtinetur, nec reſcinditur, ubi adeſt enormiſſima læſio ſed erit ipſo jure nullus, & ſic deciſum refertur in Rota Romana, & in Granatenſi Prætorio, nu. 49. quod procedit non obſtante juramento, ut fuit deciſum per Senatum Pedemontanum, n. 50. & ſic practicari in Catalonia, nu. 51. & deciſum in dicto Senatu Cataloniæ, in Senatu Sabaudiæ, in Regno Siciliæ, & in Sacro Conſilio Neapol. n. 54. & in Senatu Luſitano, num. 57.*

52 *Emptor quando adeſt enormiſſima læſio, & ſic contractus eſt nullus, condemnatur ad fructuum reſtitutionem, qui percepti fuerunt, & percipi potuerunt,*

runt, nedum à die litis mota, ſed etiam à die facta alienationis, abſque electione condemnati, & quando procedat, n. 53.

34 Text. in l. eleganter, ff de dolo, & in l. nullo, C. de rei vendicat. *perpenduntur.*

55 *Emptor nullo modo eſt ſecurus data læſione enormiſſima, ſeu dolo ex propoſito, & ratio traditur num. 56. & 58.*

58 *Dolus re ipſa intervenisse dicitur, ubi adeſt enormiſſima læſio, & æquiparatur dolo ex propoſito.*

59 *Terræ Salicis, & Guagnani fuerunt conceſſæ à Regibus in remunerationem ſervitiorum familiæ Paladinæ.*

60 *Affectio maxima cadit in rebus, quæ fuerunt majorum, quia honor, & quare, n. 61.*

62 *Minor abſque alia læſionis probatione bona à majoribus perventa recuperat.*

63 *Læſio conſideratur eo ipſo, quod bona per majores acquiſita alienantur, & augetur ex commoditate data emptori ſolvendi creditoribus in exiguis ſummis, nu. 64.*

65 *Accollatio ſolvendi debita creditoribus dicitur pars pretii.*

66 *Contrahentes licitè poſſunt ſe invicem decipere, uſque ad medietatem juſti pretii.*

Intellige in læſione, vel ſimplici deceptione, n. 67. & in foro contentioſo, non autem in foro poli, n. 70. & 72. ubi quod tenetur ad reſtitutionem, ſecus verò quando in læſione eſt admixtus dolus ex propoſito, numer. 68.

69 *Venditor dolo deceptus poteſt contractum reſcindere pro quavis minima læſione.*

71 *Pretium juſtum eſt illud, quod ab alio invenitur, & quanti res vendi poteſt in loco, num. 76. & triplici modo dicitur, ſcilicet infimum, ſeu pium, medium, ſeu moderatum, & ſupremum, ſeu rigoroſum, n. 74. & quæ ſint, n. 75.*

73 *Juſtitia pretii non permanet in puncto indiviſibili, ſed habet in ſe latitudinem.*

78 *Lupanaria permittuntur ad evitanda majora mala.*

79 *Deceptio infra dimidium juſti pretii in judicio non approbatur, aut licita pronunciatur, & ſi eſt exceſſiva, continet in ſe dolum, & facit, ut ſit locus reſciſſioni, n. 80.*

81 *Jura civilia, canonica, & forus animæ præ nullitate contractus exclamant.*

82 *Pactum de retrovendendo, quamvis temporale ex modicitate pretii perpetuum remanet, & exiſtimatur tertia pars pretii, quo venditur res abſque dicto pacto, n. 83.*

84 *Læſio enormiſſima dicitur, ſi res valoris ducatorum undecim millo ſit empta pro ducatis tribus mille, & tercentum, eo magis ſi alia jura cedantur, quia tunc in totum quis læſus dicitur, n. 85.*

86 *Pretium juſtum judicatur ſecundum reditum, qui ex re percipitur.*

Intellige, habito reſpectu ad id, quod poſſent importare fructus viginti annorum, n. 87. vel ſecundum alios, habita reſpectu ad tempus triginta annorum, n. 88.

90 *Dolus excluditur ex contractibus geminatis.*

Contrarium, n. 92.

91 *Contractus ſi fuerit à pluribus ratificatus diverſis vicibus, unicus dicitur, & ſic ratificationes aliarum perſonarum, non autem geminati contractus.*

93 *Dolus in primo contractu adhibitus transfunditur in ſecundum, ortum habens à primo.*

94 *Infecta primitiva, inficitur derivativa, & principali reprobatur acceſſorium.*

95 *Dolus, & fraus eo magis præſumuntur ex geminatis cautelis.*

96 *Contractus doloſus per ratihabitionem tacitam, ſive expreſſam, non convalidatur.*

97 *Geminatio auget dolum, ſi in contractu adſit dolus re ipſa, & ex propoſito.*

98 *Dolus geminatus, & mendacium graviorem pœnam affert.*

99 *Mala fides nocet ſucceſſori.*

100 *Numerus teſtium attenditur.*

Fallit, ut n. 103. 107. 108. 109. 110. & 111.

101 *Teſtes vaſſalli, & angarii pro Domino ſuo non probant, ſecus ſi ſint vaſſalli tantum, numero 102.*

103 *Sacerdotes, & Clerici in teſtimonio veritatis præferuntur depoſitionibus Laicorum.*

104 *Dictum unius Sacerdotis habet vim duorum teſtium.*

105 *Religioſi teſtes dicuntur omni exceptione majores. Sic etiam Sacerdotes, quibus major fides adhibetur, nu. 106.*

107 *Teſtibus veriſimilia deponentibus magis credendum eſt, ſic etiam dignioribus, nu. 108. etiam ſi minus digni majores eſſent n. 109.*

110 *Teſtes magis informati deponentes de cauſa ſcientiæ magis probant, quamvis ſint minores n.*

111 *Teſtibus, qui conjunguntur cum ſcripturis magis creditur.*

112 *Actor in judicio læſionis ſi ſuam intentionem bene probaverit, obtinere debet, quamvis ex probationibus conventi obſcuretur ejus probatio, quia agit de damno vitando.*

113 *Ceſſio litis dubia ab actore facta non eſt in conſideratione, quamvis poſtea ſententiam reus reportaverit, quia præſumitur ex labore, diligentia, & expenſis, n. 114. hoc tamen non procedit, quando à principio apparebat de bono jure actoris, ac de facilitate cauſæ, quo caſu retretrahitur ad tempus contractus, & læſionem inducit, n. 115.*

116 *Deciſio cauſæ refertur.*

Pro Illuſtr. Marchioniſſa Campiæ contra Illuſtr. Principem Avetranæ.

CONSULTATIO XXXV.

NUllitas venditionia Terrarum Salicis, & Guagnani pro tam vili pretio ducatorum 25.mill. 1
& tercentum adeò notoriè omnibua patet, ut ſi in hac cauſa alia probatio deeſſet, illa quæ ex modicitate pretii ex ſui facie reſultat, ſatis ſufficiens eſſet ad obtinendum pro Illuſtr. Marchioniſſa Campiæ. Verùm id, quod ex probationibua ſic diſtinctè in facto adnotatis luce clarius deducitur, dolum Joannis Antonii Albricii emptoris, * ac nedum enormiſ- 2
ſimam, ſed à ſæculo inauditam læſionem tam evidenter demonſtrat, ut nulla hæc cauſa juris allegatione indigeat, ut tamen nobiſmet ipſis, qui partes nobiliſſimæ Actricis ſuſtinemus, in aliquo ſatisfaciamus, infra ſcripta, breviter tamen juxta communes, & indubitatas juris regulas adnotare voluimus.

Sive ergo attendimus perſonam Aloyſii Mariæ Paladini venditoris, ſive perſonam Albricii emptoris, ſive & ipſum contractum venditionis, ſemper apertum dolum habemus, licèt enim dolus ex conjecturis comprehendatur, * cùm in animo conſiſtat, 3
l. dolum, ubi Doct. Cod. de dol. Soc. jun. *conſ.* 129. *n.*
* 68. *vol.* 1. Cephal. *conſ.* 62. & 144. *vol.* 1. quæ con- 4
jecturæ Judicis arbitrio relinquuntur, Anchar. *qu. famil.* 11. *n.* 13. *deciſ. Genua* 168. *n.* 13. Paul. de Caſtr. *in l. quod Nerva, ff. depoſiti*, Menoch. *præſumpt.* 3. *n.* 42. *lib.* 5. & alii per Gratian. *diſcept. forenſ. lib.* 5. *cap.* 967. *n.* 6. Maſcard. *de probat. concl.* 531. & 532. ubi quod leviores probationes ſufficiunt, Jacob. Michaël *patroc.* 4. latiſſimè Celſus Bergal. *in tract. de dolo, lib.* 4. *cap.* 8. *per totum*, noviſſimè Joan. Franciſc. Andreol. *controverſ. jur. controverſ.* 66. *n.* 1. & 16. Otherus *diſp.*

3. num.

3. num. 10. Seſſe dec. Aragon. 211. n. 20. tom. 2. Bar-
dellon. conſ. 61. n. 18. & 19. vol. 1.
5 † In hoc antem contractu omnes ſimul junctæ ad-
ſunt probationes, quarum unaquæque de per ſe ſuf-
ficiet ad dolum prædictum detegendum, & primò ſi
perſonam venditoris inſpiciamus, habemus eam fa-
6 cilem,* de negotia ſuis penitus ignarum, modum,
neque finem, non dicam, in expendendo, ſed in diſ-
ſipando ejus bona non habentem, & ab omnibus
prodigum reputatum, minus ære alieno gravatum,
& penitus in perditionem deductum, & ſic contra-
hens cum perſona talis conditionis in dolo fuiſſe di-
citur, l. ſi quis cum ſciret, ff. pro empt. l. ſi quis adoleſ-
cens, ff. mand. lib. 2. §. 1. ff. quar. rer. act. non det. Natta
conſ. 341. n. 6. Maſcard. concluſ. 532. n. 109. Nec obaſt;
quod non fuerit prodigus per decretum Judicis de-
7 claratus, * neque ei interdicta adminiſtratio, nam
prodigo notorio, atque manifeſto ipſo jure, etiam
nulla præcedente Judicis declaratione interdicta eſt
adminiſtratio, ita quod ei validè contrahere, &
ejus bona obligare, vel diſtrahere non permittitur,
gloſ. & notabilis in l. is, cui lege, ff. qui teſtament. fa-
cer. poſſ. ubi Petr. de Bellapertie, Imol. & Raphaël Cu-
man. & in puncto juris veriorem exiſtimat Alexand.
in l. n, cui bonu ff. de verb. obligat. Joan. Fab. in §. fu-
rioſi, Inſtitut. de curat. Feder. de Sen. conſil. 31. Bald.
conſ. 391. n. 2. & 3. lib. 5. & conſ. 259. lib. 2. ubi ait;
quod & ſi controverſa ſit opinio prædicta, tamen
multum rationi, & æquitati eſt conſona, & proinde
prævalere debet, quod optima probat Feder. in ſua
8 * Cod. tit. de curat. furioſ. diffin. 7. qui in puncto dixit,
quod in notorio prodigo, id eſt, qui neque modum,
neque finem ullum habet expenſarum, nulla præce-
dente interdictione, nec cauſæ cognitione æquiſſi-
mum eſt nocere dolum ei, qui contraxit cum perdi-
tuo, & his conveniunt quæ dixit Ariſtot. in lib. 4.
Ethic. dum ait, * quod prodigalitas eſt incontinentia in
9 pecuniarum profligatione, quem refert, & ſequitur
Bargalius de dolo lib. 3. cap. 1. numer. 32. nec quia fuit
10 miles, & Tribunus, vel aliud ſimile, prodigalitas ex-
cluditur, cùm proprium ſit militum, de negotiis
nihil curare, & ideo Imperator ob militum ſimplici-
11 tatem permiſit, ut facere poſſint teſtamenta quo-
modo velint, & poſſint, l. quanquam, C. de teſtament.
12 milit. imò reſtitutionem concedit in l. unica, Cod. de
reſtit. milit.
Si verò & perſonam emptoris conſideramus, fuit
homo ſagax, qui ex parum, aut nihil ita patrimo-
13 nium ſuum auxit, * ut maximam facultatem filii re-
liquit, & ex qualitate perſonarum etiam dolus ar-
guitur, quando vir ſagax cum perſona minus ido-
nea contraxit, ut per Menoch. de præſump. lib. 5 præſ.
num. 100. quia etiam de reditu, & valore prædicta-
14 rum Terrarum erat experriſſimus, † cùm per plures
annos Guagnanum in affictum tenuit, & in aliis di-
verſis negotiis; nedum in tota Provincia, ſed in ip-
ſamet Terra Salicia propè Guagnanum verſatiſſimus
erat, at etiam habilis ad inducendum nedum d.
Aloyſium Mariam, ſed etiam quemlibet alium pru-
dentiorem, quo caſu dolum præſumi in emptore,
probat Calcan. conſ. 24. vol. 4. verſ. 2. pro iſta par-
te facit, & poſt ipſum Maſcard. in d. l. concl. 532. nu.
111. Andreol. controverſ. 15. n. 10. qui variis ſuaſio-
nibus, † ex quibus dolus præſumitur, etiam median-
15 tibus perſonis Andreæ de Simeona, & aliorum per
longum, & continuatum temporis ſpatium uſus
fuit, ut induceret d. Aloyſium Mariam ad venden-
dum, & nimia perſuaſio loco coactionis habetur,
16 * in tantum quod ſuaſio ad malum ſit plus compul-
ſione, Cravett. conſ. 192. vol. 1. Riminald. ſen. conſil.
17 † 761. n. 9. & quod ex hoc dolus ex propoſito probe-
tur, Celſus Bargal. de dolo, lib. 2. tit. de dolo ex pro-
poſito, nu. 7. quod etiam probatur in l. cum qua, ubi
Bart. ff. de dolo, gl. in l. apud Celſum, ff. de dolo mal. &

mer. except. Maſcard. concl. 531. n. 38. Surd. dec. 202.
num. 17. Gomeſ. in §. actionum, n. 9. & 12. Inſtit. de
act. & quando quis induxit venditorem ad venden-
dum minus juſto pretio, quod non ſit neceſſaria ad 18
invalidandum contractum læſio ultra dimidiam;
probat Abb. in cap. cum cauſa 42. verſus finem, ſub nu.
4. in 2. membr. diſtinctionis, de teſtib. & eum ſequitur
Franc. Aret. ibi ſub numer. 24. Sigiſmund. Scacc. de
commerc. & camb. §. 1. quæſt. 7. part. 2. ampliat. 10.
n. 55. & de communi teſtatur Covar. lib. 2. var. cap. 4.
† ſub n. 11. verſ. 5. quod, in fine. & tunc dicitur dolus 19
dans cauſam contractui, quando quis facit contra-
ctum ipſo jure nullum ex parte decepti, non deci-
pientis, quamvis ſit læſus infra dimidiam, ut ex plu-
ribus hanc opinionem comprobat Molin. de contract.
diſp. 3. 2. n. 7.
Sive tandem & contractum ipſum inſpiciamus,
erit namque primò conſiderandum, quod emptor,
qui ſuaſionibus addidit promiſſiones, & inter alias
adfuit promiſſio mutui ore tenus facta, * & poſtmo- 20
dum non obſervata, dolum enim committit qui
promiſſa non ſervat, l. dolus, cum gl. in fin. l. ſi procu-
ratorem, §. dolo, ff. mandat. l. 1. §. eſt autem, ff. depoſit.
Alexand. conſ. 3. col. 2. ad fin. & conſ. 84. nu. 7. lib. 6.
Cravet. conſ. 192. nu. 15. Menoch. lib. 1. præſumpt.
3. n. 60. Maſcard. in pluries allegatu concluſ. 532.
n. 38. & Amat. var. reſol. tom. 2. reſol. 88. nu. 4. ex
mendacio enim emptoris præſumitur dolus, An- 21
dreol. d. controv. 66. n. 4. Martius examin. 53. nu. 50.
qui promiſſiones non adimplevit, & ex conqueſtu
venditoris, † quod ipſum decepit dolus arguitur. Affl. 22
de feud. dat. in vic. l. commiſſ. col. 2. verſ. item & alia
* conjectura, Abb. conſ. 109. n. 3. libr. 2. & impetrans 23
aliquid ex aliqua falſa qualitate, doloſè egiſſe præſu-
mitur, * Cravett. conſ. 28 n. n. 8. & dolum præſumi ex 24
falſis ſuaſionibus, habetur ex text. in l. ſervus, §. fi. &
in l. eam quis ff. de dol. Decian. conſ. 32. n. 24. Cravet.
conſ. 192. n. 12. Calſ. Bargal. de dolo, lib. 5. cap. 13. n. 42.
† quod dolus cùm ſit ex propoſito non indiget ad 25
contractum annullandum, quod adſit læſio ultra di-
midiam, ſufficit enim quælibet læſio, Calder. in cap.
fin. num. 17. de uſur. Abb. in cap. in Civitate, ſub nu. 6.
eodem tit. & in cap. cùm cauſa 42. ſub num. 4. Cepoll.
de ſimul. contract. n. 46. verſ. nam contractus vendi-
tionis, Stracch. de reſponſ. Mercat. part. 3. verb. item qua-
ro, alii per Scacciam d. § 1. q. 7. par. 2. ampliat. 10 n. 7.
Fabrian. de Monte in tract. de empt. & vendit. quæſt 8.
in princ. ſub nu. 8. Boninſig. in tract. de vend. ad temp.
c. 5. n. 4. in fin. eſtque ratio, quia bona fides eſt contra-
ria dolo, * l. 3. §. fin. ff. pro ſocio, & ideò reprobata opi- 26
nione Petr. de Bellapertic. & Cyn. in d. l. dolo, C. de
inutil. ſtipul. qui tennerunt, * contractum non eſſe eo 27
caſu nullum, ſed reſcindi, communiori DD. calculo
receptum eſt quando dolus dedit cauſam contractui,
illum ipſo jure nullum eſſe, prout poſt alios, quos
non tranſcribo, voluerunt noviſſimè Joann. Azor. in-
ſtit. moral par. 3. li. 6. tit. de contract. c. 10. q. 2. col. 414. 28
quod ampliatur etiam in contractu jurato, * Guttier.
de contr. jur. c. 37. n. 12. Scacc. in loco proximè citata
n. 3. & ſequitur Molina d. diſput. 352. n. 7. Ann. alleg. 9.
n. 2. & 6. Vivius dec. 34. n. 39. Raudenſ. dec. 19. n. 69.
gl. & communiter Canoniſt. in c. cum dilecti, de empt.
& vend. Cævall. practic. quæſt. comm. contr. comm. q. 226.
cum aliis apud Cutell. deciſ. Sicil. 10. n. 25. & 26. quod
procedit etiam de jure Canonico, Parlador. differ.
42. n. 6. poſt Bald. in c. 1. propè fin. verſ. ego puto, de
plus petit. Padill. in l. 2. C. de reſcind. vendit.
* Detegitur tamen in caſu noſtro nedum dolus in
ipſomet contractu, & promiſſione non adimpleta, 29
verùm ex modo contrahendi, cùm tractatum fuerit
de emptione Terræ Salicia tantùm, & emptor in
exequutivis cum generalitate ceſſionum apponi ſo-
licitarum in fine cujuſlibet inſtrumenti pro integra-
tione corporum ad rem venditam ſpectantium, ma-

litioſè inſeri fecit ceſſionem litis Guagnani, de qua
erat benè informatus tempore, quo eandem Ter-
ram habuit in affictum, & quod plus, inſeri fecit
ceſſionem litis prædictæ cum commodo, & utilitate
inde perveniendis, ſciebat enim, fructus per poſſeſſo-
rem eſſe reſtituendos, prout cum effectu per ſen-
tentiam fuit poſtea poſſeſſor condemnatus, qui aſ-
cendebant pluſquam ad duc. 67. mil. ultra valorem
ejuſdem Terræ, prout in nota facti probatum fuit, &
ultra Guagnanum cum fructibus, jus etiam reinte-
grandi decimas Veliarum ceſſit, unde ſubſequitur,
30 † quod læſus enormiſſimè dicitur qui pro minori
quantitate majorem, ſaltem ad duplum ceſſit, Jacob.
Gall. *in conſ.* 39. *n.* 21. ex quo etiam maxima prodi-
galitas venditoris, & quod neſciebat qualitatem rei
venditæ, & ceſſionis optimè convincitur, quamvis
31 enim pars prætendat, quod Terræ Salicis, & Gua-
gnani Baroniam conſtituebant, per ea, quæ ſcripſit
D. de Ponte *conſ.* 57. *vol.* 1. qui in cauſa reintegratio-
nis Guagnani ſcripſit, & proinde quod in generali
poteſtate reintegrandi conceſſa veniebat abſque
ipſius expreſſione, nec poterat Aloyſius Maria Sali-
cem vendere, & Guagnanum retinere, ex individui-
32 tate Baroniæ, † attamen ex communi obſervantia,
quod illa facultas reintegrandi corpora diſmembra-
ta non ſoleat comprehendere corpora, niſi parvi
momenti; de quibus non ſit ſpecialis mentio, quia
ad notitiam contrahentium tempore contractus
non pervenerunt, nun in alio corpore ejuſdem ferè
valoris, prout erat Guagnanum, pro cujus rei ven-
ditione lis nedum erat inſtituta, ſed ferè finita per
proceſſus compilationem, & cauſæ introductio-
nem, per ea, quæ diſcutrit D. de Franc. *dec.* 34. talia
33 enim in aſſertiva rerum,* quæ venduntur, exprimi ſo-
lent, & propterea cùm in aſſertivis de ea aliqua
34 non fuerit facta mentio, ſed tantùm in exequutivis
poſita ceſſio rerum tanti valoris elicitur, quod rei
veritate de ipſis vendandis non fuit loquutum, ſed
in prædictis clauſulis inſolitis in ceſſione compre-
35 henſis, † & ex inſolitis dolus, & fraus arguitur,
Aret. *conſ.* 16. *n.* 6. Cravett. *conſ.* 862. *num.* 6. *&*
969. *num.* 14. Menoch. *conſ.* 1. *num.* 338. *& de
præſumpt. l.* 5. *præſumpt.* 1. *num.* 103. Joan. Franc.
Andreol. *controv. jur. controverſ.* 13. *numero* 15.
36 ubi declarat clauſulas inſolitas, † neque ipſa læſio
enormis, vel enormiſſima comprehenditur ſub gene-
ralibus clauſulis renunciationis, & quanto magis ſunt
generales, eo magis læſio præſumitur, Jacob. Gall.
conſ. 68. *nu.* 38. reſpectu verò fructuum 21. anno-
rum, * qui ad beneficium ejuſdem Aloyſii Mariæ
37 ſpectabant, † nullo modo in generalitate compre-
hendi poterant, & proinde in aſſertatione omninò
erant exprimendi, quod cùm non ſit factum ex ip-
ſa non expreſſione dolus arguitur, Abb. *conſ.* 68. *lib.*
2. Cravett. *conſ.* 83. *nu.* 3. *Din. conſ.* 24. *verſ. præter-
ea in eò, qui facit.*

Prædictis omnibus adſtipulatur enormiſſima, &
inaudita læſio,* nedom ultra dimidiam, ſed in totum,
38 nam licèt dolus præſumatur ex læſione, Andreol. *d.
controverſ.* 66. *n.* 10. fortiùs læſio ex dolo præſumitur,*
39 Larrea *dec.* Granat. 68. *n.* 2. † & talis læſio enormiſ-
40 ſima arguit dolum re ipſa, Gerius Spinius *conſ.* 5. *nu.*
20. *&* 22. ex qua læſione enormiſſima oritur, Cancer.
† *var. reſol. part.* 1. *cap.* 13. *n.* 22. Jacob. Gall. *d. conſ.* 39.
41 *n.* 22. *& d. conſ.* 68. *n.* 24. in quo emptor ex recupera-
tione fructuum decurſorum Terræ Guagnani ultra
ſummam duc. 29300. pro pretio Salicis duc. 21. mill.
pro recuperatione Guagnani ſolutam ad ſui com-
modum, & beneficium, alii duc. 33. mill. & 700. lucra-
tus fuit, ex quo quidem reſultat dolus, & fraus em-
ptoris,* quamvis enim naturaliter licitum ſit contra-
42 hentibus ſe decipere, *l. in cauſa, §. idem Pomponius ff.
de minor. l. item ſi pretio, §. fin. ff. locat. & conduct.* Bal.
43 & alii *in l.* 2. *C. de reſcind. vend.* quod procedit etiam
de jure Canonico, *c. cùm cauſa, de empt. & vendit.*
res enim tanti valet, quanti vendi poteſt, *l.* 2. *§. ſi hæ-* 44
res, ff. ad Senat. Conſult. Trebell. notant DD. *in l. pre-
tia rerum, ff. ad l. falc.* tamen hoc intelligitur, quan-
* do læſio, ſeu deceptio non excedit limites medieta- 45
tis juſti pretii, aliàs enim venditio reſcinditur, juxtà
diſpoſitionem text. *in d. l.* 2. *C. de reſcind.* ubi DD. &
præcipue Bald. *n.* 1. & latiſſimè Pinell. *per tot.* Co-
poll. *de ſimul. contr. ſub n.* 253. *verſ. verùm quia,* Sot.
de juſt. & jur. lib. 6. *quæſt.* 2. *art.* 3. *col.* 3. *fol.* 568. Fra-
ter Michaël Salon ad D. Thom. *art.* 1. *controv.* 17. *verſ.
in primis, in fin.* Rebell. *de oblig. juſtit. lib.* 9. *de contract.
empt. & vend. qu.* 3. *ſect.* 1. Leſſius *de juſt. & jur. lib.* 2.
cap. 21. *dubit.* 4. Pater Ludov. Molin. *de contract. li.* 2.
diſp. 350. *n.* 2. Covar. *var. reſol. c.* 3. *nu.* 2. *li.* 1. quando
dimidiam exceſſerit, aut erit in parva quantitate, &
tunc remedium competit reſciſſionis contractus,
juxta text. *in d. l.* 2. & hoc caſu poterit emptor vel
ſupplere, † vel relaxare; quia enormis dicitur læſio, 46
quando parum dimidiæ juſti pretii excedit, † enor-
miſſima verò, quæ longè dimidiam excedit, Bargal.
de dolo lib. 2. *cap.* 2. *tit. de dolo re ipſa, nu.* 5. optimè
Linglois *dec.* 34. *q.* 2. *n.* 65. *&* 66. Gurd. Pap. *dec.* 519.
* Joan. Garſ. *de expenſ. & melior, c.* 18. *n.* 33. quatenus au- 47
tem debeat eſſe exceſſus, *Doctores* ſpecialiter non diſ-
finiunt, ſed Judicis arbitrio relinquunt, ut per Bald. *in
l. ſi in emptione, ff. de minor.* Alex. *conſ.* 97. *vol.* 4. Min-
ſynger. *obſerv.* 60. *cent.* 5. Molin. *de primog. Hiſpan.
lib.* 2. *c.* 3. *n.* 18. & communem teſtatur Covar. *lib.* 1.
variar. reſol. c. 3. *n.* 11. & ideò alii dixerunt in quadru-
plum, ut per Grat. *conſ.* 88. *vol.* 1. alii verò ſatis eſſe, ſi
doplum, vel triplum excedat, proùt de communi te-
ſtatur Capy. *dec.* 159. *n.* 4. Parlador. *quotid. lib.* 2. *c.*
4. *num.* 50.

* Quando igitur in contractu adfuit enormiſſima 48
læſio, tunc contractus non reſcinditur, neque ſuſti-
netur,* latè Matt. Medic. *in examinat.* 30. *n.* 35. ſed 49
erit ipſo jure nullus, & ſic deciſum in Rota Romana,
ut per Caſſador. *dec.* 1. *tit. de empt. & vend.* ubi res va-
loris duc. 2300. mille tantùm fuerat vendita, & bis
in Granatenſi Prætorio hoc fuiſſe judicatum dicit
Covar. *variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 4. *nu.* 5. ubi domus
valoris ducatorum 3500. vendita fuit 1500. & quòd
hoc procedat non obſtante juramento, * deciſum 50
fuit per Senatum Pedemontanum, ut per Cacheran.
in dec. 41. & hanc eſſe communem, & ſemper ſic ju-
dicatum refert Theſaur. *deciſ.* 165. *n.* 6. *cum ſequen.*
quicquid dubitaverit Pinell. *in dict. l.* 2. *part.* 3. *n.* 7.
hanc etiam communem opinionem contra Pinel-
lum defendit Cagn. *in d. l.* 2. *C. de reſcindend. vend.*
n. 100. ſequitur Molina *de Hiſpan. primogen. lib.* 2.
† *cap.* 3. *nu.* 18. & ſic practicari intrepidè in Catalo- 51
nia refert Fontanell. *de pact. nuptial. gloſ.* 2. *clauſul.* 7.
part. 6. *n.* 59. † ubi ait, quòd contractus, in quo adeſt 52
talis enormiſſima læſio, non reſcinditur, ſed nullus
declaratur, & ulterius condemnatur conventus ad
fructuum reſtitutionem, qui percepti fuerunt, &
percipi potuerunt; nedum à die litis motæ, qui eſt
ordinatius modus condemnandi in Catalonia in
omnibus cauſis, ſed etiam à die factæ alienationis,
abſque electione condemnari, virtute text. *in d. l.* 2.
* *C. de reſcindend. vendit.* quod tamen procedit, quan- 53
do alienatio eſt multum læſiva, nedum ultra dimi-
diam ſimpliciter, ſed ultra beſſem juſti pretii, quia
* intrat in eo caſu diſpoſitio text. *in l. eleganter, ff. de* 54
dolo, & l. nullo Cod. de rei vendic. Avendan. *de motu
lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 17 & ſic etiam bis deciſum refert An-
ton. Faber *in ſuo Cod. lib.* 4. *tit.* 30. *de reſcind. vend.
diffin.* 3. *&* 30. ut per dictum Fontanell. omninò le-
gendum, quia amplius dicit, bis idem fuiſſe judica-
tum in illo Senatu in anno 1603. & 1619. & ſic etiã
fuiſſe judicatum in Regno Siciliæ ultra Pharum refert
Maſtrill. *in deciſ.* 33. *nu.* 6. in noſtro Sacro Conſilio
Franch. *in deciſ.* 247. qui *in fine* ait, quod data enor- 55
miſſima

miſſima læſione, ſeu dolo ex propoſito, difficile eſt
56 invenira modum,* in quo taliter lædens poſſit eſſe ſe-
curus, quia enormiſſima læſio non poteſt quacun-
que verborum generalitate remitti *l. creditor*, *§. Lu-
cius*, *ff. mand. l. ſi libertus ita juraverit*, *ff. de oper. li-
bert.* & iterùm hoc idem judicavit Sacrum Conſilium
in anno 1598. ut per eundem Franch. *dec.* 665. idem
57 etiam fuit deciſum in Senat. * Luſitano, ut per Gam-
mam *in deciſ.* 66. *&* 198. quam opinionem latiſſimè
comprobat Theſ. jun. *in qu.* 34. *l.* 1. Minſyng. *obſerv.* 19.
cent. 5. Menoch. *conſ.* 412. *n.* 37. *cum ſeq.* Eugen. *conſ.*
58 † 42. *&* 29. Amat *conſ.* 54. Trentac. *conſ.* 13. *vol.* 2. &
alii innumeri, eſtque ratio ab omnibus approbata,
quod data enormiſſima læſione, dolum re ipſa quoq;
interveniſſe dicitur, qui æquiparatur dolo ex propo-
ſito, ut per de Ponte *conſ.* 13. *n.* 56. *vol.* 1. cum aliis
ſupra citatis.

Et in hoc caſu nedum adfuit læſio enormiſſima
in totum, verùm etiam maximum ſenſit Aloyſius
Maria detrimentum, tum quia terras tanti valoris
59 nullo accepto pretio diſtulit, tum quia comparatas
tam præclaro titulo à ſuis majoribus in remunera-
tionem ſervitiorum retro Regibus præſtitutorum, in
60 familia conſervare debebat, † quo faciliùs læſo ſuc-
currendum erit, in iis enim, quæ majorum fuerunt,
61 maxima cadit affectio,* cùm honor, & decus familiæ
conſervetur, & poſteriores primogenitorum geſta
intuentes ad majorum veſtigia ſequenda, & præcla-
ra peragenda accendantur, & eleventur, quod qui-
dem magnopere à legibus fuit conſideratum, ut ha-
bemus ex text. *in l. lex, qua tutores*, *C. de adminiſtr.*
62 *tut.* & *gloſ. in l. quoties*. *C. de fideic.** in quibus juribus
cavetur, ut minor abſque aliqua alia læſionis proba-
tione bona à majoribus perventa recuperet, *l. ſi in
emptione*, ubi *gloſ. in verſ. majorum*, *ff. de minor.* & *ibi*
63 Bald. & alii, † lex enim in caſu prædicto conſiderat læ-
ſionem, eo ipſo, quod taliter bona quæſita alienan-
tur, Tiraq. *de utroque retract. in præfat. n.* 34. *&* 35.
Dec. *conſ.* 403. Corn. *conſ.* 184. *lib.* 4. Alex. *conſ.*
67. *lib.* 5.

Quibus accedat, quòd neque emptor ſolvit pre-
64 tium, * ſed aſſumpſit in ſe onus ſolvendi diverſis cre-
ditoribus, etiam in exiguis ſummis, & eo tunc ex
iſta commoditate ſolvendi augeri læſionem, dixit
65 * Pinell. *in d. l.* 2. *par.* 3. *num.* 24. *&* 34. licèt pars
pretii dicatur talis accollatio ſolvendi debita, ſive
onera creditoribus, latè Amat. *var. reſol.* 61. *nu.* 7.
tom. 2.

66 * Quatuvis illud, quod diximus, contrahentibus
licitum eſſe ad invicem ſe decipere uſque ad medieta-
67 tem juſti pretii, * reſtringatur, ut procedat in læſio-
ne, & ſimplici deceptione, ſecus verò quando in læ-
68 ſione aſt admixtus dolus ex propoſito, * optimè
Weſembec. *conſ.* 52. *n.* 74. *vol.* 2. quod ſatis
probatum fuit adfuiſſe in hoc contractu, tunc enim
69 * dolo deceptus poteſt contractum reſcindere pro
quavis minima læſione, Calder. *in c. fin. n.* 17. *de
uſur.* Abb. *in c. in Civitate ſub num.* 6. *eod. tit.* Ce-
poll. *de ſimul. contract. n.* 49. *alii per Scacc. de com-
merc. & camb. §.* 1. *q.* 7. *amplia.* 10. *nu.* 7. optimè
Roderic. *de ann. redit. l.* 1. *q.* 11. *n.* 6. *&* 7. quod
etiam ſupra fundavimus.

* Secundò reſtringitur, ut hoc procedat in foro
70 contentioſo, ſecùs verò in foro poli, in quo nullo
modo licitum eſt emere, niſi juſto pretio, quod eſt
illud, * quod ab alio invenitur: ſecundùm diſpoſitio-
71 nem text. *in l. pretia rerum*, *ff. ad l. falcid. ubi Doct.*
Bart. *in l. ſeptem*, *C. de erog. milit. ann. lib.* 11. Butr. *in
cap. cùm cauſam*, *de empt. & vendit.* Pater Molfeſ. *in
ejus ſumma morali*, *part.* 2. *in tract.* 12. *c.* 5. *n.* 141.
72 * *& ſeq.* & ideo quamvis in foro contentioſo lici-
tum ſit contrahentibus ad invicem ſe decipere, non
tamen hoc poteſt fieri ſine peccato, nam ſemota om-
ni fraude egrediens limites juſti pretii, aut valoris
rei, emendo, vendendo, locando, permutando, aut
quemcunque alium contractum celebrando, peccat,
& tenetur reſtituere uſque ad latitudinem juſti pre-
tii, aut valoris rei, etto non ſit infra, aut ultra dimi-
diam, ita Divus Th. 2. 2. *q.* 77. *art.* 1. Cajet *in opuſc.* 17.
& meliùs *in addit. poſt ſummam quæſtion.* 57. Corrad.
de contract. quæſt. 57. *&* 58. Medin. *de reſtit. quæſt.* 32.
Navar. *in cap. novit. de judi.*, *n.* 47. *notab.* 6. *& in ma-
nuali c.* 23. *n.* 7. Covarr. *var. reſol. c.* 4. *n.* 11. Rebell. *de
obligat. juſt. l.* 9. *q.* 3. *ſect.* 1. Angel. *in ſumma*, *in verbo
emptio*, *§.* 17. Silveſt. *in verbo emptio. quæ.* 9. Leſſius *de
juſt. & jur. lib.* 2. *cap.* 21. *dub.* 4. Ludovic. Molin. *de
contractib. lib.* 2. *diſput.* 350. *n.* 2. Jacob. de Carolis
in ſuo gemmato pavone, *tom.* 1 *color.* 11. *ſub n.* 4. *verſ.
ſed quomodo*, Lælius Mancin. *diſquiſition. genial. centur.*
2. *cap.* 99. *n.* 5. Pater Megala *in ſuo prompt. verbo do-
liis*, *ſub num.* 3.

Eſt tamen verum, † quod hæc juſtitia pretii non 73
permanet in puncto indiviſibili, ſed habet in ſe
quandam latitudinem, & proinde triplici modo, di-
cunt *Doctores* poſſe dici pretium juſtum,* hoc eſt, in- 74
fimum: quod etiam pium vocant, medium, quod
moderatum nuncupant, & ſupremum, quod rigoro-
ſum dicitur, * veluti res, quæ pretio medio, & tem- 75
perato valet centum, pretio infimo valebit nonaginta
quinque, ſupremo verò centum, & quinque, &
quando pretium medium erit decem, infimum erit
novem, & ſupremum undecim, ut poſt alios per *Re-
bell. loco* proximè citato *ſect.* 6. Covarr. *variar. reſol.
lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 1. Scot. *diſtinct.* 15. *quæſt.* 2. Leſſius *de
juſtit. cap.* 21. *n.* 11. *lib.* 2. *dubit.* 3. cum aliis apud
Larream *deciſ. Granat.* 80. *nu.* 8. *tom.* 2. Lælius Man-
cin. *diſquiſ. genial. cent.* 2. *cap.* 99. *n.* 3. ſed juſtum
pretium judicatum eſſe commune, & quanti res in 76
loco vendi poſſit, Amat. *variar. reſolutio. tom.* 2.
reſolut. 91. *n.* 7. quamvis tamen jus Civile, † & Ca- 77
nonicum permittat deceptionem infra limites dimi-
diæ juſti pretii, * hoc non permittunt tanquam 78
per ſe licitum, ſed ſolùm ad vitandas lites, & ma-
jora mala, eodem modo, quo Lupanaria permittun-
tur, non tamen quod prædicta deceptio in judicio 79
approbetur, aut licita pronuncietur, ut benè reſpon-
det, & advertit Molin. *in d. lib.* 2. *de contract. diſput.*
351. *n.* 6. hæc autem læſio,* & deceptio, quæ in hoc 80
contractu intervenit, cùm fuerit tam exceſſiva, do-
lum in ſe continere videtur, ut reſciſſioni locus ſit,
optimè Læl. Mancin. *diſquiſit. genial. cent.* 2. *cap.* 131.
per tot. jura Civilia,* Canonica, & forus animæ pro 81
ejus nullitate exclamant.

Prædictis tamen veriſſimis juris concluſionibus
aliqua per partem opponuntur, ex quarum reſolu-
tione juſtitia Marchioniſſæ clarior evadet.

Primò igitur pars opponit, Joannem Antonium
Albricium minimè emiſſe Terram Salicis pro du-
catis 25300. cùm illa jam erat vendita Philippo
Matthæi pro duc. 22000. licèt cum pacto de retro-
vendendo, ſed tantùm emiſſe illud jus luendi, quod
erat penes Aloyſium Mariam pro ducatis 3300. et-
ſi iſta læſio ſit immoderata, non poteſt conſidera-
ri, cùm iſtud pretium juris luendi ſit emptum ſatis
plus illius, quod valere poterat, tantò magis ſtanti-
bus pluribus aſſertis venditionibus ponderatis pro
viliori pretio.

Quod objectum nec verum eſt in ſe, & quando
ita eſſet, prout aſſerunt, etiam enormiſſima adfuiſſet
læſio in pretio prædicto, quòd non ſit verum, in ſe
apparet manifeſtè ex lectura contractus, ubi legitur
nedum venditio juris luendi, ſed ipſiuſmet Terræ
Salicis, & quòd quando ſic eſſet, non ſubſiſteret,
imo, quod ex hoc ſolo omnibus probationibus ſe-
motis venditionis nullitas ex enormiſſima læſione
reſultaret, advertatur, quia Terra erat vendita cum
pacto de retrovendendo perpetuo, nulla habita ra-
tione aſſertæ ſcripturæ ultimo loco productæ, tan-

quam vel non veræ, vel factæ à non habente pote-
82 ſtatem, * vel ſaltem pactum, quamvis temporale ex
modicitate pretii perpetuum remanſiſſet, Jacob. *in l.
2. ff. ſi cert. pet.* Tiraq. *de retract. convent. §. 1. gloſ. 2. nu.*
53. Caſſan. *in Conſuet. Burgund. rubr. 5. §. l. num.* 22.
Menoc. *de arbitr. Judic. caſ.* 217. *& alii per* Fab. de
Ann. *conſ.* 68. *vol.* 1.

His ſic præhabitis videamus, cujus valoris erat
illo tempore hoc pactum de retrovendendo, & qui-
83 dem * communi Doctorum calculo eſt receptum,
rem cum pacto de retrovendendo valere minus fere
tertiam partem, quam ſine eo pacto, ut poſt *Soc.* &
alios tenuit Covarr. *lib. 3. var. reſol. cap.* 18. Alvar. Va-
laſc. *conſult.* 70. *n.* 4. *&* 5. Gramm. *dec. Luſit.* 138. ubi ſic
deciſum refert Roderic. *de ann. redit. lib. 1. q. 6. ſub
n.* 21. Ludov. Molin. *de contract. diſp.* 375. *num.* 8. Marta
conſ. 66. *nu.* 5. Cùm igitur Terra Salicis erat vendita
pro duc. 22. mil. Philippo Matthæi, tertia pars pretii
eſſet duc. 11. mil. & ſic pretium juxta prædicta eſſet
duc. 33. mil. & duc. 22. mil. eſſent duæ partes pretii,
84 cùm ergo hoc † pactum de retrovendendo valoris
duc. 11. mil. fuerit emptum tantùm pro duc. 3. mil. &
300. fuit venditor etiam habito reſpectu ad prædi-
ctum pactum enormiſſimè læſus, quibus ſi addatur
85 ceſſio litis † reintegrationis Guagnani io à cum com-
modo, & utilitate litis, ac decima Velliarum, læſio
erit nedum exceſſiva, & in totum, ſed numquam au-
dita, & ſic utcumque pars ſe volvat, ſemper in majo-
ri ſcopulo læſionis cadet.

Verùm rei veritate pretium Salicis non erat duc.
33. mil. ſed pluſquam quinquaginta, vel ſexaginta mil.
86 abſque Guagnano, * in liquidatione enim juſti pretii
attenduntur reditus, qui ex eo percipiuntur, text. eſt
in l. ſi fundus per fideicommiſſum ubi gloſ. ff. de leg. 1. *l.
ſi quis, Cod. de reſcind. vend.* Franc. Curt. *in addit. ad*
Alex. *in l. precia rerum, ff. ad l. falci. ſub n. 6. ſub verb.
peritorum*, Mart. *conſ.* 166. *num.* 17. Franc. Hieron. Leo
dec. Valent. 173. *n.* 106. Merlin. *dec. Lucen.* 70. *n.* 10. *&*
13. Guliel. Onciat. *qu. academ. lib. 2. q.* 63. *n.* 3. Jacob.
87 Gall. *conſ.* 112. *n.* 20 *& in conſ.* 68. *nu.* 53. & *ideo aliqui
tenuerunt, pretium juſtum eſſe habito reſpectu ad id,
quod poſſent fructus viginti annorum importare, *gloſ.
in auth. perpetua, in verbo juſti, C. de ſacroſ. Eccl.* Ce-
poll. *de ſimul. contract. præſ.* 3. Affl. *dec.* 274. *n.* 4. Cagn.
in d. l. 2. C. de reſcind. vend. num. 231. Maſcard. *de pro-
88 bat. concl.* 951. † Alii verò dicunt, quod valor prædii eſt
ad eam ſummam, qua aſcendunt fructus ejuſdem
prædii ſpatio triginta annorum, ut per Roderic. *de
ann. redit. lib. 1. q. 6. num.* 12. quia etiam alios refert, &
89 materiam explicat, † ſive ergo attendamus fructus Sa-
licis tantùm per viginti annos ad rationem duc. 3.
mil. pro quolibet anno, erit valoris duc. 60. mille, ſi
verò reditus aſcendunt ad duc. 2. mill. & 500. erit
duc. 50. mille, ſi verò duorum mille tantum, erit duc.
40. mille, quod ſi adjungamus Guagnanum, pretium
duplicabitur, habito reſpectu ad fructus triginta an-
norum pretium erit ſanè plus, & ſic attenta quacun-
que lectura, ſemper læſio fuit enormiſſima in ex-
ceſſu.

90 Secunda partis conſideratio eſt, quod fuerunt * ge-
minati contractus, ex quibus dolum excludi præ-
91 tendit per ea, † quæ diſcurrit Affl. *deciſ.* 220. ſed neque
verum eſt in facto hoc partis aſſumptum, quia re-
vera unicus tantùm fuit contractus venditionis, qui
debebat à pluribus ratificari, & ſic non fuerunt
contractus geminati, ſed ratificationes aliarum
perſonarum pro exequutione earum quæ in eodem
inſtrumento venditionis erant promiſſa, prout
in facto fuit ponderatum, nec ſi ita eſſet, aliquid
operarentur, cùm per geminationem ſeu ratifica-
tionem dolus non tollatur, quia dolus in primo
93 contractu adhibitus, in ſententiam à primo ortum
habentem transfunditur, Paul. de Caſtr. *conſ.* 161. *li.*
2, Crav, *conſ.* 141, *num.* 13. *&* 151, *nu.* 31, *ver. idem* Boër,
& conſ. 494. *num.* 17. *verſ.* 2. Cagnol. & Covarr. *in lo-
cis citatis*, de Ponte *conſ.* 138. *num.* 14. *vol.* 1. & hanc
quæſtionem confutatis omnibus ex contrariis So-
cin. Dec. Corn. Boër. Caſſan. Cagnol. Pinell. &
aliis optimè defendit Fachin. *controv. jur. lib.* 2. *c.* 21.
verſ. 4. *controverſ.* infecta enim primitiva inficitur
& derivativa, * & reprobato principali reprobatur 94
quicquid in ejus conſequentiam venit, Bald. *in l. Se-
jus ff. ad l. falc.* Angel. *in l. uſuras, ff. de uſur.* * Imò ex 95
iſtis geminatis cautelis major oritur doli ſuſpicio,
nam quantò magis geminantur cautelæ in contractu
ſuſpecto, tantò magis in eo præſumitur dolus, &
fraus, Bald. *conſ.* 487. *in fin. lib.* 1. Corn. *conſ.* 217. *in fin.
l.* 3. Larrea *deciſ. Granat.* 66. *nu.* 5. Sperel. *deciſ.* 5. *n.* 52.
& doloſus contractus * nec per ratihabitionem taci- 96
tam, neque expreſſam poteſt convalidari, ut ſolem-
niter declarat Curt. jun. *conſ.* 50. *num.* 9. & de magis
communi opinione teſtatur Socin. *conſ.* 85. *numer.* 6.
lib. 1. Decian. *conſil.* 32. *numer.* 6. *in fin. lib.* 3. Menoc.
conſ. 109 *num.* 35. quia dum in contractu adeſt † dolus 97
re ipſa, & ex propoſito, geminatio illum auget, An-
char. * *conſ.* 339. *nu.* 33. & geminatus dolus, & menda- 98
cium graviorem pœnam affert, Cravett. *conſ.* 346.
n. 13. *& ſeq.* Anchar. *conſ.* 216. *nu.* 4. *in fine*, quæ mala 99
fides Joannis Antonii Albricii nocet Principi, uti
ſucceſſori univerſali, *l. §. ejus bona, & ibi* Bart. *ff. de
uſucap.*

Dicit tertiò, Illuſtrem Actricem non eſſe in pro-
batis, ex quo quamvis adſint multi teſtes de dolo, &
enormiſſima † læſione optimè deponentes, attamen 100
major eſt numerus teſtium deponentium ad favo-
rem conventi, verum ſi attendendum ſit numerus
teſtium, ſublatis teſtibus repulſatis major numerus
ipſorum deponunt pro actrice, ſi verò attendimus
qualitatem teſtium, illi pro reo † nedum ſunt vaſſal- 101
li, ſed angarii, qui non probant pro Domino ſuo,
Grammat. *conſ. civil.* 18. *num.* 18. & quamvis nonnulli
pro actrice ſint etiam vaſſalli, non * erit par ratio, 102
tum quia vaſſallus dicitur idoneus teſtis, ut deciſum
refert Afflict. *dec.* 304. *nu.* 14. Caſtill. *deciſ. Sicil.* 238.
tum etiam, quia aliqui ſunt perſonæ divites, qui fue-
runt affictatores Salicis, quorum fides fuit appro-
bata ab eodem Albricio in proceſſu reintegrationis
Guagnani, in quo inter alia ſatis plenè demonſtravit,
Marcum Matthæi fuiſſe perſonam divitem, virum
probum, & fide dignum, qui teſtis à parte approba-
tus plenè probat, Magon. *dec. Florent.* 58. *nu.* 34. licèt
poſtea de prædictis immemor revoluto mantello in
proceſſu currenti contrarium ad ejus repulſam arti-
culaverit, & nonnulli, quamvis vaſſalli, ſunt Clerici,
Sacerdotes, & probatæ vitæ, & famæ, * quorum te- 103
ſtimonium præfertur depoſitionibus laicorum, Alex.
conſ. 43. *numero* 4. *lib.* 6. * imò ſingulorum dictum 104
habet vim duorum teſtium, Honded. *conſ.* 77. *numer.*
38. *vol.* 1. * teſtes enim Religioſi dicuntur omni exce- 105
ptione majores, Mart. *conſ.* 44. *nu.* 3. *&* 4. † & maximè 106
Sacerdotes, quibus major fides erit adhibenda, idem
in conſ. 87. *n.* 30. *&* 31.

Inſuper teſtes pro actrice * veriſimiliora depo- 107
nunt, & propterea ipſis magis credendum eſt, *l. ob
crimen, §. fin. ff. de teſt.* Anchar. *conſ.* 278. Dec. *conſ.*
534. *in fin.* Afflict. *deciſ.* 363. *n.* 6. * ſunt etiam digniores, 108
quibus major fides adhibetur, quam minus dignis,
cap. in noſtra, & ibi Anton. de Butr. *nu.* 2. Abb. Aret.
Felin. * *& alii, extra de teſtib.* etiam ſi minus digni eſ- 109
ſent majores numero, *d. l. ob carmen, §. fin. ff. de teſtib.*
ubi Bart. & Alber. Gabr. *eodem tit. de teſtibus concluſ.*
4. *n.* 37. Petr. *de fideicomm. q.* 11. *n.* 1193.

Tertiò, ſunt teſtes magis informati, cùm * depo- 110
nant de cauſa ſcientiæ, uti affictatores, quo caſu ipſis
magis eſt credendum, quamvis ſint minores nu-
mero, Jacob. Butrig. *in rit. de contrariet. teſtium,
numero 5. verſ. vel niſi per pauciores plura proben-
tur*, Franch. Curt, *in tract. de teſtib. concl.* 19. *numero*
41. *verſ.*

41. *verſ. 3. dicuntur*, & alii per Farinac. *de teſtib. q. 65. n. 168.*

111 Quartò, teſtes pro actrice * conjunguntur cum ſcripturis, & rerum judicatarum authoritate fulgent; & proinde ipſis magis eſt credendum, Bald. *conſ.* 402. *lib* 3. *numer.* 2. & demum io hoc judicio læ-
112 ſionis * quando actor benè probavit ſuam intentionem, obtinere debet, licèt ex probationibus conventi obſcuretur ejus probatio, quia æquior, & favorabilior pars accipienda eſt, ut deceptis ſuccurratur, & ſic iis, qui agunt de damno vitando, ita poſt Pinell. *in loco* proximè *citato*, *num.* 43. tenet Gutierr. *pract. qu. lib.* 2. *q.* 139. *in fin.* quia non dicitur probatio in ambiguo, cùm per ſe plena, & efficax ſit.

Prætendit quartò, qood reſpectu Guagnani ooo
113 poteſt conſiderari * aliqoa læſio, cùm tempore poſſeſſionis non poſſidebatur per venditorem, & ideò fuit venditus ille dubius litis eventus, qui non debet
114 eſſe in conſideratione, & licèt * emptor poſtea victoriam reportaverit, hoc fuit cum magno ipſius labore, diligentia, & expenſa.

Quibus tandem etiam facillimè reſpondetur, quòd la reintegrationis Goagnani ex lectura proceſſus Reg. Cameræ, & ex *d. conſ.* 57. de Ponte *vol.* 1. ſatis ap-
115 paret, nedum dc bono jore actoris, ſed de * ipſius cauſæ facilitate, quod magis apertè demonſtravit ſententia inde ſequuta, quo caſu eam retrotrahi ad tempus contractus, & læſionem inducere, ac ſi explicitè fuiſſet vendita, notabiliter tradidit Andr. de Iſern. *in c. Imperialem*, *nu.* 40. *de prohibit. feud. alien. per* Federic. *& in c.* 2. *n.* 27. *verſ. item non conſtituitur*, *de natur. ſucceſſ. feud.*

Ex quibus reſolutis frivolis partis oppoſitionibus remanet undique fundatum, interveniſſe dolum emptoris, & enormiſſimam, & inauditam læſionem, & proinde omninò venit conventus condemnandus ad relaxationem Terrarum Salicis, & Guagnani una cum fructibus.

116 *Secundum prædicta fuit judicatum ad relationem Regii Conſiliarii Camilli de Petto, junctis Regiis Conſiliariis duarum Aularum.*

OBSERVATIO IN CONSULT. XXXV.

A R G U M E N T U M.

Contractus continens solùm læſionem intrà dimidiam, an ſit nullus quando intervenit dolus, & quomodò probetur. *Reg. Latro* nuncupatim impugnatur per *Andreolum*. Contractus continens læſionem longè ultrà dimidiam eſt nullus; nec tunc opus eſt uti remedio reſciſſionis, aut reſtitutus in integrum, ſed nullitatis. Diſtinguitur dolus incidens à dolo dante cauſam contractui per *Ayllon in addit. ad Gomez.* In dote an ſufficiat læſio intrà dimidiam. Et quid in minore utrum reſtituatur adverſus tranſactionem, etiam ex quacumque levi læſione, & intrà dimidiam? Laudatur *Hermoſilla*: cum aliis ad ornatum hujus *Conſul.* 35. *R. Latro.*

S U M M A R I U M.

1 *Præſens* Conſultatio 35. Reg. Latro *practicabilis, & ager ferax plurium concluſionum.*
2 *Contractus venditionis, in quo adeſt læſio ultrà dimidiam, reſcinditur: Secus in læſione intrà dimidiam.*
4 *Quid in læſione intrà dimidiam, quando contractus fuit dolo celebratus?*
4 *Dolus dans cauſam contractui illius nullitatem operatur.*
5 Reg. Latro *carpitur per* Andreolum *in conjecturis doli perpendendis.*
6 *Læſio, circumſcripto dolo non operatur reſciſſionem contractus, niſi ſit ultrà dimidiam.*
7 *Læſio enormiſſima ſatis longe ultra dimidiam juſti pretii reddit contractum nullum.*
8 *Læſio enormiſſima continet dolum re ipſa, qui æquiparatur dolo ex propoſito. Laudatur* D. Maradei.
9 *Diſtinctio* Ayllon ad Gomez *in dolo dante cauſam contractui, ut reddat contractum nullum.* Secus *in dolo, qui incidat tantùm.*
10 *Læſio intrà dimidiam an ſufficiat in dote?*
11 *Minor an reſtituatur adverſus tranſactionem ex quacumque etiam levi læſione, & intrà dimidiam.*
12 *Geminatio, & repetitio verborum an faciat ceſſare remedium* leg. 2. C. de reſcind. vendit. *Commendatur* Hermoſilla, *omninò in hac materia conſulendus.*

PRacticabilis, & frequens eſt materia hujus *Conſultationis*, quæ ager ferax eſt plurium concluſionum; Agitur enim de nullitate contractus venditionis, an doli conjecturæ efficaces ſint qualitas perſonarum, venditoris nempè ignari, & prodigi reputati, emptoris verò callidi, & verſuti, clauſulæ inſolitæ in inſtrumento venditionis, & his ſimilia; Idem de læſione intrà, vel ultrà dimidiam, & quomodò probetur læſio. 1

Nuncupatim * adverſus hanc *conſult. Reg. Latro* inſurgit *Andreolus controv.* 214. qui *num* 1. præmittit, quod ſi venditor fuerit læſus ultrà dimidiam, licèt contractus valeat, tamen reſcindatur; ſecus ſi læſio ſit ſolùm intrà dimidiam, ex traditione omnium *DD. in l.* 2. *C. de reſcind. vendit.* 2

Id quod dicitur contractum non ſolùm * valere, ſed nec etiam poſſe reſcindi, quando læſio eſt ſolùm intrà dimidiam, locum non habet quando contractus fuerit dolo celebratus; nempè quando dolus cauſam dedit contractui; nam tunc non eſſe neceſſariam læſionem ultrà dimidiam, firmat *Reg. Latro in hac conſul.* 35. *n.* 18. 19. *&* 25. *ex Abbat.* aliiſque plurimis quos allegat, illoſque etiam recenſet *Andreol. num.* 2. 3

Utiliter * tamen advertit *Andreol. n.* 3. quod oon quilibet dolus operatur nullitatem contractus, ſed debet eſſe dolus, qui det cauſam contractui; nam contractus idem dolo factus valet, niſi in contractibus bonæ fidei dolus contractui cauſam dederit, juxtà diſtinctionem *Gloſſa in l. dolo, C. de inutilib. ſtipulat. Bartol. in l. elegantes, ff. de dolo, Jaſ. in l. ſi quis cum aliter, n.* 2. *ff. de V. O. Padill. in l.* 2. *num.* 5. *C. de reſcind. vendit. Parlador. quotidianar. qq. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 48. 4

Reg. Latro n. 3. 6. *&* 35. † pro manifeſtatione doli recenſet conjecturas ex qualitate perſonarum, & clauſulis inſolitis; Quas conjecturas *Andreolus n.* 4. rejicit tanquam conjecturas à longe; & quod ſint nimis vagæ, & generales, & non perfectæ in propoſito, in quo ait eſſe neceſſe, ut dolus det cauſam contractui, qui poteſt probari ex mendaciis emptoris, vel venditoris. *Reg. Latr. n.* 28. *&* 24. & ex nimiis perſuaſionibus, ut ibi *numero* 16. *&* 17. 5

Quod autem ſpectat † ad reſciſſiooem contractus ſupponentem validitatem illius, circumſcripto dolo, certum eſt, quod etiam ſtante læſione, niſi ſit ultrà dimidiam contractus non reſcinditur, ſed valet: cùm ad effectum reſciſſionis læſio debeat excedere limites medietatis juſti pretii, *d. l.* 2. *ubi DD.* 6

Cæterùm ſi læſio ſit enormiſſima, hoc eſt, longe ultrà dimidiam juſti pretii, tunc non ſunt neceſſaria remedia reſciſſoria, ſed nullitatis; Cùm contractus tunc ſit nullus ipſo jure, *Reg. Latro numero* 48. *& ſeq. Reg. de Marin. reſol. jur. lib.* 1. *cap.* 153. *numero* 3. 7

Faber

Faber in Codic. lib. 4. tit. 30. defin. 3. Conſil. Meſa variar. lib. 1. cap. 36. numero 1.

8 Ad hæc enormiſſima læſio dicitur * continere dolum re ipſa, qui æquiparatur dolo ex propoſito danti cauſam contractui, *Androol. ubi ſupr. num. 7. Jacob. Gall. conſ. 39. num. 22. & conſ. 68. n. 24. Cancar. variar. reſol, lib. 1. cap. 13. n. 22. Gar. Spin. conſ. 5. n. 20. & 22.* Et quando dolus dat cauſam contractui eſt ipſo jure nullus, *Azorius inſtit. moral. p. 3. lib. 1. tit. de contract. cap. 10. quaſt. 2.* etiam in contractu jurato *Reg. Latr. n. 27. & ſeq.* & noviſſimè de his conſulendus eſt doctiſſimus Sac. Conſ. Advocatus *D. Franciſcus Maradei in ſua Praxi*, quæ nunc eſt ſub prælo, *præſentat. inſtrumentar. cap. 4. numero 497. & ſeqq.*

9 Diſtinguit * *Ayllon ad Gomez lib. 2. cap. 2. numero 22. verſ. quod ſi dolus*, aut dolus dedit cauſam contractui, & tunc fit nullus ipſe contractus; Secus ſi dolus incidit; Et laudat *Hermoſillam in l. 57. tit. 5. p. 1. 2. & 3.* quem dicit optimè declarare, ampliare, & limitare rem hanc.

10 Et quid in dote * an ſufficiat læſio intrà dimidiam? *Ayllon loc. cit. numero 23.* ubi remiſſivè refert *Barboſ. in rubric. ff. Solut. matrimon. 4. p. numero 25.*

11 Minor reſtituitur adverſus tranſactionem ex quacumque, etiam levi læſione, *Larrea deciſ. Granatenſ. 68. n. 24.* ubi reprobat *Oſvald. ad Donell.* contrarium ſentientem; meminit *Ayllon ad Gomez de reſt. in integr. cap. 14. num. 2. in fin.* vide *Oleam de ceſſion. jur. tit. 2. q. 1. à n. 53. cum ſeqq.* ubi quod ſufficit læſio enormis intrà dimidiam.

12 Geminatio, & repetitio verborum † an faciat ceſſare remedium, *l. 2. C. de reſcind. vendit. Ayllon. loc. cit.* ubi quoque ſe remittit ad *Hermoſill. in l. 56. tit. 5. partit. 5. gloſſ. 4. & ſeq.* quem ait complecti totam materiam ejuſdem *leg.* cum ſuis ampliationibus, limitationibus, & declarationibus, ita ut alium allegare ſuperfluum ſit. Prout pro ornatu hujus *Conſult. 35. D. Reg. Latro*, omninò videndus eſt laudatus *Hermoſilla gloſ. 3. leg. 57. tit. 5 p. 5.*

ARGUMENTUM.

Solutio ſalarii officii, ſtipendiorum, ac penſionis annuæ, an, & quando denegari poſſit ſtipendiario emerito, vel retento, ſeu, ut vulgò, *intertenito*, occaſione delicti contumaciæ, & condemnationis inde ſequutæ ad carcerem in tempus, vel in exilium, ad declarationem *Capituli, & Literarum Catholicæ Majeſtatis de anno* 1590.

SUMMARIUM.

1 *Stipendia, quæ militibus actu ſervientibus, & ea, quæ in remunerationem ſervitiorum dantur militibus veteranis ſatis differunt inter ſe, attenta juris communis diſpoſitione.*

2 *Stipendia, quæ dantur militibus veteranis in remunerationem ſervitiorum, dicuntur emerita.*

3 *Emeritum duplici modo conſideratur, & n. 6.*

4 *Penſiones annuæ, quæ hodie dari ſolent militibus veteranis, qui per viginti annos militaverunt, ſucceſſerunt in locum emeritorum.*

5 *Milites veterani gaudent privilegiis militaribus.*

7 *Retenti, ſeu intertenıti, qui dicantur.*

8 *Stipendiarii, qui actu ſervire debent, ſi eorum culpa non ſerviunt, ſtipendium amittunt.*

9 *Stipendiarii quandiu apud hoſtes ſua culpa permanſerint, ſtipendium non habent, ſecus quando non ſua culpa.*

Fallit in emeritis, n. 10.

11 *Vaſſallus, qui à ſuo Domino feudum, ſive beneficium habuit, in quibus caſibus illud amittat, ſecundum conſuetudines feudales.*

12 *Carcer, vel relegatio non eſt de caſibus, ex quibus feudum, vel beneficium amittitur.*

13 *Deportati ad vitam pro mortuis habentur, & omnia, quæ ſunt juris communis amittunt.*

14 *Relegati ad tempus omnia retinent.*

15 *Vaſſallus vocatus ter à Domino, ſi non comparet, efficitur contumax, & feudi poſſeſſionem amittit, quam tamen ſi infra annum compareat, recuperabit.*

16 *Vaſſallus de jure* Conſtit. Regni *per contumaciam amittit feudi judicaturam, & Prorex deſtinat Capitaneum pro juriſdictione adminiſtranda, & quando fructus ſequeſtrentur, & tollatur ſequeſtrum juriſdictionis, ibidem.*

17 *Pœna ſuſpenſionis exercitii juriſdictionis tantum datur contumaci, durante contumacia, & non ultra, & non extenditur ad carceratum, vel condemnatum.*

18 *Contumax non gaudet penſione, ſalario, aut trattenimentis, ſecundum diſpoſitionem literarum Suæ Majeſtatis, quod etiam procedit de jure communi.*

Fallit ſi ſponte compareat, & fuit condemnatus, tunc enim gaudet penſione, ſalario, & trattenimentis, num. 19.

20 *Similitudo non fit in pœnalibus, tanquam odioſis.*

21 *Bannitus, ſive contumax non æquiparatur relegato, ſed deportato.*

Contrarium, n. 25.

Diſtingue, ut n. 28.

22 *Deportati, qui Civitatem amittunt, habentur pro mortuis, & filios in poteſtate non habent.*

23 *Deportatus in inſulam deſinit eſſe in patris poteſtate.*

24 *Relegati in inſulam ad tempus liberos in poteſtate habent.*

25 *Banniti, qui Civitatem amittunt, æquiparantur deportatis, non autem relegatis.*

26 *Ordo Suæ Majeſtatis, qui loquitur de contumacibus, non adaptatur ad relegatos ad tempus in inſulam.*

27 *Relegatus retinet bona.*

28 *Banniti noſtri temporis ſi cum Civitate eorum bona publicentur de jure, vel de conſuetudine, æquiparantur deportatis, ſi ſecus, relegatis.*

29 *Relegatus ad tempus, relegatione pendente, fruitur ſuis ſtipendiis.*

30 *Præſtationes annuæ ſi dentur ex cauſa ſervitiorum, non amittuntur per carcerationem, aut condemnationem, vel alia ſimilia impedimenta.*

Fallit in ſtipendiariis, qui actu ſerviunt, n. 31.

32 *Miles inquiſitus ſi abſolvatur, recuperat ſtipendium.*

33 *Emerita quibus perſonis dentur, & numero 4. 35. & 36.*

37 *Sententia eſt ſtricti juris, & non poteſt extendi per ſubauditum intellectum.*

38 *Delinquens in officio quando adminiſtratione, & officio privetur.*

39 *Marchio Vaſti, & Piſcariæ habuit in remunerationem ſervitiorum præſtitorum officium Magni Camerarii, ac penſionem annuarum ducatorum quatuor mille.*

40 *Deciſio cauſæ.*

Pro Ill. Marchione Piſcariæ hujus Regni Magno Camerario, cum Regio Fiſco.

CONSULTATIO XXXVI.

SOlutionem ſalarii officii Magni Camerarii, ac penſionem annuorum ducatorum quatuor mille

le debitorum per Regiam Curiam Illuſtr. Marchioni Piſcariæ, nullo modo poſſe eidem denegari occaſione prætenſi delicti, & condemnationis inde ſequutæ in Caſtrum per triennium, & deinde ex Regis noſtri benignitate commutatæ in Inſulam Ænariæ, cujus idem Marchio eſt perpetuus Gubernator, ex infra ſcriptis breviter fundabimus.

1 Si enim * attendimus juris communis diſpoſitionem magna conſtituitur differentia inter ſtipendia, quæ militibus dantur actu ſervientibus, & ea, quæ in remunerationem ſervitiorum conceduntur mili-
2 tibus * veteranis, quæ propriè emerita dicuntur, ex eo, quod dantur in præmium laboris, ut per *gloſ. in l. 3. §. qui militia, in verbo emerito, ff. de re militar. & in l. non omnes, §. fin. in add. margin. eodem tit.* quam diſtinctionem facit *Arius Menander de re militari*, quem refert, & ſequitur Claud. Coter. *de jure, & privil. militar. cap. 34.*

3 Hi autem emeriti duplici modo * conſiderantur, nam aliqui ſunt, qui abſque ulla obligatione amplius militiæ ſerviendi mercedem habent, Provinciis enim devictis, Agra, Civitates, vel Oppida in præmium laboris eis aſſignantur, & de iſtis loquitur text. *in l. Lucius, ff. de evict.* ſicut in hoc Regno nonnullæ familiæ conſequutæ fuerunt nedum Civitates, & Oppida, verum etiam Titulum Comitis, Marchionis, & ſimilia, ut per Surgen. de Neap. Illuſtr. *cap. 23. num. 13.* & in hoc anno 1642. Rex noſter inuictiſſimus ob egregia geſta in bellis elargitus fuit Illuſtr. Carolo Caraccioli Marchioni Torrecuſii Civitatem Campanææ cum Titulo, & honore Principatus, ac etiam Cohortem militum æqueſtrium de illis, qui in Regno ordinariè pro ipſius tuitione reſident.

4 Et eodem modo etiam * dantur iſtæ annuæ penſiones, quæ dari ſolent militibus veteranis, qui per viginti annos militaverunt, & iſti etiam gaudent
5 militaribus privilegiis, † *l. 1. Codic. de excuſ. veter. libro 12. gloſ. in l. ſecunda §. ignominia, Digeſtis de his, qui not. infam.*

6 Aliud verò emeritum,* dari ſolitum eſt militibus, qui cùm honorificè ſe in bellis geſſerint, non in totum ſunt ſacramento militiæ dimiſſi, ſed aliquid eis interim annuum aſſignatur, donec melius eis provi-
7 deatur, * & illi vocantur Retenti, ſive *Intertenùt*, de quibus plenè per Regium Conſiliarium Parignum *in ſuo tractatu de judice, & privilegiis militum*, inſerto per *Regentem Rovitum in pragmatica 15. de militibus, n. 27. & Caſtill. dec. Sicil. 105. n. 26. & 33.*

8 Stipendiarii, * qui actu ſervitia debent, ſi eorum culpa non ſerviunt, ſtipendium amittunt, & de iſtis loquitur *text. in l. 1. C. de re milit. Jo. de Lignan.*
9 *Mediol. de Bello, c. 59.* † & quandiu apud hoſtes ſua culpa permanſerint, ſtipendium eis non debetur, licèt ſecus ſit, quando non ſua culpa, *l. penult. ff. eod. tit.* & ita conciliat *Petrus Bellinus de re milit. tit.*
10 *3. n. 11.* * de emeritis verò non reperitur cautum, ut emerita quæ in præmium laborum habuerunt, ſic faciliter amittant, cùm verè non dicatur merces gratuita, ſed onerosa in præmium laboris, ut ſupra diximus.

11 Si verò attendamus conſuetudines † feudales, vaſſallus, qui à ſuo Domino beneficium, ſive feudum habuit, illud non amittit, niſi in caſibus enumeratis per *Obertum de Orto in tit. in quibus caſibus feudum amittatur, cum ſequentibus*, ut per *Andream, Prepoſ. & alios ibid.* inter quæ non enumeratur car-
12 cer, * vel relegatio, quamvis enim deportati ad vi-
13 tam * pro mortuis habeantur, & omnia ea, quæ ſunt juris communis amittant, attamen † ſecus eſt
14 in relegatis ad tempus, quia omnia retinent, *leg. relegati, & l. relegatorum, §. hac eſt differentia, ff. de interd. & relegat.* eſt text. *in §. cum autem, & ibi gl. inſtit. quib. mod. jus patr. poteſt. ſolv.*

Eſt tamen verum, quòd * vaſſallus, qui ter vocatus à Domino ſuo non comparuit, efficitur contu- 15
max, & perdit feudi poſſeſſionem, quam tamen infra annum comparens recuperat, *c. 1. de milit. vaſſall. qui contumax eſt, Afflict. dec. 265. n. 93.*

De jure verò *Conſtitutionis Regni* * per contuma- 16
ciam amittit vaſſallus feudi judicaturam, ex *Conſtit. Regni Clementia Imperialis*, ubi *Andreas de Iſern. & Cap. Regis Caroli*, incipiente *Subditorum noſtrorum, in fi.* & Prorex deſtinat Capitaneum pro juriſdictione adminiſtranda, Frecc. *in 29. auth. ſub n. 11. l. 2. de ſubfeud.* Capyc. *dec. 131. n. 7. 8. & 9.* Petrus de Greg. *de conceſſ. feud. part. 4. q. 7. n. 56.* Lipar. *in c. 1. de milit. vaſſal. qui contum. eſt, n. 2. in verbo poſſeſſionem*, ubi habetur, quod fructus non ſequeſtrantur anno durante, ſed eo comparente, vel quandocunque exiſtente carcerato tollitur ſuſpenſio juriſdictionis, & poteſt Capitaneum pro adminiſtratione juſtitiæ creare, latè per Joannem Franciſcum de Ponte *de poteſt. proreg. tit. de proviſ. fieri ſolit. §. 1.*

Et ſic pœna ſuſpenſionis * exercitii juriſdictionis 17
tantum fuit ſtatuta contumaci, durante tamen contumacia, & non ultra, non poteſt ergo extendi ad carceratum, vel condemnatum, & propterea nullius momenti redditur oppoſitio Regii Fiſci ex *Capitulo literarum ſua Majeſtatis de ann.* 1590. inſerto in Relatione facta per Regium Portionis Scribam, & facta ordinatione Regiæ Cameræ, per quod *Capitulum* dubitavit Officium Scribæ Portionis liberare prædicto Ill. Marchioni ſalarium, cùm clariſſi- 18
mè † liqueat, literas ſuæ Majeſtatis loqui in contumace, ut ab eo die, quo fuerit contumax declaratus, non gaudeat *de ninguna penſion, ſalario, ni entretenimiento, que de mi tenga*, & hoc urtonta etiam juris communis * diſpoſitione, ut colligitur ex præ- 19
cedentibus verbis, & propterea non poteſt extendi ad eum, qui ſponte ſe præſentavit in carcerem, & fuit † condemnatus; In pœnalibus enim tanquam 20
odioſis non fit ſimilitudo, Andr. *in c. 2. §. ſed non eſt alia juſtior, quibus modis feud. amitt. Paris de reintegr. feud. c. 11.* incipiente, *an ſi quis teneat, fol. mihi 8. n. 8.*

Bannitus * enim, ſive contumax non æquiparatur 21
relegato, ſed potius deportato, ita in terminis Iſern. *in d. c. 1. verſus finem, in verbo de bannitis autem, de milit. vaſſall. qui contumax eſt*, ubi tangit quæſtionem, an bannitus æquiparetur deportatis, vel relegatis, & remittit ſe ad *gloſ. in §. pari ratione, Inſtit. quibus modis jus patr. pot. ſolv.* quod §. incip. *cum autem*, * ubi habetur, quod deportati, quia Civitatem 22
amittunt, habentur pro mortuis, & propterea non habent filios * in poteſtate, ſicut is, qui in Inſulam 23
deportatus eſt, † deſinit eſſe in parentis poteſtate. 24
Relegati autem in Inſulam ad tempus, in poteſtate liberos habent, & liberi relegati in poteſtate * parentum remanent, ex quo clarè deducit 25
Andr. quod banniti, quia Civitatem amittunt, æquiparantur deportatis, non autem relegatis, ex quibus ſequitur, quod ordo ſuæ Majeſtatis † lo- 26
quens de contumacibus, * nullo modo poteſt ad- 27
aptari ad relegatos ad tempus in Inſulam, relegatus enim retinet bona, *l. 1. ff. de interd. & relegat.* hinc dicit *gl. in d. §. cum autem, in verb. retinent.* quod banniti * noſtri temporis, ſi tantum eſt maleficium, 28
ut etiam cum Civitate bona eorum publicentur, vel de jure, vel de conſuetudine, tunc comparabuntur deportatis, ſi verò ſecus, relegatis, hoc idem probaverunt Guid. Pap. *q. 423.* Joſaph. Lud. *dec. Peruſ. 11. n. 7.* latè Menoc. *de arbitr. l. 2. caſu* 330. * & in terminis quod relegatus ad tempus poſ- 29
ſit relegatione pendente frui ſuis ſtipendiis, fuiſſe deciſum in Senatu Pariſienſi refert *Pap. l. 24. tit. 15. arreſ. fi.*

Et demum hoc ſervari * in Regia Camera, ut per 30
carcerationem, aut condemnationem, vel alia ſimi-

lis

31 lia impedimenta hæ annuæ præſtaiionea,* vel trat-
tenimenta, ut vocant, non amittantur, tanquam
collata propter ſervitia, & propterea tranſeunt in
vim contractus, ſecus verò in ſtipendiariia, qui
32 actu ſerviunt, * quia ſalatium amittunt, & ſi miles
inquiſitus abſolvatur, illud recuperat, teſtatur
Antius Surgens, qui fuit Præſidens Regiæ Cameræ
Summariæ *in annotationibus ad Marcum Ant. Surgen-
tem ejus fratrem de Neap. Illuſtr. c. 22. p. 371.* qui ſcri-
pſit in anno 1597. & ſic poſt prædictaa literas ſuæ
Majeſtatis, cujus *Capitulum* eſt inſertum in Rela-
tione facta per Regium Portionis Scribam, quod
fuit ſcriptum in anno 1590. & quia caſum noſtrum
particulariter tangit, ejus dicta tranſcribere non pi-
33 gebit, * facta enim prius diſtinctione emeritorum,
qui abſque ulla obligatione militiæ penſionibus gau-
dent, ac illorum, qui Retenti, ſive *Intertenitis* vo-
cantur ac ſtipendiariorum, qui actu ſerviunt, dicit
hæc verba, videlicèt.

† *Mitius autem cum iis agitur, quippè quibus mora-*
34 *toria illa merces perſolvitur, utcunque impediti fuerint,*
etiamſi carcere, aut condemnatione; eo enim, quòd ipſis
35 *ea elargitur impenſa,* * *ob ſervitia jam tranſivit in vim con-*
tractus; quod ſecus eſt in ſtipendio, quod in hujuſmodi
eventibus amittitur, ſi tamen miles abſolvatur, id recupe-
rat, facit text. in l. qui excubias, & l. pen. ff. de re mi-
36 *lit.* * & ſic per carcerationem, vel condemnationem
ſtipendium in præmium ſervitiorum collatum non
amittitur.

Quibus adſtipulatur, quod Ill. Marchio non
fuit per ſententiam condemnatus ad privationem ſa-
37 larii, † aut penſionis, ſed tantum relegatus per trien-
nium, cùmque ſententia ſit ſtricti juris, non poteſt
extendi per ſubauditum intellectum, *l. 2. & n. C.*
ſi plures una ſententia qua ratione & ſi delinquens
38 in officio, ejus adminiſtratione privetur,* *l. 1. C. de*
ſuſcept. & arcar. lib. 10. attamen quando in ſenten-
tia officio non privatur, quamvis pro delicto ad
pœnam fuerit condemnatus, ſi nihil dicitur in
ſententia de privatione officii, illud non amitiit,
prout judicatum fuit in Capitaneo unius Cohor-
tis militum, qui in officio deliquit, qui quamvis
fuerit condemnatus in exilium pro delicto in officio
commiſſo, non tamen fuit condemnatus ad priva-
tionem illius per Sacrum Conſilium, & dictum fuit,
quod officium non amittat, quia ſententia tantum
cantat; quantum ſonat, ut per *Regen. Rovitum*, qui
teſtatur ſe patrocinante obtinuiſſe *in pragm. 3. n. 20.*
cum ſeq. de Militibus.

39 Et ſic ſi prædicta † procedunt reſpectu omnium,
tanto magis debet procedere in perſonam Ill. Mar-
chionis Vaſti, & Piſcariæ, qui prædicta in remune-
rationem habuit tot, tantorumque ſervitiorum Re-
giæ Coronæ præſtitorum, quæ numerari non poſ-
ſunt, ſed vivit, & in æternum vivet memoria in-
ſignium ſervitiorum Marchionum Vaſti, & Piſcariæ,
quæ clamabunt apud Eminentiſſimos Judices pro
victoria obtinenda.

Facta de prædictis * *relatione per Regiam Cameram*
40 *in Regio Collaterali Conſilio, exiſtente hujus cauſa*
Commiſſario quondam morigerato viro Pompeo Batta-
glino, ipſius Regiæ Cameræ Præſidente die 17. Julii
1626. fuit judicatum juxta prædicta, & hanc deci-
ſionem refert etiam Joan. Baptiſta de Thoro in com-
pendio deciſio. 2. parte in verbo ſalarium ex cauſa
officii, ubi etiam hanc conſultationem poſuit.

OBSERVATIO IN CONSULT. XXXVI.

ARGUMENTUM.

Solutio ſalarii officii, ſtipendiorum, ac penſionis annuæ, an, & quando denegari poſſit ſtipendiario emerito, aut *intertenito*. *Reg. Latro in hac Conſult.* 36. diſtinctè, & magiſtraliter edisſerit in terminis juris communis, Conſuetudinum Feudalium, & Juris Regni ad germanum intellectum Literarum S. C. M. ann. 1590. Refertur Praxis Reg. Cameræ. Enumerantur corollarii caſus militia carcerati, infirmi, deſertoris, & capti ab hoſtibus, an quoque his caſibus ſit præſtandum ſalarium. Laudatur *Conſil. Rocco in tractat. de officiis*; Et num Officiali, qui abſque ſua culpa, & contumacia poſſeſſionem officii non fuit adeptus, debeatur ſalarium. Adducitur *Noguerol.* qui laudat ex Regnicolis *Reg. de Ponte, & Præſ. de Franchis.*

SUMMARIUM.

1 *Solutio ſalarii an & quando denegetur ſtipendiario emerito, aut intertenito.*
2 *Intellectus Literarum S. C. M. ann. 1590. in præſenti materia ſtipendiaria.*
3 *Praxis Reg. Cam. in annuis præſtationibus ſtipendiariis.*
4 *Miles infirmus an amittat ſtipendium pro tempore infirmitatis.*
5 *Et quid in milite carcerato?*
6 *Miles deſertor perdit ſtipendium; & quid ſi fuerit reſtitutus.*
7 *Diſtinctio* Cònſ. Rocco *inter reſtitutum ex gratia, & ex juſtitia.*
8 *Militi capto ab hoſtibus an debeatur ſtipendium.*
9 *Officialis impeditus aliundè, quàm ex ſua culpa & contumacia acquirere poſſeſſionem officii, an increttur ſtipendium.*

STipendiaria materia, de qua *Reg. Latro in hac* 1
Conſult. 36. animum in laboribus obfirmat. Quæ-
ritur, an, & quando ſolutio ſalarii officii, ſtipen-
diorum, ac penſionis annuæ denegari poſſit ſtipen-
diario emerito, aut *intertenito* occaſione delicti con-
tumaciæ, & condemnationis indè ſequutæ ad car-
cerem in tempus, vel in exilium,

Reg. Latro * diſtinctè diſcurrit, tàm in terminis 2
juris communis, & conſuetudinum feudalium,
quam Regni; Et *n. 17. & ſeq.* concludit Literas
S. C. M. anni 1590. loqui tantùm in contumace,
ut ab eo die, quo fuerit contumax declaratus, non
gaudeat, *de ninguna penſion, ſalario, ni entreteni-*
miento, que de mi tenga; Nec dictas literas poſſe ex-
tendi ad eum, qui ſpontè ſe præſentavit in carce-
rem, & fuit condemnatus.

Subdit * *R. Latro n. 30. & ſeqq.* praxim Reg. 3
Cam. ut per carcerationem, aut condemnationem,
vel alia ſimilia impedimenta hæ annuæ præſtatio-
nes vel trattenimenta non amittantur, tanquam
collata propter ſervitia, & propterea tranſeant in
vim contractus; ſecùs verò in ſtipendiariis, qui actu
ſerviunt; quia ſalarium amittunt, & ſi miles in-
quiſitus abſolvatur, illud recuperat ex *Surgen-*
te in annot. ad fratrem de Neap. illuſtrat. c. 22. pag.
371.

Ingenioſè * *Conſ. D. Roccus de officiis, rubric.* 10. 4
de militum ſtipendiis alios ſubnectit caſus; Quorum
præcipui ſunt ſequentes. Primò in milite infirmo,
cui

Digitized by Google

tui ſtipendia retardari non poſſunt pro tempore, quo duraverit infirmitas, *cap. 1. de Clerico agrotante*. Reg. Conſtant *in l. 1. C. de re milit. nu. 24.* niſi tamen infirmitas eſſet diuturna.

5 * Item ſtipendia debentur militi carcerato pro tempore, quo carceratus permanſit, dummodò à crimine, pro quo detinebatur, fuerit abſolutus, Rocc *nu. 15.* Et quod ſi pœnam reportaverit, vel fuerit dictum carcerem cedere in pœnam, ſtipendia non conſequetur, *l. qui commeatus, ff. de re militar. Reg. de Marin. cap. 310. nu. 3. tom. 1.*

6 Pariter * denegandum eſt ſtipendium militi deſertori pro tempore, quo militiam deſeruit, quamvis deindè fuerit reſtitutus, *l. 5. §. cum allegatis, C. de re militar. lib. 12. Taſſon. de anteſat. verſ. 3. obſ. 3 n. 37. Perez ad lib. 12. Codic. tit. 36. nu. 27. Conſ. Rocc. nu. 15.*

7 Modificat *n. 16.* hoc procedere, ſi deſertor * reſtitutus fuerit ex gratia; ſecus ſi ex juſtitia, *l. penult. ff. de re militar. l. qui excubias, ff. eod. Cujac. in l. 1. C. de re militar. lib. 12. R. Conſtant. ibid. num. 18.*

8 Et quid in milite * capto ab hoſtibus, an illi debeatur ſtipendium pro tempore, quo apud hoſtes fuit, fusè tractat *Roccus loc. cit. à n. 17.*

9 Cæterum Officialis, † qui officii poſſeſſionem non fuit adeptus, non ex ſua culpa, aut contumacia, ſed aliunde, pro Officiali haberi debet, & ſtipendium lucrari, *Nogaerol alleg. 33. n. 63. & 64.* ex *Reg de Ponte dec. 25 num. 16 & ſeqq. Fraſ. de Franch. dec. 419. n. 3 & dec. 451. Reynoſ. obſ. 27. Maſtrill. de magiſtrat. lib. 1. c. 21. num. 90.* Alia dicam in *Obſerv. 62.*

A R G U M E N T U M.

Oblatio verbalis, vel realis quando ſit neceſſaria, ad finem ut mora non contrahatur, & an, & quando per non adimplementum ex parte unius ex contrahentibus non debeatur intereſſe. & quid in dote promiſſa, quamvis maritus onera matrimonii ſuſtinuiſſet, ſi tamen per eum ſtetit, ut cautelæ in capitulis matrimonialium promiſſæ non ſtipularentur, & multa ad intellectum *cap. ſalubriter, extra de uſuris.*

S U M M A R I U M.

1 *Uſuræ dotis non ſoluta debentur viro etiam abſque interpellatione.*
2 *Verbalis oblatio non ſufficit, ut quis in mora non conſtituatur.*
3 *Verba non ſufficiunt, ubi facto opus eſt.*
4 *Pecuniam eſſe ſolutioni paratam, ex qualitate perſonarum probatur.*
5 *Debitor à mora excuſatur ob implementum non factum ex parte creditoris, & n. 21.*
6 *Amplia, etiam interveniente interpellatione.*
7 *Item Amplia, etiam ſi dubium eſſet, an creditor ex parte ſua adimpleverit.*
8 *Exceptio adimplementi non ſervati ad impediendum curſum uſurarum, ipſo jure intelligitur oppoſita.*
9 *Dies non interpellat pro homine, ubi aliquid erit adimplendum.*
10 *Mora non committitur, ubi aliqua excuſationis cauſa intervenit.*
11 *Verbalis oblatio ſufficit ad evitandum curſum uſurarum, & n. 16, & 37.*
12 *Intellige, ſi fieret infra terminum.*
13 *Amplia, quamvis pecunia non oſtendatur.*
14 *Item amplia, quamvis ſit extrajudicialis abſque obſignatione*
Limita, ubi uſura debentur ex conventione, n. 20.
15 *Verbalis oblatio judicialis ſufficit ad liberandum, & n. 17. maximè quando tractatur de damno vitando vel pœna, num. 18.*
19 *Solutio ad evitandum curſum uſurarum habetur pro facta, quoties per creditorem ſtat, ne fiat.*
22 *Moroſus adverſarii moram allegare non poteſt.*
23 *Mora debitoris cum culpa creditoris compenſatur.*
24 *In pari mora melior eſt conditio debitoris.*
25 *Pendente dilatione ad ſolvendum ceſſat mora.*
26 *Culpa imputari non poteſt ei, qui non fecit id, quod factum non erat proficuum.*
27 *Amplia, quamvis eſſet ſub dubio.*
28 *Oblatio non eſt neceſſaria, quando certum eſt quod adverſarius ſit recuſaturus.*
29 Text. in cap. ſalubriter, extra de uſur. *explicatur.*
30 Facio, ut des, *eſt contractus correſpectivus.*
31 *Intereſſe dotis dicitur recompenſativum, & damni reſtaurativum.*
32 *Fructus dotis à patre promiſſæ ſine præfinitione temporis, debentur viro, ſecus in extraneo dotem promittente, qui niſi interpelletur, non tenetur, niſi elapſo biennio.*
33 *Limita ubi maritus nondum adimpleverit circa cautelam facere promiſſam.*
34 *Venditori debetur intereſſe pretii, dummodo emptori ſcripturas conſignari promiſſas dederit.*
35 *Verbalis oblatio parte recuſante habetur ac ſi eſſet realis.*
36 *Realis, & non verbalis oblatio requiritur, ad finem fructus acquirendi.*
38 *Dos pro ſoluta habetur, quando per maritum ſtat, quominus ſolvatur.*
39 *Maritus ad hoc ut fructus dotis lucretur quæ requirantur, & ad hoc natatur.*
40 *Maritus fructus dotis ſuos facit ob onera matrimonii.*
41 *Maritus ſoluto matrimonio tenetur fructus dotis reſtituere.*
42 *Mulier antequam dotem viro tradat, domina eſt rerum dotalium.*
43 *Mulier offerendo dotem viro, ad intereſſe non tenetur.*
44 *Maritus intereſſe dotis petere non poteſt, ſi renunciationes in capitulis promiſſas non adimpleverit.*
45 *Exceptio non adimplementi habet locum, etiamſi non interſit eorum, quibus verſa vice aliquid fuerit promiſſum.*
46 *Exceptio non adimplementi eſt fundata in violatione fidei, & habet locum, etiamſi in minimo non fuerit adimpletum n. 47.*
48 *Exceptio non adimplementi habet locum, etiam ubi quis diceret, ſe eſſe paratum adimplere ex parte ſua*

Pro eodem, cum Illuſtriſſimo Abellinarum Principe

C O N S U L T A T I O XXXVII.

PEtiit Illuſtriſſim. Abellinarum Princeps condemnati Illuſtr. Marchionem Piſcariæ ad dotem promiſſam pro Ill. D. Iſabella de Avalos ejus filia una cum intereſſe à die retardatæ ſolutionis, excipit autem Ill. Marchio, ad prædicta non teneri, quia non adimplevit actor ex parte ſua, ut ſtipularetur Albaranum, ubi nonnulla declarantur ad beneficium Ill. Marchionis circa prædictam dotem, & alia etiam promittuntur, nec dicta Ill. D. Iſabella, ſicut Ill. Princeps promiſit, prædictæ doti in Albarano contentæ acquievit ipſum Marchionem, patrem cautelando, immo pluries requiſitus etiam in judicio, ut ex parte ſua adimpleret, offerendo, ſtatim ſolvere quantitates maturatas, & maturandas juxta formam Albarani, adimplere nequivit.

E converſo petiit Ill. Marchio, nedum ad prædicta non teneri, ſed condemnari debere Illuſtr. Principem ad damnum per ipſum paſſum, ob mutationem monetæ, quam tenebat ſolvere

paratam ſequuto adimplemento prædicto, datoque termino tam in cauſa conventionia, quàm reconventionis, compilatoque proceſſu prætendit Ill. Princeps, ſibi deberi nedum dotem, ſed
1 etiam intereſſe, eſt enim ſpeciale io dote, ut marito qui matrimonij onera ſuſtinuit debeatur intereſſe quantitatis promiſſæ, etiam abſque interpellatione, *cap. ſalubriter, extra de uſuris, D. in l. in Inſulam, §. aſuras ff. ſol. mat. & in l. de divisione, ubi Barboſ. eod. tit.* plenè per Surd. *in tract. de alim. tit. 1. qu.* 42. ubi omnes ferè limitationes, & amplationes affert.

Neque de oblatione facta per Ill. Marchionem
2 aliqua eſt habenda ratio, † quia verbalia noo ſufficit, ſed deber realiter debitor offerre, & pecuniam deponere, Bart. *in l. Prætor ait, §. ſi quis paratus, ff. de nov. oper. nunc.* Alex. *in l. ſi mora, in princ. ubi etiam* plenè Barb. *ff. ſolut. mat.* Grat. *diſcept. forenſ.* 246. *n.* 28. *lib.* a. ex vulgata regula, † quod ubi opua eſt facto, verba non ſufficiunt, Neguſant. *de pignor. p. 5. membr. 5. a.*
3 16. & quotieſcunque Doctorea de oblatione tractant, non intelligunt de oblatione verbali, ſed reali, & præſentia pecuniæ, *l. ſi rem alienam, §. fi. ff. de pignor. act.* Ant. Faber. *in rationalibus in l. ſed & res judicata, §. ſi lis fuerit, ff. de publ. in rem act. tom.* 2.

Quibus tamen non obſtantibua contrarium ſpero judicandum in hac cauſa, ſiquidem in facto fuit fundatum, Ill. Marchionem nedum extrajudicialiter, ſed etiam in judicio requiſiviſſe Illuſtr. Principem ad adimplendum ex parte ſua, offerendo ſe paratum ſolvere, & adimplere ea, ad quæ tenebatur, neque dubitari poteſt, habuiſſe pecuniam ſolutioni paratam, cùm ſatis plenè in facto fuerit probatum, maximum damnum ei
4 eveniſſe ob mutationem, * & reprobationem monetæ, quam ad hunc finem paratam habebat, & ex qualitate perſonæ arguitur, pecuniam ſemper fuiſſe ſolutioni paratam, latè Maſcard. *de probat. concl.* 1198.

Verùm Illoſtr. Princeps actor, etiam requiſitus ex parte ſua non curavit promiſſa in Albarano adimplere, & ideò non tenebatur Ill. Marchio
5 ſolvere, quæ cùm ſit exceptio adimplementi non facti ex parte actoris, excuſat debitorem à mora, Menoch. *conſ.* 132. *n.* 5. Aldovinua *conſ.* 14. *n.* 66. ex *text. in l. Julian. §. offerri, ff. de act. empt. l. cum proponas,*
6 *in 2. ff. de pact.* * neque per interpellationem conſtituitur in mora, Ceph. *conſ.* 407. *n.* 8. Grat. *diſcept. forenſ. c.* 273. *n.* 19. Joſeph. Lud. *concl.* 14. *col.* 28. *in fi.* la-
7 tiſſimè Graſſ. *de except. except.* 13. *n.* 37. qui alios allegat, & *n.* 4. hoc ampliat, etiamſi eſſet dubium, ſi actor ex parte ſua adimpleviſſet, nam ſtante dubio, neque debitor in mora conſtituitur, Corn. *conſil.*
8 345. *vol.* 1. Mandell. *conſ.* 591. *n.* 6. *l.* 3. & hæc exceptio adimplementi non ſequuti ad evitandum curſum uſurarum, vel pœnam debitoria non ſolventis dicitur oppoſita ipſo jure, etiam abſque aliqua partia oppoſitione, nam Judex ex officio tenetur illum adimpleri facere, ut per eundem Graſſum *in d. except.* 13. *n.* 52. quod quidem procedit, etiam ſi eſſet
9 appoſita dies, in qua debitor debet ſolvere, quamvis enim dies interpellet pro homine, tamen fallit, quando aliquid eſt adimplendum ex parte actoria, Ruin. *conſ.* 156. *n.* 14. *l.* 5. Gabr. *comm. opin. eit.*
10 *de ſolut. concl.* 9. *n.* 40. quotieſcunque enim debitor habet aliquam excuſationia cauſam, mora non committitur, Fab. de Ann. *conſ.* 95. *n.* 24. & eſt generale, ut qui aliquam habet exceptionem, non poſſit dici in mora, *l. lecta, verſ. ſed cum ſortis, ff. ſi cert. pet. cap. non eſt in mora, de reg. jur. in* 6. cum aliia ad materiam congeſtis per Lud. *d. concl.* 14. *verſ. ampliatur* 5. & per Aldov. *d. conſ.* 19. *n* 68. *cum ſeq.*

In caſu autem noſtro nedum Ill. Princepa non adimplevit ut ſtipularetur Albaranum, juxta per eum promiſſa, verum interpellatus etiam in judicio non adimplere curavit, immo procuravit ab Excell. Prorege, ut copia Albarani minimè conſignaretur, & Illuſtr. Marchio ſe paratum ſolvere obtulit, facto prius per ipſum adimplemento.

Quibua ſtantibus contraria diluuntur, & primò non obſtat, quod ſola oblatio verbalis non ſufficiat, ſed requiratur realis, ſiquidem hoc verum eſt, ut debitum extinguatur, † ſed ad evitan- 11
dum curſum uſurarum ſolum oblatio verbalia ſufficit, ut per DD. *in l. acceptam, & in l. ſi pro te, C. de uſur. & in l. Celſus ff. de arbitr.* Aretin. *conſ.* 63. Jaſ. *in l.* 2. *n* 182. *C. de jur. emphyt.* Socin. jun. *conſ.* 63. *n.* 19. *vol.* 12
2. Piſtorius *obſervat.* 225. *n.* 1. qui *n.* 4. * hoc indubitanter tenet, quando oblatio fuit facta intra terminum, prius quàm mora ſit contracta Laaat. Phenur. *in tract. de moment. tempor. cap.* 10. *n.* 28. quod procedit, * etiamſi pecunia non oſtendatur, quia 13
tunc ſola oblatio curſum uſurarum impedit, Natt. *conſil.* 631. *lib.* 3. *verſ. limita, niſi creditor dicat,* Honded. *conſ.* 36. *n.* 10. *lib.* 2. Alex. *conſ.* 92. *n.* 9. *lib* 1. Franch. *dec.* 227. *n.* 4. Grat. *diſcept. forenſ. cap.* 241. *numero quadrageſimo,* Menoch. *de arbitr. caſu* 232. *numero ſecundo,* qui *numero primo,* hoc procedere dixit, ex *text. in l. illud, ff. de pericul. & commod. rei vend. & l. ſi ſervam, §. fi. ff. de verb. oblig.* etiam in extrajudiciali oblatione, * abſque depoſito.

Quando autem eſt facta in judicio, tunc ſo- 14
lam oblationem ſufficere, etiam ad liberatio- 15
nem debitoris dixerunt Surd. *conſil.* 385. *num.* 34. *lib.* 3. & 323. *numero* 7. Grat. *diſcept. forenſ. cap.* 8. *lib.* 1. Arumæ. *de mora, cap.* 7. *n.* 7. Donellus *enucleatus lib.* 16
16. *c.* 13. quod tantò magis procedit, quando non tractatur de liberando debitore, ſed ad evitandum curſum uſurarum, Surd. *conſ.* 331. *num.* 40. Rot. 17
Gen. *dec.* 24. *num.* 12. Et quod oblatio facta in judicio operetur idem, quod conſignatio extra judicium, Bart. *in l. ſi rem, §. ſi ante, ff. de pign. act.* & quod operetur idem, quod realis oblatio, & depoſitum, Menoch. *conſ.* 644. *n.* 24. maximè, quando tractatur de damno vitando, vel pœna Benintend. *dec.* 18
77. *n.* 7. Gerard. *ſing.* 92. Joſeph. Lupov. *dec.* 105.

Tertiò, ſolutio pro facta habetur, quoties per creditorem ſtat, ne fiat, ſaltem ut vitentur uſuræ, 19
Faber *de error. pragm. decad.* 22. *error.* 5. *n.* 3. qui *n.* 5. *in fi.* dicit, *quod Judex propitiis auribus audire debet creditorem, qui poſt recuſatam ſine cauſa ſolutionem, quam debitor congruo loco, & tempore obtulerat, imputare velit debitori, cur eam pecuniam non obſignaverit, immò imputet ſibi prius, cur oblatam non acceperit,* & tandem *n.* 9. optimè diſtinguit, quando ad evitandum curſum uſurarum oblatio verbalis, vel realis ſufficiat, quod tamen limitatur, * quando uſuræ debentur 20
ex conventione, quia tunc ſola oblatio verbalia non ſufficit, ſed realis requiritur, *l. debitor, ff. de uſur.* ſed ſi ex mora debentur, ſola oblatio citra obſignationem curſum uſurarum impedit, *l. qui decem ff. de ſolut.*

Quartò, quando unus ex contrahentibus debet aliquid adimplere, non dicitur eſſe in mora alter, ſi ex parte ſua non obſervat, Mohed. *deciſione* 218. 21
Rot. Gen. *deciſione* 74. & 144. *n.* 12. non enim poteſt moroſus moram adverſarij allegare, Alexand. Raud. *de analog. cap.* 21. *n.* 75. mora enim debitoris 22
cum culpa creditoria compenſatur, *Affl. dec.* 150. *num.* 24. * & una mora aliam extinguit, Rot. Ge- 23
nuenſ. *d. dec.* 144. *n.* 13. & in pari mora melior eſt 24
conditio debitoris, Rot. Genuenſ. *deciſ.* 118. & ex illa promiſſione facta per Principem, ut ſtipularetur Albaranum videtur data quædam dilatio ad ſolvendum dotem, quouſque fuerit facta ſtipulatio, qua dilatione pendente ceſſat mora, ut in ſimili dixi Ludoviſ. *dec.* 573. *n.* 6. cùmque in facto ſit pleniſſimè probatum, Illuſtriſſim. Principem

25 pem etiam reqoiſitum noloiſſe † ſtipulari Alba-
ranum, & in eo promiſſa adimplere, immo pro-
curavit, ut neque præſentaretur in S. C. & ſic
nullo modo fuit Illuſtr. Marchio io mora non
ſolvendi dotem, cùm ejus cautela præcedera
debebat, nec tenebatur pecuniam depoſitere, & in
hoc caſu ad evitandum curſum uſurarum ſola
oblatio verbalis, maximè facta in jodicio ſufficit
per ſupradicta.

Quod eo magis procedit in hac cauſa, certiſſi-
26 mum eſt enim, quod etiam ſi depoſitum fuiſſet
factum, Illuſtriſſimus Princepa Albaranum oon
erat ſtipulaturus, quod ſatis evidenter proba-
tur, quià neque illud præſentari poſſe io jodicio
per Illuſtrem Marchionem procoravit, & ita ob-
27 tinuit, licèt poſtea fuerit ordo revocatus, quo
caſu parum refert, qood non fuerit facta oblatio
realia, Surd. *conſ.* 371. *n.* 6. immo idem ſi erat ſob
28 dubio, & in incerto, Bald. *conſ.* 145. *columna* 4. *vo-
lumine* 3. Cravatt. *conſ.* 83. *num.* 6. Becc. *conſilio* 37.
n. 21. nec aliqua oblatio eſt neceſſaria, quoniam ad-
verſarius eſt recuſaturus, Paul. da Caſtr. & Alex. *in
29 l. qui Roma in princ. ff. de verb. ſignif.*

Ad ſecuodam verò oppoſitionem, quod fru-
ctus, ſive intereſſe debeantur, quia maritus ſu-
ſtinuit onera matrimonij, erit adverteodum,
quod nos non ſumus in mora regulari, ſed irre-
gulari, in quibus terminis loqoitur *text. in cap.
ſalubriter, extra de uſuris*, & Doctorea qui hanc
materiam tractant, in iſto enim caſu, quia mari-
tua adimplevit ex parte ſua, ſuſtinendo onera
matrimonij, debet promiſſor dotis adimplere ex
parte ſua, in ſolvendo intereſſe, ſive fructus dotia
ab eo die, quo maritus adimplevit in ſuſtinendo
onera matrimonij, eſt enim contractus correſpo-
30 ctivus, * *facio, ut des* Alexand. *conſil.* 31. *n.* 5. *lib.* 6.
31 & ideò dicitur intereſſe recompenſativum, † vel
damni reſtaurativum, Lupus *in l. curabit, C. de act.
empt.* *Surd. dec.* 211. *n.* 5. Giurba *in Conſuet. Meſſan. c.* 3.
gl. 5 *n.* 14. *&* 18. *Martius dec.* 24. *n* 3. *cum ſeqq.* quod
tamen procedit in patre promittente dotem,
32 quia extraneus non * incurrit moram irregula-
rem, neque tenetur ad intereſſe dotia, abſque in-
terpellatione, quoniam dies non eſt appoſita, niſi
poſt lapſum biennij, Gram. *dec.* 78. Magon. *dec. Flor.*
83. *n.* 2. maritua autem quamvia adimpleverit in
33 ſuſtinendo matrimonij onera, † oon tamen adim-
plevit in faciendo cautelas neceſſarias per eum
promiſſas, & tunc oullo modo poterit fructus
34 dotis, ſive intereſſe petere, prout in terminia con-
tractus venditoria, in quo debetor intereſſe pre-
tij, eſt regula text. *in d. l. curabit, C. de act. empt.* tamen
ſi promiſit conſignare emptori ſcripturas, & non
conſignavit, non tenetur emptori ad intereſſe
pretij, ut habetur per *Mutam in dec.* 55. *n.* 7. *&* 8. qui
allegat Aret. *in §. actionum, n.* 13. *Inſtit. de act.* & ſub-
dit, eo magia, quia ipſi venditores erant prius in-
terpellati, etiam per proteſtationes judicialiter
factas, & proinde judicandum erit, ac ſi emptor
effectualiter pecuniam depoſuiſſet, quia in dicto
caſu habetur, ac ſi venditor recuſaſſet pecuniam,
35 & per conſequens ſequitur regula, * quod parte
recuſante verbalis oblatio habetur, ac ſi eſſet rea-
lis, ut per DD. *in l. acceptam, C. de uſuris*, & per alioa
36 longa ſerie comulatos per eundem *Mutam*, *n.* 9. mul-
tum enim differt, * quoniam quis per oblationem vult
fructus acquirere, vel fructus retinere, tanquam non
conſtitutus in mora, ad hoc enim ut quis fructus
lucretur, ſemper requiritor realis oblatio, neque
ſufficit verbalis, Tiraq. *de utroque retr. §.* 4. *gl.* 6. *n.* 3.
37 Urſil. ad Afflict. *dec.* 205. *n.* 8. ſed in debitore ad evi-
tandum curſum uſurarum, quia tractatur de damno
vitando, & ſic de non ſolvendo fructus, vel intereſſe,
ſufficit verbalia oblatio, ut poſt Rod. Caball. Tepat.

& alios fundat idem *Muta loc. citato, n.* 10. *cum ſeq.*

Verùm, ut magis ſpecialiter ad intereſſe dotis
accedamus, & in marito, qui ſuſtinuit onera ma-
trimonij facit qood dixit Surd. *in d. tract. de alim.* 38
q. 42. *n.* 55. quod quoniam ſtat † per maritum, quo-
minus ſolvatur dos, habetur pro ſoluta, ut in *auth.
de non elig. 2. nuben. §. penult. ubi gl.* Bald. *conſ.* 131. *vol.*
1. cum aliia apud Rol. à Vall. *in tr. de lucr. dot. qu.* 7. *n.*
35. & Barb. *in l. de diviſione, n.* 5. *ff. ſolut. matrim.* dixit,
quod ad hoc ut maritua lucretur fructus dotis,
duo copulativè deſiderantur, † primò, quod res 39
dotalea poſt contractum matrimonium marito tra-
dantur, ut per Soc. *in d. l. de diviſione, n.* 10. alterum,
quod ſuſtineat onera matrimonij, & ſic mari-
tus, per quem ſtetit, non adimplendo ex parte ſua,
ut res dotalea ſibi tradantur, debet ſibi ipſi impu-
tare, nec petere poteſt intereſſe, ſive fructua dotia,
quamvis alterum requiſitum adimpleverit, ſu-
ſtinendo onera matrimonij, & licèt idem Barb.
in d. l. de diviſ. n. 9. dubitet de hoc requiſito tradendi
dotes in eo caſu, quoniam molier promittens dotem
fructus dotales recepit, tamen indiſtinctè hoc ad-
mittit, quoniam promittena nullos fructua recepit,
ut *n.* 10. & melioa *n.* 49. *in fi.* quod ſatis eſt probatum,
qoia Illuſtr. Marchio nedum pecuniam paratam
habuit, ex qua fructus non recepit, verum ob
mutationem monetæ maximum habuit damnum,
ut eſt plenè in facto probatum.

Hinc habemus quod per oblationem dotis
factam à muliere ſuo viro, non tenetur ad fructus,
quamvia vir onera matrimonij ſuſtinerat, quod
contrarium erit in viro, quod ſoluto matrimonio
tenebitur ad fructus perceptos, quamvia dotem
reſtituere obtulerit, ea ratione, quia maritus non
facit fructus dotalea * ſuos ratione dominij, ſed 40
ratione onerum matrimonij, quæ ſuſtinet, ut
habetur ex *l. dotis fructas, ff. de jur. dot.* cùm ergo ſo-
luto matrimonio ceſſent onera, * fructus perceptoa 41
non facit ſuoa, ſed taoquam perceptos ex re alie-
na Dom. reſtituet, *l. qui ſcit. in princ. ff. de uſur.* qood
ſecua eſt io moliere dotem promittente, quæ ante- 42
qoam illam tradat, domina eſt rerum dotalium, *l.* 1.
ff. de uſucap. pro dot. ſolum tenetur ad fructus ratio- 43
ne moræ, qua purgata per oblationem factam marito
ad intereſſe non tenetur, & merito tanquam fru-
ctoa ex re ſua perceptoa retinebit, ut optimè di-
ſtinguit, & probat Barb. videndus in *d. l. de diviſio-
ne, ſub n.* 63. *verſ. ſuccedit igitur ſecunda, & n.* 64. *ff.
ſolut. matr.*

Sed ne deficiat in puncto particularia doctrina
In marito, qui non adimplevit ex parte ſua in re-
nunciationibua faciendis, † & ſimilibus, quæ pro- 44
mittuntur à viris in capitulis matrimonialibua,
quod non poſſint interuſuria dotis petere, addu-
co Gratian. *diſcep. forenſ. c.* 143. *n.* 48. cujus punctualiſſi-
ma verba tanquam propria ad caſum referam.

*Adde quod neque etiam deberentur interuſuria dotis ſi
non fuit adimpletum ex parte ejus, qui illa petit, puta ſi* 45
*debebat renunciare aliis bonis propter dotem habitam qua
exceptio non adimplementi habet locum, etiam ſi non inter-
ſit eorum quibus verſa vice aliquid fuerit promiſſum, Rot.
per R. P. D. Orannm Urbevetana Caſtrorum* 22. *Junij*
1571. *& coram R. P. D. Penna Peruſina exequutionis* 3. 46
Decem. 1599. *qua exceptio non adimplementi eſt funda-
ta, non tantum in Intereſſe, quantum in violatione fidei.
Bart. in l. cum proponas, C. de pactis, quamvis in minimo
non facris adimpletum. Put. dec.* 340. *l.* 1. *non enim poteſt* 47
*juvari ex inſtrumento qui pro parte ſua non obſervavit,
prout concludit in ſpecie* Rot. per Card. Seraph. *Romana
Societatis duorum millium* 19. *Mart.* 1594. Hactenus
Gratian.

Quæ quidem exceptio adimplementi non ſe- 48
quuti militat etiam hodie, cùm huc uſque Illuſtr.
Princeps

Princeps non adimpleverit, nulla habita ratione, quod in hoc judicio ultimo loco per ipſum moto adimplere obtuliſſet, quatenus prætenderet, ſalſem ab illo die ſibi intereſſe deberi, non enim ſufficit dicere, ſe eſſe paratum adimplere ex parte ſua, & recipere dotes, oportuit enim, ut cum effectu adimpleret ut ſtipularetur Albaranum, prout fuit replicatum per Illuſtr. Marchionem.

Hæc cauſa non fuit deciſa, ſed tranſactione ſopita, quum Ego etiam uti Advocatus Illuſt. Principis in aliis cauſis, inſimul cum Illuſtr. Duce Cajani hujus regni vigilantiſſimo, & perſpicaciſſimo Secretario, ut inter hos ex Illuſtrioribus hujus Regni Magnatibus lites ceſſarent, procuravi.

OBSERVATIO IN CONSULT. XXXVII.

ARGUMENTUM.

Oblatio verbalis, vel realis, quando ſit neceſſaria ad effectum, ut mora non contrahatur. *Leotardus in tract. de uſur.* exornat præſentem *Conſult. 37. Reg. Latro.* Oblatio verbalis ut excuſet à mora, quæ copulativè requirantur. Oblatio ſola an ſufficiat, ut uſuræ pretii non debeantur ab emptore. Potentia oblationis, præſertim judicialis, in mora contrahenda, ſecùs in contracta juxtà diſtinctionem *Antonii Fabr. in Codic.* Refertur caſus noviter controverſus in S. C. Depoſitum factum in manus publici Mercatoris, præſertim in locis, in quibus non reperitur commoditas publicorum Bancorum, an ſufficiat. Oblatio ſola prodeſt debitori non habenti, cui legitimè ſolvat. Mora modici temporis non attendenda, præcipuè quando creditoris jus non ſit factum deterius; & debitor promptus ſit ſubire expenſas, & intereſſe, caſu quo fecerit depoſitum, vel oblationem: ſed cum aliquali mora, & non in prætenſo loco deſtinatæ ſolutionis. Maritus, qui ex parte ſua non adimplevit in renunciationibus faciendis, vel ſimilibus, an poſſit petere interuſurias dotalis: Author remittit ſe ad tradita in *cap. 443. Gratian.*

SUMMARIUM.

1 *Laudatur* Leotardus, *qui exornat hanc* Conſult. 37. Reg. Latro.
2 *Oblatio verbalis ut excuſet à mora tria copulativè requiruntur; & enumerantur requiſita.*
3 *Oblatio ſola non ſufficit, ut uſuræ pretii non debeantur; Et adducitur ratio.*
4 *Oblationis, præſertim judicialis potentia in mora contrahenda; ſecùs in contracta.*
5 *Refertur caſus noviter controverſus in Sacr. Conſil.*
6 *Simulationis præſumptio ceſſat, quando ex effectu conſtat de veritate actus.*
7 *Mercatoribus publicis, quando non adſit commoditas publicorum Bancorum, eadem præſtanda fides, ac publicis Bancis.*
8 *Oblatio ſola ſufficit debitori non habenti, cui legitimè ſolvat.*
9 *Actus faciendus aliquo die, qui reperiatur feſtivus, ſufficit, ut fiat die ſequenti non feſtivo.*
10 *Mora modici temporis non attendenda.*
11 *Debitor an debeat deferre pecuniam ad domum debitoris, vel potiùs ſufficiat, quod ſit paratus ſolvere in ſuo domicilio.*
12 *Cautela offerendi expenſas, & intereſſe, quando ſolutio ſit in alio loco, quàm deſtinata ſolutionis.*
13 *Maritus, qui ex parte ſua non adimplevit in renunciationibus faciendis, & ſimilibus, an petat interuſuria dotalia.* Reg. Latro *laudat* Gratian.

De oblatione verbali, vel reali, quando ſit neceſſaria ad effectum, ut mora non contrahatur, fusè *Reg. Latro in hac Conſult. 37.* ad cujus ornatum videndus eſt doctiſſimus, & numquam ſatis laudatus *Leotardus in ſuo tract. de uſur. q. 84. nu. 39. & ſeqq.* ubi agit de effectibus oblationis, ejuſque requiſitis. 1

Oblatio verbalis * ut excuſet à mora, tria copulativè requiruntur; Primò, quod ſit facta purè, & non conditionaliter; Secundò, quod creditor expreſsè eam recuſaverit; Tertiò, quod non habeat juſtam cauſam recuſandi, *Ferentil. ad Buratium dec. 517. n. 16.* 2

Oblatio * ſola non ſufficit, ut uſuræ pretii non debeantur; nam per nudam oblationem non deſinit emptor rem, & pretium habere, ſed requiritur, quod pretium obſignatum, & depoſitum ſit, *Leotard. de uſur. q. 27. n. 24.* ex *l. eviŝtis, §. 1. ff. de uſur.* ubi *Cujac., Bald., Caſtrenſ. Salicet. in l. 2. C. eod. Rot. dec. 397. n. 4. p. 1. recent.* Faber *defin. 14. C. de act. empt. Theſaur.* junior *lib. 2. qu. 88. n. 3. Gratian. c. 588. n. 35.* 3

Mora contrahenda juxtà *Anton.* * *Fabrum C. lib. 8. tit. 30. defin. 40. de ſolutionib.* impeditur per oblationem, præſertim judicialem ſine obſignatione, at contracta non purgatur citrà obſignationem. 4

Noviſſimè de † his contingit diſputari in S. C. in cauſa Baronis Marcellinariæ D. Caroli Antonii Sanſeverino cum D. Joanne Baptiſta Caballo hærede q. D. Eleonoræ Caballo. Et quia controverſia eſt notabilis, & in ea interfui, illam hic reaſſumere curavi. 5

Baro Terræ Marcellinariæ D. Franciſcus Sanſeverino Civitatis Cathanzarii cùm eſſet debitor D. Eleonoræ Caballo Civitatis Amantheæ in multis pecuniarum quantitatibus, mediante inſtrumento tranſactionis inito ann. 1666. promiſit ad beneficium dictæ D. Eleonoræ ſolvere capitalia ducatorum 4100. per totam diem 31. Martii 1668. Et è contrà D. Eleonora, caſu quo Baro prædictus, die ut ſuprà, conventa ſolveret dictos duc. 4100. remittebat aliud prætenſum debitum pro intereſſe ducat. bis mille circiter. Secùs verò dicta remiſſio haberetur pro non facta.

Antequam verò dies deſtinatæ ſolutionis cederet, ſub die 12. Junii 1667. ad inſtantiam D. Didaci Caballo fuit per Regiom Conſil. Pratum interpoſitum decretum: *Quod dicta D. Eleonora non ſe ingerat in nominibus debitorum hæreditatis q. Caroli Caballo contentis in donatione, & ceſſione per ipſam facta in beneficium dicti Didaci*: inter quæ nomina debitorum aderat dictus Baro Marcellinariæ, qui aſſerendo habere notitiam dicti decreti, ſub die 30. Martii anni 1668. fecit depoſitum promiſſorum ducatorum 4100. in manibus publici mercatoris degentis in Civitate Cathanzarij.

Hoc depoſitum occaſione Feriarum in honorem Dominicæ Reſurrectionis, & etiam ob diſtantiam Civitatis Amantheæ à Civitate Cathanzarii non potuit notificari dictæ D. Eleonoræ in die 31. Martij appoſita in inſtrumento tranſactionis. Bene verum die 9. Aprilis ejuſdem anni illicò Feriis elapſis, Baro Marcellinariæ inſtetit in Regia Audientia Provinciali denunciari depoſitum D. Eleonoræ, illique mandari, quod removeat obſtaculum, quo non amoto ſtaret ejus periculo dictum depoſitum, necnon ordinari quietationem ſervata formata inſtrumenti tranſactionis.

Pro parte D. Eleonoræ Caballo, & D. Joannis Baptiſtæ Caballo ejus hæredis fuit prætenſum non
eſſe

eſſe habendam rationem de aſſerto depoſito, & proindè non eſſe locum remiſſioni intereſſe ex ſequentibus. Primò, quia prætenſum depoſitum in ſui primordio non fuit verum, ſed ſimulatum. Secundò, quia non fuit notificatum die deſtinatæ ſolutionis. Tertiò, quia non fuit factum in Civitate Amantheæ, quæ (ut dicebatur) erat locus deſtinatæ ſolutionis.

His objectionibus ſigillatim occurrens Baro Marcellinariæ replicabat; Et quoad primam depoſitum ſemper fuiſſe verum, nec negari poſſe, quod publicus mercator depoſitarius ſtatim, ac fuit interpoſitum per S. C. decretum tranſmiſſionis dictarum pecuniarum quantitatum apud acta ejuſdem S. C., il-
6 licò obtemperavit decreto; * Et cùm ex effectu conſtat de veritate actus, excluditur omnis ſimulationis præſumptio, *Reg. Latro conſult.* 137. *num.* 67. *Card. Mantic. de tacit. & ambigu. lib.* 22. *tit.* 28. *numero* 75.

7 Ad hæc depoſitum * reperiebatur factum in Civitate Cathanzari, in qua non adeſt commoditas publicorum Bancorum; quapropter mercatores publici habendi loco dictorum Bancorum, illisque eadem præſtanda fides, ac publicis Bancis, *Thorus part.* 2. *voto deciſiv.* 52, *per tot.* ubi in terminis dicit, poſſe in perſonam publicorum mercatorum depoſita fieri, præſertim in partibus, ubi non adſunt publica Banca. Tantò magis, quia dictus Baro fecit depoſitum, & immediatè elapſis Feriis Paſchatis inſtetit in Regia Audientia, & fuit notificatum D. Eleonoræ.

8 Item † dicebatur pro parte Baronis Marcellinariæ, quod ſtante decreto inhibitionis Regii Conſil. Pæti, etiamſi non fuiſſet factum depoſitum, prout ita verè erat factum, ſola oblatio ſufficiens debebat, *l. ſi fundus*, *§. final. ff. de lege commiſſor. l. pecunia fænebris*, *§. uſurarum*, *ff. de uſur. l. cum quidam*, *§. ſi pupillo*, *ff. eod.* Faber, *Codic. lib.* 4. *tit.* 24. *de uſur. defin.* 39. ibi: *Nec enim obſignare unquam tenetur is, qui non habet cui ſolvat, etiamſi maximè velit*; ità *Senatus contra Sorores Gochet* 9. *Septembris* 1613. *Olea de ceſſ. jur. tit.* 1. *quæſt.* 6. *num.* 53. *Præſ. de Franch. deciſ.* 227.

9 Quoad * ſecundam objectionem depoſiti non notificati die deſtinatæ ſolutionis reſpondebatur allegando ſolemnitatem Feriarum Paſchatis; Et *Rit. M. C. Vic.* 80. ubi quod quando eſt faciendus aliquis actus una die, qui reperitur eſſe feſtivus, tunc ſequenti die juridica fit ille actus. Et ex facto ſuprà expenſo conſtat ità feciſſe Baronem.

10 Inſuper jus creditricis non erat * factum deterius, & ideò admittenda purgatio moræ intrà modicum tempus, & præcipuè in S. C. *l. ſed etſi poſt tres*, *ff. ſi quis cautionibus*, ubi *gloſ. v. pluresvè*, ſcribit: *Hodie jure novo videtur, quod etiam poſt multos dies, & menſes poſſit audiri.* Et in fin. ibi: *Si venit intrà paucos dies, quaſi enim pro eo habetur, ac ſi die ſtatuta venerit*, *l. quod dicimus*, *ff. de ſolut. Afflict. dec.* 174. *Anna ſingul.* 349. *Præſ. de Franch. deciſ.* 482. *Reg. Latro deciſ.* 30.

11 Et quoad * tertiam objectionem loci occurrebatur dicendo, verum non eſſe, quod in inſtrumento tranſactionis fuiſſet deſtinatus locus ſolutionis. Undè debitor non erat obligatus deferre pecuniam ad domum creditoris: cùm ſufficiat debitorem eſſe paratum ſolvere in ſuo domicilio, *Bald. in l. acceptam*, 19. *n.* 32. *quæſit.* 12. *C. de uſur. Fulgoſ. in l. item illa*, 18. *ff. de conſtit. pec. Rol. à Valle conſ.* 87. *n.* 14. *vol.* 1. Ad hæc conſiderabatur inhibitio facta D. Eleonoræ, quod ſe non ingereret; undè ſtante inhibitione facta creditrici, Baro non poterat conſiderari in mora.

12 Tandem * dicebatur difficultatem prorſus evaneſcere per oblationem factam à debitore ſatisfaciendi omnes expenſas, & intereſſe creditori ob ſolutionem factam in alio loco, quam deſtinatæ ſolutionis, *Scacc. de commerc. §.* 20. *gloſ.* 5. *n.* 200. *& ſeqq. Gail. de credit. cap.* 11. *tit.* 7. *nu.* 1573. *Olea de ceſſ. jur. tit.* 1. *q.* 6. *n.* 56. *&* 57. qui tradit hanc concluſionem procedere etiam favore creditoris, qui poteſt, etſi locus debitoris gratia ſit adjectus, alibi reum convenire ſoluto ni intereſſe, *l.* 3. *§. final. ff. de eo, quod certo loco*, *l. pecuniam*, *ff. de compenſat.*

Hæc, & alia pluries diſcuſſa fuerunt in Aula S. C. & D. Jo. Baptiſta Caballus timens ſuccumbere in deciſione cauſæ procuravit ad conventionem devenire cum hodierno Barone; & jam ſequuta fuit conventio, ut penes Notarium Virgilium Cardinalem de Neap.

Reg. Latro num. 44. *& ſeqq.* proponit † articulum de marito, qui non adimplevit ex parte ſua in renunciationibus faciendis, & ſimilibus, quæ promittuntur à viris in capitulis matrimonialibus, an poſſit hoc caſu maritus petere interuſuria dotis; negativè reſolvit cum *Gratian. cap.* 143. *n.* 48. Videnda ſunt, quæ ego ſcripſi in *Animadverſ. ibid.*

ARGUMENTUM.

Conceſſio facta ob benemerita an, & quando poſſit per Principem concedentem, ſive per ejus ſucceſſorem revocari, & quæ dicantur merita, & ſervitia, quæ faciunt, & conceſſio tranſeat in vim contractus, & quid in vaſallo, qui tenetur ex ſuo officio pro Domino militare, & num Princeps teneatur, ſi conceſſionem benemerito factam revocat, ſolvere pretium, latè diſſeritur.

SUMMARIUM.

1 *Conceſſio remuneratoria tranſit in vim contractus; & revocari nequit, etiam à ſucceſſoribus, n.* 3. *niſi cauſa juſta, & legitima ſit veluti ob publicam utilitatem,* 2 *& tunc revocans ad quid teneatur, num.* 9.

2 *Feudum conceſſum ob ſervitia revocari non poteſt.*

4 *Princeps revocare non poteſt gratiam gratis conceſſam, quando jam habuit effectum ſuum, & n.* 56. *ſecus ſi res ſit integra, n.* 5.

6 *Merita probantur ex ſola Principis aſſertione, & quare.*

7 *Etiam in tertii præjudicium, ſi de illis peculiaris commemoratio expreſſa ſit.*

8 *Principis non recognoſcentis ſuperiorem adverſus aſſertionem non admittitur probatio.*

9 *Princeps, cùm adeſt cauſa legitima, & juſta, veluti ob publicam utilitatem, revocare poteſt conceſſionem, quamvis factam in vim contractus, tenetur tamen ad æquivalens, vel ad pretii reſtitutionem, & n.* 22. *alias non poſſet, etiam de plenitudine poteſtatis, & quare, n.* 10.

11 *Rex quando revocat domanium debet ſolvere pretium.*

13 *Conceſſio facta vaſſallo ob ſervitia an dicatur remuneratoria, & n.* 14. *&* 17. *n.* 20. *&* 21. *ubi negativè, & ideo Fiſcum non teneri ad emendam, ſi Rex revocet.*

Contrarium demonſtratur à n. 21. *& n.* 38. *& ſeq. quando tamen dicatur remuneratoria, vel ſecus, nu.* 26. *&* 29.

14 *Vaſſallus ex debito officii tenetur Domino ſervire.*

15 *Donatio facta uxori ob benemerita non dicitur remuneratoria, & quare, & n.* 17. *& ideo non valet, n.* 18. *quando tamen remuneratoria dicatur, nec poſſit revocari. n.* 27.

16 *Uxor ex debito officii tenetur ad obſequia viri, & illi operari.*

19 *Donatio remuneratoria dicitur quæ actionem parere poteſt & quæ ſervitia requirat, ut talis dici poſſit, n.* 23. *&* 26.

20 *Servitia, quæ milites ſtipendiati faciunt ſuo Regi ſerviendo, non pariunt actionem, & quare.*
24 Attus Pinellus in l. 1. part. 3. n. 61. de bon. matern. *exploditur.*
25 *Donationes remuneratoria quotuplicis generis ſint.*
28 *Merita quotupliciter diſtinguantur.*
30 *Regis animus alios præcellit, & magis obligatur & quare.*
31 *Obligatio antidotalis pendet ex decentia, & honeſtate.*
32 *Honeſtas, & decentia magis conſideratur in Principe, quam in privato.*
33 *Servitia, & merita ſubditorum qua ratione Principes remunerare conſueverint.*
34 *Civitas illa optima eſt, in qua plurima virtutum præmia propoſita ſunt.*
35 *Reſpublica ſtare non poteſt, ſi in ea rectè factis præmia extent ulla, nec ſupplicia peccatis.*
36 *Labor juſtus, atque honeſtus præmiis, & ſplendere decoratur.*
37 *Militibus quæ dantur in præmium laboris vocantur emerita.*
39 *Gratiam annuæ præſtationis ſubdito factam Princeps revocare poteſt, quando Camera penuria premitur, niſi tamen benemerito illa collata ſit.*
40 *Conceſſionem factam ob ſervitia præſtita in bello Princeps revocare non poteſt prætextu ingratitudinis.*
41 *Servitia, quæ Indicus, & alii de Avalos præſtiterint Regibus Aragoneis in Regno recenſentur, & n. 47.*
42 *Servitia obſequialia, & ad quæ tenentur vaſſalli ratione officii, quæ ſint, explicantur, & n. 46.*
43 *Vaſſallus de jure communi feudorum non tenetur ſervire de perſona, ſed poteſt alium militem æquè idoneum dare cum tribus equis, aut ſolvere ſervitium in pecunia, & quomodo ſerviat in Regno, n. 44.*
45 *Adhoa vocatur in Regno ſervitium, quod exigitur in pecunia.*
48 *Donatio remuneratoria nulla dici poteſt exceſſiva, ſi facta ſit quando quis pro donante mortis periculo ſe poſuit.*
49 *Rex noſter nunquam revocavit annuas præſtationes, & conceſſiones factas ab ipſo, vel ejus prædeceſſoribus abſque pretii refuſione relatis conſultationibus, ac proviſionibus pro illarum ſolutione, quamvis illis in parte fuiſſet renunciatum, n. 51.*
50 *Conſilia* Regentium de Ponte, Valenzuelæ, & Roviti *pro revocandis conceſſionibus factis à Rege declarantur.*
52 *Clauſula,* refectionis *quid operetur in conceſſione tractarum & ſimilium, non factis extractionibus in aliquo anno ſterili, & an refectio debeatur abſque clauſula,* refectionis, *n.* 53.
54 *Privilegium declaratur ex poſſeſſione ſequuta.*
55 *Princeps nunquam cenſetur velle derogare privilegio conceſſo ex cauſa oneroſa.*
56 *Compenſatio inter Fiſcum, & privatum regulariter inducitur.*
57 *Fiſci debitori, & creditori ad finem compenſandi tantum tempus conceditur ad liquidandum ſuum creditum, quantum indulgeretur debitori ad ſolvendum.*
58 *Compenſatio ipſo jure inducitur ad evitandas pœnas, & uſuras Fiſco debitas, quod quando procedit, numero 59. & an procedat de conſuetudine Reg. Cameræ, numero 60. & in debitore collectarum, numero 61.*
62 *Compenſatio procedit cùm quis eſt debitor, & creditor ejuſdem.*
63 *Federicus Aragonius quando fuerit deſperatus de Regno.*

Pro Illuſtr. Marchioniſſa Piſcariæ, cum Regio Fiſco.

CONSULTATIO XXXVIII.

Conſtat ex Privilegio Federici Regis Aragonei de anno 1497. conceſſionem annuorum duc. 1000. hodie redactam ad annuos duc. 828. ex juribus tractarum Terræ Vaſti fuiſſe factam ob remunerationem ingentium ſervitiorum D. Indici de Avalos de Aquino, Montis Odoroſii Comitis, ac Magni hujus Regni Camerarii Alphonſi Piſcariæ Marchionis, ac Roderici fratris in bello militiæ defuncti, aliorumque de familia d'Avalos præſtitorum tam prædicto Federico, quam Ferdinando II. & aliis Aragoneis Regibus, ex quibus tres reſultant in jure incontroverſæ concluſiones.

Et prima, * quod conceſſio remuneratoria tranſit 1
in vim contractus, quæ revocari nequit, *l. ſi pater, §. fin. ff. de donat.* Ardiz. *in ſumm. in tit. quibus modis feud. amittatur,* *qui loquitur in feudo conceſſo ob ſer- 2
vitio, *c.* 1. ubi Bald. *& cæteri, de natur. feud.* latè Ann. *alleg.* 69. *num.* 15. *Peregr. de jur. Fiſci, l.* 1. *tit.* 3. *n.* 28. *&* 29. qui alios allegat, Menoc. *conſ.* 379. *n.* 12. de Ponte *conſ.* 31. *vol.* 2. Matienz. *in l.* 1. *tit.* 7. *gl.* 1. *l.* 5. *nova recopil.* quod quidem ampliatur, * quòd nec per ſucceſ- 3
ſores revocari poſſit, Capyc. *dec.* 166. *nu.* 1. Molin. *de Hiſpan. primogen. l.* 1. *cap.* 3. *n.* 8. Affl. *in Conſt. Regn. lib.* 1. *rubr.* 47. *nu.* 2. multa per Gratian. *diſcept. forenſ. lib.* 5. *c.* 891. *nu.* 10. Rovit. *in rubr. de revocat. gratiarum, n.* 12. Rodolph. *de abſolut. Princip. poteſt. c.* 6. *n.* 17. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 3. *tit.* 10. *nu* 57. Cabed. *dec.* 40. *nu.* 9. 2. *part.* & latiſſimè per Benedictum Ægidium Luſitan. *in l. ex hoc jure, ff. de juſt. & jur.* 2. *part. cap.* 1. * immò & Princeps nec gratiam gratis con- 4
ceſſam revocare poterit, quando jam habuit effectum ſuum, illud enim, quod à Doctoribus traditur, Principem poſſe gratiam gratis conceſſam revocare, juxta tradita per Canoniſt. *in cap. novit. de judic. & per gl. in cap. decet, de regul. jur. in* 6. Bald. *in l. quis ſo patris, col. fin. Cod. und. liber.* Molin. *de primog. Hiſpan. c.* 3. *n.* 27. *l.* 3. de Ponte *conſ.* 152. *vol.* 1. *nu.* 24. procedit re integra, ita ut gratia non habuerit ſuum effectum, * nam quando ſemel ſuum effe- 5
ctum ſortita fuerit, revocari minimè poſſe, latiſſimè fundat Regens Rovit. *in Comment. ad Pragmat. Regni, in rubr. de revocat. grat. num.* 4 *cum pluribus ſeqq.* Azeved. *in nova recopil. lib.* 5. *tit.* 10. *l.* 3. *num.* 23. etiam ex cauſa ingratitudinis, Garz. *de donat. remunerat. numero* 9. *&* 10. Cancer. *variar. reſol. capit.* 3. *numero* 154.

Secunda erit concluſio, quòd merita * proban- 6
tur ex ſola Principis aſſertione, cùm non ſit prohibitus donare, Bart. *in l. ſi fortè, ff. de caſtr. pecul.* Dec. *in l. ſi donatione, col.* 5. *C. de collat.* de Ponte *conſ.* 131. *n.* 42. *vol.* 2. † maximè ſi de ipſis peculiariter facta ſit 7
expreſſa commemoratio, nam tunc probantur, etiam in tertii præjudicium, Bald. *in l. illud, q.* 3. *C. de Sacroſ. Eccl.* Jaſon. *conſ.* 227. *col.* 9. *lib.* 2. *verſ. nono pro iſta parte* Matienz. *l.* 5. *tit.* 10. *l.* 6. *gl.* 1. *n.* 9. Tiraq. *in l. ſi unquam, in verbo donatione largitus, nu.* 75. *Cod. de revocat. donat.* * & in aſſertione Principis non recognoſcentis Superiorem nullam admittit probationem in 8
contrarium, de communi teſtatur Maſcard. *de prob. concl.* 1234. *n.* 5. *& per totam,* de Ponte *conſ.* 146. *vol.* 2. Cancer. *var. reſol. cap* 3. *nu* 243. Coraſ. ſequutus à Villalob. *in ærario comm. opin. lit. D. n.* 159. Azeved. *lib.* 5. *tit.* 10. *l.* 3. *n.* 31.

Tertia erit concluſio, quod quando adeſſet * legi- 9
tima, & juſta cauſa, veluti ob publicam utilitatem, tunc illam revocare poſſet, quamvis in vim contractus eſſet facta, tenetur tamen ad æquivalens, ſeu

ſeu ad pretii reſtitutionem, Iſern. in Conſtit. Regni, Ea, quæ ad decas, ubi etiam Affl.gl. in l. fin.C.pro quib. cauſ. ſer. lib. accip. Archid. in cap. per principalem 9. quæſt.3. de Ponte conſ.59. n. 11.vol.1.& conſ.15.n.5.vol.
10 2. latiſſimè per Marienz, qui alios congerit in lib. 5. tit.10.l.6.gloſ. 1. n. 11. alias enim revocare non poſſet, neque de plenitudine poteſtatis, quia magis diceretur plenitudo tempeſtatis, Dec. in c. quæ in Eccleſiarum, de conſt. Neviz. inter conſ. Brun. conſ. 12.n. 167. Marcus Salon. in proœm. leg. Taur. nu. 335.Card. in clem. Paſtoralis, de re jud Soc.conſ.164.lib.2.eſt text. in l. venditor, §. ſi conſtat.ff.comm. prædiorum, & communem eſſe opinionem refert Covarr. l. 3. var. reſol. c. 15. n. 9.Gayl.l. 2.obſerv.56.n.8.ubi etiam Græzot Surd. conſ.203.num.38.vol. 2.Rodolfin.in d. tract. de abſol. Principis poteſt. cap. 6. n. 62.Valaſc.conſult.22. nu.5. tom. 1. Cabed. dec. 105. n. 6. part. 1. Benedict. Ægid. Luſit. in d.l. ex hoc jure, part. 1.c.1.n.23. ff. de juſt. & jur.

11 Sicuti etiam dicimus, quod quando Rex † vocat domanium, debet ſolvere pretium, Iſern. in c. 1. §. ſimiliter, ubi communiter ſcribentes, dapi. qui cur. vend. plenè per Fel.in d.c.quæ in Eccleſiarum, n.41. de conſt. de Ponte conſ. 70. n. 36. vol. 1.deciſum refert Capyc. in dec. 166. & alias deciſiones affert etiam Ann. in alleg. 50. Franch, dec. 17. Camill. Saler. ad Conſuet. Neap. in proœm. p.42. uſque ad 46. Joſeph. Seſſe dec. Aragon.36.n.25.Molfeſ.in proœm.conſuet.q.6. n.11.Georg alleg. 13.Gramm. dec. 46. Anton. Gabr. in ſuis commun.opin.l. 3. de jur.qu. non tollend.concl.3.&
12 7. Peregr. de fideic.art.52. num. 128. Paſchal.de virib. patr.poteſt. par.1.c.1.n. 38.* quamvis enim juſtiſſima ſit cauſa revocationis conceſſionis factæ benemerenti, debet tamen Princeps de æquivalenti conceſſionario ſatisfacere, Innoc. in c. niſi cum pridem, verſ. nos dicimus, extra de renunc. Fel. in d. c. quæ in Eccleſiarum, n. 8. Afflict. in prælud. feud. qu.4.n. 17. & in tit. de Capit. qui curiam vendidit, §. ſimiliter, numero 19.

13 Difficultas * ergò conſiſtit, ſi conceſſio facta vaſ-
14 ſallo ob ſervitia † dicatur remuneratoria. In contrarium enim facit, quia vaſſallus ex debito officii
15 † tenetur Domino ſervire, ſicuti dicimus in donatione facta uxori, quia non dicitur remuneratoria, ex eo, quia in donatione aſſeritur, fuiſſe factam ob
16 benemerita, * ex quo uxor ex debito officii tenetur ad obſequia viri, & ipſi operari, Jo. Andreas in c. per literas, de reſtit. ſpoliat. Jo. Lupus in c. per veſtras, de donat. inter vir, & uxor. nu.32.& ideò Arius Pinellus de bonis maternis, l. 1. part. 3. nu.61.& 62.te-
17 nuit, * non dici poſſe donationem remuneratoriam, quando ex debito officii aliquis ſervire tenetur, &
18 propterea * concludit, donationem inter conjuges non valere, & ex his etiam motus Reg. de Ponte in
19 conſ. 59. nu. 17. vol. 1. propiùs * ad caſum accedendo tenuit, donationem illam dici remuneratoriam, quæ actionem parere poteſt, & propterea ea ſervitia, quæ milites ſtipendiati * faciunt ſuo Regi ſer-
20 viendo, quod non pariant actionem, ſtante quod fuerit eis de ſervitio ſatisfactum per ſtipendium, ſed dici gratioſam donationem, & per conſequens
21 Regium Fiſcum * ad emendam non teneri, & deciſum refert in cauſa Ducis Sueſſæ, & Julii de Capua, idem tenuit de poteſt. proreg. tit. 5. num. 24. idemque videntur tenuiſſe, licèt ſub dubio Regens Valenz. in conſ. 99. & Reg. Rovit. in conſ. ult. in conſultatione pro Regio donativo tempore Comitis de Lemos hujus Regni Proregis, qui alios allegant, & noviſſimè eandem opinionem ſequitur D.Marchio Corletti in ſuo aureo commentario ad tres libros C. in l.1. & 2. de filiis Officialium, a. 40. qui tamen citat Surd. in conſ. 419. nu. 12. vol. 3. & ex eodem Surdo motus fuit Jo.Baptiſta Coſta de remediis ſubſidiariis, remedio 214. n. 3. ſed quidem fallitur J. Baptiſta Coſta, ex quo Surdus contrarium tenuit, & totas pro contraria parte allegat in eodem conſ. 419. numero 45. ut infra fundabo.

Quibus tamen † non obſtantibus contrarium eſſe 22
judicandum probavimus in caſu prædicto & qui-
dem * veritas quæſtionis ex eo dependet, an ad hoc 23
ut donatio remuneratoria dicatur, oporteat, ut ſervitia ſint talia, quod actionem pariant, an verò ſufficiat, quod adſit quædam obligatio antidoralis, quæ obliget animi gratitudinem ad eam remunerandam, & opinio Pinelli * in d. l. 1. par. 3. de bon. ma- 24
tern. ni fallor, in hoc eſt communiter reprobata, dum ait, requiri ſervitia talia, ut actionem pariant, ſiquidem communiter Doctores tenent, quod non exigantur merita ex juſtitia mercedem poſcentia, ſed ſatis eſt, ut obligent lege gratitudinis ad antidota, ad quod probandum adducuntur text. in l. Aquilius Regulus ff. de donat. in l. ſi pater, §. ſi ff. de donat. l. ſed & ſi lege §. conſuluit, ff. de petit. hæredit. cum concordantibus adductis à Sanchez de matrim. tom. 1. li. 6. tit. 6. n. 2. qui expreſsè hoc probant, & propterea, ita tenuerunt poſt alios Tiraq. in l. ſi unquam in verbo donatione largitus, n. 108. Covarr. in c. in officiis, nu. 9. de teſtam. Menoc. de præſ. l. 4. præſ. 167. nu. 31. cum ſeqq. & latè Pinellum reprobans idem tenuit Jo. Garcia donat. remuneratoria, nu. 1. Clarus in l. 4. receptarum ſententiarum, §. donatio, q. 3. Palaez de majoratu, par. 1. q. 22. n. 2. Monnoz Eſcobar de ratiocin. c. 24 nu. 31. qui etiam Pinelli opinionem reprobat, Molina Jeſuita tom. 1. de juſt. tra. 2. diſp. 244. & de contract. l. 2. diſput. 291. triplex remuneratoriæ donationis genus † diſtinguens, Leſſ. de juſt. & jur. 25
l. 2. c. 18. dub. 14. n. 105. Rebell. de oblig. juſt. p. 2. l. 1. q. 8. ſect. 1. n. 12. Marienz. in gl. 2. l. 6. tit. 10. l. 5. nu. 30. & 35. ac de communi, & receptiori ſententia teſtatur ibidem tit. 9. l. 3. gl. 6. n. 3. Sanchez de matrim. tom. 1. li. 6. diſp. 6. ac de communi etiam teſtantur Cæſar de Graſſ. dec. 2. de donat. nu. 18. Mantic. de tacit. & ambig. convent. l. 13. tit. 1. num. 16. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. c.386.n. 13. quos refert & ſequitur D. Reg. Tapia in dec. Supremi Italiæ Senatus, dec. 6. n. 35.

Poſſunt * tamen hæ, quæ prima facie diſſidentes 26
inter ſe videntur opiniones conciliari, quod aut merita ſunt talia, quæ ex debito officii abſque ulla particularitate ſervitiorum debentur, & tunc poteſt prima opinio procedere, aut verò præter debita obſequia aliqua ingentia ſervitia fuerunt collata, vel ita exactè, prout exemplificat Tiraq. in d. verbo donatione largitus, nu. 108. in his, quæ in diutiſſimæ,
& longæ patris, vel mariti † ægritudinis cura ſolli- 27
citæ fuerunt, ut animum ad gratitudinem moveat, & hoc caſu remuneratoriam dici donationem, ita ut ea revocari non poſſit, ultra Tiraq. in loco citato tenuerunt Ripa in l. ſi unquam, qu. 14. nu. 30. C. de revoc. donat. Jaſ. in l. ex hoc jure, n. 55. ff. de juſt. & jur. Joh. Lup. in rubr. de donat. §. 30. n. 32. Caſtill. in proœmi. Tauri, Gaiz. de donat. remunerator. verſ. ſed non qualibet, Anton. Gomez. l. 29. Tauri, n. 23. Gutierr. de jurament. confirmat. 1. par. c.5. n. 2. Mieres de majorat. 1. par. qu. 22. Angulus de melior. l. 12. gloſ. 1. a. 18. quos refert; & ſequitur Sanchez de matrim. d. lib. 6. tit. 6. n. 4 Cabedo dec. 36. 2. par. Covarr. in c. cum in officiis, num. 9. de teſtam. optimè D.
Reg. Tapia † tripliciter merita diſtinguens in d. dec. 6. 28
ſub nu. 27. cum ſeqq. ubi ad id probandum adducit doctrinam Div. Tho. in 2. 2. qu. 106. art. 3. n.4. & 7.

Quæ quidem ſi generaliter procedunt, * tantò 29
magis debent procedere in conceſſione remuneratoria facta à Principe, * quia cùm Regia animus 30
aliis præcellat, plus debet prædicta obligatio operari, cùm ex decentia, & honeſtate, pendeat, quæ 31
magis in Principem, quam in alio privato conſideratur, * ut poſt Cabed. in dicta dec. 36. 2. part. nu. 11. 32

dixit Bened. Ægid. Luſitanus *in d. l. ex hoc jure, l. 1. cap. 10. tit. oblig. inſtit. ſub n. 68.* qui ſubnactit ſequentia verbe ad propoſitum quæſtionis noſtræ, videlicèt.

33 *Atque inde provenit uſitatiſſimus,* & laudabilis Principum mos in remunerandis ſubditorum ſervitiis, & meritis, Quod etiam ad bonum Republicæ regimen pertinet, ut hoc exemplo, ac obtinendi ſpe præmii alii ad res pro Rege, ac Regno præclarè gerendas excitentur, quod item Reges ad benemeritos remunerandum movere maximè debet, nam illam eſſe optimam Civitatem pronunciavit Socrates, unus è ſeptem Sapientibus, in qua plurima virtu-*
34 *tutum* præmia propoſita ſint*, hæc illa, & recitat ex Plutarcho Bruſ. *l. 5. c. 8.*

Et *Cicero de Natura Deorum* ait, *nec Reſpublica ſtare*
35 *poteſt, ſi in ea rectè factis præmia extent ulla,* nec ſupplicia peccatis, & idem Cicer. in lib. 2. de oratore, juſtus, atque ho-*
36 *neſtus labor præmiis, & ſplendore decoratur,** & multa alia ad propoſitum congaric Menoc. *de praſ. l. 6. praſ.* 100.

37 Hinc ea, * quæ militibus dantur in præmium laboris, amerita vocantur, *gl. in l. 3. §. qui militia, in verbo emerito, & in l. non omnes, §. fin. in addit. margin. ff. de re milit. Arias Menander de re milit.* quem refert & ſequitur Claud. Coter. *de jure, & privileg. milit. cap.* 34. eſt text. *in l. Lucius, ff. de evict.* multa per *Sargentem de Neap. Illuſtr. c. 22. n. 13. & ibi* Mutius Surgens Frater *in addit.*

38 Ex quibus ſatis * fundatum apparet concaſſiones factas etiam vaſſellis benemeritis ob ingentia ſervitia, nullo modo abſque refuſione pratii ravocari poſſe, prout optimè poſt elios fundac *Surd.* in allegato *conſ. 419. vol. 3. ex nu. 45. uſque ad finem*, qui diligenter omnibus, quæ in contrarium adduci pnſſoni teſpondit, & idaò ajus dicte non tranſcribo, ſed rogo videri, & hoc etiem tenuit Matianz. *in gl. 2. l. 6. tit* 10. *lib. 5. numer.* 30. *&*
39 35. qui quamvis* revocationem gratiæ in Principa ennuæ præſtatione ſubdito factæ admittat, tempore, quo Camare penuria premicur, temperat taman, quando benemerito fuiſſat telis concaſſio collera, hoc idem tenuarunt alii à Cabedo ia *dict. dec.* 36. elleget, & Melchior Paleaz qui dicit, quòd prædictæ conceſſiones ob ſervitia in bello ſacta,
40 nequa poſſunt * per Principem prætextu ingratitudinis revoceri ia *tract. de majerat. part. 1. qa. e2. n.* eo. & alii jam ſupra allegeti.

Quòd entam hæc ſervitia enarrata à Rege Federico non ſint telia, ad quæ fuiſſent Marchio Piſcariæ, & Comes Montis Odotiſii, & alii de familie ex debito aorum officii obligati, probatur ex ipſo privilegio, ſiquidem præter ſervitia Aragoneie Ragibua per Illnſtrem vitum Franciſcum Aquinatem maternum proevum præſtita, & per alioa prædaceſſores de femilia, aliqua particularia, & ingentia ſervitia in privilagio enuncientur, quæ cùm, ni fallor quæſtionem dirimant, referre non pigebit.

41 Primum quidem * ſatis perticulare ſervitinm enumeratur da Indico da Avalos de Aquino, Montis Odoriſii Comite, & Regni Magno Camerario tempore Ferdinandi Aragonei, hujue nominie primi, axercitu enim Aragoneo propè Sarnum per Ducem Andegevenſem devicto, eoque io fugam verſo, & propterea ſubditorum ob adverſam ſui Domini fortunam fide collabente, & omnibus ferè, queſi ad deſperationem deductie adfuit armatus D. Indicus de Avalos cum maxima militum turme inſimul cum tribus ajne fratribue, rei bellicæ peritiſſimis, qnorum advantu Neapolitanorum fida confirmata, illico contra hoſtes, qni Troiam poſt conflictum appuloſunt, validis viribus, & magno animo, facto impetu, ob illorum ingentem valorem inimicis turpiter ſugetis pulcherrimam Ferdinandn Aragonao victoriam dederunt, ex qua hoſtium viribus enervatis, Regno tranquilla pace confirmato potitus fuit.

Sacundum, cùm Carolus Gallorum Rex hujus nominie octavus Regnum numeroſo, & validiſſimo exercitu ad exterminium Aregoneornm Ragum eppeteret, Ferdinando II. ſceptro hujus Ragni moderante improviſo Gallorum impetu ſimul cum dicto Rega Faderico deterriti, naceſſariis bellicie propugneculie deficientibus coacti fnerunt fortunæ cedera, & in meliore tempora ſe raſervara, Indicus Moncie Odoriſii Comas, ac Alphonſus Piſcariæ Marchio germani admirandæ virtutis fidei Patriam, evitos lares, amicos, bona, fortunaſque omnes derelinqnentes, ac ſpretis conditionibue, & elargitionibus magnis, quæ à Gallorum Rege ipſis pollitebantur, prædictorum Aragoneorum Regum ſortnnam ſaquentes, fideles comites fuere in omnibus edverſæ fortunæ caſibus in toto tempora à Regno abſentiæ, & eorum opara prædictis Regibus ſemper præſto ſuerunt, quouſqua ad proſperam fortunam in Regno reverſi, ac Civitata Neapolitana recuperata, eorum frettum ferè opere, ac ſtrenuo valota, Galliſque in ercem novam fugatie, obſidiona, aggeribus, foſſiſque cinxere, omnibue evidentiſſimis periculis ſpretis, victoriæ flagrentibus Rodaricus fortiter pugnendo lethale vulnus in ſiniſtro genu excapit, quo vix abfuit, quin illico ab humanis diverteret, Alphonſus antem Piſcariæ Marchio in hoſtes fortiter, ec ſtrennè urgendo, nulliſque periculie, nt victoriam peteret, parcendo, perfuſam cruora animem effudit, & paulo poſt idem Rodericus redáctis ad Regiam fidelitatem nonnnllis Oppidie in Urbis inſulæ obſidione ſimiliter vitem dareliquit.

Tertium, Indicue prædictus frettibus orbatna non eorum mortis formidine bellum prætermiſit, ſed prædictorum Regum turbulentam fortunam ſequutus in variis caſuum diſeriminibue, cùm Rax Ferdinandus II. cum Helvetiis ad Atellæ portas aquas cuſtodiantibus certarei, ipſa Indicue duoa Gallorum equites armis omnibus inſtructoe, & ab aliis aliqnentulum ſemotos ſolus invedit, quorum alcerum ſtatim haſte dimicevit, alterum verò duobus lethalibus vulneribus ſaucium reliquit, ipſeque, & ſi vulneretus ad pugnantem Regem revarſus non prius à pugne ſa, quamvis ſaucium duxit, quam Helvetiis partim fugetis, partim cæſis ſontem liberum reliquerint.

Quæ ſervitia * non poſſunt dici obſeqnialie, vel 42
ad quæ tenebantur rationa officii, nem ad ſervitium da jura communi feudorum non tenatur vaſſallue da perſona, * ſad eſt in ſue electione, vel 43
perſonaliter ſervire, vel elium militem æquè idonaum data cum tribus aquie, aut ſolvera ſervitium in pecunia, Iſern. *in cap. Imperialem, §. firmiter*, ubi etiam Camer. *de prohib. feud. alien. per Feder.* in Regno † autem pro quolibat feudo unciarum viginti, 44
quando bellum eſt Regno non procuratum, oon affectarum neque momentaneum ſervit ſeudatario de nno milita pro tribus menſibus anni, ut per Iſam. *in c. 1. §. ſimiliter poteſt, verſ. in Regno Siciliæ, de Capit. qui cur. vendidit.* & eſt etiam ſtatutum per *Cap. Regni* tempore Caroli II. quod incip. *Item ſtatuimus, quod Comites, & Barones*, Frecc. *de ſubfeud. l. 2. in 5. author. Baron. Camillus de Curte in ſuo diverſorio, lib. 1. c. 13. nu* 39. quod ſervitium parſonala ſucceſſivis temporibus fuit redactum in pecunie, & propteraa non tanatnr feudatarius ſervire da perſona, ut ex *cap. Papa Honorii*, & hoc ſervitium, quod in pecunia exigitur, † vocatur adhoa, ut benè explanac idem Camil- 45
lus da Curte *in d. c. 13. n. 45. cum ſeq. Jac. de Gella de Jure Adhoa, Camer. Capyc. & alii in dict. §. firmiter.*

Apparet

46 Apparet ergò ex iis, non fuiſſe hæc ſervitia ex
debito officij, vel ex obligatione feudi facta, ſed
47 maxima, * & innumera Aragoneæ Coronæ per
anteceſſores Marchioniſſæ gaita, prædictam, im-
mò majorem meruiſſe recompenſam, nulla enim
48 remuneratoria donatio poteſt dici exceſſiva, †
quando quis pro donante mortis periculo ſe po-
ſuit, prout poſt Fardinandum Loazes dixit Azevad.
in d. lib. 5. tit. 10. l. 3. n. 35.
49 Sed hæc quidem ex abundanti fuerunt dicta,
nunquam enim Rex noſter Invictiſſimus gra-
tias taliter, tam ab ipſo, quam ab ejus prædeceſ-
ſoribus factas revocavit, abſque pretij refuſione,
50 nec curandum de cauſa Ducis Sueſſæ, * de qua
mentionem fecit de Ponte *in conſ. 9.* ſiquidem
de ea non fuit habita aliqua ratio in ſupremo
Italiæ Conſilio, ſed fuit deciſum, eſſe eidem Du-
ci recompenſam dandam, & propterea fuit fa-
cta tranſactio in annuis duc. 6000. ut refert Do-
minus Regens Tapia Marchio Belmontis *in d. de-
ciſ. 6.* quam deciſionem rogo videri, quia in ea
omnia ad materiam optime digeruntur, & omni-
bus contrariis reſpondetur, nec conſultationes
Domini Regentis Valenzuelæ, & Regent. Roxi-
ti *in locis* ſupra citatis fuerunt à Rege noſtro ad-
51 miſſæ: * Immò quamvis tempore Comitis de Le-
mos fuiſſent certo modo coacti penſionarij, &
interteniti, ſive retenti ad renunciandum partem
annuorum redituum, qui pro retroacto tempo-
re ipſis debebantur, hæ renunciationes, quæ ex
voluntate coacta fuerunt factæ, non fuerunt à Re-
ge acceptatæ, & propterea in dies ad inſtantiam
conquærentium fuerunt expeditæ proviſiones
in Regio Supremo Italiæ Conſilio, ut non ob-
ſtantibus prædictis renunciationibus, ipſis ſolve-
rentur quantitates renunciatæ, & in puncto vi-
demus, ita fuiſſe obſervatum in hac conceſſione,
ubi pluries nedum fuit ſolutum per Regiam
Curiam id, quod exigi non potuit ex juribus
tractarum, ſtante impedimento, & ordine, ut
non poſſint fieri extractiones per Barones illa te-
nentes, tum ex pecuniarum quantitatibus penes
Regiam Curiam pervenientibus ex extractionibus
prædictis, prout aliàs per Regiam Cameram in
anno 1577. fuit conſultatum in hac eadem cau-
ſa, tum etiam, ut plurimum ex Regio generali æra-
rio juſtiſſimus Rex noſter per litteras Regias plu-
ries ordinavit, quod ex quibuſcunque pecuniis,
ſive ordinariis, ſive extraordinariis ſolveretur,
quod ſemper fuit obſervatum, nedum in iſta con-
ceſſione juris tractarum, ſed in omnibus aliis ſimi-
libus conceſſionibus, maximè quando adeſt clau-
52 ſula, *refectionis*, prout eſt in noſtra conceſſione,
qui tunc quamvis in uno anno tanquam ſterili
non fuerit facta extractio, debet refici ex annis ſe-
quentibus, ut obſervatum ſemper fuiſſe teſtantur
de Ponte *de poteſt. proreg. tit. 5. de tractis ſeu extra-
ctionibus*, Camillus de Curte *in ſuo diverſ. c. 9. n. 63.* licèt
Andr. de Iſern. *in c. 1. in princ. de natur. feud.* expreſsè
53 teneat, quod refactio debeatur, quamvis non adſit
clauſula, *refectionis*, quod probatur ex text. *in l. ſi ex
eo vino ff. de tritic. & vino legat. l. legatum vini Salerus ff.
de ann. legat. l. firmio, in princ. ff. quand. dies legat. cedat*,
& ita deciſum fuiſſe etiam contra fiſcum refert
Clapper. *cauſ. 21. qu. 2.* immò fuit obſervatum in
Regia Camera, quod extractione per Regiam Cu-
riam denegata habentibus conceſſionem extrahen-
di, quod eiſdem ſolutio fiat per Regiam Curiam,
ut teſtatur idem de Curte *in ſuo diverſorio, c. 9. n. 63. &*
64. prout pluries fuiſſe obſervatum, in iſta con-
ceſſione in facto fuit fundatum, & ex poſſeſſione
54 ſequuta privilegium declarari certiſſimum eſt,
Bart. *in l. ſemper in ſtipulationibus, ff. de reg. jur.*
Roman. *conſil.* 271. Cravet. *conſ.* 211. *num.* 8. Me-
noch. *conſ. 75. num. 56.* Ann. qui plures allegat *in
alleg. 58. n. 7. & in alleg. 120. n. 6.* nunquam enim 55
cenſetur Princeps velle derogare privilegio ex cauſa
oneroſa conceſſo, Peregr. *dec. Paravis* 119. Mareſcot.
var. reſol. l. 2. c. 23.
Et ampliùs nedum in conceſſione facta ex cau-
ſa oneroſa, ſed etiam in gratis gratuito, & non in
vim contractus à Principe facta, quod quando ha-
buit effectum ſuum non poſſit per Principem re-
vocari fundat *Regens Rovitus in rubr. de revocat. &
ſuſpenſ. gratiar.* qui *in fine* deciſionem Supremi
Italiæ Conſilij refert, quam ſupra allegavi-
mus.
Optime ergò cum ratione Regius Fiſcus petiit
compenſationem cum adhoa, & aliis debitis
per Illuſtres anteceſſores Marchionis Piſcatiæ,
quinimò inſtitit, in recompenſam prædicti credi-
ti Regij Fiſci extingui prædictum jus exigendi
ex juribus tractarum. Certum eſt enim, Regium
Fiſcum eſſe debitorem nedum propter emendam,
ſtante quod pluribus ab hinc annis tractæ prædi-
ctæ impeditæ fuerunt, & quamvis Marchiones Piſ-
catiæ pluries inſtitiſſent, ut eis permitteretur ex-
tractio, tamen non potuerunt obtinere, ſed extra-
ctiones ex eodem loco fuerunt factæ ad beneficium
Regiæ Curiæ, ut patet ex proceſſu, quo caſu nulli
dubium eſt, Fiſcum teneri prout idem Camillus de
Curte reſtatur, qui cùm eſſet Fiſci patronus pe-
riit, ut nullo modo iſtis feudatariis fiat ſolutio,
niſi quatenus ad Fiſcum pervenit, ut *in d. c. 9. nume-
ro 63.*
Nec eſt novum inter Fiſcum, & privatum in- 56
duci compenſationem, regulariter enim debitor
Fiſci, idemque creditor compenſat, eique con- 57
ceditur tantum tempus ad liquidandum ſuum
creditum, quantum indulgeretur debitori ad ſol-
vendum, *l. aufertur, §. qui compenſationem, ff. de jur.
fiſc.* ubi Bart. Alex. *conſ. 61. vol. 3.* Tiraq. *de retract. lignag.
§. 3. gl. 3. n. 11.* immò ipſo jure inducitur compen- 58
ſatio ad evitandum pœnas, & uſuras Fiſco debi-
tas, *l. idem ff. de compenſation.* & licèt hoc non pro- 59
cedat in diverſis ſtationibus, ne jura diverſorum
officiorum confundantur, *l. 1. Cod. de compenſ.* Alciat.
conſ. 57. l. 6. tit. 7. n. 15. qui dicit, hoc eſſe tenaciter 60
obſervandum, tamen hoc limitatur in multis
caſibus, & præcipuè de conſuetudine Regiæ Ca-
meræ, in qua ſolet fieri hæc compenſatio, ut per
Afflict. *in dec. 192. Præſidens Battaglinus ad Cynum in l.
1. Cod. de compenſat.* Lucas *de Penn. in l. obſiſtere, in fin. C.
de ann. & tribut. libro* 10. qui dicit, quod debitor
collectarum poteſt Fiſco compenſationem ap-
ponere.
Quod tantò magis procedere debet, quia Illuſt.
Marchioniſſa non poſſidet Terras Vaſti, & Piſca-
riæ titulo hæreditario, ſed titulo particulari, ex
quo inſtantibus creditoribus anterioribus fue-
runt Terræ prædictæ venditæ, & ipſa in emptio-
ne fuit prælata, ut apparet ex *deciſione S. C. Domini
Regent. Tapia* 57. & pretium fuit ſolutum credito-
ribus habentibus feuda obligata; iſtud autem jus
tractatum remanſit in hæreditate, & ſic Fiſcus
eſt creditor hæreditatis, & debitor ejuſdem, quo 62
caſu procedere compenſationem, habetur ex *Affl.*
& aliis ſupra citatis.
Et demum, quia una ex Dominis motivavit 63
de tempore conceſſionis prædictæ, ſi Federicus
erat de Regno deſperatus, juxta Pragmaticam
editam per Regem Catholicum Thori in anno
1605. *ſub rubrica de revocat. grat.* quæ eſt *pragmatica
prima*, advertatur, Federicum non poſſe deſpera-
tum de Regno, niſi de anno 1501. ut in dicta *prag-
matica* aſſeritur, & etiam refert de Ponte *conſ. 138. nu.
74. vol. 2.* conceſſio autem fuit facta de anno 1497.
ex quibus concluditur, omninò compenſatio-
nem

nem eſſe faciendam, etiam ſervata forma inſtantiæ Regii Fiſci.

Hac cauſa tempore, quo eram Advocatus, remanſit indeciſa, neſcio ſi poſtea de ea amplius loquutum fuerit.

OBSERVATIO IN CONSULT. XXXVIII.

ARGUMENTUM.

Periculoſa eſt materia, de qua *Reg. Latro in Conſultat.* 38. ubi ad examen revocatur Principalis authoritas; Agitur enim, an conceſſio facta per pecuniam, vel benemerita poſſit à Principe concedente, vel ejus ſucceſſore revocari. Pro facultate revocandi, communiter ſolet allegari *textus in l. Titius, ff. de obſequ. parent. & patron. præſtand.* ſed malè juxtà ſubtiliſſimam interpretationem *D. Christophori Creſpi de Valdaura*, qui perpenſis verbis citati *textus*, affert verba alterius *textus in l. 4. §. 1. ff. de manumiſſ.* & carpit ex Regnicolis *Reg. Capycium Galeot.* Laudatur eruditiſſimus *Dionyſius Gothofredus.* Ab alio reſumitur controverſia noviter relatis tribus opinionibus; Quarum prima indiſtinctè negat Principi legitimam facultatem revocandi; Secunda adhuc negat, ſi tamen pecunia, vel merita æquivaleant conceſſioni; ſecùs verò ſi nón æquivaleant. Poſtrema verò opinio remittit negotium arbitrio Judicum, variè definiendum ex perſonis, & contingentiis cauſarum. Pro firmitate conceſſionis ſtrenuè pugnant ex Ultramontanis *Reinoldus Corvicke, & Henricus Harbertonius*, qui ad ornatum adducuntur.

SUMMARIUM.

1 *Conceſſio facta ob merita, an, & quando poſſit à Principe concedente, ſivè ejus ſucceſſore, revocari.*

2 *Laudatur* Creſpi de Valdaura, *qui carpit* Reg. Capyc. Galeot. *& alios abnuentes, pro facultate revocandi, diſpoſitione* Text. in l. Titius, ff. de obſequ. parent. & patron. præſtand.

3 *Verba* Text. in cit. l. Titius.

4 *Explicatur* Text. l. Titius. *Et pro vera explicatione adducuntur verba alterius* Text. in l. 4. §. 1. ff. de manumiſſ.

5 Dionyſii Gothofred. *verba tranſcribuntur.*

6 Text. in d. l. Titius, *nil prorſus facit ad controverſiam.*

7 Author *refert tres opiniones; Prima indiſtinctè negat facultatem revocandi.*

8 *Ultramontani* Doctores *conſtantiſſimi in irrevocabilitate conceſſionis factæ à Principe per pecuniam, vel merita.*

9 *Secunda opinio diſtinguit:*

10 *Conceſſio eſt abſque dubio irrevocabilis, ſi pecunia, vel merita æquivaleant conceſſioni.*

11 *Tertia opinio, ut res ſit omninò arbitraria, atque variè ex perſonis, cauſiſque conſtituenda.*

1 CAutè † ediſſerendum in præſenti *Conſultat.* de Principali poteſtate; Agitur enim de conceſſione facta ob benemerita, an, & quando poſſit per Principem concedentem, ſivè per ejus ſucceſſorem revocari.

2 Eminenter de hac re tractat * *Creſpi de Valdaura part. 2. dec. Aragon. obſervat.* 101. *num.* 17. *& ſeqq.* ubi ait non deeſſe eos, qui contendant, etiam poſſe Principem revocare privilegium accepto pretio conceſſum ſuo ſubdito, ſi fiat de rebus ſpectantibus ad Principem, in quibus, inquiunt, attenta principali intentione ſemper prævalet gratia, & beneficium, ex *Baldo in prælud. feud. num.* 9. ut videre eſt apud *Reg. Galeot. reſponſ. fiſcal.* 23. *concluſ.* 7. *numero* 259. *& ſeqq.* ex *text. in l. Titius* 3. *ff. de obſeq. parent. & patron. præſtand.* quem pulcherrimum appellat, citatque Roman. *ſingul.* 463. & Caſtrenſ. *in l.* 1. *C. de liberis, & eor. lib. num.* 3. *& alios.*

Subdit * *Creſpi n.* 18. quod laborant hi docti viri in interpretatione dicti *Textus*, cujus hæc ſunt verba: *Titius puerum emit, quem poſt multos annos venire juſſit; poſteà exoratus, accepto ab eo pretio, eum manumiſit: quæro, an eum filius, & hæres manumiſſoris, ut ingratum accuſare poſſit? Reſpondit poſſe, ſi nihil aliud eſſet impedimento: nam plurimum intereſſe, à ſuo ſervo quis, vel etiam ab amico ejus, acceptis nummis dederit libertatem; an ab eo ſervo, qui; cùm eſſet alienus, in fidem ejus devenit, etenim ille, etiamſi non gratuitum, beneficium tamen præſtitit: iſte nihil amplius, quam operam ſuam accommodare videri poteſt.* 3

Per * quæ verba videbitur *Marcellum I. C.* duos 4 caſus proponere. Primus eſt, cùm aliquis domino pecuniam dedit, ut ſervum manumitteret; tunc enim contractus firmus eſt, & nequit revocari. Secundus cùm ſervus ipſe ad libertatem conſequendam nummos domino præſtat, & tunc beneficium accipit, quia dominus conniventibus oculis nummos intuetur, qui ſuos dicere poſſet: atque ideò rectè dicitur beneficium accipere ſervus potiùs, quam contractum celebrare, atque ità revocationi ob ingratitudinem ſubjici, *l.* 4. *§.* 1. *ff. de manumiſſ.* ubi ità *Ulpianus*: *Is, qui ſuis nummis emitur, epiſtola Divorum Fratrum ad Urbium maximum in tam conditionem redigitur, ut libertatem adipiſcatur. Et primò quidem nummis ſuis non propriè videtur emptus dici, cùm ſuos nummos ſervus habere non poſſit. Verum conniventibus oculis credendum eſt ſuis nummis eum redemptum, cùm non nummis ejus, qui eum redemit, comparatur.*

Egregiè † *Dionyſ. Gothofred. in not. ad cit. l.* 4. 5 ſcribit: *Vide Senec.* 7. *de benefic. conniventibus oculis, eſt non inſpecta ſtricti juris ratione, vel, ut Græci exponunt, domino veritatem ſimulante: Metaphora ducta ab his, quicquid vident, videri tamen videre nolunt, & quaſi oculos claudunt. Sic conniventibus oculis hodiè dicimus ſervos capere legata, quæ reliquit dominus, ſivè libertatem, vide l. pen. C. de neceſſariis quaſi dotem dare, l.* 39. *ſupr. de jure dot. eadem conniventia dicimus ſervos facere teſtamenta. Plin.* 8. *epiſt.* 16. *Permitto quoque ſervis quaſi teſtamenta facere, eaque ut legitima cuſtodio.*

Pergit ulteriùs * *Creſpi, n.* 19. his verbis: *Undè* 6 *rectè reſpondet, & doctè noſter Belluga Spec. rubr.* 36. *numero* 8. *in fin.* (*quem Capycius Galeota non vidit*) *licèt text. in d. l.* 4. *ff. de manumiſſ. non alleget; inquit enim: neque obſtat, quod dicitur, quod etiam ubi datur pecunia pro beneficio conſequendo, poteſt fieri revocatio per concedentem: & allegatur l. Titius, ff. de obſequiis; quia lex illa nihil facit, quia loquitur in pecunia data per ſervum domino, quæ pecunia eſt domini; quia quicquid acquirit, domino acquirit, ff. de acquir. rer. domin. l. ſervus cum ſimilibus. Et quia obſtante dominica poteſtate, nequibat celebrari inter eos contractus, neque cautiones interponi, ad Trebell. l. Imperator, & l. namque. Hic autem loquimur in pecunia data per ſubditos, quæ erat propria ſubditorum, & non domini, ut ſcribit Dom. meus in l. fin. ff. ſolut. matrim. & eſt verum, quia bona vaſſalli non ſunt domini niſi protectivè, ut in l. benè à Zenone, C. de quadr. præſcr. & ideò* illorum

Digitized by Google

illorum dominium non tollit ſine cauſa, ut notat. in l. final. C. ſi contra jur, & in cap. quæ in Eccleſiarum de conſtit. meritò illis non revocat privilegia, quæ in emptionem, vel alium tranſierunt contractum.

7 Mihi diutiùs perpendenti tres occurrerunt opiniones. Prima illorum *DD.* qui indiſtinctè tradiderunt, quod conceſſio facta per pecuniam non poſſit, nec debeat revocari à Principe, Phœb. *dec.* 33. *num.* 3. Pereyra *dec.* 120. *num.* 7. Reg. Valenzuela *conſ.* 2. *n.* 68. & alij apud Antunez *de Portugal. de donationib. Regiis part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 24. *numero* 24. idem in conceſſione facta ob benemerita, Antunez *ubi ſupr.* Pereyr. *numero* 7. Phœb. *num.* 3. & 4.

8 Et omninò videndus eſt Reinoldus Cuticke *in ſuo tractat. de privileg. cap.* 15. *num.* 3. & 4. ubi ſtrenuè, & eruditè fundat, non poſſe revocari privilegia ex contractu, vel titulo oneroſo, vel in remunerationem conceſſa. Idem ſentit Henricus Harbertonius *dec.* 136.

9 Secunda opinio diſtinguens, * quod conceſſio ſit irrevocabilis, ſi pecunia, vel merita æquivaleant conceſſioni, Larrea *allegat. fiſcal.* 77. *numero* 10. *& ſeqq. Reg.* Capyc. Galeot. *reſp. fiſcal.* 23. & alij apud Antunez *num.* 15. Creſp. de Valdaura *num.* 20. ubi tradit rationem, quod in eo, quod excedit valorem, vel cauſam, dicitur ſimplex donatio, ut notatur in *l. ſi donatione, C. de collat. & in cap. relatum* 12. el 2, *de teſtam.* Molina *de Hiſpan. primogen. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 17. & alij apud Epiſcop. Barboſ. *in d. cap. relatum n.* 7. *Reg. de* Ponte *de poteſt. Proreg. tit. de tract. ſeu extract. num.* 25. & 26.

10 Quæ ratio prorsùs ceſſat cum pecunia, vel merita æquivaleant conceſſioni; quo caſu indubitantèr ſuſtinendum privilegium revocari non poſſe, niſi verè, & realiter fuerit contra jus publicum, vel publicam utilitatem, Sord. *deciſ.* 7. *per tot.* Antunez *de* Portugal. *l. c. n.*15.

11 Tertia opinio, quam tenet Creſp. *de* Valdaura *numero* 22. ait id omninò eſſe arbitrarium, & variè ex perſonis, cauſiſque conſtituendum, Menoch. *de arbitrar. caſu* 132. *numero* 7. & 9. Reg. Tapia *in l. final.* 2. *p. c.* 9. *num.* 8. *de conſtit. Princip. P.* Diana *p.* 8. *tract.* 6. *reſol.* 120. ſed de his jam ſatis; Remitto Lectorem ad tradita per me in aliis locis.

ARGUMENTUM.

Molendinum an, & quando liceat Baroni conſtruere in ejus territorio, non obſtante oppoſitione alterius Baronis vicini magis antiquum Molendinum habentis, & quando flumen dicatur publicum, vel privatum.

SUMMARIUM.

1 *Flumen publicum dicitur, quando eſt navigabile, vel aliud facit navigabile.*
2 *Flumina licèt ſint publica quantum ad uſum, tamen quoad proprietatem ſunt Principis, in cujus territorio defluunt, cùm ſint de Regalibus.*
3 *In flumine publico non poteſt abſque Principis licentia aliquid ædificari, vel molendinum conſtrui, & maximè quando navigatio impediretur.*
4 *Quando periculum eſt innudationis prædiorum inferiorum prohibitum eſt accipere aquam à flumine, & molendinum facere.*
5 *Flumen perenne dicitur publicum.*
6 *Privata dicuntur flumina, quando non ſemper currunt.*
7 *In proprio territorio quiſquis poteſt facere quicquid vult, & potiſſimum molendinum conſtruere, n.* 8. *niſi haberet jus prohibendi, n.* 9. *nec faceret ad æmulationem, n.* 10.
11 *Flumen publicum eſt de Regalibus, & in conſequentiam Baronis per conceſſionem, & n.* 14.
12 *Baro poteſt in flumine publico molendinum conſtruere, etiam quod ſit navigabile, quod maximè procedit in Regno, n.* 16.
13 *Molendinum in flumine publico, & navigabili conſtrui poteſt cum Principis licentia.*
15 *Barones in Regno habent merum, & mixtum imperium & omnimodam juriſdictionem in eorum territoriis.*
17 *In conceſſione Caſtri veniunt flumina.*
18 *Aquam ducere licitum eſt ſi eadem aqua ad flumen revertatur, ubi deciſio S. C.*
19 *Ædificiorum, & molendinorum conſtructio favorabilis eſt.*
20 *Flumen quamvis perenne, ſi naſcitur in territorio privati, non dicitur publicum.*
21 *Tertius non poteſt impedire, quin quis aquam ducere poſſit à flumine, vel curſu aquæ alicujus privati.*
22 *Flumina quamvis publica ſi intrant in territorio privati, illius privata efficiuntur, & ſic etiam quando tranſeunt per territorium Baronis, n.* 23.
24 *Privatus in ſuo ad libitum ædificare poteſt, etiam abſque licentia, etiam in præjudicium tertii, n.* 25.
26 *Aqua quando innundat alia loca ad locum publicum non deſtinata, conſideranda ſunt facientis utilitas, & patientis damnum, & incommoditas, nam ſi magna ſit facientis commoditas, & incommoditas vicini modica, vicinus ædificans non poteſt prohiberi, aliàs, ſecus n.* 27.
28 *Terra Sancti Marzani eſt peſſimi aeris.*
29 *Si aliquis conſtruat molendinum in ſuo, damnum vicini habentis aliud molendinum ex minori concurſu molentium non eſt in conſideratione.*
30 *Conſuetudo, quod quis per mille annos non habuerit in flumine molendinum non tribuit jus negativum, niſi præceſſerit prohibitio habentis primum molendinum, cum patientia adverſarij per tantum tempus, quod ſufficeret ad præſcriptionem.*
31 *Deciſio cauſæ.*

Pro Joanne Baptiſta Capycio Minutulo Barone Valentini, contra MarchionemS. Marzani.

CONSULTATIO XXXIX.

EX duobus præcipuè prætendit Marchio Sancti Marzani impedire conſtructionem molendini Baroni Terræ Valentini. Primò, quia flu- 1
men, ex quo aqua deducitur, eſt publicum, & eſt vel navigabile, vel ſaltem facit aliud navigabile, ut proſequitur Aymus *in tract. de Alluvion. li.* 1. *c.* 15. Sola ad Conſt. Sabaud. *tit. de venat. & piſc. gloſ.* 2. *n.* 3. &
quamvis flumina ſint publica quantum ad uſum, 2
ut *Inſtit. de rer. diviſ. §. flumina, & l. riparum ff. eodem tit.* Roder. Suarez *in alleg.* 16. *ſub num.* 2. tamen quoad proprietatem ſunt Principis, cùm ſint de Regalibus, *c.* 1. *quæ ſint regal. l. fluminum, in princ. ff. de damn. infect.* Bellac. *inter comm. opin. tit. de Alluvion. n.* 1. Joan. Bindebaec. *q.* 13. latè Buccer. *in tract. de regal. c.* 2. *n.* 163. Knich. *de Saxon. non provoc. jur. c.* 5. *n.* 155. Surd.
conſ. 321. *n.* 34. Aym. *d. tract. l* 1. *c.* 9. *§.* 2. & proinde 3
abſque Principis licentia non poteſt aliquid in ipſo ædificari nec molendinum conſtrui, & maximè quando impeditur navigatio, *l. quominus, ubi* Bart. *in* 18. *q. & ibi* Jaſ. *ff. de flumin. l.* 1. *& tot. tit. ff. ne quid in flum. publ.* poſtquam talia flumina navigabilia, licèt ſint Principum, non tamen privati habent facultatem extrahendi aquam, & conſtituendi molendina ſuper eis, vel portum, vel aliud genus tranſvehendi homines ultra flumina, Mandell. *in conſ.* 505.

Secondò,

Secundò, quia molendinum prædictum afferret vicinis enorme damnum, propter periculum
4 inundationis * prædiorum inferiorum, quo caſu
eſt prohibitum accipere aquam de flumine, vel
molendinum facere, *l.1.§.ſunt qui putant, ff.ne quid
in loco publico, l.1.§.quod autem, ff.de flum. Bart.in d.l.
quominus, in 10.& 11.qu.ubi etiam Jaſon, Franciſc. Marc.
dec. 40. num. 41. parte 1. Surd. conſilio 447. nu. 34.* nec
5 poteſt negari, * quod flumen, de quo agitur, ſit pu-
blicum, cùm ſit perenne, *l. fin. ff. de flumin.* privata
6 autem flumina * dicuntur, quando non ſemper cur-
runt, *l. 1. ff. eod. tit.*

Verum prædicta, & alia ſimilibus non obſtantibus, contrarium in præſenti caſu puro de jure
verius. Primò, quia in facto non dubitatur, quod
alveus pro aqua ducenda, & molendinum ſint
7 in territorio * Baronis, & proinde cùm ſint in ter-
ritorio proprio, poteſt in eo agere quicquid vult,
l. altius, C. de ſervit. l.fin. ff. eod. tit. & l. ſi.§ penult.
8 *ff. quod vi, aut clam. Innoc. & Hoſtienſ. in c.* * *ſignifica-
ſti, de appellat.* & potiſſimum molendinum conſtrue-
re, ex multis probat *Matth. Weſemb. in conſ. 34. n.*
9 *1. vol. 1. & in conſ. 67. vol. 2. num. 12.* * niſi tamen
10 alius habeat jus prohibendi † vel ad alterius æmula-
tionem non fiat, *Franc. Mar. dec.* 498.

11 Secundò, quia * flumen, ex quo aqua ducenda
eſt, eſt publicum, & tunc quia eſt de regalibus,
in conſequentiam erit Baronis per conceſſionem
aquarum, aquarumque decurſus, *Lucas de Penn. in
l. quicunque C. de fund. limitroph. l. 11. Capyc. in Inveſt. in
ver. fontibus,* alios allegat Franch. *in dec.* 183. Reg.
Lanar. *conſ.* 39.*n.*10.& 15. Camill. Borrel. *conſ.* 1. *n.*
12 29. & propterea poterit Baro molendinum in flu-
mine publico, etiam navigabili conſtruere, quam-
13 vis † enim hoc ſit prohibitum, regulariter tamen
licebit cum Principis licentia, *libro 1. in prin-
cip. & ibi gloſ. in ver. lego, Digeſt. ne quid in loco
public. l. quod Principes, & leg. ſi in publico, ff.
de aqu. plu. arc. l.1. §. permittitur, ff. de aqua quotid. &
14 æſtiva dict. l. quominus, ubi Doct. ff. de flum.* Buccer. *ubi
ſup. n.* 164. & flumina omnia in Regno ſunt Regia,
& conſequenter Baronis, ut per Afflict. *in deciſ.* 388. &
Franch. *in d. dec.* 183. *n.* 4.

15 Tertiò, * quia Barones in Regno habent merum,
& mixtum imperium, & omnimodam juriſdi-
ctionem in eorum territoriis, cum conceſſione
Regalium, latiſſimè Jo. Bindebacc. *q.*1. Capyc. *Inveſt.*
16 *feud. rub. mero, ac mixto imperio,* * quo caſu poſſunt Ba-
rones, quando flumen intrat eorum territorium
conſtruere molendina, prout in propriis termi-
nis dixit Franc. Mat. *in dec.* 386. *n.* 4. *part.* 2. faciunt
dicta per Cepol. *in tract. de ſervit. in tit. de flum.* &
17 quod in conceſſione Caſtri * veniant flumina ha-
betur in *c. 1. §. ſi quis de manſo ſi de feud. fuer. contr. in
c. 2. §. ad hæc, de pace ten. in cap. 1. de Cap. qui cur. vend. &
per* Cepol. *in d. tract. de flum.* Lud. Bell. *conſ. 9. n.* 17.
Sola *ubi ſup. n.* 12. *& ſeq.*

Quartò, in facto ponderatur, quod non eſt verum, quod flumen, de quo agitur, ſit navigabile, cùm
ex ſui inſpectione contrarium appareat, & licèt
faceret aliud navigabile, prout non facit, tamen
licitum eſt ducere ab eo aquam, ſi eadem aqua
18 poſtea ad flumen revertatur, ita Bar. *in d. l. quomi-
nus, col. 2. verſ. item in eo flumine, ff. de flum.* Rol. à Vall.
omnino videndus in *conſ. 97. vol. 3. per tot.* & tunc
caſus diceretur favorabilis, ubi flumen non aver-
titur omnino, ſed potius ad priorem alveum re-
19 ducitur, Polyd. Ripa *ſing. obſer.* 54. *n.* 10. * etenim æ-
dificiorum & molendinorum conſtructio favo-
rabilis eſt ratione publicæ utilitatis, Sola *ubi ſup. n.*
37. & 60. & quod flumen, de quo agitur, non ſit
navigabile, nec aliud faciat navigabile probatur,
quia teſtes dicunt, quod flumen prædictum in-
trat flumen Scafati, ſive Sarni, & tamen in flu-
mine prædicto Scafati licitum eſt ducere aquam
pro molendino faciendo, dummodo aqua præ-
dicta revertatur ad idem flumen, antequam de-
veniatur ad molendina Scafati, ſicut fuit judica-
tum per S. C. in proprio flumine Scafati, ut per
Afflict. *in d. dec.* 388.

Quintò, quia poteſt attentari, quod aqua
prædicta non ſit publica, etſi enim flumen præ-
dictum ſit perenne, tamen quia naſcitur in terri- 20
torio privato S. Antonij Civitatis Sarni non di-
citur publicum, ſed privatum, & iſto caſu non
poteſt prohibere, niſi ille privatus, in cujus ſolo
ædificatur molendinum, non autem tertius; ut 21
poſt Bart. *in d. l. quominus, in 2. qu. & in l. loci corpus, §.
corpus, ff. ſi ſervit. vendic.* & Alex. *in conſ.* 163. *vol.* 2. di-
xit Afflict. in allegata *dec.* 388. *n.* 14.

Sextò, & ultimò, quia flumina, quamvis ſint 22
publica, tamen quando intrant fundum privati,
privati efficiuntur, Alex. *conſ.* 108. *vol.* 2. & fiunt il-
lius, Reg. Lanar. *conſ.* 39. *n.* 2. ita etiam privata di-
cuntur, quoniam tranſeunt per territoria Baro- 23
num, Reg. Lanar. *conſ.* 2. *n.* 5. & propterea privatus
ad libitum in ſuo ædificare poteſt, Jaſon *conſ.* 98. 24
1.*vol.* Bal. *in l. ſi plures, Cod. de cond. inſer.* etiam abſque
licentia, Cæpol. *in tract. de ſerv. ruſt. præd. cap. de flum.
publ.* Ruin. *conſ.* 94. & 96. 4.*vol.* Jacob. Ant. de Maur.
qui alios adducit *in alleg.* 83. Ann. *in alleg.* 91. ac e-
tiam in præjudicium tertij, ut probat Morot. 25
reſp. 64.*n.*3. & Weſemb. *ubi ſup. n.* 18. *& d. conſ.* 67.*n.*
20. attentis relatis à Sola *ubi ſup. n.* 12. *& ſeq.*

Ex quibus apparet, nullo modo poſſe prohiberi Baronem Valentini, qui habet in terra prædicta merum, & mixtum imperium, ac conceſſionem aquarum, aquarumve decurſus, Sola *ubi
ſup. n.* 20. & cum pertinentiis, ſub quibus molendina comprehenduntur, Mandel. *conſ.* 250. *num.* 21.
& conceſſo feudo ea veniunt Bellac. *inter comm.
opin. feud. tit.* 1. *n.* 90. & etiam cum molendinis ducere aquam ex flumine prædicto, ad finem conſtruendi in proprio ejus territorio molendinum, quamvis eſſet flumen publicum, & aliud faceret
navigabile, Weſemb. *d. conſ.* 34.*n.*15.& *conſ.* 67.*n.*11.

Quod autem dicitur de aeris corruptione la-
ris in facto contrarium fuit demonſtratum, nul-
lum prorſus damnum territoriis vicinis, nec
Univerſitati S. Marzani molendinum prædictum
afferre poſſe, verum eſt conſiderandum cum Bar.
in d. l. quominus n. * quod quando aqua inundat alia 26
loca, ad locum publicum non deſtinata, conſi-
deranda ſunt facientis utilitas, & patientis dam-
num, * & incommoditas, nam ſi magna eſſet fa- 27
cientis commoditas, & incommoditas vicini mo-
dica, tunc vicinus ædificans non poterit prohi-
beri, ut in *l.1. §. ſunt autem, qui putant. ff. ne quid in flu-
mine publico* Polyd. Ripa *d. obſ.* 53. *n.* 6. quoniam au-
tem damnum magnum non eſt certum, ſed ti-
metur, & tunc debet vicinus cavere infra decem
annos, ut *ff. de damn. infect. l. prætor. §. de eo opere, &
ff. de ripa mun. l.* 1. quam Bartol. doctrinam ſequitur
Jaſ. *in d. l. quominus, num.* 19.

Terra autem S. Marzani jam eſt peſſimi aeris, ex
aquis mortuis, quæ in foſſatibus, & viis prædi- 28
ctæ terræ continuò permanent, & putreſcunt, &
ex hoc molendino, ſive aquæductu, ex quo aqua
à flumine derivatur, & in idem flumen ſtatim
regreditur aër nequaquam poteſt damnificari,
ut pleniſſimè in facto eſt fundatum, & proinde
prædicta applicari poſſunt, ubi damnum timere-
tur, tunc enim recurrendum eſſet ad cautionem
de damno infecto per decennium, ſecus autem
in caſu noſtro, in quo nullum damnum ex hoc
molendino poſſit evenire.

Nullius autem conſiderationis erit ultimum
intereſſe Marchionis S. Marzani, quod duo ſua

molendina

molendina damnificarentur ex minori concurſu gen-
29 tium ad molendum, * cùm hoc damnum non ſit in conſideratione, ut per Bald. *in l. 1. in 13. oppoſ. C. de ſent. quæ pro eo, quod intereſt*, & *Alber. in l. ſi manifeſtè, de ſervit. Bart. & Doct. in d. l. quominus, Affl. in d. deciſ.* 388. *n.* 12. *Franc. de Clapperiis cauſa* 13. *quæſt.* 3. *n.* 12. *Reg. de Ponte de pot. Pror. tit. de diverſ. proviſ. rubr. de mercatis ſeu nundinis, n.* 6. *& ſeqq. Weſemb. d. conſ.* 84. *n.* 19. *& conſ.* 97. *n.* 12. *& ſeq.* Sicuti neque conſiderationis erit, quod Baro Valentini non habuerit alias in hoc flumine molendinum, quia neque Marchio S. Marzani in eodem flumine habet molendina, ſed in aliis aquis, & quatenus haberet, neque opitularetur, quia molendinum ſi quis ſolum habuerit per mille annos, poteſt alius aliud conſtruere quandocunque non obſtante conſuetudine, quod ille ſolus habuerit, & non alius, quia talis conſuetudo non tribuit jus negativum,
30 † niſi præceſſerit prohibitio habentibus primum molendinum, cum patientia adverſarij per tantum tempus, quod ſufficeret ad præſcriptionem, ſecundum Abb. & Philipp. Franc. *in cap. ſignificante, de appellat. Barth. Cepoll. de ſervit. urban. c.* 2. *in rubr. de furno*, cum aliis adductis per Morot. *in d. reſponſ.* 64. *per tot. Weſemb. d. conſ.* 34. *n.* 26.

31 *Hæc cauſa fuit deciſa * facta acceſſu per Aulam S. C. & viſo loco ad relationem q. Reg. Conſ. Patignì fuit dictum, licere Baroni Valentini conſtruere Molendinum in ejus territorio, & ſic fuit exequutum.*

✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻ ✻ ✻ ✻✻✻✻✻✻✻✻

OBSERVATIO IN CONSULT. XXXIX.

ARGUMENTUM.

Baroni, an, & quando liceat conſtruere novum molendinum in ſuo territorio, non obſtante oppoſitione alterius Baronis vicini antiquius molendinum habentis? Exornatur *Conſult.* 39. *Reg. Latr.* copioſa *controv.* 46·. *Nigr. Cyriac.* Jura negativa, & prohibitoria præſcribuntur, præcedente tamen prohibitione cum acquieſcentia Adverſarij; Ideò ſola antiquitas molendini, etiam per mille annos nequit ſuffragari, ne novum molendinum conſtruatur, juxta *R. Latr.* & *D. Pecchium tractat. de aquaduct.*

SUMMARIUM.

1 *Molendinum novum, an, & quando liceat conſtruere?*
2 *Materia illuſtratur* controv. 462. Cyriac.
3 *Verba* Cyriaci.
4 *Flumen quando dicatur publicum, vel privatum*
5 *Molendini antiquitas an ſuffragetur, nè conſtruatur novum?*
6 *Laudatur* Archidiaconus Papienſis D. Pecchius, *& adducuntur magiſtralia verba* Baldi.

1 MOte fluentia aquæ, † & currenti calamo ſcribere ſuffragatur in materia hujus *Conſultationis*; de qua etiam ſcripſi in *Obſ. ad Conſult.* 8. *Reg. Latro*, *& in animadverſ. ad cap.* 89. *Gratiani.* Argumentum *Conſultationis* eſt an, & quando liceat Baroni conſtruere novum molendinum in ſuo territorio, non obſtante oppoſitione alterius Baronis vicini antiquius molendinum habentis. Ex quo *Reg. Latr.* pergit indagare, quando flumen dicatur publicum, vel privatum.
2 Illuſtratur materia traditis per † *Nigr. Cyriac. controv.* 462. qui *num.* 4. *& ſeq.* conſiderat, quod licèt flumen publicum, etiam non navigabile, quoad juriſdictionem ſit Principis, tamen in particulari, & præſertim reſpectu uſus, eſt Terrarum, & Communitatum, in quarum territorio fluit, *Surd. conſ.* 321. *numero* 34. *vol.* 3. *& conſil.* 482. *numero* 1. *&* [illegible] *vol.* 4. Et cùm ejus uſus ſit publicus, licitè poteſt in eo conſtrui novum molendinum, & non dicitur fieri injuria vicino habenti molendinum antiquius, ſi ex conſtructione novi, adimatur tantum lucrum per diminutionem concurſus molentium, *Cyriac. num.* 5. referens ultra *DD.* laudatos per *Reg. Latr. in præſenti Conſult. numero* 29. *Alex. conſ.* 194. *numero* 7. *verſ. ubi autem flumen, vol.* 2. *Guid. Pap. deciſ.* 298. *Neguſant. jur. qu.* 295. *num.* 1. optimè *Roland. à Valle conſ.* 97. *num.* 3. *&* 7. *vol.* 3.

Cyriac. num. 6. ſubdit: † *Et quod liceat fabricare novum molendinum in præjudicium antiqui, quando non impediatur aqua neceſſaria, ſed tantum concurſus molentium dixi in mea controv. forenſ.* 310. *num.* 12. *ex multis; & illis addo Afflict. dec.* 388. *ſub numero* 12. *Ruin. conſ.* 98. *pariter ſub num.* 12. *vol.* 4. *Surd. conſ.* 321. *num.* 21. *Menoch. conſ.* 901. *nu.* 42. *&* 42. *Jo. Koppen qu.* 20. *num* 12. 3

Quando autem flumen * ſit dicendum publicum, aut privatum, magiſtraliter, & fusè proſequitur *Cyriac. cit. controv.* 462. *per tot.* quem laudat *Antonius Gobius de aquis qu.* 15.

Demum † *Reg. Latro n.* 30. probat nullius conſiderationis eſſe, quando aliquis ſolus habuerit molendinum in flumine per mille annos, nè alter novum molendinum conſtrueret; cùm ſola conſuetudo nequeat tribuere jus negativum, & prohibitorium, niſi præceſſerit prohibitio habentis primum molendinum cum patientia adverſarij per tantum tempus, quod ſufficeret ad præſcriptionem, ex *Morot. reſponſ.* 64. *& aliis.* 4

Luculentius articulum * proponit modernos *I. C.* & meritiſſimus *Archidiaconus Cathedralis Papien. D. Pecchius tractat. de aquaduct. lib.* 4. *quæſt.* 94. *per tot. & numero* 2. ſingulariter advertit, quod licèt adeſſet particularis conventio, nè conſtrui poſſit novum molendinum, vel præſcriptio etiam immemorabilis; quando tamen intraret publica utilitas, nec conventio, nec præſcriptio ſit attendenda, videlicet quia unicum molendinum non poſſet omnibus ſufficere, ita ut difficillimè Populus illius terræ ſe manutenere poſſet; præcipue ſi auctus eſſet, vel introducti eſſent milites pro defenſione ejuſdem loci, eo in caſu quilibet conſtruere poſſet molendinum, ex doctrina *Baldi in l. item lapilli ſub numero* 9. *verſ. tertiò quæro. D. de rer. diviſ.* dicendo: *Tertiò quæro, an poſſim præſcribere, quod nullus poſſit habere molendinum, niſi ego, & poſteri mei? Reſponde ſic, inſr. de diverſ. præſcript. l. ſi quiſquam contra certus prohibui, & illi acquieverunt prohibitioni, C. de ſervit. & aq. l.* 2. *& quia jura prohibitoria non poſſunt aliter præſcribi, niſi primò procedat prohibitio, ergo poſſum præſcribere hanc ſervitutem, quod in prædijs vicini non poſſit ædificari molendinum in præjudicium molendini mei, & ſic eſt ſervitus prædialis, ſicuti ſervitus altius non tollendi, vel non ædificandi. Iſta tamen præſcriptio videtur poſſe reſtringi tempore publicæ neceſſitatis, arg. C. de ſervit. l. final. in fin.* 5

ARGUMENTUM.

Mercedis remiſſio an, & quando debeatur Conductoribus Gabellarum, & qui dicantur caſus inſoliti, & quid quando adeſt generalis renunciatio omnibus caſibus fortuitis, exceptis belli, & peſtis.

SUMMARIUM.

1 *Conductori penſionis rata debet à locatore benificari, quando ille fuit impeditus uti re conducta facto tertij, nulla habita diſtinctione, ſi damnum ſit intolerabile, necne, nu. 2. maximè ſi damnum attingat in ſubſtantia rei, & non in fructibus, n. 3.*

4 *Remiſſio mercedis ſi ſit in aliquibus caſibus reſtricta non operatur exclufionem aliorum caſuum, quia requiritur ſpecifica renunciatio.*

5 *Caſus inſoliti non comprehenduntur in renunciatione facta caſibus fortuitis.*

Contrarium, n. 7. & 14.

6 *Renunciationes facta caſibus fortuitis ſolent apponi de ſtilo Notariorum.*

8 *Conductor poteſt caſibus quibuſcunque renunciare, & ſe illis non obſtantibus ad integram penſionis ſolutionem obligare.*

9 *Verba ſatis eaxè expreſſa non debent abſque effectu manere.*

10 *Notarius non præſumitur aliquid in inſtrumento appoſuiſſe abſque partium voluntate, & conſenſu.*

11 *Contrahentes quando ſunt perſpicaces, non Notario, ſed ipſis eſt imputandum, quod non contradixerunt ſtipulationi facta à Notario de his quæ eis diſplicebant.*

12 *Remiſſio mercedis ſi in contractu locationis fuit conventa in uno, vel duobus caſibus, cenſetur renunciatum omnibus aliis caſibus fortuitis. Quod eo magis procedit, quando cum generali renunciatione adeſt aliquorum caſuum exceptio, n. 13.*

14 *Renunciatio in contractu locationis ſimpliciter facta caſibus fortuitis, comprehendit etiam caſus inſolitos, & incogitatos.*

15 *Diſtinctio caſuum ſolitorum, & inſolitorum nulla lege introducta reperitur, & n. 22.*

16 *Conductoribus eſt imputandum, ſi fortuna contractum commiſerunt, cùm alio modo ſibimet ipſis proſpicere potuiſſent.*

17 *Renunciatio ſpecifica facta caſibus ſolitis, & inſolitis ex quavis cauſa, & excluſis omnibus aliis non exceptis, inducit geminatam renunciationem, & operatur excluſionem omnium caſuum, quamvis inſolitorum.*

18 *Opinio* Bart. *& aliorum, qui tenent, ut in ſimplici renunciatione non veniant caſus inſoliti, declaratur, & intelligitur in caſu inſolito, de quo neque in genere, neque in ſpecie cogitari potuit, ſaltem in genere. Reprobatur, n. 20.*

19 *Caſus inſolitus dicitur præter omnem cogitationem, & veriſimilitudinem.*

21 *Caſus inſolitus dicitur, ſi ſemel in mille annis accidit.*

23 *Caſus inopinatus non dicitur, quando adeſt probabilis ſuſpicio, & ubi tempore conductionis adeſt impedimentum, n. 24.*

25 *Conductores, ſive Arrendatores Gabella, ſi non ita commodè exegerint fructus, non eſt in conſideratione, ut poſſint excomputum obtinere, ex quo periculum ſuſceperunt, ſicut excedens utilitas eorum fuiſſet*

26 *Mutatio moneta pluries accidit in hoc Regno, & ideo non poteſt dici caſus inſolitus.*

27 *Reductio moneta ad veram æſtimationem fit, ut res vendenda juſto pretio ſolvantur.*

28 *Edicta reductionis moneta ad verum valorem juſta dicuntur, nec Populi conqueri poſſunt.*

29 *Opinio* Marant. conſ. 138. n. 1. *reprobatur, & declaratur, n. 30.*

31 *Adminiſtratores pecunia fiſcalis non poſſunt ea uti, ſecus tamen Arrendatores, ſive conductores Gabellarum.*

32 *Conductor moroſus in ſolvendo trahit ad ſe periculum pecunia, quam expendere potuit antè moram.*

33 *Teſtibus, qui non reddunt cauſam ſcientiæ, & ſunt miniſtri, & mercenarij eorum, pro quibus examinantur, non debet fides adhiberi.*

34 *Conductoribus, qui facilè cogitare potuerunt, damnum eſſe eventurum, non fit remiſſio. Etiam ſi de eo dubitari tantum cœpiſſent, vel eſſet probabilis ſuſpicio, num. 35.*

36 *Annona cauſa permittit lex, poſſe capi animalia etiam ab invitis, & permittitur etiam prohibitio, ne victualia extrahantur à Civitate, vel Regno, n. 47.*

38 *Caſus fortuitus non dicitur, quando prævideri, & imaginari poſſet.*

39 *Conductores, qui facto tertij ſupervenie nte impediti fuerunt, ne poſſent re conducta uti, ſe proteſtari debēt, alias ſi perſeverent uſque ad finem, & locator non valuit providere, ſibi imputent, etiam ſi eis impedimentum ſit magnum.*

40 *Conductori non fit remiſſio, niſi damnum patiatur intolerabile, quod contineat læſionem ultra dimidiam, etiam ſi damnum proveniat ex facto tertij, vel Principis, n. 42.*

41 *Conductor ad finem obtinendi mercedis remiſſionem debet probare, quod ſterilitas ſit tam magna, ut ex fructibus perceptis, deductis expenſis non potuerit dimidiam penſionis ſolvere, & n. 48. ubi deciſiones, ſecus tamen ſi damnum ſit modicum, n. 43.*

44 *Damnum intolerabile ut dicatur, non unius rei, ſed omnium rerum ſimul conductarum eſt habenda ratio, & quod deeſt in uno anno propter ſterilitatem, ſuppletur ex ubertate alterius.*

45 *Damnum conſideratur habito reſpectu ad penſionem, quæ ſolvitur, non autem ad lucrum, quod conductor amittit propter caſum fortuitum.*

46 *Remiſſioni mercedis ad finem ut ſit locus debent conferri reditus, & fructus totius temporis locationis, & debet attendi univerſalis locatio, quæ licèt ſit facta per plures annos, & fuerit promiſſa ſolutio quolibet anno, habetur tamen pro unica locatione, & diſtributio cenſetur facta ratione commodioris ſolutionis.*

47 *Sterilitas unius anni compenſatur cum ubertate ſequentis.*

49 *Major quantitas ex Arrendamentis percipitur, quam quæ apparet ex libris Credenzeriorum.*

50 *Conducta rei ſubſtantia ſublata ob impedimentum ſequutum ex facto tertij non attenditur damnum intolerabile, ſed fit reſtaurum pro rata damni, etiam ſi ſit minimum, nec compenſatur ubertas cum ſterilitate.*

Contrarium, n. 51.

52 *Deciſio cauſa.*

Pro Regio Fiſco, ac Hoſpitali Divæ Mariæ Annunciatæ, contra Fabritium Turinum, & Marcum Antonium Ardizzonem Affictatores Cenſalium.

CONSULTATIO XL.

Licèt judicium motum per Gubernatores, & Arrendatores Gabellæ vulgariter nuncupatæ *del Reale della carne, è quatro sbarre*, contra Oeconomos ſacræ Domus A. G. P. & litis conſortes, ſit compilatum ſuper reſtauro quod prætendunt in affictu dictæ gabellæ pro rata damni paſſi, quibus ſigillatim

etiam in facti ſpecie extat plene ſatisfactum, tamen in
duobus ſe reſtringant, ex quibus præfatum reſtau-
rum eiſdem concedendum prætendunt, alterum ſci-
licèt ob impedimentum, quod prætendunt fuiſſe
allatum a Superiore reſpectu exactionis dirictuum
dictæ gabellæ, alterum verò ob commercium, quod
ſimiliter ſublatum fuiſſe autumant, cauſa malæ mo-
netæ in Regno introductæ.

Dicunt enim, eos penſionis ratam conſequi debe-
1 re, * dum fuerunt impediti facto tertii, ex traditis per
*Bart. in l. ſi uno, §. item cum quidam, n. 2. & 3. ff. lo-
cati*, cum aliis cumulatis per *Pantſchzman. pract.*
2 *quæſt. part. 1. quæſt. 13. & 14. in princip.* † nulla habita
diſtinctione, an damnum ſit intolerabile, nec ne, ex
traditis poſt *Bart. Bald.* & alios per *d. Pantſchzman.*
3 *d. q. 14. n. 15. & ſeq.* † præſertim ſi damnum contin-
gat in ſubſtantia rei, & non in fructibus, prout in
impedimento uſus Gabellæ tradiderunt *Surd. d. deciſ.
326. n. 54. & Menoch. conſ. 571. n. 7. lib. 7.*

4 Nihil refragante, * quod ipſi reſervaverint remiſ-
ſionem in duobus caſibus tamen, renunciando omni-
bus aliis, quia per hanc reſervationem alij caſus non
ſunt excluſi, ut *Dec. conſ. 555. n. 6. Boſſ. de remiſſ. publ.
n. 36. Lancel. Gail. conſ. 118. n. 7. Pantſczhman. qu. 12.
n. 40.* ea ratione, qua ad caſuum fortuitorum exclu-
ſionem ſpecifica requiratur renunciatio *Surd.* poſt a-
lios *conſil. 339. n. 14. & 17.*

5 Nec in caſu noſtro * ſpecificam renuntiationem
adeſſe, & ſi adeſſet, nec caſus inſolitos comprehen-
dere, ex *Bart.* & aliis citatis per *Lancell. ubi ſupra
Coſta conſ. 30. Natt. conſ. 21. Surd. Grattan.* & alij af-
6 firmant etiam, † quia tales renunciationes de Nota-
riorú ſtilo potius appoſitæ cenſentur ex *Cravet. Becc.
& Lancel. loc.* citatis per *Pantſchz. ubi ſupra.*

Nos verò Sacræ Domus jura tuentes apertiſſimè
demonſtrabimus, non eſſe locum petito reſtauro,
prædictis ex adverſo ponderatis nihil quicquam re-
fragantibus.

Negamus etenim, & in primis, ipſos fuiſſe impe-
ditos a ſuperiore, & ſic facto tertij in exactione di-
rictuum dictæ gabellæ, prout in facti themate eſt
plenè animadverſum.

Præterea, & ſic fuiſſent impediti facto tertij in
exactione dictorum dirictuum, adhuc eiſdem
denegandum eſt omninò petitum reſtaurum, tum
ob renunciationem ampliſſimam, ac ſpecificam pe-
tendi excomputum, vel deductionem ex quavis cau-
ſa, & caſu cogitato, vel incogitato, etiam ſi re-
quireret ſpecificam mentionem, niſi ex cauſa belli,
vel peſtis in Provincia Terræ laboris tantum, exclu-
ſis penitùs omnibus aliis caſibus, ſic enim dictant
verba renunciationis. Tum quia nec adfuit damnum
intolerabile, tam attentis redditibus primi anni, quam
totius temporis triennij dictæ locationis, prout in
hujuſmodi caſibus ad finem obtinendi dictum re-
ſtaurum, ſecundum magis communiter receptam
concluſionem ex juris diſpoſitione requiritur.

Nam reſpectu renunciationis certiſſimum eſt,
7 fuiſſe renunciatum omnibus caſibus fortuitis, * cogi-
tatis, & incogitatis ſpecificè, qui cauſam petendi ex-
computum præbere potuiſſent, & hoc caſu ceſſat
omnis difficultas, & non eſt locus excomputo, ad-
veniente caſu etiam incogitato, & inſolito, ſtante
dicta renunciatione, prout aperto ore aſſeverant
Andr. Gayl. *li. 2. practicar. obſer. obſerv. 23. nu. 20. in
fin.* Neviz. *conſ. 66. num. 59.* Arias Pinell. *in l. 2. cap. 3.
n. 26. & 33. C. de reſcind. vend.* ubi dicit, hanc eſſe ve-
riorem, & ſecundum eam in Senatu Regio judica-
tum teſtatur Valaſc. *quæſt. 27. n. 35. verſ. valere au-
tem de jur. emphyt.* & Molina Jeſuita *diſput. 495. n. 12.
tom. 2.* ubi ita pariter deciſum refert, & ſequitur Hie-
ron. Pantſchzm. *d. lib. 1. q. 7. n. 41.* & Reg. Revert.
8 *dec. 73. lib. 5.* qui iis præſertim rationibus moventur, †
tum quia poteſt conductor caſibus quibuſcunque re-
nunciare, & ſe illis non obſtantibus ad integram pen-
ſionis ſolutionem obligare, *l. ſi his, qui fundum, in
princ. ff. loca l. licèt, C. eod. l. negotium, C. de negot. geſt.*
Vaſquez *tom. 2. lib. 3. quæſt. uſufreq. cap. 54. n. 5.* qui
de communi teſtatur, Afflì. *dec. 258. n. 2.* Carroc. *de
locato, & conducto, quæſt. 8. nu. 109.* Barboſ. *in collect.
libr. 3. titul. 18. de locat. & conduct. in capite propter
ſterilitatem, num. 7.* Gayll. *ubi ſupra, num. 17.* Caſtill.
lib. 3. quotidian. cap. 3. nu. 48. Tum etiam, quia ea
verba ſatis indicant deliberationem maximam, &
præmeditationem, * nec debent verba illa tam enixè 9
expreſſa ſine effectu manere, *Pinell. loc.* citato. Quis
enim ipſos coegit tam durum in ſe recipere provin-
ciam, cùm conditiones eiſdem propoſitas liberum
fuerit repudiare? quod ſi aliter diceremus, omnes
contractus annullandi eſſent, ubi quis damnum pa-
teretur, is igitur, qui tam prægnantibus verbis
contraxit, nil aliud, quam fortunam, & eventum in
contractum deduxiſſe videtur, nec fortè altera pars
aliter quoque fuiſſet contractura, tantum abeſt, ut
ad id cogi potuiſſet, ſic Pantſchz. *d. quæſt. 7. n. 46.
verſ. minus etiam ſatisfaciendo contrariis*, qui & *num.
47. ead. quæſt. 7.* removet aliam objectionem, quod
hæ clauſulæ ſint parvifaciendæ, tanquam appoſitæ
potiùs ex ſtilo Notariorum, * quam partium volun- 10
tate, cùm communis opinio ſit in contrarium, ſcilicet
non præſumi aliquod in inſtrumento appoſitum
abſque partium conſenſu, ut plenè Menoch. *conſ. 37.
nu. 130. & ſeq. lib. 2. de præſ. præſ. 79. nu. 4.* ubi ait,
communem *Doctorum* ſententiam ſtare contra *Bar.*
contrariæ opinionis antiſignanum, refert, & ſequitur
Pantſchzm. ubi ſupra, quibus addo in propriis termi-
nis etiam *Joan. de Neviz. conſ. 19. nu. 23.* eo magis,
quia in caſu noſtro contractus fuit plenè digeſtus,
& Notarius bene doctus, * & Conductores perſpi- 11
caces, unde non Notario, ſed ipſis imputandum,
quod non contradixerunt, ſi eis diſplicebat hujuſ-
modi renunciatio, *l. ſi filij, la 2. ff. ad Maced.* ita *Ne-
viz. loc.* citato.

Quinimò etiam ſi non adeſſet ſpecifica renuncia-
tio caſuum ſolitorum, & inſolitorum, ex quo remiſ-
ſio conventa fuit in duobus dumtaxat caſibus, belli
ſcilicèt, & peſtis, nominatim expreſſis, cæteris aliis
renunciatum cenſeri magis communiter docuerunt,
ea ratione, quia in contractu locationis, excepto
uno, * vel pluribus caſibus, in quibus remiſſio mer- 12
cedis fuit conventa, cenſetur renunciatum omnibus
aliis caſibus fortuitis, Joan. Andr. *in addit. ad Spec.
tit. de locat. & conduct. §. jam videndum, in add. mag-
na, verſ. adhuc ſcire debet, Calcan. conſ. 23. n. 7. Ruin.
conſ. 87. lib. 1. in fin. Gratus conſ. 161. num. 19. l. 2.
Philip Portius conſ. 143. n. 16. Pariſ. conſ. 38. n. 10. li.
2. Joann. Botta conſil. 81. n. 51. Proſper Paſethus conſ.
30. nu. 39.* hancque ſententiam latè comprobat variis
rationibus *Rimin. jun. conſ. 92. num. 19.* & latius *conſ.
637. nu. 15. & ſeq. Jacob. Gallus conſ. 26. n. 11. Card.
Mantic. tom. 1. de tacit. convent. tit. 8. lib. 5. n. 25.
Alex. conſ. 3. n. 2. lib. 2. Rot. Roman. in dec. 727. ſub
n. 4. par. 4. diverſor.* & iterum ex recollect. per *Rub.
ab anno 1631. dec. 24. n. 2.*

Et in caſu, de quo agimus, nedum adeſt exceptio
caſuum in duobus tantum caſibus, ſed etiam adeſt
ſpecifica renunciatio aliis non expreſſis, quo caſu
ceſſat omnis difficultas.

Rurſus hæc concluſio concurrente generali renun-
ciatione, † ac aliquorum caſuum exceptione, nul- 13
lam vim patitur, ſecundum utramque opinionem
Doctorum, ita pro conſtanti affirmat Gratus *conſ. 161.
num. 16. lib. 2.* & poſt eum *Carocius de locato. tit. de
remiſſio. merced. qu. 8. concluſ. 27. num. 109. & Silvan.
conſil. 35. numero 22. Rot. Rom. in recoll.* per *Rub. d.
deciſ. 23.*

Inſuper ſufficeret etiam † renunciatio caſibus for- 14
tuitis ſimpliciter facta, quæ etiam inſolitos com-

prehenderet, & incogitatos, quemadmodum exploſa opinione Bar, & ſequacium docuerunt poſt Bald. Ang. Fulg. Alex. & alios *in l. ſed & ſi quis, §. quæſitum, ff. ſi quis caut. Corneus conſ.* 128. *li.* 2. *Jaſ.* qui de communi teſtatur *conſ.* 207. *num.* 7. *lib.* 1. *Pinell.* qui hanc contra *Bar.* opinionem dicit, eſſe veriorem in *d. l.* 2. *d. cap.* 3. *n.* 30. *Carocius de locato, tit. de caſibus, q.* 8. *n.* 21. ubi hanc hodie eſſe magis commonem tradit, & hanc etiam putat veriorem *Menchaca l.* 3. *quæſt. uſufreq. cap.* 54. *Molina ubi ſupra*, Gutierrez *part.* 1. *de juram. confirm. cap.* 24. *num.* 6. *Fachineus lib.* 1. *controverſ. juris, cap.* 86. & noviſſimè *Caſtillus d. libr.* 3. *controv. cap.* 3. *nu.* 86. *& ſeq.* ex quibos conſtat, hanc opinionam eſſe magis communem, & ab ea non eſſe in judicando recedendum, ut præfati Doctores teſtantur, cui aſſentit etiam *Pantſchz. d. q.* 7. *per totam, & quæſt.* 8. *in fin. & d. quæſt.* 7. *nu.* 31. *&* 32. * aſſerit
25 nullam legem hanc ſolitorum, & inſolitorum diſtinctionem iotroduxiſſe, nec proinde noſtrum erit diſtinguere, & falſam, & effictam eſſe *Bart.* & ſequacium diſtinctionem, & ſi contrahentes ſuper caſu inſolito interrogati fuiſſent, à promiſſione non abſtinoiſſent, nam promittentes fortunæ hoc commiſe-
26 tunt, non exiſtimantes, talem caſum eventutum, igitur eis imputandom, * ſi cõtractum fortunæ commiſerunt, cùm alio modo ſibimetipſis proſpicere potuiſſent, & *n.* 30. dicit, quod ex hac *Bar.* falſa, & efficta diſtinctione tot conſiliorum edita ſunt volumina, ut ferè omnis caſus fortuitus habitus ſit pro ioſolito, contra tot expreſſa & dilucida legum capita.

Si igitur ſufficeret ad excludendum petitum reſtaurum ob caſum incogitatum, & inſolitum excepto aliquorum caſuum tantum, item & renunciatio caſibus fortuitis ſimplex, ex ſupra congeſtis, nullus remanet in caſu noſtro dubitationi locus ſtante ſpecifica renunciatione caſibus ſolitis, & inſolitis, ex
27 quavis cauſa, † & excluſis omoibus aliis caſibus oon exceptis, ſecundùm veriorem opinionem, quam ſupra probavimus, imò dicta verba indocunt geminatam renunciationem, & proinde operantur fortiorem excluſionem omnium caſuum, qoamvis inſolitorum, prout probat poſt alios Surd. *conſ.* 445. *n.* 3. *lib.* 3.

Item contraria opinio *Bart.* ut non veniant caſus inſoliti ſub renunciatione ſimplici, procedit, & intelligitur in caſu inſolito, de quo nec in genere, nec
18 in ſpecie fuit cogitatum, * ſecus ſi potoit cogitari ſaltem in genere à condoctore periculom ſuſcipiente, ita conciliat *Ant. Rubeus in d. §. quæſitum, nu.* 1. ſequitur poſt *Ripam, Valaſc. d. q.* 27. *n.* 35. & dicitur caſus inſolitus præter omnem cogitationem, & veri-
19 ſimilitudinem, † *Rot. Rom dec.* 725. *nu.* 11. *par.* 1. *diverſ. Bellet. diſquiſition. cleric. §.* 1. *tit. de clerico debitore, §.* 9. *n.* 13. licèt hæc diſtioctio damnetur à Moli-
20 na *diſput.* 495. *n.* 12. ubi ſubdit, * non eſſe audiendas has ſubtilitates, quæ litibus fomenta præbent.

Hæc tamen ex abundanti dicta ſint, quoniam ſive hanc uti magis communem ſequamur, ſive contrariam opinioοem, quod nunquam cenſeatur renonciatum caſui fortuito valdè inſolito, qui à prudentiſſimo viro non poteſt prævideri, Menoch. *conſil.* 27. & Surd. *deciſ.* 299. *num.* 21. *& ſeq.* & aliis in contrarium allegatis, nec locus eſt petito excompu-
21 to, ſive *Bart.* opinionem, † aſſerentis caſum valdè inſolitum dici, ſi ſemel in mille annis accidit, ſectemur, ſive *Corn.* qoi ſemel infra centum annos evenerit, ſive *Ripa*, id arbitrio Judicis remittentis, qoos refert *Menoc. de arbitr. caſu* 80. *ex n.* 7. ſive *Pantſchz.* qui *d. c.* 7. *& cap.* 8. *in fi.* neutri opinioni adhæren-
22 dum putat, † ex eo, quod hanc diſtinctionē ſolitorum, & inſolitorum in jure non eſſe fundatam aſſerit.

Siquidem reſpectu commercij, quod Pars prætendit ſublatum in Regno ex caſu malæ monetæ in eo introductæ, quem inter caſus valde inopinatos enumerat, utique non poteſt dici inſolitus, & ioopinatus, quia tempore dicti affictus aderat eadem moneta, quæ poſt quatuor menſes fuit reprobata, unde iſte caſus poterat prævideri, & fuit jam prævisus, prout colligitur etiam ex proœmio Regiæ Pragmaticæ publicatæ ſub die 30. Julij 1621. nec fuit ſublatum commercium, præſertim rerum comeſtibiliom, prout ex adverſo falsè prætenditur, † & in facti ſerie eſt notatum, non enim dicitur caſus inopinatus, quando adeſt probabilis ſuſpicio, Urſill. *ad deciſ.* Afflict. 258. *numero* 9. * & ubi tempore conductionis adeſt impedimentum, ſibi imputet condoctor, ut notat Bald. *in l. ex conducto, §.* 1. *& in l. ſi ea lege, C. locati*, Carocius *titul. de remiſſ. mercedis, quæſtione* 8. *num.* 159. Clapper. *in cent. cauſ. fiſcal. quæſt. unica, cauſa* 43. *n.* 4.

Nec ex mutatione monetæ aliquod damnom paſſi fuerunt prædicti conductores, prout in nota facti, & quatenus aliquod damnum inde emerſiſſet ex dicta mutatione, Gabellariiſmet debet imputari, quod periculum ſuſceperunt, tanto magis, quia non omnis moneta fuit reprobata, ſed aliqua particularis tantum, uode ſuperfuit ália, quæ fuit ſemper in uſu, cum qua potuerunt homines negotiari, imò nec in totum fuit reprobata, ſed potuit expendi ad pondus, prout fuit expenſa, & ſic non fuerunt privati jure exigendi fructus dictæ Gabellæ, & licèt forſan noo iſta 25
commodè exegerint fructus, † iſtud non eſt in conſideratione, ex quo periculom ſuſceperunt, ſicut excedens, utilitas eorum fuiſſet, ita in terminis tenet Firmian. *in tract. de gabell. in* 2. *par. q.* 25. quem refert, & ſequitur in eiſdem terminis Marant. *conſ.* 138. *num.* 5. *& ſeq.*

Ee fortius, * quia motatio monetæ pluries accidit 26
in hoc Regno annis non longè decurſis, & præſertim tempore præſidatus in hoc Regno Excellentiſſimi Ducis Albæ ſenioris, ut teſtatur *de Ponte de Poteſtate Proregis, tit. de regal. impoſit. n.* 40. & in anno 1557. 6. Martij, ut refert Urſill. ad Affl. *deciſ.* 90. *n.* 3. & in anno 1609. ut ex *pragm.* 9. *de monetis*, idcirco nollo modo poteſt dici caſus inſolitus, & dicta reductio ad veram æſtimationem ſit, * ut res vendendæ 27
juſto pretio ſolvantur, *l.* 1. *ff. de contr. empt. Theſaur.* proximè allegandus * *n.* 68. *in fin.* & ſic hujuſmodi e- 28
dicta ſuot ſancta, atque juſta, nec de illis Populi conqueri poſſunt, dum reducitur moneta ad juſtum valorem, tradit Gaſp. Theſ. *de aug. mon. c.* 1. *n.* 37.

Nec etiam ſuffragatur prædictis conductoribus depoſitum duc. 3274. factum ſub die 18. Martij 1622. in eadem pecunia reprobata, præcedentes cedere eos debere in damnum dictæ Sacræ Domus uti perventos ex fructibus, ſive redditibus ejuſdem Gabellæ, ex traditis per eundem *Marantam d. conſil.* 138. *num.* 1. 2. *&* 3.

Primò, quia eſt plenè in facto probatum, dictam pecuniam aliunde eiſdem perveniſſe.

Secuodò, * opinio *Maranta* circa hoc reprobatur 29
per *Gaſp. Ant. Theſaur. d. tract. de aug. moneta, part.* 1. *n.* 67. qui ſic ſervatum vidiſſe teſtatur.

Tertiò, quia debebant prævidere mutationem monetæ, dum poſt qoatuor menſes foit mutata, & erat diſpoſitum à dicta pragmatica editâ in menſe Julij 1621.

Quartò, opinio *Maranta* ſi vera eſſet procederet ubi moneta in totum reprobatur, ſecus verò ubi non reprobatur in totum, * proot in caſu noſtro, tunc 30
enim attenditur tempos ſolutionis, præſertim ſi debitor illam monetam exactam potuit coovertere in uſus proprios, juxta tradita per *Bald. in l. acceptam, q.* 17. *C. de uſur.* unde imputandum eſſet condoctoribus dictæ gabellæ, * qui illam in alios oſus non con- 31
verterunt, quod Adminiſtratoribus pecuniæ fiſcalis tantummodo extat ex juris diſpoſitione prohibitum, ad *text. in l.* 1. *&* 2, *C. de his, qui de publ. rat. mut.*

pecun-

Digitized by Google

pecun accep. Bart. in *l.* 1. *C. de aur. publ. l.* 10. & latè
D. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de regal. impoſit. §. 2.
Et tandem, quia fueruot in mora deponendi di-
ctam pecuniam in Banco dictæ Sacræ Domus, ex
quo poterant illam deponere in menſe Februarij,
prout depoſuerunt alias quantitates, & tunc ceſſa-
rat dies ſolutionis, prout liquet ex inſtrumento.
32 Igitur ſtante mora ipſorum conductorum, † ceſſat
omnis difficultas, & ceſſat opinio *Marantæ*, quæ
procedit, quando moneta eſt reprobata ante moram
debitoris, ut ipſemet aſſerit *eod. conſ.* 138. ſupra citato
num. 1. 2. & 3. nec diſſentit *Gabr. commun opin. tit.
ſolut. concl.* 3. *num.* 1. & alij, quos refert, & ſequitur
Theſaur. loco ſæpiùs citato *n.* 53.
Reſpectu verò prætenſarum prohibitionum fa-
ctarum à Superioribus, ex quibus autumant con-
ductores, fuiſſe prohibitas exactiones diri ctuum
dictæ Gabellæ, ex facti ſpecie clariſſimè liquet, ipſos
non eſſe circa hoc in probatis, nam reſpectu præ-
tenſæ prohibitionis factæ pro exactione diri ctu-
um frumentorum hujus Fideliſſimæ Civitatis, qua-
tenus adeſſet, licito jure procederet; quia non fuit
comprehenſum hoc in affictu prædicto, nec com-
prehendi poterat, dum erat immunis Fideliſſima
hæc Civitas à ſolutione dictorum diri ctuum, ut ex
decretis Collateralis Conſilij, & Regiæ Cameræ
in facti nota ponderaria, de quibus meminit etiam
Reg. Moles deciſ. 67. *manuſcript. ſub tit. de gabella
sbarrarum*, vel ſi comprehenſum fuiſſet hoc jus in
dicto affictu, eſſet onus ipſorum Conductorum di-
ctos diri ctus exigere à dicta Fideliſſima Civitate,
contra quam jam direxerunt eorum greſſus, qui tem-
pore conductionis jam notitiam habuerunt dicto-
rum decretorum latorum in beneficium dictæ Civita-
tis, ut ex actis apparet.
Nec vim faciunt prætenſa ſequeſtra facta à Com-
miſſariis deputatis per totum Regnum ſuper frumen-
tis, aliiſque victualiis, & impedimenta data anima-
libus in toto Regno, quorum cauſa prætendunt de-
feciſſe vecturas, & aſportationem victualium in hac
Fideliſſima Civitate, ex quibus percepiſſent ipſi con-
ductores diri ctus dictæ gabellæ.
33 Tum quia non ſunt in probatis, * & teſtes non
reddunt cauſam ſcientiæ, & ſunt miniſtri, & mer-
cenarij ipſorum, & proinde non debet eis adhiberi
fides, ut in his terminis docet *Rimin. ſenior conſ.*
206. *n.* 9. *lib.* 2.
Tum etiam & ſecundò, quia poterant, & debe-
bant prævidere dicta impedimenta tempore contra-
ctus, ſi vera fuiſſent, dum ipſimet confitentur, ipſa
incepiſſe in menſe Septembris 1621. à quo tempore
incæpit dictus affictus, hinc igitur eiſdem imputan-
34 dum omne damnum, * quod eventurum facilè cogi-
tare potuerant, *Alexand. conſ.* 41. *volum.* 3. *Jaſon d.
conſ.* 107. *nu.* 20. *Cravet. conſ.* 176. *n.* 5. & *conſ.* 946.
n. 14. *Rimin. junior conſ.* 637. *n.* 37. Quando enim ca-
ſus fortuitus provideri poteſt, conductori non fit
remiſſio, quia imputandum eſt ei, qui ſciebat
conditionem rei, & temporis, tunc namque culpæ
connumeratur *Jaſ. in l.* 7. *nu.* 98. *in fin. C. de jur. emph.
Alexand. in l. interdum,* §. *quod naufragio, ff. de acquir.*
35 *poſſeſſ. Corta in memorab. ver. guerra*, † ubi id exten-
dit, etiam ſi de caſu fortuito dubitari tantum cœpiſ-
ſet, vel eſſet probabilis ſuſpicio. ſequitur *Cancerius
var. reſol. lib.* 3. *c.* 15. *n.* 141. & *ſeq.* & *Valaſc. d. quaſt.*
27. *n.* 49. *de jur. emph.*
Quæ jura ſi procedunt, circumſcripta renuncia-
tione caſus fortuito, quando magis procedere de-
bent in ſpecie noſtra, de qua agimus, ſtante ſpecifica,
ac geminata renunciatione omnibus caſibus, etiam
inſolitis.
Tertiò, deſtinatio Commiſſariorum fuit alias, &
36 ſæpius practicata in hoc Regno, † & maxima ratio-
ne, quia pro aſportatione pro cauſa annonæ permittit
lex, poſſe capi animalia, etiam ab invitis, ut tradit
Bart. in l. jubemus, C. de ſacr. Eccl. * ac etiam promit- 37
titur prohibitio, ne victualia extrahantur à Civitate
vel Regno pro annona ipſius, ut per *Avendan. de
exequen. mandatis, libr.* 1. *capit.* 19. unde ſi tales pro-
hibitiones, & ordinationes de jure communi per-
mittuntur, & alias accidit in hac Civitate fideliſſima,
non dicitur caſus fortuitus, nec inſolitus, cùm ie
prævideri, * & imaginari poſſit, ex traditis per Bald. 38
& Salic. *in l. quæ fortuitis, C. de pign. act.*
Tum & tandem, quia nulla adeſt proteſtatio di-
ctorum Conductorum, niſi in menſe Februarij 1622.
ſex menſibus poſtquam fuerant illata prædicta impe-
dimenta à menſe Septembris, † prout ipſi conten- 39
dunt: proteſtandum eſt enim impedimento ſuperve-
niente facto tertij, & ita boni Practici utuntur, Jo-
ſeph. Ludov. *dec. Peruſ.* 50. *nu.* 10. *p.* 1. Natta *conſ.*
449. alias ſi conductor perſeveret, & non proteſte-
tur, ad finem ut locator valeat providere impedi-
mento, ſibi imputet, etiam ſi impedimentum ſit
magnum, *l. quod ſi domus, & l. item quæritur,* §. *exer-
citum, ff. locati, Bero. conſ.* 140. *n* 18. & 144. *n.* 15.
l. 2. *Burſat. conſ.* 139. *n.* 28. *libr.* 2. ſequitur *Caroccius
tract. de remiſſ. mercedis, quaſt.* 8. *num.* 155. *verſ. limi-
ta ſecundo principaliter.*
Præterea circumſcripta renunciatione * Condu- 40
ctoribus non fit remiſſio penſionis, niſi damnum pa-
tiantur intolerabile, quod contineat læſionem ultra
dimidiam, *l. ſi uno,* §. *cum quidam, ff. locati, Covarr.
pract. cap.* 30. qui de communi teſtatur, latiſſimè *Va-
laſcus de jure emph. quaſt.* 27. *num.* 24. *Conſiliarius de
Amicis conſ.* 64. *num.* 2. & *Mantic. d. tit.* 9. *n...* requi- 41
ritur enim, ad hoc ut ſterilitas ſit tam magna, ut ex
fructibus perceptis, * detractis expenſis non potuerit
dimidia penſionis ſolvi, ſecundum magis commu-
nem opinionem, *Covar. Pract. d. cap.* 30. *Menoch. de
arbitrar. q.* 76. *Theſ. dec.* 108. *Caroc. de locat. & con-
duct. tit. de remiſſ. merc. q.* 8. *ſub nu.* 5. *Mozius de con-
tract. in tract. de locat. tit. de accident. locat. nu. Vaſq.
Menoc. contr. uſufruct. c.* 54. *Morot. conſ.* 76. *n.* 9. *Coſta
de ration. rata, qu.* 10. *nu.* 5. *Marcellus Cala de modo
artic.* §. 2. *gloſ. unica, num.* 560. *Caſtill. l.* 3. *quotidian.
cap.* 3. *n.* 36. *Molin. de juſt. tract.* 2. *diſput.* 495. *Bellet.
diſquiſ. cleric. part.* 1. *tit. de clerico debitore,* §. 19. *n.* 3.
Azor. inſtit. moral part. 3. *lib.* 8. *de locato, c.* 10. & *alij
per Barboſ. in collect. ad dict. c. propter ſterilitatem, li.* 3.
decret. tit. 18. *cap.* 3. *nu.* 3. etiam * ſi damnum prove- 42
niat ex facto tertij, * vel Principis ob publicam utili- 43
tatem, ſecus verò ſi damnum ſit modicum, *l. habita-
tores, & l. ſi in lege,* §. *colonus.* ubi *text.* expreſſus *ff. lo-
cati*, quicquid in contrarium aſſerat poſt *Bar.* & alios
Pantſchzm. d. q. 14. *num.* 15. & *ſeq.* ſic enim aperto
ore aſſeverant Bero. *conſ.* 143. *l.* 1. qui loquitur de facto
Summi Pontificis, *Soc. conſ.* 88. *volum.* 1. loquens in
impedimento per Superiorem, Silvan. *conſ.* 35. *n.* 27.
loquitur in prohibitione facta à Communitate ob
publicum commercium, ne frumenta exeant juriſdi-
ctionem, Corn. *conſil.* 128. *vol.* 2. *num.* 26. loquitur
in caſu peſtis, Capyc. *deciſ.* 88. *nu.* 1. qui loquitur in
caſu mortalitatis, Pariſ. *conſ.* 38 *vol.* 1. qui loquitur in
impedimento facto tertij, *Franciſ. Burſ.* vir quidem ma-
gnæ authoritatis, de quo *D. de Franc. dec.* 109. *in fin.*
is, inquam, *conſ.* 192. *n.* 27. *lib* 2. loquitur in impedi-
mento facto tertij, etiam ſi locator reſiſtere valeat, &
in *conſ.* 309. *lib.* 3. loquitur in prohibitione commer-
cij facta per proclama, & pro indubitato aſſerit *n.* 24
requiri damnum in dimidia, *Natta conſil.* 449. loqui-
tur etiam *Caroccius tit. de remiſſione mercedis, q.* 8. *n.*
153. & 158. *Joſeph. Ludov. dec. Peruſ.* 50. *n.* 8. *Morot.
reſp.* 76. *n.* 8. qui ſecundum dictam opinionem dicit,
vidiſſe ſervatum, quam latè comprobat doctiſſimus
Sur. *conſ.* 34. *n.* 9. *l.* 1. & hanc eſſe communem opinio-
nem refert *Regens Revert. dec.* 7. *lib...* qui loquitur
in caſu belli, ob quod non venerant mercantiæ in

Regno in damnum Conductorum, & iterum *dec. 72. lib. 5.*

Cæterum ad jodicandum damnum intolerabile,
44 non unius rei, * ſed omnium rerum conductarum ſi-
mul reditoum habenda eſt ratio, & quod deeſt in
uno anno propter ſterilitatem, ſuppletur ex oberta-
re alterius, Bald. *in l. licèt, quaſt. 9. num. 15. C. locati, Calca. conſ. 84. num. 6. Natta conſ. 449. n. 5. l. 1. Rolan. conſ. 56. n. 7. lib. 3.* & alij relati à *Surdo d. conſ. 34. n. 22.* ſequitur *Rimin. jun. conſ. 788. n. 9. & 810. num. 22. Mantic. dict. tit. 9. num. 40. de tacitis, & ambig. convent. lib. 5.*

Conſideratur etiam damnum, habito reſpectu ad
penſionem, quæ ſolvitur, non autem ad lucrum,
45 quod conductor amittit propter caſum fortuitum, †
Rim. jun. d. conſ. 810. n. 15. & ſeq. poſt Surd. d. conſ. 34. n. 7. Caſtill. d. cap. 3. n. 38. Peguera dec. 214. numero 11. & 17.

Inſoper debet conferri reditus, & fructus totius
46 temporis locationis, * & ſic attenditur univerſa-
lis locatio, quæ licèt ſit facta per triennium, eſt uni-
ca, non plures, & quamvis fuerit promiſſa ſolutio
quolibet anno, iſta diſtribotio cenſetur facta gratiâ
commodioris ſolotionis, ita Bald. *conſil. 316. lib. 3. Socin. conſ. 125. lib. 1. Ruin. conſ. 57. n. 11. lib. 1. Soci jun. conſil. 68. lib. 2. Surd.* allegato *conſil. 34. num. 54.*
47 ita quod ſterilitas unius anni confunditur, * & com-
penſatur cum ubertate ſeqoentis, *cap. propter ſterilitatem, extra locat. l. licèt, C. eod.* ubi omnes DD. latè
Boſſ. de remiſſ. merced. public. nu. 23. & 100. Franc. de Clapperiis l. 1. in centuria cauſarum fiſcalium, cauſa 45. quaſt. unica, ubi *numero 9.* dicit opinionem Bald.
in d. l. licèt rationi, & juri uti magis conſonam eſſe
ſeqoendam, ut dicatur ubertas, ad effectum iſtius
compenſationis quando confuſis annorum rediti-
48 bus, † colonos non remanet deceptus ultra dimidiam
penſionis, & ſecundum hanc opinionem deciſum
refert *Regens Reverterius dicta deciſ. 73. libr. 5.* in qua
fuit abſoluta fideliſſima Civitas ab excomputo peti-
to à Fabio Vives Arrendatores Gabellæ camis, &
piſcium, qui paſſus erat damnum in duc. 40. mil. &
attento extaleo totius Arrendamenti duc. 360. mil.
erat amiſſio ad rationem undecim pro centena-
rio, unde fuit eidem denegatum reſtaurum peti-
tum.

Certiſſimum autem eſt in facto, quod compenſa-
tis reditibus totius triennij, habitoqoe reſpectu ad
ubertatem ſubſequutam, nullum damnum intolera-
bile paſſi fuerunt Conductores, inſpecto integro
extaleo duc. 86135. quinimò etiam attentis reditibus
perceptis in primo anno, de quo agitur, in quo per-
venerunt duc. 20093. juxta notam prodoctam per
eoſdem Conductores, & in ſecundo anno duc. 22347.
25. ultra intercepta, & alias qoantitates in facti nota
ponderatas, utique nec in dimidia, nec in notabili
quantitate dicuntur læſi, & propterea eis eſt omni-
nò denegandum petitum excomputum, eò magis,
qoia per libros Credenzeriorum non fit recta pro-
batio, cùm Arrendatores, ut non appareat veritas
quantum ex gabellis perceptum fuerit, percipiunt
dirictos in eorum domibus, & non ſcribuntur in
libris Credenzeriorum, adeo quod multa major
quantitas ſemper ex Arrendamentis percipitur,
qoam quæ apparet ſcripta ex dictis libris Credanze-
49 riorum, * ut ſic ſemper vidiſſe tempore, quod erat
Præſidens, & deinde Locum-tenens Regiæ Cameræ,
teſtatur *D. Revert. d. dec. 73. in princ. Boſſ. tit. de remiſſ. merced. public. n. 45.*

Ex quibus reſolvitur etiam alia objectio, quod
dom fuit impedita exactio, dicitur ſublata ſubſtan-
tia rei conductæ, & impedimentum pervenit facto
certij, * qoo caſu non attenditur damnum intolera-
50 bile, ſed fit reſtaurum pro rata damni, etiam ſi ſit
minimum, nec compenſatur ubertas cum ſterilitate,
prout ex *Bar. Ripa, Corta, Snud. Menoc.* & aliis fundat *Pantſchzm. de qu. 14. n. 15.*

Nam ex ſuperius diſcoſſis liquet, in contrarium
extare magis communem *Doctorum* ſententiam, qui
in ſpetie * in Conductoribus vectigalium petenti- 51
bus remiſſionem ob damnum paſſum in exactione
dirictuum, etiam à tertio, ut damnum intolerabile
requiratur, nec ſufficiat minimum, docuerunt præ-
ſertim *Berons, Silv. Socin. Corn. Pariſ. Capyc. Natt. Burſat. Caror. Joſeph. Ludov. Moret. Surd. & Revert. in locis* ſupra citatis, addo etiam *Clapperiis quaſt. 44. cauſ. un. n. 17. centur. cauſ. fiſcal. & Boſſ. tit. de remiſſione mercedis publ.* ubi poſt alios, quos citat *nu 30. & 45.* dicit, in locatione vectigalium attendendum eſſe notabile damnum, ſicut in aliis locationibus, ad finem obtinendi reſtaurum, ex quibus conſtat, impedimentum uſus gabellæ non efficere, ut damnum dicatur in ſubſtantia rei, qoia ſi hoc verum eſſet, quotidie fierent excomputa in arrendamentis, & gabellis, nulla habita diſtioctione damni intolerabilis, quod quam ſit à communi omnium opinione, & veritate alienum, circumſpectiſſimi Senatores judicent.

Secundò, hic non conſtat de impedimento, & quatenus adfuiſſet, debebant Conductores proteſtari, illudque denunciare ipſis locatoribus, ut potuiſſent providere.

Tertiò, aderat nedom probabilis, ſed certiſſimus timor tempore contractus, & proinde Coodoctoribus imputandum.

Et tandem adeſt ſpecialis renonciatio, quæ omnem difficoltatis anſam in hac re aufert, ut hinc non immerito abſolvendos Oeconomos S. ædis ab impetitione dictorum conductorum omni jure à Præſtantiſſimis judicare debentibus ſperatur, pro quibus æquitas, rigor, rerum judicatarum authoritas, & omnia jura clamant.

De menſe Julii 1625. per Regiam Cameram, quamvis Arrendatores pratenderent reſtaurum pro ducatis quadraginta mille, & plus; fuit deciſum, pro omnibus per ipſos pratenſis tam rationem deductionum, quam excomputorum, eſſe deducendos à ſumma per ipſos debita ducat. duodecim mille tantum, ſalvis juribus eiſdem competentibus contra Fideliſſimam Civitatem, & Regiam Curiam, & adfuerunt etiam vota abſolutionis in totum, ut fuit mihi relatum.

OBSERVATIO IN CONSULT. XL.

ARGUMENTUM.

Conductoribus gabellarum num competat remiſſio mercedis ex caoſa peſtis, belli, aliorumque ſimilium infortuniorum, & caſuum fortuitorum? *Conſultatio 40. Reg. Latro.* extollitur à præclariſſimis Recentioribus, inter quos *Card. de Luca, Epiſcop. D. Rocca, & D. Leonardus Gutierez.* Quomodò ponderandum damnum paſſum in præſenti quæſtione. Et quid ſi conductores renunciaverint hujuſmodi caſibus, & infortuniis. Plures caſus curioſi pro ornatu materiæ adducuntur per *D. Aloyſium Manſi.* Fructus ſi fuerint adeò abundantes, atque ex abundantia eorum pretium adeò viluerit, ut non fuerint ſufficientes condoctori pro penſione ſolvenda, an hoc caſu intret remiſſio mercedis. Quæſtio originaliter excitata à *Jo. de Imola.* Similis controverſia in emphyteuta an teneatur ad integrum canonem, vel potiùs excuſandus ob caſum fortuitum incendij emanati ex prodigioſa eruptione Montis Veſvi; Et quid dicendum cùm penſio debita per emphyteutam

ſit

Digitized by Google

ſit ingens, non verò modica reſpectu fructuum? Tranſcribitur eruditiſſimum Reſponſum elucubratum per *Reg. D. Januarium Andream*: cum alis ad ornatum materiæ.

SUMMARIUM.

1 Author *remiſſivè tractat præſentem quæſtionem de remiſſione mercedis prætenſa per conductores.*

2 *Remiſſio mercedis tunc facienda, quando damnum ſit intolerabile juxtà opinionem* Caſtrenſis.

3 *Damnum intolerabile quando ſit dicendum?*

4 Epiſcop. D. Rocca *tenet materiam eſſe regulandam juxta terminos vulgat.* l. 2. C. de reſcind. vendit.

5 *Compenſatio ſterilitatis cum ubertate aliorum annorum excludit prætenſam remiſſionem mercedis.*

6 *Quanta debeat eſſe ubertas pro inducenda compenſatione cum ſterilitate?*

7 *Renunciatio caſuum fortuitorum quid operetur?*

8 *Validitas hujus renunciationis juxtà* Card. de Luca, *qui nuncupatim laudat* Reg. Latro.

9 *Laudatur* D. Manſi *conglomerans plures caſus ſatis curioſos.*

10 *Abundantia an cauſet ſterilitatem, cum pretium fructuum adeò viluerit, ut idem fructus non fuerint conductori ſufficientes ad penſionem exſolvendam?*

11 *Emphyteuta num remittenda penſio ob caſum fortuitum incendii.*

12 Text. in l. 1. C. de jur. emphyteut. *explanatur.*

13 *Emphyteutici contractus natura eſt, ut caſus fortuiti periculum tantùm ſpectet ad emphyteutam.*

14 *Remiſſio canonis haud facienda, quando non fuit ſecutus totalis interitus fundi emphyteutici.*

15 *Penſionis quantitas an aliquid operetur circà prætenſam remiſſionem.*

16 *Æquitas non debet derogare juri.*

1 Remiſſivè tractanda * prolixa quæſtio de remiſſione mercedis prætenſa per conductores gabellarum ex caſibus inſolitis peſtis, belli, aliorumque infortuniorum.

2 * Receptior ſententia docet conductoribus vectigalium aliquam remiſſionem mercedis faciendam non eſſe, niſi damnum ſit intolerabile juxtà celebrem doctrinam *Caſtrenſ. in l. cotem ferro, §. qui maximos, num. 3. verſ. Bartolus diſputat, D. de publican. & vectigal. Reg. Latro in hac Conſult. 40. num. 40. & ſeq.* quem nuncupatim laudat *Epiſcopus D. Rocca diſput. jur. ſelectar. cap. 119. num. 14. & per tot. & c. 120.*

* Difficultas conſiſtit in cognoſcendo quodnam
3 ſit damnum intolerabile. Variant ſententiæ; & quatuor enumerat *Gregor. Lopez in l. 22. tit. 8. part. 5. gloſ. 9. Anton. Gomez variar. lib. 2. cap. 3. ſub n. 28.* novem recenſet *Pantſchman. variar. qu. lib. 9. qu. 1.* Alii remittunt arbitrio juris, *Reg. de Marin. reſol. 186. num. 2. & ſeq lib. 2.* ubi *Ego in meliorat. num. 2.* ad idem retuli *Conſil. Ann. conſ. 64. Pacion. de locat. & conduct. qu. 47. nu. 97.*

4 * *Epiſcopus D. Rocca num. 17.* ait receptius eſſe, quod tunc damnum debeat dici intolerabile, quando fructus ex re conducta percepti, deductis expenſis, non ſufficiunt pro exſolvenda debitæ penſionis medietate; quoniam tunc conductor enormiter remaneret læſus ultra dimidiam, regulando hujuſmodi materiam cum terminis *l. 2. C. de reſcindend. vendit. Caſtill. controv. jur. lib. 3. cap. 3. n. 36. Andreol. controv. 119. nu. 3. Pacion. de locat. qu. 47. n. 2. & ſeqq. Theſaur. dec. 108. Faber C. Sabaud. lib. 4. tit. 42. defin. 3. Reg. Reverter. dec. 455. Reg. Galeot. reſponſ. fiſcal. 17. num 46. Conſil. Rocc. reſponſ. 87. n. 10. lib. 1. Conſil. de Roſa Conſult. 28. n. 9. Reg. Latr. n. 41. & dec. 171. n. 40. lib. 1.*

* Adverſus conductores pro excludenda remiſſione mercedis ratione damni paſſi ſolet objici compenſatio ſterilitatis cum ubertate aliorum annorum juxtà *text. in l. licet 8. C. locat. cap. propter ſterilitatem 3. eod. tit. Pacion. de locat. qu. 47. n. 76. & ſeqq. Reg. Latr. num. 47. Fab. C. lib. 4. tit. 42. definit. 3. num. 2. & ſeqq. Epiſcop. D. Rocca cap. 116. n. 23.* eruditiſſimus, & quovis ſupremo magiſtratu digniſſimus *D. Leonardus Gutierrez in ſuo copioſiſſimo tractat. de compenſat. lib. 3. qu. 1. nu. 43.* ubi etiam adducit *Reg. Latro in hac Conſultat. 40.* 5

* Et ſubingreditur alia diſceptatio quanta debeat eſſe ubertas ad effectum illam cum ſterilitate compenſandi; In qua quæſtione non minus inter ſe diſcrepant Interpretes, ac in decernendo quanta debeat eſſe ſterilitas? Et adeundus eſt *Epiſcopus D. Rocca cit. cap. 119 n. 24. & ſeqq.* 6

† Renunciatio caſuum fortuitorum facta per conductorem quid operetur, cum prætendatur remiſſio mercedis? agit *D. Gutierrez ſupr. laudatus num. 83. & ſeqq. D. Conſil. Ciavarri Didaſcal. jur. tom. 1. digreſſ. 2. cap. 13. num. 4. Faria ad Covarr. practic. qu. cap. 30. n. 24.* 7

* Neque dubitandum de validitate hujuſmodi renunciationis, ut benè advertit *Card. de Luca de locat. & conduct. diſc. 3. n. 3.* laudando *Reg. Latr in hac Conſult. 40. nu. 7. cum ſeq. Reg. Galeot. reſponſ. fiſcal. 17. n. 49. cum ſeq. Latrea allegat. fiſcal. 17. n. 22. cum ſeqq. & n. 29. & alleg. 18. n. 9. & ſeqq.* apud quos concordantes. 8

† Curioſi ſunt caſus noviſſimè conglomerati per *D. Aloyſ. Manſi tom. 10. in ſupplem. locat.* Alios plures ex variis Authoribus congeſſi Ego ipſe in *animadverſ. ad cap. 95. Gratian.* ubi n. 10. pariter memini hujus *Conſult. 40. Reg. Latr.* 9

* Quid ſi fructus fuerint adeò abundantes, atque ex abundantia eorum pretium adeò viluerit, ut ad penſionem ſolvendam non fuerint conductori ſufficientes, an hoc ſterilitas nuncupari queat, & remiſſio mercedis ſit debita? Et negativam ſententiam docuit *Jo. de Imola in cit. cap. propter ſterilitatem*, cujus verba referuntur à *Pacion. loc. ubi ſupr. n. 14. & 15. Cern. conſ. 128. ſub n. 26. vol. 2. Boſſ. de remiſſ. merced. num. 5. Roland. à Valle conſ. 86. p. 3. nu 8. Surd. conſ. 34. ſub n. 12. Gomez. variar. lib. 2. cap. 2. nu. 19.* & alii apud *D. Manſ. t. 10. Conſult. 93. num. 28.* 10

† Solet etiam excitari quæſtio, an emphyteutæ ad inſtar conductoris ſit debita penſionis remiſſio ob caſus fortuitos in re emphyteutica. In qua quæſtione erudito calamo ſcripſit præſtantiſſimus olim Advocatus, nunc meritiſſimus *Reg. D. Januarius Andreas*, ut ex ſequenti Reſponſo, quod tranſcribitur. 11

Duo probaſſe credidit edito ſcripto pro Januario Benincaſa Adverſarius: Primum, contractum emphyteuticum geſtum inter Bernardinum, & Franciſcum Caracciolos directos Dominos, & Decium Benincaſa magis videri contractum locationis, quam emphyteuſis, eò quod penſio fructuum valorem æquaret, ac proindè naturam contractus locationis ſequi debere, in quo à contractu diſceditur, quando caſu effectum eſt, ut conductor uti frui re conducta non poſſit: Alterum, ut licèt hic contractus emphyteuticus dici deberet, tamen ob intolerabile damnum à Veſuvii montis eruptione fundo illatum, reſcindi contractus debeat, & cogi poſſit directus Dominus infructuoſum fundum ab emphyteuta rurſus accipere.

Ego verò qui Franciſci Caraccioli directi domini jura

ni jura tueor, facilè hæc everti poſſe arbitror, modò alia duo probaverim: Primum; Omne fortuiti caſua periculum, quo integer fundus non pereat, ad emphyteutam tantùm non ad directum dominum pertinere. Alrerum, non liberari hoc caſu emphyteutam à penſionia ſolurione, etſi penſio fructibus reſpondeat: neque ex hoc locarionia contractum dici debere, quandò expreſſim de emphyteuſi inter contrahentes conventum eſt.

* Et primum quidem manifeſtè probatur ex *l. 1. C. de jur. emphyt.* in qua *Zeno Imperator* cavit,
12 ut contracta emphyteuſi, quidquid inter contrahentes de vi majore convenerit, id rotum habeatur. Sin verò nihil inrer dominum, & emphyreutam conventum ſit, & hoc caſu, inquit *Zeno*, *ſi quidem tanta emerſerit clades, quæ prorsùs etiam ipſius rei, quæ per emphyteuſim data eſt, faciat interitum, hoc non ad emphytenticarium, cui nihil reliqnum permanſit, ſed rei domino imputetur, ſin verò particulare, vel aliquod leve contigerit damnom, ex quo non ipſa rei penitus lædatur ſubſtantia, hoc emphyteuticarius ſuis partibus non dubitet adſcribendum.*

Ex hoc igitur rextu duo clariſſimè dedocuntur: Primum, qood ſi res in emphyreuſim data in totum amittarur, hoc eſt, ſi rei ipſius ſubſtentia extinguatur, quod contingere ſolet, cum ſubſidente vel dehiſcente ſolo rei proprietas perit, hoc caſu periculum ad directum dominum ſpectet, & rationem reddit *Imperator*, quia emphyreuticario *nihil reliqnum permanſit*; Alterum eſt, ut non tota res, ſed portio rei pereat, vel ſalva rei proprietate, calamires arboribus tantùm, aut vitibus conſiria ingruat, hoc ad emphyteutam ipſum pertineat, quia *non ipſa rei penitus læditur ſubſtantia*, ut loquitur *Imperator*, igitur rei totius interitus ad dominum pertinet, pertis verò ad emphyteuticarium, ex quo ea notiſſima carmina prodierunt *ſi res perit tota, &c.*

Quamobrem ut decernere poſſimos in præſenti ſpecie, an Januarius Benincaſa teneatur integrum canonem ſolvere, illud tantùm inquiri oportet, an damnum, quod ex montis eruptione ſundo illatum eſt, totam rei ſubſtantiam perdiderit, an verò partem? Et quoniam certiſſimum eſt, cladem illam arboribus tantùm vitibuſque incubuiſſe: ſolum enim nedumnon periit, ſed ex erumpente ciñere feracius redditum eſt: cùm ſteriles agri, ut uberiores reddantur, cinere ſpargi ab agricolis ſoleant, *Virgilio* maximè authore

arida tantùm
Ne ſaturare fimo pingui pudeat ſola, neve
Effœtos cinerem immundum jactare per agros.

Et *Plinius lib. 17. c. 9.* teſtatur, Tranſpadanis in excolendis agris cineris uſum adeò placere, ut eum fimo jumentorum anteponant; Undè *Strabo lib. 13.* ſcribit, agricolas in Mæonia cinere uſos ad vites procreandas; Atque idem *Strabo lib. 6.* tradit colles Catanenſium ex Ætnæo cinere adeò pingues redditos, ut vinera illis lætiſſima provenerint, ac perindè nobiliſſima vina: pecudes verò à pulcherrimo paſtu ita exuberanti pinguedine diſtentæ, ut ſuffocentur, niſi cruor eximatur ab auribus. Et de Veſuvio noſtro monte *Caſſiodorus* ſcripſit *libro quarto variarum epiſt. 50. Vomit fornax illa perpetua puniceas quidem, ſed fertiles arenas, quæ licèt fuerint diuturna aduſtione ſiccatæ, in varios fœtus ſuſcepta germina mox producunt, & magna quadam celeritate reparant, quæ paulò antè vaſtaverant*; quod experti ſunt, qui curam aliquam ſerendis iterum arboribus adhibuerunt, nam & citiùs, & uberiùs fructus provenerunt; cùm vectigalis fundi proprietas exiſtat, licèt ambuſtæ corruptæque ſint arbores, quæ non niſi pars prædii cenſentur, neceſſariò ſequitur Januarium Benincaſa ad totius canonis ſolutionem cogi debere.

* Hoc enim in emphyteoſis contractu venit ut 13
caſus fortuiti periculum emphyteuticarios tantùm ſuſcipiat, ut dicitur in *Auth. de non alien. reb. Eccleſ. §. dudum*, ibi: *Relevari emphyteuſim percipientibus propter fortuitos caſus ſancientes*, ubi *Accurſius* adnotat, *qui imminent emphyteuta, niſi ſit totius rei interitus*, & latiùs explicat *Angelus in ead. Auth. de non alien. §. lex itaque in num. 10.* ubi ſcripſit: *Nota hic textum expreſſum, quod omnis caſus fortuitus ſpectat ad emphyteutam, & ideò numquam emphyteuta debet fieri mercedis remiſſio propter ſterilitatem, niſi tota res pereat, quia tunc non tenetur, & adeò de hoc apparet, quod ſi domus emphyteuticaria comburitur, quod periculum ſpectat ad emphyteutam, & tenetur domum reficere, & pro ſolo illam mercedem præbere, quam præſtabat pro tota domo*, ſequuntur *Alexander in l. interdum, §. quod ex naufragio nu. 7. D. de acquir. poſſeſſ Alciatus reſponſ. 265. num. 6.* & eleganter tradidit *Franciſcus Connanus lib. 11. comm. cap. 12. num. 6. hoc enim*, inquit, *in emphyteuſi præcipuum fuit, quod fortuitis caſibus, & ruinis ſatisfacere de ſuo debet emphyteuta, quandiù eſt emphyteuta, tandiù autem eſt, quandiù res ipſa ſubſiſtit, qua utatur fruatur*: Similiter quoque ſcripſit *Hugo Donellus lib. 9. comm. jur. cap. 14.* ibi: *Et ut intelligatur quantopere debeatur hæc penſio, de ejus præſtatione ita cautum eſt lege Zenonis, ut placeat, nec propter caſus fortuitos in agro vectigali incidentes, quotieſcunque, vel quantumcumque de prædio abſtulerint, emphyteutam nulla ex parte ejus præſtationis penſione liberari.*

Quarè licèt in vectigale prædium mare, aut flumen irruperit teneri nihilominùs emphyteutam ad integrum canonem, tradit idem *Donell.* ibi: *Veluti ſi fundus occupatus ſit à mari, aut flumine, ſi hiatus terræ quid abſumpſerit, hac tamen conditione, quandiù ex eo fundo, vel minimum ſupererit*; quia emphyteuta accipit rem cum irruptione, ut inquit *Bald. in d. l. 1. C. de jur. emphyt. num. 10.* Neque aliter ſenſit *Jacobus Cujacius in tit. C. de jur. emphyt. col. 3.* qui omnes caſus fortuitos, qui evenire poſſunt ſimul complexus eſt, ibi: *Igitur vis divina, aut grando, procella, calamitas, inundatio fluminis, & hoſtilis devaſtatio, hæc omnia pertinent ad onus emphyteuticarii*: quæ omnia ex eo principio pendent, quod ſemper ac rei proprietas remanet, licèt fortuitis caſibus diminuta, emphyteuta ab integri canonis ſolutione non liberetur, quia non aliter liberari poteſt, quàm ſi res tota abſumatur.

Atque hoc idem alia validiſſima ratione probatur: Cùm enim emphyteuta utile rei dominium habeat, ut communi conſenſu *Doctores* omnes fatentur: Undè ei in rem actio detur, *l. 1. D. ſi ager vectig.* ibi, *placuit tamen competere eis in rem actionem adverſus quoſcunque poſſeſſores, l. 73. 74. & 75. D. de rei vend.* ibi, *ſuperficiario, id eſt, qui in alieno ſolo ſuperficiem ita habet, ut certam penſionem præſtet, Prætor, cauſa cognita, in rem actionem pollicetur, l. tutor 16. §. etiam, D. de pignor. act.* ibi: *quia hodie utiles actiones ſuperficiariis dantur*; cùm igitur emphyteuta utile rei dominium habeat, neceſſariò ſequitur, omnem caſum fortuitum, quo utile dominium afficiatur, hoc eſt, quo perceptio fructuum, aut minuatur, aut augeatur, ſemper ipſius emphyteutæ, aut periculo, aut commodo evenire, quia caſus fortuiti regulariter ad dominum rei ſpectant, *l. quæ fortuitis, D. de pign. act. l. ſi ut certo, §. nunc videndum in fin. D. commod. l. 1. C. depoſ. cum concord.* neque ullo pacto poſſunt ad dominum directum, ſivè proprietarium pertinere, hic enim, quoad utile dominium attinet, dominus non eſt: Et hanc rationem vivam, & efficacem appellat

Vivius

Vivius dec. 500. *num.* 11. quòd multò facilius in præſenti cauſa admitti debet, quia expreſſim inter contrahentes conventum eſt, ut utile dominium in Decium Benincaſæ emphyteutam tranſeat, neque aliud ſibi reſerverunt Caraccioli directi Domini, præter jus percipiendi annuum canonem, cæteraque jura dominicalia, hoc eſt, jus laudemii, jus caducitatis, cæteraque ſimilia.

Et ſanè nimis iniquum eſſet, ut, quando directus dominus, commodum incrementi caſu fundo incidentis ſentire non poteſt, quod totum emphyteutæ beneficio cedit, debeat nihilominus damnum illatum ſentire: Nam ſi emphyteutico fundo incrementum aliquod obvenerit, ſivè latens illud ſit, ut ſi per alluvionem quid acceſſerit, ſivè apparens, ut ſi inſula in flumine repentè enata ſit hoc totum emphyteutæ commodo cedit, neque ob id augetur penſio: *Bart. in d. l.* 1. *de jur. emphyt. numer.* 10. *Alber. ibid. numer.* 5. & 9. & hanc ſententiam communem dicit *Jaſon in d. l.* 2. *num.* 79. & latè proſequitur *Tiber. Decian. reſponſ.* 123. *numer.* 53. *cum multis ſequentibus volum.* 3. *Borcholt. de feud. cap.* 3. *num.* 13. Igitur detrimentum omne ipſius quoque emphyteutæ periculo evenire debet, cùm ſecundum naturam ſit, ut ejus incommodum ſit, qui commodum ſentit, *l. ſecundum naturam*, *D. de reg. jur.*

Neque obſtat, quod communiter dicunt, quod ſi ob bellum coli vectigalis ager non potuit, tandiù emphyteuta non teneatur ad canonem, quandiù ob bellum prohibetur ad agrum accedere, quæ ſententia profecta primùm *à Jacobo de Arena in l.* 1. *C. de jur. emphyt.* & in quam inclinare viſus eſt *Bartolus in l. interdum*, *§. quod ex naufragio*, *D. de acquir. poſſeſſ.* multos deindè aſſertores invenit, de qua magno apparatu diſputat *Jaſon in d. l.* 1. *de jur. emphyt. num....* & ſequuntur *Clarus in §. emphyteuſis n.* 6. *Alvarus Valaſc. de jur. emphyt. q.* 27. *numer.* 23. aliique quamplures.

Nam non ea ratione remittitur propter bellum penſio, quod emphyteuta colligere fructus non potuerit; Non enim hoc emphyteutæ præſtare directus dominus debet, ut poſſit vectigali prædio uti frui: quia hoc diſtat à conductore emphyteuta, quod conductor, ſi caſu aliquo uti frui re conducta non poſſit, penſionem non ſolvat, quam tantùm fructuum loco, non alia ratione ſolvere tenebatur: *l. ex conducto* 15. *§. ſi vis.* *l. ſi merces* 25. *§. vis major. D. locati, l. licet* 8. *C. eod.* Non ita verò emphyteuta, qui cùm canonem quolibet anno pendere directo domino debeat, non ob uſum rei, vel in fructuum compenſationem, ſed in ſignum, & recognitionem dominii, licèt nullos fructus ex fundo percipiat, tamen quia rem poſſidet, ac ſibi habet, hoc eſt, quia durat dominium, integrum canonem domino ſolvere debet: quod diſcrimen inter conductorem, & emphyteutam communiter probant *Bartol. in dict. l.* 2. *num.* 4. *Bald. in l. item ſi verberatum*, *§.* 2. *D. de re judic. Cin. in d. l.* 1. *de jur. emphyt. Alexand. in l. interdum*, *§. quod ex naufragio*, *D. de acquir. poſſeſſ. numer.* 7. *Natta conſ.* 49. *num.* 23. *Harprett. ad Clar. in §. emphyteuſis, qu.* 8. *numer.* 23. *Borcholten. de feud. cap.* 3. *nu.* 22. *Cornel. de cauſ. privat. ob non ſol. can. ampliat.* 11. *numer....*

Illa igitur vera eſt ratio, ob quam remittendam hoc caſu penſionem ſupra citati *Doctores* cenſuerunt, quòd, ſi hoſtes prædium occupaverint, tunc videtur integrum prædium periiſſe, quapropter tanquam ob ejus totius interitum liberabitur emphyteuta: Atque ex eo manifeſtum fit, hanc tantùm rationem impuliſſe *Bartolum*, quia adducit ipſe pro hac ſententia textum *in l. cum unus* 12. *§. ſi propter*, *de bon. auth. judic. poſſid.* ubi æquiparat *Paulus I. C.* inundatum eſſe prædium, atque ab hoſtibus, ſeu latronibus occupatum, ita ut neutrum dicatur poſſideri; proindè ſi res, quæ tenetur ab hoſtibus, non dicitur à priore domino poſſideri, conſequens eſſe exiſtimavit *Bartolus*, ut amiſſa in totum videatur, & domino periiſſe.

Immò ſi emphyteuta ad prædium ab hoſtibus occupatum acceſſerit, & fructus quoſcunque, licèt minimos, collegerit, non liberatur à penſionis ſolutione, ut teſtatur *Clarus in dict. §. emphyteuſis*, *qu.* 8. *num.* 6. ubi poſtquam hanc quæſtionem tractaſſet, & *Bartoli* ſententiam veluti æquiorem amplexus fuiſſet, ſubdit, *Adverte tamen, quòd Doctores ferè omnes in hac materia loquuntur, quando nihil prorſus percepit, nam ſi emphyteuta aliquid etiam modicum percepiſſet, etiam ſi ſit minus dimidia ejus, quod ipſe ſolvit pro penſione, crederem non eſſe excuſandum à ſolutione*: Quod ideò fit, quia cùm emphyteuta accedere ad prædium poteſt, & aliquos fructus colligere, non videtur fundi poſſeſſionem amiſiſſe: Quare idem *Clarus num.* 12. cùm de ea quæſtione ageret, an, ſi inſignis ſterilitas contingat, debeat fieri remiſſio emphyteutæ? cùmque, veriorem ſententiam ſequutus, nullo pacto faciendam tradidiſſet, diverſitatis deindè rationem reddit, quarè ſi bellum eveniat remittatur penſio, & non remittatur ſi ſterilitas contingat, & inquit, *Ratio autem differentia inter bellum, & ſterilitatem, poteſt conſiderari, quia tempore ſterilitatis emphyteuta non deſinit poſſidere, colendo, & fructus ex re emphyteutica, licèt modicos, percipiendo; ſecus autem, quando tempore belli, non poteſt ad culturam bonorum, neque ad collectionem fructuum accedere*; Requiritur igitur juxta ſententiam *Bartoli*, ut emphyteuta poſſidere deſinat, ut poſſit à ſolutione canonis liberari; quamobrem non poteſt hæc *Bartoli* ſententia Adverſariæ ſuffragari, qui cùm hæreant adhuc in poſſeſſione prædiorum, atque ex eis colligant fructus, non poteſt dici amiſſa vectigalis fundi poſſeſſio.

Atque adeò verum eſt requiri totalem amiſſionem rei, ut plerique reſtringendam exiſtimaverint ſententiam *Bartoli*, ut eo tantùm caſu procedat, quando rei poſſeſſio adeò amiſſa ob bellum eſt, ut recuperari non poſſit: quam differentiam primus, ut credo, notavit *Caſtrenſis in dict. l. interdum*, *§. quod ex naufragio*, ubi aliud eſſe ſcripſit, rem peremptam, aliud eſſe deperditam; quia primo caſu recuperari non poteſt, ſecundo caſu poteſt, ibi: *aliud eſt rem eſſe peremptam, quo caſu non ſperatur recuperari, ut ſi fundus chaſmate periit, aliud eſt in deperdito, quia ſperatur recuperari*. quare *uno tantùm caſu*, inquit *Alexander in dict. §. quod ex naufragio num.* 7. *poſſet ſalvari opinio Bartoli, videlicet, quando res deveniſſet in hoſtium poteſtatem, adeò quod non eſſet ſpes recuperandi eam, tunc videtur emphyteuta, quod ſit liberatus, ac ſi ſit in totum deperdita*, quia ut inquit *Alciatus in eodem §. quod ex naufragio num.* 4. *plurimum refert, an res perdita dicatur, an temporarium impedimentum ſupervenerit, durat enim adhuc ſubſtantia ipſa, ſubeſtque ſpes probabilis, ut brevi excolatur*, & paulò poſt ſubdit, *poteſt etiam defendi* (de *Bartoli* ſententia agens) *quando fundus ipſe manu captus ab hoſtibus eſſet, nec ſpes recuperationis proxima ſubeſſet, perinde enim tunc haberetur, ac ſi res eſſet omninò perdita*; Nam alioqui, ſi hoſtes prædium occupaverint, illud brevi relicturi, non ſuccurreretur emphyteutæ, extat enim, nec periit fundus, licèt ab hoſtibus teneatur; quarè ager circum Romam poſitus, quem Hannibal occupaverat, nihil imminuto pretio eodem tempore Romæ venit, ut *Livius* ſcribit, quia non dubitavit de virtute Romana emptor, quin tam infeſtum Romano nomini hoſtem, ne dum ex occupato agro brevi ejiceret, ſed de poſſeſſione quoque Italiæ deturbaret

deturbaret: Ejuſdem quoque ſententiæ fuit *Abbas in cap. potuit, in fin. de locat.* ubi poſtquam ſcripſetur, non remittendam eſſe ob belli cauſam penſionem emphyteutæ, quia requiritur, ut ſubſtantia totius rei penitus pereat, ſubdit, *& hanc opinionem puto veriorem, niſi fundus eſſet ex toto capeus ab hoſtibus, nec eſſet ſpes de recuperatione, & hoc caſu arbitror procedere opinionem contrariam:* Quam etiam ob rationem ſi inundatus ſit ager, & deindè aquæ receſſerint, nihil minus pro penſione ſolvet emphyteuta, ſibique damnum, quod aquæ intulerunt, adſcribet, quia licèt inundationem paſſus ſit ager, non tamen periit; Sin verò aquæ ita fundum inſederint, ut nunquam receſſuræ videantur, tunc, quia res omnino periiſſe videtur, liberabitur quidem emphyteuta; Undè *Connanus* inquit *dict. cap. 22. numer. 7. Quarè nos inundationes, quæ non ſunt perpetuæ, ſed quæ ad aliquod tempus durant, præſtare vectigalis immunitatem, diminuunt enim, non auferunt patrimonium*, & deinde ex hoc infert, *quia verò inundationem, quæ non perpetua eſt, non dare vectigalis immunitatem dixi, ſimiliter in bello dicendum arbitror, neque video, quæ diverſitatis cauſa eſſe poſſit, inter eam calamitatem, quæ bello*, dicam ego, inter eam calamitatem, quæ Veſuvii montis incendio, *& eam, quæ nimbis, tempeſtatibus, peſtilentiis, fulminibus, inundationibus, aut aliqua vi majore ſimili contingit.*

Ex his igitur colligere licet, in hac quæſtione, an emphyteutæ ob rei detrimentum, canon remitti debeat, non aliam regulam, ſivè à legibus, ſivè à Doctoribus traditam fuiſſe, præter eam, ut ſi res tota perierit, vel ſi caſu aliquo rei poſſeſſio amiſſa fuerit, liberetur omnino emphyteuta: Sin verò aliquid ex re ſupererit, nihil ex debito canone remittatur.

Quamobrem, ut hæc ad rem noſtram applicemus, cùm conſtet poſt montis incendium adhuc rei ſubſtantiam extare, & ſolum non minus excoli poſſe, neque enim minus aptum eſt ſivè frugibus, ſivè arboribus, ſivè vitibus ferendis, cùm eruptio montis, ſi ambuſtas arbores excipias, nullum ſolo damnum intulerit, quod circumpoſita teſtantur prædia, quæ eadem imò majori calamitate affecta priſtino cultui reddita fuerunt; cùmque emphyteutæ vectigales fundos adhuc poſſideant, atque ex eis fructus percipiant, cùm non tanta arborum fuerit clades, quin magnus etiam numerus è calamitate illa ſuperfuerit, quæ fructus etiamnum ferant. Cùm igitur neque rei totius interitus ſequutus fuerit, neque ſit amiſſa rei poſſeſſio, nullo pacto poterit, aut penſio remitti, aut à contractu diſcedi.

Et hanc ſententiam Doctores ferè omnes approbarunt, ut ſi aliquid ſuperſit ex emphyteutica re, nihil ex canone remitti debeat, ut docuit *Accurſius in d. l. 1. de jur. emphyt.* verbo *particulare*, ibi, *dicit particulare, dum non ſit totius rei, id eſt, dummodò non ſit eoca res extincta, & quamvis major pars perierit, damnum pertinet ad emphyteuticarium, Bart. in d. l. 1. num... Bald. ibid. num. 4. Jaſon numer. 13. Abbas in cap. potuit de loc. num. 16. Specul. tit. de emphyt. num. 161. Alexand. in d. §. quod ex naufragio num. 7. Joſeph. Ludovic. comm. concluſ. tit. de emphyt. concl. nuic. verſ. & Doctores, Clarus in §. emphyteuſis quæſt. 8. num. 8. Alciat. in d. §. quod ex naufragio, & in d. reſponſ. 265. Natta conſil. 49. nu. 85. Amic. de jur. emphyt. quæſt. 37. num. 59. & quæſt. 40. num. 3. Valaſc. de jur. emphyt. q. 27. n. 3. Borcholt. de feud. cap. 13. num. 12. Surdus deciſ. 198. num. 9.* qui dicit, *quod non ſufficiat maximam rei partem defeciſſe, quia donec quid minimum supereſt, durat contractus, & obligatio*, ubi *D. Conſil. Hodierna in Addit. num. 9.* ex innumeris *Doctoribus* tradit, quod, ſi res emphyteutica caſu fortuito perimatur, dummodò qualiſcunque particula permaneat, nedùm ad integram penſionem tenetur emphyteuta, ſed etiam ad rei refectionem.

Quamobrem idem *Surdus* Senatus Mantuani deciſionem refert, ſingularem eam quidem, ſed juris principiis conſonam, qua judicatum fuit, emphyteutam integram penſionem ſolvere debere, licèt emphyteutica domus incendio conſumpta fuiſſet, ea ratione, quod non poſſet dici res integra periiſſe, cùm area ſupereſſet: Area enim pars domus eſt, & quidem maxima, ut inquit *Paulus in l. qui res 98, § aream, verſ. non eſt his ſimile, D. de ſolut.*

Similiter deciſum refert *Viv. deciſ. 500.* ut vi ventorum, & fluminis diruto prorſus molendino in emphyteuſim dato, teneatur nihilominus emphyteuta integrum canonem ſolvere, & molendinum reficere, quia periculum fortuiti caſus ad emphyteutam pertinet, & conferunt ſcriptu à *D. Reg. Capyc. Latro in deciſ. 18. per tot.*

Sed licèt natura contractus emphyteutici hoc induceret, ut caſus fortuiti, qui fundum integrum non perimunt emphyteutæ periculo evenirent, tamen cùm in hac, de qua agitur, cauſa inter contrahentes expreſſim conventum ſit, ut caſus fortuiti, puta peſtis, vel bellum, atque alii omnes, ad emphyteutam pertineant, qui non poſſit his evenientibus caſibus, canonis remiſſionem petere, ut diſertis verbis legitur in ipſo emphyteutico contractu; videtur nullum dubium eſſe poſſe, quin ſequuta ob Veſuvii eruptionem calamitas emphyteuticariis tantùm ſit adſcribenda; receptiſſimum namque eſt apud *Doctores*, quamcumque pactionem in emphyteuſis contractu intercedentem, licèt contra naturam contractus ſit, ſervari debere: Immò ſi contrahentes convenerint, ut ſi tota res pereat, nihilominus ſolvi debeat integra penſio, adhuc pactum ſervari oportet, & tota re perempta, tenebitur emphyteuta ad integrum canonem, ut probat *Speculator in tit. de emphyt. numer. 164.* quem ſequitur, aliis adductis, *Valaſcus de jur. emphyt. quæſt. 27. n. 1.* Quod ex ipſa *Zenonis* conſtitutione deducitur in *l. 1. C. de jur. emphyt.* ibi, *juſtum eſſe validumque contractum, in quo cuncta, quæ inter utraſque contrahentium partes ſuper omnibus, vel etiam fortuitis caſibus, placuerint, firma illibataque perpetua ſtabilitate modis omnibus debeant cuſtodiri:* Quod quantò magis admitti debet, quando id, de quo partes conveniunt, nedum contra naturam contractus non eſt, ſed ex ipſa contractus natura proficiſcitur, quale eſt hoc, ut damnum caſus fortuiti emphyteuta ſuſcipiat: Undè *Harpreƈt. ad Clar. in §. emphyteuſis quæſt. 8.* qui in ea ſententia fuit, ut ſi ingens damnum evenerit, liberari debeat à ſolutione emphyteuta: ſubdit tamen *num. 30. locum non invenire prædicta concluſio ſi emphyteuta omnium caſuum periculum in ſe ſuſceperit:* ſequuntur *Molin. de contract. diſput. 454. num. 15. verſ. excipit, Valaſc. d. quæſt. 27. num. 14. 19. & 24. verſ. ſecundo caſu, Amic. de jur. emphyt. quæſt. 40. nu. 28. D. Hodiern. in Addit. ad Surd. deciſ. 198. num. 18.* debent igitur in præſenii ſpecie, damnum omne vectigali fundo illatum emphyteutæ ſuſcipere, nedum, quia hoc in ipſo contractus genere venit, ſed quia expreſſa pactione ita inter partes conventum eſt, *Quare non conqueri debent emphyteutæ*, utar *Connani* verbis in *cap. 11. quod ejus temporis penſionem ſolvant, quo nullos fructus percipere potuerunt, cur enim fortuitos caſus ſuo, & periculo ſuo receperunt?*

Hi poſitis, nihil obſtant, quæ Adverſarius adduxit, ut probaret, quod etſi contractus, de quo quæritur, eſſet emphyteuticus, tamen ob ſequutum montis incendium emphyteuta non teneretur ad canonem: Nam quod principio ſtatuit ex *l. 1. de jur.*

jur. emphyt. & §. adeò, D. locat. emphyteutam non remanere obnoxium ſolutioni canonis, ſi res in emphyteuſim data ſit diruta; quis hoc unquam ei negaverit, ſi pro diruta intelligit ipſe totalem rei interitum? Neque aliter intelligere Adverſarius poteſt; textus enim ab ipſo, & à nobis adducti nihil magis probant, quam requiri ad liberandum emphyteutam totius rei interitum, litteræ textus manifeſtè nimis oſtendit, ibi, *prorſus ipſius rei faciat interitum*, & ibi, *cui nihil reliquum permanſit*, & in §. *adeò* iis verbis, *ſi totius rei interitus acceſſerit*: At quomodo probabit Adverſarius, ob montis eruptionem omninò fundos emphyteuticos periiſſe, ita ut nihil reliquum permanſerit? Nunquam probare id poterit, cùm ſenſus ipſi repugnent: Solum namque adhuc extat, & ſi excolatur, uberius fructus dabit; immò fateri oportet, ſolum longè majus damnum ſenſiſſe, ex emphyteutarum ignavia, quàm ex ipſo montis incendio.

Adducit deindè Adverſarius *Surd. in d. deciſ.* 198. *n.* 9. & in *conſ.* 197. & quod ad deciſionem ſpectat, jam ſupra vidimus quid deciſum fuiſſe in ea deciſione referat *Surdus*, hoc eſt, emphyteutam teneri ad integrum canonem, licèt domus incendio perierit, & in allegato *num.* 9. ex innumeris *Doctoribus* ſcribit, nunquam remitti penſionem emphyteutæ, niſi tota res prorſus perempta ſit, nec ſufficere ſi major pars abſumatur: Quod verò ad adductum *conſilium* 179. attinet, neminem puto melius teſtari poſſe, quid in eo conſilio ſcripſerit *Surdus*, quam ipſum *Surdum*: Ipſe enim in *d. dec.* 198. *num.* 9. cùm probaſſet, quod ſi aliqua pars rei ſuperſit, non liberatur ab integra penſione emphyteuta, cùmque multos ad id *Doctores* adduxiſſet, hæc addit, *quos citavi in conſ.* 197. *num.* 11. *ubi probavi, procedere etiam, quando ex ſuper extante parte non poteſt percipi integra penſio*: Videant modo doctiſſimi Senatores, pro nobis ne, an pro Adverſariis ſtet *Surdus*, & an ab illis pro eorum ſententia adduci jure potuerit.

Idem prorſus evenit in *Regente de Ponte. conſ.* 79. *num.* 26. quem videndum ſcribit Adverſarius: nam pro noſtra ſententia mirificè facit; tradit enim ibi de *Ponte*, quod diminuto feudo, vita militia non minuatur, & argumentum ſumit ab emphyteuſi, cujus penſio non minuitur, licèt res, ob quam ſolvitur, multum diminuatur; En ergo, quod licèt res emphyteutica multum deterior fiat, teneatur nihilominus emphyteuta ad integram penſionem.

Addit deindè Adverſarius, quod mutata forma, rei ſubſtantia perimatur ex *l. Julianus, §. ſed etſi quis, D. ad exhib.* ubi de eo loquitur *Ulpianus*, qui ex ſcypho maſſam confecerit: At in noſtra ſpecie non eſt mutata forma, quæ mutatur quidem, quando ex ſcypho maſſa conficitur, quia maſſa ſcyphus amplius non eſt. Quemadmodum mutaretur quoque fundi forma, ſi fundus, erumpentibus caſu aliquo aquis, lacus efficeretur, ſivè ut exemplificat *Amicus de jur. emphyt. quaſt.* 40. *numer.* 9. quando in emphyteutico fundo arx ædificaretur, vel via publica ſterneretur, his enim caſibus non eſt amplius fundus, qui in lacum, ſivè arcem, ſivè viam mutatus eſt; At fundi forma mutari non dicitur, cùm arentibus exemp. grat. ob vim majorem arboribus, fundus infructuoſus efficitur, qui antea frugifer erat, utroque enim caſu idem ſemper fundus eſt. Et quod attinet ad *Franciſcum Marcum in dec.* 335. *num.* 6. qui citat *Speculatorem*, & *Imolam*, ab Adverſario adductos, nihil ad rem facit, nam ibi dicit hic *Author*. quod emphyteuta non poſſit *quietare*, hoc eſt, renunciare emphyteuſim inviro domino, quando tenetur ex contractu, licèt res deterior fiat. quod tantùm abeſt nobis obeſſe, ut ex hoc magis noſtra ſententia confirmetur; *Speculator* verò, qui ex errore adducitur in *tit. de locat.* cùm ſit in *tit. de emphyteuſi verſ.* 128. *n.* 154. de ea etiam quæſtione agit, an poſſit emphyteuta rem reſtituere domino, quando directus dominus nolit, & concludit, quod non poſſit, quia contractus, qui utroque conſentiente celebratus eſt, non poteſt, niſi utroque conſentiente, diſſolvi: quod nihil ad rem, de qua agimus, pertinet.

Cæterum, ſi qui *Doctores* ſunt, qui dicunt, non teneri emphyteutam ad ſolutionem canonis, quando caſu fortuito rei portio tantùm periit, hos à recta juris ratione longè aberrare, ex ſupradictis manifeſtum ſit: Quamobrem nihil movere debet, ſapientiſſimos Senatores, qui ad leges magis ipſas reſpicere debent, quam ad varias, & plerumque futiles *Doctorum* traditiones; Undè *Alciatus* admonet in *dict. reſponſ.* 265. dum de hac emphyteuſis quæſtione ſcriberet, eam partem in controverſia Doctorum ſemper eligendam eſſe, *qua magis quadrat verbis legum, alioquin totum jus noſtrum turbaretur fantaſiis interpretum, qui quadam audacia ducti, non tam leges exponerent, quam de ſuo capite novas conderent.*

Remanet igitur undecumque probatum, teneri adhuc illos de Benincaſa ad integrum canonem, neque excuſari poſſe ob incendium montis, cum caſus fortuiti, ſivè naturam contractus ſpectes, ſivà legem à partibus additam, ad ipſos tantùm emphyteutas, non ad directum dominum pertineant.

Reliquum eſt, ut illud tandem probem, idem jus ſtatuendum eſſe, ſive penſio ingens ſit, ſive modica, ut hoc Adverſariis tollatur effugium, qui dicunt, quod ſi penſio fructibus reſpondeat, tunc locationem magis videri, quam emphyteuſim.

Et ſanè non diffiteor in hac quæſtione, quamplures *Doctores* in eam iviſſe ſententiam, ut ſi annua penſio fructuum valorem æquaret, remitti debeat emphyteutæ penſio, ſemper ac emphyteota fructus non poteſt percipere, ſive id ſterilitate contingat, ſive inundatione, ſive alia calamitate, quia non videtur eo caſu ſolvi penſio in recognitionem dominii, ſed magis ob rationem fructuum.

Verùm ſi *Doctores*, qui hinc inde ſcribunt numeremus, & ſi momenta rationum utriuſque ſententiæ pendamus, conſtabit nos *Doctorum* numero pares Adverſariis eſſe: At rationum vi atque efficacia longè præſtare.

Et pro noſtra quidem ſententia, ut ſcilicet nihil referat magna ne ſit, an modica penſio, ſtant veteres omnes, *Azo. Odeſred. Jacob. Martin. Sillim. Din. Oldrad. Cin. Jacob. Butrig. Riccard. Malumbra* quos adducit *Altiatus in d. reſponſ.* 265. *Salicet. in dict. l.* 1. *de jur. emphyt. n.* 11. *Jaſon numer.* 20. *& ibid. Alber. de Roſat. Gloſ. in cap. potuit de locat.* ubi *Abbas num.*.. *Imol. num.* 44. Et cæteri Canoniſtæ *Raphael Cuman. in l. interdum, §. quod ex naufragio; D. de acquir. poſſ.* ubi eum ſequitur *Alexand. numer.* 7. qui dicit hanc diſtinctionem nullo jure probari, atque ut advertit *Alciat. in cit. reſponſ.* longè majoris authoritatis eſſe debet, quod *Alexander* in lecturis, quam quod in conſiliis ſcripſerit, *Aret. in dict. §. adeò Inſtit. locat. Angel. in dict. Novell. de non alienand. § quia vero Leonis, & §. lex itaque, Gabriel. conſ.* 80. *num.* 32.

Hanc præterea diſtinctionem, veluti commentitiam pluribus rationibus rejiciunt *Alciat. in dict. reſponſ.* 265. & in *dict. §. quod ex naufragio, Natta in conſ.* 194. *num.* 5. *&* 11. & latiſſimè in *conſ.* 49. *per totum, Berous conſ.* 142. *nu.* 4. *&* 9. *vol.* 1. *Burſat. conſ.* 81. *n.* 22. *Borcholt. de feud. cap.* 3. *num.* 11. *& par.* 1. *diſp. de jur. emphyt. theſ.* 13. *& ſequ. Lacobinaus lib.* 1. *contr. cap.* 89. & hanc ſententiam un-

deam

Digitized by Google

decim fundementie probat *Corbul. de cauſ. priv. ob non ſol. canon. ampliat. 12. per tot. Alvar. Valaſc. d. qu. 27. nu. 12. in fin.* qui poſtquam diſputaſſet, an ob ſterilitatem debeat fieri remiſſio penſionis, quando penſio fructibus reſpondeat, hæc addit: *Ego ſemper ſum opinatus, nullo caſu ob ſterilitatem fructuum faciendam eſſe remiſſionem emphyteuta, exploſis omnibus limitationibus Interpretum, quæ plane confunduntur per dict. l. 1. de jur. emphyt. & §. adeò, Inſt. locat. ubi totalis rei interitus conſideratur*, & in *n.* 1. tradit hanc ſententiam de jure veriorem eſſe, quia contraria opinio repugnat generalitati *text. in dict. l. 1. & §. adeò*, quod etiam confirmat in *qu. 1. n.* 8 optimè *Amicus de jur. emphyt. qu. 40.* qui *n.* 3. inquit, quod *ſive penſio ſit magna, ſive parva, domo, oliveto, vel vineis, & ſimilibus caſu fortuito deſtructis, ſi remanſit area non liberatur emphyteuta, illa ratione, quia ad emphyteutam pertinet periculum caſus fortuiti*, & latè *Harpreſt. ad Clarum in §. emphyteuſis in dict. quæſt. 8. n. 18. 19. & 20.* quam ſententiam ſequutus eſt Senatus Mantuanus apud *Surd. dict. deciſ. 198. nu. 23. & 24.* & latiſſimè probat *D. Conſil. Hodiern. in Addit. per tot. Vivius* quoque in *dict. deciſ. 500. nu. 10.* dicit hanc ſententiam veriorem eſſe, & ſequitur etiam *R. Capyc. Latro in d. dec. 18. n. 12.*

Et quidem ſi conſiderare velimus undè hæc diſtinctio inter magnam, & exiguam penſionem fluxerit, comperiemus eam, nec lege ulla, nec ratione probari; Nulla enim lex eſt, quæ dicat, emphyteuſim conſtitui debere pro re minima, nec conſtitui poſſe pro magno canone: quamobrem nullo fundamento nititur ſententia, quæ tale diſcrimen conſtituit, ut dicunt *Alciat. dict. reſp. 265. nu. 2. Corbul. di l. ampl. 12. nu. 5. Alvar. Valaſc. quæſt. 1. nu. 8. in fin.* ibi, *nec ego video textum, qui modicam penſionem requirat, ſine lege autem non poſſumus pro ſubſtantia contractus aliquid ponere.*

Præterea nulla ratio id ſuadere poteſt: nam, licèt regulariter emphyteuſis pro minima aliqua penſione conſtitui ſoleat, hoc ideò fit, quia cùm ſoleat ſterilis ager in emphyteuſim dari, ingentis laboris, impenſæque indigens: neceſſe eſt, ut ſub minimo canone concedatur, hic tamen licèt minimus canon, ſi diligens ſupputatio ineatur, ſemper iis fructibus reſpondet, qui tempore conceſſionis ex inculto ſterilique agro percipi poſſent; & licèt deindè ex illo agro emphyteutæ cura magnique proventus effecto, videatur nimis vilis penſio, quæ domino ſolvitur, præ fructibus, qui ex agro percipiuntur: tamen juxtà tempus conceſſionis hæc penſio extimanda eſt: neque imputari debet, quod deindè emphyteuta propria induſtria agrum fructuoſiorem reddiderit. Nec quiſquam creditur rem, quæ centum exempli gratia quotannis reddat, velle in emphyteuſim dare pro quinque, aut decem, eſſet enim hoc rem familiarem perdere, quod nemo præſumitur facere, *l. cum de indebito 25. D. de probat.* Igitur ſi aliquis fundum fructuoſum habeat, non ſterilem, atque incultum veliteque illum in emphyteuſim concedere, prohibebiturne ſuper illo emphyteuſim conſtituere, eò quod fructuoſus non ſterilis ſit? nulla lex eſt, quæ hoc vetet; aut cogetur-nè illum pro minima penſione dare? & hoc æquitas naturalis non patitur: quamobrem illud reliquum eſt, ut eum pro penſione fructibus reſpondente concedat: qua de re optimè *Alciatus in dict. §. quod ex naufragio n. 2.* ubi ait, *nec enim mihi ſit veriſimile jure noſtro, rem in emphyteuſim concedi levi penſione, ſed potius tali, quæ fructibus reſpondeat: aliàs ſaperet hic contractus, non tam emptionis, aut venditionis naturam, quod expreſſim lex Zenonis ait, quam donationis: Clarum eſt autem emptiones, venditionesve juſta mercede ſolitas fieri* quod etiam repetit idem *Alciatus in dict. reſponſ. 265. num. 3.* & ſequitur *Harpreſt. ad Clar. in d. qu. 8. num. 20. Corbul. dict. ampliat. 12. num. 7.* Undè non immeritò *Salicetus* dixit *in dict. l. 1.* hanc diſtinctionem *Bartoli* divinationem eſſe, nec ulla lege probari, cui aſſentitur *Valaſcus in dict. qu. 1. numer. 8.* ibi, *quæ traditio nullo jure probatur, immo dicendum, quod ſive modica penſio, ſive magna, & fructibus correſpondens ſolvatur, non idcircò deſinet eſſe vera emphyteuſis.*

Immò ex *Juſtiniano* liquet *in Auth. de non alien. reb. Eccleſ. §. dudum* prædia in emphyteuſim non niſi ſub juſta penſione dari ſolita, & quæ fructibus reſponderet, ait enim ibi *Juſtinianus*, multa callidè inventa à contrahentibus fuiſſe, ut legem de alienatione bonorum Eccleſiæ latam eluderent, & inter cætera tradit ſolitos fuiſſe prædia Eccleſiaſtica in emphyteuſim accipere ſub nimis tenui penſione, atque hoc pacto Eccleſiam circumvenire, ibi, *Dudum autem, etiam ad emphyteuſim reſpexerunt, & imminuerunt plurimum quantitatem veri reditus, illi, qui in emphyteuſim accipiunt*, quamobrem modum huic rei ſtatuit *Juſtinianus* ne quid ultra ſextam partem veri reditus minueretur, ibi; *non autem ultra ſextam partem relevari emphyteuſim percipientibus, propter fortuitos caſus ſancientes.* Ex quo textu apertiſſimè conſtat, emphyteuſim pro fructuum modo debere conſtitui, aliàs ſi natura contractus emphyteutici hoc induceret, ut quid minimum pro canone præſtaretur, nulla fraus Eccleſiæ fieret, cùm prædia Eccleſiaſtica ſub exigua penſione in emphyteuſim concederentur neque ulla erat ratio, cur huic malo rem impenſæ mederi voluiſſet *Juſtinianus*: in hoc igitur fraus erat, quod cùm reliqua prædia in emphyteuſim darentur pro penſione fructibus correſpectiva, Eccleſiaſtica tamen (ut plerumque res Eccleſiæ minore diligentia adminiſtrantur) ſub multò minore penſione darentur, cui malo ut *Juſtinianus* occurreret, permiſit prædia Eccleſiaſtica in emphyteuſim dari, ſed pro juſta penſione, & quæ fructibus reſponderet: Non eſt igitur contra naturam contractus, ſi magna penſio, & fructibus correſpectiva ſolvetur.

Hic additur, quod licèt admittere velimus naturam emphyteutici contractus eſſe, ut quid minimum pro penſione ſolvatur (quod merum commentum eſt, neque ex lege ulla deducitur, ut ſupra probavimus) tamen cùm inter partes convenit, ut pro canone non quid minimum, ſed magna penſio ſolvi ab emphyteuta debeat, & pactis emphyteuticis expreſsè Partes ſe adſtrinxerunt, nulla ratio eſt, quare hic contractus non debeat dici emphyteuticus; Nec repugnat penſionis quantitas: nam quemadmodum de natura hujus contractus eſt, ut tota re pereunte periculum ſit directi domini, & tamen ſi aliter inter Partes convenit; hoc eſt, ut periculum interitus totius rei emphyteuta non dominus ſubeat, licèt hoc pactum contra naturam contractus ſit, remanet nihilominus contractus emphyteuticus, & pactionem ſervari oportet: Ita quoque in hac re dicendum arbitror, ut, licèt contra naturam contractus eſſet, magnam ſummam pro canone ſolvi, ut Adverſarii contendunt, tamen quando partes hac lege contraxerunt, non videtur hic contractus ob tale pactum ex emphyteuſi in aliud genus contractus tranſiiſſe, ſed remanet emphyteuſis ea lege, ut magna penſio, & fructibus æqualis debeat ſolvi, atque ita ratiocinentur *Corbul. dict. ampl. 12. num. 7. & num. 13. Alciat. dict. reſponſ. 265 num. 4. Natta dict. conſ. 46. num. 18. 19. & 20.* Præcipuè cùm hic contractus nullam propriam naturam habeat, ſed eam tantùm, quam paciſcendo Partes imponunt, ut tradunt *Doctores in dict. l. 1. C. de jur. emphyt. Aſſlict. dec. 85. numer. 5. Valaſc. de jur. emphyt. quæſt. 4. numer. 3. & 9.*

Digitized by Google

& 9. *Niger Cyriac. contr. forenſ. c. 266. nu. 4. tom. 2. Cerbul. d. ampl. c. 2. n. 12.*

Et ſanè nimia via inferretur verbia contractus, ſi illum locationis potiùs fuiſſe, quam emphyteuſis diceremus, non obſtante quod Partes expreſſim dixerint ſe emphyteuſim contrahere voluiſſe: Illud enim quod à *Doctoribus* dicitur, ut ſi magna penſio ſolvatur, videatur contractus locationis, ſin verò parva, tunc videatur emphyteuſis, eo tantùm caſu procedit, quando ex contractu non conſtat, quid inter contrahentes actum ſit: At verò quando expreſſim contrahentes fatentur ſe emphyteuſim contrahere, mihi videtur ineptè dubitari, an talis contractus locationis ſit, an emphyteuſis, cùm ſatis videatur hæc quæſtio ab ipſis contrahentibus definita: Quod egregiè tradit *Valaſcus in d. tract. de jur. emphyt. qu.* 1. qui poſtquam tradidiſſet falſam eam opinionem eſſe, ut quando magna penſio ſolvitur, non poſſit eſſe emphyteuſis, deinde in *num.* 8. hæc ſubdit: *Non tamen diffiteor, quod ſi acciderit caſus dubius, ut non facilè poſſet dignoſci, an ſit locatio, vel emphyteuſis, quod ſi locatio fuerit perpetua, & penſio parva præſumitur eſſe emphyteuſis, attenta conſuetudine, & communi uſu, & pactis adjectis: Si verò fuerit penſio correſpondens fructibus, præſumetur eſſe contractus locationis; Sic denique ad præſumptionem, & notionem hujus contractus multum faciet modicitas penſionis, non verò ad ſubſtantiam, & eſſentiam illius, nec itidem ad caſum clarum* (qualis eſt is. de quo agitur in præſenti cauſa) *ubi conſtiterit contrahentes emphyteuſim voluiſſe celebrare, quia hoc conſtito licèt penſio magna, & qualis pro locatione daretur, conſtituatur, nihilominus erit emphyteuſis.* Atque ita quoque ſentiunt *Natta in dict. conſ.* 49. *nu.* 160. *Gaſp. Theſaur. qq. forenſ. lib.* 4. *q.* 43. *numer.* 2. *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 2. *tit.* 8. *numer.* 29. *Seraph. dec.* 272. *D. Hodiern. in Addit. ad Surd. in cit. dec.* 298. *n.* 10. *verſ. nec obſtant, Reg. Capyc. Latro in dict. deciſ.* 18. *n.* 12.

Cùm igitur in præſenti ſpecie manifeſtè conſtat, Caracciolos directos dominos fundos in emphyteuſim dediſſe, atque Decium Benincaſa in emphyteuſim accepiſſe, cùm ex toto contractu appareat, dominos directos ſibi reſervaſſe jus laudemii, caducitatis, & ſimilia pacta adjecta fuiſſe, quæ non niſi emphyteutico contractui convenire poſſunt, quis dubitet, emphyteuſim, non locationem contractam fuiſſe?

Et ex bis corruunt ea, quæ attulit Adverſarius, quod in conventionibus, non tam verba, quàm mens contrahentium ſpectari debeat, & conſequenter. licèt hic contractus denominetur emphyteuticus, tamen ob mentem, voluntatemque contrahentium pro locationis contractu potiùs habendus ſit: Nam liceat mihi ab Adverſario petere, undenam hanc contrahentium mentem colligit? ex canonis fortè ſumme? & hoc jam demonſtratum eſt emphyteutico contractui non adverſari: cætera deindè pacta adeò propria emphyteutici contractus ſunt, ut alteri contractui convenire non poſſint: gratis igitur adſumit Adverſarius noluiſſe contrahentes emphyteuſim contrahere, ſed locationem, cùm de tali voluntate nihil appareat: Quod item addit expreſſim in hoc contractu fructuum rationem habitam fuiſſe, quis neget? At non ex hoc contractus locationis habendus eſt, quia, ut ſupra ex *Alciato* probavimus, quicumque fundum in emphyteuſim concedit, ſemper penſionem indicit, quæ fructibus, qui tempore conceſſionis colligi poſſunt, reſpondeat: Neque illud obſtat, quod de conductore ſcripſit, qui poteſt à contractu diſcedere, ſemper ac uti frui re conducta non poteſt; nam cùm hic contractus ſit emphyteuſis, non verò locationis, ſequitur hoc ad ſpeciem noſtram nil pertinere, cùm longe alia cauſa ſit emphyteutæ, alia conductoris, ut ſupra quoque tradidimus.

Sed cur tot tantaque in ea quæſtione adduximus, in qua expreſſam *Sacri Conſilii deciſionem* habemus: in cauſa enim emphyteuticariorum cum Melitenſi Religione deciſum fuit, non debere minui debitum canonem, etſi vectigalia prædia ex ejuſdem montis incendio magna ex parte vaſtata, atque ex circumjecto cinere corrupta fuiſſent; Quæ ſanè deciſio omne dubium tollit, nam in eadem ſpecie *Senatus* cenſuit, damnum, quod ex Veſuvii eruptione paſſa ſunt prædia, ad emphyteuticarios tantum, non verò ad directos dominos pertinere: Neque ſe tueri Adverſarii poſſunt falſo quodam æquitatis prætextu, quòd iniquum ſit eam penſionem ſolvere, cujus, nec etiam medietas ex prædio percipiatur: Nam jus omne corrumperetur, ſi propter pietatis, atque æquitatis ſpeciem, à certis receptiſque juris regulis temerè diſcederetur: Undè M. A. *Galvanus* clariſſimus noſtræ ætatis Juriſconſultus in hæc verba prorupit *in tract. de Uſufr. c.* 33. *n.* 24. *Utinam Juriſperiti hujus, aut parentum noſtrorum ætatis Africanum æmulantes non fuiſſent ita proclives ad æquitatem, cujus ſtudio optimam, & maximam veteris, hoc eſt, ſanctiſſimi juris partem devaſtarunt;* Æquitas enim *licèt propria Sacri Conſilii ſit*, ut inquit *Præſ. Merlin. cent.* 2. *c.* 43. *num.* 30. *non tamen uſque adeò exercetur, ut jus apertum parti competens tollat*, & celebris in hac re eſt *Franciſci Marii* vox, *ab æquitate Parlamenti, & ab expediente Magni Conſilii Deus nos liberet*, quam refert idem *Dom. Præſ. Merlin. in loc. cit.* Hæc tamen omnia Sapientiſſimi Senatus cenſuræ ſubmittit.

Januarius Andreas.

ARGUMENTUM.

Baroni habenti ſcapham in flumine decurrente per ejus territorium, ſi ordine Regiæ curiæ pro majori commoditate tranſeuntium ſuper eodem flumine fiat pons, an debeat refici damnum, quod patitur, & à quo.

SUMMARIUM.

1 *Feudalia probantur ex ſolutione relevii.*

2 *Princeps poteſt cauſa publicæ utilitatis bona privatorum auferre, ſed tenetur reficere damnum paſſo, nedum æſtimationem, verùm etiam omnia damna, expenſas, & intereſſe, & n.* 3. 21. *&* 69. *& num.* 76. *limita ſi Princeps hoc faceret per viam legis condendæ, n.* 4. *& an pretium debeat antea ſolvi, num.* 5.

6 *Flumina, aquarumque decurſus hodie ſunt Baronis, in cujus territorio effluunt, & tranſeunt, ex conceſſione facta à Principe ex communi forma privilegiorum.*

7 *Flumina tempore Romanorum, uſque ad tempora Federici Imperatoris, licèt eſſent publica, & ab aliquo privato poſſideri non poterant, attamen ex communicatione facta in anno* 1182. *ab eodem Imperatore Federico nonnullis Civitatibus Italiæ de mero, mixtoque imperio, cum Regalibus ad ipſum ſpectantibus poſt dictum tempus flumina cœperunt eſſe in privato, & particulari dominio illarum Civitatum, per quarum territoria fluebant, num.* 8. *&* 10.

9 *Reges utriuſque Siciliæ, & præſertim Rex Alphonſus Primus, & Joanna Secunda in Regno Neap. communicaverunt Baronibus juriſdictionem cum mero,*

mero, mixtoque imperio, & Regalibus, ac in feudum concedendo.

11 *Flumina aquarumque decurſus de jure communi dubitatur, an veniant in conceſſione feudi, ſi expreſsè non concedantur, ſed de Regni conſuetudine veniunt, cum ſolita ſint concedi, n. 12.*

13 *Flumina penes Regem dicuntur publica, facta tamen conceſſione illorum Baronibus, quoad utile dominium efficiuntur privata, nec dicuntur amplius Regalia poſt conceſſionem Baronibus factam, num. 14.*

15 *Angaria, & Parangaria in poſſe Regis dicuntur Regalia, in poſſe verò Baronis nequaquam.*

16 *Flumina ſunt Baronis, quouſque fluunt per territorium ipſius Baronis, cum verò egrediuntur de territorio illius, tranſeunt in dominium recipientis.*

17 *Pons non poteſt conſtrui ab habente territoria in utraque fluminis ripa, nec etiam in præjudicium illius, qui habet jus pedagii, & portorii, numer. 18.*

19 *Porterium debet ſolvi ab illo, qui tranſit per aquas natando, vel per vada, ſi adeſt ſcapha in flumine ſed vide, n. 31.*

20 *Princeps non poteſt jus quæſitum alteri tollere, & num. 74.*

21 *Confirmatio non tribuit jus de novo, ſed tantum confirmat quod prius erat, & nil aliud operatur niſi juris jam quæſiti corroborationem nu. 24.*

23 *Confirmans non dicitur dare, & n. 33. Contrarium, n. 28. Intellige, ut n. 29. & 34.*

25 *Confirmatio nihil operatur, ubi non apparet de prima conceſſione, quæ confirmatur.*

Intellige, ut n. 34. & 40.

26 *Confirmatio intelligitur, quatenus in poſſeſſione quis exiſtit, & in forma communi nihil præjudicat concedentis, neque juvat recipienti, n. 27.*

30 *Pedagium, quod ſolvitur à tranſeuntibus per ſcapham, an debeatur propter laborem, & nu. 31. 32. 46. 53. 62. & 64. & an dicatur fructus, n. 65.*

32 *Exactio ſolita fieri à tranſeuntibus per ſcapham non poteſt exigi à tranſeuntibus per pontem.*

34 *Privilegium primum non eſt neceſſarium, quando actus pendet à poteſtate confirmantis, & apparet, velle, quatenus opus eſt, de novo concedere.*

35 *Animus Principis apparet ex clauſula,* & quatenus opus eſt, do novo concedimus.

36 *Conceſſio nova dicitur ex clauſula,* reddimus, & de novo concedimus.

37 *Minus eſt dicere,* reſtituimus, de novo concedimus, *quàm* confirmamus, & de novo concedimus.

38 *Clauſula,* ex certa ſcientia, *eſt maxime importantiæ, tam in contractibus, quam in privilegiis, & operatur idem quod ſpecialis ipſa expreſſio, numer. 41.*

39 *Tenor inveſtituræ dicitur de verbo ad verbum inſertus, quando Princeps primum privilegium confirmat.*

40 *Conceſſio confirmata non requiritur, quando confirmatio continet certitudinem rei confirmatæ per aſſertionem illius in confirmatione factam.*

42 *Poſſeſſio ſecuta eſt interpretativa privilegii.*

43 *Conſuetudo interpretativa privilegii vim ſuam oſtendit in rebus gravibus, & ſufficit obſervantia decem, vel viginti annorum.*

44 *Obſervantia probatur ex affictu, & illius perceptione, & probata per longum temporis ſpatium, præſumitur in præteritum, n. 45.*

46 *Qualitas quando cauſativè probatur de præſenti, præſumitur in præteritum, & quando dicatur cauſativè, n. 47.*

48 *Poſſeſſio præſens cum titulo facit præſumere poſſeſſionem in præteritum.*

50 *Exactio debet fieri à tranſeuntibus per Pontem conſtructum in flumine, ubi prius aderat ſcapha in beneficium Domini ſcaphæ, prædicta.*

51 *Scapha connumeratur inter fructus feudi.*

52 *Molendinum, & Battinderium inter fructus feudales habentur.*

54 *Laborans ſecundum laboris quantitatem debet mercedem habere.*

55 *Relevium non ſolvitur ex fructibus ex proprio labore reſultantibus, nec ex proventibus, qui compenſantur cum labore facto per Gubernatorem, ſive Capitaneum, n. 56. & 59. ſed pro ſcapha benè ſolvitur relevium, n. 60.*

57 *Proventus dicuntur fructus juriſdictionis, & quare, num. 58.*

61 *Neapolitani ſunt immunes ex gratia Regis Federici de anno 1498. pro mercibus, & aliis bonis à jure Fundaci, Dohanæ, Gabellæ, Paſſus, Pontium, & Scapharum, aut alterius vectigalis, cuicumque debito.*

63 *Rex non poteſt quem immunem facere à ſolutione debita ex cauſa laboris, in præjudicium tertii.*

66 *Conceſſio ſi fuit facta in remunerationem ſervitiorum pro recuperatione Regni eſt irrevocabilis, & dicitur potius permutatio, n. 67.*

68 *Evictio debetur ex contractu permutationis.*

70 *Exigens paſſum, ſeu porterium ſupra pontem ex conceſſione, ſi fluminis impetu, non tamen facto ſuperioris pons deſtruatur, & deinde in eodem loco reficiatur, poteſt exigere paſſum ſive porterium in dicto ponte noviter confecto, quod procedit etiam ſi fiat pons in locum caphæ, nu. 71. quid ſi non fuit conſtructus in loco, ubi erat antiquus, ſed in alio loco, n. 72.*

73 *Loca omnia ſunt regulariter tranſeuntibus libera.*

75 *Princeps habens molendinum in principio ſui territorii, quod conceſſit poſtea in feudum, ſi tractu temporis velit aliud molendinum facere pro majori commoditate in parte inferiori fluminis in dicto territorio poteſt facere, etiam contradicente primo ceſſionario, ſed illi debetur intereſſe.*

76 *Princeps poteſt ratione publicæ utilitatis deteriorem facere ſcapham Baronis, ſed cum emenda damni, & intereſſe, ſed illud damnum, & intereſſe non debet ſolvere de ſuo patrimonio, ſed ſubditi, quorum utilitatem procuravit, ſolvere tenentur, & hoc caſu poteſt collectam imponere, tam pro impenſa facta, vel facienda, quam pro refectione damni tertio illati, n. 78.*

79 *Habens jus exigendi paſſum, ſive porterium pro ſcapha poteſt illud exigere ſuper ponte ſi ſcapha fuit ſublata juſſu Superioris, vel debet ei refici damnum ex exactione ordinaria impoſitionis, quæ fit pro conſtructione, & reparatione publicarum viarum.*

80 *Deciſio ſimilis cauſæ.*

Pro Spectabilii D. Julio de Roſſi Comite Calatiæ, cum Regio Fiſco.

CONSULTATIO XLI.

INter alia corpora feudalia poſſeſſa per Spectabilem Don Julium de Roſſi, Comitem Calatiæ in ſuo Oppido Serrarum eſt jus ſcaphæ in flumine Selæ, quod decurrit per territorium dicti feudi, de quo ſolebat percipere ex affictu annuos ducatos 740. * de quo corpore uti feudale fuit ſolutum relevium Regiæ Curiæ, ex cujus relevii ſolutione probatur, rem eſſe feudalem, Roſenthal. *de feud. cap. 6. concl. 16. n. 10.* Afflict. *in cap. 1. num. 197. ex quibus cauſ. feud. amitt.* & *Ege* late d x *in decis.* 93. Cùmque pro majori commoditate juſſu Regiæ Curiæ fuiſſet conſtructus pons ſuper dicto flumine, & ex hoc illa annua perceptio ex affictu ſcaphæ eſſet extincta, egit

Comes

2 * Comes in R. C. Summariæ pro refectione prædicti
damni, quamvis enim poſſit Princeps publicæ utili-
3 tatis cauſa bona privatorum auferre, * *l. opus, C. de*
oper. publ. tenetur tamen reficere damnum paſſo, ne-
dum æſtimationem, verùm etiam omnia damna, ex-
penſas, & intereſſe, ut probat *text. in l. 2. C. quid ex*
cauſ. ſervi pro præm. libertat. accip. ubi etiam Bald. ac
idem Bal. *in l. 3. C. ad l. Jul. de adult.* Iſern. *in c. 1. §.*
& plauſtrorum, ſub n. 53. verſ. ſed an quando Fiſcus ac-
cipit, quæ ſint Regal. *Archidiacon. in cap. per princi-*
palem 9. quæſt. 3. Felin. *in cap. quæ in Eccleſiarum, de*
Conſtitut. latiſſimè Roſtaor. Caſtald. *in tractat. de*
4 *Imperat. quæſtion.* 97. ubi limitat, quando Princeps
hoc faceret per viam legis condendæ, de Ponte *de*
poteſtat.proreg. tit.de proviſion.fier. ſolit. §. 5. n.9. Affl.
in prælud. Conſtit. Regni, qu. 4. column. final. ubi an
5 etiam pretium debeat antea ſolvi, † Liparul. ad Iſern.
in dicto §. & plauſtrorum litera F. quam damni refe-
ctionem. inſtitit ſibi ſolvi vel de pecunia, quæ quo-
libet anno exigitur à Regno pro refectione pon-
tium, & viarum, vel provideri, quòd ipſi liceret exi-
gere à tranſeuntibus ſupra pontem prædictum jus
paſſagii, in ea quantitate, quæ aſcenderet ad dictos
annuos ducatos 740. quos ex affictu ſcaphæ exi-
gebat.

6 Ad quod fundendum dicitur; * negari non poſſe,
quòd flumina, aquarumque decurſus ſint Regis, &
in conſequentiam Baronis, in cujus territorio ef-
fluunt, & tranſeunt, ex conceſſione facta à Princi-
pe, ex communi forma privilegiorum, Luc.de Penn.
in l.uſum aquæ, C de aqua duct. li.11. Loffred. *conſ. 13.*
nu. 6. Capyc. *in inveſtit. feud. fol. 106. verſ. in Regno,*
& fol. 107. verſ. aqua tamen omnes, Lanar. *conſ. 39.*
quamvis aquæ naſcantur in alterius territorio, *l. 1.*
§. illud Labeo, ff. de aqua quotid. & æſtiv. Capyc. *in d.*
fol. 107. Lanar. *loco* citato *n. 4.* Bald. *in l. ſi pluvies, C.*
de condit. inſert.

7 Rurſus flumina quamvis tempore Romanorum, *
& uſque ad tempora Federici Imperatoris eſſent
publica, nec poterant ab aliquo privato poſſideri,
8 * tamen idem Federicus in anno 1180. communicavit
nonnullis Civitatibus Italiæ merum, & mixtum im-
perium, cum Regalibus ad ipſum Imperatorem ſpe-
ctantibus, ut in *tit. de pace Conſtantiæ, in uſibus feu-*
dorum, & poſt illud tempus flumina cæperunt eſſe in
privato, & particulari dominio illarum Civitatum,
per quarum territoria fluebant, ut ex Bart. deducit
9 † Lanar. *in dict. conſ. 39. ſub n. 4.* ſic etiam in Regno
noſtro Reges utriuſque Siciliæ communicaverunt
Baronibus juriſdictionem cum mero, mixtoque im-
perio, & Regalibus, eam in feudum concedendo, ut
habetur ex Afflict. *in Conſtitution. Regn. Ea, quæ ad de-*
cus, & ſignanter Rex Alphonſus Primus, & Joan-
10 na Secunda, * ex quo tempore flumina, aquarum-
ve decurſus tranſierunt in utili dominio Baronum, &
ideò facta conceſſione feudi, licèt de jure communi
dubitari poſſet, † num venirent flumina, aquarumvè
11 decurſus, niſi expreſsè concederentur, Bart. *in l. 1. C.*
de mancip. & colon. Capyc. *in inveſt. in verſ. flumina*,
tamen fallit de Regni conſuetudine, * cùm ſolita ſint
12 concedi, ut poſt Capyc. habetur ex *Capiblan. de Ba-*
ron. tom. 1. Pragm. 8. part. 2. n. 66. Regens Tapia in
repetit. l. final. ff. de Conſtitut. Princip. n. 11. & 13. &
13 licèt penes Regem flumina dicantur publica, † facta
tamen conceſſione illorum Baronibus, quoad utile
dominium Baronis privata efficiuntur, *Caſſan. in Con-*
14 *ſuet. Burgund. rubric. 2. §. 2. nu. 8.* * nec dicuntur
ampliùs Regalia poſt conceſſionem factam Baroni-
bus, ut habetur in angariis, & parangariis, quæ in
15 poſſe Regis Regalia dicuntur, † ſecus tamen quando
ſunt in poſſe Baronis, ut ex Andr. de Iſern. *in cap. 1.*
verſic. Angaria, quæ ſint regal. & Afflict. in Conſtitut.
Regn. Quia frequenter dixit Lanar. *dict. conſ. 39. n.6.*
quod tamen intelligitur, quouſque fluunt per terri-
torium ipſius Baronis, eo ipſo enim quod egrediun- 16
tur de fundo, ſive territorio illius, tranſeunt in do-
minium recipientis, Luduvic. *deciſ 133. Epiſc.Ricc.*
collect. 3091.& ideò cùm per conceſſionem factam
Joanni Franciſcô de Sancto Severino Comiti Cala-
triæ Proavo materno moderni Comitis, nedum ap-
pareant conceſſa flumina, aquarumvè decurſus, ſed
etiam cum ſcaphis, ceſſat omnis difficultas, quod
debeat emolumentis, quæ ex dicta ſcapha habuit,&
poſſedit per tantum temporis ſpatium, de facto pri-
vari, nec potuit in ſui præjudicium conſtrui pons,
de jure enim non poteſt quis, † etiam habens terri- 17
toria in utraque fluminis ripa pontem conſtruere, *l.*
fin. ff de flumin. * Secundò non poterat conſtrui pons, 18
ex quo jus pedagii, & portorii privaretur Baro, ad
quod adduci poteſt id. quod dicit Bald. *in l. 3. & l.*
ſi plures, Codic.de privil. fiſc. & eum ſequitur Jacob.de
Sanct. Georg. *de feud. in verſ. & cum mero, & mixto*
imperio, * Capyc. *in inveſt feud.f.110.* quod ſi Baro ha- 19
bet ſcapham in flumine tranſeunte per ejus territo-
rium, in quo exigitur portorium, & alius ne ſolve-
ret, vult tranſire per aquas natando, vel per vada,
quod hoc ei non licebit, & pro hac opinione facit
regola prohibitiva, ut non poſſit Princeps jus alteri
quæſitum tollere, Loffred. *conſ. 24. n. 20.* Peregr. *de* * 20
fideicomm. art. 52. n. 131. & quatenus voluerit pro com-
muni utilitate pontem facere, * tenetur ad emendam 21
damni, ut ultra ſupra adductos colligit Anton. Gabr.
lib 3. commun. concl. tit. de jur quæſito non tollend. con-
cluſ. 2. n. 60. Andr. *in c. 1. n. 67. de Capit. qui cur. ven-*
didit. Jaſ. *in l. Barbarius, nu. 36. cum ſequentibus Di-*
geſtis de offic. Prætor. Anna *allegationis 70. num. 49.*
& 50.

Prædictis tamen duo opponuntur per Regium
Fiſcum. Primò, quod privilegium præſentatum non
eſt niſi confirmatio alterius privilegii, * & confir- 22
matio jus non tribuit de novo, ſed ſi prius con-
ceſſum erat, illud confirmat, *cap. inter dilectos, de fid. in-*
ſtrum. & cap. examinata, de confirmat. util. vel inut. &
qui confirmat, * non dicitur dare, *l. ſi donare, §. 1. ff.* 23
de donat. inter vir. & uxor. & notat Andr. de Iſern. *in*
* *c. 1. in princ. per quos fiat inveſtit.* nihil enim aliud 24
operetur confirmatio, niſi juris jam quæſiti corro-
borationem, *Hoſtien. in ſumma de confirmat. util. vel*
inutili, ubi etiam Decius, *nu. 1.* & proinde cùm non
appareat dicta prima conceſſio, * quæ firmetur, nihil 25
operari poteſt confirmatio, ut per Bald. *in addit. ad*
Specul. in rubr. de inſtrument. edit. colum. 9. verſ. ſed
pone confirmatio, Jaſon. *in l. ſi quis in aliquo documen-*
to, C. de edendo.

Quod corroboratur, † quia confirmatio intelligi- 26
tur, quatenus quis in poſſeſſione exiſteret, *l. ſi ſic, §. 1.*
ff. de q. Capyc. *in dicta inveſt. feud. in verbo feudorum*
confirmationes, * confirmatio enim in forma commu- 27
ni nihil præjudicet concedenti, neque juvat recipi-
enti, ut probat Regens Rovitus *ſuper pragm. in rubr.*
de poſſeſſor. non turban. Boſſius *in titu. de Principe, &*
ejus privileg n. 356. Anchar. *conſ.* 382. Nec obſtabit
* text. *in l. obvenire, ff. de verb. ſignif.* ex quo deſumitur 28
regule ſæpius citate per Iſern. quod qui confirmat,
dat, * quia procedit, quando quis de ſuo dat, & re- 29
laxat, alias attenditur prima cauſa, quæ influit, &
producit ſecundam, *l. ſi ita ſtipulatus, §. final. ff. de*
verbor. obligat. Capiblanc. *de Baron. lib. 2. cap. 39.*
num. 11.

* Secundum verò opponitur, quod hoc jus exigen- 30
di ſcapham è tranſeuntibus non dicitur verè pede-
gium, quia exactio potius fiebat propter laborem, &
impenſas, quæ erogabantur pro manutentione ſca-
phæ, & non paſſus, † & quamvis eſſet jus pedagii, ta- 31
men quando ſolitum eſt exigi ſupra pontem, non
poteſt exigi è tranſeuntibus per aquam, quia eſt ju-
riſdictio circumſcripta loco, Afflict. *in capit. primo*
quæ ſint regal. in verbo vectigalia, numero 82. Caſ-
ſan;

ſan. *in Conſuet. Barg. rubric. prima §. quarto* & poſt
ipſos Lanar. *conſ.* 11. *n.* 2. & ſic è converſo exactio ſo-
32 lita fieri à tranſeuntibus per ſcapham, † non poteſt
exigi à tranſeuntibus ſupra pontem, quia illa exige-
batur in ſcapha, non in ponte.

Verùm prædictis non obſtantibus firma remane-
bit concluſio ſupra firmata. Et quod attinet ad pri-
vilegium confirmationis, non remanet in ſimplici
confirmatione, ſed in ea narratur tenor primæ con-
ceſſionis, & clauſulæ appoſitæ, *ex certa conſcientia*, †
33 & quod qui confirmat, non videatur dare, *l. unum ex
familia, §. primo Digeſtis de legat. ſecundo*, quia regula
prædicta limitatur, † quando actus pendet à poteſta-
34 te confirmantis, & apparet, illum velle, quatenus
opus eſt de novo concedere, ſeu confirmare, prout
in dicto privilegio, de quo agitur, nam tunc non eſt
neceſſarium producere primum privilegium, ut no-
tat Bartolus *in l. more majorum, num. quint. Digeſtis de
juriſdict. omn. judic.* quem refert, & ſequitur Jaſon
ibidem, num. 33. ex text. *in l. quærebatur, Digeſtis de
milit. teſt. & in l. poſthumus, in fine, Digeſtis de injuſt.* †
35 *rupt. & irrit. teſtam.* & animus Principis ſatis appa-
ret ex illa clauſula, *& quatenus opus eſt de novo conce-
dimus*, ut voluit Afflictus *in capit.* 1. *de vaſſall. de-
crep. ætat. num. nono* Capyc. *in repet. cap. Imperialem,
de prohib. feud. alien. per Federic. column.* 184. An-
dreas de Iſernia *dict. capit.* 1. *de vaſſall. decrepit. ætat.
num. tertio* qui loquitur in caſu fortiori, † quando
36 Rex reſtituit rebellem, & in reſtitutione dicit, *red-
dimus*, * *& de novo concedimus*, ut dicatur nova con-
37 ceſſio, & quod ſit minus dicere, *reſtituimus, & de no-
vo concedimus*, quam *confirmamus, & de novo concedi-
mus*, dixit, in puncto Lanar. *conſ.* 12. *ſub num.* 4. ubi
nonnulla alia affert.

38 Inſuper adeſt clauſula, *ex certa ſcientia*, * quæ tam
in privilegiis, quam in contractibus eſt maximæ im-
portantiæ, ut per Decium, & Cagnol. *in l. in eorum,
ff. de regul. juris*, Bertazzol. *clauſul.* 11. *gloſ.* 2. *n.* 1. &
quando Princeps aſſerendo primum privilegium, il-
lud confirmat, habetur, * ac ſi de verbo ad verbum
39 tenor inveſtituræ fuiſſet inſertus, *l. omnes*, ubi Angel.
n. 2. *Cod. de præſcript. triginta, vel quadraginta anno-
rum*, Antonius de Butr. Socin. Gulielmus de Bene-
dict. Henricus Boich. Abb. Imol. & alii allegati à La-
nar. *dict. conſ.* 21. *ex n.* 1. *cum ſeqq.* ubi plenè de hac
materia, *gloſ. in c. dudum, in verbo conceſſionem præ-
dictam, extra de decimis*, Jaſ. *in d. l. more majorum,
num.* 42.

* Neq; hoc caſu requiritur exhibitio primæ con-
40 ceſſionis confirmatæ, nam ſecundùm veram, & ma-
gis communem opinionem, quando confirmatio
continet certitudinem rei confirmatæ per aſſertio-
nem illius in confirmatione factam, ut in caſu, de
quo agitur, non eſt neceſſaria exhibitio conceſſio-
nis confirmatæ, ita Innoc. *in d. cap. inter dilectos, de
fid. inſtrum.* poſt *gloſ. in cap. ſi Romanorum, in verbo
qua definivit, 19. diſtinct.* ſequitur Felin. alios cumu-
lans *in d. cap. inter dilectos, n.* 7. *&* Jaſ. *in d. auth.
ſi quis in aliquo documento, C. de edend.* iſta enim
clauſula, * *ex certa ſcientia*, idem operatur, quod ſpe-
41 cialis ipſa expreſſio, Guid. Pap. *conſ.* 75. *&* 178. So-
cin. ſenior *conſ.* 3. *n.* 12. *& conſ.* 63. *li.* 3. Menoch. *conſ.*
1007. *n.* 51. *& conſ.* 561. *n.* 23.

42 * Rurſus poſſeſſio ſequuta eſt interpretativa privi-
legii, *cap. cùm dilectus, de Conſuetud. Regens* Capyc.
Galeota *lib.* 2. *contr.* 20. *n.* 40. ubi ex Dec. Menoch.
& aliis dicit, * quod conſuetudo interpretativa pri-
43 vilegii vim ſuam extendit in rebus gravibus, & ubi
tempus immemoriale requireretur, quia ſufficit ob-
ſervatum fuiſſe per decem, vel viginti annos, quæ
44 obſervantia fuit probata per affictus, cum fructuum
perceptione per longum temporis ſpacium, & ſic
45 præſumitur in præteritum à tempore privilegii, † ſive
confirmationis, *gl.* notabilis *in l. ex qua perſona*, per
illum *text. C. de prob. & in l. non eſt neceſſaria, eodem*
* *titul.* quando enim cauſativè qualitas probatur de 46
præſenti, præſumitur in præteritum, Bald. *in d. l. ex
qua perſona*, † & dicitur cauſativè, quando præcedit 47
cauſa legitima, prout erat conceſſio, ut *ibid.* dixit
Salic. ſequitur Alex. *conſ.* 16. *n.* 3. *vol.* 5. Socin. ſen.
conſ. 89. *n.* 19. *verſ. tamen, vol.* 1. Bertazol. *in conſ. civil.*
21. *n.* 29. ubi quod quando poſſeſſio præſens eſt cum 48
titulo, facit præſumere poſſeſſionem in præteritum,
Maſcard. *de probat. concl.* 1202. *n.* 61.

Ad ſecundum verò objectum facilis eſt reſponſio,
quia certum eſt, conſuetudinem juris exigendi cer-
tam ſummam à tranſeuntibus per ſcapham, * non 49
tam ratione laboris, ac impenſæ, verum ratione
pedagii fuiſſe ſolitam, & primò ponderatur illa uni-
formis exactio, & ſolutio ab omnibus tranſeunti-
bus, ut ex pluribus probat Lanar *d. conſ.* 11. *num.* 5.
† loquens in eadem ferè facti contingentia pro Re- 50
verendiſſimo Epiſcopo Averſano, qui cùm haberet
ſcapham in flumine Eccleſiæ, & ordine Regii Fiſ-
ci fuiſſet ſuper flumine pons conſtructus, concludit,
debere exigi ad beneficium Eccleſiæ ſuper pontem,
& quia eſt caſus punctualiſſimus cum noſtro, togo,
ut videntur.

Secundò, hoc apparet, * quia in conceſſione in 51
ſpecie fuit facta conceſſio ſcaphæ inſimul cum aliis
feudi corporibus, tanquam fructus fluminis, ſicuti in
ſimili dicimus de molendino, battinderio, & ſimili-
bus, quæ inter fructus feudales connumerantur, Affl. 52
in c. 1. *quæ ſint regal.* & habetur *in c.* 1. *§. è contrario*,
ubi Iſern. *de inveſt. de re alien. facta*, * quod ſi eſſet ra- 53
tione laboris, non caderet conceſſio, nec eſſent fru-
ctus feudi, * cùm certum ſit, quod laborans, ſecun-
dum laboris qualitatem debeat mercedem habere, *l.* 54
Seia, ff. de ann. legat. quam allegat Iſern. *in c.* 1. *n.* 4. *de
feud. guard. & in c.* 1. *§. omnes filii, n.* 3. *in fine, ſi de
feud. defunct. milit. contr. fuer.* ad idem etiam Paris de
Put. *in tract. de reintegr. feud. tit. de duobus dominis exi-
ſtentibus, num.* 15. & eſſet ſatis ridiculum concede-
re in feudum id, quod debetur ex proprio labore,
& impenſa.

Tertiò, † ex fructu ex proprio labore reſultante
non ſolvitur relevium, ut in caſu fortiori ex ſtilo 55
R. C. non exigitur relevium ex proventibus, † quia 56
compenſantur cum labore facto per Gubernatorem,
ſive Capitaneum, de quo ſtilo teſtatur Frecc. *de ſub-
feud. l.* 2. *in* 3. *author. Baron. in fine*, * & ſic quamvis
proventus dicantur fructus juriſdictionis, ut per Iſern. 57
in cap. 1. *quis dicatur, in verſ. qui verò, in princip.*
Paris de Put. *de reintegr. feud. in cap. & quia, ut plu-
ries, fol.* 54. *num.* 12. Intrigl. *de feud. centur.* 2. *art.* 5.
n. 639. & hoc ea ratione, quia compenſantur cum la-
bore, † ut dixit Frecc. *in loco* ſupra citato, & Reg. Mo- 58
les *in deciſionib. manuſcriptis, dec.* 4. & eum refert, &
ſequitur noviſſimè Capanus *de jur. relevii, par.* 4. *q.*
2. ubi etiam plures refert deciſiones Regiæ Cameræ,
etiam facta relatione in Collaterali conſilio, * quod 59
ex proventibus relevium non ſolvatur, & tamen ex
iſto corpore ſcaphæ fuit ſemper ſolutum relevium,
ſicut exigit Regia Curia ab omnibus Baronibus, qui
* ſcapham in fluminibus, in eorum territoriis exi- 60
ſtentibus habent.

Ad idem & quartò pondero privilegium, & gra-
* tiam conceſſam à Rege Federico in anno 1498. ubi 61
conceſſit immunitatem Civibus Neapolitanis, ut
non ſolvant, nec pro mercibus, nec pro aliis rebus,
& bonis ullum jus fundaci, Dobanæ, Gabellæ, Paſ-
ſus, Pontium, & Scapharum, cuicumque debitum,
aut aliquod vectigal, ad quod pondero, quod eos
vult eſſe immunes à juribus, quæ exiguntur in ſca- 62
phis, * quæ ſi ſolverentur cauſa laboris, & expenſa-
rum Rex non poſſet eos immunes facere in præju- 63
dicium tertii, † *l.* 2. *§. meritò, & l. ſi quis à Principe, ff. ne
quid in loco public. l. nec avus, ff. de emancip. liber.*

Hoc

Digitized by Google

Hoc etiam probatur ex affictu, cùm Conductores
64 † ſolvant Baroni annuos ducatoa 740. qui tamen nul-
lum laboram facit in ſcapha, ſed ipſi Affictatores,
& certum eſt, quod ipſi Conductores ultra quanti-
tates, quas Baroni pro affictu ſolvunt, percipiunt ex
exercitio ſcaphæ à tranſeuntibus mercedem eorum
laboris, alias fruſtra ſa ultro offerrent ad affictan-
dum, & ſic clarè apparet, quod reditus, & fructus
65 ſeudi perveniunt ad Baronem, * deducto labora, &
impenſa, & propterea verè fructus dici debent, ex
regula text. *in l. fundi Trebatiani, ff. de uſufr. legat. l.
a. ff. de fruct. & lit. expenſ.* quibus non ait per
aonfectionem pontis Brto privandus, tanto magis,
quia conceſſio facta q. Joan. Franciſco de S. Seve-
66 rino, † cujus perſonam repræſentat D. Julius actor,
fuit in remunerationem ſervitiorum pro Regni re-
auperatione, & propterea eſt irrevocabilis, *l. ſi pa-
ter, §. fin. ff. de donat.* per quem *text.* in ſeudo tali-
ter donario ita tenet Jaco. Ardizon. *in ſumma, in tit.
quibus mod. feud. amitt.* & poſt eum Bald. *in c. 1. 3.
col. ſi vaſſall. feud. privet.* Curt. jun. *in tract. feud. in
5. par. col. 1. & fin.* Roland. à Valle *conſ. 76. nu. a1.
vol. 2.* imò dicit Bald. *in l. ſed etſi, §. conſuluit,*
juncta *l. utrum* per illum *text. ff. de petit. hered.*
quod talia donatio remuneratoria debet potius di-
67 ci permutatio, * & eum ſequitur Franch. *deciſ. 428.
num. 3.* & dubium non eſt, quod in contractu per-
68 mutationis venit avictio, † *l. ſi permutationis, Cod. de
evict.*

69 Ex quibus ſequitur concluſio ſupra firmata † quod
quamvis Fiſcus ratione publicæ utilitatis potuit
pontem ſuper dicto flumine conſtrui facere, tamen
tenetur damnum reficera, vel providere, quod liceat
exigere paſſum, ſeu portorium ſupra pontem, ſicuti
70 in ſimili dicimus, * quod ſi quis exigit paſſum ſupra
pontem ex concaſſione, & fluminis impetu (non fa-
cto ſuperioria) pons deſtruitur, ſi deinde pons in eo-
dem loco reficiatur, conceſſionarius in dicto ponte
noviter confecto poſſet paſſum exigere, ut habetur
ex Bald. *in d. l. ſi plures, numer. 14. Cod. de condit.
inſert.* & eum refert, & ſequitur Jaſ. *in l. quomi-
nus, ff. de flumin. numer. 108. & in l. ſi cum, §. in-
juriarum, ff. ſi quis cauſ. ex toxe. in l. ſi locum, §.
fin. quemad. ſervit. amitt.* ergo idem dicendum erit
71 de ponte in locum ſcaphæ, * ut per Jaſon *in d.
§. injuriarum,* loquentam de ponte ſubrogato in
locum pontis diruti, & quamvis Bald. & Jaſon.
72 *in locu* ſupra citatis limitent, * quando pons non
fuit conſtructus in eodem loco, ubi erat antiquus,
ſed in alio, tamen loquuntur, quando conceſſio
exigendi jus paſſus fuiſſet reſtricta in certo loco,
quo caſu ponte diruto conceſſio avanuit, quia pons
ille, in quo fuit facta conceſſio, deſiit eſſe in rerum
73 natura, * nec in novo axigi poteſt, quia omnia loca
regulariter ſunt tranſeuntibus libera, ut dixit idem
Bald. *in d. l. ſi plures n. 54.* quod tamen ceſſat in no-
ſtra concaſſione, quia flumen prædictum in quoli-
bet loco, ubi tranſit, eſt in utili dominio, & juriſdi-
ctione dicti Comitis ſcilicet per territorium Oppi-
di Settarum, ceſſat etiam prædicta concluſio, quia
ſcapha non caſu, ſad facto Principis fuit deſtructa
per confectionem pontis, qui nunquam cenſetur
74 derogare velle juri tartio quæſito, * ut ax *d. l. a. §. ſi
quis à Principe ff. ne quid in loco public.* cum aliis ſupra
allegatis, quod etiam probari poteſt ex doctrina
Bald. *in cap. 1. §. ſi quis de manſo. de controverſ. inve-
75 ſtit.* ubi dicit, * quod ſi Princeps haber molendinum
in principio ſui territorii, quod conceſſit poſtea in
fundum, ſi tractu temporis vellet facere aliud molen-
dinum pro majori commoditata in parte inferiori
dicti fluminis in eodem territorio, poteſt facere
etiam contradicente primo conceſſionario; quia non
poſſet Fiſcum impedire jure ſervituris, verùm tene-
bitur Fiſcus ſolvere intereſſe feudatario, & ſequi-
tur hanc eamdem opinionem Jacobin. de S. Georgio
in tract. de feud. in verbo, & cum molendino, n. 2. pon-
tem conſtrui facere, ac deteriorare conceſſionem
ſcaphæ dicti Baronis, ſed tenebitur ad emendam
damni, * & intereſſe, *gloſ. in c. 1. in princ. in verba 76
non poterit, de allod.* quam ibi ſequitur Bald. *num. 1.
& 17.*

Sed hoc quidem damnum, * ſive intereſſe non de- 77
bet ſolvere Princeps de ſuo patrimonio, cùm pon-
tem conſtrui fecit ratione publicæ utilitatis, ſed ipſi
ſubditi, quorum utilitatem procuravit, nam hoc ca-
ſu poterit collectam imponere ſubditis, tam pro im- 78
penſa facta, vel facienda, quam pro refectione dam-
ni tertio illati, ut dixit Divus Thomas *in opuſ. in
Epiſtol. a 1. ad Duciſſam Brabantia*, idem tenet Archid.
in cap. quia 11. quæſt. 3. Iſern. *in rubr. quæ ſint regal.
in verſ. & extraordin. collat.* & poſt ipſos Lanar.
conſ. 4. n. 5. & 6. ex quibus ſequitur, * quod debetur 79
Comiti refectio damni, & propterea, aut ei eſt per-
mittendum, ut exigere poſſit paſſum ſupra pontem
pro ea quantitate, quæ ad ipſum pervenire deberet,
& ei ſolvebatur & ſcapha, deductis expenſis, vel la-
bore, aut jam quod pons fuit conſtructus expenſis
ordinariæ impoſitionis, quæ eſt pro conſtructione,
& reparatione publicarum viarum Regni impoſita,
debeat etiam ex eadem impoſitione ordinari, quod
ipſi damnum reficiatur, ad quod etiam erit adver-
tendum, quod in hoc verſatur Reg. Fiſci intereſſe,
quia cùm ex hoc ponte ſit extinctum iſtud corpus
feudale, in caſu devolutionis relevii, eſſet in Reg.
Fiſci damnum.

*Has cauſa fuit pluries relata in Regia Camera Sum-
maria, & dum erat in limine expeditionis pons ceci-
dit, * & fuit per Baronem denuò poſita ſcapha, ſed
articulus fuit deciſus in cauſa Excellent. Hoſtiliani* 80
*Principiſſa, hodie Regni Heroina, quæ cùm habuiſſet
ſcapham in flumine Gariglani propè Traiectum,
tempore Præſidatus Excellentiſſimi Ducis Albæ; hu-
jus Regni Proregis, fuit in eodem flumine conſtructus
pons ligneus, & poſt longam diſcuſſionem fuit ordina-
tum, damnum dicta Principiſſa eſſe reficiendum ex di-
cta impoſitione facta pro conſtruendis, & reficiendis viis
publicis.*

OBSERVATIO IN CONSULT. XLI.

ARGUMENTUM.

Exactio pedagii ſi fiat in aliquo flumine ex cauſa ſcaphæ in eo exiſtentis, in quo deinde ſit pons, an eadem exactio poſſit fieri in ponte, ſicut fiebat in ſcapha? Diſtinguit *D. Agera* explicans *R. Latr. in hac conſult. 41. & Conſ. Rocc. reſponſ. 94. lib. 1.* in eodem articulo ſcribentes. Si quis nolit tranſire per pontem, ſed natando, vel per vadum fluminis, an adhuc ad pedagii ſolutionem teneatur? Affirmat *Reg. Latr.* Sed Regia Camera noluit articulum decidere, niſi ubi eſſet probatum ſolitum, vel non ſolitum exigi. Senſus *Authoris*, ut quæſtio ſit indiſtinctè decidenda contra exactores pedagiorum: qua occaſione meritis laudibus celebratur *Dom. Conſil. Franciſcus Andreas* Regalis Patrimonii Advocatus præſtantiſſimus.

SUMMARIUM.

1 *Exactio pedagii an poſſit fieri in ponte, noviter conſtructo, ſicut fiebat in ſcapha?*
2 *Tranſiens natando, vel per vadum fluminis, an adhuc teneatur ad ſolutionem pedagii?*
3 *Opinio* D. Reg. Moles, *& Reg. Cam.*
4 *Senſus* Authoris.

1 EXactio * pedagii ſi fiat in aliquo flumine ex
cauſa ſcaphæ in eo exiſtentis, in quo deindè
fit pons, an eadem exactio poſſit fieri in ponte, ſi-
cut fiebat in ſcapha? Diſtinguit *D. Ageta in anno-*
tat. ad dec. Reg. Molet p. 8. §. 14. de jur. paſſag.
qu. 4. n. 64. quod aut exactio fiebat ex cauſa pe-
dagii in flumine, & tunc poteſt fieri in ponte, quia
juriſdictio eſt circumſcripta territorio; aut exactio
erat ratione laboris, ſive manutentionis ſcaphæ,
& tunc ſublata ſcapha nequit fieri exactio in novo
ponte, *Reg. Lanar. conſ. 11. Danz. ad priviieg. Mon-*
tisfuſc. fol. 186. n. 51. ubi teſtator ſe ità reſpondiſſe
in Terra Apitii. Cum qua diſtinctione *D. Aget.* ad-
vertit eſſe intelligendos *R. Latr. in hac Conſult. 41.*
& Conſil. Rocc. reſponſ. 94. lib. 1. in eodem articulo
2 † *Reg. Latr. n. 19.* proponit alium articulum de
eo, qui non vult tranſire per pontem, ſed natan-
do, vel per vadum fluminis, an ad pedagii ſolu-
tionem teneatur? Et affirmat: addo *Conſ. Rocc. cit.*
reſponſ. 94. num. 12. D. Aget. n 66. qui etiam citat
Novar. de gravam. vaſſall. tom. 3. gravam. 86. nu. 4.
Borrell. de præſtant. Reg. Catholic. cap. 11. num. 91.
Montan. de regal. v. ripatica, num. 2. Danz. ad Pri-
vileg. Montisfuſc. fol. 187. nu. 1. & 8. Portugal. de
donat. Reg. lib. 3. cap. 6. n. 9.
3 † Cæterum doctiſſimus *Reg. Moles loc. relat. per*
D. Aget. teſtatur Regiam Cameram noluiſſe hoc
decidere, niſi ubi eſſet probatum ſolitum vel non
ſolitum exigi, remittendo ſe conſuetudini, *Regner.*
Sixtin. de regal. lib. 2. c. 5. n. 16. & 17.
Mihi tamen videtur quæſtionem hanc eſſe in-
4 diſtinctè decidendam contra exactores pedagiorum;
Cùm in præſenti ſpecie viatores ſe exponant peri-
culo, vel ſaltem magno incommodo tranſeundi,
natando, vel per vadum fluminis; & exactiones
pedagiorum ſint odioſæ; & hujuſmodi exactores ſe-
rè ſemper extorquent quantitates indebitas à via-
toribus; ac in noſtro Regno pleríque etiam cate-
nis vias ſepſerant: quæ tamen omnes fuerunt ſub-
latæ integritate, & diligentia *D. Reg. Conſil. Fran-*
ciſci Andrea, qui cùm eſſet Advocatus Regalis Pa-
trimonii adversùs tales exactiones elucubravit pro
Regio Fiſco, & Regno doctiſſimas *allegationes*
tranſcriptas cum debita laude per *D. Aget. in cit.*
annotat. ad Reg. Molet. In contingentia cauſarum ad
eaſdem allegationes ſemper recurrendum exiſtimo.

ARGUMENTUM.

Literas cambii acceptans an, & quando, non ob-
ſtante morte, vel decoctione mandantis, ſolvere
ſit obligatus, & quid quando ipſe acceptans erat
procurator, & vicarius mandantis.

SUMMARIUM.

1 *Actio ſtatim acquiritur per acceptationem litera-*
rum cambii, & acceptans remanet obligatus, &
num. 19.
2 *Novatio num inducatur per acceptationem literarum*
cambii, & quid in Regno, num. 3. & quid in Ci-
vitate Genua, n. 5.
4 Affl. dec. 353. *declaratur.*
6 *Scribens remanet liberatus vigore* Regiæ Pragma-
ticæ, ſi creditor, cui eſt facienda ſolutio elapſo
termino per quatuor dies omiſerit exactionem, &
non fecerit adverſus acceptantem debitam prote-
ſtationem.
7 *Mandatum morte principalis extinguitur, vel ob de-*
coctionem.
Intellige, re integra, nu, 14. & quando dicatur res
integra, n. 15.
8 *Procurator acceptans ſimpliciter literas cambii, in-*
telligitur procuratorio nomine acceptare.
Intellige, ut n. 11. & 20.
9 *Acceptans non tenetur ob mortem ſcribentis.*
Intellige ſi mors ſuccedat ante acceptationem, ſecus
verò ſi poſt, n. 10. & idem ſi decoxit poſt accepta-
tionem, n. 13. & 16.
Diſtingue, ut n. 17.
11 Bart. in l. pupilli, §. 2. n. 4. ff. de negot. geſt.
declaratur.
12 *Deciſio S. C. relata à* Thoro in compend. deciſ.
lib. 1. in verbo literas cambii *reprobatur.*
15 *Res integra dicitur, quoties principium rei gerendæ*
mandatarius non dedit.
18 *Cambium reale, & verum cum debitis conditionibus*
requiſitis, nedum eſt licitum, ſed humano gene-
ri neceſſarium, & Reipublicæ valde utile.
21 *Literæ diſpoſitivæ dicuntur, quotieſcunque ſcribens*
dat ordinem ei, cui diriguntur, ut ſolvat.
22 *Verba,* pagarete, & piacciavi pagare, *quid im-*
portent, & an inter ſe differant.

Pro Paulo Piſtolotio, & Timotheo Schuvart mer-
catoribus, in Civitate Viennæ reſidentibus, cum
Reverendiſſ. Epiſcopo Aſculano.

CONSULTATIO XLII.

PUnctus, de quo dubitatur in hac cauſa Pauli Pi-
ſtolotii, & Timothei Schuvart, mercatorum in
Civitate Viennæ Auſtriæ reſidentium, cum Reve-
rendiſſ. Epiſcopo Aſculano parvam requirit inda-
gationem, * ſiquidem exploratiſſimi juris eſt, ſtatim 1
* quod literæ cambii per eum, cui diriguntur, ſunt
acceptatæ, remanet acceptans obligatus ſolvere,
& quæritur actio ei, cui pecunia ſolvenda mandatur
adverſus acceptantem, prout poſt *conſ. 107. numer.*
80. cum ſeqq. l. 3. tenuit Sigiſmundus Scaccia *de com-*
merc. & cambio, §. 2. gl. 7. n. 69. Rot. Genua dec. 8. &
4 Benvenut. Strach. *in tract. de decoct. par. 5. nu. 5.*
Sfortia Oddus *conſ. 87.* Schuvartzentaler *pag. 873.*
num 81. Jo Baptiſta Cavatius *de camb. in cap. de ſol-*
vente in loco, ad quem pag. 230. verſ. quæro an acci-
piens, Fachin. *conſ. 42 & 62. nu. 2. Nicol. Genua me*
ſcript privat. l. 3. rubr. de liter. cambii, n. 67. & eſt
text. *in l. ſi filius, ff. ad Senat. Conſult. Maced.* ita ut
reſpectu acceptantis nulla adſit probabilis dubita-
tio.
* Fuit tamen aliqua inter Doctores controverſia 2
reſpectu ſcribentis, utrum poſt acceptationem ſe-
cutam ſit liberatus, de qua quæſtione laté per Bart.
& alios Scribentes *in l. ſingularia, ff. ſi cert. petat.* &
plures opiniones, & caſus refert Scacc. *de commerc. &*
camb. d. §. 2 gl. 5. n. 244. cum pluribus ſeqq. & quam-
vis Afflict. *deciſ. 353.* teneat opinionem, quod per
acceptationem ſecutam ſcribens liberatus remaneat,
maximè, quando acceptans eſſet debitor ſcribentis,
& ita deciſum referat in S. C. tamen contraria opi-
nio, * quod uterque ſit obligatus, quouſque cum 3
effectu ſit ſecuta ſolutio, eſt in Regno magis recepta,
ſecundum quam judicavit idem Sacr. Conſil. ut per
Franch, *decis. 303.* & hanc opinionem ſequitur *Reg.*
Rovit. in comment. ad pragmatic. Regni, in rubr. de li-
ter. cambii, n. 1. ſecundum opinionem Bald. *in conſil.*
348. poſt n. 2. vol. 1. & conſ. 190. vol. 2. & hanc eſſe
communem opinionem dixit Bologn *in d. l. ſingula-*
ria, num. 85. verſ. ſed contrarium, pleniſſimè etiam
Sforz. Odd. *conſ. 87.* & alii per ipſum allegati, & eam
tenuit etiam Cæſar Urſill. *in addit. ad Affl. in d. deciſ.*
353. ubi dicit, † quod opinio *Afflict.* potius procede- 4
re poteſt de conſuetudine quam de jure, vel quod po-
teſt intelligi, nedum quando acceptans eſt debitor,
verum

verom quando creditor per inſtrumentum quieta-
vit, & liberavit ſcribentem, & quidem hæc opinio
ſimiliter eſt recepte in Civitate Genuæ, obi practi-
catur, quod uterque obligatus remaneat, quouſque
5 ſolutio facta fuerit, † ot reſtatur Nicolaus Genua *in
d. tract. deſcript. privat. in d. rubrica de litteris cambij*,
num. 76. ubi etiem, quod iſta obſervantie inter eos fa-
cit jus, ut habetur ex *Rot. Genuæ dec.* 2. *n.* 41. *& dec.*
8. *n.* 17. ſequitur *Alex. Raudenſ. dec. Piſan.* 4. *n.* 108. &
hoc etiem procedere de jure communi habetur, ex
Rot. Rom. apud Ludoviſium dec. 217. *Pereira dec. Lu-
ſit.* 126. *Maſtrill. dec.* 221. *Farinac. dec.* 652. *tom.* 2. *in
poſthum. Epiſc. Rich. collect. dec.* 40. *Paſchal. de virib.
patriæ poteſt. part.* 1. *c.* 8. *n.* 70. Fab. da Ann. *conſ.* 82.
6 *n.* 22. licet hodie in Regno * per *Regiam pragmaticam*
de anno 1618. cautum reperiatur, ut creditor, cui
eſt faciende ſolutio, ſi elapſo termino per quatuor
dies omiſerit exactionem, & non fecerit adverſus
acceptantem debitam proteſtationem, remanebit
ſcribens liberatus.

Prædicta negari non poterant per Reverendiſſ.
Epiſcopum, ſed adhuc dicebatur, quod hoc non
procedere poſſet in iſto caſu, in qoo dictus Epiſco-
pus Aſculenus, cui literæ dirigebantur, erat frater,
procurator, & vicarius generalis quondam Reve-
rendiſſimi Epiſcopi Melphitenſis, tunc Nuncij Apo-
ſtolici apud Suam Cæſaream Majeſtatem, & ere
erant ſolvendæ illis de Adimari, & Mazei Neapo-
li degentibus, quamvis enim literæ fuiſſent accep-
tatæ, tamen hoc fuit ex eo, quia erat procurator, &
vicarius generalis prædicti quondam ejus fratris,
7 cùmque per mortem * principalis mandatum ſit ex-
tinctum, ot probat *Joſeph. Ludovic. dec. Lucenſ.* 39.
n. 20. & hoc non obſtante ignorantia mandatarij, *gl.
in clementin.* 1. *in verb. quomodolibet, de renunc.* per
text. *in cap. dudum, de prabend. in* 6. *Cravet. conſ.* 88.
8 *n.* 8. dicebatur, * quod ad ſolutionem litererum Cam-
bij non tenebatur, & ſi enim ſimpliciter literas ac-
ceptaverit, intelligitur procuratorio nomine accep-
taſſe, ex vulgata doctrina *Bart.* communiter recepta
in l. pupilli, §. 1. *n.* 4. *ff. de negot. geſt.* per quam fuiſſe
deciſum in S. C. refert *Jo. Bapt. de Thora in compend.*
9 *deciſ. lib.* 1. *verb. literas cambij*, & in terminis, * quod
per mortem ſcribentis non teneatur acceptans voluit
*Benvenut. Strach. in tr. de mercatur. tit. qualiter in
cauſa mercat. proced. deb. cap. de probat. in fine*, & de-
ciſum refert in *Rot. Romana, Put. dec.* 114. *libro* 1.
Card. Tuſc. tom. 1. *in verb. literas, concl.* 374. *num.* 24.
alios refert *Matthias Berlichius dec.* 37. *nu.* 4. *Fab. de
Ann.* latiſſimè *d. in conſ* 82. *vol.* 1.

Quibus tamen non obſtantibus judicandum ſpe-
ro ad favorem dictorum Pauli Piſtolotij, & Timo-
thei Schuvatt, qui pecuniam ad cambium prædicto
Reverendiſſimo Nuncio dederunt, ſiquidem quam-
quam mandatum morte mandantis extinguatur, &
10 acceptans non obligetur, * hoc procedere poſſet,
quando mors ſcribentis ſuccederet ante acceptatio-
11 nem, * ſecuta verò poſt, & in dicto caſu loquuntur
DD. ſupra citati, & ita deciſum fuiſſe per Rotam
Romanam, & deciſionem refert noviſſimè *Donat.
Antonius de Marinis reſolut. quotidian. cap.* 258. *num.*
6. *& per totum*, obi multa ad materiam, neque aliquid
facit doctrina Bart. *in d. l. pupilli, §.* 1. *n.* 4. *ff. de ne-
got. geſt.* nam communiter intelligitur, ot procurato-
rio nomine contradixiſſe videatur reſpectu ipſius
principalis mandantis, non autem reſpectu tertij,
cum quo contrahit, & reſpectu cujus dicitur nomine
proprio obligatus, ſi non exprimit procuratorio no-
mine contraxiſſe, ut dixit idem Bart. *in l. qui in alie-
na, §. ii, qui putat. ff. de acquir. her.* & ita dictam do-
ctrinam poſt alios, quos refert intellexerunt, & de-
claraverunt Menoch. *de præſ. lib.* 3. *præſ.* 49. *num.* 16.
latiſſimè *Barboſ. in l. poſt dotem, n.* 24. *ff. ſolut. matrim.*
ubi ex pluribus juribus, & authoritatibus hoc benè
fundat, *Caballin, milleloquio* 247.

Nec curandum * de deciſione S.C. relata à *Jo. Bapt.* 12
de Thoro, quia nedum is ipſe non intervenit, ſed di-
cit etiam habuiſſe ex volumine allegationum V. I. D.
Fabij de Falco, & idem Fabius optimè fundavit
contrariam opinionem, * quod acceptans ſit obliga- 13
tus in illo caſu, quando ſcribens poſt acceptatio-
nem decoxit, ex doctrina Bart. *in l. procurator, qui
pro evictione, num.* 4. *ff. de procurator*, quem ſequuti
fuerunt DD. relati à Soc. *conſ.* 154. *vol.* 2. *n.* 8. *verſ.
tertius caſus eſt*, & ex aliis à *Thora in loco* prædicto
relatis, nec in contrarium dicit fuiſſe allegatum, niſi
dicta doctrina *Bart* cui ſupra fuit reſponſum.

Et quidem veriſſima eſt concluſio, quod quamvis
per mortem, vel decoctionem ſcribentis dicatur
mandatum revocatum, ut etiam habetur *in dec.* 1. *&*
2. *Rot. Genu. Gait. de credit. cap.* 2. *num.* 2401. tamen
hoc intelligitur re integra, † ut habetur ex *Nicol.* 14
*Mozia in tract. de contract. tit. quomodo annulletur,
ſolvatur, & finiatur mandatum, num.* 2. ubi declarat,
quomodo dicatur, * quod res non eſt integra, quæ 15
dicitur, quoties principium rei gerendæ mandatarius
non dedit, * *§. rectè. ubi gl. Inſtit. mandat.* & ex his 16
in propriis terminis S. C. judicavit, poſt acceptatio-
nem literarum cambij, quamvis ſcribens ſtatutum
mutaverit, acceptantem eſſe obligatum ſolvere, ut
per French. *d. deciſ.* 303. & hanc opinionem etiam te-
nuit Fab. de Ann. *in d. conſ.* 82. ubi quamvis fundet,
per decoctionem ſcribentis acceptantem non eſſe
obligatum, * tamen quando decoctio ſupervenisset 17
poſt acceptationem, fatetur eſſe obligatum *num.* 21.
& 22. cum hac tamen diſtinctione, quod quando
acceptans eſt debitor ſcribentis, erit principalis,
quando verò non, tunc obligatur ut fidejuſſor, licèt
non habebit beneficium excuſſionis, & hanc etiam
opinionem ſequitur *Reg. Rovit. in pragm.* 1. *de litteris
cambij*; *Maſtrill. dec.* 221. *n.* 19. *vol.* 3. *& in dec.* 177.
n. 4. *vol.* 2. *Surd. conſ.* 528. *n.* 14. ex text. *in l. ſingu-
laria, ff. ſi cert. petat. & conſ.* 145. *lib.* 1.

Et quidem ſi hoc induceretur in literis * cambij, 18
eſſet prohibere commercium, cùm cambium reale,
& verum, cum debitis conditionibus in illo requi-
ſitis, nedum eſt licitum, ut dixit Bald. *in l.* 2. *n.* 2.
verſ. item cambia, ff. de uſur. rei judicat. & alij allegati
à Joan. de Salas *in tract. de contract. tit. de cambiis ſub
n.* 7. & à D. Leonardo Duardo *in extravaganti Pij
V. de cambiis, quæſt.* 8. *§.* 1. *n.* 17. ſed etiam humano
generi neceſſarium, ut ex eadem *extravaganti*, &
aliis probat idem Duard. *loco citato, num.* 22. & Rei-
publicæ valdè utile, *nu.* 25. & proinde conſuetudi-
ne eſt approbatum, † ut ſtatim atque ſequitur ipſarum 19
literarum acceptatio, nedum remanet acceptans ob-
ligatus ere ſolvere, verum non poteſt amplius per
ſcribentem revocari, ſed omninò per acceptantem
eſt facienda ſolutio, ut habetur ex *Rota Genua deciſ.*
93. *n.* 7. *&* 9. *Scacc. in d. tract. de commerc. & camb.
§.* 1. *gloſ.* 7. *n.* 76. ubi etiam teſtatur, * quod ita pra- 20
cticatur, & certè ſi acceptans ſimpliciter eſſet tan-
tum procuratorio nomine obligatus, ſerviret ac-
ceptatio de vento, quia reſpectu ſcribentis, cùm li-
teræ ſint diſpoſitivæ, dubium eſſe non poteſt, quòd
quouſque non ſequitur ſolutio, † remanebit obliga- 21
tus, Bald. *in rub. Cod. de conſtitut. pecun. n.* 12. & di-
cuntur literæ diſpoſitivæ, quotieſcunque ſcribens
dat ordinem ei, cui diriguntur, ut ſolvat, verbi gra-
tia, duc. 100. *per altri tanti ricevuti*, ut per Marant.
in ſuo ſpecul. p. 6. *art.* 6. *n.* 46. & poſt ipſum per Scacc.
in d. tract. §. 2. *gloſ.* 9. *n.* 6. immò dixit Bald. *loco ſu-
pra citato*, * quod hoc verbum, *pagarete*, nedum eſt 22
diſpoſitivum, ſed etiam imperativum, conſtituendo
differentiam, quando dicit ſcribens *piacciavi di pa-
gare*, & quando dicit, *pagarete*, quia in dicto primo
caſu dicerentur mandatariæ, ex quo mandatum libe-
rè revocari poſſet, in ſecundo verò caſu non, quia

contractus cambij fiunt ad utriuſque contrahentis utilitatem, *Rot. Genuenſ. deciſ.* 10. *Scacc. in d. §.* 2. *gl.* 5. *ſub n.* 450. *Duard. in loco* proximè citato, *n.* 7. *&* 8. & propterea ad hoc ut acceptatio operetur ſuum effectum, neceſſe erit dicere, ſtatim ea ſequuta oriri, contra acceptantem actionem.

Hac cauſa non fuit deciſa, quia dictus Reverendiſs. Epiſcopus videns malam fovere cauſam habita aliqua dilatione ad ſolvendum, ſolvit quantitates in literis cambij contentas.

OBSERVATIO IN CONSULT. XLII.

ARGUMENTUM.

Litteras cambij acceptans, an, & quando ſolvere ſit obligatus, non obſtante morte, vel decoctione mandantis? *D. Aloyſius Manſi, D. Sac. Rot. Rom. Auditor Anſaldus, Epiſcopus D. Rocca, & Author in obſerv.* 303. *Præſ. de Franch.* laudant *Conſult.* 42. *Reg. Latro.* Proximus decoctioni quis dicatur? Acceptans ignorando antecedentem decoctionem Scribentis ſolvere non eſt obligatus juxta veriorem, & æquiorem ſententiam. Sumitur argumentum à caſu ſponſionis, quæ non obſtat aſſecuratori navis jam naufragium paſſæ; Explanatur, & conciliatur contraria ſententia.

SUMMARIUM.

1 *Acceptans literas cambij, an, & quando ſolvere ſit obligatus, non obſtante morte, vel decoctione ſcribentis.*

2 Saliceti *opinio relata per* Authorem in obſ. 303. ad dec. Præſ. de Franch.

3 *Decoctiones non contingunt in inſtanti, ſed habent ſuas preparationes; Ex quo oritur difficultas.*

4 *Decoctioni dicitur proximus is, qui poſt decem, vel quindecim dies decoxit.*

5 *Acceptans ignorando antecedentem decoctionem ſcribentis ſolvere non eſt obligatus juxta* Epiſc. D. Rocc. *cujus verba tranſcribuntur.*

6 *Aſſecurator navis jam naufragium paſſa non tenetur.*

7 *Authoritates contraria quomodò intelligenda in præſenti quæſtione; Et n.* 8.

9 D. Aloyſ. Manſi, D Anſald. *&* Author in cit. obſ 303. de Franch. *nuncupatim explanant hanc* Conſult. Reg. Latr.

1 VUlgaris controverſia proponitur, an & quando acceptans literas cambij, non obſtante morte, vel decoctione mandantis ſolvere ſit obligatus; Et quid quando ipſe acceptans erat Procurator, & vicarius mandantis.

2 *Ego in obſ.* 303. *de Franch.* plures memini de hac *Conſult.* 42. *Reg. Latr.* Et *n.* 1. retuli doctrinam *Salicet. in l. final. ff ad S. C. Maced.* quod acceptans literas cambij, & ſolutionem infra tot dies promittens, adveniente tempore cogatur ſolvere, ſi ſcribens poſt acceptationem decoctus evaſerit, *Reg. Latr. n.* 16.

3 Dixi in eadem *Obſerv. n.* 4. difficultatem oriri poſſe ex eo, quod decoctiones non fiant in inſtanti, ſed habent ſuas præparationes, in quibus terminis acceptans videtur excuſandus, quaſi quod ſi ei innotuiſſet ſtatus deterioratio, veriſimiliter litteras non acceptaſſet, ex traditis per *Conſil. de Anna conſil.* 82. *Maſtrill. dec.* 221.

4 Notabiliter *Epiſcopus D. Rocca diſput. jur. ſelectar. vol.* 2. *cap.* 94. *n.* 19. advertit, quod proximus decoctioni dicitur, qui poſt decem, vel quindecim dies decoxit, ex Gratian. *cap.* 768. *n.* 10. *Rocc. de decoct. mercator. n.* 100. *Carleval. de judic. tom.* 2. *tit.* 3. *diſput.* 6. *n.* 32. *Card. de Luca de credit. diſc.* 10. *n.* 13. *& alijs.*

Unde in ſua ſpecie * *Epiſc. D. Rocc. num.* 21. ita loquitur: *Hinc fit, ut ſtante antecedenti decoctione Cantatoris Caccopanus illam ignorans, non tenetur ſolvere, nedum tractam ſcutorum* 755. *ſed neque etiam alteram ſcutorum* 814. *contentam in poſterioribus litteris cambij, quæ neque etiam originaliter exhibentur, ſolvique promiſſam in dictis litteris ſcriptis Cantatoris ſub die* 7. *Julij* 1640. *juxta magis veriorem, magiſque æquam, & receptam ſententiam, quam præ cæteris firmant, omiſſis alijs, qui poſſent laudari, Fab. de Ann. conſ.* 82. *lib.* 1. *Paſchal. de patr. poteſt. p.* 1. *c.* 8. *nu.* 7. *Scacc. de commerc. & camb* §. 2. *gloſ.* 5. *qu.* 11. *n.* 329. *Turri de camb. diſp.* 2. *qu.* 9. *n.* 30. *Manſi conſult.* 126 *n.* 14. *lib.* 2. *Gait. de cred. c.* 2. *tit.* 7. *n.* 2417. *& ſeqq. Novar. in Pragm. de liter. camb. collect.* 2. *n.* 5. *Carleval. de judic. diſp.* 6. *n.* 35. *& ſeq. tom.* 2. *erudıtiſſimus Torre de pact. futur. ſucceſſ. lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 126. *Merlin. contr.* 11. *lib.* 2. *Rocc. reſponſ.* 10. *n.* 11. *& ſeqq. lib.* 2. *Card. de Luca de camb. diſc.* 25. *n.* 4. *Romana literar. camb.* 1. *Febr.* 1630. *coram Mormanno, quæ eſt adducta per extenſum penes de Marinis cap.* 258. *lib.* 1. *egregiè Rot. in recent. dec.* 345. *n.* 9. *& per tot. p.* 5. *Dunozett. jun. dec.* 940. *n.* 2. *& ſeqq. quidquid contrarium aberrans à communi conetur probare Roſa conſult.* 67. *per tot.* 5

Et * *n.* 22. *&* 23. *Prout etiam dicimus de ſponſione ſuper caſu, qui tunc temporis jam evenerat, ut in aſſecuratione navis jam naufragium paſſæ, quæ non obſtat aſſecurantis, Stracc. de aſſecurat. gloſ.* 27. *n.* 1 *& ſeq. Ialaſc. conſult.* 64. *n.* 6. *& ſeq. Scacc. de commerc. & camb.* §. 2. *qu.* 7. *ampliat.* 10. *verſ. ſi aſſecuratus. Coſta de jur. & fact. ſcient. & ignorant. centur.* 1. *diſtinct.* 71. *n.* 2. *Torre de pact. futur. ſucceſſ. lib.* 3. *cap.* 11. *Jo. de Hevia in labyr. commerc. Naval. lib.* 3. *c.* 14. *n.* 19. *Rocca de aſſecur. notabil.* 51. *n.* 175. *& ſeqq. poſt* 2. *vol. reſponſ. Ludoviſ. dec.* 126. *in princip. & nn.* 5. *&* 9. *Merlin. dec.* 597. *n.* 3. *& ſeq. repetita in recent. dec.* 229. *n.* 3. *& ſeq. p.* 6. *Archiep. Royas dec.* 95. *Gama dec. Luſit. n.* 181. *n.* 1. *ibique Flores de Mena, & confert optimus textus in l. cum ad præſens, ff. ſi cert. petat. ubi conditio ſuper facto præterito attenditur, ſi impoſſibilis erat notitia purificationis tempore promiſſionis.* 6

Subdit † *Epiſcop. D. Rocc. n.* 26. *&* 27. ad explicationem præſentis *Conſult.* hæc verba: *Contraria verò procedunt, vel quoties decoctio fuit ſequuta poſt acceptationem literarum, in quibus terminis loquuntur authoritates contrariæ, ſignanter Salic. in l. ſi filius la* 2. *ff. ad S. C. Maced. Turri de camb. diſp.* 2. *q.* 16. *n.* 15. *& ſeq. Amat. reſol.* 47. *n.* 22. *& ſeqq. Paſchal. de patr. poteſt. p.* 1. *c.* 8. *ſub n.* 70. *Merlin. controv.* 11. *n.* 7. *lib.* 2. *Carleval. de judic. tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 3. *diſp.* 6. *n.* 35. *ad fin. ubi quod decoctio mandatoris poſt acceptatas literas dici debebat caſus fortuitus, qui cedere debet damno acceptantis, Rocc. reſponſ.* 17. *lib.* 1. *& reſponſ.* 12. *n.* 5. *& de liter. camb. notab.* 25. *n.* 58. *& ſeq. & reſp.* 17. *lib.* 1. *Capyc. Latr. Conſult.* 42. *n.* 10. *& ſeqq. & dec.* 198. *n.* 24. *& ſeqq. Thor. in compend. dec. verb. debitor acceptans, p.* 1. *Rovit. in Pragm.* 1. *n.* 18. *de liter. camb. Manſ. conſult.* 226. *n.* 21. *lib.* 1. *Card. de Luca de camb. diſc.* 20. *n.* 2. *de Marinis reſol.* 258. *lib.* 1. *& ad dec. Reverter. obſ.* 431. *n* 4. *Franch. dec.* 303. *n.* 2. *ibique de Luca, Maſtrill. dec.* 9. *n.* 4. *Monach. dec. Florent.* 70. *num.* 1. *Rot. diverſ. dec.* 811. *num.* 11. *& ſeq. p.* 1. 7

*Vel quoties * quis literas cambij acceptavit poſt ſcientiam decoctionis ſcribentis, in quibus terminis loquuntur ex adverſo allegati, Scacc. de commerc. & camb.* §. 2. *gloſ.* 5. *n.* 329. *Gait. de credit. cap.* 2. *tit.* 7. *n.* 2398. *Manſ. conſult.* 179. *n.* 3. 8

Cœterum

9 Cæterum * *Reg. Latr. in hac Conſult. ſub n.* 20. egregie declaratur per meritiſſimum *Sac. Rot. Romanæ* Auditorem *D. Anſaldum de Anſaldis de commerc. & mercatur. diſc. 5. n. 27. & ſeqq.* ubi fuſiſſimè. Alia congeſſi *Ego ipſe in meliorat.* 258. *lib.* 1. *Reg. de Marin.* ubi ex recentioribus pro præſenti quæſtione retuli *D. Manſ. tom.* 6. *conſultat.* 496. *& alios.*

ARGUMENTUM.

De præcedentia Dominorum Regentium Regiam Cancellariam, & Collateralis Conſilij, cum aliis de Collaterali Conſilio non rogatis, & quomodo inter ipſos obſerventur, & an Regens per Suam Majeſtatem creatus pro Supremo Italiæ Conſilio, qui poſt aliquos annos reverſus fuit ad Collaterale hujus Regni Conſilium titolo decoratus, præcedere debeat omnes non togatos, etiam titulo decoratos poſt ipſum prædicta dignitate Collaterali inſignitos.

SUMMARIUM.

1 *Magiſtratus dignitas ex præcedentiis refulget.*
2 *Propè Principem incedere, & honorificentiorem apud eum habere locum, majorem affert gloriam.*
3 *Naturali jure omnibus conceſſum eſt ſuam defendere dignitatem abſque ſuperbia, vel ambitionis vitio.*
4 *Humana ſocietas in pace, & concordia conſervatur, dum minor majori præferri non tentat.*
5 *Quaſi poſſeſſio in materia præcedentiæ unico actu acquiritur.*
6 *Poſſeſſio in præcedentia attenditur.*
7 *In poſſeſſorio is tuendus erit, qui prius locum occupavit.*
8 *Præcedere debet qui prius dignitatem adeptus eſt.*
9 *In dignitate antiquior præfertur, & ita de conſuetudine ſervatur.*
10 *Cæteris paribus major ætate præfertur.*
11 *Conſuetudo, anteponens minorem natu majori, non eſt ſervanda.*
12 *Regens in Supremo Conſilio Italiæ præfertur Regenti Regiam Cancellariam Neapolis.*
13 *Magis illuſtratur qui ad latus Principis ſedet.*
14 *Ille præfertur qui comparatione laborum alium ſuperat.*
15 *Adhærentia Principi magis nobilitat.*
16 *Reverentia in dignitate exiſtenti debetur.*
17 *Major in dignitate præcedit minorem in illa, licèt minor præcedat in tempore.*
18 *Dux Amalphiæ præceſſit Principem Biſiniani.*
19 *Collateralis Conſiliarius titulatus præfertur alteri non titulato, licèt ſit poſterior titulatus in tempore, & adducuntur deciſiones.*
20 *Præcedentia in habentibus ſeptem officia regulatur à majoritate officij, & non à tempore creationis.*
21 *Præſidens Sacri Conſilij, licèt poſterius creatus, præcedit Locum-tenentem Regiæ Cameræ prius electum.*
22 *Regens Regiam Cancellariam, Præſidens Sacri Conſilij ac Locum-tenens Reg. Cameræ præcedunt Regentem, M. C. V.*
23 *In duplici dignitate conſtitutus præfertur ei, qui unicam tantum habet.*
23 *Doctor in utroque jure præfertur Doctori in unica tantum facultate,*
25 *Comes, & Baro præfertur Comiti tantum.*
26 *Regentes Regiam Cancellariam, & Collaterales Conſiliarij non titulati præcedunt omnes alios titulo non decoratos, quamvis recentiores, & ſi eſſent titulati debent præcedere omnes alios titulatos, poſt ipſos creatos, nulla habita ratione majoris vel minoris tituli, & n.* 27.
28 *Præcedentia inter titulatos non regulatur à majoritate dignitatis tituli, ſed ſecundum antiquitatem temporis ſi aliam non habeant dignitatem.*
29 *Titulatus hujus Regni præcedit habentem titulum extra Regnum.*
30 *Titulatus extra Regnum ſedet ut titulatus in loco, prout videbitur Excell. Proregi, tamen titulatus hujus Regni præcedit.*
31 *Regens Titulatus præcedit in Conſilio Bellico Regentes non titulatos tempore anteriores.*
32 *Regens Regiam Cancellariam eſt Conſiliarius Collateralis Conſilij abſque alio privilegio.*
33 *Regens Regiam Cancellariam licèt ſit etiam Conſiliarius Collateralis Conſilij, unicum tantum ſalarium habet.*
34 *Honor, & dignitas in ſalario non conſiſtunt.*
35 *Privilegium antiquum per novum non amittitur.*
36 *Regens pro hoc Regno ſedet in Supremo Conſilio uti Regens Regiam Cancellariam hujus Regni ex ſpeciali gratia.*
Regenti pro hoc Regno debentur munuſcula ſalis, Sacchari, & ſerri.
38 *Privilegium Regentis, qui à Supremo Conſilio revertitur ad quid.*
39 *Regens ſi revertitur ad Conſilium Italiæ præcedit omnes alios poſt ipſum vocatos.*
40 *Regium Reſcriptum refertur.*
41 *Quod tempus ſit attendendum in poſſeſſione Regentis Regiam Cancellariam, tempus ſcilicet, quo fuit de Supremo Conſilio Italico creatus & in hoc Regno poſſeſſionem habuit, an verò poſſeſſionis poſt reverſionem ab Hiſpania,*
42 *Reſolutio Cauſæ.*

Pro Illuſtr. D. Regente Carolo de Tapia Marchione Belmontis, cum Illuſtribus Marchione Manzaræ Regente M. C. V. & Duce Thoma Caracciolo.

CONSULTATIO XLIII.

MAgiſtratus dignitas ex præcedentiis refulget, * ut habetur *in cap. cum olim, de conſuet. & l. quoties, ubi Bal. n.* 2. *ubi Senator vel Clariſſ. l. obſervare, §. antequam, n.* 3. *ff. de offic. Proconſ.* & dixit *Surgens de Neapol. Illuſtrat. c.* 27. *n.* 1. † ubi quod propè Principem incedere, & honorificentiorem apud eum habere locum, majorem affert gloriam, & dignitatem, & quod propterea non erit mirandum, ſi cuncti in ejuſmodi rem veluti in arduam nitontur, *l. Julianus, ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſta. Caſſan. in Catalog. glor. mund. par.* 1. *conſider.* & eum ſequitur *Garzia Maſtr. de magiſtr. l.* 5. *c.* 4. *in princ.* ubi dicit, * ſuas amplificare prærogativas, eaſque jure naturali tueri omnibus conceſſum eſſe, ut habetur ex text. *in d. l. obſervare*, idque abſque ambitionis, ſeu ſuperbiæ vitio, ſed obſervandi ordinis cauſa, juxta *Greg.* dictum *in c. ſi.* 89. *diſt.* honor enim & dignitas in præcedentia in ſedendo demonſtratur, *cap. cum olim, de conſuet. Caſſan. in Conſuet. Burg. tit. des inſans, rub.* 6. *§.* 4. *gl. enne gens, n.* 5. *Azeved. in addit. ad Cur. Piſan. l.* 2. *c.* 2. *n.* 1. cum aliis adductis per *Bovadill. Polit. lib.* 3. *c.* 2. *n.* 20. ex quibus apparet, quod Regens Carolus Tapia Marchio Belmontis, præeminentiam, quæ jure ſibi debetur, & in ejus poſſeſſione exiſtit præcedendi in Collaterali Conſilio, & aliis actibus Marchioni Manzaræ, & Duci Thomæ Caracciolo optimo jure contendit, dum enim minor majori præferri non tentat, * humana ſocietas in pace, & concordia conſervatur, ut in *auth. quomod. oport. Epiſc. in princ. Decian. conſ.* 19. *vol.* 3. *n.* 40.

Et quidem pro ejus juſtitia in hac cauſa omnia concur-

Digitized by Google

5 concurrunt, * ot præferendus ſit, ſive ergo inſpicia-
mus poſſeſſorium, in poſſeſſione præcedendi eſt,
tam enim cum uno, quam cum alio ſuperiorem lo-
6 cum in ſedendo obtinuit, † quæ quaſi poſſeſſio unico
actu acquiritor, *Menoch.* poſt *Bart. & alios in conſ.*
126. *nu.* 6. *lib.* 2. & quod in hac materia ſufficiat, in
hac poſſeſſione reperiri, latè fundat *Conſiliarius de*
Ann. conſ. 135. *ex numero* 10. *cum pluribus ſeqq. vol.* 2.
Avend. de exeq. mand. part. 1. *cap.* 19. *nu.* 16. *verſ. &*
7 *ubi*, qui ſubdit, * quòd primus occupator loci in ſeſ-
ſionibus eſt tuendus, & aliis relatis hoc comprobat
Maſtrill. de magiſtr. lib. 4. *cap.* 14. *n.* 4. *cum ſeqq. &*
Menoch. conſ. 902. *n.* 79. & quod in hac materia ulti-
mus actus attendatur, probat *Ann. pater in alleg.* 131.
Secundò, præferendus eſt Marchio Belmontis,
8 * quia primo dignitatem Collateralis Conſiliarij
adeptus fuit, *cap. ſtatuimus de major. & obedien. l.*
honores, C. de decur. l. fi. ubi Bart. C. de Tyron. lib. 12.
l. 1. *§. quibus, C. de novo Codic. faciend. Bart. & alij*
Doctores in l. 2. *§. prius, ff. de vulg. & in l.* 1. *C. ut dign.*
9 *ordo. ſervet. l.* 12. *Joan. de Plat.* † *in l.* 2. *C. eod. tit. Re-*
buff. in l. 1. *C. de Conſulr.* & in dignitate antiquior præ-
fertur *l.* 1. *ff. de albo ſcrib. Dec. conſ.* 360. *n.* 1. *Maſtrill.*
de magiſtr. 5. *cap.* 4. *n.* 9. *&* 11. & ita de conſuetodine
ſervari, ut qui prius ingreſſus ſit officium, præfera-
tur, teſtatur *Afflict. in dec.* 1. *ubi Urſil. nu.* 13. *Garſ.*
de nobil. gloſ. 35. *num.* 99. & primò fuiſſe ad hoc mu-
nus evectum certum eſt, cùm ab anno 1612. fuerit
hoc honore inſignitus, prædicti verò contradictores
ſatis poſtea, ut etiam infra fundabimus.
10 Tertiò, * tanquam majoris ætatis, certum eſt e-
nim cæteris paribus majorem ætatem habentem præ-
ferri, *l. ſemper, de jur. immun. c.* 1. *de major. & obed.*
in 6. *l.* 1. *ubi Bart. ff. de alb. ſcrib. Rom. in l. ſi verò, §.*
de viro, in 53. *fallen. ff. ſolut. matr.* ubi multa, quæ
veris antiquioribus competunt, *Ruin. conſ.* 19. *vol.* 1.
n. 1. *Tiraq. de primog. in præfatione, n.* 79. *cum plurib.*
ſeqq. Andr. Knicken. in comm. de Saxon. non prov. jur. c.
11 2. *ex n.* 104. ubi *n.* 113. addit, * quod conſuetudo
anteponens minorem natu majori, nullius ponderis
exiſtimatur,
Quartò, eſt præferendus Regens Tapia, cùm
12 fuerit Regens, * & Collateralis Conſiliarius, ne-
dum apud ejus Regni Proregem, ſed in Supremo
Conſilio Italiæ apud ſuam Catholicam Majeſtatem,
ex *text. in l.* 1. *C. de Conſult. lib.* 12. *Nicol. Boer. de auth.*
13 *magn. Conſil. nu.* 151. magis enim * illuſtratur qui ad
latus Principis ſedet, *l.* 1. *C. de præpoſ. labor.* 12. ibi
quos noſtri lateris comitatus illuſtrat. Bald. in rub.
de offic. Proconſ. & legat. qui dicit, quod licèt ordo
accipiat ſplendorem à Principe, tamen non æqua-
liter reſplendet ille; qui abeſt, ſicuti ille, qui eſt in
præſentia Principis, & hoc idem voluit *Joann. de*
Montayon. de auth. magn. conſ. n. 4. & ex multis hoc
probat *Reg. Albertin. in allegat. in cauſa propria,*
quę reperitur inſerta per *Frecc. in lib. de ſubſeud. tit.*
quis dicatur Dux, num. 16. ubi etiam conſiderat,
quantis diſpendiis, laboribus, & incommoditatibus
afficiuntur Regentes, qui ſequuntur Curiam Regis,
14 ſe præferri debet * qui alium ſuperat comparatione
laborum, *l. unicuique C. de prox. ſacr. ſcrin. lib.* 12. *l.*
contra publ. C. de re milit. libr. 12. *Boer. de ordin. &*
15 *præced. grad. n.* 38. adhærentia enim † Principi maxi-
mè præcellit, & nobilitat, *Caſſan. in catal. glor.*
mund. par. 8. *conſiderat.* 19.
Quintò, conſiderandum eſt quod tam Marchio
Manzeræ, quam Dux Thomas Carracciolus dum
erant in Villa Madrid, antequam fuiſſent ad hoc
munus evecti, obſequiom exhibuerunt eidem Do-
16 mino Regenti tanquam ſupremo † fungenti Magi-
ſtrato, reverentia enim debetur exiſtenti in digni-
tate, *l.* 3. *in* 1. *reſponſ. ff. de alien. jud. mut. cauſ. fact. l.*
honor, §. gerendorum, ff. de muner. & honor. l. quiſquis,
in fin. & ibi gloſ. fin. ff. de poſtul. Boer. de ordin. grad. p.
1. *n.* 3. *Bovadill. lib.* 3. *politic. c.* 2. *n.* 19.
Sextò, * præferri debet ex majoritate dignitatis, ſi- 17
quidem nedum eſt de Collaterali Conſilio, ſed Re-
gens Regiam Cancellariam, & ſic deciſum fuit in
nonnullis caſibus, ot in hoc conſilio præcedere de-
beat habens majorem dignitatem, quamvis poſſeſ-
ſione poſterior, * prout deciſum fuit primo loco pro 18
Duce Amalfiæ Magno hujus Regni Juſtitiario cum
Principe Biſiniani, quamvis majori titulo deco-
rato & tempore anteriori, ea ratione, quia tan-
quam habens unum ex ſeptem officiis majorem ha-
bebat dignitatem, ut per Frecc. *in d. l.* 2. *de ſubſeud.*
in differ. inter feud. titul. & feud. nobil. poſt nu. 24. de
qua deciſione meminit *Conſil. Georg. in alleg.* 35. *n.* 5.
Reg. Rovit. in conſ. 84. *n.* 13. hoc idem fuit deciſum in
cauſa Comitis Caſtri, Magni Cancellarij, cum Prin-
cipe Salerni, *Frecc. in li.* 1. *de ſubſeud. in qu. inter di-*
ctum Comitem, & Principem, & noviſſimè hoc etiam
fuit deciſum in cauſa † Principis Conchæ Magni Ad- 19
mirati, qui ratione majoris dignitatis præceſſit Mar-
chionem Gruptularum, qui erat ejuſdem Conſilij
Decanus, *de Pont. de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſ. Reg.*
§. 1. *nu.* 5. & hac eadem ratione inter ipſos, qui ha-
bent ſeptem officia, * præcedentia in collaterali con- 20
ſilio regulatur à majoritate officij, & non à tempore
creationis, prout fuit deciſum in cauſa ejuſdem
Principis Conchæ Magni Admirati, noviſſimè de
Conſilio prædicto creati, cum D. Cæſare d'Avalos
Magno Cancellario, juxta allegata per *Annam conſ.*
122. & per *Georg. in alleg.* 35. *de Pont. deciſ.* 8. & de
eadem deciſione meminit idem *de Pont. titul. de aſſenſ.*
Reg. §. 1. *poſt num.* 5. *& Dom. Marchio Carleti*, reco-
lendæ memoriæ *in tit. C. de Conſulibus, n.* 11. ubi ra-
tionem decidendi dicit fuiſſe majorem dignitatem,
fuit hoc etiam obſervatum in perſonam Alphonſi de
Santillar, præcedentis S. C. poſteriori loco creati,
qui præceſſit Andream Pons de Leone * Locum-te- 21
nentem Regiæ Cameræ Summariæ, dum fuerat prius
ad idem munus evectus, *de Pont. d. dec.* 8. *n.* 15. & no-
ſtris ferè temporibos D. Petrus de Vera ab Aragonia
Præſidens S. C. præcedebat Jo. Alphonſum Suarez
Locum-tenentem Regiæ Cameræ, ut dicit *Regens*
Rovit. d. conſ. 84. *num.* 15. Modò Marchio Manzeræ
tanquam Regens † M. C. V. ſatis minorem habet di- 22
gnitatem quam Regens Regiam Cancellariam, ſe-
det enim nedum poſt Regentes, ſed etiam poſt præ-
ſidentem S. C. & Locum-tenentem Regiæ Cameræ
Summariæ, quamvis Magnus Juſtitiarius, cujus vi-
ces gerit Regens M. C. V. præcedat Magnum Ca-
merarium, & hoc ea ratione, qoia Locum-tenens
Magni Camerarij eſt perpetuus, Regens verò Mag.
Cur. eſt annalis Frecc. *in differ. inter feud. tit. & feud.*
nobil. num. 18. & etiam addi poteſt, quod Locum-te-
nens Magni Camerarij creatur à Rege, Regens ve-
rò M. C. V. à Prorege, & ſic reſpectu ipſius Marchio-
nis præcedere debet Regens Tapia Marchio Bel-
montis, quamvis in officio & poſſeſſione eſſet po-
ſterior, ratione majoris dignitatis, reſpectu verò
Ducis Thomæ Caracciolí, ipſe nullam aliam retinet
dignitatem, præter prædictam de Conſ. Collat. Re-
gens Tapia verò Marchio eſt etiam de Collat. Con-
ſil. & Regens Regiam Cancellariam, generale eſt
enim, * ut qui duplici dignitate fulget, præferatur ei, 23
qui unicam tantum habet, * ſicuti in Doctore in utro- 24
que jure dicimus, eum præferri debere Doctori in
unica tantum facultate, *Hoſtienſ. Panor. & alij in c.* 18
de conſang. & affin. Jaſ. in l. coharedi, §. qui diſcretas,
ff. de vulg. & pupill. ſic Comes, & Baro præfertur Co-
miti tantum, aut Baroni tantum, *Bal. in l. ſed & mi-* 25
lites, ff. de excuſat. tut. Dec. conſ. 161. & poſt ipſos Ti-
ber. Decian. d. reſponſ. 21. *n.* 50. *Ruin. conſ.* 19. *nu.* 11.
vol. 1. & hac ratione † Regentes Regiam Cancella- 26
riam, & Collaterales Conſiliarij non titulati præce-
dunt omnes alios titulo non decoratos, quamvis
recentiores

recentiores eſſent, *Surg. de Neapol. Illuſtr. cap.* 23.
n. 37. *de Ponr. conſ.* 14. *vol.* 1. *nn.* 42. *Ann. conſil.* 122.
de Georg. d. alleg. 35. *& Reg. Rovit. d. conſ.* 84. *n.* 2. pari
27 modo quando Regens eſt titulatus, * debet præce-
dere aliòs, quamvis titulo decoratos, nulla habita ra-
tione minoris, vel majoris tituli, qoamvis enim in
hoc bellico Collaterali Conſilio attendatur major,
vel minor dignitas, attamen inter titulatos præce-
28 dentia non regulatur * à majoritate dignitatis tituli
in hoc Conſil. ſed ſecundum antiquitatem temporis
aliectionis; quoniam alia non ſulgent dignitate, quod
quidem ex antiqua conſuetudine inolevit, ut per
Ann. in d. conſ. 122. *& Georg. in d. alleg.* 35. regula e-
nim illa majoris, vel minoris dignitatis limitatur in
caſu prædicto, quod tamen nulla alia ratione fundari
poteſt, niſi ex inveterata conſuetudine, & propterea
ita fuit deciſum in cauſa Marchionis Vici cum Duce
Montis Leonis, *Frecc. de offic. magn. Juſt. n.* 29. *Surg.
de Neap. Illuſtr. c.* 23. *de Pont. d. dec.* 8. *n.* 10. *& Mar-
chio Corleti. in d. l.* 1. *C. de Conſulibus, n.* 12.
29 Septimò reſpectu † Marchionis Manzeræ præce-
dere debet Regens Tapia, ex quo eſt hujus Regni
titulatus, titulus verò Marchionis Manzeræ eſt extra
Regnum, juxta allegata per *Lanar in conſ.* 72.

Et ſic fuit obſervatum, quia quamvis per literas
Suæ Catholicæ Majeſtatis directas Duci de Alcala,
tunc hujus Regni Proregi in anno 1658. fuerit ordi-
30 natum, † ut titulatus extra Regnum ſederet ut titula-
tus, ſed in loco, prout videretur eidem Domino
Proregi, de quibus literis mentionem facit *Camill.
de Curte in ſuo Diverſorio feudali, cap.* 5. *nu.* 6. licèt
ex errore fuerit impreſſum *numer.* 65. ibi, *& pro eo
conſuluit Collegium Papienſe*, tamen ſemper titulatus
Regni præcedit, & quod ſervetur juxta allegata per
Lanar. in d. conſ. 72. dixit *de Pont. d. deciſ.* 8. *n.* 9. *in fi.*
ea potiſſimum ratione titulatus enim hujus Regni
habet titulum cum adminiſtratione, is verò qui
extra Regna titulum habet, non poteſt in Regno
adminiſtrare, & qui habet titulum cum adminiſtra-
tione, majorem dicitur habere dignitatem, & proin-
de præferendus erit, *Caſſan. in Catalog. glor. mund. p.*
10. *de Curt. in d. c.* 5. *n.* 6. *cum ſeqq.* & quidem hoc re-
ſpectu Collateralis Conſilij bellici fuit deciſum in
perſonam quondam Regentis Marcelli Pignoni, qui
ab Hiſpanis reverſus titulo Marchionatus ſuper
Terra Orioli decoratus, fuit dictum, ut in Collate-
rali Conſilio juſtitiæ ſederet juxta ejus anteriorita-
tem, extra verò etiam in egrediendo, & exeundo, ac
in omnibus viis publicis, & proceſſionibus, & in ſpe-
cie in præſtandis votis in rebus bellicis, & militaribus
negotiis potior eſſet, ut refert *Surg. de Neap. Illuſtr.
c.* 27. *à n.* 19. *uſque ad* 25. *& c.* 23. *n.* 39. *Reg. Mar-
chio Corleti in d. tit. de Conſulib. l.* 1. *n.* 34. & ſic Regens
31 * Pignonus ratione tituli in Conſilio bellico præceſ-
ſit etiam Regentes tempore anteriores.

Prædictis tamen duo per Dominos Adverſarios
opponuntur. Primò, præfatum Dominum Regentem
Tapiam non habere privilegium officij Collatera-
lis Conſiliarij, ſed tantum Regentis Regiam Cancel-
lariam.

Secundò, quòd præfatus Dominus Regens Tapia
ſit poſterior in poſſeſſione, non attendendo tempus
anni 1622. quo fuit creatus Regens in Supremo Ita-
liæ Conſilio, ſed diem poſſeſſionis, poſtquam in
hoc Regno reverſus fuit, quibus tamen facilli-
mè reſolutis firma apparebit concluſio ſupra fun-
data.

Prima ergò Dominorum Adverſariorum oppoſi-
tio ex privilegiis Regentium Regiam Cancellariam fa-
32 cillimè diluitur, * apparet etenim ex ipſorum lectu-
ra, Regentes Regiam Cancellariam eſſe Conſilia-
rios natos Collat. Conſilij, cùm Rex noſter Invi-
ctiſſimus eos nedum creat Regentes Regiam Cancel-
lariam, ſed etiam Collateralis Conſilij, ut apparet
ex omnibus privilegiis expeditis in perſonam Domi-
norum Regentium.

Et ſic practicari videmus, cùm in omnibus belli-
cis conſiliis, quæ vocant, *de ſtato*, Regentes Regiam
Cancellariam interveniunt, & eorum vota emittunt,
quamvis aliud non habeant privilegium, ut habetur
etiam ex *Surg. de Neapol. Illuſtr. d. cap.* 23. cum aliis
ſupra notatis, ſunt enim de corpore Collateralis
Conſilij, nedum juſtitiæ, ſed etiam belli, & ita to-
ta die practicatur.

Nec mirum, quod aliqui ex Regentibus alterum
procuraverunt habere privilegium, hoc enim non
fuit ad alium finem, niſi ut reciperent alteram pro-
viſionem, Regentes enim, uti Regentes, licèt cum
dignitate Regentis, etiam ex verbis privilegij anne-
xam habeant dignitatem Conſiliarij à latere, cùm
ejus exercitio, tamen nullum percipiunt ſalarium,
niſi pro officio Regentis, & ſic prædictum novum
privilegium, † quod aliqui ex Dominis Regentibus 33
procuraverunt nullam eis addidit dignitatem, neque
juriſdictionis exercitium, ſed tantum ejus percipien-
di ſalarium, quando autem cum ſalario non concur-
rit dignitas præeminentiæ majoris officij, non eſt
in eo aliquod conſtituendum jus, cùm honor, & di-
gnitas non in ſalario, † ſed in honore conſiſtant, ut 34
optimè advertit in propriis terminis *Regens Scipio
Rovit. in d. conſ.* 84. qui refert, quod cùm caſus oc-
curriſſet in perſonam q. D. Petri de Vera ab Aragonia
Præſidentis S. R. C. qui cùm fuiſſet in præfato Colla-
terali Conſilio per ſuam Majeſtatem adſcitus, præ-
cedere prætendebat, nedum Locum-tenentem Regię
Cameræ, verùm etiam Regentes Regiam Cancella-
riam, conſilium petiit ab ipſo Regente Rovito, tunc
eminentiſſimo Advocato, & ejus amiciſſimo, ut
ſuam in hoc caſo diceret ſententiam, qui tamen tan-
quam magis veritatis amicus conſuluit, ſtantibus
prædictis, eum præcedere Dominos Regentes non
debere, quo conſilio viſo, amplius præfatus Præſi-
dens S. C. de hac prætentione loquutus non fuit, ut
idem *Rovit.* refert in *fine conſilij*, de quo etiam memi-
nit *Reg. Tapia in dec.* 21. *nu.* 42. ubi etiam omnes de-
ciſiones in hac materia congeſſit, & ſic videmus,
quòd quamvis non habeant duplicatum ſalarium,
habent tamen ſaccharum, & ſal duplicatum, uti Re-
gentes Reg. Cancellariam, & uti de collaterali con-
ſilio.

Quò verò ad ſecundum, ex facto ceſſat impugna-
tio, cùm Marchio Belmontis in anno 1612. poſtquam
fuit aſſumptus ad officium Regentis Regiam Can-
cellariam in conſeſſu conſilij bellici, in quo con-
venerunt omnes rogati, & non rogati, intervenit
tanquam à latere Conſiliarius: Nec quia poſtmodum
Hiſpaniam appulit apud Suam Catholicam Majeſta-
tem in Supremo Italiæ Conſilio, anterioritatem
poſſeſſionis amiſit per novum † enim privilegium an-
tiquum non amitti, certiſſimum eſt, Bart. *in l. Ale- 35
xandrinis, C. de decur. lib.* 10. & eſt *text. in l.* 2. *C. de
profeſſor. qui in Urbe Conſtantinop.* probat *Peguer. dec.*
96. *& Caputaq. dec.* 378.

Secundò conſiderandum eſt, quod Regens pro hoc
Regno in Supremo Italiæ Conſilio, † in eo ſedet,
uti Regens Regiam Cancellariam hujus Regni, & 36
hoc ex ſpeciali Gratia conceſſa per Suam Cæſaream
Majeſtatem in Parlamento anni 1536. quæ Gratia
reperitur inſerta inter Capitula, & Gratias huic
Regno conceſſas in *cap.* 14. *dicti Parlamenti de anno*
1536. quod fuit etiam confirmatum *in cap.* 25. *Parla-
menti de anno* 1554. & ſic videmus, quod Regens ele-
ctus per Suam Majeſtatem pro Supremo Italiæ
Conſilio antequam diſcedat, poſſeſſionem Regentis
in hoc Collaterali Conſilio adipiſcitur, ibique uti
de corpore illius Conſilij adminiſtrat, & omnia, quæ
alij Regentes pro guberno hujus Regni ſolent, fa-
cit, alternatis etiam menſibus ad M. C. V. accedont

pro

Digitized by Google

pro viſitandia carceratis, ubi ſupremam habent poreſtatem, & ita ſemper fuit obſervatum, nedum cum dicto Marchione Belmontia, ſed com omnibus alus Regentibua prædicti Supremi Italiæ Coofilij à Sua Catholica Majeſtatu creatia, & licèt dicatur, hoc fieri peopter ordinem Suæ Majeſtatis, tamen ſemper vidimus, ita fuiſſe obſervatum, poſtquam autem à Regno diſceſſerunt, & in eo Supremo Con-
37 ſilio reſidendo, † ipſis tradita fuerunt munuſcula ſalis, ſacchari, & ferri, quæ cæteris Collaretalibua hujus Regni Conſiliariia daca foerunt, prout in ſpecie ea habuit prædictus Regens Tapia, nec unquam foit de hoc dubitacum, quod ſit onum, idemque officiū & quod ibi aſſiſtant uti hujua Regni Regeotes, habetur ex *Surgent. de Neap. Illuſtr. cap. 27. unm. 40. in fi.* & 4c. ubi etiam originem Regentis in Regia Coria refert, *de Pont. de poteſtat. Proreg. tit. 82. de deleg. cauſ. ſub unm. 17. Regens Valzuzuela* bodie dignitſſimus Epiſcopus Salmanticenſis *in conſ. 74. nu. 71.* & idem *Reg. Carolus Tapia* hoc idem prius adnotaverat in ſuo *comment. ad jus Regni, in tit. de offic. magu. Cancell. n.* 4. ubi etiam *capitula* prædicta recenſet.

Tertiò hoc idem probatur, cùm enim Regena Collat. Conſ. voratur ad Curiam pro Supremo Italiæ, non expeditur ei aliud privilegium, ſed literæ ei ſcribontur à Præſide dicti ſupremi Italiæ Conſilij,
38 quibus ad ejus † Curiam aum ſervire in d. Conſilio Suæ Majeſtatis jubet, capta verò poſſeſſione dantur literæ S. M. in quibus teſtatur, fuiſſe in illum collatum officium Regentis, & licèt quando poſtea revertitur privilegium expediatur, hoc fit, non ut novum ei præbeatur officiom, ſed ad finem, ot ſciant Domini Proreges, Regentem teverſum retinuiſſe, nedum dignitatem Collateralis Conſiliarij, ſed etiam Supremi Italiæ Regentis, & etiam quia majus habet ſalatium, quod dictant verba privilegiorum, in quibus expreſsè jubet S. M. ut præcedant omnes alios Regentes poſt ipſos creatoa, quam anterioritatem adipiſcuntur à die, quo fuerunt creati Regentes pro dicto Supremo Italiæ Conſilio.

Quod adeò verum eſt, quod ſi Regens reverte-
39 retur ad Conſilium Italiæ, * unde diſceſſit, præcederet omnes alios poſt ipſum creatoa, prout fuit deciſum pro D. Regente Celeſte rum quodam, recolendæ memoriæ Regente Ribera.

Quartò, hoc idem in caſu magis arduo fuit deciſum in differentia inter Regentem Albertinum, & Regentem Villanum, nam quamvis Regens Albertinus in Supremo Italiæ Conſilio dignitarem, & poſſeſſionem Regentia adeptus fuiſſet, tamen Neapolim reverſus alioa, qui antequam Neapolim veniret, in hujus Regni Collaterali Conſilio poſſeſſionem habuerunt, ut præcedere deberet, dictum fuit, ut *Frecc. in d. libr. 2. de ſubfeud. tit. quis dicatur Dux, à n. 45. uſque ad fin. Surg. de Neapol. Illuſtr. d. c. 27.*

Et demum hoc in terminis * Regia deciſione fuit
40 ſopitum, cùm S. C. M. reſcripſerit noſtro Proregi, ut dictus Regens præcederet omnes alioa Regentes poſt ipſum creatos, ſed ponamus caſum, quod prædicti Oppoſitores non eſſent titulo decorati, certum eſt, quod ipſos præcederent omnes Regentes etiam poſt ipſos creati, per ſupradicta, modo dum ipſe Marchio illos præcedit etiam ordine S. M. ergò debet etiam dictos de Conſilio Statua præcedere, ſic etiam in caſu contrario, ſi onos ex prædictis Dominis Regentibus, cui ipſe Reg. Tapia præcedit, in titulatorom numerum eſſet evectus, prout evenit cum Marchione Campi Regente Enriqoez, nonne præcederet prædictoa Marchionem, & Docem, & ſic ipſi ſederent poſt ipſum Marchionem, ex vulgata regula, ſi vinco vincentem re, &c.

Quod verò attinet ad Ducem Thomam Caracciolum, animadvertendum eſt, quod Regens Tapia eum præcedit, nedom attento tempore anni 1612. ſed etiam attenco tempore, * quo ab Hiſpania re- 42
verſus in hoc Regno ſuam poſſeſſiooem continoavit nulla habita ratione de prætenſo actu poſſeſſionis adeptæ per proruratorem, cùm enim alius caſus occurriſſet inter Jo. Thomam Spinam, & Fratrem Lælium Brancacium, per S. M. mediantibus Regiis literis expeditis Segoviæ die 4. Julij 1609. fuit ordinatum ad inſtantiam ejuſdem Jo. Thomæ Spinæ, ut attenderetur dies captæ poſſeſſionia per principalem, & non per procuratorem, & hoc ea ratione quia cùm officiom in adminiſtratione conſiſtat, *l. 2. ubi Doct. C. ut dign. ord. ſervet.* attendi debet tempus captæ poſſeſſioois com adminiſtratione officii quæ non poreſt capi per procuratorem, & propterea omni jure venit Marchio Belmontia in ſua poſſeſſione præcedendi prædictos Marchionem Manzeræ & Ducem Thomam Caracciolum conſervandus.

*Pro deciſione hujus cauſa fuerunt * ab Excel. Al-* 42
benſium Duce, hujus Regni tunc Prorege Judices deſtinati inter quos primum locum obtinebat nunquam ſatis laudandus D. Franciſcus Antonius de Alraron de Supremo Regali Hiſpaniarum Conſilio, & de Cubiculo S. M. Eques Divi Jacobi de Spata, & tunc in hoc Regno Viſitator Generalis, qui Judices plures fuerunt Informati, ſed per diſceſſum in Hiſpania dicti Marchionis Manzera & mortem dicti Ducis Thomæ Caraccioli, cauſa non fuit deciſa, verum ſemper dictus Marchio Belmontis in ſua poſſeſſione permanſit.

OBSERVATIO IN CONSULT. XLIII.

ARGUMENTUM.

Regentes Regiam Cancellariam, & Collaterales Conſiliarij, an, & qoando præcedant alios de Collaterali Conſilio non togatos. Regens pro Supremo Italiæ electus, qui ante diſceſſum obtinuit poſſeſſionem muneria Regentia in Regio Collaterali Regni hujus, quando poſtea revertitur, an præcedat Regentem poſt ſupradictam poſſeſſionem adeptam, ad idem munua aſſumptum? Controverſia fuit acerrimè exagitata inter Spectabiles Regentes D. Jacobum Capycium Galeota, pro quo ſcripſit inſignis Advocatus D. Marcua Aorelius Mattei Baro Terræ Tini, & D. Franciſcum Antonium Muſcettulam ſub patrocinio Conſil. Prati. Et adducitur deciſio præfatæ controverſiæ. *Conſil. Roccus in Tract. de Officijs,* pleno calamo ediſſerit ſuper præſenti *Conſult. 43. Reg. Latr.* Cum aliis ad materiam pertinentibus.

SUMMARIUM.

1 *Regentes Regiam Cancellariam præcedunt Conſiliarios Status antiquiores.*
2 *Prima ratio.*
3 *Secunda ratio.*
4 *Fallit concluſio in conſeſſu totius Collateralis Conſ. pro tractandis negotijs ſtatus, & belli.*
5 *Regens in Supremo Italiæ Senatu tranſiens ad Supremum Collat. Conſil. Regni hujus, an præcedat Regentes ipſi moderniores, etiam Decanum, ſi prior ſit in tempore reſpectu adepti muneris?*
6 *Controverſia exagitata inter Regentes Galeot. & Muſcettola; & recenſentur Advocati.*

7. *Reſponſum*

Digitized by Google

7 *Reſponſum D. Marci Aurelii Mattei pro D. Reg. Galeot.*
8 *Controverſia Status.*
9 *Rationes pro D. Reg. Muſcettola, quibus tamen inferiùs occurritur à num. 10.*
11 *In materia præcedentiarum preciſè ſtandum Principis reſcripto, quo poteſt concedi præcedentia, etiam reſpectu aliorum tempore anteriorum.*
12 *Et tanto magis ſi beneficium fuerit conceſſum in remunerationem ſervitiorum.*
13 *Dilemma pro deciſione controverſiæ proponitur.*
14 *Officium Regentis in Supremo Italiæ, an ſit idem cum officio Regentis Regiam Cancellariam hujus Regni.*
15 *Privilegium in adventu Regentis Supremi Italiæ ad exercendum officium Regentis Regiam Cancellariam Regni hujus, cur expediatur? Et ſi revertitur ad Supremum Italiæ, an precedat Regentes ibidem aſſidentes poſt ipſum creatos?*
16 *Prioritas temporis non attendenda.*
17 *Deciſio, quæ emanavit ad favorem* Reg. Albertini.
18 *In materia præcedentiæ inter Officiales, num ſit attendendum tempus electionis, vel potiùs adminiſtrationis?*
19 *Prioritas electionis eſt conſideranda.*
20 *Officium Regentis in Supremo Italiæ Senatu eſt præſtantius officio Regentis Regiam Cancellariam Regni hujus; Et ſummatim recenſentur prærogativa Supremi Italiæ Senatus.*
21 *Dignior eſt habendus is, qui ad latus Principis aſſidet.*
22 *Ætas non eſt attendenda, ſed dignitas.*
23 *Decretum cum clauſula*, citrà præjudicium jurium Partium, *non paris exceptionem rei judicatæ; Et Decanatus prærogativa quæ ſit?*
24 *Uſus in unico actu ſufficit in juriſdictionalibus.*
25 *Subreptio, vel obreptio quando noceat.*
26 *Subreptionis oppoſitio remittenda ad petitorium, cùm tractatur de poſſeſſorio.*
27 *Præcedentiarum materiam fusè proſequuntur.* Conſil. D. Rocc. *&* D. Altimar. Author in Opuſcul. de Præſtant. Laur. Doctoral. & alii.

REgentes * Regiam Cancellariam, etſi recentio-
1 res præcedunt omnes Conſiliarios ſtatus antiquiores, ità ex *l. 1. C. de offic. Vicar.* firmant *Surg. de Neap. Illuſtrat. cap. 23. numero 37. Reg. de Ponte conſ. 14. vol. 1. numero 41. & de Poteſtat. Prorog. tit. de aſſenſ.* Reg. *§. 5. numero 4. fol.* 326. *Reg. Conſtant. in l. 1. C. de Conſul. lib. 12. numero 33. Reg. Tap. dec. Suprem. Ital. Senat. 21. numero 26. Reg. Rovit. conſ. 84. numero 2. Conſil. de Anna conſ.* 122. *Conſil. de Georg. alleg. 35. Taſſon. de antephat. verſ. 3. obſ. 3. numero 57. Conſil. Roccus de offic. fabric. 5. §. 2. num. 5.* citans *Reg. Latr. in hac Conſult. 43. tom. 1.*

2 Plures rationes * aſſignat *Roccus à numero* 6. Prima, quia Regentes ordinariam habent juriſdictionem in Regno; immò votum deciſivum in concernentibus juſtitiam ex ordinatione Caroli V. Conſiliarii verò ſtatus dicuntur Conſiliarii bellici & aſſiſtunt, dum res belli tractantur, quibus finitis à Collaterali Conſilio recedunt; nec ullam aliam habent authoritatem, & juriſdictionem, niſi eam, quam illis D. Pro-Rex, delegat, aut committit, *Reg. de Ponte de Poteſt. Prorog. tit. de aſſenſ. Reg. §. 5. verſ. refert uſum*, *Reg. Sanfelic. dec. 223. nu. 11. lib. 2.* Quia igitur habentes dignitatem, cum adminiſtratione præferuntur illis eandem habentibus ſine adminiſtratione, *Reg. Latr. numero 30. verſ. & qui habent*, *Conſ. Rocc. ubi ſupr. numero* 8. ideò Regentes præcedunt Conſiliarios Status.

Secunda * ratio eſt, quia Regentes habent in 3
ſe dignitatem doctoralem, quæ dignitas eſt; habent etiam munus Conſiliarij Status à latere D. Pro-Regis, & inſuper Regentes Regiam Cancellariam ſint, *Rocc. num.* 9. Et quando in aliquo plures concurrunt dignitates, tunc ſemper iſte præfertur alteri unam tantùm dignitatem habenti, *Rocc. n.* 10. ubi nuncupatim refert *Reg. Latr. in præſenti Conſult. n.* 127.

Videndæ ſunt *deciſiones* † 123. *Reg. Sanfelic. &* 4
77. *Reg. Rovit.* cum limitationibus fusè adductis per *cit. Rocc. num. 14. & ſeqq.* ubi quod fallit concluſio, quando totum Collaterale Conſilium, quod erigitur ex Regentibus Regiam Cancellariam, & Conſiliariis Status unitur, & congregatur in conſeſſu Collateralis Conſilij coram Exc. D. Pro-Rege pro tractandis negotiis ſtatus, & belli; Conſiliarij enim Status præcedunt Regentes Regiam Cancellariam, tàm in ſedendo, quàm in votando, cùm ſedeant omnes ad dexteram, & ſunt in votando primi ſivè privati, ſivè titulati ſint; Regentes verò ad ſiniſtram, & poſteriores ſunt in ſuffragiis ferendis, exceptis illis titulo decoratis, qui occupant etiam locum ad dexteram, *Surg. de Neap. Illuſtrat. cap. 23. numero 37. Taſſon. ad pragm. de antephat. verſ. 3. obſ. 3. cum ſeqq.*

Regens * in Supremo Italiæ Senatu apud Cu- 5
riam Potentiſſimi Hiſpaniarum Monarchæ tranſiens ad Supremum Collaterale Conſilium Regni hujus, an præcedat Regentes ipſi moderniores, etiam Decanum, ſi prior ſit in tempore reſpectu adepti muneris? Controverſia hæc graviter fuit agitata inter Spectabiles Regentes Galeotam, & Muſcettola, ut videre eſt apud eundem *D. Rocc. §. 9.* ubi pleniſſimè explanat totam præſentem *Conſult. Reg. Latr.*

Pro parte † Spect. Reg. Muſcettulæ ſcripſit duo 6
juris Reſponſa *Conſil. Pratus diſcept. fortaſ. tom. 4. cap. 39. & 40.* Pro parte verò Spect. Reg. Galeota ſcripſit, & victoriam obtinuit primi ordinis Advocatus D. Marcus Aurelius Mattei Baro Tini, cujus allegationes alibi non impreſſæ ſunt, quæ ſequuntur.

C*Um jus ità reddi debeat, ut quiſque Iudex au-* 7
thoritatem dignitatis ingenio ſuo augeat, ut inquit *J. C. Calliſtratus in l. obſervandum 19. in fin. ff. de offic. Præſid. & magiſtratus munus proprium ſit, intelligere ſe gerere perſonam Civitatis, debereque ejus dignitatem, & decus ſuſtinere, ſervare leges, & jura deſcribere, atque fidei ſuæ commiſſa meminiſſe*, ut ait *Ciceron. lib. 1. de offic.* nil tamen magis ad id eſt neceſſarium, quam dignitatum præcedentiam ſuo ordine, & gradibus ſervari; Siquidem ut rectè ex *Oſorio lib. 1. de Regis inſtitut. Omnis Reip. interitus in munerum perturbatione conſiſtit, dum enim quiſque ſuum negotium non facit, ſed aliorum officium, atque munus, & locum uſurpat, nihil rectè, nihil ordinatè fieri poteſt, ſed omnia perturbari, & permiſceri neceſſè eſt.*

Ex * hoc itaque meritò Spectab. D. meus Regens 8
Jacobus Capycius Galeota, cùm per plures menſes ante promotionem Spectab. D. Regentis Franciſci Antonii Muſcettula, ad officium Regentis Supremi Italiæ Conſilii de Principe optimè meritus, eſſet adſcitus, et poſſeſſionem Regentis in Regio Collaterali hujus Regni Conſilio ante diſceſſum adeptus, ut hanc dignitatem, quam obtinet, non tàm privatæ rei gratia, quàm publici officii intuitu tueretur, in proximo reditu ad hanc Regni Cancellariam cæteris omnibus Regentibus præferendum eſſe, ſe ordine petiit, & à liberali munificentiſſimi Regis laterculo impetravit, & dum ageretur in Regio Collat. Conſ. de *Regio Exequatur* concedendo hujuſmodi

juſmodi

juſmodi taſcripto ſuæ Catholicæ Majeſtatia, juxtà mandatum in *pragm. 1. de privileg. infra ann. exhib.* fuit proviſum illud notificari d. Spectab. D. Moſettula, qui cùm ob mortem Spectab. Reg. D. Jo: da Burgos Decanatus ſedem *citrà tamen præjudicium jurium* d. D. Ragantia Galeora occupaveret, præcedentiæ controvarſiam movit, & quæſtionem olim in Supremis hujua Regni Prætorise examinatam, & ſæpiùs ad beneficium Regentis Sopremi Italiæ Conſilii deciſam, iterùm rei novitate non indignatus ad examen revocavit, ſuique tutelam ad impediendum pie.num *Regium Exequatur*, in hujua loci controverſi munimine, ſivè potiùs in acie inganii poſuit, duplici argumento potiſſimum hanc prærogativam contendens.

9 Primò, quia * Regentis Cancellatiam hujus Ragni officium ex *Freccia* opiniona aſſeritur ſeparatum, ac diverſum ab officio Regentis Supremi Italiæ Sanatus, & proindè tanquam in novi Magiſtratua axortu ipſe uti anterior ſit potior. Secundò, qnia Decanatus dignitatem fuit aſſecutus, ax cujus muneria axcellentia præponandum ſa autumat.

10 Cùm † igitur in hac re ſit providendum, noa, qui Domini mei Spectab. Regentis Galeota partes agimua, ut tanti viri pariter, ac dignitatia ſplendorem tueamur ſingula capita propoſita duximus, & ſi non ingenioſè, ſaltam inganuè pro viribus ingenioli noſtri explodenda.

11 Sed * antequam da juſtitia dictorum capitum inquiramua, ſanè primùm ſa offert Sereniſſimi Regia reſcriptum, qui atiantia qualitatibus, benè ſibi viſia noſtrum nobiliſſimum; ac meritiſſimum Regentam præcedera mandavit ab eo die, quo poſſeſſionem in hoc Regio Collaterali obtinuit, undè dum Regia Principia indulgentia honorem præcedentiæ indulgeri, & concedi voluit, nefas eſt Suprema Regis juſſa in cognitionem vocari: nec permittit Imperii majeſtas exactè adeò, & contumaciter in Principis dicta, aut facta reſcripta inquiri, nam ut rectè apud *Tacit. lib. annal. Eqees ille Romanus M. Terectius di ebat, con eſt noſtrum æſtimare, Cæſar, qeem ſepra cateres, & qeibus de cauſis extellat, Tibi ſummum rerem judicium Dij dedere. Nobis obſequii gloria relicta eſt; Regiam itaque voluntatem admitti, & exeqei, noc actem corrigi, vel reſcindi laudabilius erit*, utiqua anim potuit, etiam noviſſimo præcadentiam elargiri inter omnas, ad *text. in cap. penul. de conceſs. præbend. in 6. Jo. de Platea ic l. cnicuique n. 3. C. de prox. ſacr. ſerin. lib.* 10. cum aliis in ſpecie adductis per *Reg. Rovit. dec.* 67. n. 8. nam cùm omnis honor ab ipſo ſolo Principe derivatur, ad *tex. in l. nemnem cum ibi cotatis, C. de re militari lib.* 12. *ic l.* 1. *C. qui milit. poſs. eod. lib. & in l.* 1. *C. de digeitatibes*, cum cæteris adductis per *Camill. Borrell. de Præſtant. Reg. Cath. cap.* 29. *& per Fontanell. dec. Catal.* 293. *n.* 6. *in fine*, & ab eo dicantur dignitates fluere, & refluere juxta notabila dictum *Baldi in cap.* 1. *Quis dicatur Dux*, poteſt aliquem præcedentiæ prærogativa ex cauſa decorara, veluti propter ætatem, diutina ſtipandia, inſigne facinua, val axcellentiam in arta, *cap. ſi officia* 59. *diſt. & l. nemo, C. de offic. magiſtr. effic. gloſ. utrobique*, & alii relati per *Purpur. in l.* 1. *ff. de offic. ejus, Tiraq. de nobilit. cap.* 6. *n.* 3. *& Caſſan. in catal. glor. mund. conſider.* 7. quod obſervatum legimus in Epiſcopo Biſianenſi Regio Conſiliario electo, qui etſi nullam præcedentiæ prærogativam poſſet ax Epiſcopali dignitate obtinera, cùm ibi intareſſat uti Conſiliarius, non uti Epiſcopus, ut optimè *Purper. in d. l.* 1. *ff. de off. ejus, & Loffr. in §. ſi vaſſallus ſi de feud. defanct. milit.* prout quando Epiſcopus eſt Canonicus, non præcedit cæteros Canonicos, ſed ſadet uti Canonicus, ut notat *Jo. Montaygn. de Aethorit. Magn. Conſil. n.* 65. ex ſpeciali tamen Principia gratia præceſſit omnibus Regius Conſiliariis etiam tempore anterioribus, ut teſtantur *Praſ. de Fraech. dec.* 138. *Reg. de Ponte dec.* 8. *eumero* 6. *&* 7. *& Conſiliat. de Aena conſil.* 40. c. 47.

Itaqua ſi † hoc locum ſibi vindicat in reſcripto Principis gratioſo, & atiam juris diſpoſitioni contrario, eò fortiùs erit admittandum in hujuſmodi Regio diplomata, nedum ex Invictiſs. noſtri Regis Monarchæ munificentia, ſed & ut laboris merces conceſſo, tum propter qualitatem perſonæ ipſius Spectab. Regentis, qui hæreditariam incomparabilam Sapientiam, morum probitatem, ingenii velocitatem, ac juſtitiæ incorruptibilem integritatem propriis laboribus ad maximum evexit gradum, & negotia Principis adeò pertractavit utiliter, ut non ſolùm Regii Ærarii, ſed major Hiſpaniæ Senatus fateantur ſuoa Italiam priſcis revocatis temporibus habera Catonas, undè hanc conceſſionem, ut potè meritoriam non eſſe privilegium, ſed beneficium, & ob id latè interpretandum, licèt tertio præjudicet, & in ao ſubintalligi clauſulam, motua proprii affirmat, ex *Surd. conſ.* 140. ex cc. 34. *cum ſeq. D. Reg. Galeot. Dom. mei digniſs. Genitor lib.* 2. *controv.* 45 c. 40. *& ſeqq. & Reg. Tapp. deciſ.* 7. *Supremi Conſil.* a. 20. illudque eſſa irrevocabile, tradit poſt *Reg. Tap. dec. 4. Supremi Ital. Sen. num.* 34. 39. *&* 53. Reg. *Merlin. cent.* 1. *c.* 54. *cum.* 4. tùm etiam exigentis juſtitiæ merita, dum non tantùm juri non adverſatur, ſed & illi aſt conforme. 12

Et † ut per juſtitiæ limina percurramus, hanc præcedentiæ prærogativam præter Regiam ordinationem ax jura procul dubio deferendam eſſe dicto D. Ragenti Galeota ex eo inconvincibili dilemmate liquat, val quia officium Regentia in Supremo Italiæ Senatu ſit idem cum officio Regentia hanc Regni Cancellariam, quicquid *Freccia* in contrarium ſuſtinere conatus fuerit; vel quia, quatenùs diverſum ſit, majus, & proindè ſit præferendus, vel ex ordina temporis, vel ex ordine dignitatis. 13

Quantum attinat * ad primum, præter *Frecciam*, qui potiùs, ut cauſæ, & Clienti, quàm veritati inſerviter, contrarium allagavit, nemo, vel injurius unquam in controverſiam revocavit, eſſe unum idemque officium, ut teſtantur *Surg. de Neap. Illuſtr. cap.* 27. *num.* 40. *in fine, &* 41. ubi etiam meminit da origine hujus dignitatia Supremi Italiæ Conſilii, R. *de Ponte de poteſt. Prereg. tit.* 22. *de delegat. cauſar. ſub num.* 17. Reg. *Tapia lib.* 2. *Jeris Regni tit.* 32. *de offic. Magni Cancellar. n.* 4. *& dec. Supremi Ital. Senatus* 21. c. 13. *&* 14. *meritiſs.* Reg. *Valenzuela Epiſcop. deindè Salmanticenſ. conſ.* 94. *num.* 71. Reg. *Rever. dec.* 444. & noviſſimè poſt alioe Reg *Capyc. Latro conſult.* 43. à c. 36. *cum ſeqq. lib.* 1. qui de hoc ampliùs dubitari non poſſa affirmat ax ſpeciali gratia per Suam Cæſaream Majeſtatem conceſſa in Parlamento anni 1536. regiſtrara inter capitula, & gratias huic Regno conceſſaa in *Cap.* 24. dicti Parlamenti, ubi ad hujus Civitatis preces placuit Invictiſs. & omnium Maximo Imperatori *Carolo V.* concadera, ut in Regia Curia aſſiſteret unus ax Regentibus Regiam Cancellariam hujus Regni, quod fuit confirmatum in *Cap.* 25. in Parlamento anni 1554. & virtute dictarum gratiarum unc, & eadam Regia Cancellarie hujus Regni regitur apud ſuam Catholicam Majeſtatem, quæ eſt propter publicum beneficium, & bonum ragimen Regni fuerit ax Principia beneplacito diviſa, non idaò reputatur divaiſa, & ſaparate quoad conſervationem jurium, & prærogativarum, nam juriſdictionum exercitium licèt diviſum pro bono publico, & majori commoditate ſubditorum, non dividitur quoad unitatem formæ, & originis, ut optimè ex *Jo: Andrea de Georg. alleg. q. nu.* 11. latè comprobat Reg. *Valenz. loc. proximè citat. num.* 24 *& ſeqq.* & ipſa origo veluti fundamentum rei ſtatus eſt ſemper attendenda, ex reg. *l. qui exceptionem* 40. *ff. de condict. indeb. l. in ratione la prima, §. ſi filio, ff. ad l. falcid.* 14

Digitized by Google

falcid. & *l. tutor*, *ff. de fidejuſſor*, *cum concordant*. Undè Regens electus per Suam Majeſtatem pro Supremo Italiæ Senatu, & in eo Conſilio reſidens obtinet omnia munuſcula, quæ cæteris Regentibus hujus Collateralis Conſilii præſtantur, cùm aſſiſtat uti hujus Regni Regens, ut ità ſervari refert idem R. *Capyc. Latr. d. Conſult.* 43. *n.* 37. ſubdens ſemper vidiſſe, Regentes ad illud Supremum Conſilium Italiæ creatos poſſeſſionem Regentis in hoc Collat. Conſilio accepiſſe, antequam diſcederent, juxta quem antiquiſſimum uſum ſervari conſuetum Excellentiſſ. D. Comes Caſtrilli, tunc digniſſ. ac integerrimus Regni Prorex, cui virtus, ac fortuna non habuere, in quo favorent, ſed in quo ſervirent, ad Collateralis hujus ſedem d. Spectabilem Virum Galeotam collocavit, & hoc non ſolum tanti viri merito practicatum videtur, dùm quando teterrima peſtis graſſabatur, & inopem Civitatem Civium reddebat, ſed & quando d. Comitis vigilantia extincta jacebat, & Civitas rediviva hominibus abundabat ad Collateralis poſſeſſionem à meritiſſ. hujus Regni Prorege Comite Pionorandæ noſtro Hiſpano Lycurgo, jàm extinctus Regens Antonius Miroballus fuit evectus.

15 Exquibus nil obſtare dignoſcitur, † quod objicitur ex privilegio, quod in reditu Regentis Supremi Italiæ Conſ. expeditur pro exercendo officio Regentis in hoc Regno, ſiquidem id libenter admittimus, cùm fieri conſueverit, non ut novum cenſeatur conceſſum officium, ſed ad certiorandum Excellentiſſ. D. Proregem, illum eſſe Regentem Supremi Italiæ Senatus, & ut majus illi præſtetur ſalarium, ut poſt *Reg. Tap. d. dec.* 21. *n.* 14. tradit idem *Reg. Capyc. Latr. loc. ſuperiùs cit. num.* 38. & ideò infert *n.* 39. Regentem Supremi Italiæ Conſilij retinere illius muneris dignitatem, etſi ab eo diſcedat, adeò ut ſi reverteretur ad illud Italiæ Conſilium, præcederet omnes Regentes ibidem aſſidentes poſt ipſum creatos, & ità fuiſſe deciſum pro Regente Celeſte, cùm de præcedentia certaret cum Regente Ribera.

16 Cùm † igitur ſit idem, & unum officium, ſequitur omninò præferendum D Spectab. Reg. Galeotam, attenta prioritate temporis ſuæ electionis, nam in uno, eodemque genere dignitatis temporis ratio attendi debet, & qui prior dignitatem meruit, præſtantior erit, ad *tex. in l.* 1. *C. de præfect. ſac. cubi. in l.* 2. *ff. de alb. ſcrib. in l. unicuique*, *C. de prox. ſacr. ſcrin. lib.* 10. ibi: *Ut nemini penitùs liceat, cùm ſit poſterior tempore, locum præcedentiæ ambire*, *in l.* 1. *C. de conſul. lib.* 12. *cap. fin.* 17. *diſt.* ibi: *Secundum ordinationis ſuæ tempus*, *cap. ſtatuimus*, *& ibi gloſ. de major. & obed.* latè *Affl. in prælud. Conſt. Regn. qu. fin. Boer. in tract. de auct. Mag. Conſil. n.* 49. latiſſimè *Caſſan. in Catal. Glor. Mund. p.* 4. *conſid.* 23. *&* 48. *verſ. ſic etiam videtur*, *& part.* 12. *conſid.* 99. *col.* 8. *Reg. Tapp. d. deciſ.* 21. *Reg. de Ponte dec.* 8. *num.* 5. *Reg. Rovit. conſ.* 84. *n.* 1. *lib.* 2. *Camill. de Laratha conſ.* 87. *num.* 12. *& ſeqq.* & meliùs *num.* 48. & cum aliis plenè adductis per Reg. *Capyc. Latr. d. Conſult.* 43. *nu.* 8. *&* 9. quibus addimus *Larr. alleg.* 51. *numero* 4. *& ſeqq.* Ricc. *in prax. tit. de præcedent. dec.* 579. *n.* 2. *& dec.* 580. *n.* 4. *Gam. dec.* 1. *nu.* 4. 5. *&* 14. *Maſtrill. de Magiſtr. lib.* 4. *cap.* 14. *n.* 35. *lib.* 5. *cap.* 4. *numero* 9. *&* 11. *& dec.* 130. *num.* 1. *cum ſeqq. D. Jo. de Solorzan.* Reg. *Conſil. in alleg. ſuper præcedentia Supremi Indiarum Conſilii n.* 58. *Beſol. de præcedent. & ſeſſion. prærog. in. cap.* 3. *nu.* 2. *& Michael Ferro Manrique in tract. de præcedentiis qu. n. num.* 17.

17 Ex quibus juribus * D. Regens Albertinus, etſi poſterior DD. Reg. Polo, & Villano in poſſeſſione hujus Regni Cancellariæ, cùm tamen eſſet anterior in Supremo Italiæ Senatu, præcedentiæ locum obtinuit in hoc Regio Collaterali, ut teſtantur *Freccia*, quicquid ipſe in adverſum ſcripſiſſet, *lib.* 2. *de ſubfeud. tit. Quis dicatur Dux à n.* 49. *uſque ad fin. Surg. de Neap. Illuſtr. d. c.* 27. Reg. *Tap. d. dec.* 21. *nu.* 13. Reg. *Revert. d. dec.* 444. *loc. cit. &* R. *Capyc. Latr. loc. cit. ſub n.* 39. *verſ. Quarto hoc idem*, & quod in hac re eſt notandum quæſtio procedendi fuit cum antiquioribus, dum Regens Albertinus antequàm ad Curiam Cæſaris accederet, poſſeſſionem in hoc Collar. Conſ. non acceperat, ut patet ex *diſcurſu d. Regentis Albertini apud Frecc. loc. cit. à num.* 64. & proindè fortiùs procedit hæc deciſio in hac differentia, ſtante priori poſſeſſione Spectab. D. Galeota, in qua omni jure eſt conſervandus.

Ut proindè ex his pateat, parum obſtare † argumentum adverſus poſſeſſionem d. Spectab. D. Galeota ex eo adductum, ex quo Regiis ordinationibus eſſet vetitum, nam præterquam ea poſſeſſio Proregis auctoritate fuit accepta juxta morem, hactenùs obſervatum, annuente adhuc Sereniſſ. noſtri Regis confirmatione, à quo die poſſeſſionis munus exercuit ut Regens, & uti talis ab omnibus Regentibus coram ipſo Prorege receptus, & exornatus, quod ſufficit ad obtinendam manutentionem, ut ponderavit *Laratha in conſ.* 17. *n.* 34. *&* 35. admiſſo tamen juxtà Partis intentionem poſſeſſionis defectu, adhuc eſt præferendus, veluti in tempore electionis anterior, licèt forte poſterior foret in adminiſtratione, ſiquidem verius eſt ex magis communi, ac recepta opinione in præcedentiis Officialium attendi tempus electionis, non autem adminiſtrationis, etiam in iis officiis, quæ exercitium, & adminiſtrationem; imò & juramentum exigunt, prout ſcripſerunt poſt antiquiores *Praſ. de Franch. dec.* 62. *Conſ. de Anna conſ.* 42. ubi *nu.* 18. *in fin.* judicatum refert pro Reg. Conſiliario Gizzarello in præcedentiæ controverſia cum Conſiliario Conſtantio, *Camill. de Laratha d. conſ.* 87. *per totum*, ubi latè hanc ſententiam probavit pro Reg. Conſiliar. Valdevieſo, cùm de præcedentia certaretur cum Regiis Conſiliariis Freccia, & Jacobo de Franchia, qui etſi in poſſeſſione eſſent anteriores, fuerunt tamen pariter excluſi ex prioritate electionis, *Reg. de Ponte d. dec.* 8. *n.* 1. *Reg. Tap. d. dec.* 21. *Taſſon. in pragm. de antephat. verſ.* 3. *obſerv.* 2. *num.* 32. *cum cæteris*, quos copioſo calamo de morte inſignis Nobiliſſ. Adverſarii Patronus noſter juridicus *Demoſthenes* pro ejuſdem tutamine adduxit in ſuis doctiſſimis *diſcept. forenſ. ſomicrat.* 1. *cap.* 49. *à num.* 30. *cum ſeqq.* ubi plures cumulavit deciſiones. 18

Hujuſmodi ſententia ea quidem * innititur fortiſſima ratione, nam Princeps ſolo verbo dignitates confert, & officia ad *tex. in l.* 2. *C. ſententiam paſſis*, *Bart. in l.* 1. *n.* 29. *C. de dignit.* & ex ſola conceſſione transfert dominium, & poſſeſſionem *Bald. in l.* 2. *C. de rer. permut. Loffred. in paraphraſ. feud. col.* 2. *Laratb. d. conſ.* 87. *n.* 37. *&* 38. *& tex. in l. traditionibus*, *C. de pact.* locum non habet in conceſſione, ut ex *Capyc. dec.* 121. *n.* 9. *Reg. Valenz. conſ.* 71. *ex num.* 33. & alia tradit idem *D. Prat. d. cap.* 49. *num.* 43. qui *num.* 46. ſubdit ex *Rebuff.* auctoritate non videri ex ſubſequenti adminiſtratione novam dignitatem adeptam, quod deſumpſit ex *Laratha d. loc. cit. num.* 56. prout in feudis Gratia aſſenſus per verbum *Fiat*, conceſſa, ſtatim eſt perfecta, non expectata privilegii expeditione, ut ex *Bald. in l. humanum col. fin*, *C. de leg.* firmat *Afflict. dec.* 253. & ſequitur *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſibus Regiis*, §. 9. *num.* 1. 19

Sed eſto officium Supremi Italiæ Senatus, * eſſe 20 prorſus diverſum, ac ſeparatum ab officio Regentis Cancellariam hujus Regni, ut ad alteram partem propoſiti dilemmatis deſcendamus, præponendum adhuc cenſemus D. Reg. Galeota ex longè majori

præſtantia illius officii, qoæ quanta ſit, præter adducta per *Regentem Albertinum loc. ſæpiùs allegato*, latè diſſerit Reg. *Valenz. d. conſ. 94. à num. 1. cum ſeq.* ubi ex ploribus *DD.* authoritatibus firmat, Supremum Conſilium Italiæ, tanquàm ipſius Regis Collaterale, ſub cujus capite conſtituitur, eſſe unum, & idem cum Regia Perſona ad id expendens, *tex. in l. quiſquis 5. in princ. C. ad l. Jul. Majeſt. & in l. 1. C. de præpoſitis lab. lib. 12. & à nu. 14.* probat originem traxiſſe ex Conſilio Supremo Aragonum, & licèt ab eo diviſum pro faciliori gubernatione Regnorum, retinere tamen ſuæ originis prærogativas, pariter ac ſi eſſet unitum, ad notata per *Tiraq. de retract. lignag. §. 32. gloſ. 2. num. 70. Grat. c. 845. num. 13. & 16. & Picara inter Conſilia Menoc. 52. nu. 68. & 168.* Illud autem apud omnes admittitur, ab hoc Regni Collaterali cauſas avocari, & tranſmitti ante publicationem votorum ad illud Supremum Italiæ Conſilium in his caſibus retardatæ, vel denegatæ juſtitiæ, nam etſi hoc Regnum habeat privilegia, & capitula ſpecialia, ne cauſæ Regnicolatum extrahantur, hæc tamen in caſibus non immutari, affirmat Reg. *Tapp. in dec. 1. Supremi Italiæ Senatus per totam*, & in ſpecia *n. 35.* ut quidem ſciant hujus Regni jus dicentes in decidendis cauſis Supremum Regis judicium habere, & ità ſervari teſtatur, prout practicatum fuiſſe in cauſa D. Diomedis Carrafa cum Principe Colubrarii, refert Reg. *Capyc. Latro Conſult. 6. in fine num. 226.*

21 Quò fit, ut attenta amplitudine, & majoritate
officii Supremi Italiæ Senatus, quo Spect. D. Regens Galeota eſt honeſtatus, dignior ipſe ſit habendus, utpotè magis illuſtratus, qui ad latus Principis aſſidet, ad *tex. in d. l. 1. C. de præpoſ. lab. lib. 2.* ibi: *Quos noſtri lateris comitatus illuſtrat* ut ex *Jo. de Montaygn. de auth. Magn. Conſ. num. 4.* & alias docuit *Reg. Capyc. Latr. d. Conſult. 43. num. 12. & ſeqq* nam dignior dicitur, qui in altiori loco ſedet, & altior locus denominatur, qui proximior eſt domino, *Boer. in tract. de auctorit. Magn. Conſ. n. 4 & Michael Ferro Manrique eod. tract. de præced. qu. 17. n. 1. in fine*, ubi allegat *Jo. de Solorzan. in d. alleg. num. 41.* undè dignior eſt Cardinalis, qui aſſiſtit Pontifici in Curia, quàm qui eſt extrà Curiam ratione aſſiſtentiæ apud Papam, cujus præſentia magis illuſtrat, ut poſt alios *Boer. in d. tract. n. 156. Reg. Capyc. Latro d. Conſul. 43. n. 13.* & latè *Card. Jacobat. de Concil. lib. 1. art. 1. n. 246. & 273.* & ideò cæteris hujus Regni Regentibus præcedere debet propter excellentiam ſuæ dignitatis, ac magiſtratus, ex regula *tex. in c. Statuimus de major. & obed.* ibi: *Et qui major eſt ordine, etiamſi poſteà ſit receptus, potiorem eſſe volumus, & l. ex agentibus 4. §. ſed in Salutationibus, C. de Principibus agentibus in rebus lib. 12. Praſ. de Franch. deciſ. 365. Petr. Gregor. de Republ. lib. 4. cap. 6. nu. 9.* Reg. *de Ponte conſ. 14. num. 44. & dec. 8. Fab. de Anna d. conſ. 40. n. 25.* R. *Valenz. conſ. 34. n. 88. Marcell. Maur. alleg. 50. per totam*, Reg. *Revic. conſ. 84. à num. 3. & dec. 65. Peregrin. conſ. 3. nu. 39. lib. 3.* Reg. *Capyc. Latro d. Conſult. 43. nu. 17. & ſeqq. & Latr. alleg. 52. nu. 1. & 14.* qui omnes communiter abſque contradictore concludunt, ordini temporis præferri ordinem qualitatis, ac dignitatis, prout ſervatum in cauſa Principis Conchæ, qui ex prærogativa majoris dignitatis præceſſit Marchionem Gruptularum, & ſi ejuſdem Collat. Conſ. Decanum, teſtatur *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de aſſ. Reg. §. 1. num. 5.* & meminit hujus deciſionis *Reg. Capyc. Latr. loc. cit. num. 19.* & ſic videmus, quod Cardinalis Epiſcopus, quamvis noviter promotus Cardinalem non Epiſcopum, etſi priùs creatum præcedit prout Epiſcopus Doctor, licèt in electione poſterior præfertur Epiſcopo non Doctori, ut obſervat eleganter *Reg. Conſtant. in l. 1. C. de Conſul. lib. 12. num. 18. & 33.*

Nec quoad præcedentiæ * ordinem aliquid re- 12
fert ætas, ſed cujuſque dignitatis ratio eſt habenda, ad *tex. in l. 1. ff. de albo ſcriben.* cùm ex dignitate, ac virtute, non autem ex annorum numero viri ſint æſtimandi, nam ut ex *Cicer. de officiis*, *Ubi Sapientia, ibi Senectus.*

Quo verò pertinet ad Decanatus * dignitatem, 13
videtur D. Adverſarii Defenſor, id ipſum quod controvertitur pro ſuo fundamento aſſumere; hoc enim munus illud ipſum eſt, quod quærimus, & licèt hujus loci poſſeſſionem abſente D. Reg. Galeota, occupavavit ipſe D. Reg. Muſertula, id tamen juribus d. D. Regentis nihil quicquam præjudicii potuit inferre, tùm ex clauſula reſervativa dictorum jurium expreſsè adjecta in decreto dictæ poſſeſſionis, quæ reſervatio impedit effectum, quem alias actus hujuſmodi operaretur; undè decretum cum clauſula, *citrà præjudicium jurium Partium*, non parit exceptionem rei judicatæ, ut deciſum tradit *Praſ. de Franch. dec. 289. Guid. Pap. dec. 364. circ. fin. & Cancer. par. 3. var. c. 16. de litis conteſt. n. 84.* tùm etiam ex juſta abſentiæ cauſa, ex qua venit adhoc reſtituendus, quando etiam decretum prædictum quicquam afficeret, & reducenda res eſt ad priſtinum ſtatum, *l. 1. l. item hi, qui Reip. cauſa, & l. abeſſe, ff. ex quib. cauſ. major. l. quod ſi minor, §. reſtitutio, ff. de minor. & l. 1. ff. de in integr. reſt.* Undè cùm ex ſuperiùs probatis D. Reg. Galeota antiquior, ac potior ſit tàm ex tempore electionis, quàm ex majoritate gradus dignitatis, ipſe merebitur Decanatus prærogativam, dùm attenta nominis ſignificatione, Decanus ipſe accipiendus videtur, qui primus exiſtit, ut ex *Cæſar. de Eccleſ. Hierarch. diſput. 12. §. 2. num. 9.* obſervat *Michael Manrique d. tract. de præced. qu. 21. ſub n. 1.*

Præterea attenta + prærogativa antiquitatis, qua 24
d. D. Reg. Galeota utitur, & in qua, ipſa Decanatus dignitas reſidet, videtur hujus muneris poſſeſſio adeſſe penes illius perſonam, nam cùm ſimus in juriſdictionalibus, ſufficit uſus in uno actu ad acquirendam, ſivè retinendam poſſeſſionem in omnibus, ut poſt *Bart. in l. 1. §. ſi quis hoc interdicto, ff. de itinere, actuque privat. Cappell. Tholoſan. dec. 324. Jo. Vincent. de Anna ſing. 96.* & ibi *additio Gram. conſ. civili 100. in princ. & Maſtrill. dec. 52. n. 5.* maximè quia huic poſſeſſioni aſſiſtit jus, ac ipſius Principis conceſſio, à quo omnis juriſdictio intra fines ſui Principatus pendet, *l. 1. & 3. ff. de conſt. Princip.* & ex adverſo reſiſtunt uſurpatæ poſſeſſioni D. Adverſarii, quæ ſtante juris communis, ac Regiæ declarationis reſiſtentia, non poteſt manuteneri, ad *tex. in cap. cum perſona 7.* cum ibi notatis per *DD. de privileg. in 6.* & tradunt *Menoc. de retinend. poſſeſſ. remed. 3. n. 590. Capyc. dec. 77. Reg. de Ponte dec. 18. n. 8. & 40. Grat. cap. 441. & cap. 801. n. 27. Peregr. conſ. 2. lib. 1. Reg. Rovit. conſ. 58. lib. 1. & in pragm. 1. n. 30. & 31. de juriſd. ad invicem non turb. & Poſth. de manut. obſer. 55. numero 14. & 19.* quia dicitur nulla, & improba poſſeſſio, & ideò revocanda, ut poſt alios idem *Poſth. eod. tract. obſerv. 48. n. 1. & 10. cum ſequent.* cùm poſſeſſio, ut ſit manutenibilis in hoc poſſeſſorio mixto, non dùm requirit titulum verum, vel ſaltem præſumptum, *Bald. in l. 1. C. ſi de moment. poſſeſſ. &* Reg. Rovit. *in d. pragm. 1. de juriſdict. ad invic. non turb. n. 26. & 32.* ſine quo nihil operatur, *Capyc. dec. 169. Grat. d. c. 441. n. 1. & ſeqq.* Reg. Rov. *dec. 72. n. 24. &* Reg. *Merl. cent. 1. c. 13. n. 23. & 24.* ſed etiam tolerantiam ejus, cui præjudicatur, *cap. cum olim de conſuetud.* qui loquitur de præcedentia, ibi: Sine *præjudicio aliena poteris abſtinere, & cap. cum*

olim

Digitized by Google

olim de canſ. poſſeſ. & propriet. ibi : *Sine reclamatione aliqua Canonicorum, Abb. in cap. cum Eccleſia Sutrina n. 25. eod. tit. Grat. cap. 113. ex n. 21. Menoc. remed. 5. retinenda n. 32. & de arbitrar. lib. 2. caſ. 161. Gutierrez lib. 3. pract. q. 14. num. 71. & Caſtill. de uſufruct. cap. 12. à nu. 26.* poſſeſſio autem D. Adverſarii nullum tituli fomentum habet, nec ullam D. Regentis Galeotæ tolerantiam, imò contradictionem, & conqueſtum, ut patet ex actis, ex quibus prætenſa poſſeſſio diſſolvitur, ut optimè *Cravett. conſil. 134. à n. 54. & conſ. 973. num. 23. & 24.*

25 Illud tandem, quod † de ſubreptione, & obreptione reſcripti ab Adverſariis extollitur, ex quo in precibus ſit facta mentio poſſeſſionis captæ in hac Regia Cancellaria tacita illius cauſa parvi momenti eſt, nam præterquam id totum fuiſſe optimè cognitum Suæ Catholicæ Majeſtati, conſtat ex literis, quibus illum ad ejus Curiam evocavit, ubi meminit de poſſeſſione, & cauſa. Non omnis tamen ſubreptio, vel obreptio reſcriptum gratiæ de jure vitiat, ſed tantùm illa tacita, vel expreſſa, quæ Principem à concedendo omninò revocarent, vel difficilius ad concedendum inducerent, ut deſumitur ex *text. in cap. ſuper literis, & in cap. poſtulaſti, de reſcript.* & notant *Menoch. conſil. 316. num. 24. & 12. Surd. conſ. 49. n. 27. Velaſc. conſ. 130. num. 90. Grat. cap. 135. n. 16. & Reg. Merlin. cent. 1. cap. 54. num.* 8. 9. imò nec omnia tacita, quæ Principem removere poſſent, ſed tantummodò ea, quibus expreſſis à jure cautum eſt, gratiam non concedi, ut ex *Felin. in d. cap. poſtulaſti 3. col.* tradunt *Reg. de Ponte conſ. 2. num. 38. lib. 1. Fab. de Anna conſ. 114. num. 8. & Reg. Merlin. loc. cit.* nàm utique in gratioſis reſcriptis nulla conceſſio tuta eſſet, ſi omnia forent exprimenda, quæ de jure non impediunt.

26 Præterea hæc ſubreptionis objectio in hoc poſſeſſorio, ac judicio executivo, in quo verſamur admitti non poteſt, nam dum cauſam proprietatis, ac petitorii reſpicit, ad eam eſt remittenda, ut conſuluit *Berous conſ. 57. n. 31. lib.* 2. & deciſum per *Rot. Rom.* teſtatur *Farinac. in poſthum. tom. 2. d. 601. num. 6.*

Ex his ergò probata hujus reſcripti juſtitia, & à D. Adverſarii objectionibus defenſa, jure illud exequendum nobis ſuademus à ſumma *DD.* jus dicentium doctrina, ac religione, quorum cenſuræ hæc cuncta, quæ breviter juxtà temporis anguſtiam in obſequium tanto viro debitum indicavimus, libentiſſimè ſubjicimus. *Marcus Aurelius Mattei.*

27 Cætera ad præſentem materiam * præcedentiarum proſequitur *Conſil. Recc. cit. tract. de offic. rubric. 6. & 7.* Et de nonnullis articulis pariter ſcripſi Ego *ipſe in meo Opuſcul. de Præſtanc. Latr. Doctoral. Conſil. D. Altimar. ad Rovit. dec. 65. nu. 23.* ubi nuncupatim refert *Reg. Latr. in hac Conſult. 43. & in obſerv. ad dec. 77. Rovit. Fraſſo de Patronat. Reg. Indiar. cap. 97. nu. 54.* ubi pariter citat *Reg. Latr. cit. Conſult. 43.* ac etiam refert *DD.* citatos à *Maldonato, & Pardo in addit. noviſſ. ad Molin. de primogen. lib. 3. cap. 3. ſub num. 14. & ſeqq. Lara de anniverſ. lib. 1. c. 24. Thor. compend. dec. Neap. p. 2. ver. præcedere. Capibianch. de Baron. to. 1. ſingul. 43. Solorzan. de Indiar. jur. tom. 1. lib. 1. cap. 16. à nu. 45. & in memorial. de las Plazas honorarias à num.* 192. *Praſ. de Franch.* 62. 138. & 144. *Reg. de Ponte dec. 8. Sperell deciſ. 76. tom. 2. Reg. Latr. dec. 154.* Reg. *Sanfelic. dec. 259.* Reg. *Reverter. dec. 448.* ubi Reg. *de Marin. in obſerv. Langla in ſemeſtr. lib. 7. cap. 8. 9. 10. & 11.* Reg. *Capyc. Galeot. tom. 2. controv. 11. 12. & 47. Larrea alleg. fiſcal. 51. & 52. Conſil. Arias de Meſa variar. reſol. lib. 3. cap. 113. Marant. lib. 3. controv. reſponſ. 52.*

ARGUMENTUM.

Quæſita per mulierem conſtante matrimonio an, & quando præſumantur quæſita de bonis viri, & cui incumbat onus probandi ea fuiſſe quæſita ante, vel poſt matrimonium, & quid in Prælato, an præſumatur acquiſiviſſe de bonis Eccleſiæ poſt adeptum beneficium.

SUMMARIUM.

1 *Quæſita per uxorem conſtante matrimonio, præſumitur ex bonis viri ad eam perveniſſe, ſi aliunde habuiſſe non demonſtraverit.*

Limitatur in magnis Dominis, n. 2.

Sed contrarium, n. 3. & n. 9.

5 *Imò quod tamen magis procedit in magnis Dominis, numero 10.*

Utilitas videri debet quod eſt honeſtius.

6 *Uxor tenetur viro operari.*

7 *In dubio non videtur, mulierem habere artem, vel induſtriam talem, cum qua ſine bonis mariti lucrum percipere poſſit.*

8 *Regulariter mulieres præpoſita ſunt curæ, cuſtodiæ, & conſervationi domus, & rerum familiarium, non autem quæſtui & artificio alicujus momenti.*

9 *Familia Pia ex Comitibus Saſſuli, & familia de Benivolis, & de Collatio nobiliſſima.*

11 *Actio recuperandi ab uxore quæſita per ipſam conſtante matrimonio competit nedum viro, ſed etiam ejus hæredibus, & cuicunque intereſſe habenti, n. 12. & nedum adverſus uxorem, ſed etiam adverſus ejus hæredes.*

14 *Res empta per uxorem conſtante matrimonio, quamvis quæſita præſumatur de bonis viri, tamen dominium acquiritur uxori, & marito, ſive ejus hæredibus non datur actio; niſi ad pretium.*

15 *Limitatur in* Regno *Valentiæ ex lege municipali ipſius.*

16 *Limitatur etiam in rebus ſtabilibus, vel mobilibus, quæ reperiuntur tempore judicii, ſecus verò in illis rebus, quæ hodie emuntur, & cras venduntur mercaturæ cauſa.*

17 *Mulier ſi reperitur aliquid habere ultra dotem, præſumitur quæſitum ex bonis ipſius viri.*

18 *Subtilitas actionis ad pretium rei emptæ ab uxore conſtante matrimonio parum refert, quia quando alia bona ipſius non adeſſent, datur actio ad rem emptam.*

19 *Doctrina* Bart. in l. ſi tempora, C. de fid. inſtrum. & jur. haſt. fiſcal. lib. 10. *& aliorum, qui ipſum ſequuntur, declaratur, quando conſtat, ipſam uxorem emiſſe conſtante matrimonio, vel infra annum luctus, ſecus verò quando non conſtat, ſi ipſa mulier emit, vel non.*

20 *Diſpoſitio* text. in l. Quintus Mutius, ff. de donat. inter vir. & uxor. *non habet locum, quando mulier emit viro ſciente, & patiente, nec aliquid ab ea prætendente, quia magis videtur, rem eſſe uxoris pecuniam expendentis.*

Sed quod requiratur etiam viri confeſſio, rem eſſe uxoris, n. 21.

Immò quod etiam in hoc caſu opinio prædicta non ſit tuta, ſed ſatis controverſa, n. 22.

Et ideò requiritur, quod maritus in eadem voluntate perſeveraverit, uſque ad mortem, quia tunc habetur, ac ſi rem taliter emptam uxori donaſſet, num. 23.

Et quod etiam requiratur veriſimilitudo, quod mulier aliunde habuerit, n. 24.

25 *Confeſſiones viri, rem eſſe uxoris, quando non adeſt veriſimilitudo, valdè ſunt ſuſpecta.*

26 *Præſumptio, quoad bona quæſita per uxorem conſtante matrimonio ſint quæſita ex bonis viri, eſt benignior, & ideò potentior.*

27 De Pont. de poteſt. Pror. tit. de diverſ. proviſ. §. 1. n. 7. & 8. *latè ponderatur.*

28 *Confeſſio facta inter perſonas alias contrahere prohibitas nihil valet.*

29 *Datur ratio, quia per indirectum induceretur donatio inter virum, & uxorem, quæ eſt de jure prohibita.*

30 *Si confitendo donare intelligitur, donatio non præſumitur.*

31 *Diſtinctio tradita ab* Alciato, Jacob. Philippo Portio, & Gabrielio *refertur.*

Quæ tamen reprobatur à Menoc. *n.* 32.

33 *Probatio, rem fuiſſe emptam conſtante matrimonio, cui incumbat, marito, & ejus hæredibus, an verò ipſi mulieri.*

34 *Actore non probante, reus abſolvendus eſt.*

35 *Magis communis opinio eſt, quod onus probandi eam acquiſiviſſe, vel habuiſſe conſtante matrimonio ipſi uxori incumbat.*

36 Text. in l. etiam, C. de donat. int. vir. & uxor. *ponderatur.*

37 *Filiam-familias nuptui traditam, non eſt veriſimile adminiſtrationem rerum patris habuiſſe, neque aliquid præter dotes acquiſiviſſe.*

38 Fontanell. *eſt oriundus Epiſcopatus Gerundæ.*

39 *Si vir moretur cauſa nuptiarum in manſo uxoris, cujus domina, & proprietaria, niſi maritus probet, de ſua propria pecunia emiſſe, vel acquiſiviſſe, præſumitur rem acquiſitam fuiſſe de fructibus ejus, cujus erat manſum, etiamſi inſtrumentum eſſet in beneficium viri.*

40 *Mulieri dicenti, aliquid acquiſiviſſe ante matrimonium, incumbit onus hoc probandi.*

41 *Qui ante factum dicit, probare debet.*

42 *Quæſita à Prælato, ſi aliud non probetur, acquiſita præſumuntur de bonis Eccleſiæ poſt adeptum beneficium.*

43 *Uxor & Beneficiatus in materia acquiſitionis æquiparantur.*

44 *Quando traducitur mulier ad domum viri communiter ſolet fieri inventarium bonorum ipſius mulieris, & ideò omne id, quod in inventario non reperitur, præſumitur fuiſſe quæſitum conſtante matrimonio.*

45 *Inventarium, quando mulier ad domum viri traducebatur antiquitus ſolebat fieri per libellum, à marito ſubſcriptum, hodie verò fit per inſtrumentum, quod vocant dotale.*

46 *Limitatio ad* l. Quintus Mutius, *quando mulier induſtrioſa, intelligitur quando artem mechanicam exercuiſſet, vel de propria ſua pecunia negotiaſſet, ſecus autem quando ſors eſſet mariti.*

Pro Hæredibus Illuſtr. Marchioniſſæ Capurſi, cum Illuſtr. Duce Turris majoris, & Marchione Caſtri novi.

CONSULTATIO XLIV.

EX matrimonio contracto inter Marchionem Capurſi, cum D. Iſabella de Tolfa ortæ fuerunt Illuſtr. Marchioniſſa Capurſi primogenita, & Illuſt. Marchioniſſa Lavelli ſecundogenita, cùmque dicta D. Iſabella ad ſecundas convolaſſet nuptias cum Illuſtri Duce Turris majoris, cum dote ducatorum quinquaginta mille, & ex hoc matrimonio ortus fuiſſet Illuſtris Marchio Caſtri novi, ipſum in ejus ultimo teſtamento hæredem univerſalem inſtituit, quapropter orta lite inter dictas Sorores, & dictum Illuſtr. Marchionem, inter alia contingit dubitari, ſi animalia baccina, pecorina, & alia hujuſmodi valoris duc. decem mille in dotem data ſecundo viro, quæ fuerunt quæſita per dictam Dominam Iſabellam conſtante matrimonio cum dicto Marchione Capurſi, ejus primo viro, dictis filiabus ex dicto primo matrimonio erunt reſtituenda una cum fructibus, ſive eorum pretium cum intereſſe, & in facto nonnullæ fuerunt productæ probationes ad demonſtrandum fuiſſe propria primi viri, quæ ære alieno gravatus prædicta animalia, & alias induſtrias fieri voluit ſub nomine uxoris, ut eas defenderet adverſus creditores.

Verùm circumſcripto facto, quando nullæ adeſſent probationes, adhuc judicandum puto pro filiis
primi matrimonii, ex vulgata diſpoſitione text. in l.
*Quintus Mutius, ff. de donat. int. vir. & * uxor. & l.* 1
etiam C. eod. tit. cum ſuis concordantibus, in quibus
juribus apertè ſtatuitur, quod ſi non demonſtrat
mulier, unde habuit, exiſtimari debet, ea ex bonis
viri ad ipſam perveniſſe, ad finem ut evitetur ſuſpicio turpis quæſtus.

Quem ſcopulum cupiens pars evitare conatur,
prædictorum jurium diſpoſitionem pluribus modis
limitare, & Primò, quod hæc ſuſpicio turpis quæſtus
non poteſt præſumi in perſonis, * nedum nobilibus, 2
ſed tantæ qualitatis, prout ſunt iſti Domini, ut omnes ſciunt, & ſic prætendit limitare regulam prædictam, ut ea non procedat in magnis Dominis, * ve- 3
rum prædicta limitatio in jure non fundatur, quia
nedum non adducit Doctorem hoc dicentem ſed
omnes ferè, qui hanc materiam ex profeſſo tractant,
& alias ampliationes, & limitationes adducunt, non
auſi fuerunt talem limitationem afferre, prout habetur ex *Sylva Nuptiali ll. 4. verſ. eſt nubendum, nu.*
20. *cum ſeq.* Jo. Lupus *in repet. rub. de donat. int. vir. & uxor. cap.* 60. *fol.* 146 *num.* 1. Alciat. *de præſumpt. reg.* 3. *præſumpt.* 26. Aretin. *conſ.* 31. Ant. Gabr. *comm. concluſ. l.* 1. *tit de præſumpt. concluſ.* 15. ubi plures ampliationes, & limitationes affert, Maſcard. *de prob. concluſ.* 30. ubi etiam ampliationes, & limitationes adducit, Carpan. *ad ſtatut. Mediol. cap.* 269. *nu.* 16. *&* 21. ubi ferè omnes ampliationes, & limitationes ſimiliter colligit, Covar. *in cap.* 1. *de teſtam. num.* 6. Cremenſ. *ſing.* 6. incip. *tu ſcis*, Menoc. *de præſumpt. li.* 3. *præſump.* 51. ubi latè de materia, Surd. *conſ.* 196. *n.* 6. *verſ. quod verò, li.* 2. *& conſ.* 459. *numer.* 15. *l.* 4. Joſep. Ludov. *dec. Peruſ.* 12. *n* 19. *& dec.* 28. *n.* 2. *Eminentiſſimus Card. Tuſc. pract. concl. tom.* 8. *concl.* 394. Mondell. *conſ.* 191. *nu.* 8. Hieronymus de Leo *dec. Valent.*
43. *n.* 6. *l.* 1. ubi poſt Menoc. *in d. præſ.* 51. * tradit, quod 4
huic præſumptioni non repugnat, quod mulieri
damnoſa videatur, nam tùm ſubmoveat turpem ſuſ-
picionem, † magis recipienda eſt, & utilior videri de- 5
bet quod eſt honeſtius, nec dici poteſt, mulierem ex
honeſtis operibus ſibi acquiſiviſſe, cùm uxor teneatur viro operari, * *l. ſicut ff. de oper. libert.* latè Tiraq. *in* 6
l. 1. *connubiali, n.* 2. Bardell. *conſ.* 142. *n.* 2. *vol.* 2. Mantic. *de tacit. & ambig. l.* 12. *tit.* 21. *n.* 27. Chriſtoph. Martius * *examin.* 44. *per totam*, & præcipuè *num.* 12. ubi 7
quod in dubio non arbitratur, mulierem habere artem, vel induſtriam talem, cum qua ſine bonis mariti
lucrum percipere potuiſſet, cùm regulariter præpo-
ſitæ ſint mulieres curæ, cuſtodiæ, & conſervationi 8
domus, & rerum familiarium, non autem quæſtui, &
artificio alicujus momenti, & conſequenter nil eis
remanet, unde poſſint acquirere, præterquam ex bonis mariti, & ex corpore ſuo, & proinde à ſufficienti partium enumeratione credendum eſt, occaſione bonorum mariti lucrum percepiſſe, Everard. *in ſua Topic. in loco à partium enumerat. fol.* 604. ac idem tradit idem Mart. *dec* 71. *n.* 7. copioſè etiam Martius Giorb. *in conſuet. Meſſan. c.* 11. *gloſ.* 1. Ant. Fab. *in ſuo Cod. tit. de probat. diffinit.* 41. Maill. *deciſ.* 10. *num.* 3.
qui omnes ex profeſſo materiam tractant, & talem
limitationem non adducunt, immò Menoc. *in conſ.* 9
1102. *vol.*

rioc. *vol.12.* loquitur in Dominis de nobiliſſimis familiis Pia ex Comitibus Saſſuli, & Dominia Bentivolie, & de Collalto, omnibus feudatariis Imperialibus, & tamen non defendit Dominam Eleonoram Piam, niſi quia aliunde habebat, quæ eſt vera limitatio ad diſpoſitionem *dict. l. Quintus Mutius*, ut apparet ex Doctoribus ſupra adductis, & ſignanter per Martium *d. examin.* 44. *& dec.* 71. immò quod tantò fortius hæc regula procedat in magnis Dominis, habetur
10 tur * ex Cravett. *conſ.* 206. *num.* 18. & proinde potuerunt dictæ ſorores ex primo matrimonio agere pro
11 reſtitutione * prædictorum bonorum, cùm hæc actio competeret, nedum marito, ſed ejus hæredibus, Pariſ. *conſ.* 62. *li.* 2. Dec. *conſ.* 237. & alii per Menoc. *dicta*
12 *præſumpt.* 41. *li.* 3 *num.* 19. imò datur cuicunque * intereſſe habenti, Faber *in ſuo C. li.* 4. *diffin.* 36 Menoc. *ubi ſupra num.* 20. Mart. *dict. exam.* 44. *nu.* 6. *& nu.* 8.
13 probat, † quod datur, nedum adverſus uxorem, ſed etiam adverſus ejus hæredes, & ſucceſſores, Menoc. *d. præſ.* 31. *n.* 10.

Secundò, pars dicit, quod quatenus prædicta aliquam haberent difficultatem, quod actio rei vendicationis non fuit bene propoſita, cùm non competat hæredibus viri, ſed tantum datur actio ad pre-
14 tium, * dato enim pro vera opinione, quod præſumatur quæſitum ex bonis viri, tamen res empta erit in dominio uxoris, nec viro, vel ejus hæredibus datur actio ad rem vendicandam, ſed ad pretium, quo fuit res illa empta, ex doctrina *Bart.* communiter ſequuta in *l. ſi tempora, C. de ſid. inſtrum, & jur. haſt. fiſc. l.* 10. & eſt *text. in l.* 1. *& l. multum intereſt C. ſi quis alter. vel ſibi* Joſeph. Ludov. *dict. dec.* 12. *n.* 23. qui ita judicatum refert Fab. *in ſuo C. d. li.* 4. *titul.* 34. *diffin.* 9. cum aliis apud *Sylv. nupt. in* 9. *limit.* Port. Imol. *concl.* 14.
15 *lim.* 4. * Addit Mandel. *d. conſ.* 191. *lit.* B. Hier. de Leo *d. dec.* 43 *nu.* 1. qui tamen dixit, quod hoc ſecus eſt in Regno Valentiæ ex *for.* 3. *de donat. inter vir. & uxor.* ubi in omni caſu mulier viro acquirit, & ideò quamvis mulier nomine ſuo emat, tamen dominium ipſo jure marito acquiritur, & ita fuiſſe ibi judicatum refert.

Quæ quidem limitatio, ſive potius regulæ declaratio, quamvis ſit in ſe vera, tamen non eſt applicabilis ad caſum, nulla enim res ab uxore empta fuit judicio rei vendicationis petita, nec apparet ab ea aliquam rem particularem fuiſſe emptam, verum hic agitur de animalibus, aliiſque induſtriis, & mercaturis factis per Notarium Simeonem Lombardum, & poſtmodum per Matthæum de Angelillo ſub nomine ipſius quondam Marchioniſſæ D. Iſabellæ & quod
16 dicitur de actione † ad pretium rerum emptarum ab uxore, intelligi poteſt de rebus ſtabilibus, vel mobilibus, quæ reperirentur tempore judicii, non autem de illis rebus, quæ mercaturæ cauſa hodie emuntur, & cras venduntur, immò hoc caſu contrarium videtur decidendum eſſe, nam ſi mulier reperitur aliquid habere ultra dotem, præſumitur quæſitum
17 ex bonis * ipſius viri, niſi contrarium doceat, prout ultra ſuperiùs allegata habetur per Harthm. Harth. *tit.* 33. *de dote, obſervat.* 10. *num.* 5. quem refert, & ſequitur Arnold. Reyger. *in apoſtilla* ad Minſynger.
18 *cent.* 2. *obſervat.* 92. & * quidem hæc ſubtilitas actionis ad pretium, ſeu rei vendicationis parum referret, in hoc caſu, cùm quando alia bona uxoris non adeſſent, in ſubſidium daretur rei vendicatio marito ad ipſam rem, ſecundum Abbatem, & alios in *c.* 1. *in fin. de donat. inter vir. & uxor.* prout eum intelligit Cacheran. *dec. Pedemontana* 140. *ſub nu.* 9. *verſ. præterea in fine.*

Ruſſus, neque ſumus in caſu quo uxor emit, ſed tertius, qui erat etiam Æraetius, & Vaſſallus Marchio-
19 nis viri, * & id, quod dixit Bart. & cæteri, qui ipſum ſequuntur in *dicta l. ſi tempora*, locum ſibi vendicet, quando conſtat, uxorem emiſſe tempore matrimonii, vel infra annum luctus, ſecus tamen quando ſumus in dubio, ſi mulier emit, nec ne, ut poſt *Ubertum de Bobio, & Albericum in d. l. etiam, C. de donat. inter vir. & uxor.* ita explicat limitationem prædictam *Alciat. d. tract. de præſumpt. reg.* 3. *præſump.* 26. *n.* 14.

Tertia affertur limitatio *ad d. l. Quintus Mutius* quando uxor emit viro ſciente, & patiente, nec aliquid † ab ea prætendente, ex illa enim ſcientia, & ta- 20
citurnitate ceſſare dixit præſumptionem *d. l. Quintus Mutius*, & magis videtur, rem eſſe uxoris pecuniam expendentis, ut habetur ex eadem *Sylva Nuptiali ubi ſupra*, *in* 4. *limitatione*, Mandell. *ubi ſuprà num.* 9. Hier. de Leo *dict. deciſ. Valen.* 43. *nu.* 8. Mart. *dict. deciſ.* 71. *nu.* 36. Ant. Fab. *d. diffinit.* 41. *in fin.* cum aliis per eos adductis, verum nec dicta limitatio poteſt applicari. Primò, quia deficit factum, cùm non ſit verificata, neque appareat aliqua emptio ab uxore * facta ſciente, & patiente viro, neque adeſt ali- 22
que viri confeſſio, quam de jure requiri dixerunt Doctores, hanc opinionem ſectantes, ut habetur ex Menoc. *præſumpt.* 51. *lib.* 6. *num.* 27. *&* 28 Mandell. *dict. conſil.* 191. *num.* 9. neque quando adeſſet, ſufficeret † ad obtinendum, cùm opinio prædicta non ſit tuta ſed ſatis controverſa, & contrarium voluerunt *Bart. Bald. Franc. Aret.* & alii, quos refert, & ſequitur *Maſcard. de probat. concluſ.* 30. *nu.* 6. & ideò *Hercules Mareſcot. lib.* 2. *var. c.* 80. *& Fontanell. de pact. nupt lib.* 2. *clauſ.* 6. *gl.* 3. *part.* 15. *n.* 33. dicunt, quòd ſi vir perſeveravit in eadem voluntate, uſque ad mortem † tunc habetur, ac ſi rem taliter emptam uxo- 23
ri donaſſet, & ſic volunt, requiri nedum viri patientiam, vel conſenſum, ſed quod in eo perſeveret, uſque ad mortem. * Verùm neque hoc ſufficere, ſed 24
quod requiratur veriſimilitudo, ut puta quod mulier habuerit aliundè bona, ex quibus lucrata fuerit, ut poſt *Maſcard. concluſ.* 363. *in princ.* tenuit *Anton. Monacus dec. Lucenſ.* 25. *nu* 79. *&* 80. *uſque ad* 86. alias citra veriſimile hujuſmodi * confeſſiones valde ſunt 25
ſuſpectæ, idem *Maſcard. concluſ.* 214. *cu. quarta & concluſ. trigeſim. numero* 6. *cum ſeqq.* & quod hæc præſumptio, * quod ſit de bonis viri, ſit 26
benignior, & ideò potentior, Menoc. *de præſump. lib.* 2. *quæſt.* 29. *num.* 5. & hanc etiam opinionem latè fundavit † de Pont. *de poteſtat. Proreg. titul. de diverſ.* 27
proviſion. §. 1. *nu.* 7. *&* 8. *fol. mihi* 499. ubi dicit quod opinio *Joan. de Platea & Salic.* ſequuta à *Menoc. dict. præſumpt.* 51. *lib.* 3. *num.* 27. & aliorum ab ipſo relatorum, quod ſi mulier viro præſente, & tacente, contraxerit, vel expreſſe confitenta, rem fuiſſe emptam de pecunia uxoris, non habere locum regulam *d. l. Quintus Mutius*, non videtur ſibi vera, ea ratione, * quia adverſatur communi concluſioni, quod 28
confeſſio facta inter perſonas aliàs contrahere prohibitas, nihil valet, ex *text. in l. qui teſtamento, ff. de probat. & in l. ſi fortè, ff. de caſtrenſ. pecul.* ubi Bart. *& idem Bart. in l. ſi donatione, C. de collat.* quia hoc modo induceretur * per indirectum donatio inter virum, & 29
uxorem, quæ ſicuti eſt de jure expreſſè prohibita, ita nec tacitè confitendo, rem eſſe emptam de pecunia uxoria, & reſpondet ad rationem adductam à *Menoc. in loco* proximè citato, dum dicit, quod ex ipſa confeſſione mariti tollitur ſuſpicio turpis quæſtus, quia ſi confitendo donare intelligitur, * concluditur, 30
confeſſionem non præſumi veram & propterea firmat, quod niſi adſint aliæ præſumptiones, ex quibus colligatur, mariti confeſſionem eſſe veram, dicendum eſt, confeſſionem non valere, prout tenuerunt Salic. *in l. ſi mater C. de contrahen. empt.* Pariſ. *in conſil.* 62. *n.* 5. *vol.* 1. Aret. *in conſ.* 31. & fuit opinio *Bart. in l. ſi divortio* 21. *ff. de verb. obl. & in l.* 2. *§. creditum, ff. ſi cert. petat.* ubi etiam Bald. *& in l. cum quis decedens*, *§. Titia. ff. de leg.* 3. Alex. & Aret. *in d. l. divortio*, Soc. *in l.* 1. *fin. ff. ſol. matr.* Bald. *novel. de dote*, *in* 10. *part. col.* 6.

Quorum contrariorum timore *Alciat. d. reg.3.præſumpt. 26. Jacobus, Philippus Portius in commun. opin. concluſ. 24. limit. 5.& Gabr. commun opin. lib.1. tit. de præſumpt. concluſ. 15.n. 16.*diſtinxerunt plures caſus,
31 & primus, quando mulier emit viro præſente,& tacente, vel confitente, pecuniam eſſe uxoris, de quo ſuprà proximè verba fecimus, & habetur etiam ex *d. Sylva nuptial. ubi ſupra, in 3. limit.* & per *Mart. in d. dec. 72. n. 36.* Joſeph. Lodov. *ubi ſupra, n. 22.* Secunda, quando maritus emit, aſſerendo emere de pecunia uxoris, & tunc dicit quod talis confeſſio nihil operatur, quia præſumitur ſimulata, & facta, quia potius voluit maritus jure prohibente donare, *Alc. in d. præſump. 26 in 10. declarat. Rum. conſil. 44. vol. 5.* Tertius eſt caſus, quando ex hoc reſultaret tertii præjudicium, qui etiam poteſt opponere de diſpoſitione *d. l. Quintus Mutius*, Anton. Merend. *controv. juris lib. 16. cap. 11. tom. 3.* Et quamvis nullus ex dictis caſibus, eum caſu, de quo agitur, conveniat, quia nec mulier emit, nec unquam maritus fuit præſens prout in primo caſu, nec maritus emendo confeſſus fuit, emiſſe de pecunia uxoris, & in ſecundo caſu neque agitur intereſſe tertii, tamen nec diſtinctio
32 prædicta eſt tuta, & propterea * non placet Menoc. *d. lib. 3. præſ. 51.* qui parificando caſus prædictos contrarium tenet, ut *num.* 29. 30. & 31.

Sed adhuc erit videndum, cui incumbat onus probandi, fuiſſe ante, vel poſt matrimonium quæſita prætendit pars adverſa, quod hoc onus incumbit hæredibus primi viri, ſiquidem iſta præſumptio, fuiſſe de bonis viri quæſita, procedit quando con-
33 ſtante matrimonio, †vel infra annum luctus quæſita fuerunt, ut ſupra diximus, & probatur *d. l. etiam, C. de dona. inter vir. & uxor.* quia cùm *text.* dicat, de quæſitis tempore matrimonii, oritur certa concluſio, quod vir, ſive ejus hæres fundat ſuam intentionem ex tempore, quod ſint quæſita poſt matrimonium, & non ante, nec poſt, cùmque ſit fundamentum intentionis actoris ſequitur quod ipſe debet probare, aliàs reus abſolvitur, juxta vulgatam regulam, actore non probante reus eſt abſolvendus, quod
34 etiam probatur ex † *text. in l. matrem tuam, C. de probat. in l. 2. C. de petit. hæred. & l. non ſolum, §. ſed, ut probari*, ubi Bart. *ff. de nov. oper. nunciat,* & Bald. *in l. ſi uxorem, C. de cond. inſert. glo. ordinaria in clem. de reſcript.* & ſimile dicitur in Prælato Eccleſiæ, qui in hoc uxori parificatur, ut per DD. *in c. 1. de pecul. cleric.* Abb. *ibid. in fin. & ibi etiam,* Ant. de Butr. qui dixit, quod quando dubitatur, ſi res quæſita per Clericum ſit quæſita antè, vel poſt adeptionem beneficii Eccleſiæ, quæ dicit, eſſe quæſitam poſt adeptionem, debet hoc probare, aliàs præſumitur pro hærede Clerici poſſidente, & ait, ita eſſe intelligendum *text. in cap. 1. 12. quæſt. 4.* & hoc argumento utitur etiam *Franciſc. de Aret. conſ. 31. ſub n. 1. idem Mart. d. exam. 44. n. 35.* Salic. *in d. l. etiam.*

35 Verùm in contrarium eſt communis opinio,*quod imò mulieri hoc onus incombit, eam acquiſiviſſe, vel habuiſſe ante matrimonium, prout ſententia *Uber. de Bobio* dixit *Alber. in d. l. etiam, Bod. de donat. int. vir. & uxor.* quod probatur, quia *in d. l. Quintus Mutius* hoc non dicitur, quia ex illa tantum habetur regula, quòd præſumitur de bonis viri acquiſi-
36 viſſe, † niſi aliud probetur, ex *text.* verò *in d. l. etiam,* quamvis habeatur, quod iſtud eſt verum de tempore matrimonii contracti, non tamen per hoc infertur, quod ſi mulier dicat, quæſiviſſe antè, quod ex hoc tranſferat onus probandi in maritum, vel ejus hæredes, fuiſſe quæſita tempore matrimonii, ſed illud, quod ex dict. *text.* elicitur, quod ſi mulier probat acquiſiviſſe, & habuiſſe antè matrimonium, ceſſat regula *d. l. Quintus Mutius*, ex quo ſimpliciter præſumitur, fuiſſe de bonis viri quæſita, & ſic fuiſſe quæſita tempore matrimonii, & non antè, quod

probatur, * quia non eſt veriſimile, quod filia-fami- 37
lias, quæ tempore, quo fuit nuptui tradita, adminiſtrationem rerum patris non habuit, neque aliquid ex bonis patris, præter dotem acquiſivit, poſſit ultrà dotem aliquid habere, ex quibus hanc etiam opinionem ſequutus fuit Franciſ. de Aret. *d. conſ. 31. num. 5.* optimè *Joannes Lupus in repetit. cap. per veſtras, de donat. inter vir. & uxor. §. 60. num. 10.* Covar. *in cap. 1. num. 6. de teſtam.* quo refert, & ſequitur Menoc. *d. præſumpt. 51. numero 21.* Jacob. Philipp. *in dict. concl. 14. in ult. ampliat, verſ. extende etiam, quod in dubio,* cum aliis innumeris allegatis per Merend. *controv. jur. d. lib. 16. cap. 11. num. 6. tom. 3.* & per Fontanell. *de pact. nupt. dict. clauſ. 7. gloſ. 3. par. 15.* referendo conſue- 38
tudinem Epiſcopatus Gerundæ, ex quo ſe oriundum aſſerit, contrariam juri communi * quòd ſcili- 39
cèt ſi vir intret cauſa nuptiarum in manſo uxoris, cujus ſit domina, & proprietaria, quod niſi maritus probet, de ſua propria pecunia emiſſe, vel acquiſiviſſe, præſumitur rem acquiſitam fuiſſe de fructibus manſi, & propterea in beneficium uxoris, cujus erat manſum, etiam ſi inſtrumentum eſſet in beneficium viri tantùm, & ita judicatum refert in anno 1588. in illo Senatu, & confirmatum in anno 1594. & hoc ex iſta tantùm juris præſumptione, quod præſumitur acquiſitum fuiſſe ex fructibus manſi, hoc idem habetur ex Boër. *deciſ. 81. num. 2. cum ſeq.* quæ conſuetudo poteſt fundari, quia maritus nihil habendo de bonis ſuis, intrat in manſo uxoris, & proindè de bonis illius præſumitur fuiſſe lucratus, quando verò mulier intrat in domo viri, quamvis habeat dotem, ipſa nihil habere poteſt cùm fructus dotis ſint ipſius viri, *l. doce ancillam, Cod. de rei vendic.* cum *ibi* notatis.

Quod quidem & optimis probatur rationibus, quia cùm mulier dicat, †ſe habuiſſe, vel acquiſiviſſe 40
antè matrimonium, ipſi incumbit onus hoc probandi, *Chriſtoph. Mart.* ubi *ſupra n. 42. examin.* 44. & qui antè factum dicit, probare debet, *l. quotiens, Cod. de rei vendic.* † & id, quod diximus de Prælato 41
Eccleſiæ, contrarium eſt verius, quia quæſita à Prælaro, * ſi aliud non probetur, acquiſita præſumuntur 42
ex bonis Eccleſiæ, & ſic poſt adeptum beneficium, prout poſt *Innoc,* Jo. Andr. *& alios Canonic.* probat. *Jo. Lupus in d. repet. rubr. de donat. int. vir. & uxor. dict. §. 60.* & idem etiam tenuit Bald. *in auth. licentiam, Cod. de Epiſc. & Cler.* & teſtatur de communi Corn. *in conſ. 88. vol. 2. & conſ. 288. & 314. col. 4.* & opinionem prædictam comprobat Gulielm. Redoan. *de ſpoliis Eccleſiaſt. in §. quod dicendum, num. 33. in 14. vol. tractat.* & quod uxor, & beneficiatus in iſta materia æquiparentur, ut ſupra diximus, tenet Boërius 43
dict. dec. 81. n. 6. Joann. Lupus *dict. §. 60. & Mart. in d. exam. 44. n. 41.*

De Doctoribus autem in contrarium allegatis non eſt habenda ratio, quia perfunctoriè loquuntur imò Alberic. contrarium tenet, ut ſupra diximus, & licèt *Salicet.* etiam perſunctorie loqnutus, hanc videatur tenuiſſe opinionem, tamen nullam mentionem fecit de *Ubert. de Bobio, Alberic.* & aliis contrarium tenentibus, ut optime advertit *Jo. Lupus, ubi ſupra, Alciat.* verò Doctores pro utraque parte affert, ſed tandem hanc noſtram admittit opinionem in eo caſu, quando mulier nihil habere potuit ante matrimonium ultra dotes, prout in caſu præſenti, in quo iſta mulier erat virgo, imò quando non † con- 44
ſtat per inventarium, quod communiter fieri ſolet, quando mulier in domo viri traducitur, ubi deſcribuntur omnia ejus bona, & ideò quando non conſtat per dictum inventarium, bona eſſe uxoris, tunc præſumendum erit, fuiſſe acquiſita conſtante matrimonio, *Jo. Lupus d. §. 60. ſub num. 28. verſ. ita ergò dicamus,* ubi plures allegat, *Cacheran.* etiam qui in contrarium adducitur *in deciſ.* 240. hoc non dicit,

ſed

ſed tantùm fundat, dominium viro acquiri, & ita etiam videtot loqui Maſcard. *d. concluſ.* 30. *num.* 2. & ſic opioio, qood præſumanror quæſita conſtanta matrimonio, remanet nedum juri, & æquitati conſona, ſed Doctorum aothoritatibus comprobata.

Et quidem certum eſt, qood mulier quando ad domum viri traducitur, ſolet fieri inſtiumenrom dotale, in quo enunciantur omnia bona uxoris ad
45 domum * viri traducta, quod ſi antiquis temporibus ſolebat fieri per libellum à marito ſubſcuptum ut per *Antonium Merendam*, qui alios affert *d. lib.* 26. *controv. jur. cap.* 21. *nu.* 8. prout etiam advertit *Jo. Lupus in loco* ſupra proxime citato, in noſtra Civitata ſolet fieri dictum inſtromentum dotale pro cautela uxoris, per quod cautelatur mulier da dotis receptione, & io eo deſcribuntor omnia etiam minima, quæ præter dotem per oxorem ad viri domum traducontur, prout ita obſervari omnes ſciunt, cùm itaque non appareat, D. Iſabellam præter dotem alia bona habuiſſe, ſequitur quod omnia de bonis viri quæſita præſumantur conſtante matrimonio.

Et demum nec obſtabit limitario ad dictam *l.*
46 *Quintus Matius* * de uxore induſtrioſa, vel quæ aliquam exercuit mercaroiam, nam quicqoid acquirit ex illo negotio, erit uxoris, & ejus hæredum, ceſſat enim præſumptio, quæ reſultat ex *d. l. Quintus Mutius*, quia opinio prædicta, quatenus eſſet admittenda, cùm in coutrarium faciat, quòd mulier teneatur viro operari, *l. ſicut*, *ff. de oper. libert.* & ideò contrarium tenuit *Joan. Petr. Ferrar. in ſua pract. Papienſ. in forma libelli quo uxor agit ad dotem, in verb. tanquam bona paraſernalia*, & dubiam eſſe opinionem prædictam dixit Alciat, *in d. præſumpt.* 26. *num.* 11. qui propterea illas conciliando dixit, dicta per *Bald.* & alios, qui prædictam opinionam tenuerunt, procedere quando oxor aliquam artem mechanicam exercoiſſet, vel de ſua propria pecunia negotiaſſet, ſequitur *Martius ubi ſupra*, *num.* 48. *& deciſ.* 71. *n.* 26. *Epiſt. Ricc. collect. deciſ.* 190. *Reg.* Sanfelic. *dec.* 147. *num.* 7. ſecus autem, quando ſors eſſet mariti, cum qua mulier oegotiata fuit, quia tunc præſumitur, mulierem potius nomine mariti negotiatam fuiſſe, & eidem marito lucrum, qood ex illa negotiatione pervenit, acqoiritur, ut ex *Bald. Alciat. & Ludov.* probat *Alex. Trentacinq. var. reſolut. l.* 1. *tit. de patr. poteſt. reſol.* 1. *in fin.* & in terminis, relatis omnibus opinionibus, & DD. authoritatibus probavit Menoc. *in d. præſumpt.* 52. *num.* 34. videndus, quia terminat cauſam, cùm enim non ſit probatum, ante matrimonium D. Iſabellam aliqoid extra dotes habere, & induſtriæ ſint factæ ab ærario ipſius Marchionis, qui, ut ſupra diximus, ut ſe defenderet à creditoribus, quibus oneratus erat, ea fieri in faciem uxoris voluit, ſequitur ergò, hæredes ipſius eſſe condemnandos ad beneficium modernæ Marchioniſſæ filiæ, & hæredis Marchionis Capurſi primi viri.

Partes, quia etiam inter ipſas alia orta erant lites, & controverſia, ad concordiam devenerunt.

OBSERVATIO IN CONSULT. XLIV.

ARGUMENTUM.

Bona an in dubio cenſeantur mariti, vel uxoris, & cui incumbat onus hoc probandi, uxori ne, aut hæredibus mariti talia bona petentibus? Adducuntur *Doctores* explicantes *Text. in l. Quintus Mutius, ff. de donat. inter vir. & uxor.* & inter hos *Tiberius Decianus in eleganti reſponſ.* 47. *lib.* 2. quod reſumitur. Uxor defuncto viro ſuperſtitibus liberis communibus ſi tranſivit ad ſecunda vota, an amittat proprietatem rei ſtabilis per primum virum emptæ nomine ipſius uxoris aſſerentem pecuniam illius; dum pretium præſumitur de pecunia viri ſolutum, & per mortem confirmatur donatio inducta per emptionem. Quid ſi adeſſent præſumptiones pro uxore bona extradotalia habente; Vel de nobiliſſima familia. *Conſultatio* 44. *Reg. Latr.* noviſſimè expenditur per *Authorem in Metamorphoſ. boner. legal. ex hunubat. qu.* 135. Concubina an præſumatur acquiſiviſſe ex bonis amaſii ad evitandum turpem quæſtum? Cum aliis.

SUMMARIUM.

1 Text. in l. Quintus Mutius, ff. de donat. inter vir. & uxor. *explanatur per* Decium. *cujus reſponſum reſumitur.*
2 *Uxor probare debet bona ſua eſſe, aliàs mariti præſumuntur, & an idem procedat ſoluto matrimonio.*
3 *Quid ſi acquiſiviſſet nomine proprio.*
4 *Quid ſi uxor negaret talia bona fuiſſe acquiſita conſtante matrimonio.*
5 *Domus, in qua maritus, & uxor habitant, præſumitur mariti, ſi non conſtat, cujus ſit.*
6 *Actore non probante, Reus abſolvitur; & quid ſi Reus ſuſciperet in ſe onus probandi, & non probaret?*
7 *Allegans exceptionem à regula, illam probare debet.*
8 *Pronunciandum ſemper eſt pro regula, niſi contrarium probetur.*
9 Res *certa dicitur eſſe pro eo, qui habet regulam pro ſe.*
10 Reus, *& Actor ſi probarent, pro quo ſit judicandum? Et quid ſi probationes Actoris in aliquo excederent probationes rei?*
11 *Conjuges ſi habitent in una, eademque domo, & dubitatur, cujus ſint mobilia, quæ reperiuntur, quid judicandum.*
12 *Poſſidens domum, præſumitur poſſidere etiam mobilia, quæ in illa reperiuntur.*
13 *In dubio pro poſſeſſore judicandum.*
14 *Intellectus* Text. in l. Quintus Mutius.
15 *Fundans ſe in tempore, debet illud probare.*
16 *Clericus in dubio an videatur acquiſiviſſe ante, vel poſt beneficium?*
17 *Uxor quicquid acquirit, præſumitur quæſiviſſe de bonis mariti; Ità Prælatus de bonis Eccleſiæ.*
18 *Præſumptio una tollit aliam.*
19 *Uxor, quæ dicit certa bona ſua eſſe, ſi id conjecturis conſtet, an poſſit jurare in ſupplementum probationis?*
20 *Obſervantia mariti erga uxorem, quando ſpectetur.*
21 *Uxor defuncto viro, ſuperſtitibus liberis communibus, ſi tranſivit ad ſecunda vota, an amittat proprietatem rei emptæ per priorem virum nomine ipſius uxoris aſſerentem pecuniam illius?*
22 *Confeſſioni mariti an ſtandum?*
23 *Pecunia præſumitur viri numerantis.*
24 *Ad evitandum turpem quæſtum, res præſumitur quæſita de pecunia viri.*
25 *Quid in mulieribus nobiliſſimis.*
26 *Quando inducatur donatio.*
27 Text. in l. fœminæ, C. de ſec. nupt. *quando locum habeat.*

28 *Uxor*

28 *Uxor qualiter oſtendat rem ſua pecunia emptam.*
29 *Rei vindicatio an competat hæredibus viri.*
30 *Reſolutio quæſtionis.*
31 *Concubina an præſumatur quæſiviſſe ex bonis amaſij.*

1 BOna an in dobio cenſeantur mariti, * vel uxoria, & cui incumbet onus hoc probandi, uxori ne, an hæredibus maſiti talia bona petentibus? Super hac controverſio frequenter ollegatur vulgotuo *Text.* ia *l. Quintus Mutius, ff. de donat. inter vir. & uxor.* ad cujuo *text.* explanationem loborat *Reg. Latr. in præſenti Conſult.* 44. & denuò in *Conſult.* 54. & ante eum pleoiſſimè *Tiberius Decianus in conſ.* 47. *per tot. vol.* 2.

2 In prænarrata controverſia prima fronte videtur præſumptionem ſtare pro hæredibus petentibus bona, & quod ſi mulier diceret aliqua bona ſua eſſe, id probare tenetur, ex regula, quod omnia bona præſumuntur moriti, & oon uxoris, niſi contrarium probetur per uxotem ad evitendam ſoſpicionem turpia quæſtus, *cit. l. Quintur Mutiur.* Quæ regula videtur procedere, nedum in acquiſitia conſtante matimouio, ſed etiom eo ſoluto, *Alexand. conſ.* 40. *vol.* 3. *Decian. cit. reſponſ.* 47. *numero* 1.

3 Immò * regula hebet locum, etiamſi mulier acqoiſiviſſet bona nomine ſuo proprio, licèt dominium eorum ſibi acquiſiviſſet, *l. ſi ex ea, C. de rei vindic.* & nototur in *l.* 1. *& l. multum, C. ſi quis alteri, vel ſibi*, & refunderet pecuniom, quam præſumitur, (ut dictum eſt) habuiſſe de bonia viri, poſſet maritus, & ejuo hæredes rem ipſam emptam retinere in ſubſidium, *l. ſi ut proponis, C. de rei vindic. l. uxor marito, ff. de donat. inter vir. & uxor. Decianus num.* 2.

4 Et *Aretin. conſ.* 31. tenet, quod etiamſi * mulier neget bona, de quibus agitur, fuiſſe acquiſita conſtonte mattimonio, quod tamen ſtot præſumptio pro marito, & onus probendi contrarium incumbit uxori, quod ſcilicèt illa bono ante motrimonium hobuerit, & idem tenet *Curt. ſen. conſ.* 03. *n.* 2. & eſt pulchta *gloſ. in cap. ſint manifeſtè, in verſ. probantur* 12. *q.* 1. quæ vult, quod quando uxor utitur promiſcuè rebuo ſuia, & moriti, & ſic confuſa ſunt bona ipſo, tenetur probare, quud res, de quibus agitur, ſuerint ſuæ.

5 Ideò inferunt † *Imol. & Roman. in l. qui jure, ff. de acquir. poſſeſ.* quod domus, in qua moritus, & uxor habitant, in dubio præſumitur mariti, ſi liquidò non conſtet, cujus ſit; & tradit etiam *Fulgoſ. conſ.* 198. *Cravett. conſ.* 81. *vol.* 1. *Decian. n.* 4.

6 Cæterùm *Decianur* † præſatia conſiderationibus non obſtantibus, contrarium reſpondir in ſua facti ſpecie ex ſequentibus rationibua, ut à *num.* 5. Primò, quio nota eſt tegula, quod Actute non probante, Reus eſt obſolvendua, cùm ei, qui dicit, incumbot onus probandi, *l. qui accuſare, C. de edend. l.* 2. *ff. do probat. l. actor, C. eod. cap. inter dilectos in fin. de fid. inſtrum. c.* 1. *ut Eccleſiaſtica beneficia, c. ult. de jur. jur. cap. ex literis de probat.* Immò etſi Reua ſuſciperet in ſe onua probandi, & non probaret, propter hoc nun deberet condemnari, ſed retineret prærogativom rei, & abſolvendus eſſet, ex quo Actor non probavit, juxtà *gloſ. in l. circà, ff. de probat.* & notat *Salycet, ia l.* 2. *C. de probat. Dec. conſ.* 517. *num.* 7.

7 Cùm ergò * hæredes mariti petant bona iſta, ſequitur ex prædicta regula, quod ipſio onus probandi, quod fuerint mariti, incumbat; nom mulier, contra quam petunt bona, hebet pro ſe regulam prædictam, & per conſequens ſundotam intentionem; Et qoi exceptionem allegot à tegula, probare illam debet, *gloſ. in l. omnis diffinitio, ff. de regul. jur. & in rubric. extr. eod. tit. in* 6.

8 Undè dixit *Bald. in cap. de * alienat. judic. mutand. cauſ. fact.* qood ſemper ſecundum regulam eſt pronunciandum, niſi contrarium probetur, ex notatio in *l. qui reſtituere, ff. de rei vindic.* & notatio per eundem *Bald. in l ſi tutor, in fin. C. do commun. ſerv. manumiſſ.* & probat *Text. in l. ab ea parte, ff. do probat. & in l. ſum quoque, verſ. puto generaliter, ff. do hered. inſtit.*

9 Et ſubdit *Bart. in l. quoties, ff. ſi quis caut.* * quod res dicitur eſſe certa pro eo, qui habet regulam pro ſe. *Siguorol. conſ.* 22. *num.* 9. *Corn. conſ.* 004. *in princip. vol.* 3. *& conſ.* 303. *vel.* 4. *Decian. num.* 8.

10 Secunda ratio, quia etiam * ſi uterque probaſſet, tamen in dubio pro ipſa rea judicandum forent, *l. favorabiliores, ff. de regul. jur. cap. cum ſint partium jura, eod. tit. in* 6. *cap. ex literis, de probat. cap. inter dilectos, in fin. de fid. inſtrum.* quod qoidem procedit, etiamſi probationes actoria in aliquo excederent proborìones rei; *Abb. in d. c. ex literis*, per *Gloſ. in c. Clerici*, 81. *diſtinct. Dec. conſ.* 410. *n.* 4. *& conſ.* 448. *num.* 16. *Decian. num.* 9.

11 Tertia † ratio in coſu *Decian.* oriebotur ex facto pro certo præſuppoſito, quod mulier habebat dominium domus; in qua habitaverant conjuges ſimul, & in qua reperta fuerant bona controverſa; Uodè omnia bona, & ſupellectilia reperta in domo. Immò in ſpecie ſi conjuges hobitent in una domo, & dubitatur; cujua bona ſupellectilia, ac mobilia, quæ reperiuntur in ipſa domo, *DD.* ſic diſtinguunt, quod ſi domus ipſa, quom habitabant, erat mariti, omnia bono, quæ in ipſa domo reperiuntur, præſumuntur eſſa mariti, non uxorio, niſi uxor contrarium probet, *Gloſ.* ità communiter intellecta *in l. ob maritorum, C. ne uxor pro marito.* Et tunc ait *Decian. num.* 10. quod uxor aſſerena res ipſas eſſe ſuoo, debeot hoc probare, ex *l. ſi ego, §. dotis, ff. de jur. dot.* Iſto enim caſu uxor præſumitur poſſediſſe, & poſſidere, non tanquàm domina, ſed jure familiaritatia, *l. qui jure*, ubi *Alex. ff. de acquir. poſſeſs.* Si autem dicta bona contentioſa reperiuntur fuiſſe poſſeſſa in domo uxoria; id eſt, in domo, cujus ipſa erat domina, præſumuntur oxoria, niſi moritus, vel ejuo hæredea probent per ipſum maritum, ibi aſportata fuiſſe, juxtà *text. in l. ult. ff. ut in poſſeſſ. legator.* & notat *Bald.* per illum *text. in l. ſi uxorem, col.* 2. *C. de condit. inſert.*

12 Nam eſt certa regulo, qood ille, † qui poſſidet domum, præſumitur poſſidera omnia mobilia exiſtentia in domu, cit. *l. ob maritorum*, ubi pulchrè *Bald.* hoc notat, & in *l. Titius, §. Cajus, ff. de legat.* 2. & ità uotat idem *Bald. in cap. ex parte, col.* 2. *de conſuet. Decian. num.* 11.

13 Quarta totio, quia muliere poſſidente * bona in dubio, eſt pro poſſeſſore judicondum, *l.* 1. *§. non autem, ff. de ſecund. tab. l. ſi inter*, ubi *Bart. ff. do reb. dub. Bald. in cap. capitulum, col.* 1. *de reſcript.* Iſtud enim eſt commodum poſſeſſoria, ut Advatſario non probante, Reuo ſit abſolvendus, *cap. commodum, Inſtit. de interdict. l. ult. C. de rei vind. Gloſ. in c° nulli dubium.* 12. *qu.* 5. *cum aliis*, de quibus per *Dec. conſ.* 517. *nu.* 7. *& conſ.* 564. *n.* 1. *in fin. & ſeq. & conſ.* 109. *nu.* 1. *Decian. num.* 12.

14 *Text. in cit. l. Quintus Mutius*, * variis modis limitatur per *Decian. num.* 13. *& ſeqq.* Primò, ut non procedat, neque habeat in bonis habitio per oxorem ante matrimonium; ſed tantùm procedot circà ea bona, quæ conſtante matrimonio fuerunt acquiſita, vel intra annum luctuo; non aotem circa ea, quæ ante matrimonium potuerunt acqoiri, ità in terminis ootat *Bald.* per illum *text. in l. ſuper hypothecis, C. de pignorib. & l. ſi uxorem, C. de condit. inſert. Angel. conſ.* 241. *Alexand. conſ.* 40. *nu.* 2. *vol.* 5. *Franciſc. Cremenſ. ſingul.* 6. Immò fuerunt maximæ authoritatis Interpretes, qui tenuerunt, quod licèt

licèt non conſtaret, quod uxor habuiſſet bona propria ante contractum matrimonium, quod tamen ſi uxor negat fuiſſe acquiſita conſtante matrimonio, per ſimplicem negationem transfertur onus probandi in maritum, vel ejus hæredes, quod talia bona fuerint acquiſita conſtante matrimonio, *Salicet. in l. Quintus Mutius, & in d. l. etiam, C. de donat. inter vir. & uxor.* dicens hoc fore æquum, & ſatis notandum, *Alciat. de præſumpt. regul. 3. præſ. 16. fallent. 3. Decian. n. 16.*

15 Quia cùm diſpoſitio * *l. Quintus Mutius* fundet ſe ſuper quæſitis tempore matrimonii, non autem ante, vel poſt; igitur qui ſe in illo tempore fundat, tenetur probare tempus ipſum, *l. matre tuam, C. de probat. l. 2. C. de petit. hæredit. l. non ſolum, §. ſed ut probari*, ubi *Bart. ff. de nov. oper. nunciat.*

16 Pro qua opinione facit, quod tradit * *Abb. in c. in fin. extr. de pecul. Cleric.* ubi voluit, quod quando dubitabatur, an res quæſitæ per Clericum, ſint quæſitæ ante adeptionem beneficii, vel poſt, Eccleſia, quæ dicit res eſſe quæſitas poſt, & ideò ſibi acquiſitas, debet hoc probare, aliàs præſumitur pro hærede Clerici poſſidente, quod fuerint acquiſita ante, ex *text. ſingular. cum Gloſ. in cap. 1. 12. q. 4.* & idem tenuit ante eum *Roman. ſingular. 267.*

17 Prælatus † autem in hoc æquiparatur uxori: quia ſicut uxor præſumitur acquiſiviſſe de bonis mariti, ità & Prælatus de bonis Eccleſiæ, *cap. 1. de pecul. Clericor.*

18 Secundò *Decian. n. 17. & ſeq.* declarat * *text. in l. Quintus Mutius*, ut non procedat, ubi adſunt aliæ probationes, & præſumptiones in contrarium, quod ſcilicèt uxor potuerit ipſa bona aliundè habere, puta quod ſibi donata fuerint, vel relicta à conſanguineis, vel aliis, quia una præſumptio tollit aliam, *cap. afferte, de probat. & gl. 2. in c. tenor, de re judic.* & tradit *Barbat. in c. 1. in princ. de pecul. Cleric.*

19 Et ratio eſt, quia * præſumptio eſt *l. Quintus Mucius* fundatur in hoc, quia cùm uxor non negotietur, neque ſit apta à communiter attingentibus ad acquirendum, ſi reperitur habere bona, inſurgerat præſumptio, quod turpi, & laborioſo quæſtu, & ſic per adulterium acquiſiviſſet. Sed quando apparet, quod aliundè habuit bona, ceſſat illa præſumptio; *Jo. Lup. de Palacios Rubeis in repet. rubric. de donat. inter vir. & uxor. §. 60. limit. 6. n. 19. & 20. Nevizan. in Sylv. nuptial. limit. 6. Ant. de Prato inter conſ. Alex. conſ. 134. vol. 4. Capr. conſ. 13. n. 3. Fulgoſ. conſ. 198.* ubi quod ſi concurrant conjecturæ pro uxore, quod aliundè habuerit bona, ſtabitur ejus juramento in ſupplementum probationis, quod talia bona fuerint aliundè quæſita. *Cravett. conſ. 61. n. 7. Alex. conſ. 40. col. pen. vol. 3. Alciat. d. tract. de præſumpt. 3. regul. præſumpt. 16. in 6. & 7. fall. in fin.* Et in caſu *Decian.* quia mulier habuerat à primo viro plura bona, concludit *Decianus*, quod hæredes ſecundi viri, aſſerentes bona contentioſa fuiſſe aſportata per ſecundum virum, vel acquiſita conſtante matrimonio, id probare debebant.

Denique *Decian. nu. 19.* declarat * *Text. in l. Quintus Mutius*, ut procedat, quando mulier fuit tra-
20 ducta ad domum mariti, ſecùs è contra, quando maritus fuit traductus ad domum uxoris; nam hoc caſu omnia mobilia præſumuntur eſſe uxoris, cujus eſt domus, *Salicet. in l. ob maritorum, C. ne uxor pro marit. Cravett. conſ. 61. nu. 15. verſ. tertiò dicitur.* Et ultrà rationes aſſignatas per *Salyc. & Cravett.* alia ratio traditur per *Decian. n. 19.* nempè quia licèt in dubio attendenda ſint ſtatuta, & conſuetudines mariti, *l. exigere, ubi omnes, ff. de judic.* & notant omnes in *l. cunctos populos, C. de Summ. Trinit.* tamen regula ipſa habet locum, quando vir duxit uxorem ad domum ſuam, fieri communiter ſolet, juxtà *text. in l. cum te, C. de donat. ante nupt.* ſecùs autem ſi uxor duceret maritum ad domum ſuam, ut aliquando contingit, juxtà *text. in l. ſi ignoras, C. ſol. matr.* quia tunc patria uxoris conſideranda, non mariti, ut voluit *Bald. in l. ult. C. ſi à non compet. jud.* cum aliis adductis per *Dec. conſil. 183. Marſil. ſingular. 267. Jaſ. in l. cum quadam puella, ff. de juriſd. omn. judic.*

Conjux defuncto viro ſuperſtitibus liberis * com- 21
munibus, ſi tranſeat ad ſecunda vota, an amittat proprietatem rei nomine ſuo emptam per priorem virum? Arguitur, quod ſic. Quia maritus aſſerens ſe emere ex pecunia uxoris, præſumitur illud feciſſe animo donandi, *l. ſi non verum, l. ſi filii, C. de donat. inter vir. & uxor. Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſ. 161. n. 16.* Ergò tenetur rei donatæ per primum virum reſervare pro filiis primi viri proprietatem.

Prætereà confeſſioni * inter perſonas prohibitas 22
non eſt ſtandum, niſi aliter veritas probatur, *l. qui teſtamentum, ff. de probat. l. cum quis decedens, §. Titia, ff. de leg. 3.* quæ licèt loquantur in ultimis voluntatibus, fortiùs locum habent in contractibus, *l. ex hoc edicto, §. alienare, ff. de alien. judic. mutand. cauſ. fact.*

Ulteriùs accedit * altera præſumptio ex pecuniæ 23
numeratione, etenim maritus, ſi pecuniam numeret, lex eam mariti numerantis præſumit, *l. 1. ubi Bart. ff. pro ſoc. Alciat. ubi ſup. num. 16.* ubi ampliat, etiam id procedere, ſi ipſa uxor emeret nomine ſuo, & maritus pecuniam numeret.

Accedit † prædictis, nam quidquid uxor acqui- 24
rit, præſumitur acquiſiviſſe de bonis mariti, ut turpis quæſtus evitetur, *l. Quintus Mutius, ff. de donat. int. vir. & ux. l. etiam, C. eod.*

Idque procedit etiam in perſonis * nobilibus, 25
nam cùm ſubmoveretur ſuſpicio turpis quæſtus, magis recipiendum eſt, quod eſt honeſtius, *Menoc. de præſumpt. lib. 3. & in conſil. 1102. lib. 12.* loquitur in Nobilibus de nobiliſſimis familiis Pia ex Comitibus Saſſuli, & Dominis Bentivolis, & de Collalto omnibus feudatariis Imperialibus, & tamen non defendit Dominam Eleonoram Piam, niſi quia aliundè habeat, & in magnis Dominis bene regulam procedere habetur, ex *Cravett. conſ. 106. numero 18.*

Ubi mulier præſente, & tacente viro prædium rei nomine ſuo emptæ ſolvit tanquam de pecunia propria per aſſertionem, vel ipſius mulieris, vel etiam mariti, tunc enim præſumitur ſolutum de pecunia uxoris non viri, *Fab. def. 41. de probat. & def. 9. ſi quis alter, vel ſibi, Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 7. gloſ. 3 par. 15. num. 32.*

Addit * *Fontanell. num. 33.* quod cùm id ſuſtinea- 26
tur in vim donationis, quam præſumitur per hunc conſenſum facere maritus uxori, ſequitur, quod niſi ille perſevaraverit uſque ad mortem, nihil actum erit, prout notat *Mareſcott. var. lib. 2. cap. 82. num. 6. Reg. Larr. in hac Conſult. 44. num. 22. & ſeqq.*

Locum habet diſpoſ. * *text. in l. fœm. C. de ſec. nupt.* 27
quoties ex ipſa confeſſione mariti tollitur ſuſpicio turpis quæſtus, & inducitur donatio per perſeverantiam uſque ad mortem, *Reg. Larr. ubi ſupr. n. 29. & 30.* ubi quod ſi donatio inducitur, vera non præſumitur confeſſio.

Concurrentibus autem * conjecturis, quod mariti 28
confeſſio ſit vera, tunc ceſſat donatio, & titulus lucrativus, & ceſſat diſpoſitio *dicta l. fœmina*, ſi mulier oſtendat, undè pecunia ſibi obvenerit, *Guid. Pap. dec. 468.* Veluti in caſu, quo mulier habet bona paraphernalia, vel extra dotem, ut deciſum refert *Fontanell. d. part. 15. numero 35.* Et deciſum: Quod emptio per mulierem de conſenſu, & voluntate mariti facta, cùm ipſa habet bona paraphernalia, ad ſolvendum pretium rei emptæ, cenſetur propria uxoris, & de propriis pecuniis ſolu-

tum

tum pretium, quia ceſſet præſumptio, quod pretium proceſſit ex bonis mariti; latè *Rota dec.* 607. in recollectis per *Farin. in penult. vol. deciſionum*, *Fontanell. ubi ſupr. num.* 35.

29 Circa hæc advertit * *Fontanell. num.* 26. quod ſi mulier comparavit aliquid conſtante matrimonio, quamvis ex pecunia mariti præſumatur, non tamen præterea detur actio marito, vel ejus hæredibus ad rem iſtam ab uxore acquiſitam, ſed tantùm ad pretium, quia emptum ex pecunia mea non fit meum, *Surd. dec.* 15. de aliis videndus *Fontanell.*

Nihilominùs ſi alia bona uxoris non adſunt, datur rei vendicatio in ſubſidium marito, ſecundum *Abb.* & alios in *cap. fin. de donat. int. vir. & uxor. Reg. Latr. ubi ſupr. n.* 18.

30 Quoties non fuiſſet res ſtabilis empta, * ſed ageretur de mercaturis, induſtriis, & animalibus, in hoc caſu actio pro conſequutione pretii competit hæredibus mariti, ut *R. Latr.* in hac *Conſult.* 44. ubi ex matrimonio contracto inter Marchionem Capurſi cum D. Iſabella de Tolſa, ortæ fuerunt Ill. Marchioniſſa Lavelli ſecundogenita; Cùmque dicta Iſabella ad ſecundas convolaſſet nuptias cum Ill. Duce Turris majoris cum dote ducatorum quinquaginta mille, & ex hoc matrimonio ortus fuiſſet Ill. Marchio Caſtri-Novi, ipſum in ſuo ultimo teſtamento hæredem univerſalem inſtituit. Quapropter orta lite inter dictas ſorores, & dictum Ill. Marchionem, inter alia contingit dubitari, ſi animalia baccina, pecorina, & alia hujuſmodi valoris ducatorum decem mille in dotem data ſecundo viro, quæ fuerant quæſita per dictam D. Iſabellam conſtante matrimonio cum dicto Marchione Capurſi ejus primo viro, dictis filiabus ex dicto primo matrimonio erant reſtituenda unà cum fructibus, ſivè eorum pretium cum intereſſe. Et pro filiabus ex primo matrimonio præſentem *Conſultationem* elaboravit *Reg. Latro*, qui poterat partes filiarum primi matrimonij defendere per terminos *d. l. fœmina.*

31 Concubina præſumitur, † etiam acquiſiviſſe ex bonis amaſii ad evitandum turpem quæſtum, *Conſil. Arias de Meſa var. lib.* 3. *cap.* 39. *num.* 26.

Cætera dicemus in *Obſerv. ad Conſult.* 54.

ARGUMENTUM.

Minor fidejubens an, & quando reſtituatur adverſus fidejuſſionem à ſe præſtitam, præſertim cùm ea jurata ſit, aut ratificata, & an, ac qualis læſio ad id requiratur, vel probari oporteat, & de invaliditate contractuum gratuitorum à minore factorum, quamvis juratorum, & cum authoritate curatoris, etiam in matrimoniis, explicato text. *in auth. ſacramenta puberum*, an procedat in minore curatorem habente, & cui is reputari debeat ſimilis.

SUMMARIUM.

1 *Minor fidejubens reſtituitur in integrum, quid ſtante juramento, num.* 2. 3. 4. *&* 7. *at quanta debeat eſſe læſio, ut minor reſtituatur, & an probari debeat, referuntur opiniones, num.* 8. 16, 17. 20. 24. 26. 28. *&* 30. *& quid ſi principalis ſit ſolvendo, num.* 10. *aut minor ipſe fidejuſſionem ratificet, n.* 15. *& creditor ſciat, vel neſciat minorem ætatem, numero* 37.

2 *Juramentum minoris an excludat reſtitutionis in integrum beneficium, data læſione, & numero* 6.

5 *Reſtitutionis in integrum beneficium competens minori prodeſt confidejuſſori majori, ut non niſi pro ratâ teneatur.*

9 *Minor læditur eo ipſo, quod fidejubet, & nu.* 13. *quia eo ipſo, quod fidejubet, ſe litibus involvit, n.* 11. *alia ratio, n.* 14.

12 *Solutum quam repetere, magis intereſt non ſolvere.*

14 *Fidejubens dicitur malè uti ſubſtantia ſua.*

15 *Fidejuſſio minori etiam jurata eſt nulla, quamvis eſſet ratificata, & n.* 49.

18 *Juramentum nihil operatur data enormiſſima læſione, eique etiam major contravenire poteſt, nulla petita habilitatione, & quamvis ſpecialiter renunciaſſet enormiſſimæ læſioni, numero* 19.

Læſione in enormiſſima adeſt dolus ex propoſito ibid. & n. 33.

21 *Læſio enormiſſima non indiget reſtitutione in integrum, & quare.*

22 *Læſio enormis quando dicatur, & n.* 23.

25 *Reſtitutio competens minoribus debet eſſe favorabilior, quam quæ majoribus competit.*

26 *Læſio ultra dimidiam, ſeu ultra ſextam conſideratur in contractibus correſpectivis, non in illis, in quibus unus tantum obligatur, velut in donatione, conſideratur in gratuitis, n.* 27.

29 *Fidejuſſio minoris ſub curatore exiſtentis nulla eſt, etiam non obſtante juramento, n.* 36.

30 *Læſio regulariter probari debet, niſi notoria ſit, & cùm dubitatur, debet impartiri terminus ad illam probandam.*

31 *Reſciſſio contractus poteſt ſaltem ſemiplenè data læſione intentari, & in probationibus ſuppleri.*

32 *Baptiſmatis fides probat ætatem, eique plena fides adhibetur.*

33 *Læſione ex enormiſſima oritur dolus re ipſa, & ex propoſito.*

34 *Contrahens cum minore abſque ſolemnitatibus requiſitis à jure communi, vel ſtatutario, eſt in dolo præſumpto.*

35 *Minor non poteſt alienare, donare, aut aliam obligationem ſuſcipere, per quam deveniatur ad alienationem.*

36 *Minor facere non poteſt contractus gratuitos, & fidejubere, neque cum authoritate curatoris,*

38 *Minor dicitur læſus eo ipſo, quod probat ſe pro alieno debito obligatum, niſi per adverſarium probetur, facultates ſufficere.*

39 Text. in auth. ſacramenta puberum *diſpoſitis an locum habeat in minore curatorem habente, & numero* 44.

40 *Minoris fidejuſſio, & obligatio etiam in contractu matrimonii nulla eſt, quamvis jurata, ſi ſine curatore contracta ſit.*

41 *Minor curatorem habens aſſimilatur pupillo, vel ſaltem prodigo, cui bonis eſt interdictum reſpectu obligationis bonorum.*

42 *Pupilli ſive impuberis contractus juramento non firmatur.*

43 *Prodigi contractus nec etiam juramenta firmatur.*

45 *Minor fidejubens pro patre excarcerando non reſtituitur, & quare, idem ſi fidejubeat pro patre, ne detrudatur in carcerem, numero* 47. *& in omnibus caſibus ſimilibus, numero* 48.

46 *Filius exhæredari poteſt, ſi non fidejuſſerit pro patre excarcerando, vel nè detruderetur in carcerem, & num.* 47.

Præ

Prò Franciſco Rota, cum Domina Principiſſa Hoſtiliani.

CONSULTATIO XLV.

1 MInorem fidejubentem, † in integrum reſtitui, certiſſimum eſt, & probat text. *in l. ait prætor, §. non ſolum, ff. de minor, l. Titius, & Seja, de fidejuſſ. & l. 1. C. de filiofam. minor.* ubi *Scrib.* plenè per *Sfort. Odd. de reſtit. in integr. par. 2. q. 54.*

2 Dubitetur tamen, * utrum juramentum in integrum reſtitutionem excludat, & quamvis opinionem affirmativam tenuerint *Odoffr. Salic. & Obert. de Bobio in auth. ſacramenta puberum, C. ſi adverſ. vendit.* & communem dixerint Jaſon *in l. ſciendum, num. 34. ff. de verb. oblig. Bart. in l. 2. nu. 10. C. de reſcind. vend. Gayl. pract. obſer. obſer. 41. nu. 54. Afrot. in conſ. 87. num. 5. Surd. conſ. 46. & 87. lib. 2.* & alij allegati per *Caval. comm. contra commun. quæ. 171 ſub num. 6. Gabr. comm. concl. tit. de minoribus, concl. ult.* per Valentinum Franch. *in tract. de fidejuſſ. capit. 2. numero 139. & Anton. Hering. de fidejuſſ. capit. 7. numero* 103.

3 Tamen in contrarium * eſt magis communis recepta ſententia, & in diverſis Tribunalibus judicatum ut ex læſione contractus reſcindatur, cujus anteſignanus fuit Din. *in conſ. 5.* quem refert, & ſequitur Cynus *in d. authent. Sacramenta puberum*, ubi etiam *Alber.* & ita conſuetudine ſervari teſtatur, Socin. jun. *conſ. 47. num.* 10. *vol.* 4. qui de magis communi teſtatur, & magis æquam dixit Franciſc. Marc. *quæſt. 21. nu. 2. part. 1. Gramm. decis.* 101. *n.* 77. Crav. *conſ.* 192. *Peregr. conſ. 77. num. 17. Gutier. in d. auth. ſacramenta puberum, n. 92. Cagn. in repet. l. 2. Cod. de reſcind. vend.* & innumeros pro hac parte affert Cævall. *in d. quæſt.* 171. *in princ. & Gabriel. d. concl. ult. tit. de minor.* cotas colligit etiam pro hac opinione *Achil. Pedroc. conſil.* 26. qui dixit, ab hac opinione non recedendum, neque in judicando, neque in conſulendo, Fachin. *controv. jur. lib.* 3. *cap.* 14. & ſecundum hanc opinionem fuiſſe ſæpius judicatum habetur ex Sfort. Odd. *in dict. quæſt. 54 part. 2. art. 8 ſub nu. 32. Ant. Faber in ſuo Cod. li. 2. tit. 15. ſi adverſus venditionem, diffin. 2. & l. 2. tit. 9. de reſt. in integr. diffin. 1. 8. & 10. Capyc. in deciſ.* 159. *Afflict. in dec.* 322. loquentes proprie in fidejuſſione, Peguer. *deciſ.* 153. &
4 quod ſemper in Catalonia † hæc opinio fuerit ſervata in minore fidejubente, etiam cum juramento, optimè, & diffusè Fontanell. *de pact. nuptial. libr. 1. clauſ. 4. gloſ. 18. part. 3. à num. 27. uſque ad* 36. ac pleniſſimè *Merot. ubi ſupra*, qui omnibus in contrarium adductis ſatisfacit, ita ut nihil ampliùs poſſit in hoc articulo deſiderari, & ideò rogo, ut omnino videatur, latiſſimè etiam Doctor *D. Petrus Diez de Ribadeneyra Noguerol.* nuper in lucem editus *in allegat. 34. per totam*, * ubi hanc fundat opinionem, Gaſp.
5 Ant. Theſaur. *quæſt. forenſ. libr. 4. quæ.* 61. ubi deciſum refert, quod hoc reſtitutionis beneficium minori fidejubenti competenti juvet etiam majori, qui cum eo fidejuſſit, ut non niſi pro rata teneatur, Gramm. *deciſ.* 66. diffuſiſſimè per Joan. Camill. Biloctam *in*
6 *tract. de abſol. à juram. lib. 1. c. 2.* * qui in minore indiſtinctè tenet, juramentum non auferre ei reſtitutionis beneficium *ſub num.* 11. *& ſub num.* 13. ex *Afflict. Capyc. & Gramm.* ita diutius in S. C. obſervatum fuiſſe teſtatur, & ideò Weſemb. *in tract. de fidejuſſ.*
7 *num.* 3. * abſtinendum admonet à minorum interceſſionibus, nunquam enim idoneæ, ſufficientes, aut efficaces habitæ fuerunt, & hanc opinionem pleniſſimè fundat Matienz. *lib. 5. tit. 11. l. 1. gloſ. 8. n. 50. nova recopilat.*

8 Sed quanta debeat eſſe læſio, * ad hoc ut minor adverſus fidejuſſionem juratam reſtituatur, & quomodò probetur, adhuc inter DD. controvertitur, & prima eſt opinio, * quod eo ipſo, quod minor fidejubet, læditur, & ſic non eſt opus aliqua probatione, 9
& hanc opinionem tenuerunt Bart. *in l. ſancimus nu. 9. Fulg. in auth. omnes, Cod. ſi minor ab hæred. ſe abſtin. in fin. Alex. in l. nam & poſtea, §. ſi minor, n. 10. ff. de jur. Bellem. in cap. auditis, ſub n. 8. verſ. tertium ponit, de reſtit. in integr. Beto in cap. 1. num. 6. eodem tit. & in quæſt.* 115. qui dicit, nulli dubium hoc eſſe, ex text. *in l. ait prætor, §. non ſolum, ubi gloſ. ff. de minor. Bart. in l. fin. Cod. de fidejuſſ. minor. & in l. non ſolum, Cod. de reſt. in integr. Maur. de reſt. in integ. cap. 234. Caldas in l. ſi curatorem habens, in verſ. ſi ſua facilitate, d. 2. de reſt. in integr. Sfort. Odd. de reſt. in integr. p. 1. quæſt. 36. nu. 3. & p. 2. quæſt. 54. n. 7.* qui *n.* 22. ex *gloſ. Bart. & Bald. in l. C. de fil. fam. minor.* communi ſententia fundat, † quod reſtituatur minor, 10
quamvis principalis eſſet ſolvendo, eſtque ratio, quia eo ipſo, † quod fidejubet, litibus ſe involvit, *l.* 11
minoribus, ff. de minorib. & magis intereſt, non ſolvere, * quam ſolutum repetere, *l. ſi ſtipulatus, in princ. ff.* 12
de fidejuſſ. l. ideò ff. de compenſat. Hanc etiam opinionem, quod eo ipſo, † quod minor fidejubet, dicatur 13
læſus, tenuit Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. lib. 3 c. 513. num. 18. ex text. in d. l. ſi Titius, & Seia, ff. de fidejuſſ. Socin. jun. conſ. 47. n. 7. lib.* 4. * cùm fidejubens 14
dicatur malè uti ſubſtantia ſua, Jaſon *in l. qui pecuniam, nu. 1. ff. de pact.* † & propterea fidejuſſionem mi- 15
noris, etiam juratam nullam fuiſſe defendit, etiam quod eſſet ratificata Cæſar. Manent. *deciſ. 21. nu* 13. *Doctor Maria voto 26. per totum*, qui *in fine* ita judicatum Piſis refert, *Sarmient. ſelectarum libr. 3. cap. 13. num.* 2. & noviſſimè *Noguerol. d. allegat. 34. n. 9.* ubi innumeros allegat *& nu.* 10. ampliat, etiam ſi fidejubeat pro locuplete, qui poſſet eum indemnem ſervare, quia magis intereſt, non ſolvere, quam ſolutum repetere.

Alia eſt opinio, * quod requiratur aliqua læſio, ſed 16
non tanta, quanta in majore requiritur, ut per Urſil. ad Afflict. *in d. deciſ.* 322. *Ant. Fab in ſuo Cod li. 2. tit. 9. de reſt. in integr. diffin.* 8. ubi tenet, * quod ſufficiat, quod læſio non ſit enormis, dummodo non ſit prorſus minima, & hanc opinionem tenuit Rebuff. ad Conſt. Gall. *tom. 2 tit. de reſtit. art. 1. gl. 2. n. 11. Rom. conſ. 90. verſ. finem. Bald. Cyn. & Ang. in li. 3. C. ſi adverſ. vend. pign. Imol. in c. cum contingat, column. 6 e. de jur. jur. Brun. conſ. 41. col. 9. Barb. conſ. 34. col. 5. vel. 4. Covar. var. reſol. lib. 1. cap. 3. n.* 11. ubi contractu duc. mille admittit læſionē duc. 50. quem ſequitur Menoch. *de arbitr. jud. lib. 2. caſ.* 75. & pro hac opinione nonnullos recenſet Maſcard. *de probat. concl.* 1061. *num.* 6. & eam aliis etiam adductis ſequitur Fachin. *contr. jur. li. 3. c.* 4.

Tertia eſt opinio, † quod requiratur enormis læſio, 17
quod probatur ex *l. Seio, & ibi Doctores, de in integr. reſtitut. minor. gloſ. in cap. 1. ubi Abb. nu. 2. extr. eodem tit. Capyc. deciſ.* 109. alij diffusè allegati per Maſcard. *d. concl.* 1061. *num.* 5. qui cum ea tanquam magis communis pertranſit, quod quidem facile probatur, † data enim enormiſſima læſione juramen- 18
tum nihil operatur, neque in majore, ideò, ut contractui jurato, etiam major contravenire poſſit, ſtante enormiſſima læſione, nulla habilitatione à juramento petita, Gamm. *deciſ. Lucit.* 39. *n.* 3. *Maſtrill. deciſ. 32. n. 4. Vincent de Frant. deciſ. 119. Jo. Franc. del Caſtello dec. Sicil. 14. num.* 8. † nec ſpecialis renun- 19
ciatio enormiſſimæ læſioni, etiam cum juramento aliquid operatur, cùm in ea adſit dolus ex propoſito, Cephal. *conſ. 137. nu. 60. & 61, Hieron. de Laurent. deciſ. 103. n.* 8. & hanc opinionem amplectitur noviſſimè Riccius * *in ſua praxi, lib 1. reſol.* 296. & 20
propterea ad reſtitutionem minoris debet ſufficere enormis tantum læſio, † cùm enormiſſima, reſtitu- 21
tione non indigeat, ſtante illius nullitate, dicitur

22 aotem anormis læſio, † qoando minot in ſexts parte
læſus fuerit Bart. *in l. ſocietatem, §, arbitror, n. 25. ff.*
pro ſocio, Lanſr. de Orian. in tract. de arbitr. in ult.
23 *queſt.* 14. *Raphael Cuman.* † *in conſ.* 50. *nn.* 4. alij verò
Judicis arbitrio telinquendum putaverunt, ut Bald.
in l. cum antea, n. 4. Cod. de arbitr. gl. in §. pretium,
ubi Angel. de Aret. n. 7. Inſtit. de empt. & vend. Abb.
in cap. 58. *nu.* 33. *de jur. jur. Dec. conſ.* 39. *nu.* 7. *Soc.*
jun. conſ. 48. *n.* 28. *li.* 1.

24 Qoarta fuit opinio eorum, † qui tenent, in contracto minoris jurato ad reſtitotionam obtinendam tequiri enormiſſimam læſionem, & hanc opinionem ſequori fuerunt Surd. *conſ.* 46. *&* 87. *vol.* 1. *Monot. d. conſ.* 87. *Mantic. de tacit. & ambign. convent, tom.* 2. *l.* 16. *tit.* 4. *Paſchal. de vir. patr. poteſt. p.* 2. *c.* 8. *n.* 102. *Gomez Leo in deciſ. diverſ. deciſ.* 38. *tom.* 2. quam tamen opinionem non libenter admitto, tum ex ſopra ponderaris, quia ſtante enormiſſims læſione
25 teſtitutio non eſt neceſſaria, † ex quo contractus nullus eſt, tum etism qoia favoisbilior debet eſſe reſtitutio minoribus competa is, quam majoribus, *Caballin. Milleloq.* 778. qui alios refert, & proinde cum majoribus etiam enormiſſimè læſis ſoceurtatur, minotibus minor læſio ſufficere debet.

26 Alia tandem, * & oltims opinio fuit, quod iſta læſio ultra dimidiam, ſeu ultra ſextam, poteſt conſiderari in coortactibus correſpectivis, ſecus autem in contractibus, in quibus unus tantum obligatur, veluti in donstione, vel fidejuſſione, & iis ſimilibos, Bald. *in l.* 1. *n.* 4. *C. de pact. Bart. conſ.* 90. *n.* 4. *vol.* 2. & alij allegati per Surd. *in d. conſ.* 46. *num.* 8. Sed affirmant, * in contractibus gratuitis poſſe læſionem con-
27 ſiderari tribus modis, vel quoniam ultra dimidiam bonorum ſuorum quis donaret, ut ex *Alciat.* & aliis probat Surd. *ibidem num.* 13. vel quoniam ſolvendo fidejuſſionem depauperaretur, Afflict. *deciſ.* 322. vel quando donanti non remanſit, ut commodè ſecundum ejus qualitatem vivere poſſet, Socin. *conſ.* 266. *vol.* 2. *Greg. Lopez in l. fi. in verſ. que fueſſe enagenada, tit. fin. p* 6. *Eſcobar de raciocin. comput.* 6. *nu.* 11. quod ampliat, ut hoc procedat tam tempore contractus, quam tempore, quo quis convenitur pro obligatione à ſe facta, qui etiam ita deciſum in Senatu Pinciano refert, *Pyrrus Maur. Aret. de fideiuſſ. ſect.* 4. *cap.* 11. *Crav. conſ.* 613. *vol.* 4. *n.* 17. alio autem modo dicitur læſus minor, quoniam non poteſt ſervari indemnis, & in utroqoe caſu minori ſoccurri, relatis omnibus opinionibus tenet Fontanell. *in d. li.* 1. *clauſ.* 4. *gloſ.* 18. *p.* 3. *nu.* 58. & hanc etiam opinionem amplectitur *Fab. de Ann.* videndus *in conſ.* 73. *n.* 23.
28 *&* 24. *Theſ. deciſ.* 823. ubi refert, * in anno 1603. fuiſſe deciſum, minorem fidejubentem, etiam cum juramento ſtante læſione prædicta, quod minor depaoperaretur, & quod non poterat indemnis ſervari, fuiſſe in integrum reſtitutum, ac etiam in anno 1610. in eo caſu ſolo, in quo non poterat indemnis ſervari, vel cum maxima difficultate, refert Fontanell. *in loco* proximè allegato, *ſub n.* 54. *verſ. bis ego vidi, & Mart. d. voto* 186.

29 Ex quibus apparet, * quod abſque dubio nulla ſit declaranda fidejuſſio præſtita per Franciſcum Rotam in anno 1651. tempore, quo nedom erat minor, ſed ſub curatoris poteſtate, pro Octavio Ruſſo extero de Civitate Velletri, Summi Pontificis dominio ſubdito, nulla obligatione intercedente, neque antidotali reſpectu ipſius Octavij, nec alia neceſſitate cogente, ſed imbecilli ætate ſubductos ab beneficium Illuſtr. Principiſſæ Hoſtiliani pro aſſerto afficto maſſariæ bubularum, in territorio Fundorum exiſtentium, non obſtante prætenſo juramento, ſiva primam, ſive alias ſequamur opiniones, certum eſt enim quòd etiam ſecundum ſcripturam ex parte procuratoris Illuſtr. Principiſſæ productam, licèt diminutam, ex quo deficit rubrica, quod in liſta contenta ſunt bona q. Joan. Baptiſtæ ejus patris, ſiquidem quamvis aſcendant ad ſummam duc. 20. mille ut pars aſſerit, attamen deductis oneribus, ac portione Marij fratris, ac ſororum, ſi ſolvere cogeretur fidejoſſionem, neque pro integra ſolutione ſufficeret. Immò pro ſolvendis duc. 7. mille, & quingentum cum intereſſe plorium annorum in his calamitoſis temporibus pro effectibus prædictis redigendis in pecunia, nec integrum patrimonium Joan. Baptiſtæ patris ſufficeret, nec ipſe cum uxore ex nobiliſſimo genere orta, & cum filiis poſſet nedum ſecundum ſuam qualitatem vivere, ſed fame coactus periret.

Reſpectu verò ipſius Octavij certum eſt, decoctum eſſe, & in carceribus fuiſſe mortuum, & ſic neqoe in minimo quadrante poſſet indemnis ſervari, qoæ qoidem ſatis notoria ſunt, & qoamvis ſequamur opinionem eorum, qoi tenuerunt, quod in hoc
caſu non diceretur læſus ipſo juro, * ſed læſionem 30
probari oportere, prout regulariter probari debet, Cacher. *deciſ.* 158. *nu.* 7. *Minſynger. obſer.* 16. *cent.* 4. *Caball. milleloq.* 779. attamen hoc fallit, quando læſio eſſet notoria, prout in caſo noſtro, *Capel. Tholoſ. quaſt.* 39. & quatenus de hoc dubitaretur, quod non eſt credendom, advertendum erit, quòd in hac cauſa adhuc terminus non fuit impartitus, ſed tantum adeſt ſimplex inſtantia Illoſtr. Principiſſæ, & propterea dato termino, demonſtrabitur.

Quod qoidem tantò magis * procedere debet, 31
ſtante jam abſolutione à juramento obtenta, etiam parte non citata, nam poteſt reſciſſio contractus ſaltem ſemiplenè data læſione intentari, & in probationibos ſuppleri, Urſil. ad Afflict. *in deciſ.* 322. *Michael Craſſ. comm. opin. li.* 1. *c.* 7. *quaſt.* 11. *Franc. Burſat. conſ.* 291. *li.* 3. *nu.* 19. qui poſt Rom. *conſ.* 326. *n.* 1. *& ibi Mandoſ. Alciatum in c. cum contingat. num.* 184. *de jur. jur. Aym. conſ.* 7. *n.* 7. *&* 8. *Simoncell. tract. de decret. li.* 3. *tit.* 8. *n.* 155. *ampliat.* 15. ait, ita ſervari nedum de ſtilo Curiæ Romanæ, ſed totius Italiæ, & *Epiſcop. Riccius in praxi Eccl. li.* 1. *reſol.* 296.

Verùm in caſu, de quo agitur ex nunc, ni fallor, omnia requiſita ad obtinendum benè probantur, ſiquidem detrimentum patrimonij ipſius Franciſci probatur ex eademmet ſcriptura, ſeu aſſerta liſta per partem producta, * ut ſupra dictum eſt, de mino-
ri ætate non poteſt dubitari, quia fuit producta fides 32
Baptiſmi, cui plena fides adhibetur, Caldas *in l. ſi curatorem habens, in verb. minoribus, n.* 38. *Jo. Mauricius in tract. de reſt. in integr. c.* 321. *Maſcard. de probat. concl.* 673. *Nicol. Genua in tract. de ſcript. priv. l.* 5. *de li. plebanorum, q.* 1.

Quibus etiam adſtipolari poteſt, * quod hic etiam 33
adfuit dolus, nedum re ipſa, & ex propoſito, qui ex ipſamet læſione enormiſſima oritur, ut probant DD. ſopra allegati, & propriè in fidejuſſione *Alciat.*
† *li.* 8. *reſponſ.* 22. *n.* 3. verum quia contrahentes cum 34
minore, abſque ſolemnitatibus à jure communi, vel ſtatutario requiſitis, eſt in dolo præſumpto, ut plenè probat Grat. *diſcept. forenſ. li.* 1. *cap.* 823. *n.* 30. nam
minor non poteſt alienare. † aut aliam obligationem 35
ſuſcipere, per quam ad alienationem deveniatur, ut habetur diffusè per *Natt.* loquentem in donatione
conſ. 173. *li.* 1. immò * contractus gratuitos neque cũ 36
auctoritate curatoris facere poſſet, Gratian. *diſcept. forenſ.* 750. *n.* 14. *lib.* 4. & propterea contractum fidejuſſionis fuiſſe annullatum, non obſtante juramento in caſu ſatis magis arduo, dixit Materat. *var. reſol. lib.* 2. *reſol.* 3.

Nec poteſt Illuſtr. † Principiſſa de hoc conqoeri, 37
ſiqoidem aut ſciebat, aut ſcire debebat, Franciſcum fidejubentem eſſe minorem, ut plenè probat *Tiraquell. de utroque retract. ad fin. tit. num.* 42. & ſic fuit in dolo, & propterea de dolo ipſius copoueri non poteſt, ſic poſt alios probat *Mart, d, vot,* 26. *num.* 8.

minori

38 minori enim ſufficit, † ot probat ſe alieno dabito ob-
ligarum, ad hoc ot dicatur læſus, niſi per adverſa-
rium probatur, facultates ſufficere, *Ant. de Butr.* &
poſt aum *Salic: in auth. ſi omnes, C. ſi min. ab hered.*
ſe abſtinuerit.
39 Et demum conſiderandum erit, * quod hic noſter
minor habebat jam curatorem, & quamvis contro-
verſa ſit opinio, ſi diſpoſitio text. *in auth. ſacramenta*
puberum, habeat locum in minore auratorem ha-
bente. & Reg. Rovit. *in comment. ad Regias Pragma-*
ticas, in pragm. 1. de min. teneat, magis communiter
tenari per DD. quod etiam in minore curatorem ha-
benta locum habaat diſpoſitio *d. auth. ſacramenta*
puberum, DD. pro utraqua parte numerando, attā-
40 man propriè in contractu fidejuſſionis, * quod non
validetur juramento, ax communi Interpretum opi-
niona aſſeverat, nonnullos ultra adductoa ab eo, af-
ferendo Weſambec. *in rubr. ff. de fidejuſſ. numero* 3. &
ſecundum hana opinionem fuiſſe judicatum in Se-
natu Dolano, etiam in contractu matrimonij, nam
non obſtante juramento fuiſſa nullam obligationem
declaratam, ſtante quod ſine curatora contraxit,
refert Juan Grival. *in deciſ. Senat. Dolan.* 17. *num.* 36.
cum ſeqq. & hoc quidem optima ratione, nam mi-
41 nor curatorem habens aſſimilatur pupillo, * vel ſal-
tem prodigo, cui bonis eſt interdictum reſpectu obli-
42 gationis eorum, † *d. l. ſi curatorem habens*, ut pupilli,
ſive impuberis contractus juramento non firmatur,
ut notat *gl. in d. auth. ſacramenta puberum*, & *Ale-*
43 *xand. in l. qui juraſſe, ff. de jur. jur.* * nec etiam jura-
mento prodigi contractus validatur, *Bart. Bald.*
Caſtr. & alij *in l. is, cui bonis, ff. de verb. obligat.* & de
communi teſtatur Simonc. *tract. de de ret. li.* 3. *tit.* 8.
44 *inſpect.* 8. *nu.* 61. & 195. * ergo nec juramentum mi-
noris curatorem habentis poteſt contractus validari,
quod bene probat text. *in l. prædia, Cod. de præd.* &
aliis reb. minor.

Nec *deciſio* 120. *Ludoviſii* meruit in hac cauſa al-
45 legari, † loquitur enim in fidejuſſione ad avitandum
patris carcerationem, quamvis enim minoris fide-
juſſio non ſit de jure valida, taman limitatur in caſu,
quo fidejuberet pro patre excarcerando, tunc enim
non reſtituitur, quia conſtat, quod nedum mala fecit
fidajubendo, ſed mala feciſſet non fidejubendo,
Aret. *in l.* 2. *Cod. de fil. famil. minor.* Afflict. *ſuper Con-*
ſtit. Regn. lib. 2. *rubr.* 38. *n.* 18. *Sfort Odd. de reſt. in in-*
tegr. p. 2. *quaſt.* 54. *art.* 4. *nu.* 19. *Heringius de fidejuſ.*
46 *cap.* 7. *ſub n.* 104. immò * non fidejubendo pro patre
carcerato potarit tanquam ingratus exhæredari, *§.*
47 *cauſas, auth. ut cum de appellat. cognoſc.* * ſic etiam ax-
tenditur nedum pro excarcarando patre, ſed na in
carcerem datrudatur, quod probatur ex allegatis *in*
48 *deciſ.* & dicit *Sfort. Odd. in loco* citato, * *n.* 20. quod
procedit atiam in omnibus caſibus ſimilibus, Nos
49 autem ſumus in minora pro extero, † imò penitus
ipſi incognito fidajubente, pro cujus fidejuſſionis
invaliditate æquitas ſuadat, & omnia jura excla-
mant, prout judicandum ſpero à Doctiſſimis, & or-
natiſſimis Senatoribus.

Viſis his ſcriptis de cauſa amplius non fuit lo-
quutum, nec Franciſcus Rota fidejuſſor moleſtatus uſ-
que hodie.

OBSERVATIO IN CONSULT. XLV.

ARGUMENTUM.

Minori fidajubenti an ſit concedendum beneficium reſtitutionis in integrum adverſus fidejuſſionem? Quæſtio utilis magiſtraliter examinata per *Reg. Latro in præſenti Conſult.* 45. Læſio minoris an ſatis probata ex ipſa-mec fidejuſſione abſque alia probationa? Recenſentur *Merotius*, & alij adducti per *Auctorem in animadverſ. ad cap.* 513. *Grattan.* Quid in fidejuſſiona juramento vallata, num juramentum faciat majorem de minora, & auferat reſtitutionis remadium? Communior opinio pro minora expenditur cum verbis *Anton. Fabri.* Praxis Cataloniæ traditur ex *Peguer.* & *Fontanell.* Tranſcribuntur verba *D. Cala in Tract. de reſtit. in integr. minorib. quandoque denegand.* ubi quid dicendum, ſi minor poſſet à principali debitore ſervari indemnis. Affertur diſtinctio inter modicum, & maximum damnum ax fidejuſſione. Minor ſi taceat per quinquannium major factus, an ratificare cenſeatur aontractum læſivum. Optima conſideratio, quod duplex juramentum requiratur ad convalidandam fidejuſſionem, ex *c. cum contingat, de jur. jur.* aliud rationa minoris ætatis ad excludendam reſtitutionem in integrum contra fidejuſſionam, ex *Auth. Sacramenta puberum, C. ſi adverſ. vendit.* Secus quæſtio præſens nullatenus procedera poteſt juxta ſenſum *Nogueroli alleg.* 34. qui laudatur.

SUMMARIUM.

1 *Minoribus fidejubentibus an concedenda ſit reſtitutio in integrum adverſus fidejuſſionem?*
2 *Læſio, dolus creditoris, & ſimilia debent intervenire pro concedenda reſtitutione.*
3 *Læſio an inducatur ex ipſamet fidejuſſione. Et num.* 4. & 5.
6 *Juramentum, ſi intervenit in fidejuſſione, quid operetur.*
7 Animadverſio Authoris ad c. 513. Gratian.
8 *Expenduntur verba* Ant. Fabri *pro minore.*
9 *Minor an adverſus fidejuſſionem juratam reſtituatur in integrum.*
10. *Minor, ſi ex fidejuſſione fuerit læſus, juvatur beneficio reſtitutionis in integrum.*
11 *Laudatur* D. Cala de reſtit. in integr. denegand. *ejuſque verba tranſcribuntur.*
12 *Minor, ſi taceat per quinquennium major factus, an ratificare cenſeatur contractum læſivum.*
13 *Juramentum duplex requiritur ad convalidandam fidejuſſionem minoris; Secus non intrat quæſtio juxta* Noguerolum.

UTilia aſt præſens quæſtio, * an minoribus fidejubentibus reſtitutionis in integrum auxilium adverſus fidajuſſionem ſit denegandum, vel impartiendum; In qua quæſtiona paſſim occurrunt plures intellectus ad nonnulla jura. 1

Notat † *D. Cala de reſtit. in integr. minorib. denegand. qu.* 8. *n.* 1. quod generaliter, certè, & abſolute minores ab obligationis nexu per fidejuſſionem aontractæ, haud ſint abſolvendi, ſed tantum, quando læſio intervenit, vel dolo creditoris, & ſuaſionibus impelluntur minores ipſi. 2

Et licèt læſionis probatione opus non ſit, * quæ ſatis probata videtur in minore fidejubente, 3 cùm illiad dicatur læſus, ſi pro alia intercеſſerit, *Gloſ. in l. aut Prætor, §. ſed utrum, ff. de minor.* quam ſequuntur *Caldas in l. ſi curatorem habens, v. ſua facilitate, numero* 2. *Cravett. conſ.* 613. *nu.* 2. *Gama* 2. *var. c.* 13. *numero* 19. *Maurit. de reſtit. in integr. cap.* 234. *Gama dec. Luſitan.* 162. *numero* 5. *Fontanell. de pact. clauſul.* 4. *gloſ.* 18. *p.* 3. *numero* 28. & *Sard. conſil.* 226. ex eo quia potius damnum, quàm commodum conſequitur fidejubens, cùm contineat in ſe fidejuſſio quamdam donationis, & largitionis ſpeciem ſecun-

dum *Jaſ. in l. contra juris*, *§. qui pecuniam*, *n. 1. ff. de pact.* quem refert *D. Cala l. c. n. 2. & 3.*

4 Tamen minorem * læſum eſſe ex ipſa fidejuſſione præſtita, adeo ut alia læſionis probatioue non indigeat, oon eſſe communiter receptum ex eodem *textu* depromitur, nam conſtat ex verbia ejoſdem *§. non ſolum*, ibi: *Si minor ſit, & ſe circumventum doceat, vel calliditate, machinacione, aut fallacia ductus ſit ad fidejubendum*; prout explicat *Ludovic. Morot. reſponſ.* 87. quem *Ego ipſe* retuli in *animadverſ. ad cap.* 513. *Gratian. num.* 4. cum *Card. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib.* 16. *tit.* 4. *Cravett. conſ.* 613. *Fontanell. de pact. clauſ.* 4. *gloſ.* 18. *p.* 3. *numer.* 30. qui tenent nedum minorem non dici eo ipſo læſum, quod fidejuſſit, ſed nec ex aliqua cauſa etiam ſupervenienti, puta defectus bonorom principalia debitoria, paupertatia ipſius minoris incurrendæ ſi ſolvere cogatur, & propterea ex nullo læſionia genere imaginato poſſe minorem, qui fidejuſſit reſtitui; ſed tùm tantum poſſe, quando malo coofilio, perſuaſionibos creditoris inductus eſt, ut fidejuberet, quia tunc reſtitueretur, ſicut etiam major reſtituitur dolo circumventua. Quam opinionem ſequitur etiam ex profeſſo *Cancer. lib.* 3. *var. c.* 7. *de pact; numero* 159.

5 Negat expreſsè † *Morot.* eſſe verum, quod minor poſſit dici læſus eo ipſo, quod fidejuſſit, cùm nihil tale dicatur in *d. §. non ſolum.* Quinimò, ut poſt alioa *Ego ipſe* notavi in *cit. cap. Gratian. n.* 5. cum myſterio gravat minorem probatione circumventionis, in illia verbia: *Si minor ſit, & ſe circumventum doceat.* Quod verbum circumvenire præ ſe feret dolum ex propoſito, videlicèt, calliditate, machinatione, aut fallacia minorem ioduci ad fidejubendum, quod fruſtra fieret, ſi eo ipſo, quod fidejuſſit minor, cenſeretur læſua, ita etiam argumentantur *Morot. d. conſ.* 87. *num.* 12. & 13. *Pereyr. verb. ſua facilitate, num.* 2. *Odd. de reſtit. in integr. p.* 2. *quæſt.* 54.

6 Tantò magia creſcit difficultas, * qoando fidejuſſio fuit jurata; Sunt enim, qui autumant generale eſſe, ut in quacumque materia juramentum faciat majorem de minore, ut huic auferat reſtitutionis remediom, & non poſſit aliter adverſua contractum à ſe celebratum ire, quam poſſet, ſi major illum firmaſſet, *Theſaur. dec.* 66. *n.* 4. *Barz. dec.* 74. *n.* 4. *Gayll. obſerv.* 41. & 65. *lib.* 1. *Seraphin. de privileg. jurament. privileg.* 96. *Tepat. in compend. var. jur. ſentent. lib.* 1. *tit. de minor. col.* 3. quemadmodum in facti contingentia in S. R. C. fuiſſe judicatum, teſtatur *Afflict. dec.* 322. *Cald. citat. tract. de reſtit. in integr. denegand. qu.* 8. *n.* 6.

7 At † *Ego ipſe in ſupr. citat. animadverſ. ad cap.* 513. *Gratian. num.* 1. *verſ. at magis*, animadverti magia communem opinionem eſſe, quod juramentum non auferat beneficium reſtitutionis in integrum, ſi adſit læſio ad reſtitutionem neceſſaria, & hanc opinionem uti magis æquam, ſequuntur *Theſaur. ubi ſupr. Grammatic. deciſ.* 101. *num.* 77.

8 Rationem adducit † *Faber C. de in integr. reſtit. minor. definit.* 1. bis verbis: *Neque enim jus jurandum ſupplere poteſt defectum ætatis in minore, ut conſilij imbecillitatem, qua in minore major eſt, corrigat, faciatve ob id ſolum, quod juravit, prudentior, & conſultior effectus videatur, argum. l. fin. C. de manum. vindict. Sola autem facilitas minoris, & lubricum ætatis inducit reſtitutionem.* Idque comprobat idem *Fab. definit.* 8. & *C. ſi adverſ. vendit. definit.* 2. In Catalonia ita ſervari ait *Pegue. deciſ.* 155. & *Fontanell. de pact. nuptial. clauſul.* 4. *gloſ.* 18. *p.* 2. *numero*

9 35.

Adſunt tamen plures * *DD*, amplientes fidejuſſionem per minorem præſtitam cum joramento, adeò ex juramento confirmari, ut nulla ſit ſpes reſciſſionia etiam per in integrum reſtitutionem, ut *Morott. conſ.* 87. *n.* 5. *Surd. conſil.* 87. *n.* 13. qui dicit, ita declaratum in Senatu Mantuano, & ſequitur *Mantic. de tacit. lib.* 16. *tit.* 4. Rationea *Morotij*, & *Aſſeclarum* ſunt, quia *text. in Auth. Sacramenta puberum, C. ſi adverſ. vendic.* locum habet, nedum in obligationibus in rebos ipſorum minorum factia, verum etiam pro rebua alienia, & in contractibua ex una tantum parte obligatoriis.

Cœterum ſi minor ex fidejuſſione ſit læſus, * reſtitutiooe in integrum juvabitur, ſecondom *Odd. de reſtit. in integr. p.* 2. *q.* 54. *num.* 8. *per tot.* & fuſius *D. Cala l. c. n.* 13. & *ſeqq.* 10

Utiliter *D. Cala cit. q.* 8. *nu.* 21. & 22. ſubdit * 11 hæc verba: *Ita, & pariter non eſt in dubium revocandum, minori reſtitutionis beneficium non denegari, etiam antequam ſolvat, licèt poſſit à debitore ſervari indemnis, ſi ejus bona venderentur, & principalis debitor eſſet perſona potentior, vel rixoſus, ita ut oporteret pro recuperatione ſoluti cum eo litigare, & præcipuè quando debitoris patrimonium eſſet creditoribus obnoxium, qui ſuper eo concurrunt, & in judicium deductum; quia tunc melius eſt non ſolvere, quam ſolutum repetere, & litibus implicari cum tot diſpendijs, adeo ut pro recuperatione ſoluta fidejuſſionis tantundem erogare cogeretur; Hoc enim caſu ſuſtineri poſſet Gloſſa opinio à non paucis exectata, ut minor dicatur læſus eo ipſo, quod interceſſerat, quia licèt indemnis ſervaretur, tamen pro conſecutione illius, quod ſolvere cogitur, tantundem expenderet, vel maxima cum difficultate recuperaret*, ut docet *Odd. d. artic.* 5. *n.* 54. *Reg. Lanar. conſ.* 16. *n.* 3. *Surd. conſ.* 46. *num.* 17. *Morott. conſ.* 87. *nu.* 24. *in fin. Fontanell. ubi ſupr. num.* 56.

Quapropter his omnibus deficientibus, aut non concurrentibus, indiſtinctè denegandam ſemper eſſe minoribus reſtitutionem, ſi eſſent in modico damno, ſecus ſi in maxima quantitate læderentur, conſuluit Fab. de Anna conſ. 72. *num.* 24. *Fontanell. ubi ſupr. n.* 52. & 53.

Minor ſi intra * quinquennium poſt majorem 12 ætatem non reclamaverit à contractu, an ratificare cenſeatur, ſi fuerit deceptua dolo vero, vel præſumpto? Dic ſufficere etiam dolum præſumptum ex læſione enormi, latè *Merlin. dec.* 444. *n.* 13. 14. & 535.

Denique ſummopere eſt notandom, * quod ad 13 convalidandam fidejuſſionem minoria, eſt oeceſſarium, ut minor duo juramenta interponat, unum ad convalidandam fidejuſſionem, ex *cap. cum contingat, de jur. jur. cap. licèt mulieris, eod. tit. in* 6. aliod ratione minoris ætatia ad exclodendam reſtitutionem in integrum contra fidejuſſionem, ex *auth. Sacramenta puberum, C. ſi adverſ. vendit.* Quæ duo juramenta ſi non interponat, vel unum amplum, & generale utramque exceptionem excludens, & comprehendens, abſque dobio ex defectu juramenti omiſſi, contractus poterit reſcindi, *Alciat. in l. cum contingat, numero* 132. *de jur. jur. Corn. in Auth. Sacramenta puberum, numero* 30. *C. ſi adverſ. vendit. Riminald. jun. in princip. Inſtit. quib. alienar. lic. vel non ex numero* 429. optimè *Noguerol. alleg.* 34. *numero* 2. ubi advertit in his terminia poſſe intrare quæſtionem; & alia tradit ad præſentem materiam ſatis copiosè, & notabiliter. Eum coofule.

ARGU.

ARGUMENTUM.

Donatio contemplatione matrimonij, patre ſtipulante pro ſe, & filiis, aut pro ſe, & hæredibus, an, & quomodo filiis quæratur, uti ſcilicèt filiis, vel uti hæredibus, præſertim ſi facta alicui ſit, ut commodius vivere poſſit cum uxore, & filiis, reluta cautela, ut in ea pater præjudicare filiis non valeat, & quorum interventus exigatur, ut facta ſemel irritetur, aut ſecus, Item quando cenſeri debet cauſa finalis matrimonij, vel impulſa. Et an, ac quibus in caſibus hæres, aut ſucceſſor non teneatur ſtare facto defuncti, multis additis de ſimulatione arguenda, vel excludenda, de effectibus præfationis in conjicienda mente loquentis, & intelligentia verborum, diſpoſitionis, & actus ſequentis, de diſpoſitione text. in *l. procula*, *ff. de probat.* ut locum habeat, quot; & quæ concurrere debeant.

SUMMARIUM.

1 *Donatio quanto temporis ſpatio ſoluta præſumatur, & qua ad id concurrere debeant, n. 47.*

2 *Donatio contemplatione certi matrimonij pars patrimonij eſt, & correſpectiva ad dotem, & quomodò derogatur ſimulata.*

Limitatur, niſi in declaratione interveniant omnes, qui intervenerunt in contractu matrimonij, ibid. & num. 22. & 24. ubi deciſio, & in foro conſcientia, num. 33.

4 *Hæres abſque beneficio legis, & inventarij tenetur habere ratum factum defuncti.*

5 *Donatio cùm facta eſt contemplatione matrimonij, & filiorum naſciturorum, quaritur filiis uti filiis, & non uti patris hæredibus, & num. 8. & 13.*

6 *Pater an cenſeatur ſtipulaſſe pro filiis uti filiis, vel illis uti hæredibus, quando ſtipulatur ſpecialiter etiam in beneficium filiorum, quo pacto eis poſt patris obitum quaratur actio, n. 7.*

8 *Pater non prajudicat filiis facta donatione contemplatione matrimonij, & filiorum naſciturorum.*

9 *Donatione facta contemplatione matrimonij, licèt in ea pater fuerit ſtipulatus pro ſe, & hæredibus, intelligitur tamen de filiis.*

Hæredis *verbum in ſtipulatione facta à patre donationis contemplatione matrimonij accipitur pro filiis, ibidem.*

10 *Matrimonium dicitur cauſa finalis donationis, non impulſiva, cùm matrimonium non ſit jam contractum, num. 11.*

12 *Matrimonij finis eſt, filios ſeu liberos procreare.*

Matrimonium qui contemplatur, videtur de filiis cogitaſſe, ibid.

14 *Filiis quaritur actio ex donatione facta alicui*, ut commodius vivere poſſit cum uxore, & filiis, *quamvis verba hac ſint in præfatione prolata, numero 15.*

15 *Verba, & ſi prolata in præfatione, declarant mentem contrahentium.*

16 *Donationis cauſa finalis oſtenditur verbis, quamvis prolatis in præfatione.*

17 *Verba ſequentia recipiunt interpretationem ex dictis antecedentibus.*

18 *Donatio regulatur ſecundum præcedentem præfationem.*

19 *Donatio ſi facta ſit proximiori, debet intelligi de maſculis tantum, cùm ex præfatione colligatur, animum donandi fuiſſe maſculis tantum.*

Proximioris appellatione venit tam maſculus, quam fœmina, ibid.

20 *Donatio ut intelligatur de quibus bonis ſit facta, recurrendum eſt ad præfationem.*

21 *Præfatione vera mens contrahentium habetur, actus regulatur, & diſpoſitio ſequens intelligitur.*

23 *Hæres non tenetur in pluſquam teneatur principalis.*

25 *Contractus quotieſcunque eſt factus in fraudem ſucceſſoris, poteſt ſucceſſor contra eum venire, quamvis eſſet alienantis hæres.*

26 *Promiſſa nec qui promittit, nec ejus hæres obſervare tenetur, quotieſcunque aliquid ſit lege prohibente.*

27 Text. in l. cum à matre, C. de rei vendicat. *diſpoſitio locum non habet, quotieſcunque aliquid eſt factum lege prohibente.*

28 *Hæres regulariter ſtare non tenetur facto defuncti, quod de per ſe nullum eſt.*

29 *Simulata, an verò potius vera donatio præſumatur, data conjunctione ſanguinis inter donantem, & donatarium, & n. 33.*

30 *Simulatio ſicuti probatur, ita excluditur, etiam conjecturis.*

31 *Simulationem qua excludunt conjectura præferri debent.*

32 *Donationem facit præſumere ſanguinis conjunctio, ſola tamen conjunctio non ſufficit, n. 35.*

34 *Simulationem, & fraudem ſola ſanguinis conjunctio non probat.*

36 *Simulationis præſumptio excluditur plurium annorum curriculo.*

37 *Simulatio an, & quando arguatur ex eo, quod donans remanſerit in poſſeſſione rei donata.*

38 *Lites afferre ſolent rancores, & odia inter conſanguineos.*

39 *Simulatio ceſſat in donatione contemplatione matrimonij.*

40 *Inſtrumentum facit rem certam, & manifeſtam.*

41 *Conjecturis non eſt locus in claris.*

42 *Probatio præſumptiva non admittitur adverſus inſtrumentum, ſed requiruntur plena, concludentes, & apertiſſima probationes, præſertim in contractu jurato.*

43 *Juramentum excludit ſimulationem.*

44 *In ſimulatione an, & qua cauſa requiratur, & qua eam excludat in donatione contemplatione matrimonij.*

45 *Simulationis omnis præſumptio excluditur data actus neceſſitate.*

46 *Simulationis præſumptionem excludit veriſimilitudo.*

48 Text. in l. procula, ff. de probat. *diſpoſitio ut locum habeat, quot, & qua concurrere debeant, & num. 50.*

49 *Procedit tantum in medicis.*

51 *Calculationem rationum ſæpè ſæpius factam quot ex vicibus dicatur.*

52 *Illatio non ſit ex diverſis.*

53 *Deciſio cauſa.*

Pro Portia de Tuſo hærede quondam Octavij Tuttavillæ, cum Patrimonio Comitiſſæ Sarni.

CONSULTATIO XLVI.

DUo adverſus donationem factam per quondam Vincentium Tuttavillæ Sarni Comitem quondam Horatio Tuttavillæ ejus germano contemplatione matrimonij contracti cum quondam Conſtantia Sanſeverina, & filiorum ex eo procreandorum, per Adverſarios opponuntur. Primò, quod donatio non fuit vera, ſed ſimulata, & ad pom-

1 pam. Secundò, * quod quatenus eſſet vera, ſpetio
tanti temporis præſumitur ſatisfacta, ex regula text.
l. procula, *ff. de probat.*

Verum antequam ad reſponſionem prætenſarum
conjecturarum, ex quibus ſimulationem probare
Pars contendit, deveniamus, prænotandum eſt, quod
2 in hac cauſa nulla poteſt cadere ſimulatio; * Cùm
enim fuerit donatio facta contemplatione matri-
monij certi, quamvis apertè ex alio inſtrumento, Al-
betano, ſeu alia quavis ſcriptura iſta ſimulatio dete-
geretur, nulla de prædictis ſcripturis poſſet haberi
ratio, quia ipſa donatio eſt pars ipſius matrimonij,
& eſt correſpectiva ad dotem, & proinde omnes,
qui in contractu intervenerunt, debent in prædictis
ſcripturis ſimulationem detegentibus intervenire,
alias nihil operaretur, quod certiſſimum eſt, & plu-
ries judicatum reperitur, ut poſt *Guid. Pap. Tell. Fer-
nan. Ant. Padilla*, & alios habetur per Franch. *in de-
ciſ.* 205. & iterum *in deciſ.* 436. plures deciſiones re-
fert, Fontanell. *in tract. de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 1.
num. 71. & in Regno Siciliæ Caſtill. *deciſ.* 51. *n.* 8. &
dec. 106. *num.* 10. Faber. *in Cod. tit. de revocat. donat.
diffin.* 1. Sanch. *de matrim. li.* 6. *diſp.* 32. Molin. *de pri-
mog. Hiſpan. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 17. Matienzo *in nova
recepil.* 5. *titul.* 6. *l.* 1. *gloſ.* 8. *num.* 4. quod procedere
3 etiam de foro * conſcientiæ habetur ex Molfeſ. *in conſ.*
51. *num.* 3.

Quæ quidem cùm ſint hodie ſatis clara, negari
non poſſunt ab adverſariis, ſed fundare intendunt,
non potuiſſe quondam Octavium hanc donatio-
nem petere, nec uti hæredem patris, nec etiam ex
4 propria perſona, † ex eo, quia patris eſt hæres, abſ-
que beneficio legis, & inventarij, & proinde tenetur
habere factum factum defuncti, vulgata *l. cum à ma-
tre*, *C. de rei vendic.*

Pro quorum reſponſione fundabo. Primò, Octa-
vium venire potuiſſe ex propria perſona. Secundò,
quod poterat donationem petere, etiam uti patris
hæres.

5 Quoad primum, † à Parte non negatur articulus
quod quando donatio eſt facta contemplatione ma-
trimonij, & filiorum naſciturorum, quod jus filiis
quæratur uti filiis, & non uti patris hæredibus, hoc
6 enim ſatis clarum eſt apud omnes, † omiſſa enim
quæſtione illa, an in dubio cenſeatur patrem ſti-
pulaſſe pro filiis, uti hæredibus, de quo per *Bar.
Jaſ. & alios in l. ſi tibi*, *§. ſi pactus*, *ff. de pact. & in l.
Gallus*, *§. quidam rectè*, *ff. de liber. & poſthum.* latiſſimè
per *Surdum dec.* 322. & per *Peregr. de fideicomm. art.*
7 32. tamen certiſſimum eſt, * quod quando ſpeciali-
ter ſtipulatur etiam in beneficium filiorum, quod
eis poſt patris mortem quæritur actio, etiam ex
8 propria perſona, * ita ut in iſta donatione taliter
facta non poſſit pater filiis præjudicare, prout
pro cautela tradidit *de Ponte conſ.* 80. *Surd. in dict.
dec.* 322. & deciſum refert *Præſid. Amat. in conſil.* 6.
contra allegata per *Molfeſ. in conſ.* 2. *Caſtill. in dicta
dec.* 106. & alii innumeri.

Prætendit tamen Pars adverſa, quod donatio
fuit facta Horatio tantum, & quod filii in dona-
tione non ſint contemplati, & quamvis *de Ponte in*
9 *conſ.* 25. tenuerit opinionem, † quod ſi donatio fa-
cta ſit contemplatione matrimonij, licèt in ea Pa-
ter ſtipulatus fuiſſet pro ſe, & hæredibus, quod
intelligeretur pro filiis impropriando illa verba,
hæredibus, hoc eſt, filiis, tamen *Regius Conſiliarius
Theodorus* valdè miratur, *Jo. Franciſcum de Ponte* ta-
lem tenuiſſe opinionem, ex quo fuit ſomnium
Bertrandi in conſ. 179. *vol.* 3.

Verum animadvertendum puto, quod hæc opinio
non fuit ſolius *Bertrandi*, & *de Ponte in locis* ſupra
allegatis, ſed idem *Bertrandus* idem tenuit *in conſ.*
224. *vol.* 2. *in fi.* qui loquitur in caſu, quando dona-
tio fuit facta ab extraneo, & hanc etiam opinionem
optimè defendit Decianus *in conſ.* 8. *vol.* 4. Bombinus
conſ. 61. *n.* 16. & Caſtill. *in dicta dec.* 106. *n.* 8. qui etiam
alios allegat, & opinionem Bart. & de Pont. ſequi-
tur etiam poſt Alex. Ruid. & alios, quos allegat
Maſtrill. *in dec.* 251. quæ quidem opinio corrobora-
tur, * quia matrimonium dicitur cauſa finalis, non 10
impulſiva, ut malè ſentit Oldr. *in conſ.* 5. & ita re-
probata opinione Oldr. tenuerunt Natt. *conſ.* 609.
Fab. de Ann. *c.* 78. *vol.* 1. Alex. Turam. *in conſ.* 134. *in-
ter conſ.* ejuſdem Fabii de Ann. 2. *vol.* ubi etiam con-
ſuluit Menoch. *in conſ.* 139. ac eandem opinionem
contra Oldrad. tenuit idem Menoch. *in conſ.* 723. Ro-
laud. à Vall. *conſ.* 44. *n.* 24. *vol.* 4. optimè Becc. *conſ.*
20. *n.* 18. Bombin. *d. conſ.* 61. Milan. *dec.* c. Houde-
deus *conſ.* 38. *n.* 30. *vol.* 1. & de communi, & magis
recepta opinione poſt alios teſtatur Caſtill. *in d. dec.*
106. *n.* 13. & alii innumeri.

Vel poteſt opinio Oldradi ſalvari in caſu ſuo, *
ubi matrimonium erat jam contractum, quo ca- 11
ſu verè non poteſt dici matrimonium eſſe cau-
ſam finalem, ex quo ſine ipſa donatione jam erat
contractum, ut optimè reſpondet Natta *in d. conſ.*
609. *n.* 41. & alii allegati.

Matrimonii autem finis eſt, * filios, ſeu liberos
procreare, & qui matrimonium contemplatur, vi- 12
detur de filiis excogitaſſe, Soc. *conſ.* 53. *vol.* 4. Tiraq.
in l. ſi unquam, in præfat. n. 69. Menoch. *conſ.* 196. *n.* 52.
& ſic non eſſet ponere os in Cœlum, ſi cum Ber-
trando, & aliis ſupra allegatis diceremus, * quod 13
ex donatione contemplatione matrimonii ſim-
pliciter facta in filiis eſſet quæſitum ex propria
perſona.

Verùm in caſu noſtro ceſſat difficultas, * ex quo 14
in ſpecie in contractu fuit contemplata perſona
filii, quia nedum in eo adſunt illa verba, *ut com-
modius poſſit vivere cum uxore & filiis*, de quo per Ro-
buffum *conſ.* 68. *n.* 1. ubi tenuit, filiis etiam actionem
eſſe acquiſitam, Surdus alios cumulans *in tract. de
alimentis tit.* 2. *quæſt.* 3. *n.* 1. *cum ſeq.* & *n.* 9. Bombin.
* *in dicto conſ.* 16. Dec. *conſ.* 238. *ante n.* 7. ſed adſunt
expreſſa verba, *velle donare Horatio, & filiis naſcituris*, 15
quæ verba & ſi fuiſſent in præfatione prolata,
attamen contrahentium mentem declarent, *l. fin.
ff. de hæred. inſt.* Cravett. *conſ.* 192. *nu.* 1. Menoch.
conſ. 150. *n.* 40. & cauſam finalem donationis oſten-
dunt, * Dec. *conſ.* 600. *in princ.* Surd. *conſ.* 241. *vol.* 1. De- 16
cian. *conſ.* 3. *vol.* 1. *n.* 116. Corn. *conſ.* 97. *vol.* 4. &
ex antecedentibus * dictis ſequentia interpretatio-
nem recipiunt, *l. ſi fuerint*, *§. fin. ff. de reb. dub.* Alex. 17
conſ. 47. *num.* 116. *vol.* 1. Surd. *conſ.* 35. *vol.* 1.
Burſat. *conſ.* 307. *n.* 131. *vol.* 3. & Peregr. *in conſ.*
67. *in fin. vol.* 1.

Cùm igitur ex narrativa facta per donantem cla-
riſſimè ſit declaratum, quod intendebat donare
Horatio, & filiis, quamvis in diſpoſitiva dona-
tio Horatio tantum directa ſit, * attamen illa 18
debet regulari ſecundum præcedentem præfatio-
nem, quod optimè probatur ex Bertrand. *in conſ.*
19. *vol.* 7. *nu.* 10. ubi facta donatione proximio-
ri, † quamvis appellatione proximioris veniat tam
maſculus, quàm fœmina, tamen ſi ex præfatione 19
colligitur, animum donantis fuiſſe maſculis proxi-
mioribus donare, quod donatio colligi debet in
beneficium proximiorum maſculorum tantum, hoc
idem probat. Rim. junior *conſ.* 191. *nu.* 1. ubi
aſſerit, quod ad cognoſcendum, de quibus bo-
nis intelligatur facta donatio, * recurrendum eſt 20
ad præfationem, * ex qua vera mens contrahen- 21
tis habetur, actus regulatur, & diſpoſitio ſe-
quens intelligitur, Bar. *in l. cum iis*, *ff. de tranſact.*
idem Bertrand, *in conſ.* 132. *num.* 1. *vol.* 6. *gl. in
l. item quia*, *§. fin. ff. de pact.* Grat. *conſ.* 52. *nu-
mer.* 3.

Verùm ex inſtrumento dotali clarius apparet,
dona-

donationem fuiſſe factam filiis naſcituris, ibi: *Item tante detto Signor Conte, come detto Signor Pompeo del detto Signor Oratio fratelli per contemplatione, e cauſa di detto matrimonio, & anco per li figli naſcituri da eſſe matrimonio promettono donare, ſi come ex nunc, pro tunc donano*, & inferius, *e tante volte li detti Signor Conte, e Signor Pompeo donano per contemplatione di detto matrimonio, & à detti ſuoi figli naſcituri dal detto matrimonio*, & ſic inania redditur interpretatio prætenſi erroris in conceptione verborum, quæ nec præſumitur, nec poteſt ſenſus accommodari niſi ut donatio intelligatur facta, prout fuit cum effectu, principaliter filiis naſcituris.

Concluditur ergo ex prædictis, quod cùm quond. Octavius ex dicto matrimonio ortus fuerit, ipſi ex propria perſona, & non tanquam patris hæredi ex donatione jus quæſitum fuit, nec potuiſſet ei obſtare quæcunque retro donatio, ſeu alius contractus in præjudicium prædictæ donationis à patre factus, nec alia quæcunque conventio, ex quibus donatio effectum non ſortiretur, ſed quod ad pompam facta intelligeretur, quando hoc probatum fuiſſet, prout verè non fuit, quod infra clarius demonſtrabo.

Poſſet etiam Octavius venire uti patris hæres, & prædictam donationem petere, nullæ enim validæ obligationi ejus patris contravenitur, cùm ta-
22 les pactiones contra eas, quæ in capitulis matrimonialibus * promittuntur, ſint nullæ, ut ex Franch. *in d. dec.* 805. & aliis ſupra fundavimus, non po-
23 tuit ergo * efficax actio oriri contra Horatium Tortavilla patrem, & ideo nec ejus hæres poteſt ad aliquid teneri, non enim tenetur hæres in pluſquam principalis. *tot. tit. C. de hæred. act.* Bar. *in l. 4. §.*
24 *Cato, in 3. oppoſ. ff. de verb. oblig.* * & ita noviſſimè judicatum fuit in cauſa Franciſci della Leoneſſa, facta enim datione contemplatione matrimonii contracti inter prædictum Franciſcum, & Lucretiam Milanam per Joan. Baptiſtam ejus patrem annuor. duc. mille, & ducentum, per aliud inſtrumentum promiſit Franciſcus ſolvere Aſcanio ejus fratri annuos duc. 500. cùmque Franciſcus prætenderet à patre ſolutionem annuor. ducat. mille, & ducentum, & Aſcanius ſolutionem à fratre annuorum duc. quingentorum, quia prædicta donatio facta Aſcanio erat in præjudicium donationis factæ contemplatione matrimonii, fuit Franciſcus abſolutus, ad relationem quondam Regii Conſilii Marci Ant. Mortæ in Banca de------ quamvis tunc ageretur contra ipſummet promittentem.

In caſu autem noſtro nihil reperitur promiſſum, ſed prætenditur, adfuiſſe inter donantes, & donatarium tractatum, ut donatio non ſortiretur ſuum effectum (cujus tamen contrarium infra fundabimus) quod pactum nullum fuiſſe in damnum filiorum, & uxoris, non poteſt aliquo modo hodie dubitari, nec etiam ſi filii eſſent hæredes abſ-
25 que beneficio legis. * Primò, quia quotieſcunque contractus eſſet factus in fraudem ſucceſſoris, poſſet ſucceſſor ex propria perſona venire, quamvis eſſet alienantis hæres, ut plenè fundat Alex. Raudenſ. *in conſ.* 38. *num.* 43. *l.* 2. quem ſequitur Fuſar. *de fideic. ſubſt. qu.* 557. *nu.* 26. & eſt quidem regula-
26 re,* quod quotieſcunque aliquid fit lege prohibente, tunc nec ipſe idem, * nec ejus hæres tene-
27 tur promiſſa obſervare, & propterea non poteſt habere locum diſpoſitio, *text. in d. l. cum à matre, C. de rei vendicat.* prout poſt Andr. de Iſern. & alios habetur ex Gramm. *in dec.* 63. *num.* 8. & ſic omne adverſariorum refugium, quod Octavius fuerit hæres patris facilè evanuit, & regulariter facto
28 defuncti, quod de per ſe nullum eſt, hæres ſtare non tenetur, *l. quemadmodum, C. de agric. & cenſit.* Bald. *in d. l. cum à matre,* Grammat. *d. dec.* 93. *num.* 8. & 9. & alii per Hartm. Piſtor. *lib.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 85.

Quibus tanquam veriſſimis præſuppoſitis non opus erit prætenſis præſumptionibus ſimulationis prædicti contractus reſpondere. Cùm etiam data ſimulatione nihil operaretur ad damnum Conſtantiæ Sanſeverinæ uxoris, & Octavii filii, verumtamen cùm certo certiſſimum ſit, donationem veram, & realem fuiſſe, nullamque ſimulationem excogitari potuiſſe, ideò pro reſponſione eorum, quæ in contrarium conſiderantur ad probandum hanc ſimulationem breviter aliqua, tam in jure, quam in facto conſidero.

Prima igitur conjectura, * ſive præſumptio 29
ponderata eſt ſanguinis inter donantem, & donatarium conjunctio, *l. data in principio, C. de donat.* * 30
verum quia ſicuti ſimulatio ex conjecturis probatur, ita etiam in conjecturis excluditur, Decian. *conſ.* 37. *num.* 22. *conſ.* 8. *l.* 2. † immò illæ conje- 31
cturæ, quæ ſimulationem excludunt, debent præferri, Ceph. *conſ.* 325. *num.* 2. *Card.* Mant. *de tac. & amb. conv. lib.* 13. *tit.* 36. *num.* 17. Ideò dicendum eſt, ex hac ſanguinis conjunctione potius probari, donationem eſſe veram, ſiquidem, ut Horatius frater ſe matrimonio copularet cum tam congrua dote propriis facultatibus deficientibus, quid mirum, quòd Comes Sarni ejus frater, & dives tam exiguam donationem duc. tantum 2400. fratri ſuo fecerit? & quod ſanguinis * 32
conjunctio faciat donationem præſumere, habetur ex Alciat. *præſumpt.* 26. *num.* 6. & quod conjunctio ſanguinis faciat ſimulationem, * & præſumi 33
veram donationem, habetur ex *l. 3. §. qui ejuſdem, ff. de donat. int. vir. & uxor.* Cyn. & Bald. *in l. per diverſas, C. mandat.* Roland. à Vall. *conſ.* 38. *num.* 22. *vol.* 2. Et tamen verum, quod ſicut ſanguinis * conjunctio ſola fraudem, & ſimulationem 34
non probat, Menoch. *de præſumpt. l. 3. præſumt.* 124. *n.* 24. * Ita etiam ſola non eſt ſufficiens conjectura 35
ad præſumendum donationem, *l. filia, C. famil. erciſcund.* Menoch. *de arbitr. caſu* 88. *n.* 22. *& de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 15. *n.* 7. *&* 8. & ſic iſta conjectura potius donationem veram probat. Secunda conjectura ponderata circa temporis antiquitatem, nec ipſa ſimulationem probat, immò potius ex ea contraria præſumptio oritur, cùm enim per tot annos, in quibus Comes Sarni ſupervixit, nunquam hanc ſimulationem detegere curaverit, conjectura reſultat, quod ſimulatio non adfuit, * quia plurium 36
annorum curriculo ſimulationis præſumptio excluditur, Dec. *conſ.* 232. *num.* 2. Abb. *conſ.* 4. *nu.* 37. *lib.* 1. Maſcard. *concl.* 558. *num.* 32. Gratian. *diſcept. forenſ. l.* 5. *cap.* 826. *n.* 35.

Nec tertia conjectura erit in conſideratione, * 37
quia non apparet ſolutio intereſſe infra decennium, nec apparet ſolutio poſtea capitalis, & ſic videtur certo modo permanſiſſe in poſſeſſione rei donatæ, in nihilo ad hoc operante ficta traditione per conſtitutum, quia ultra ea, quæ in facto infra ponderabuntur, nec de jure iſta conjectura aliquid operatur, quando alia poteſt eſſe cauſa, ut deciſum refert in Rot. Rom. Ludoviſ. *in dec.* 401. *n.* 16. Nec aliæ conjecturæ, nempè quòd Octavius non egit contra hæredes Pompæi Tortavillæ pro alia medietate donationis aliquid faciunt, omnes enim ſciunt, quod hoc evenit, quia Proſper Pompeii filius, & hæres filiis maſculis carebat, & ſuam filiam primogenitam, & hæredem ſuæ domus affectabat Octavius pro Horatio filio, prout paulo poſt litem moram caſus evenit, ita ut omne patrimonium Proſperi mediante perſona Donnæ Hieronymæ Tortavillæ ejus filiæ, & hæredis ad Horatium Octavii filium primogenitum ejus maritum perveneſit, & quia lites, rancores, † & odia in- 38

ter conſanguineos afferre ſolent, ut dicit *Pragm. odis litium, de arbitr.* maxime cum ratione Octavius, qui totam hæreditatem Proſperi ad ejus filium pervenire ſperabat mediante matrimonio cum filia Proſperi, litem intermiſit, & demum ea, quæ conſiderantur reſpectu alterius promiſſionis faciendæ per Ill. Marchionem Piſcariæ nihil ponit in eſſe, quæ domus antiqua quondam Marchionum Piſcariæ jamdiu reperitur multis oneribus gravata, ita ut moderna Marchioniſſe Terras Vaſti, & Piſcariæ cum viri pecunia emerit, & creditores ſuper pretio non valuerunt ſibi ipſis ſatisfacere. & ſumus in hærede hæredis, qui nequiret, ſi donatio ſuum ſortita fuerit effectum.

ditur dignitatis locum, niſi finito tempore illius, qui fuerit interim electus, per text. *in l.* 2. *§. ſi alia, ff. de decur.* aliaque jura ad hujus concluſionis confirmationem perpendit.

Ex quibus conſtat, * quod prædictis nullo modo 78
poſſunt applicari *deciſ. D. de Franchis* 8. *de Ponte* 7. *Anna allegat.* 103. *nu.* 4. & aliæ, quæ in contrarium adducuntur. Siquidem loquuntur in officiis perpetuis, pecunia emptis, & in quibus proceditur judicialiter ad privationem, ſive ſuſpenſionem, & ideò requiritur cauſæ probatio eo caſu, & quòd illa ſit ſufficiens: ſecus autem eſt in Principe, qui aliquem officio privat, qui exercitium officij gratuito per aliquod tempus conceſſit, quia ex ſuprema ejus poteſtate, & ex cauſis, ejus dictis, & aſſertioni, maximè quando motu proprio proferuntur, ſtandum eſſet, nec admittitur probatio in contrarium, ut ſupra abundè fundavimus, & hanc diſtinctionem admittit etiam Boerius *deciſ.* 149. *nu.* 16. & *ſequens.* lariſſimè *Joan. Redin. de Majeſt. Principis, verſ. ſed etiam per legitimos tramites, n.* 165. *cum ſeq. tom.* 16. *tract.* ſupra citatus, & diſtinctionem ab officio perpetuo, vel temporali tradit Capycius *dicta deciſ.* 121. *nu.* 20. ex Bald. *in l. mancipia, C. de ſervis fugit.* & noviſſimè in Officialibus ad beneplacitum ita cenſuit, & pro
abſoluto

Digitized by Google

abſoluto multis Doctoribus relatis tradit Borrellus
de Magiſtr. edict. lib. 1. c. 12. n. 68.
79 Nec etiam obſtat text. * *in l. ſi quos, C. de offic. Præ-
fecti prætor. Orientis*, ubi Principi non deberi referri
delicta remotionis cauſa Officialium, ſed vindictam
tantum, & ſic punitionem, & *in l. 2. C. de offic. Præfe-
cti Auguſt.* quia loquuntur in Præfecto prætorio,
80 qui non habet amplam poteſtatem, * ſecus verò in
81 Proregibus, * qui poſſunt punire, & amovere Officia-
les, etiam immediatè à Rege creatos, ut in puncto
dixit Follerius *in Conſtit. Regni Capitaneorum, numero*
150. *cum ſeq.* & propriè *numero* 153. & infra proximè
dicemus.
Præterea nec reſiſtit *Capitulum Regni*, incip. *Item*
82 *quod prædicti officiales*, ubi mandatur Officialibus,
quod non poſſint abſque cauſa Officiales per ipſos
ordinatos privare eorum officio, quia non loquitur
de Prorege, ſed da Juſtitiariis Provinciarum, & aliis
Officialibus minoribus, quod colligitur tum ex *Ca-
pitulo antecedenti*, incip. *Quòd quaterni collectarum*
ubi loquitur de Juſtitiariis, ejuſque Officialibus, de-
inde ſequitur aliud *Capitulum. Item quod recipian-
tur*, & ſubſequitur dictum *Capitulum. Item quod præ-
dicti Officiales*, & ſic refertur ad proximè præceden-
tia, etiam ex illa dictione, *prædicti*, vulgatis juribus,
tum etiam, quia loquitur in numero plurali. Item
quod prædicti Officiales, Prorex autem in hoc Regno
unus eſt, & ſic nullo modo poteſt extendi ad Prore-
gem, qui Officiales quoſcunque minores, & majo-
res, tam ad beneplacitum, quam ad vitam privare
poteſt, prout ei viſum fuerit, quod apertiſſimè con-
ſtat ex Commiſſione ſolita dari Proregibus hujus
Regni per ſuam Majeſtatem, cujus formam de ver-
bo ad verbum tranſcripſit ex *Digeſtis Regiæ Cancel-
lariæ Surgens de Neap. Illuſtrata lib. 1. cap. 14. n. 15.
& cap. 17. ſub num. 39.* & ſic patet, quod etiam ſi di-
ctum *Capitulum Regni* loqueretur in Prorege, licèt
ibidem S. Majeſtas reſervaverit ejus conſcientiæ, &
arbitrio privationem Officialium, cùm tamen in
83 Commiſſione, * quam facit Proregibus, hanc pote-
ſtatem eiſdem ſpecialiter concedat, nullus remanet
penitùs dubitationi locus, quinimò in ſpecie, quod
84 arbitrium reſervatum * Suæ Majeſtati extendatur ad
Proregem, fundat optimè *ex Ferrer. Salic.* & aliis
D. Garſia Maſtril. lib. 6. c. 5. n. 29 de Magiſtr. Can-
cerius videndus in propriis terminis *lib. 3. variar.
reſol. c. 12. n. 103.*
85 Deciſio Collateralis * Conſ. relata à Regente Ta-
pia *de Conſtit. Princip. cap. 9 par.* 2. ultra quod lo-
quitur, nulla exiſtente cauſa, tamen expreſsè con-
tradicit *dec. de Franch.* in eodem caſu Continui ſupra
relata 455.
Quibus adſtipulatur, quod hæc cauſa traliic ſe-
cum maximam conſequentiam, quia ſi diceremus,
noſtros Judices malè electos fuiſſe, & eos qui priùs
aderant malè privatos, ſequeretur, quod omnia
86 acta, † & decreta facta per iſtos Judices eſſent nulla,
nec error communis faceret jus, *ad tex. in l. Barba-
rius, ff. de off. præſid.* pro quo adduco quod dixit Jaco-
bus de Belvis. *in diſpu.* inc p. *Cavet. aliquo jure*, quam
ponit poſt *l. 2. C. quomodo, & quand. Judex*, ubi quę-
rit, ſi aliquo jure cavetur, quod electio, vel collatio
dignitatis, vel honoris, vel officii debeat fieri cum
certa ſolemnitate, & aliquis talem dignitatem, vel
officium obtinuerit, non ſervata iſta ſolemnitate, &
exiſtens in illa dignitate, multo tempore geſſerit
multa, an communis error faciat jus, in quo geſta
per eum valeant, & terminat, quod ſi electio eſt
nulla propter ſolemnitatem non ſervatam, tunc
etiam geſta redduntur nulla, nec error communis
aliquid facit jus, refert, & ſequitur Jaſ. *in dict. l. Bar-
barius, ff. de offic. Præſid. n. 51.*

*Hæc cauſa erat decidenda in Collaterali Conſilio de
ordine Eminentiſſimi Cardinalis Borgia, tunc hujus
Regni generalis Locum-tenentis, & propterea fuerunt
omnes Domini Regentes informati, ac ipſe idem Emi-
nentiſſ. Locum-tenens, qui, ut fuit mihi relatum, hanc
Conſultationem attente perlegit, & conſideravit, & illa
viſa, cauſa deciſione non expectata, nedum prædictos
Judices actores non reintegravit, ſed novem Judices
ipſius Magnæ Curiæ tam civiles quam criminales, non
completo tempore officii, de facto privavit, & in eorum
loco alios legit. Ad prædicta tamen videndus eſt* Pater
Baptiſta Fragoſus Luſitanus *è digniſſima Societate Je-
ſu in ſuo* tractatu de Regimine Reipubl. Chriſtianæ,
noviſſime in lucem edito, qui p. 1. lib. 3. diſput. 5. n. 42.
*plene tractat articulum, an Princeps poſſit auferre offi-
cia ſubditis conceſſa ſine rationabili cauſa, & ex mul-
tis concludit, quod non poſſit abſque cauſa, ſive ad vi-
tam, ſive ad annum ſint conceſſa.*

OBSERVATIO IN CONSULT. XLVII.

ARGUMENTUM.

De judicio ſpolij plenè agitur in hac *Conſult.* 47.
Reg. Latr. Spoliatus authoritate Principis ante
omnia eſt reſtituendus, quando ſpoliatio eve-
nit cauſa non cognita; & etiam Judex, ſi
nulliter, & injuſte proceſſerit, adhuc di-
citur ſpoliare. Quæ ſint probanda in judicio
ſpolij. Et cum *Mangil. in Tract. de ſubhaſtat.*
diſtinguitur, quando quis agat ex perſona
propria, vel defuncti ſpoliati. Rem enucle-
ant *Conſil. Staib. & Author in animadverſ. ad
cap. 173. Gratian.* Agitur etiam de poteſtate
Proregia, an ſcilicèt poſſit ad nutum, ſine
cauſa, & cauſæ cognitione Officiales remo-
vere ab officio? Opinio affirmativa pluribus
rationibus firmatur per *Reg. Latr.* qui taxatur
à *Conſil. Staib.* & noviſſimè *D. Staibanum* ſequi
videtur *D. Ageta in annot. ad dec. Reg. Moles.*
Approbatur tamen *Reg. Latr.* per *Conſil. Rocc.
in Tract. de offic.* Adducitur locus *Horatij
Montani in Tract. de Regal. offic.* diſtinguentis
inter poteſtatem Regis, & pro-Regis; Et
D. Chriſtophor. Creſp. de Valdaur. ſimiliter agens
de revocatione officiorum, quæ ad benepla-
citum, vel durante nutu, & libera volun-
tate conceduntur, ſtatuit plures concluſiones.
Author in ſenſu veritatis pugnat pro opinione
Reg. Latr. adverſus illos Officiales, qui nul-
lis ſuffragantibus propriis meritis, ſed per pe-
cuniam, interceſſiones, & per ſordes ad
Magiſtratum fuerunt electi, ut iſti ſint pri-
vandi, & indiſtinctè ab officiis ejiciendi. Et
commendatur *Reg. de Ponte in tractat. de poteſt.
pro-Reg.* aiens, nedum privandos tales Offi-
ciales, ſed etiam acriter eſſe puniendos,
etiam ad aliorum exemplum, ut peſtis hæc
omnino deleatur, radix, & cauſa omnium
malorum. *Author* execratur venditiones officio-
rum concernentium adminiſtrationem juſtitiæ,
eorumque venditores, & emptores. E' con-
verſo ſtabilitur per *Authorem* concluſio favore
illorum, qui propriis ſudoribus, & vigiliis,
& notoriis meritis aſſumpti fuerunt ad Magi-
ſtratum, & ideò per ora omnium commen-
dati, ut tales Officiales ad juſtitiam mini-
ſtrandam, quamvis *ad Beneplacitum* conſtituti,
abſque tamen urgentiſſima & legitima
cauſa, indiſtinctè nequeant removeri. *Arca-
dius, & Honorius Imperatores* ambitui, &

nundinationi

nundinationi Officiorum obviam ivere, ut obſervat eruditiſſimus *Jacobus Gothofred. in Commentar. ad C. Theodoſ. ex loco Claudiani.* Laudatur zelus *Excellentiſſimi Principis Dom. D. Ludovici de la Zerda y Aragon.* pro Catholica Majeſtate in hoc Regno integerrimi, & vigilantiſſimi Pro-Regis, qui compreſſo, & penitus extirpato ambientium concurſu, ad Magiſtratum promovit, & quotidie promovere ſtudet viros doctiſſimos ex nobiliſſimo cœtu Advocatorum, inter quos omnium plauſu electi fuerunt Regij Conſiliarij *DD. Petrus Fuſcus*, & *Flavius Gurgus* Advocati celeberrimi. Alia de poteſtate Pro-Regia circa Spectabiles Regentes ſubnectuntur per *Regentem Sanfelic.* in differentia *Jo. Alonſi Suarez cum Excell. Prorege Comite de Lemos.* Et quod Pro-Rex in hoc Regno repræſentet Perſonam potentiſſimi noſtri Monarchæ cum aliis prærogativis celebratis per *Authorem in Tractat. de pluralit.* recenſentem hanc *Conſult. Reg. Latr.* Denique reſumitur Quæſtio, an tempus recipiat functionem alterius temporis. *Reg. Latr.* comprobat *dec.* 419. *Praſ. de Franch.* ubi *Author in obſerv.* meminit hujus *Conſul. Reg. Latr.* cum aliis.

SUMMARIUM.

1 *Spoliatus Principis authoritate, ante omnia, eſt reſtituendus, quando ſpoliatio evenit cauſa non cognita.*

2 *Judex nulliter, & injuſtè procedens, adhuc dicitur ſpolium committere.*

3 *Spolium, quantumvis judiciale, ante omnia purgandum.*

4 *Antiquior poſſeſſio debet probari per actorem in judicio ſpolij, ut recens prænumatur vitioſa.*

5 *Spolij extrema quas probationes requirant.*

6 *Spolium com ititur, quando ſubhaſtatio facta fuit non conſtito legitime de debito, vel etiam adjudicatio facta fuit creditori pro oblatione per eum facta nulla præcedente æſtimatione, & nullis aliis exiſtentibus licitatoribus.*

Spolij remedium datur hæredi, & ſucceſſori contra ſucceſſorem, & adverſus quemcumque poſſeſſorem; Et laudatur Mangilius; *Eod. num.* 6.

7 *Spolij vitium influit in quemcumque ſucceſſorem.*

8 *Requiſita pro obtinendo in judicio ſpolij, cùm actor eſt hæres ſpoliati.*

9 *Filius ſtatim præſumitur hæres, quando eſt actor; Secus verò in filio convento.*

10 Mangilius *diſtinguit inter ſpolium intentatum ex perſona propria hæredis, & ſpolium intentatum ex perſona defuncti.*

11 *Requiſita pro obtinendo in judicio ſpolij intentato ex perſona hæredis.*

12 *Item in judicio ſpolij intentato ex perſona defuncti.*

13 *Remedium* Quorum bonorum *eſt intentandum juxta conſilium* Mangilij, *quando in judicio ſpolij promptuaria non haberentur probationes.*

Remedium Quorum bonorum *etiam directum datur ad res ſingulas adipiſcendas. Eod. n.* 13. & 14.

15 *Spolij materia tractatur per* Authorem in animadverſ. ad Gratian. *& per* Conſ. Staiban.

16 *Poteſtas* Pro-*Regis in remotione, aut ſuſpenſione Officialium ſine cauſa, & cauſa cognitione, diſcutitur.*

Reg. Latr. *tenaciter pugnat pro poteſtate* Pro-*Regis. Eod. num.* 16.

17 Conſultatio 47. Reg. Latr. *impetitur à* Conſ. Staiban.

18 D. Staibanum *ſequi videtur* D. Agera.

Conſ. Rocc. *ſequitur opinionem* Reg. Latt. *Eod. num.* 18.

19 *Remotio Officialium, quantumvis ad nutum conſtitutorum, controvertitur inter DD. Et expenditur utraque opinio, affirmativa ſcilicet, & negativa.*

20 Matthæus *diſtinguit.*

21 Montanus *pariter diſtinguit inter poteſtatem Regis, & Pro-Regis.*

22 Creſp. de Valdaura *fuſiſſimè edifferit, & firmat ſex concluſiones.*

23 Authoris *opinio juxta ſenſum veritatis.*

Promoti ad magiſtratum per pecuniam, quantumvis coloratam pro ſervitio Regis, & Reipublicæ, per interceſſiones, & per ſordes, nedum removendi, verum etiam ſeveriſſimè puniendi; Eod. num. 23.

Ambitus eſt peſtis Reipublicæ, radix, & cauſa omnium malorum; Eod. n. 23.

24 *Laudatur* Reg. de Ponte, *cujus verba adducuntur.*

25 *Viri in Sanctorum album relati execrantur promotiones ad officia, & Magiſtratus mediante pecunia. Ita* S. Thomas de Aquino.

26 *Item* S. Gregorius magnus, *cujus aurea verba tranſcribuntur.*

27 S. Ludovicus Rex Franciæ *vetuit vendi officia.*

28 Impp. Arcadius, *&* Honorius *ambitui, & nundinationi officiorum obviam iverunt; Et hac de cauſa commendati.*

29 *Verba eruditiſſimi* Jacob. Gothofred. in Commentar. ad C. Theodoſ.

30 Excellentiſſimus Pro-Rex Dux Medinæ Cæli *extirpavit, & penitus in hoc Regno compreſſit ambientium concurſum.*

31 *Laudibus extollitur idem* Excellentiſſimus D. Pro Rex *omni ævo commemorandus.*

32 *Advocati, & Juriſconſulti eximij ſtrenua virtutis, & bonitatis promoti ad Magiſtratum nequeunt ab officiis removeri abſque legitima, & urgentiſſima cauſa.*

Beneplacitum intelligitur de voluntate juſtificata, & regulata; Eod. n. 32.

33 *Reſponſum Prudentiſſimi Regis Catholici* Philippi II. *in hac materia.*

34 *Remotus ab officio an ſit manutenendus in quaſi poſſeſſione, donec videatur cauſa, an potuerit removeri.*

35 *Pro-Regis Poteſtas circa* DD. Spp. Regentes Regiam Cancellariam, *& alios Magiſtratus remiſſive traditur.*

36 *Pro-Rex repræſentat perſonam Regis; & quæ Pro Rex facere nequeat?*

37 T*empus an recipiat in jure functionem alterius temporis.*

38 *Officialis dignitate privatus, an recuperet eundem locum ab alio præventum, ſi deinde fuerit reſtitutus. Refertur* Gothofredus in Tractat. de præcedent. *cum aliis.*

PRodiga fructu Conſultatio. * Primò agitur de judicio ſpolij, & quæ requirantur. Et eſt obſervandum, quod ſpoliatus authoritate Principis ante omnia eſt reſtituendus, quando ſpoliatio evenit cauſa non cognita, *Afflict. dec.* 361. *n.* 24. 25. & 35. *Menochius conſ.* 104. *n.* 74. *lib.* 1. *& de recuper. poſſeſſ. remed.* 8. *n.* 3. & 72. *Surd. conſ* 168. *n.* 26. *& conſ.* 189. *n.* 30. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 167. *n.* 52. *& cap.* 724. *n.* 7. *tom.* 4. *Capyc. dec.* 69. *n.* 14. *Cravett. conſ.* 140. *n.* 2. *in med.* Secus ſi cauſæ cognitio præceſſiſſet, *Afflict. cit. dec.* 361. *n.* 12. *Parif. conſ.* 99. *n.* 18. *lib.* 4. *Gratian. cit. cap.* 167. *num.* 52. *verſ. quidquid. tom.* 1. 1

Ampliatur in Judice, * qui ſi nulliter, vel injuſtè proceſſerit, adhuc ſpoliare dicitur, & propterea dabitur actio ſpolij, ut ex *cap. ex inſinuatione*, 3. *de Procurator.* tradit *Bartol. in l. juſtè poſſidet, ff. de acquirend. poſſeſſ. Menoch. de recuper.* 2

enper. poſſeſ. remed. 8. *num.* 3. *Gratian. cit. cap.* 167. *num.* 7. & 8. *Conſ. Staib. in obſ. ad reſ.* 14. *num.* 3. & *ſeqq.*

3 Undè ſpoliom † quantumvis juditiale erit in primis, & ante omnia purgandom, non minus quàm ſi commiſſum fuiſſet à privato, *Menoch. d. remed.* 8. *num.* 19. *Surd. conſ.* 268. *num.* 26. *lib.* 2. *Rot. dec.* 724. *in fin. p.* 2. *recentior.*

4 In remedio reintegrandæ * poſſeſſionis competente ſpoliato, ex *c. reintegranda*, 3. *quaſt.* 1. actor tenetur probare antiqoiorem poſſeſſionem ad obtinendum, & recentem adverſarij; antiquiore etenim probata, præſumitur recens vitioſa, *cap. licèt cauſam, de probat.* etiamſi non conſtet de vi in ſpoliatione, neque de ſpolio, quia præſumitur *Cyriac. controv.* 243. *num.* 3. *Ciarlin. controv.* 105. *nu.* 3. & *controv.* 141. *Merlin. dec. Rot.* 702. *Ludoviſ. dec.* 214. *Rot. dec.* 320. *p.* 12. *recent. Ego in animadverſ. ad c.* 173. *Gratian. num.* 1.

5 Primum extremum requirit exactiores, * & indubitatas probationes, ac evidentes, & clariſſimas, *Buratt. dec.* 216. *Ridolphin. in ſua prax p.* 2. *c.* 14. *num.* 97. Secundum extremum probationes leviores poſtulat circa probationem poſſeſſionis recentis adverſarij.

6 Non eſt omittendus locus † *Mangilij in Tract. de ſubhaſtat. qu.* 159. advertentis, quod quandò ſubhaſtatio facta fuit conſtito legitimè de debito, vel etiam adjudicatio facta fuit creditori pro oblatione per eum facta nulla præcedente æſtimatione, & nullis aliis exiſtentibus licitatoribus fuerunt, & ſunt nullæ; & competit remedium *cap. Reintegranda*, *Mangil. num.* 1. & 2. Daturque hæredi, & ſucceſſori contra ſucceſſorem, & contra quemcomque poſſeſſorem, cùm ſit in rem ſcriptum, & tranſit, tam in ſingularem, quam univerſalem ſucceſſorem, *Soccin. in l. rem quæ nobis, numero* 19. *ff. de acquir. poſſeſſ.* poſt *Bartol. in l. ſi tertius, §. ſi quis priuſquam, ff. de aqu. pluv. arc.* & declarat *Berous conſ.* 64. *numero* 6. *lib.* 3. *Mangil. numero* 3.

7 Nam ſufficit vitium * ſpolij factum ab ingrediente poſſeſſionem, quod tranſit in tertium, & contra tertium poſſeſſorem, etiam titulo, & bona fide, *Alexand. conſ.* 200. *numero* 8. *lib.* 2. ubi teſtatur de magis communi, & *conſ.* 78. *numero* 8. *lib.* 3. *Soccin. jun. conſ.* 128. *numero* 21. *lib.* 2. *Innocent. Butr. & alij in c. ſæpè de reſtit. ſpoliator. Ruin. conſ.* 49. *numero* 2. *lib.* 4. *Bec. conſ.* 75. *numero* 4. *Mynſinger. obſer.* 85. *numero* 3. *centur.* 3. *Mangil. numero* 4. & 5.

8 Inquirit *Mangil.* quid agendum, * ut in hoc judicio ſpolij obtineatur, & ait, prius probandum eſſe, quod quis ſit hæres, & quod vel ipſe, vel defunctus prius poſſidebat, & quod in præſenti reus conventus poſſideat, *Innocent. in c. ſæpè, de reſtit. ſpoliat. Bec. cit. conſ.* 75. *n.* 2. *Mangil. n.* 7.

9 Declarat † *Mangil. eod. nu.* 7. quod quando eſſemus in filio, probatio non requireretur, quod ille ſit hæres; cum in filio agente ad ſuum commodum ſtatim præſumatur, quod ſit hæres, quidquid aliud ſit in filio convento, *Bald. in l.* 1. *in fin. C. communia de legat. de Amic. conſ.* 61. *n.* 4. *Becc. conſ.* 75. *n.* 7.

10 Præterea diſtinguendum obſervat † *Mangil. nu.* 8. & *ſeqq.* an ſpolij remedium intentetur ex perſona propria hæredis, vel ex defuncti perſona.

11 Nam ſi ex perſona hæredis agatur * neceſſe ſit probare illum poſt mortem defuncti bonorum poſſeſſionem accepiſſe, quæ intendit recuperare; cùm in eum non tranſeat poſſeſſio defuncti, quæ eo mortuo finitur, & ideò nova opus eſt apprehenſione, quamvis ſit ſuus hæres; adeò quod hoc non probato, locus non ſit remedio recuperandæ, *Natt. conſ.* 439. *num.* 5. *Becc. d. conſ.* 75. *num.* 4. *ad* 14.

12 Et quatenus agatur ex perſona defuncti, * probandum erit, quod idem defunctus, ex cujus perſona agitur, fuit in vita ſpoliatus, quo caſu dictum jus, ſicut cætera ad hæredem tranſeunt; Nam ſi defunctus ſpoliatus non fuiſſet, jus recuperandi poſſeſſionem, non eſſet in defuncti perſona formatum, & ſucceſſivè non poſſet ad hæredem tranſmitti, *Ruin. conſ.* 45. *ſub numero* 10. *verſ. & eadem ratione, lib.* 1. *Grat. conſil.* 70. *numero* 14. & *ſeq. lib.* 2. *Corn. conſ.* 329. *col.* 7. *lib.* 1. *Becc. d. conſ.* 75. *numero* 14. *Natt. d. conſ.* 439. *num.* 5. *Ant. Gabr. in tit. de reſtit. ſpoliat. concluſ.* 5. *n.* 26. *Cagnol. in l. hæredem, n.* 17. *ff. de regul. jur. Berons conſ.* 59. *n.* 9. *ad* 12. *lib.* 3.

13 Conſilium præbet † *Mangil. num.* 11. quod ubi probationes non haberentur in promptu, maximè condeceret intentare remedium, *Quorum bonorum*, quod conceditur, etiam ad res ſingulas adipiſcendas. Nam, etſi ſecundum aliquos *DD.* dubitetur, an hoc remedium dandum ſit pro re ſingulari; attamen veriorem ſententiam dicit *Mangilius*, & communiorem, quod detur etiam directum, cùm de utili non ſit dubium. Etenim hoc interdictum conceditur adverſus poſſidentem, qui ſolum rem unam poſſidere poteſt; ideò non mirum, ſi ratione unius rei conceditur, *Gloſ. in l.* 2. *ver. poſſidentis, C. quor. bonor. Aretin. in §. quadrupli nu.* 35. & 36. *Inſtit. de act. Soc. ſen. conſ.* 33. *num.* 18. *lib.* 1. *Ruin. conſ.* 35. *ſub num.* 5. de veriori, & receptiori opinione fidem facit *Menoc. de adipiſc. poſſeſſ. remed.* 1. *à numero* 80. *ad* 82. poſt *Rip. in l.* 1. *n.* 15. *ff. quor. bonor.*

14 Et qood quamvis * interdictum hoc concedatur ad univerſitatem bonorum; nihilominus intelligitur, ut ad eum pertineat, qui in univerſitate ſucceſſit; non autem, ut agi non poſſit contra eum, qui poſſidet res ſingulares; cùm etiam ſpectet ad res ſingulares pro illarum adeptione, ut per *Menoch. d. remed.* 1. *numero* 82. poſt *Gloſ. in l.* 1. *verb. non ſingulas, ff. quor. bonor. & ibid. Rip. ſub num.* 15. *in fin.* qui *num.* 18. *in fin.* addit ſufficere probare, defunctum res iſtas ſingulas mortis tempore poſſediſſe, vel detinuiſſe; Ex quo non eſt neceſsè in hoc interdicto probare dominium, aut poſſeſſionem defuncti, ſed tantum ſimplicem detentaoionem, *Bart. Salyc. & alij in l.* 1. *C. quor. bonor. Aretin. in d. §. quadrupli, ſub num.* 36. *verſ. advertas, inſtit. de action. Bellon. conſ.* 35. *num.* 5. *Mangil. n.* 13.

15 Alia in materia ſpolij * ponuntur per *Me in cit. animadverſ. ad c.* 173. *Gratian.* & per *Staiban. in cit. obſerv. ad reſ.* 14. *tom.* 1.

16 Secundò agitur de poteſtate Pro-Regis, † an ſcilicèt poſſit ad nutum ſine cauſæ cauſa, & cauſæ cognitione ſuos Officiales privare *Reg. Latro in hac Conſult. à n.* 28. tenaciter probat opinionem affirmativam. Qua de cauſa nuncupatim taxatur per *Conſil. Staib. centur.* 1. *reſ.* 47. ubi teſtatur præter ſpeciem *Reg. Látr.* ſimilem caſum fuiſſe iterum diſcuſſum in Regio Collaterali Conſilio tempore feliciſſimi adventus Magni Caſtellæ Admirati Pro-Regis integerrimi, & prodentiſſimi, & æternæ memoriæ. Is etenim vigilantiſſimus Princeps inter præclara geſta, quæ illicò molitus fuit pro Regni ſalute, fuit moderatio Tribunalis M. C. V. tàm civilis, quàm criminalis, in qua tot Judices ſupernomerarij, & ultra conſuetum ordinarium numerum inveniebantur, & ex hoc maxima oriebatur confuſio, atque adeò demptis omnibus ſupernumerariis, ad conſuetum, & ordinarium numerum eos redegit. Ex quo præclariſſimo facto orta fuit lis inter duos Judices ejuſdem M. C. in criminalibus remiſſa Collaterali Conſilio, & articulus diſcuſſus fuit;

nam

nam dum ſambo à prædeceſſore Pro-Rege fuiſſent creati, & unus prius adeptus fuiſſet poſſeſſionem officii ordinarii, poſteà per eundem Pro-Regem prædeceſſorem fuit eidem ſublatum, & conceſſum alteri, qui in dicto adventu in ejus poſſeſſione reperiebatur, & ſe præcipuè fundabat in præſenti *Conſult. Reg. Latr.*

17 *Conſ. Staib. cit. reſol. 47. n. 30.* * dubitat in præfato articulo ſuam ſententiam apertè proferre. Solum dicit, quod *Conſult. Reg. Latr.* non ſolum eſt expreſsè contraria dictis per *Reg. de Ponte de poteſt. Pro Reg. tit. 3. de elect. Official. n. 5.* ſed etiam *Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 1. cap. 27. n. 16. & ſeqq. & lib. 5. cap. 6. n. 199.* ſpeciatim in Pro-Rege, & allegat inter alios *R. Tap. in l. fin. de conſtit. Princip. cap. 7. n. 91.* Et quod ſit ſatis difficilè obtinere juxtà *cit. Conſuls.* Immò quod difficultatem agnovit ipſemet *R. Latr.* citando in calce *Conſult. Fragoſ. de regim. Reip. Chriſtian. p. 1. lib. 3. diſp. 5. n. 42.* expreſsè tenentem contrarium.

18 *D. Staibanum* noviſſimè ſequi videtur * *D. Aget. in copioſ. & erudit. annot. ad deciſ. Reg. Moles p. 2. §. 16. de pam. quæſt. 3. nu. 5. in fin.* Attamen opinio *Reg. Latr.* in hac *Conſult. 47.* ſuſtinetur per *Conſ. Rovr. in Tract. de offic. rubric. 8. à n. 63.*

19 Ex dictis colligi poteſt notabilem † eſſe controverſiam iſtam de remotione Officialium abſque cauſæ cognitione, etiamſi iidem Officiales à Principe ad nutum voluntatis fuiſſent conſtituti. Negativam partem defendunt plures relati per *Amayam in l. 3. n. 30. C. de canon. largit. lib. 10. Larrea deciſ. Granatenſ. 2. per tot.* Affirmativam verò plures commendati per *Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 1 cap 27. Antunez de Portugal. de donat. Reg. lib. 2. cap. 13. à num. 115. tom. 1.*

20 Diſtinguit † *Matthæus de re criminal. controv. 77. n. 31.* ut opinio negativa procedat in iis, qui Superiorem habent, ut ij nequeant ſemel electum, ab officio removere abſque cauſæ cognitione; Affirmativa verò opinio in Principe ſuperiorem non recognoſcente, qui id facere poſſit de plenitudine poteſtatis, & abſque cauſæ ſolemni cognitione.

21 Ità pariter diſtinguit *Horatius Montanus in Tract. de regalib. offic. verb. poteſtas conſtituendorum Magiſtratuum, n. 16. fol. 136.* exemplificando, & diſtinguendo, ſcilicèt, inter poteſtatem Regis, & Pro-Regis.

D. Chriſtophorus Creſp. de Valdaur. p. 1. obſ. * *deciſ.*
22 *Aragon. obſerv. 7. per tot.* fuſiſſimè edifferit ſuper præſenti quæſtione; & tandem firmat ſex concluſiones juxtà varias ſpecies, quæ in contingentiis cauſarum accidere poſſunt.

Ego verò, ut proferam meam opinionem liberè,
23 & juxtà ſenſum veritatis, concurro cum opinione *Reg. Latr.* adversùs tamen illos Officiales, qui nullis ſuffragantibus meritis, ſed per pecuniam (quæ plerumque coloratur expenſa pro ſervitio Regis, & Reipublicæ) interceſſiones, & per ſordes ad Magiſtratum fuerunt evecti. Quapropter conſtanter teneo hujuſmodi perſonas indiſtinctè ab officiis, nedum removendas, ſed ſeveriſſimè puniendas eſſe ad exemplum aliorum, maximè neceſſarium noſtris temporibus. Et ideò enixè rogo Potentiſſimum, & Piiſſimum noſtrum Monarcham *D. Carolum Secundum*, ejuſque Supremum Italiæ Conſilium, Excellentiſſimum D. Pro-Regem, alioſque Supremos Adminiſtros, ut pro recto regimine, & felicitate Populorum conſiderent, perpendant, quæſo, hoc genus hominum eſſe peſtem Reipublicæ, radicem & cauſam omnium malorum.

Audiantur * verba doctiſſimi, & nunquam ſatis
24 laudati *R. de Ponte* in celebri *Tractat. de poteſt. Pro Reg. tit. de elect. Official. §. 7. nu. 13. in fin. & numero 14.* qui ità conqueritur: *Videmus, ut plurimum legum penitùs ignaros, & imperitos ad gradus hos aſcendere: & nonnulli accidioſi, & otiſati, voluptatibus, & ſomno indulgentes, judicant bona, vitam, & honorem ſubditorum cujuſcumque generis, & vota non ponderantur, ſed numerantur. Non enim ſufficit bonitas Judicis, ſed requiritur capacitas, & habilitas, & non mediocris.* Et paulò inf. ibi: *Benè tamen præcedere hæc omnia debet ſtrictæ, & diligens informatio, ſi ad officium aſcenderunt mediante pecunia, quo caſu non ſolùm privandi erunt, ſed etiam acriter puniendi ad aliorum exemplum; Quod ſi, ut convenit, fieret, peſtis hæc abominabilis penitus deleretur, radix, & cauſa omnium malorum: ex quibus quæ mala oriantur in ſubverſionem, & perditionem Populorum ſatis ſuperque dictum.*

Promotiones † ad officia, & magiſtratus me- 25
diante pecunia paſſim execrantur Viri Sanctitate celeberrimi. Angelicus Doctor *Sanctus Thomas de Aquino opuſcul. 21.* dicit, quod cùm officium venale diſponitur, nihil niſi ad recuperandum, & reburſandum pretium attenditur; ideòque ſanctum conſilium præbuit Ducisſæ Brabantiæ, nè ſæculares magiſtratus, & officia publica venderet; & hoc tanquàm ſalutare conſilium Duciſſa obſervavit, ut advertit *Gulielmus de Benedict. in cap. Raynutius, verb. duas habens filias, n. 54. de teſtam.*

S. Gregor. * *Magnus Epiſtol. 100. lib. 7.* de ven- 26
ditionibus iſtis loquens: *Quid per hoc aliud agitur, niſi ut nulla de actu probatio, nulla ſollicitudo de moribus, nulla ſit de vita diſcuſſio, ſed ille ſolummodò dignus, qui pretium ſuffecerit, & æſtimetur.*

S. Ludovicus Galliarum Rex ſanctiſſimus, ut * tra- 27
dit *Gagui. lib. 7.* & poſt *Gagui. de Benedict. ubi ſupr. num. 56.* inter cæteras leges ſummè laudabiles, officia in Regno vendi vetuit.

Perennis † manet memoria *Impp. Arcadii, & Ho-* 28
norii. Hi (verba ſunt eruditiſſimi *Jac. Gothofred. comment. ad l. 1. C. Theodoſ. ad l. Jul. de ambit.*) *ambitui, & nundinationi obviam ivere. Claudianus teſtis ſub fin. Panegyric. in III. Honor. Conſulat. A. D. 396. & de Arcadio, & Honorio agens.*

——— ——— *Qui mente ſerena,*
Maturoque regunt cunctas moderamine gentes,
Sæcula qui rursùs formant meliore metallo:
Luget Avaritiæ ſtygiis innexa catenis,
Cumque ſuo demens expellitur ambitus auro:
Non dominantur opes, non corrumpentia ſenſus
Dona valent, emitur Sola Virtute Poteſtas.

Proſequitur * *Gothofredus*, in hæc verba: *In id* 29
igitur uterque Princeps incubuit, ut malum, quod ſub P. Theodoſio inoleverat, eradicarent. De Honorio fidem facit lex penult. C. ſi cert. petatur. Si quis, inquit, Collectarius honoris, pretium dederit ambiens, exilii pœna unà cum ipſo Judice plectatur: de qua jam paulò ante dixi. De Arcadio fidem facit hæc Lex ſeveriſſima. Pœnam quippè deportationis, & bonorum proſcriptionis hujuſmodi ambitori imponit. Virtute ſcilicèt quemque ambire vult, non fautoribus, ſibique probatis, non ſuffragio commendatis honorum aſcenſum patere jubet.

Horum *Imperatorum* veſtigia inſequutus † Mag- 30
nus Heros, & Excellentiſſimus Princeps Dominus *Don Ludovicus de la Zerda, y Aragon* in hoc Regno pro Catholica Majeſtate vigilantiſſimus, & integerrimus Pro-Rex ſummo zelo extirpavit, & penitùs compreſſit ambientium concurſum, atque ad Magiſtratum promovit, & in dies promovere ſtudet Juriſconſultos eximios ex *nobiliſſimo Advocatorum cœtu*, inter quos omnium plauſu electi fuerunt Regii Conſiliarii Domini *Petrus Fuſcus*, & *Flavius Gurgus* Advocati famigeratiſſimi.

Itàque de tanto *Pro-Rege* * prædicare poſſumus 31
id, quod de *Stilicone*, penes quem ſumma Imperii ſub *Honorio*, cecinit *Claudianus.*

Trudis Avaritiam: cujus fœdiſſima nutrix
Ambitio: quæ veſtibulis, foribuſque Potentum
Excubat, & pretiis commercia paſcit honorum.

Ut proindè in Advocatis, & Juriſconſultis exi- 32
mius

mus ſtrenuæ virtutis, & bonitatis, qui ad Magiſtratum fuerunt promoti tenenda ſit opinio, quod etiamſi officii conceſſio facta fuerit *ad beneplacitum*, & cum clauſula; *quoad placueris*, conceſſio nequeat abſque legitima, & urgentiſſima cauſa revocari; Quia beneplacitum intelligitur de voluntate juſtificata, & regulata per *text. in l. Thais*, *§. ſororem*, *l. fideicommiſſa*, 46. *§. quod ſi ità*, *ff. de fideic. libertat.* & ex aliis adductis per *D. Aget. loc. ubi ſupr. n.* 4. *& ſeqq.*

33 Et *Reg. Moles* relatus per * eund. *D. Aget. n.* 7. teſtatur, quòd, dum ipſe eſſet in Supremo Italiæ Conſilio Regens, & interveniſſet in Supremo Conſilio Aragoniæ, orta fuit diſceptatio, an liceret Regi ſine cauſa Officialem ad beneplacitum creatum, ad nutum amovere; & Sapientiſſimus Rex, ex peritiſſimorum Theologorum, ac Juriſconſultorum conſilio reſpondit, hoc ipſi non licere tuta conſcientia, abſque legitima cauſa. Quem etiam referunt *Taſſon. de antefat. verſ.* 1. *obſ.* 3. *nu.* 51. *& verſ.* 3. *obſ.* 3. *num.* 100. *&* 101. *Thor. in compend. deciſ. p.* 3. *ſect.* 2. *verb. Officialis amotus*, *& verb. Officialis à Rege. R. Petr. ad Rit. M. C.* 2. *n.* 60. *tom.* 2. *Conſ. D. Altimar. ad Rovit. conſ.* 81. *n.* 15. *tom.* 2. *R. Sanfelic. prax. ſect.* 3. *nu.* 17. *&* 28. *Boler. de decoct. debit. fiſcal. tit.* 1. *q.* 15. *n.* 22.

Remotus ab officio, † quod ſit manutenendus in
34 quaſi poſſeſſione, donec videatur cauſa, an potuerit removeri ait *Card. de Luca de regal. diſcurſ.* 20. *n.* 2. Bene verum hanc doctrinam temperandam exiſtimo, ut ſcilicèt tantùm procedat in Viris notoriæ probitatis, & doctrinæ, juxtà ea, quæ ſuperius tradidi; Non verò in illis, qui mediante pecunia, per interceſſiones, & ſordes officia obtinuerunt; Iſti etenim ſtatim removendi, & ſeveriſſimè puniendi.

Reliqua de poteſtate † Pro-Regis circà Spectabi-
35 les Dominos Regentes Regiam Cancellariam, an ſcilicèt Pro-Rex valeat hos removere, aut ſuſpendere ab eorum exercitio, ſubnectuntur per *Reg. Sanfelic. deciſ.* 61. ſcribentis ſuppreſſis nominibus in differentia Regentis Jo. Alonſi Suarez cum Excell. D. Pro-Rege Comite de Lemos. *Reg. Tap. deciſ. Suprem. Ital.* 3.

36 *Reg. Latr. num.* 20. *& ſeqq.* * extollit poteſtatem Pro-Regis, atque Pro-Regem repræſentare perſonam Regis. Addo *Reg. de Philipp. diſſert. fiſcal.* 13. *n.* 34. aliosque per Me congeſtos in *Tract. de pluralit. homin. legal. c.* 63. Quæ autem Pro-Rex facere nequeat? Vide *Conſil. Rocc. de offic. rubric.* 12. ubi latè.

37 Pergit Reg. *Latr. num.* 74. *&* 75. * commendando *dec.* 419. *de Franch.* ubi in *obſerv. Ego ipſe* tractavi quæſtionem, ſi diu litigetur ſuper electione, & posteà declaratur in favorem electi; qui poſt dictam litem impeditus fuit ſuum exercere officium, an per tempus, quo duravit lis, illud tempus computetur electo, in tempus quo adminiſtrare debebat, vel incipiat currere poſt finitum impedimentum, quia regulariter tempus non currit impedito. Et in terminis Officialium, quod procedat reintegratio, ut deſerviant in officiis, quamvis tempus ſit elapſum, dicendum videtur ex *l. ſi ad magiſtratum*, *C. de decur. lib.* 10. *Valaſc. conſult. deciſ.* 155. *numero* 15. *tom.* 2. Contrarium pro lapſu temporis *Præſ. de Franch. cit. deciſ.* 419. Diſtinguit *Conſ. Prat. lib.* 2. *cap.* 44. *nu.* 49. Omnes congeſti in *cit. obſ.* 419. videnda.

38 Denique Officialis * dignitate privatus, posteà reſtitutus non recuperat eundem locum ab alio præventum, *Bottilier. de ſucceſſ. ab inteſtat. theoremat.* 74. *nu.* 5. *& theorem.* 110. *num.* 15. Reg. *Galeot. controv. illuſtr. tom.* 2. *controv.* 45. *numero* 27. *Recch. in Gloſſ. ad Privil. Colleg. Neap. §. fin. à numero* 123. *Conſ. D. Altimar. ad* Rovit. *conſ.* 3. *numero* 4. *& ad deciſ.* 17. *numero* 11. *Taſſon. de antefat. verſ.* 3. *obſ.* 3. *numero* 270. *verſ. Et quid ſi aliquis. Capiblanch. de Baronib. tom.* 1. *cap.* 24. *num.* 8. *&* 9. niſi Princeps expreſsè contrarium determinaverit; vel ſi motus fuerit ad tempus, ſivè ſuſpenſus; nam finito ſuſpenſionis tempore veterem præcedentiam reaſſumit *Jacobus Gothofred. de jure præcedent. par.* 1. *cap.* 6. *ob.* 44. *per text. in l.* 2. *ff. de decur.*

ARGUMENTUM.

Feudo per vaſſalli rebellionem, aut alio modo ad Regem devoluto, illoque alteri de novo conceſſo cum mero, & mixto imperio, ac cum juriſdictione in primis, & ſecundis cauſis, an in conceſſione comprehendantur ſecundæ cauſæ Caſalis dicti feudi, ſive Baroniæ ante devolutionem diſmembrati, & cum Regia aſſenſu ſubinfeudati cum juriſdictione in primis cauſis civilibus tantùm, & quid ſi eidem ſubfeudatario per Regiam Curiam ſit conceſſa juriſdictio, etiam in primis cauſis criminalibus, an comprehendatur in conceſſione de capite feudi facta ſecundæ cauſæ, vel appellationes in cauſis criminalibus.

SUMMARIUM.

1 *Juriſdictio cauſarum criminalium Caſalis cenſetur conceſſa in conceſſione facta de Baronia per Regem, quamvis Caſale ſit ſeparatum à Baronia tempore conceſſionis. Contra, numero* 13. *&* 32. *Intellige, ut n.* 33. *&* 66.

2 *Subfeudum remanet de territorio, & diſtrictu Baroniæ.*

3 *Sententia ex ſcientia nocet.*

4 *Obſervantia ſubſequuta interpretatur privilegium, ſed intellige, ſi privilegium eſt dubium, numero* 67.

5 *Sententia lata inter alios, quando eſt interpretativa privilegii, facit jus, etiam quoad alios maximè in poſſeſſorio, n.* 6.

6 *Sententia lata cum uno in poſſeſſorio, alteri nocet.*

7 *Cauſa liquidationis inſtrumentò dicitur criminalis, quia pœna Fiſco applicatur, & numero* 9. *Sed contra, numero* 57. 58. 59. 60. 62. *Intellige, ut num.* 63.

8 *Debitor citatus virtute* Ritus M. C. V. *debet perſonaliter comparere.*

10 *Pœna liquidationis inſtrumenti ob perjurium olim erat obtruncationis manus, ſed hodie in ejus locum ſucceſſit pœna pecuniaria, n.* 11.

12 *Exercens juriſdictionem in uno actu, illam in omnibus retinet, maxime in juriſdictionalibus.*

14 *Caſale ad* Regem *devoluto, & de novo conceſſo, efficitur feudum novum, quia* Rege *poſſidente non dicitur ampliùs feudum, & n.* 16.

15 Res *ſua nemini ſervit.*

17 *Caſtrum ſi vendatur cum omnibus juribus, & pertinentiis, veniunt, & comprehenduntur omnia ad dictum Caſtrum quomodolibet pertinentia, non tamen veniunt ea quæ per venditorem, & ejus anteceſſores fuerant alteri vendita, vel conceſſa in feudum, quamvis ſint intra fines feudò de novo conceſſi, n.* 24.

18 *Scientia debet probari, & ſufficit quod probetur per conjecturas, & etiam probatur ex lapſu temporis quadraginta annorum, & ex vicinitate locorum, nu.* 19. *&* 20.

20 *Exercens juriſdictionem in aliquo loco longo tempore, præſumitur ex hoc ſcientia vicinorum, & ſufficit quod ſcire potuit vicinus, n.* 21.

22 *Voluntas;*

22 *Voluntas, & conſenſus præſumitur in eo, qui ſcit, & prohibere poteſt, & non prohibet, neque contradicit.*
23 *Conceſſum non intelligitur id, quod non eodem jure, ſed diverſo poſſidetur cum Caſtro.*
25 *Clauſula*, juribus noſtris, & alterius ſemper ſalvis, *æquipollet clauſulæ ſolitæ apponi in feudis Regni Siciliæ ultra Farum.*
26 *Argumentum validum eſt in jure ab eadem ratione legis, imo etiam à tacita, ſeu conjecturata ratione illius, n. 27.*
28 *Ceſſante ratione, ſive tacita, ſive conjecturata legis, ceſſat diſpoſitio.*
29 *Contrariorum eadem debet eſſe juris determinatio.*
30 *Judex ſecundarum cauſarum deputari non poteſt, niſi ab eo, qui poteſt cognoſcere de primis.*
31 *Appellatio non datur, niſi ad eum, à quo is, qui judicavit, fuit immediate deputatus.*
32 *Conceſſio facta de primis, & ſecundis cauſis, intelligi debet de ſecundis, in locis, ubi primas habebant, & ſic deciſum refertur per Regiam Cameram.*
34 *Baro, qui habet cognitionem primarum, & ſecundarum cauſarum in toto ejus territorio non poteſt cognoſcere in gradu appellationis de ſententiis datis in Nundinis in eodem ejus territorio, & de ratione n. 35. Fallit n. 28.*
35 *Privilegium debet ſtricte interpretari, maxime ſi eſt præjudiciale, numero 36. ut tanto minus per privilegium à juris diſpoſitione recedatur, numero 37.*
38 *Appellatio à ſententia Bajuli datur ad Curiam Baronis, etiam quod non habeat ſecundas cauſas, & rationis adducitur. n. 39.*
38 *Vaſſalli pro cauſis minimis in alieno territorio defatigari non debent.*
40 *Appellatio eſt provocatio de minori Judice ad majorem, & iſta eſt communis diffinitio, n. 41.*
42 *Judex inferior non cognoſcit, ſi benè, vel malè Judex ſuperior condemnavit poſt ſententiam, & proinde inquiſitus non remittitur poſt ſententiam ad Judicem inferiorem, ad finem ut cognoſcat de juſtitia ſententiæ, ſed ut executio fiat per Judicem loci delicti, numero 43.*
44 *Determinatio una, reſpiciens plura determinabilia, æqualiter determinare debet.*
45 *Poſſidens partem debet conſervari in poſſeſſione totius, etiam in feudalibus, num. 45. & in juribus incorporalibus, in quibus attenditur quaſi poſſeſſio, numero 47.*
48 *Poſſeſſio in juribus corporalibus acquiritur per unicum actum.*
49 *Baro habens cauſas appellationum in ſua Baronia, ſi de voluntate Domini facies ſibi ſubfeudatarium, poterit cognoſcere de cauſis appellationum dicti ſubfeudi, veluti immediatus Dominus.*
50 *Illatio non fit ex diverſis.*
51 *Cauſa appellationum ſub quibuſcunque verbis generalibus conceſſa non intelliguntur, niſi expreſſa ſint in privilegio, quia ſolum prima inſtantia, & non ſecunda videtur conceſſa, n. 54. Fallit, ut n. 57.*
52 *Jus appellationis eſt de rebus Principi reſervatis.*
53 *Baro exercens juriſdictionem ſecundarum cauſarum, ſi eas non habet, pœna capitali puniri poteſt.*
55 *Baro habens facultatem à Rege ſubinfeudandi, cenſetur habere facultatem cognoſcendi de ſecundis cauſis ſui ſubfeudatarii, etiam quod eas in privilegio non habeat. Intellige, ut n. 56.*
58 *Liquidatio inſtrumenti fit coram Judicibus civilibus M. C. V. aliarum Curiarum, ubi adeſt diſtinctio juriſdictionis.*
59 *Curia Civitatis Cavæ habet diſtinctionem juriſdictionis, ſic etiam M. C. V.*
61 *Capitaneus Civitatis Neap. hodie non extat, ſed in ejus locum ſucceſſit Regens M. C. V.*
64 *Inventarium plenè probat contra ſcribentem.*

65 *Liber feudalis in quo introitus ad feudum pertinentes deſcribuntur in antiquis, maximè accedentibus aliis conjecturis plene probat.*
68 *Deciſio hujus cauſæ refertur.*
69 Regens Fabius Capycius Galeota *laudatur.*

Pro Regio Fiſco, & Alfonſo Antinoro, cum Illuſtri Principe Avellini.

CONSULTATIO XLVIII.

POſſidente Alfonſo Antinoro Caſale Cioranorum, cum primis cauſis civilibus ex ſubinfeudatione facta per q. Principem Salerni Baroniæ Sancti Severini, tunc utilem Dominum, & poſſidente etiam juriſdictionem criminalem emptam per ſuos prædeceſſores in anno 1566. à Regia Curia, obtulit in Regia Camera emere ab eadem Regia Curia juriſdictionem ſecundarum cauſarum criminalium, & facta oblatione duc. quinque pro quolibet fumante, fuit de anno 1605. interpoſitum decretum, quod accendatur candela, à quo decreto cùm eſſet appellatum per Illuſtr. Camillum Caracciolum Principem Avellini, diu non fuit de cauſa loquutum, cùmque hodie tractandum ſit, ſi benè, vel malè fuerit dictum decretum interpoſitum, ſe oppoſuit idem Princeps, prætendendo, non poſſe ad venditionem dictæ juriſdictionis ſecundarum cauſarum procedi, quia ad ipſum ſpectabant tanquam utilem Dominum dictæ Baroniæ Sancti Severini, & in hac poſſeſſione eſſe manutenendum, & propterea non eſſe de facto turbandum.

Ad quod probandum producit confeſſionem factam de anno 1556. de menſe Septembris per recolendæ * memoriæ Invictiſſimum Philippum II. 1
Regem noſtrum, dictæ Baroniæ Sancti Severini q. D. Ferdinando Gonſagha, ad Regiam Curiam devolutam ob rebellionem dicti q. Principis Salerni, in qua aſſeritur, quod dicta Baronia ſibi conceditur cum primis, & ſecundis cauſis, & dictum Caſale eſſe de dicta Baronia dicit, dubitari non poſſe per confeſſionem factam per Horatium Antinorum Alfonſi patrem coram Reg. Commiſſario reintegrationis, qui confeſſus fuit, juriſdictionem civilem habere tanquam ſubfeudum dictæ
Baroniæ, & ſubfeuda remanent de territorio, & 2
diſtrictu Baroniæ, ut per *Aſſl. in Conſtit. Regni poſt mortem*, *Frecc. li. 1. de ſubfeud. §. quis dicatur Baro*, quod etiam dicit fuiſſe judicatum per ſententiam prædicti Reintegratoris, per quam fuit deciſum, Terram Sancti Severini ad D. Ferdinandum Gonzagha ſpectaviſſe, & ſpectare cum primis, & ſecundis cauſis de quo judicio ſcientiam habuit Antinorus; qui etiam coram ipſo compa-
ruit, & * revelationem fecit, dictum Caſale per 3
ipſum poſſideri, ex qua ſcientia ſententia ipſi nocere debet, ex doctrina Innoc. *in cap. ex parte Decani, de reſcriptis*, & habetur per Doctores *in l. ſæpe, ff. de re judicata.*

Et quamvis ſententia non loquatur de Caſalibus, tamen obſervantia ſequuta quatenus aliquid dubii remaneret, etiam reſpectu Caſalium inter-
pretatur privilegium * prædictum, *cap. cum dile-* 4
ctus, de conſuet. Menoc. *de arbitr. li. 2. caſ. 83. in fin.* qui alios citat, probat ita fuiſſe judicatum prætendit cum Caſalibus Ayelli, & Aquæ de la Mo-
la, quæ ſententia † quamvis ſit lata inter alios, ta- 5
men quia eſt interpretativa privilegii, facit jus, etiam quoad omnes Affl. *dec. 96. n. 11.* Lanar. *conſ. 1. nu. 52.* Gamma *deciſ. Luſit. 128.* & maximè in poſſeſſo-
rio, † in quo decreta cum uno lata, alteri nocent, ut 6
poſt Florian. *in l. ſervitutes, ff. de ſervit.* habetur ex Capyc. *dec. 209. n. 6.* & ad hanc prætenſam poſſeſ-

ſionem probandam, etiam in dicto Caſali Ciurano-
7 rum ponderat * proviſiones expeditaa in materia li-
quidationia inſtrumenti, quam eſſe criminalem affir-
mat, quia pœna Fiſco applicatur, Batt. *in l. prætor
ait, ff. de ſepulc. violat.* Marant. *in ſua ſpecul. ver. an
judicium dicatur civile, vel criminale. num.* 2. Fatin. *de
var. & diver. q. q.* 100. *ſub nu.* 10. *cum plurib. ſeqq.* &
ideò perſonaliter comparere debet citatus virtute *Ri-*
8 *tus M. C. V.* † ut habetur ex ejua *Rit.* 166. *& ibi Ca-
ravit. nu.* 11. & hoc in ſpecie voluit *Frecc.* quod cauſa
9 liquidationis * inſtrumenti dicatur criminalis *de li-
quid. inſtr. part.* 6. immò olim erat pœna obtrunca-
10 tionis manua, ob perjurium, ut habetur *in Ritu* 171.
11 *&* 179. licèt hodie in ipſiua locum ſucceſſerit in pœ-
na pecuniaria, ut *Ego* dixi *in dec.* 45. *nu.* 18. *&* 19.
12 & tandem dicebatur, quod conſtito de privilegio
ſufficit probare, quod juriſdictionem exercuit in
uno actu, qoia illam in omnibua retinet, maximè
in juriſdictionalibus Alex. *in l.* 3. poſt *num.* 22. *ff. de
acquir. poſſeſ. Ruin. conſ.* 5. *n.* 14. *vol.* 4. Maſcard. *con-
cluſ.* 270. *n.* 11. *de prob.*

Verum prædictis, & aliia forſan in contrarium
adductia non obſtantibus, contrarium judicandum
13 eſſe in hac cauſa fundabitur, * & Primò, quia tem-
pore conceſſionia factæ dicto D. Ferdin. Gonſagha
dictum Caſale Ciurani erat jam ſeparatum à Terra
Sancti Severini quia tempore reballionia q. Princi-
pia Salerni poſſidebatur quoad juriſdictionem civi-
lem in primia cauſis à q. Horatio Antinoro, ſi-
ve ejua anteceſſoribua, & ſic devoluta Baronia San-
cti Severini ad Regem, Caſale remanſit in utili do-
minio Antinori, & ſic dato millies, quod fuiſſet
Caſale ſubfeudum Baroniæ Sancti Severini, tamen
eo devoluto, & de novo conceſſo efficitur feu-
14 dum * novum, quia Rege poſſidente, non poteſt
dici amplius feudum, cùm † res ſua nemini ſervi-
15 re poſſit, *l. in re communi, ff. de urban. prædiorum*,
ex quo *tex.* colligunt *Iſer. in c.* 1. *§. hujus autem
generis, ex quibus cauſis feud. amitt. poſt nu.* 11. &
Affl. in præud. feud. q. 25. *nu.* 6. quod illud de no-
16 vo conceſſum dicitur feudum novum, * *l. ſi quis
ædes, ff. ſi ſerv. vendic.* ubi etiam *Epiſc. Lipar. ad
Iſern. in d. §. hujus autem generis*, & ſic in conceſ-
ſione facta in ann. 1556. non potuit comprehendi
Caſale Ciurani, quia Rex conceſſit ea, quæ ſibi de-
voluta per rebellionem fuerant, non autem Caſale,
quod jam erat in poſſeſſiona Antinori.

Neque dicatur, quod quamvia non poſſet intel-
ligi conceſſio facta de utili dominio in primis cau-
ſis civilibus, tamen debet comprehendi illud, quod
erat penes Principem Salerni, quod erat habere in
ſubfeudum dictum Caſale, & in eo juriſdictionem
ſecundarum cauſarum exercere, quæ non poſſide-
17 batur * per Antinorum, nam Caſtro vendito cum
omnibus juribua, & pertinentiia, veniunt, & com-
prehenduntur omnia ad dictum Caſtrum quomo-
dolibet pertinentia, *l. Julianus, ff. de leg.* 3. *Dec. in
l. omnia, in princ. ff. ſi cert. pet. Crav. conſ.* 294.
nu. 1. *Ceph. conſ.* 144. *nu.* 19. *vol.* 1. quia nunquam
fuit intentionis concedentis, inſimul cum Baronia
S. Severini comprehendere dictum Caſale, quod
ſatis evidenter apparet, quia in eodem anno 1556.
quo fuit facta dicta conceſſio D. Ferdin. Gonſagha,
paulò poſt per Reg. Curiam fuit vendita juriſdictio
criminalis ejuſdem Caſalis, vidente, & patiente di-
cto D. Ferdinan. & nunquam de hoc conquerente,
quod fieri non poterat, ſi eſſet comprehenſa in con-
ceſſione, & quamvis ſcientiam habuiſſe probari de-
18 beat, attamen etiam ex * conjecturia probari ha-
betur per *Rim. jun. conſ.* 234. *nu.* 326. *vol.* 3. Alba
conſ. 281. *nu.* 4. Sord. *dec.* 221. *nu.* 10. latè *Caſta de
fact. ſcientia, & ignor. inſpect.* 64. *Bal. conſ.* 392 *li.* 1.
Cavalc. *dec.* 36. *n.* 27. Menoc. *de arbitr. caſ.* 89. *n.*
17. Covar. *in c. ſilius noſter, de teſtam*, & alii per *Maſ-
card. de prob. concl.* 1306. & Dominum Baroniæ
Sancti Severini habuiſſe ſcientiam Baronem Ciura- 19
ni habere, * & poſſidere juriſdictionem criminalem
à Reg. Curia emptam, certiſſimum eſt, tum ex
lapſu temporis, & de jure ex lapſu 40. annorum,
item ex vicinitate locorum ſcientia præſumitur, 20
Crav. de antiq. temp. p. 4. *§. materia, nu.* 62. & in ſpe-
cie, * quod ſi quis exercuerit juriſdictionem in ali-
quo loco longo tempore, quod præſumatur ſcientia
vicinorum, voluit *Alexand. conſ.* 23. *&* 94. *Crav.
conſ.* 74. *Odd. de reſtit. in integr. p.* 1. *q.* 8. *art.* 10. *nu.*
20. & alii per *Maſcard. d. concl.* 1300. *n.* 16. *Caſta* 21
in d. tract. de fact. ſcient. & ignor. inſpect. 64. * *n.* 10. *cum
ſeqq.* imò hoc caſu ſufficit ſcire poſſe, cùm ſcire & ſcire
poſſe paria ſint, *l. ſi duo; in fin. ff. de acquir. hæred. gl.
in l. fin. ff. de decret. ab ordin. faciend. Hieron. Butticell.
in l. quod te, n.* 9. *ff. ſi cert. pet. Palyd. Ripa de noctur.
temp. c.* 5. *n.* 17. *Caſta in d. tract. de fact. ſcient. inſpect.*
65. *nu.* 7. & nunquam conqoeſtus fuit dictus D. Fer-
dinandus, quo caſu præſumitur, voluiſſe, & con-
ſenſiſſe, ut in dicta conceſſione non intelligeretur
dictum Caſale Ciurani, nam qui ſcit, & probibe-
re poteſt, neque prohibet, neque contradicit, præ- 22
ſumitur voluiſſe, & conſenſiſſe, *l.* 3. *&* 4. *ff. de no-
xal. act. l. ſemper, quod non prohibet, ff. de reg. jur.
Caſta ubi ſupra, centur.* 2. *diſtinct.* 9. *n.* 3.

Et verè nunquam intentio concedentis fuit conce-
dere cum dicta Baronia dictum Caſale, ſiquidem
Rex concedens dictam Baroniam pleno jure per de-
volutionem Principis Salerni poſſidebat, Caſale ve-
rò * prædictum erat in utili dominio Antinori, ſal- 23
tem quoad primas civiles, & nunquam intelligi-
tur conceſſum id, quod non eodem jure, ſed diver-
ſo cum Caſtro poſſidetur, *Jaco● de Sancto Georgia in
inveſt. feud. in verb. Caſtrimentis, in rubr. n.* 8. *Capyc.
in Inveſt. in verb. feudorum clauſula, verſ. & cum juri-
bus, Mazius in rubr. de natur. feud. n.* 147. *Petr. de
Greg. in tract. de conceſſ. feud. par.* 7. *qu.* 2. *nu.* † 11.
ubi loquitur in conceſſione feudi facta Titio, *cum ju-* 24
ribus, & pertinentiis ſuis, ut non veniant ea, quæ
per ipſum concedentem, vel ejua anteceſſores fue-
rant alteri conceſſa in feudum, licèt illa ſint infra
fines feudi de novo conceſſi, ex doctrina Bal. *in l.
monumenta, C. de legat. & in l.* 1. *in fine ff. de rerum
diviſ. Affl. deciſ.* 334. quod & latius dixit *idem Petr.
de Gregor. de conceſſ. feud. par.* 2. *q.* 7. *n.* 18. *& n.* 19.
ubi quod in Regno Siciliæ ultra Farum, quaſi in
omnibus reperitur appoſita clauſula, *quod ſi in te-
nimentis dictarum Terrarum, ſeu Caſtri conceſſorum ſunt
aliqui Barones feudatarii pro Baroniis, & feuda eorum
in capite noſtra Reg. Cur. teneatur nobis, & ſucceſſoribus
noſtris in eodem Regno*, & qoamvia hæc clauſula non
appareat * poſita in hac conceſſione, attamen adeſt 25
clauſula ſolita in omnibus conceſſionibus apponi,
juribus noſtris, & alterius ſemper ſalvis, quæ clauſula
æquipollet cum ſupradicta, ut dixit idem *Petr.
de Greg. in loco* proximè citato, *n.* 20. *in fin.* & la-
tiùs *par.* 8. *q.* 9.

Et qoamvia hæc conceſſio, ſeu ſubinfeudatio An-
tinoro non fuerit facta per Regem, ſed Principem
Salerni, tamen per rebellionem ipſiua omnia ad
Regem fuerunt devoluta, & ſic Caſale Ciurano-
rum tenebatur à Rege, non amplius à Barone, &
ſic tempore conceſſionis factæ Gonzagha tenebatur
in capite Regiæ Curiæ ſervire, & propterea ex clau-
ſula prædicta debet cenſeri Regiæ Curiæ * reſerva- 26
tum, cùm militet eadem ratio, & in jure validum
eſt argumentum ab eadem ratione legia, *l. milites
agrum, in pr. verſ. & ideo, ff. de re milit. l. hic ſolu,
C. de revoc. donat. Joa. Thomas Minad. in Conſtit.* * *In* 27
aliquibus, in verſ. filiorum, n. 19. immò etiam à taci-
ta, ſeu conjecturata ratione illius Bal. *in l. maximum
vitium, n.* 7. *in fi. C. de liber. præterit. Paul. de Caſtr.
in l. ſi verò, §. de viro, ff. ſol. matr. Nicol. Intrigliol. centur.* 1. 28
de

de feud. q. 39. *n.* 148. qui etiam *n.* 150. ex hoc argnit,
29 qnod ex ratione legis ceſſante, ſive tacita, * ſive
conjecturata ceſſare debet diſpoſitio, quia contrariorum eadem eſſe debet juris determinatio, Alex.
in l. inter ſtipulantem: §. ſacram. n. 3. *ff. de verb. obl.*
cum concordantibus.

Verum quando prædicta aliquam poſſent habere
difficultatem, ut in primis cauſis civilibus poſſet
dici ſubfeodum ſancti Severini, quod tamen
30 non admitto, ceſſat omnis amaritudo * reſpectu
ſecundarum cauſarum criminalium, non enim
poteſt deputari Judex appellationis, niſi ab eo,
qui de primis cognoſcere poteſt, ut notabiliter dixit Guid. Pap. *in dec.* 437. *in* 73. *q. n.* 81. ex doctrina
Innoc. in cap. licèt extra de for. compet. ſed utilis Dominus, qui habuit conceſſionem Baroniæ S. Severini nunquam habuit ſecundas cauſas criminales in
dicto Caſali, ex quo primas habuit Antinorus à Rege, ergo conceſſio non poteſt intelligi de ſecundis,
niſi ubi habet cognitionem primarum cauſarum,
31 quia appellatio non datur, † niſi ad eum, à quo is,
qui judicavit, fuit immediatè deputatus, *l.* 1. *Imperatores, ff. de appell. l.* 1. *C. qui pro ſua juriſdictione, Andreas de Eccleſ. inter conſ. feudal. diverſ. conſ.* 56. Bart.
in l. 1. *§. ſi quis in appellatione, ff. de appell.* &
ſic fuit judicatum in Reg. * Camer. in cauſa Principis
32 Squillaci, & Ducis Sueſſæ, ut conceſſio facta de primis, & ſecundis cauſis, intelligi debeat de ſecundis
in locis, ubi primas habebant.

Dato igitur, & nunquam conceſſo, quod poſſet
intelligi, eſſe factam conceſſionem D. Ferdinando
Gonzagha de ſecundis cauſis in dicto Caſali Ciuranorum, quia quoad primas eſſet ſubfeudum dictæ
Baroniæ, tamen nullo modo poſſet intelligi de ſe-
33 cundis cauſis criminalibus, * niſi de civilibus tantum,
ad quod adduco ponctualem doctrinam *Jo. Thoma*
34 *Minad. in conſil.* 24. * ubi dicit, quod Baro, qui habet
cognitionem primarum, & ſecundarum cauſarum
in toto ejus territorio, non poteſt cognoſcere in
gradu appellationis de ſententiis datis in Nundinis
35 in eodem * ejus territorio, quia illa juriſdictio non
pervenit ex ipſo Barone, ſed à Rege, qui juriſdictionem tempore Nundinarum conceſſit, nam iſtud
privilegium debet ſtrictè interpretari, *l. ſi quando, C.*
36 *de inoffic. teſtam.* cum concordantibus, item eſt præjudiciale Regiæ Audientiæ, & M. C. V. & propterea
debet fieri ſtricta interpretatio, juxta notata in dicto
cap. cum dilectus, de conſuet. & cap. cauſam, quæ, eod. tit. ad hoc ut tantò minus per privilegium à juris diſpoſitione recedatur, * *l.* 2. *Cod. de noxal. & l. fi.*
37 *C. ſi contra jus, vel util. publ.* quod ſecus eſſet in ſen-
38 tentiis Bajoli, † à qua appellatur ad Baronem, ſive ejus
Capitaneum, etiam quod Baro non haberet juriſdictionem ſecundarum cauſarum, & hoc ex diſpoſitione Regis Gulielmi, * ne vaſſalli pro cauſis minimis
39 in alieno territorio defatigentur, ut dixit *Frecc. de ſubfeud. lib.* 2. *tit* 16. *auth. Baron.* & ſic privilegium
poſſet verificari in ſecundis cauſis civilibus, non autem in criminalibus.

Quod etiam confirmant † evidentiſſima ratione,
40 appellatio enim eſt de minori Judice ad majorem
provocatio, *l.* 1. *§. ſi quis in appellatione, ff. de appellat. glo. in cap.* 2. *in verb. Officiali, de conſuetud. in* 6.
41 Abb. *in rubr. de appell. ſub nu.* 3. * ſecundum communem diffinitionem, de qua teſtatur *Rebuff. in tract. de appel. n.* 1. *tom.* 3. *fol.* 475. *Scacc. de appel. quæſt.* 2. *art.* 2.
nu. 1. ſupponamus modò, quod Horatius Antinorus
non emiſſet à Regia Curia juriſdictionem criminalem in primis cauſis, certè illa exercerentur à Regiis
Miniſtris, prout anteà exercebatur, & ſatis inconveniens eſſet, ut à Regia Audientia, vel M.C.V. vel alio
Regio Officiali appellaretur ad Officialem per Baronem deſtinatum, & hac etiam ratione, ut Judex inferior non cognoſcat, ſi benè, vel malè Judex ſupe-
42

rior condemnavit, poſt ſententiam inquiſitus non
remittitur, ut voluit *Salicetus in l. ſi cui, §. fin. ff. de accuſat.* poſt *Cyn. & Bal.* ſequitur *Gramm. dec.* 57.
n. 5. vel ſi ſecundum aliam opinionem, de qua per *Alex. in l. à Divo Pio, §. ſententiam, col.* 4. *ff. de re judic.*
& Dec. *in cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtit.* Brun.
conſ. 2. *col.* 10. Boſſ. *in tit. de for. compet. nu.* 49. & poſt
ipſos *Ricc. in praxi variat. reſol.* 80. *ſub numero* 1.
verſ. amplia, ſi erit locus remiſſioni, non poſſet remitti * ad finem ut poſſit cognoſcere de juſtitia ſen- 43
tentiæ, ſed ad hoc ut exequutio fiat per Judicem
loci delicti.

Pro quorum confirmatione aliqua etiam ponderantur in facto, & Primò dum conceſſio fuit facta
de dicta Baronia cum primis, & ſecundis cauſis, &
illa non habuit effectum reſpectu juriſdictionis criminalis Caſalis Ciurani in primis cauſis, quæ fuerunt
poſtea venditæ Antinoro, neque poteſt habere effectum * pro ſecundis cauſis, etiam criminalibus, nam 44
uns, eademque determinatio reſpiciens plura determinabilia, æqualiter determinare, & providere debet, *l. jam hoc jure, ff. de vulg. & pupill. l. quamvis, ubi Doctor. C. de impuber. & aliis ſubſtitut.* Menoc.
conſ. 704. *nu.* 46.

Secundò conſideratur, quod Regius Fiſcus eſt in
poſſeſſione vendendi juriſdictionem ſecundarum
cauſarum, nedum criminalium, ſed etiam civilium
Caſalium dictæ Baroniæ Sancti Severini, quæ tamen
tempore conceſſionis factæ D. Ferdinando Gonſagha reperiebantur ſubinfeudatæ diverſis perſonis,
& diſmembratæ à dicta Baronia, prout fuit obſervatum in Caſali Lancuſiorum, cujus ſecundæ cauſæ fuerunt venditæ in anno 1577. Aureliæ Filingeriæ, * dominæ utili primarum cauſarum, ex qua poſ-
ſeſſione partis conſervari poſſeſſionem totius, poſt 45
alios habetur per *Thomat. dec. Macerat.* 41. *num.* 19.
Poſtium in manutenend. obſer. 18. *nu.* 39. Nogherol. *alleg.* 2. *nu.* 75. * quod etiam procedere in rebus feuda- 46
libus, habetur ex *Menoc. in conſ.* 3. *cauſa* * *Finarienſis, nu.* 40. tantò magis in iſtis juribus incorporali- 47
bus, in quibus attenditur quaſi poſſeſſio, *Bal. in l. ordinarii juris, n.* 9. *C. de rei vend.* Innoc. *in cap. bona, il ſecondo, nu* 4. *de poſtul. Prælat.* Covar. *pract. quæſt.*
c 17. Menoc. *de recuper. poſſeſſ. remed.* 9. *n.* 172. Rot.
Rom. † *in dec. noviſſimis diverſ. ab anno* 1626. *dec.* 8. *n.*
1. & hæc quaſi poſſeſſio in juribus incorporalibus 48
acquiritur per unicum actum, *c. cum Eccleſia Sutrina,*
ubi Abb. *n.* 22. *& Rip. num.* 52. *de cauſa poſſeſſ. & propriet. Rot. dec.* 17. *n.* 1. *part.* 2. *diverſ.*

Tertiò conſideratur, quod cùm voluiſſet aliàs hoc
attentare de facto, non valuit, & ideo quamquam
pars in Reg. Cam. conſideravit actum Jo. Baptiſtæ,
& aliorum de Fimiano, tamen in proceſſu poſtea
proviſiones expeditas per Judicem ſecundarum cauſarum non aliter produxit in actis, quia ex illis
contrarium conſtabat, cùm actuarius primarum
cauſarum in eis reſpondebat, quod non cognoſcebat Judicem ſecundarum cauſarum Terræ Sancti Severini in ſuperiorem, & cùm poſtea attentaſſet carcerationem Actuarii cum maxima violentia, Regius
Fiſcus inſtitit capi de prædictis informationem, &
in anno 1607. fuerunt expeditæ proviſiones, ut homines dicti Caſalis Ciurani non adeant Judicem ſecundarum cauſarum Terræ Sancti Severini, ſed Regiam Audientiam, ſtante quod ſunt Regii Fiſci.

Quibus ſtantibus non obſtant quæ in contrarium adducuntur circa prætenſam poſſeſſionem, ex
eo quod virtute dicti privilegii ſit in poſſeſſione
primarum appellationum in cauſis civilibus, ergo
privilegium verificatur, & propterea non eſt dare
rationem diverſitatis, quin debeat etiam in cauſis
criminalibus in primis appellationibus ſuus Judex
procedere, quia multipliciter reſpondetur, & Pri-

mò, quia ſatis differt unus caſus ab altero, nam
Baro dicti Caſalis Ciurani pro primis cauſis civili-
bus habuit ſubinfeudationem à tunc utili domino
49 Terræ Sancti Severini, & quotieſcunque Baro ha-
bet cauſas appellationum in ſua Baronia, & de vo-
luntate Domini faciat ſibi ſubfeudatarium poterit
cognoſcere de cauſis appellationum dicti ſubfeudi,
veluti immediatus Dominus, *Card in cap. 1. col. 4.*
apud quem, vel quos quæſt. feud. terminar. debeat, ſe-
quitur *Frec. de ſubfeud. lib. 2. in 24. author. Baran.*
50 pro criminalibus verò * non habet cauſam ab eo, nec
eſt ſubfeudatarios, ſed in capite eas tenet à Regia
Curia, ea diverſis illatio fieri non poteſt, *l. Papi-*
nianus exuli, ff. de minor.

51 Secundò reſponderi poteſt, † quod quamvis cauſæ
appellationum ſub quibuſcunque verbis generali-
bus conceſſæ non intelligantur, niſi expreſſæ ſint in
privilegio, *Jacobin. de Sanct. Georg. in tractat. feud.*
52 *verſ. & cum * mera imperia*, Iſern. *in rubr. de feud.*
cùm jus appellationis ſit de rebus Principi reſerva-
tis *Bal. in auth. quas actiones, nu. 14. C. de Sacroſanct.*
Eccleſ. Avendan. *de exequend. mandat. lib. 1. cap. 5.*
Capiblanc. de Baran. pragm. 8. part. 5. nu. 147. cum ſe-
53 *quentibus*, ita ut Baro exercens juriſdictionem † ſe-
cundarum cauſarum, cùm eas non habeat pœna ca-
pitis punire poſſit, dicit de *Pont. de poteſt. Proreg. tit.*
de elect. official. §. 1. nu. 46. ex *Conſt. Regni, Cum ſatis*,
54 & alia incipiente *Officii*, ſequitur *Capibl. in * dicta*
pragm. 8. n. 150. ubi etiam *n. 151.* quod ſolum pri-
ma inſtantia, & ſecunda videatur conceſſa, nè ma-
jus præjudicium inferatur concedenti, & ejus vaſ-
55 ſallis. * Tamen ſtatim quod habuit facultatem à
Rege ſubinfeudandi, videtur ſibi conceſſum, ut poſ-
ſit cognoſcere de ſecundis cauſis ſui ſubfeudatarii,
abſque quod habeat in privilegio cognitionem ſecun-
darum cauſarum, ut voluit *de Ponte de poteſt. Proreg.*
tit. de elect. offi ial. §. 1. ſub n. 50. ibi, *ſed quoad ſub-*
feudatarium eo ipſo, quod poteſt illum conſtituere, habet
implicitè à Rege ſuperioritatem, ac cognitionem gra-
56 *vaminum*, † quod tamen intellige de ſubfeudatario,
qui tenet feudum immediatè à Barone, licèt ego de
dicta doctrina valdè dubitarem, quicquid tamen ſit
de jure potuit ex hoc Baro, qui infeudavit ſe intru-
di in poſſeſſione cognoſcendi de cauſis appellationum
civilibus, quod ſecus eſt in criminalibus, quæ non
fuerunt à dicto Barone ſubinfeudatæ, ſed à Rege im-
mediatè conceſſæ.

Et quamvis Illuſt. Princeps prætendat, etiam de
ſecundis cauſis criminalibus cognoviſſe, ad quod
fundandum producit tres proviſiones expeditas in
materia liquidationis inſtrumenti, tamen in hoc pa-
57 rum eſt immorandum, * quia circumſcripta quæ-
ſtione, ſi cauſa liquidationis inſtrumenti ſit civilis,
vel criminalis, ex eo quod pœna Fiſco applicatur, &
quod licèt hodie ſit pœna pecuniaria tamen ſucceſ-
ſit in locum pœnæ obtruncationis manus pro perju-
rio, ut ſupra in contrarium diximus, tamen certum eſt,
quod in Regno ad liquidationem inſtrumenti proce-
58 ditur * per Judices civiles, ut dixit *Follerius* mag-
nus practicus *in ſua praxi crimin. in verb. audiantur ex-*
cuſatores, numer. 174. cum ſeqq. quod etiam practica-
59 tur in omnibus fere Curiis, vel adeſt diſtinctio * juriſ-
dictionis, ut in Civitate Cavæ, ac etiam in M. C. V.
ubi cauſæ liquidationum inſtrumenti per Judices ci-
60 viles † tractantur, quod quidem crederem deſumi ex
Rit. Mag. Cur. Vic. 109. ubi cavetur, quod in cauſis
extraordinariis ſuper tenoribus inſtrumentorum
etiam ad media ipſius cauſæ, licèt ſit civilis, non
admittitur procurator & ſic *Ritus* cauſam, liquidatio-
nis inſtrumenti dicet, eſſe cauſam civilem & idem
etiam dicitur *in Ritu* 302. ubi cavetur, quod Curia
Capitanei Civitatis Neap. non poſſit cognoſcere
de cauſis civilibus, nec ſuper tenoribus inſtrumen-
torum, hodiè verò hoc Officium Capitanei eſt ex-

tinctum, ſed in ejus locum * eſt Regens ipſius M. C. 61
ut etiam notat ibidem *Caravit.* verùm ſunt diſtin-
ctæ juriſdictiones Judicum civilium, & criminalium,
& videmus, † quod ſicuti Capitaneus non poterat 62
cognoſcere de cauſis civilibus, nec de liquidatione
inſtrumentorum, ita etiam nec Judices criminales
in dictis cauſis ſe intromittunt, ſed omnia prædicta
tractantur per Judices cauſarum civilium, & quod
per dictum *Rit.* 109. cauſa liquidationis inſtrumenti
non poſſit hodie dici criminalis, dixit *Annibal.*
Troyſius Cavenſis in d. Ritu M. C. V. 166. numero
24. ubi referendo *Afflict. in deciſ. 304. in 3. dub. & in*
deciſ. 64. ubi firmat, quod cauſa liquidationis inſtru-
menti ſit criminalis, dici in contrarium videtur
Ritus expreſſus ſupra, qui incipit *Item ſervat ipſa*
Magna Curia, ſub *Rubr. quod non admittatur Pro-*
curator, & ſic ex dicto *Ritu* probat, cauſam liqui-
dationis inſtrumenti hodie non dici amplius cri-
minalem, ſed civilem, & tetigit etiam *Carav. in*
dicta Rit. 109. num. 1. * quia verè hodie non adeſt 63
pœna niſi pecuniaria, licèt habito reſpectu originis,
ubi erat impoſita pœna obtruncationis manus, poſſet
dici criminalis.

Et demum hoc ipſum, quod nullum habeat jus
Baro Terræ S. Severini reſpectu ſecundarum cauſa-
rum criminalium in dicto Caſali Ciurani, apertè de-
monſtratur ex inventario introituum dictæ Terræ
ubi non inveniuntur cauſæ civiles, neque crimi-
nales prædicti Caſalis, ſed tantum primæ cauſæ ci-
viles ſubinfeudatæ, & inventarium plenè * probat 64
contra ſcribentem, *l. veteri, C. arbitr. tut. Franc. de*
Parcell. in tract. de invent. hæred. & ejus cauſect. q. 2.
ſub n. 8. in tract. cum aliis unita, * & liber feudalis, in 65
quo introitus ad feudum pertinentes deſcribuntur,
in antiquis, maximè accedentibus aliis conjecturis
plenè probat, *Rutger. Rutland. de commiſſ. lib. 5. cap.*
6. nu. 3. & poſt ipſum *Nicol. Genua de ſcriptura privat.*
lib. 5. tit. de libris feudalibus.

Ex quibus facilis apparebit reſolutio omnium
contrariorum, & Primò, quod dicitur de conceſſio-
ne † primarum, & ſecundarum cauſarum poteſt in- 66
telligi reſpectu illorum Caſalium, quæ tempore re-
bellionis Principis Salerni erant unita, & annexa cum
prædicta Baronia, non autem reſpectu eorum, quæ
diſmembrata, & ſubinfeudata reperiebantur, quia,
ut ſupra diximus, ex verbis generalibus non fuerunt
comprehenſa, ut apparet ex actibus inde ſequutis,
cùm ſtatim fuerit alienata juriſdictio ſecundarum
cauſarum criminalium dicti Caſalis, & poſſeſſio
ſequuta declarat * privilegium dubium, *d. cap. cum* 67
dilectus de conſuetud cum aliis ſupra notatis, neque
obſtabit ſententia Reintegratoria, quia non loquitur
de Caſali Ciurani, immo Horatius Antinorus tunc
ejus utilis dominus expreſsè dixit coram Reintegra-
tore, primas cauſas criminales habuiſſe à Regia Cu-
ria, neque tandem de proviſionibus expeditis pro li-
quidatione inſtrumenti, quia, ut diximus, ſpecta-
bant ad Judicem civilem, & non criminalem, &
proinde omnino eſt procedendum ad ſubhaſtationem
dictarum ſecundarum cauſarum criminalium.

*Hæc cauſa fuit deciſa in Regia Camera * Summariæ*, 68
referente integerrimo, & doctiſſimo viro Jacobo Salutio,
ejuſdem Regiæ Cameræ Præſidente, ſub die 13. Septem-
bris 1613. in Banca Claudii de Maya, hodie Caroli
de Maria, juxta allegata, & proindè fuit ordinatum eſſe
procedendum ad ſubhaſtationem prædictarum ſecundarum
cauſarum criminalium prout cum effectu fuit exequutum li-
cèt in licitatione fuerit Alphonſus Antinorus victus ab eo-
dem III. Principe Avellini qui majorem fecit oblationem,
ad hoc ut ſi non potuit vincere Alphonſum in articulo, vi-
ctor evaderet in licitando, quod et facile fuit: ſatis enim
majores habebat vires, & hanc deciſionem refert etiam di-
gniſſimus Reg. Fabius Capycius Galeota in 1. vol.
ejus

ejus doctiſſimarum controverſiarum, in deciſionibus prætermiſſis in fin. d. controverſ. *& propriè* ad controverſ. 63. *ubi pro ſua humanitate nimis me honorat, & videnda ſunt dicta* controverſ. 63. & controverſ. 64. *quas eruditiſſimè de more ſcripſit in hac eadem cauſa pro dicto Illuſtr. Principe Avellino.*

****

OBSERVATIO IN CONSULT. XLVIII.

ARGUMENTUM.

In conceſſione facta Baroniæ ad Regem devolutæ, an comprehendatur Caſale, quod prius alteri erat conceſſum in ſubfeudum quoad juriſdictionem civilem; ita ut neque cenſeatur conceſſa juriſdictio primarum, & ſecundarum cauſarum civilium, & criminalium in dicto Caſali? Feudum ſitum intra diſtrictum alterius feodi, ſi aperiatur domino, & dominus deindè concedat feudum, intra cujus diſtrictum erat cum clauſula, *Cum juribus, & pertinentiis ſuis*, num tranſeat illud feodum in conceſſionarium? Ad ornatum *Conſult.* 48. *Reg. Latr.* adducitur affinis quæſtio enucleata per doctiſſimum *D. Maradei ſuper Pragm.* Juriſdictiones ſecundarum cauſarum non veniunt in generali conceſſione, etiam conceſſa juriſdictione, *Cum mero, mixtoque imperio, aliiſque pertinentiis.* Cauſa liquidationis inſtrumenti num ſit civilis, vel potiùs criminalis dijudicanda? Affertur *Reg. de Marin. in obſ. ad Reverter. Liber Feudalis*, in quo introitus ad feudum pertinentes deſcribuntur, quam fidem faciat; Et totum reſidere in arbitrio Judicis juxtà opinionem inſignis Feudorum Interpretis *Franciſci de Amicis.*

SUMMARIUM.

1 *Conceſſio facta Baronia ad Regem devoluta non comprehendit Caſale, quod prius alteri erat conceſſum in ſubfeudum quoad juriſdictionem civilem, ita ut neque cenſeatur conceſſa juriſdictio criminalis, neque juriſdictio primarum, & ſecundarum cauſarum civilium, & criminalium in dicto Caſali.*

2 *Feudum ſitum intrà diſtrictum alterius feudi ſi aperiatur domino, & dominus deindè concedat feudum, intrà cujus diſtrictum erat cum clauſula*, cum juribus, & pertinentiis ſuis, *num illud feudum vadat in conceſſionarium?*

3 *Juriſdictio civilis comprehenſa intellectu juris in ſimplicè conceſſione Caſtri cum deſtinatione Territorii ſi erit unum, & juriſdictio criminalis alterius in eodem Caſtro, an poſſit dominus juriſdictionis criminalis prætendere habere juriſdictionem civilem cumulativè cum Barone juriſdictionis civilis.*

4 *Articulus controverſus inter Epiſcopum, ſeù Eccleſiam Caſſanenſem, & Dominos juriſdictionum criminalium Terrarum Mormanni, & Trebiſaciarum.*

5 *Juriſdictio ſecundarum cauſarum, ex ſtylo judicandi, tanquam de regalibus non venit in generali conceſſione, etiam conceſſa juriſdictione*, cum mero, mixtoque imperio, aliiſque pertinentiis ſuis.

6 *Cauſa liquidationis inſtrumenti an ſit civilis, vel criminalis. Et n. 7. & 8.*

9 Feudalis Liber *quam fidem faciat? Adducitur remiſſivè* Reg. Capyc. Galeota.

30 *Inventarium Baronum an ſufficiat ad probandum res de menſa. Laudatur* Franciſcus de Amicis, *ejuſque verba tranſcribuntur.*

In conceſſione † facta Baroniæ ad Regem devolutæ non comprehenditur Caſale, quod prius 1
alteri erat conceſſum in ſubfeudum quoad juriſdictionem civilem, ita ut neque cenſeatur conceſſa juriſdictio criminalis, neque juriſdictio primarum, & ſecundarum cauſarum civilium, & criminalium in dicto Caſali, ità magiſtraliter *Reg. Latr. in hac Conſult.* 48.

Feudum ſitum † intrà diſtrictum alterius feudi, 2
ſi aperiatur domino, & dominus deindè concedat feudum, intrà cujus diſtrictum erat, cum clauſula, *cum juribus, & pertinentiis ſuis*, num tranſeat illud feudum in conceſſionarium? Videndus *Montan. controv.* 20. *numero* 3. ubi ſatis doctè explicat Feudiſtarum Principem *Andream de Iſernia.*

Ad ornatum hujus * *Conſult.* 48. *Reg. Latr.* non 3
eſt omittenda affinis quæſtio, doctiſſimè enucleata apud inſignem, & præſtantiſſimum S. C. Advocatum *D. Franciſcum Maradei ſuper Reg. Pragm.* in *annotat. ad ſingul.* 207. *numero* 14. *& ſeqq.* An ſcilicèt facta per Sereniſs. Reges, qui in hoc Regno regnarunt ante *Alphonſum Primum*, alicui Eccleſiæ conceſſione Caſtri cum ſimplici conceſſione territorii, ſub cujus conceſſione juris intellectu venit civilis juriſdictio, ſi poſteà reperiatur alter inveſtitus de juriſdictione civili, & criminali in eodem caſtro, an dominus juriſdictionis criminalis poſſit prætendere habere juriſdictionem civilem, cumulativè cum Barone juriſdictionis civilis, & ſic cum præventione.

Hic articulus † fuit controverſus inter Eccleſiam, 4
ſeù Epiſcopum Caſſanenſem, ac illum dominum Terrarum Mormanni, & Trebiſaciarum, ac Dominos juriſdictionum criminalium dictarum Terrarum. Pro Eccleſia, & Epiſcopo Caſſanenſi calamum arripuit *Jac. Ant. de Maur. alleg.* 26. & poſt eum *Reg. de Marin. ad Reg. Reverter. dec.* 81.

Laudatus *D. Maradei*, refert deciſionem Regiæ 5
Cameræ latam die 20. Octobris 1680. recedendo à deciſis in anno 1669. ut *num.* 19. 20. *&* 21. Et *numero* 22. in comprobationem recentiſſimæ deciſionis advertit, hodiè non eſſe ampliùs in dubium revocandum, imò eſſe inductum ſtylum judicandi, quod juriſdictiones ſecundarum cauſarum tanquam de Regalibus non veniant in generali conceſſione, etiam conceſſa juriſdictione, *cum mero, mixtoque imperio, aliiſque pertinentiis ſuis, Montan. de regalib. in proœm.* lauſſimè *Conſ. de Roſa in prælud. feudal. poſt* 2. *tom. conſult. lect.* 3. *&* 4.

Proponit * *Reg. Latr. numero* 57. *& ſeqq.* An 6
cauſa liquidationis inſtrumenti ſit civilis, vel criminalis. Et *Thor. in Codic. ter. judicatar. cap.* 53. *numero* 16. ſcribit, quod cauſa liquidationis inſtrumenti, licèt ſit criminalis, ob pœnam tamen non eſt omninò criminalis, ſed mixtam habet naturam; nam ejus origo eſt civilis principaliter.

Reg. de Marin. in obſ. ad dec. * 549. Reg. *Rever-* 7.
ter. numero 2. obſervat, quod occaſione explicationis Indoltus fuerunt in Coll. Conſ. congregata omnia Tribunalia, nimirum S. C. Reg. Cam. & M. C. & fuit deciſum, quod per generalem abolitionem cenſebantur remiſſæ omnes pœnæ pecuniariæ provenientes ex incuſationibus inſtrumentorum, & obligationum penes acta M. C. Idque ratione perjurii incurſi, cujus cauſa eſt criminalis. Refert *Reg. Conſtant. in tit. C. pæn. fiſcal. creditor. præferri, n.* 71. 72. *&* 73. *& alleg.* 33. ubi *Addit. Thor. poſt dec. R. Salernitan.*

Deinceps idem * *Reg. de Marin. in obſerv. ad dec.* 8
568. *Reg. Reverter. n.* 2. addit locum *Galter. in prax. liquid. inſtrumentor.* 3. *p. principal. verb. audiantur excuſatores inter. n.* 3. ut cognitio cauſarum liquidationis inſtrumentorum ſpectet ad dominum juriſdictionis criminalis,

9 Inquirit etiam Reg. *Latr. n. 64. & ſeqq.* * Quam fidem faciat *Liber ſeudalis*, in quo intruitus ad feudum pertinentes deſcribuntur? Addo videndum *Reg. Capyc. Galeot. controv. Illuſtr. lib. 2. controv. 7. numero 35. & 36. ubi ſcripſit pro Principe Tarſia D. Ferdinando Spinello*, ibi: *Quò enim ad primum, cùm conſtet dictum territorium reperiri ab antiquo deſcriptum in Plateea, tanquàm demanium, & de menſa feudi, dubitari non poteſt, quin dictum territorium fuerit feudale, quia ubi concurrunt libri cenſuales Curiæ, ſivè Feudi, ipſis plena fides adhibetur, ut ex l. cenſus, ff. de probat. & cap. ad audientiam de præſcrip. probat Paris de Puteo de reintegrat. §. ſequitur quæſtio n. 5. & 6. & latiùs de inventar. publit. Feud. Et quod ex bonorum deſcriptione cenſeantur jure feudi, & ſtandum ſit inventario, & maximè ſi fuerit factum coram Judice, vel penes acta Curiæ confectum, & quod probent, licèt non ſint manu publica ſcripti, ſi habentur pro ſcriptis publicis, & tanquàm libri cenſuales prævaleant teſtibus, in actu cenſus probatorio, ex Andr. Iſern. in pluribus locis Speculat. & aliis, latiſſimè idem Paris in cap. & juxtà prædicta moveo, ſub tit. in dubio, an res præſumi franca, car. mihi 47. ubi exindè ſubjicis, quod ſi reperiantur bona deſcripta priùs in inventario vendita, vel aliter alienata, nullum fiet præjudicium feudo, ex regula Leg. Imperialem, & Conſtit. Coaſtitutionem Divæ Memoriæ.*

10 *Franciſcus de Amicis in repetit. tit. feud. de † his, qui Feud. dar. poſſ. cap. incip. ſequitur modo idem n. 9. f. 244.* advertit his verbis: *Advertat is etiam ad aliud, quod ad finem probandi res de menſa, aliquandò ſufficit inventarium, quod facere ſolent Barones, vel reintegrando res feudi, vel declarando. Sed hoc totum reſidet in arbitrio Judicis, ſi cauſa cognita illud factum fuerit, citatis, quorum intereſt, ne ſit in facultate Baronis diminuere feudum, aut remittere jura feudi: ſuper quo videbitis notata in l. prædio, §. Titio, ff. de legat. 3. & in l. Cajus, in fin. de legat. 2. & Alex. in conſ. 169. vol. 5.* Hactenùs doctiſſimus Feudorum Interpres.

A R G U M E N T U M.

Fidejuſſio de judicatum ſolvendo, vel de præſentando debitorem infra menſem quomodo ſit intelligenda, & an, & quando ob citationem principalis vel aliter eo in fuga poſito non teneantur fidejuſſores, neque ad præſentationem debitoris.

SUMMARIUM.

1 *In alternativis electio eſt debitoris.*
2 *Stipulatio judicatum ſolvi non committitur, niſi lata ſententia contra principalem.*
3 *Fidejuſſor videtur fidejuſſiſſe id, quod inter partes actum fuit.*
4 *Actus agentium non poteſt ultra intentionem operari.*
5 *Fidejuſſio reſtringitur ad id, quod veriſimiliter fidejuſſor cogitaſſet.*
6 *Fidejuſſio coarctata ad certum genus negotiationis, non extenditur ad aliud genus.*
7 *Fidejuſſio præſtita in una inſtantia, ſive actione, non committitur, ſi in alia inſtantia, ſeu actione judicetur.*
8 *Fidejuſſio eſt ſtricti juris, & non extenditur de caſu ad caſum, nec de perſona ad perſonam, ſed ad eam tantum cauſam, pro qua reus in carceribus detinebatur.*
9 *Fidejuſſor non tenetur in plus quam interceſſit,*
10 *Stipulatio judicatum ſolvi non committitur, niſi lite conteſtata cum principali poſt præſtitam fidejuſſionem.*
11 *Sententia lata contra principalem quando poſſit exequi contra fidejuſſorem.*
12 *Fidejuſſor de reum præſentando poteſt omnes exceptiones ipſi principali competentes opponere.*
Fidejuſſor poteſt reum in cauſa defendere.
14 *Fidejuſſor de reum præſentando dicitur liberatus, ubi debitor facto partis fuerit in fuga poſitus, etiam ſi eſſet pro eademmet cauſa, & debito, & quomodo in Regno practicetur, notatur praxis, numero 15.*

Pro Camillo Marcheſio, D. Hieronymo Cavaniglia, & aliis Fidejuſſoribus Franciſci de Tuſo, contra Michaelem Vaaz de Andrada.

CONSULTATIO XLIX.

CApto Franciſco de Tuſo Neapolitano cum literis exequutorialibus expeditis ad inſtantiam Michaelis Vaaz de Andrada per Curiam Reverendæ Cameræ de Urbe cum imploratione brachii * M. C. V. contra Cives Beneventanos tantum, ſtatim oppoſuit, fuiſſe malè captum ex eo, quod erat Neapolitanos, & proinde debere licentiari, prædicto Michaele contrarium prætendente, fuiſſe benè captum, ex quo ſaltem per continuum domicilium erat Civis Beneventanus effectus, per M. C. fuit datus terminus, & interim habilitatus cum cautione infra menſem de redeundo, vel de ſolvendo judicatum: præſtita cautione, ac habilitato carcerato ſub die 10. Maij 1622. animadvertens Michael, malè fuiſſe captum Franciſcum, liquidavit idem inſtrumentum in M. C. V. ſub die 13. ejuſdem menſis contra eundem Franciſcum, & non proſequuto judicio, obi erat datus terminus, neque completo fine menſis, fuit per M. C. interpoſitum decretum, quod redeat ad carceres, & fidejuſſores ipſum præſentent, vel ſolvant quantitatem, pro qua fuit carceratus, aliàs incurretur fidejuſſio, quod decretum fuit confirmatum per Sacrum Conſilium propoſitiſque nullitatibus, fuit per Collaterale Conſilium, partibus auditis, ordinatum, ut diſcutiantur junctis aulia.

In quarum diſcuſſione dicunt fidejuſſores, nullo modo poſſe adſtringi, neque ad ſolvendum, neque ad præſentandum, tum quia neque poſſunt adſtringi, etiam quod eſſet commiſſa ſtipulatio.

Dicunt primò, hucuſque non eſſe commiſſam ſti- 1
pulationem, ſiquidem explorati juris eſt, quod in alternativis electio eſt debitoris, ex vulgata *l. plerumque* cum ibi notatis, *ff. de jur. dot.* cùm ergo in ſtipulatione ſit dictum, quod vel Franciſcum præſentent, vel ſolvant judicatum, antequam judicetur non poſſunt † adſtringi ad reum præſentandum, non com- 2
mittitur enim ſtipulatio judicatum ſolvi, niſi prius lata ſententia contra principalem, *l. judicatum ſolvi la ſecunda ff. judicat. ſolvi, Franc. Marc. dec. 1055. n.* & in iſto caſu lata ſententia contra principalem exequitur contra fidejuſſorem, etiam eo non citato, *Guid. Pap. qu. 26.* Boër. *deciſ. 177.* Caball. *milleloq. 269.* Rebuff. *in Conſtitut. Reg. tract. de liter. obligat. artis. 5. gloſ. 9. nu. 8.* notant *gloſ. & Doct. in capit. 1. de injur. & dam. dat. lib. 6.* & per *Bart. in l. 1. ff. judic. ſol.*

Pars ſentiens difficultatem, dixit, jam fuiſſe judicatum contra Franciſcum, quia poſt fidejuſſionem præſtitam fuit idem inſtrumentum liquidatum, per quam liquidationem judicatum eſſe dicit, Franciſcum eſſe debitorem.

Verùm attenta forma ſatiſdationis, fidejuſſores non fidejuſſerunt, niſi in eo judicio, in quo fuit datus terminus, hoc eſt, ſi Franciſcus benè, vel malè erat captus cum literis exequtorialibus Curiæ Romanæ cum

eum imploratione brachii contra Beneventanos, & de hoc diſceptabatur in M. C. & ſuper hoc fuit datus terminus, & interim carceratus habilitatus,
3 & fidejuſſor ſemper videtur fidejuſſiſſe, id de quo inter partes fuit actum, ut poſt *Alex. conſil.* 134. *col. penult. lib.* 1. *Dec. Soc. & Roman.* dixit *Cardinal. Tuſcus*, qui late articulum examinat in *verbo fidejuſ-*
4 *ſor, concluſ.* 304. *num.* 17. *tom.* 3. * actus enim agentium non poteſt ultra intentionem operati, *l. non omnis, ff. ſi cert. pet. l. obligationum ſubſtantia, ff. de act. & oblig.* & nunquam fidejuſſores cogitaverunt fidejubere pro liquidatione inſtrumenti, immò expreſsè proteſtati fuerunt ante liquidationem, & fidejuſſio
5 reſtringitur ad cogitatum per fidejuſſores, * quando non eſt veriſimile, de hoc cogitaſſe, *Bald. conſ.* 142. per *text. in l. quicquid, ff. de dol. & tex. in l. tutor, ff. de fidejuſ.* Cumque iſti fidejuſſores fidejuſſiſſent in judicio ordinario, ubi erat datus terminus, non poteſt extendi ad judicium exequutivum liquidationis, & propterea dixit *Speculat. in tit. de loc.* §. 3. *verſic. ad evidentiam*, quod ſicut diverſitas perſonarum diverſam exigit medicinam, ſic & ſtipulationem, aut factorum, *l. ſi non ſortem* §. *libertus, ff. de condict. indeb.* & ideo dixit *Bal. in loco* citato, quod fidejuſſio coarctata ad certum genus negotiationis, non ex-
6 tenditur ad aliud genus, † & ideò fidejuſſor de præſentando aliquem, etiam cum clauſula, *toties, quoties*, non poteſt adſtringi ad eum præſentandum, ſi judex eum pro alia cauſa citavit, & citatus aufugit, quia fidejuſſor non tenetur, optimè Cuman. *conſ.* 32. *in princ. Tuſc. in dict. verb. fidejuſſor. concluſ.* 304. innumeros adducit *Marius Muta in deciſ.* 45. ubi plura ad materiam.

7 Et quod * fidejuſſio præſtita in una inſtantia, ſive actione non committatur, ſi in alia inſtantia, vel actione judicetur, eſt *text.* rotundus, *ubi gloſ. in* 3. *lectura, in l. non à Judice,* §. *ſi quis alio judicio, ubi Bar. ff. de judic.* & in *l. cum quærebatur,* §. *fin. ff. judic. ſolvi,* Ludovic. Roman. *conſ.* 220. Roland. à Valle *conſ.* 58. *n.* 18. *vol.* 1. Surd. *dec.* 212. *nu.* 2. Marſil. *in rubr. de fidejuſſ. n.* 123. *Rota* apud *Durant. in dec.* 11. *n.* 4. ubi firmat, fidejuſſorem pro una cauſa non obligari, ſi ea mutetur, vel alteretur.

Quod quidem multò fortius procedit in caſu noſtro, quia negari non poteſt, quod fidejuſſio fuit præſtita in eo judicio, ubi fuit datus terminus, dicit enim decretum Magn. Cur. *terminum currat, & interim, &c.* ſic aut dicimus, fidejuſſores fidejuſſiſſe in eo tantum judicio, in quo diſceptabatur, ſi erat benè, vel malè captus, quia Neapolitanus (prout fuit in effectu) & hoc caſu fidejuſſores erant in tuto, non poſſe adſtringi, neque ad reum præſentandum, neque ad ſolvendum, quia quando ſe obligavit Franciſcus de Toſo in beneficium Michaelis, ſe obligavit tanquam Neapolitanus, & ſic legitur in inſtrumento, *Franciſcus de Tuſo de Neap.* hoc Pars negare non potuit, ſed dicit acquiſiviſſe domicilium per continuam habitationem, ut ex ejus comparatione. Quod deinde videns probare non poſſe, liquidavit idem inſtrumentum in M. C. contra eundem Franciſcum, & ſic pro certo habuit, malè fuiſſe liquidatum in Curia Romana, & peſſimè captum, tanquam Be-
8 neventanum, & ſic fidejuſſio præſtita in iſtum * caſum, non extenditur ad alium in puncto eſt *text.* in *l. quicunque,* §. *non tamen, ff. de inſtit. act. l. Titianus, ff. quod cum eo,* Bald. *conſ.* 142. *n.* 1. *lib.* 4. fidejuſſio enim eſt ſtricti juris, & ideò non extenditur de perſona ad perſonam, nec de cauſa ad cauſam, Bart. *in l. Julianus, in princ. ff. de act. emp. l. cum Aquiliana, ff. de tranſact.* & ſic reſtringitur ad eam tantum cauſam, pro qua reus detinebatur carceratus, *l.* 2. *& ibi gloſ. & DD. ff. ſi quis caut.* latè Farinac. *tit. de carceribus, q.* 34. *n.* 32. *tom.* 2.

Aut Pars prætendit, fidejuſſiſſe etiam quod eſſet malè carceratus, (quod tamen falſiſſimum eſt) in hoc caſu, quia in hoc judicio erat datus terminus, in quo de facili produci poterant ſolutiones factæ, prout in effectu ex actis apparent ſolutiones pro ſumma ducatorum quatuor mille, & quingentum, partim per quitancias Banci, partim autem per apochas confeſſatas, & partim per teſtes ad revelationem excommunicæ, qui teſtes in termino non adhuc elapſo poſſunt repeti, certi erant fidejuſſores, non poſſe adſtringi ad ſolutionem, cùm Franciſcus non erat in effectu debitor, & caſu, quo M. C. gravaſſet fidejuſſores, vel principalem, poterat appellari ad S. C. & cùm in M. C. erat datus terminus, erat cauſa committenda in S. Conſ. & ſic omni modo fidejuſſores erant in tuto, & ideò præſtiterunt fidejuſſionem, quod videns Michael voluit inſtrumentum liquidare, in quo non poterant produci ſolutiones, immò ad hoc ut non poſſet habere teſtes in promptu, qui ſolutiones deponere potuiſſent, impedimentum præbuit monitoriis in Curia Archiepiſcopali, & interim liquidavit contra Franciſcum inſtrumentum, & vult ſatisfieri à fidejuſſoribus, qui nunquam talia cogitaverunt fidejubere, & per conſequens contra regulam juris, fi-
dejuſſores enim non poſſunt teneri * in pluſquam in- 9
terceſſerunt: *l. ſi pignora, & l. fidejuſſores Magiſtratuum,* §. 1. *ff. fidejuſ. Card. Tuſc. in verb. fidejuſſor, concl.* 291. *num.* 14. *tom.* 3. & in fidejuſſione ſtricta fit interpretatio, *Caball. reſol.* 59. *nu.* 3. & ideò non recipiunt interpretationem ampliativam ſed reſtrictivam, *Curt. jun. conſ.* 36. *nu.* 5 Surd. *conſ.* 139. *numer.* 21. *lib.* 3.

Secundò ſtipulatio judicatum † ſolvi non commit- 10
titur, niſi conteſtata lite cum principali poſt fidejuſſionem præſtitam, ita poſt *Paul. de Caſtr. in d. l. cum quærebatur, ff. judic. ſolvi,* tenuit *Afflict. in deciſ.* 82. *n.* 2. ex actis autem conſtat, quòd principalis poſt fidejuſſionem præſtitam numquam fuit citatus, nec vocatus, & proinde nec contra ipſum, nec contra fidejuſſores potuit proferri ſententia.

Tertiò, quod dicitur, ſententiam latam contra
principalem poſſe exequutioni demandari contra fide- 11
juſſorem judicii, † eo non citato, hoc intelligitur, & limitatur quando ipſe fidejuſſor à principio comparuiſſet, nam tunc pro ſuo intereſſe debet audiri, aliàs contra eum ſententia exequi non poteſt, eſt originalis doctrina *Felin. in cap. quamvis, n.* 16. *extra de re judic.* quem poſt *Angel.* ſequutus fuit *Urſil. in d. deciſ. Afflict.* 182. *nu.* 3. & ſic in facto cùm appareat, Monettum de Tuſo unum ex fidejuſſoribus à principio comparuiſſe, omnino erat, prout eſt audiendus.

Quartò, iſti * fidejuſſores de reum præſentando, 12
vel ſolvendo poſſunt ſe defendendo opponere omnes exceptiones ipſi principali competantes, ut habetur in *l. omnes ff. de fidejuſſ.* facit *text. in l. ſi cum, in princ. ff. ſi quis caution.* Bald. *in l. cum mandatori, Cod. de non num. pecun.* Bert. *conſ.* 45. *nu.* 46. Surd. *conſil.* 20. *num.* 1. *& conſ.* 271. *num.* 23. *cum ſeq.* Gratian. *tom.* 5. *diſcept. for. cap.* 966. *nu.* 2. & ſic ſicuti ipſe principalis ſe defendere poteſt, & opponere, non teneri redire ad carceres, hac etiam exceptione poſſunt ſe defendi, & tueri ipſi fidejuſſores, prout punctualiter in fidejuſſore de reo præſentando tenuit *Hipp. de Marſ. in tract. de fidejuſ. n.* 136. nulla eſt ergo vis facienda in illa promiſſione infra menſem præſentare principa-
lem, * vel ſolvere, quia ſtante quod ex actis con- 13
ſtat, malè fuiſſe captum, fidejuſſores non tenentur, fidejuſſores enim poſſunt defendere reum in cauſa, prout poſt *Angel. Alex.* & alios idem *Marſil. loco citato, num.* 137.

Et demum iſti fidejuſſores ſunt liberati, ex quo facto ejuſdem Michaelis Franciſcus fuit in fuga poſitus, quia quamvis in effectu non ſit debitor, tamen quia ſervata forma Ritus, ſtante inſtrumento liqui-
dato * debet cauſam ſuam in carcerem defendere, ne 14
in

in carcerem detruderetur, & à ſolerti, & ſatis potenti prætenſo creditore in longum traheretur, noluit ſe præſentare, & quotieſcumque facto partis debitor fuit in fuga poſitus, etiam ſi ſit pro eodemmet debito, & eadem cauſa, fidejuſſor eſt liberatus, ut poſt *Bald. in l. crimen, C. qui accuſ. non poſſ. & Clar. in §. fin. quæſt.* 46. pro abſoluto habuit *Præſ. de Franch.* in caſu quo ex dicta cauſa præſentandus aufugit, in *deciſione* 344. *in prin.* quamplurima ad materiam affert *Hippol. de Marſil. in d. tract. de fidejuſſ. num.* 150. ubi *num.* 151. dat rationem, quia in qualibet promiſſione intelligontur illa verba, *rebus in eodem ſtatu permanentibus, & aliquid de novo non ſuperveniente*, etiam quod ſit promiſſio jurata, *cap. cum inter P. Ganfredi de renunc. cap. quem ad materiam, de renunc.* cum concordantibus, & ideò ſubdit, ergo qui promiſit præſentare Titium, intelligitur cum illa conditione, ſcilicèt, *rebus ſic ſtantibus.*

Et ideò communis practica in Regno inolevit, qood quando principalis promittit ſe præſentare,
15 vel ſolvere jodicatum, & ad majorem † ſecuritatem accedunt fidejuſſores, quando Curia eſſet principalis, numquam citat principalem, niſi in eadem citatione citer fidejuſſores ad præſentandum, quia tunc etiam ſi eſſet pro eadem cauſa citatus, poſſent prætendere fidejuſſores, quod ſtante, qood fuit principalis poſitus in fuga ipſi non tenentur, de qua practica teſtatur Caravit. *in ritu* 159. *n.* 3. *verſ. hodie circa iſtas fidejuſſiones*, hanc opinionem ſequotus fuit poſt *Bald. Julius Clarus in pract. crimin. l.* 5. *§. fin. quæſt.* 46. *n.* 22. & licèt in caſu, quo pro eodem crimine citetur principalis, hoc non placeat Farin. *quæſt.* 34. *n.* 85. tamen ipſe idem dicit, quòd non meminit hoc contigiſſe, quod ſint ita fatui judices, ut eùm habeant fidejuſſores de reum præſentando, velint cum citationibus, & bannis reum ponere in fugam, quod in caſu noſtro, in quo poſt fidejuſſionem præſtitam idem actor liqoidando inſtrumentum fecit principalem irrepræſentabilem, nollam poteſt habere dubitationem, cum reo effecto irrepræſentabili ſecundum communem opinionem fidejuſſor ſit liberatus, ut per eundem Farinac. *tit. de carceribus, & carceratis, d. quæſt.* 34. *à n.* 44. *uſque ad* 49.

Hæc cauſa fuit pluries tractata, videns autem creditor, maximam habere adverſus fidejuſſores difficultatem, cum principali ad conventionem devenit.

OBSERVATIO IN CONSULT. XLIX.

ARGUMENTUM.

Fidejoſſor an, & quando liberetur ob mortem, vel aliam mutationem ſtatus principalis debitoris; & mutatio evenerit ob factum Judicis, vel creditoris, vel ipſiuſmet debitoris, per fugam, ſuſceptionem Clericatus, vel aliter. Tranſcribuntur verba *Card. de Luca* extollentia præſentem *Conſult.* 49. *Reg. Latr.* Quam Conſultationem quoque expendit nuncupatim *Author in meliorat.* 134. *lib.* 1. *Reg. de Marin.* cum aliis.

SUMMARIUM.

1 *Fidejuſſor, an, & quando intelligatur liberatus ob mutationem ſtatus principalis debitoris; Et reſumitur* Conſult. Reg. Latro.
2 Au hor *commemorat* melior. 133. & 134. lib. 1. reſol. jur. Reg. de Marin. *in quibus nuncupatim expenditur præſens Conſultatio.*
3 Card. de Luca *illuſtrat locum hunc.*
4 *Fidejuſſor num cenſendus liberatus in ſpecie propoſita* per Palm. jun. *de debitore, qui poſtmodum obtinuit dilationem quinquennalem ab aliquibus ex creditoribus, qua per Judicem revocata, paulò poſt ob capitale delictum fuit forjudicatus?*
5 *Clericatus principalis debitoris num ſit attendendus pro liberando fidejuſſore ejuſdem; quid in clericatu à debitore ſuſcepta poſt contractam obligationem?*
6 *Negligentia creditoris non requirentis ſtatuto tempore debitorem principalem, an opituletur fidejuſſori.*
7 *Mors, aut qualibet alia immutatio ſtatus principalis debitoris; inſuper & negligentia creditoris utrum ſuffragetur ad liberandum fidejuſſorem.*
Fidejuſſor de præſentando debitorem intrà certum tempus, an dicatur moroſus ex ſolo lapſu temporis; Eod. n. 7.
Fidejuſſio de judicatum ſolvendo præſtita in prima inſtantia, vel coram uno Judice, an adhuc duret in aliis; Eod. num. 7.

Fidejuſſio de * jodicatum ſolvendo, vel de præſentando debitorem infrà menſem, quomodò 1
ſit intelligenda; Et an, & quandò ob citationem principalis, vel aliter eo in fuga poſito non teneatur fidejuſſor, neque ad præſentationem debitoris: Agitur in præſenti *Conſult.* 49. *Reg. Latr.*

Pleniſſimè de his ſcripſi in * *meliorat.* 133. & 134. 2
ad Reg. de Marin. tom. 1. Et in *cit. meliorat.* 133. *n.* 12. poſui doctiſſimum reſponſum Juris editum à præclariſſimo *D. Reg. Conſ. Petro Fuſco*, tunc celeberrimo Advocato, nunquam ſatis laudato.

Similiter in *cit. melior.* 134. *nu.* 3. *& ſeqq.* & alibi nominatim comprobavi opinionem *Reg. Latr. in præſenti Conſult.*

Illuſtrat locum † hunc *Card. de Luca de credit. &* 3
debit. diſcur. 98. *n.* 10. *& ſeqq.* his verbis: *Opus fuit recurrere ad alteram motivum liberationis reſultantis ex eo, quod ex facto, & culpa ipſius creditoris, debitor præſentandus poſitus fuiſſet in fuga, juxtà punctualiter firmata per Marin. d. reſ.* 134. *& Capyc. Latr. Conſult.* 49. *n.* 14.

Pro iſto fundamento evitando, inſiſtebant etiam Scribentes pro actore in dicta diſtinctione ſuper obligatione merè fidejuſſoria, vel æquè principaliter, & in ſolidum; Verùm facilis viſa fuit ſolutio cum dicta diſtinctione inter fidejuſſorem dandi, & fidejuſſorem faciendi; Ideòque hujuſmodi diſtinctione neglecta, circà caſum alterius quæſtionis actum fuit de fidejuſſoris liberatione ob mutationem ſtatus, quia nempè principalis fuerit bannitus, ſeù aliàs pro delicto capitaliter condemnatus; Et in hoc intrat quæſtio pluriè agitata per Farinac. d. q. 34. *& in qua diſtingui ſolet, an bannum proveniat ex eadem cauſa, vel ex diverſa, cum diſtinctionibus apud eum deductis; Verùm opus non fuit id examinare, dum re vera non eramus in caſu.*

In terminis verò præciſis, ubi ſcilicèt creditor, vel Judex, omiſſa via agendi contra fidejuſſorem, ut reum, vel debitorem repræſentet, directè curet illum carcerare, undè propterea ille ſe ponat in fuga, an ſcilicèt ex eo, quod fidejuſſori ex facto creditoris, vel Judicis, impoſſibile, vel difficile redditum ſit factum promiſſum, inducatur ejus liberatio, agit Farinac. d. q. 34. *n.* 169. *& ſeqq. ubi aſſerendo, quod iſta ſit quæſtio ſubtilis, adducit opiniones hinc inde, ſed nihil firmat, ita ut in ejus authoritate (juxtà frequentem dicti Authoris conſuetudinem) pro neutra Partium conſtitui poſſet fundamentum.*

Verùm quicquid ſit in criminalibus; Quatenùs pertinet ad terminos civiles, atque ad caſum præciſum, in quo non per ipſum Judicem, ſed per creditorem, principalis debitor poſitus ſit in fuga, dum habebamus dictas authoritates, Capyc. Latr. Conſult. 49. *nu.* 14. *& de Marin. reſol.* 134. *lib.* 1. *neque in eiſdem terminis*

præciſis

præiſis per Scribentes in contrarium contradictor allegaretur, cùm deducti percuterent dictum alium caſum in criminalibus, hinc proindè dicebam, ut juxtà præmiſſas auctoritates judicandum eſſet, ob duplicem rationem ab eiſdem allegatam; Unam ſcilicèt, quod ex ipſius creditoris facto redacta eſt fidejuſſori impoſſibilis, ſeu dicti illius repræſentatio; Et alteram magis ſtringentem, quod cum creditor directè, ac per ſe ipſum voluit ſe de perſona debitoris aſſecurare, videtur ità renunciaſſe illi cuſtodiæ, & aſſecurationi, quam fidejuſſori commiſerat.

4 Fidejuſſor in forma * Cameræ obligatus promiſerat, pro debitore carcerato ſoluturum creditori ſummam ei debitam, ſi ipſe debitor intra quindecim dies non ſolviſſet, vel ſe in carceribus non repræſentaſſet; Vigore hujus obligationis relaxatus fuit debitor, qui nec ſolvit, nec ad carceres redijt intra dies quindecim, ſed dilationem quinquennalem ab aliquibus ex creditoribus obtinuit, quæ per Judicem revocata, paulò poſt idem debitor ob grave delictum capitaliter fuit bannitus. Quæſitum fuit apud *Palm. Jun. allegat.* 108. *tom.* 2. an fidejuſſor vigore ſuæ obligationis teneretur ad favorem creditoris? Et affirmativè concluditur in *cit. alleg.* 108. *Palm.* ubi reſolvuntur objecta, & fusè examinatur ſuprà tradita doctrina *R. de Marin. in cit. reſ.* 133. *lib.* 1. *& Card. de Luca de credit. diſc.* 98. Et juxtà *allegat. Palm.* fuit deciſum per *Rot. Rom. in deciſ. impreſſa apud eundem in allegat.* 109.

5 Obligatio fidejuſſoris * an ſit nulla, ſuppoſita nullitate obligationis principalis; Inſuper Clericus ſi uti laicus coram Judice ſeculari ſe obligavit de ſe præſentando ad omnem ordinem, ſivè toties, quoties, cui obligationi acceſſit fidejuſſor; num hic ſolus poſſit denùm comparere ex eo, quod principalis obligatus eſt Clericus. Et quid ſi in ſolidum Clericus principalis, & laicus fidejuſſor ſe obligaverint; Et quid ſi clericatus poſt obligationem contractam ſupervenerit; & de aliis notabilibus ad ornatum hujus *Conſult.* adeundus eſt *Reg. de Marin. allegat.* 147. *per tot. tom.* 3. ubi nervosè ad favorem fidejuſſoris ſcripſit, & retulit *Reg. Rovit. dec.* 29.

6 Fidejuſſor pro eo, qui certo * tempore ſolvere, aut adimplere promiſit, an liberetur, ſi creditor convento tempore non fuerit ſollicitus ſolutionem, vel adimplementum fieri? fusè *D. Manſ.* 532. *&* 533. *tom.* 6. Et *Ayllon. ad Gomez. var. reſol. tom.* 2. *de contract. c.* 13. *de fidejuſſor. num.* 10. diſtinguere videtur, & inter alios allegat *Vaſq. Menchac. controv. illuſtr. cap.* 33. *Noguerol. allegat.* 40. *ex n.* 58. *Salgad. in labyr. credit. p.* 1. *c.* 27. *ex n.* 56. Et idem *Ayllon. cit. cap.* 13. *n.* 2. pariter tractat de liberatione fidejuſſoris ob mutationem ſtatus, vel ob aliud factum principalis debitoris.

7 Denum, † an & quando obligatio fidejuſſoris ceſſet per mortem, vel aliam immutationem ſtatus debitoris; Et an fidejuſſor de præſentando debitorem principalem intrà certum tempus dicatur moroſus ex ſolo lapſu temporis, vel potius nova requiſitio neceſſaria ſit? Et an creditor diù negligens ſua jura experiri contrà principalem debitorem aliàs idoneum, tractu temporis minus idoneum effectum, actionem habeat contrà fidejuſſorem, *Card. de Luca cit. Tract. de credit. & debit. diſc.* 94. qui *diſc.* 99. *&* 100. diſcutit quoque, an obligatio fidejuſſoris *de judicatum ſolvendo* præſtita coram uno Judice, duret pro judicato per Judicem appellationis, vel in aliis inſtantiis coram diverſis Judicibus.

Alia dicemus in *obſerv. ad Conſult.* 53.

ARGUMENTUM.

Nobilitas alicujus in aliquo Sedili, & ubi adeſt ſeparatio inter nobiles, & Ignobiles, quomodo, & per quos actus probari debeat, & an ſufficiat deſcriptum aliquem reperiri in numero nobilium, vel in aliquo actu facto per nobiles, aut in Sedili. An, & quando probetur verbis enunciativis, privilegiis, in privilegio relatis, Regum & Pontificum enunciatione, & matrimoniis, maximè ſi exteri ſint, qui nobilitatem in Civitate prætendant, & collaterales eorum, quos gaviſos aſſerunt non deſcendentes. Item quomodò deſcendentia probetur, & an, & quando ad hæc ſententia proſit, vel ſecus, præſertim quæ lata ſit à Reg. Camera ſuper alicujus immunitate à gabellis in Civitate, & Regno Neapolis, multis additis de probanda civitate, ac de immunitate conceſſa civibus effectis vigore Reg. Pragmaticæ, vel aggregatis. An, & quando extendatur ad filios, & oriundos Neapolitanos, qui alibi commorentur.

SUMMARIUM.

1 *Nobilitas alicujus in aliquo Sedili probatur, niſi per illos, qui ſunt de illo Collegio nobilitatis.*

2 *Nobilitas probatur per illos actus, qui faciunt veram diſtinctionem inter nobilem, & plebeium.*

3 *Nobilitatis quaſi poſſeſſio inducitur, ſi Communitas paſſa fuerit, aliquem eſſe de Proceribus, veluti Conſiliarium in Conſilio proponere.*

4 *Nobilitatis ſubſtantia conſiſtit in officio, & exercitio.*

5 *Officia conſtituunt diſtinctionem inter nobiles, populares, & inter eos dividuntur.*

6 *Nobilitatis actus poſitivus probari debet, ut quis obtineat in poſſeſſione nobilitatis, nec ſufficit probatio quod ſit deſcriptus inter nobiles alicujus Sedilis, vel cum aliis.*

7 *Nobilitatis actus poſſeſſivus non ſequitur ex deſcriptione inter nobiles vel in actu procurationis facto ab illis de Sedili, numero 8. vel in actu confecto in Sedili, numero 9. aut pro ſupplicando Regi de aliquo pertinente ad nobiles, numero 10. & quare numero 11. & 12. Quid ſi cum actu ex iſtis exercitium officii nobilibus competentis probetur numero 16.*

11 *Quilibet de Civitate, & populo poteſt Regi ſupplicare pro privilegiis concedendo Civitati.*

13 *Nobilitatis in Civitate Tarviſii quomodo probetur, & num. 14.*

15 *Nobilitas quomodo probetur in Communitatibus, ubi adeſt ſeparatio, & differentia inter nobiles, & ignobiles.*

17 *Nobilitatis probatio non æquivoca eſſe debet, ſed univoca, ut quis obtineat & num. 24.*

Probatio æquivoca quæ dicatur, ibid.

18 *Privilegium, aut reſcriptum mentionatum in aliquo privilegio, ſi non producatur, non facit fidem.*

19 *Verba enunciativa ut probent ſemiplenè, quod tempus requiratur, & an, & quando proſint ad victoriam, n.* 20. *&* 23.

20 *Morra familia in Sedili Capuana quibus ex ſcripturis ejus nobilitas, quive Proceres fuerint in Regno, quot Pontifices, quotque Cardinales, n.* 22.

21 *Rex ſi enunciat aliquem de Sedili probat illum talem, quia habet poteſtatem eum faciendi de Sedili.*

25 *Oeconomorum*

25 *Oeconomorum Divæ Mariæ Annunciatæ Neapolis notula quando fuerit deperdita, & refecta, an probet in præjudicium tertii, & an ſit liber publicus.*

26 *Liber Eccleſiæ, vel Monaſterii an ſit publicus.*

27 *Nobilitas an, & quando tranſeat ad tranſverſales nobilee de Sedili.*

28 *Nobilis in una Provincia non eſt neceſſario nobilis habendus in alia, præſertim ex uſu Hiſpaniæ, numero 30.*

29 *Nobilitas antiqua in exteris non ſufficit in hac Civitate, ad finem gaudendi honoribus alicujus Sedilis, ſed requiritur probatio ſpecialis nobilitatis in Sedile.*

31 *Deſcendentia ad probationem probari debet legitima filiatio, & n. 33.*

32 *Filiatio quomodò debeat articulari, ut probetur.*

34 *Notarium quem non eſſe probatur, quod in matricula, in qua notarii deſcribuntur, non reperitur.*

35 *Privilegiis non gaudent notariorum qui in matricula notariorum matriculati non reperiuntur.*

37 *Matricula probat eum eſſe de numero eorum, qui debent matriculari.*

38 *Teſtes de fama, & audien de tempore annorum ducentum ſeptuaginta in matrimoniis an, & quando probent, & n. 41. & 42.*

39 *Affinitatis in gradibus probandis an, & quando ſola fama ſufficiat.*

42 *Probatio exorbitans à jure communi ut plurimum corruit.*

43 *Enunciativa deſcendentium quantum tempus probet, etiam quod ſit Principis, vel Papæ, quando eſt ſuper facto alieno. etiam quod ſuper tali facto alieno fundetur intentio ſcribentis, etiam ſi Princeps dicat ſe informatum, n. 52.*

44 *Jus dicitur eſſe de antiquo quando excedit centum annos.*

45 *Adverſus verba enunciativa quæ probatio ſufficiat.*

46 *Verba enunciativa emiſſa in negotio, in quo non intereſt emitti, & in præjudicium tertii non probant.*

47 *Maximè quando id, quod aſſeritur veriſimiliter Princeps ignoravit, quo caſu nec præſumptionem inducunt.*

48 *Scripta in favorem narrantium, & ejus ſucceſſorum non probant.*

49 *Papæ non creditur in facto alterius, niſi aliter probetur, & quare.*

50 *Papæ narranti factum, prout à parte narratur, vel ut veriſimiliter à parte fuerit ſupplicatum, an, & quando credatur, & præſumptionem inducat, & num. 51.*

53 *Regia Camera non judicat aliquem de Sedili, & hoc ad quem pertineat in Regno, n. 55.*

54 *Ejus juriſdictio limitata eſt, & in quibus conſiſtat.*

55 *Nobilitas probari debet coram Judicibus ordinariis, ubi non adſunt Judices particulares, prout in Hiſpaniis, & Neap.*

56 *Factum, à Iudice quantumvis ordinario ratum non eſt, ſi ad illius officium non pertinet.*

57 *Sententia nulla eſt defectu juriſdictionis, etiam quod ſit antiqua, quia unquam præſcribitur, & quare, n. 62. & 63.*

58 *Sententia in materia nobilitatis in Sedili non dicitur prolata in cauſa ſtatus.*

59 *Sententia facta cùm non eſt cum legitimo contradictore, eſt nulla, & jus non facit, n. 61.*

60 *Nobilitatis in materia quis ſit legitimus contradictor, & nu. 67.*

64 *Sententia lata per falſas cauſas, & allegationes eſt nulla.*

65 *Sententia nulla eſt, quando ſe refert ad acta, quæ deteguntur non eſſe vera.*

66 *Sententia non probat cùm proceſſus non reperitur, & remanet abſque actis.*

68 *Civis effectus virtute Regiæ Pragmaticæ an transferat immunitatem ad filios, & n. 70. oriundus verò transfert. ibid.*

69 *Dicitur verè civis, & proindè gaudet immunitate etiam adverſus Fiſcum.*

70 *Filius ejus, qui non fuit ortus, nec filius orti, ſed tantum allectus, vel qui gaviſus fuit civilitate virtute Regiæ Pragmaticæ gaudet immunitate.*

71 *Civilitas originis nunquam amittitur etiam ſi incolatum alibi deſcendentes transferant.*

72 *Neapolitani alibi degentes non gaudent niſi ſunt oriundi Neapolitani.*

73 *Civilitas Neapolitana quorum fide probetur, & an probetur ex fide quinque, vel ſex Deputatorum per aliquod Sedile, qui teſtentur, quod talis gaudeat in eorum Sedili, & n. 75.*

74 *Sedile in Civitate Neapolis eſt Collegium approbatum per retrò Reges, ac ſi eſſet ipſa Civitas.*

76 *Externus aggregatus ad Sedile Neapol. non gaudet immunitate Regiarum Gabellarum, ſicut nec aggregatus à Civitate gauderet reſpectu jurium Regalium, nu. 77.*

78 *In Terris ſancti Severini & Bojani non adeſt nobilitas ſeparata, & quid interſit, non adeſſe ſeparationem reſpectu nobilitatis, n. 79.*

80 Scipio Regens Rovitus *ſcripſit in cauſa contra iſtam Conſultationem, & laudatur.*

Pro Illuſtriſſima Platea Capuanæ, contra Epiſcopum Andrienſem.

CONSULTATIO L.

EX tribus præcipuè fundare prætendit Epiſcopus Andrienſis reintegrationem ad honores Sedilis Capuanæ.

Primò ex actibus poſſeſſivis in perſonam Aſcendentium & Collateralium.

Secundò, ex probatione deſcendentiæ ex illis, qui honoribus Sedilis gaviſi ſunt.

Tertiò, ex authoritate rei judicatæ per ſententiam Regiæ Cameræ de anno 1529. per quam prætendit Hieronymum ejus avum ex noviter deductis fuiſſe declaratum originarium Neapolitanum.

Ad primum, * quod de actibus poſſeſſivis dicitur, 1
videndum erit, qui actus poſſeſſivi neceſſariò concludant nobilitatem, & num prætenſi actus ſint tales, ut ſufficiant ad probandum in Sedili prædicto poſſeſſionem, ſeu quaſi. Et prænotandum eſt in hac materia quod nobilitas non probatur, niſi per actus qui fieri non poſſunt, niſi per illos qui ſunt de illo Collegio nobilitatis, ut tradiderunt *Bart.* & cæteri *in l. 1. C. de dignitat. lib. 12. & numero 92.** dixit quod 2
probatur nobilitas per eos actus, qui faciunt veram diſtinctionem inter nobilem, & plebeium, quem ſequitur Garſ. *de nobilitat. & exempt. gloſ. 7. num. 21. & gloſ. 12. num. 51.** & per hoc ſequitur, quod 3
cùm Communitas paſſa fuerit, aliquem eſſe de Prioribus, vel uti Conſiliarium in Conſilio proponere, ex tali actu inducitur quaſi poſſeſſio nobilitatis Bart. *in l. 1. §. hoc interdicto, Digeſtis de itin. act. priv.* & hanc ſententiam probaverunt Dyous *conſil. 27. & alii.*

Ex his ſequitur reſponſio ad prætenſos actus poſſeſſivos Matthæi, quatenus ſcripturæ eſſent veræ, & non vitiatæ, prout demonſtratum fuit, cùm in nullo ex eis * nobilitas in Sedili probetur. Cùm enim nobi- 4
litatis ſubſtantia in officio, & exercitio conſiſtat, per ea, quæ dixit Otalur. *de nobilit. Hiſpan. part. 4. cap. 2. num. 6.* † & officia conſtituant diſtinctionem in- 5
ter nobiles, & populares, & inter eos dividuntur, ut tradidit Garſ. * *de nobilitat, gloſ. 35. num. 2.* oportet, ut 6
quis

quis in poſſeſſione obtineat, ut probet actus poſiti-
vos nobilitatis, nec ſufficit probatio, quod ſit deſcri-
ptus inter nobiles de illo Sedili, vel cum aliis; non
enim ex ipſa deſcriptione inter nobiles ſequitur a-
ctus poſſeſſivus nobilitatis, Bald. & Imol. *in l. quo-
ties, §. ſed ſi cum, ff. de hared. inſt.* & ita etiam tenuit
Garſ. *de nobil. & exempt. gloſ. 4. nu. 7. verſ. alij verò*,
& propriè in materia Sedilium hujus Civitatis hoc
8 Joann. Vincent. * de Ann. *ſing.* 358. & hoc in ſpecie
fuit deciſum in S. C. in cauſa illorum de Henrico,
alias Piccioli, ubi quamvis prætenderetur poſſeſſio
in Sedili Capuanæ ex eo, quod eorum aſcendens ap-
parebat deſcriptus inter alios nobiles Sedilis in actu
procurationis factæ in perſonam Oeconomorum
Divæ Mariæ Annunciatæ, ſuccubuerunt, & fuit Se-
9 dile abſolutum, * quod equidem de facto videmus a-
lias fuiſſe errarum in perſonam Federici de Aquino,
qui cum repertus fuiſſet deſcriptus inter alios nobi-
les Sedilis Nidi in actu confecto in ipſo Sedili, fuit
derectum, ex errore fuiſſe adſcriptum, ut ipſe idem
declaravit.

10 Cum ergo præſupponatur, † Matthæum interve-
niſſe cum aliis nobilibus aliarum Platearum ad ſup-
plicandum Regi Roberto, & Reginæ Joannæ pro
privilegio concedendo, in componendo differen-
tias inter ipſos nobiles, ex hoc non ſequitur poſſeſ-
11 ſionis actus, * cùm quilibet de Civitate, & de Populo
poſſit Regem ſupplicare pro privilegio concedendo
12 Civitati; * & propterea potuit intervenire in actibus
prædictis, non ut homo publicus, ſed ut particula-
ria, quod pro obtinendo in quaſi poſſeſſione non
ſufficit; ad quod adduco Tiberium Decian. *in conſ.*
13 *66. n. 49.* ubi habetur, * quod qui vult probare ſe
nobilem Tarviſij, neceſſe habet probare, quod ſui an-
teceſſores fuerint ad Bancum de medio, & mino-
rem; cùm nullus alius poſſit eſſe ad dictos Bancos,
14 niſi nobiles, * & *n. 52.* refert ſtatutum illius Civita-
tis, quod nobilitas poſſit probari per poſſeſſionem
prædeceſſorum ſuorum, de dignitatibus, quæ ſolis
nobilibus conceduntur, & ſic requiritur actus paſ-
ſivus nobilitatis, hoc eſt, quòd exercuerit officium,
quod non poteſt ab alio, quam à nobili exerceri:
quod ſatis dignoſcitur in illis Communitatibus, * ubi
15 adeſt ſeparatio, & differentia inter nobiles, & igno-
biles, prout fundat Otalor. *de nobilitate Hiſp. 3. part.
princip. cap. 8. num. 9.* quæ quidem probatio nullo
modo reſultat ex ſcripturis præſentatis per Epi-
ſcopum; cùm Matthæus officia Nobilibus compe-
tentia non exercuerit, † ſed tantùm cum aliis Nobi-
16 libus præſupponitur ſupplicaſſe.

Ruſus prætenſi actus non probant, ex quo aut
loquimur de ſcriptura Regis Roberti, & in ea non
intervenit Matthæus, ſed Bartholomæus, ut apparet
etiam ex ſcriptura noviter producta, qui neque erat
Francus, ſed Franconus, & ſcriptura eſt vitiata, ut in
facto eſt fundatum, Et eo tempore aderat in Civita-
te qui nominabatur Bartholomæus Franconus. Ve-
rùm eſto quod in actu prædicto adfuiſſet Matthæus
Francus, attamen non intervenit uti nobilis de ali-
qua Platea, ſeu Sedili, ſed uti vir ſapiens, electus à
Rege Roberto ad videndum, & examinandum capi-
tula, & ſupplicationes Regi malè oblatas, incompo-
nentium imperitia, * ut clarè legitur in ſcriptura, &
17 probatio non debet eſſe æquivoca, ſed univoca, Garſ.
de nobilit. gloſ. 34. & æquivoca dicitur, quando facit
æquivocam probationem, ut *ibi*.

Quod verò attinet ad ſcripturam Regis Alphonſi,
advertatur, quia in actu, qui præſupponitur geſto
tempore præfati Regis, non intervenit ad ſuppli-
candum Matthæus Francus, ſed in dicto privilegio
18 mentio fit alterius privilegij, * confirmantis privile-
gium Regis Roberti expeditum tempore Reginæ
Joannæ, & privilegium mentionatum non produci-
tur, quo caſu nullam fidem facere habetur plenè per
text. *& ibi Doct. in auth. ſi quis in aliquo, Cod. de e-
dend.* quod procedere etiam in privilegiis, & reſcri-
ptis habetur *in cap. ſi Papa, de Privileg. in 6. Bald. in
l. non epiſtolis, in princip. Cod. de probat.* latiſſimè
per Innoc. *in cap. cùm Eccleſiarum, de off. ordin.
& per Abb. & Card. in clem. 1. de probat.* * Neque pars 19
ſe tueri poteſt antiquitate verborum enunciativo-
rum; cùm ad minus, ut verba enunciativa probent,
vel, ut verius dicam, ſemiplenam probationem fa-
ciant, requiritur tempus centum annorum, ut dicit
Alex. Jaſ. & Iac. *in l. cum aliquis, Cod. de jure delib.
Aym. in tract. de antiqui. tempor. in princip. Menoch.
de arbitr. lib. 2. centur. 1. caſu 3. nu. 6. de Franch. dec.
377. nu. 4.* Facto autem temporis computo non adeſt
tempus centum annorum; cùm ſcriptura ſit de anno
1444. & Hieronymus nobilitatem prætendit tan-
quam à Matthæo deſcendens in Sedili Capuano in
anno 1526. quando ſupplicationem porrexit Andreæ
Carrafæ Comiti Sanctæ Severinæ tunc hujus Regni
Generali Locum-tenenti, & ſic non adeſt tempus
centum annorum.

Nec mirum † ſi pro parte illorum de Morra ex 20
verbis enunciativis fuerit obtentum; quia verba
erant clara, & in duobus privilegiis à Rege conceſ-
ſis, annis ducentum, & plus retro nominabatur Fran-
ciſcus de Morra Miles Plateæ Capuanæ, & Jacobus
filius Franciſci ſimiliter nominabatur Miles Plateæ
Capuanæ, * & enunciatio nedum erat facta à Rege 21
habentem poteſtatem eum faciendi de Sedili, ſed con-
currebant aliæ conjecturæ, quo caſu probare ver-
ba enunciativa ſcripſit noviſſimè Nicol. Genua *in
tract. de enuncia. verbis, lib. 1. queſt. 4. numero 125.*
& enunciativæ à tempore præſentationis excede-
bant annos ducentum, & aderat maxima nobilitas
familiæ, * cùm in ea fuerint duo Pontifices, innu- 22
meri Cardinales, ac Regni Proceres, & Magnates,
ut ex *deciſ. Præſ. de Franch. 377.*

In caſu autem noſtro Rex non enunciat Mat-
thæum de Sedili Capuano, ſed tantum privilegium
confirmationis, factum tempore Reginæ Joannæ
ad ſupplicationem Matthæi Franci, & aliorum inſu-
per enunciatio non eſt antiqua, & privilegium enun-
ciatum non producitur, quo caſu abſque dubio ſuc-
cedit deciſio text. *d. auth. ſi quis in aliquo, Codic. de
edend.*

Et demum ſcriptura prædicta non concludit,
Matthæum uti nobilem Sedilis Capuanæ interveniſ-
ſe, quia hoc non dicitur, & poterat intervenire, vel
uti particularis, vel uti nobilis de Sedile Portenovæ,
in quo Sedile aderat familia prædicta in partis con-
feſſione, * & ſic actus undique redditur æquivocus, 24
& non concludens perneceſſe, & ideò non ſufficit
ad obtinendum, Bart. & alij *in d. §. Codic. de
dignit.*

Ex quibus conſtat, nullo modo nobilitatem Mat-
thæi fuiſſe probatam in Sedili Capuano, ſic etiam
pari modo non fuit probata in perſonam Paſqua-
lis, quem collateralem vocant, ex quo non adeſt
ſcriptura authentica, ex qua probari poſſit, & iſta,
ex qua ſumpta fuit notula * Oeconomorum Divæ 25
Mariæ Annunciatæ non eſt illa originalis, quæ fuit
deperdita, ſed liber fuit refectus in anno 1590. prout
fieri potuit. Imò etiam ſi eſſet originalis, nec proba-
bit in præjudicium tertij, cùm ſit liber non publi-
cus, ſed Eccleſiæ, vel Monaſterij, prout poſt alios
Burſ. * *conſ. 20. nu. 29. vol. 1. Grat. conſ. 158. nu. 4.* 26
latè *Nicolaus Genua in tractat. de ſcriptura privat. lib.
5. cap. 1. num. 9.*

Sed quatenus probaret, quod non creditur, ta-
men neque proficeret actoribus, cùm non ſit proba-
tum ab ipſo deſcendere, nec etiam ex linea collate-
rali, & ſi pars ſe juvare vellet aſſertione, facta in ſen-
tentia Regiæ Cameræ de anno 1526. & in ſcriptura
de anno 1498. ultra quod non probant, & infra fun-

dabimus, neque poterit obtinere ex alio, Doctores
enim tractaverunt articulum, an tranſeat nobilitas ad
27 tranſverſales, * & Joannes Rayn. *in tract. de nobilit.*
in 15. quaſt. 5. quaſt. principal. tenuit non tranſire, idem
tenuit Decianus *conſ.* 19. *num.* 237. verùm Afflict. *in*
Conſt. Regn. incipiente *Intentionis noſtra*, *n.* 30. *verſ.*
Sed quare dicit, quod nobiles Sedilis Nidi da hoc
dubitaverunt, & omnibus nobilibus congregatis
fuit cauſa commiſſa quinqne nobilibus Militibus
dicti Sedilis, qui habito conſilio à pluribus Docto-
ribus, judicaverunt, qnod probata nobilitate in per-
ſonam aſcendentis dictorum collateralium, licèt
non probetur niſi da nobilitate collateralis mor-
tui tamen nobilitas illius Sedilis transfertur in col-
latarales, ad quod probandum allegat Bald. *in l. peti-*
tionem, *Cod. de advoc. diverſ. judic.* & hanc *Affl.* do-
ctrinam refert, & ſeqoitur Tiraq. *de nobilit. cap.* 27.
& hoc noviſſimè latè Eſcobar *de puritate*, *& nobilit.*
probaad. quaſt. 4. *art.* 2. *num.* 86. ubi ionumeros alle-
gat; tamen ad boc nt tranſverſalis poſſit ſe juvare
nobilitatis poſſeſſione tranſverſalis, neceſſa habet
duo probare, primom nempè, quod aſcendens, tam
collateralis, quam prætendens ſit idem, & nobilis.
Secundò, qnod fuerit in quarto gradu cum eo, qui
gaviſus fuit, ut expreſſa teouerunt idem *Afflict. &*
Tiraq. in locis citatis, quæ omnia deficiunt Epiſco-
po, & per conſequens non poterit prætenſo actu
Paſqualis juvari, & ſic etiam nec de aliis, de quibus
non loquor, cùm pars in eis non inſiſtat, cùm vera
ſint actus, qui nullo modo nobilitatam concludant,
nec probatur eſſe collateralis ipſius & eadem eſſet
reſponſio.

Et quamvis nobilitas antiqua eſſet probata in ejus
aſcendentibus (quod negatur) tamen adhuc proba-
tio prædicta non ſufficeret, cùm conſtet, ſuos aſcen-
dentes fuiſſe exteros, nobilis enim in ona provin-
28 cia † non eſt neceſſariò nobilis habandus in alia
Gaſp. Baeza *in tract. de inop. deb. capit.* 16. *numero*
29 108. *&* 115. & in hac † Civitate oportet ſpecialis
probatio fuiſſe nobilem de Sedili, ſicuti apud Hi-
ſpanos nobiles exteri ex ſola juris communis, vel
30 ſuæ provinciæ * nobilitate non potuerunt obtine-
re, ut gaudeant nobilitate nec immunitate, *Ota-*
lor. part. ſecund. capit. quint. numero 28. *de nobi-*
lit.

31 Deficit etiam probatio deſcendentiæ, * pro qua
probanda neceſſariò debet probari legitima filiatio in
cauſis nobilitatis, & immunitatis, *Otalor.* 2. *part.* 3.
32 *par. princ. cap.* 3. *n.* 2. * ubi etiam ponitur modus ar-
ticulandi, ad probandam filiationem, de qua re no-
viſſime, ac late *Marcellus Cala de mod. art. §.* 2. *glo.*
unica à n. 270. *ad* 282.

33 Hæc autem legitima filiatio non fuit probata, *
niſi per ſcripturas, non authenticas, hoc eſt, ex præ-
34 tenſo inſtrumento Notarij Altobelli Velati, * quam
conſtat non fuiſſe Notarium ex matricula Notario-
35 rum, quæ conſervatur in Cancellaria, † & qui in ea
matriculati non repeⁿiuntur privilegiis noo gaudent,
36 *Petrin. Bell. de re milit. tit.* 6. *nu.* 6. † nam matri-
cula probat, quem eſſe de nomero eorum, qui debent
37 matriculari, † *Alciat. de præſumpt. reg.* 3. *præſump.* 37.
17. *num.* 1.

38 De aliis verò matrimoniis † probatum fuit per
teſtes de auditu, de tempore annorum ducentum ſep-
toaginta, quos teſtes non probare, tenuit Abb. *in*
cap. veniens, *il primo*, *verſ. quaro*, *& in cap. inter dile-*
ctos, *de fide inſtrum. nu.* 6. *& in cap. licèt ex quadam*,
de teſtib. numero 2. quia ſunt fallacia teſtimonia, *cap.*
cum in juventute, *de præſump.* & probatio debet ne-
ceſſariò concludere, *l. neque natales*, *Cod. de proba-*
tion. cap. in præſentia, *de proba.* & hoc probat text. *in*
39 *cap. ſi duo 35. quaſt.* 6. † ubi in probandis gradibus affi-
nitatis non ſufficit ſola fama, niſi etiam concurreret
confeſſio conjugum, & tradit rationem *in d. cap. li-*
cèt ex quadam, quòd debet ſibi imputari, * quod tan- 40
tum tempus fruſtra è manibus elabi paſſus eſt, quem
ſequitur Thobias Nonius *conſ.* 6. *num.* 10. *Ripa in l.*
rem, *quæ nobis*, *col. pen. in fin. ff. de acquir. hared. &*
Corn. conſ. 26. *& conſ.* 230. *lib.* 4. *& Soc. conſ.* 194. *lib.* 2.
col. fin. Et qoamvis alij tenuerint, * quod fama, & 41
auditus probant, tamen loquuntur da conſtanti, per-
petua, & generali, & de univerſa apud omnes, ſine
varietate, aot contradictione, per text. in *cap. de paren-*
tela 35. *qu.* 6. *il ſecundò*, & hoc dixit Bart. *in l.* 1. *§.*
idem Labeo, *ff. de aqua pluv. arc. & Bald. in l. conventi-*
culam. Cod. de Epiſc. audient. Et eſt ratio; † quia eſt 42
probatio exorbitans à jure communi, & proinde ut
plurimum corruit, dixit Garſ. *de nobilit. gloſ.* 18. §. 1.
num. 13. quæ omnia deficiunt in caſu noſtro, & ſic
remanet pars abſque probatione filiationis legiti-
mæ.

Remanet etiam abſqua probationa deſcenden-
tiæ, cùm ad illam probandam non ntatur niſi ſcri-
ptura Regia Federici de anno 1497. ubi per gradus
enunciatur deſcendentia nimis affectate, quæ aſſer-
tio falſa in facto ex pluribus fuit demonſtrata, Nunc
autem demonſtrabitur, enam non probare, quod
oſtenditur clariſſime, quia anunciatio non eſt anti-
qua cùm à tempore ſcripturæ, * quæ apparet confe- 43
cta de anno 1497. uſque ad annum 1526. in quo tem-
pore apparet, Hieronymum habuiſſe prætenſionem
fuiſſe de Sedili, non currunt niſi anni 29. quo caſu
non probat etiam quod eſſet Principis, vel Papæ,
quando eſt ſuper facto alieno etiam qood ſuper ta-
li facto alieno fundetur intentio Scribentis, Anton.
de Butr. & Joannes de Imol. *in clement. de probat.* re-
fert, & ſequitor Alex. *in conſ.* 112. *lib.* 7. & alij, qoos
recenſet Aymon. Cravett. *de antiq. tempor. par.* 1. *n.* 9.
& dicitur jus eſſe de antiquo, * quando excedit cen- 44
tum annos, Alex. *conſ.* 6. *in fin. & conſ.* 207. *vol.* 2.
Decian. conſ. 66. *n.* 16. *vol.* 3.

Eliditur etiam prætenſæ probatio enonciatæ de-
ſcendentiæ ex probationibus in contrarium factis,
quod aſcendentes Epiſcopi fuerunt de familia de
Ciccatellis, † prout ſemper ſe cognominaverunt, 45
quam probationem ſufficere adverſus verba enuncia-
tiva, tradit idem Cravett. *par.* 1. *n.* 28.

Non probant ex alio prædicta verba, ex quibus
deſcendentiam probari actiones dicunt, * qoia reſpe- 46
ctu negotij, de quo tractabatur, nihil intereſſat, & ſic
fuerunt emiſſa illa verba enunciativa per ſupplican-
tes in præjudicium tertij, quo caſu non probant, ut
l. verba, *Cod. de teſtibus*, maximè quando id quod aſ-
ſeritur, † veriſimiliter Princeps ignoravit, tunc enim 47
nec præſumptionem inducunt, Bald. *conſ.* 356. *in fin.*
lib. 1. *Cravett. de antiquit. temp. part.* 1. *nu.* 16. *fol.* 5. *à*
terg. in parvis, & propterea dixit Hier. de Monte *in*
tract. finium regund. cap. 60. *n.* 3. *col.* 3. † quod ſcripta 48
in favorem narrantium, * & ejus ſucceſſorum non 49
probant. Et quod Papæ non credatur in facto alte-
rius, dixit Joan. Andr. *in regul. non licet*, *de regul. jur.*
in 6. *& gloſ. in clem.* 1. *de probat.* dicit quod ei non cre-
ditur, quia de illo non eſt informatus, niſi aliter pro-
betur, Vitalis de Gambano *in tract. de clauſulis*, *in*
capitulo, *quando verba enunciativa proferantur in*
privilegiis, *num.* 4. dicit, * quod quandoque Papa 50
narrat factum prout à parte narratur, vel ut veroſi-
militer à parte fuerit ſupplicatum, & tunc ei non cre-
ditur; niſi aliter liqueat, & ſic intelligit *gloſ. & Joan.*
Andr. in d. regula non licet, & hoc idem refert tenuiſſe
Gulielm. *in d. clem.* 1. *de probat.* & tradit *Genua de*
verb. enunciat lib. 2. *q.* 2. *n.* 30.

Et hoc quando Papa ſimpliciter narrat, * licèt ab 51
alio ſit ei in ſupplicatione expoſitum, ſecus ſi tan-
quam ab alio narratum Papa narrat, qoia tunc nulla
fides adhibetur, neque ad præſumptionem inducen-
dam, quod eſt in caſu noſtro, in quo Rex dicit, ſe
ſcripturas non vidiſſe, ſed eas feciſſe recognoſcere à
multis,

multis, & præſertim ab Henrico Pandono, & ſic
Rex ad inſtantiam partis, & non motu proprio fecit
talem aſſertionem, & ad hoc eſt text. *in cap. ſi motu*
52 *proprio, de præbend. lib. 6.* * quod tamen temperat *Vi-*
talis, quando verba enunciata ſunt emiſſa propter
aliud jus, quod tractabatur, quia tunc nec Principi
creditur, etiam quòd dixiſſet ſe informatum, ut di-
cit *Clem. 1. de probat.*

Reliquum erit, ut aſſertæ ſententiæ Regiæ Cameræ
brevibus, quoad fieri poterit, reſpondeamus, & prop-
terea pro ejus reſponſione dico, quod cum ſenten-
tia prædicta aliud nòn fecerit, niſi in pronunciando
Hieronymum Epiſcopi avum immunem, tanquam
originarium Neapolitanum, nihil posuit in eſſe reſpe-
53 ctu Sedilis, * nec poterat Regia Camera judicare
Hieronymum de Sedili, quia juriſdictio Procuratoria
54 Cæſaris limitata eſt * *l. 1. Cod. de juriſd. omn. Judic.*
l. 2. C. ſi advers. Fiſc. cum ſimilibus. Et in Regno ha-
bemus Regias Pragmaticas diſtinguentes juriſdi-
ctionem Regiæ Cameræ, & in quibus verſetur *in*
pragmat. 62. & ſeq. de offic. Procur. Cæſar. & agit latè
poſt hæc ſcripta *Judex Taſſon. ad pragm. de antefato,*
55 *verſic. 3. obſervat. 3. à nu. 137.* * nobilitas autem pro-
bari debet coram Judicibus ordinariis, ubi non ad-
ſunt particulares Judices, ut in Regnis Hiſpaniarum,
& Neap. *Rebuff. de nomin. quæſt. 12. nu. 22. & 23. tit.*
56 *15. part. 2.* & quando aliquid † factum eſt à Judice,
quantumvis Ordinario, ſi ad officium illius non per-
tinet, ratum non erit, *l. factum à Judice ff. de reg. jur.*
57 *l. 1. C. ſi à non compet. Judic.* † ſententia enim ex defe-
ctu juriſdictionis nulla dicitur, *l. 1. ff. ad Tertul. l. 2.*
§. hæc autem ff. quod quiſque jur. Bart. in rubr. C. ſi à
non compet. Judic. & ſic aut eſt dicendum, Regiam
Cameram ſuper nobilitate non judicaſſe; ſed tantum
ſuper immunitate, aut verò ſententiam eſſe nul-
lam.

58 Rurſus ſententia non poteſt officere Sedili, † imò
neque facit jus quoad omnes, quia quamvis dicere-
mus, quod ſententia fuit prolata in cauſa ſtatus,
prout non eſt, attamen quia non eſt facta cum legi-
59 timo contradictore, † nulla eſt, *l. cum non juſto, ff. de*
60 *collu. dete. l. 1. Cod. de ingen. & manumiſſ.* * & legiti-
mus contradictor in materia nobilitatis nedum eſt
Regius Fiſcus, verùm etiam Communitas illius loci,
61 in quo petitur admitti, * & ideò Communitate non
citata, jus non facit, ita Otalor. *2. part. tertiæ partis*
62 *principalis, cap. 5. n. 10.* * immò eſto quod ſententiæ
eſſent antiquæ, non proſunt, neque in poſſeſſorio,
prout pluries fuiſſe deciſum teſtatur idem Otalor. *in*
63 *3. part. tertiæ partis principalis, cap. 4. n. 4.* * & ratio
deciſionis eſt, quia cùm ſint factæ à non competenti
Judice, para erravit in jure, & juris error non dat
cauſam præſcribendi, ſecundùm tradita *in cap. de*
quarta, & in cap. vigilanti, de præſcript.

Impugnatur etiam ſententia prædicta, quia aſſer-
tionem non veram continet, & fundatur in falſa
cauſa, ex eo quia ſcilicèt Hieronymus habebat do-
mum in Sedili Capuanæ ex ſucceſſione Bartholo-
mæi Franchi, quod falſum fuit detectum; cùm nun-
quam talem habuerit Hieronymus domum, nec ſui
64 ſucceſſores, * nec hodie habent, & ſententia lata per
falſas cauſas, & allegationes nulla eſt, *Rot. dec. 347.*
in antiq. Aym. Cravett. conſ. 134. & ideò Judex, qui
expreſsè ſe ad aliqua acta non vera retulit, nulla eſt
ſententia, quam protulit Bart. & Bald. *in l. 1. Cod. de*
error. calcul. Joan. de Imol. & Alber. in l. rei judicata,
§. 1. ff. ſol. matrim. Dec. in l. ſi is, ad quem, ff. de acquir.
65 *hæred. & Bald. in cap. cum cauſam, de re jud.* tenuit, *
quod quando ſententia expreſsè ſe refert ad acta,
quando illa non vera deteguntur, ſententia nulla eſt,
late Vant. *de nullit. ex defect. proceſſ. n. 129.* latiſſimè
Gratian. *diſcept. forenſ. lib. 1. capit. 103. n. 18 cum ſeqq.*
& ideò pro cautela traditur, quod in ſententiis cauſa
non exprimatur, ut per Franch. *in deciſ. 664.*

Additur etiam prædicta, † quia proceſſus non 66
aperitur, & ſic remanet ſententia abſque actis, &
propterea non probat, Stephan. Gratian. *diſcept. fo-*
renſ. lib. 1. c. 121. n. 3.

Ponderatur etiam affectatio prætenſi judicij, cùm
enim Hieronymus fuiſſet jam mediante ſententia
Regiæ Cameræ declaratus civis Neapolitanus, vir-
tute Regiæ pragmaticæ quoad judicium immunita-
tis nil intererat Regio Fiſco, quia jam erat immunis
declaratus, & nihil intererat Hieronymo, qui virtu-
te Regiæ Pragmaticæ immunitate gaudebat tan-
quam civis, quamvis non eſſet nobilis, & ſic reſpe-
ctu ejus, quod præcipuè tractabatur, judicium red-
dabatur eluſorium, ſin verò judicium fuit factum ad
probandam nobilitatem, cauſa agitabatur coram
non competenti Judice, * & non audita Platea, quæ 67
omnino erat audienda, ut dixit Otalor. *2. part. tertiæ*
partis principalis, c. 8. n. 10.

Nec obſtat quod Pars reſpondet, * nempè quod 68
civis virtute Regiæ Pragmaticæ effectus non transfert
immunitatem ad filios, quod ſecus eſt in oriundo,
& ſic judicium erat neceſſarium, quia reſpondetur,
quod civis effectus virtute Regiæ Pragmaticæ,
verè civis dicitur, * & perindè gaudet immunitate, 69
etiam adverſus Fiſcum, Bart. *conſ. 52. Joan. de Platea*
in l. cives, n. 2. ad finem Cod. de incol. lib. 10. * & filius 70
ejus, qui non fuit ortus, nec filius orti, ſed tantùm
allectus, vel qui gaviſus fuit civilitate, virtute Regiæ
Pragmaticæ, quod debeat ſimiliter gaudere, fuit de-
ciſum in Regia Camera Summariæ ſub die 8. Julij
1553. prout etiam refert *Reg. Moles artic. 9. deciſio-*
ne 56.

Et ſic corruit argumentum, quo Pars utitur, quod
non poterat declarari oriundus, niſi ut homo de Sedi-
li, ex eo, quia non ortus, nec orti filius, & quia alias
oporteret quærere Agrum Damaſcenum, ut refert
Alex. *conſ. 16. vol. 5. num. 9. & Moles quæſt. 16. deciſ.*
50. quia hoc procedit tantummodo, * quando quis 71
acquirit civilitatem ex eo, quia ipſe, vel ejus pater,
vel avus eſſet ortus, quando verò civilitas eſſet ori-
ginis, tunc nunquam amittitur, etiam ſi incolatum
alibi deſcendentes transferant, & licèt aliquando ſit
dubitatum de hoc in S.C. prout ex *deciſ. Afflict. 384.*
ubi vota fuerunt paria, attamen in Reg. Camer. eſt
abſolutum, quod civilitas originis nunquam amitta-
tur, per ea, quæ fundat Socin. *conſ. 35. col. 1. n. 7.* &
ita etiam fuit declaratum per D. Petrum de Toledo
hujus Regni Proregem, quod Neapolitani alibi
commorantes non gauderent, fuit declaratum, non
procedere in oriundis Neapolitanis, ut ex proviſio-
ne expedita *in Libro Capitulorum hujus Civitatis, f.*
189. ac etiam apparet in Inſtruct. R. C. quæ dantur
Numeratoribus, quæ omnia refert idem *Moles* in al-
legata *q. 16. dec. 50.*

Illud autem, quod allegatur de privilegio parti-
culari eorum, qui ſunt de aliquo Sedili hujus Civita-
tis, non eſt verum, deciſa enim per Regiam Came-
ram, * & relata per *Moles quæſt. 18. deciſ.* 58. nihil 73
attinent ad prædicta, fuit enim dubitatum, utrum ad
probandam civilitatem Neapolitanam ſufficiat fi-
des Deputatorum in Sedile, quos vocant ſex, vel
quinque virtute privilegij Regis Federici, expediti
in anno 1498. *in libro Capitul. hujus Civitatis*
Neap. & fuit deciſum, ut ſufficiat ſola fides Electo-
rum, & eadem eſſet fides adhibenda prædictis ſex, vel
quinque, qui teſtarentur, aliquem in Sedili gaudere,
& fuit deciſum, † quod ſic, quia Sedile in hac Civita-
te eſt quoddam Collegium approbatum per retro Re- 74
ges, & in ſpecie per Regem Catholicum, & ideò ſe-
cundùm juris diſpoſitionem cenſetur, ac ſi eſſet ipſa
Civitas, probat text. *in l. 1. ff. de colleg. illicit.* & quæ
tradidit *Loffredus* in materia Sedilium *in conſ. 51.* &
per alias rationes diſcuſſas per Moles *in d. quæſt. 18.*
deciſ. 58. quod fuit judicatum in cauſa Bernardini

75 Miuutili, * qui produxerat fidem ſex Sedilis Capuanæ, ot ex *Libro Notamentorum R. C.* ſub die 16. Mar-
76 tij 1568. non tamen * per hoc ſi quis exterus eſſet aggregatus ad Sedile, gauderet immunitate Regiarum
77 gabellarum, † cùm nec aggregatus à Civitate gauderet reſpectu jurium regalium. Imò cùm fuiſſet petitum, fuit denegatum *in cap. Magni Capitanei de anno 1503. in cap. 23. nu. 49.* & hoc in ſpecie dicit idem Moles *in d. q. 18, dec. 58. & in dec. 16. q. 50. ver. 2. ſpecies*, & ſi uon eſt hoc privilegium Sedilium, ſed eorum, qui origiuem trahunt ab aliqua Civitate, per ſupra dicta.

Ex quibus omnibus partis motivis reſolutis remanet fundata juſtitia Sedilis, ad cujus favorem tantò magis, ſpero Dominos Judices debere inclinare,
78 ex qoo avus, * & aſcendentes Epiſcupi vixerune in terris Sancti Severini, & Boiani, ubi non adeſt uobilitas ſeparata, & maximæ eſt conſiderationis in nobilitate, ſi avus, & aſcendentes vixerunt in loco ſuſpe-
79 cto, & non limpido, * vel ubi uon adeſt ſeparatio, ita dixit Otalor. *in 2. part. 3. part. princ. cap. 5. n. 15. verſ. undecimo pro contrario.*

80 *Pro contraria parte, * & ſic pro Epiſcopo ſcripſit Regius Conſiliarius* Scipio Rovitus, *qui fuit etiam Regens Regiam Cancellariam, vir quidem doctiſſimus, & elaboratiſſimus, ut apparet in ſuo* conſ. 83. lib. 1. *& obtinuit, ut ibidem legitur.*

OBSERVATIO IN CONSULT. L.

ARGUMENTUM.

Nobilitas ad examen vocatur in hac *Conſult.* 50. *Reg. Latr.* Pleniſſimè agitut, an, & quomodo probetur nobilitas Familiæ; Inſuper de identitate, vel diverſitate familiæ. Illuſtrat materiam *Franciſcus de Petris* pleniſſimè ediſſerens *in ſuis conſiliis*; Adducitut locua *Authoris in Tractat. de linea legal.* Incolatus io loco Baronali an præjudicet nobilitati familiæ. *Ælius Marcheſius* carpit nobiliſſimam *Familiam Paganorum* ex incolatu in loco Baronali; Eadem tamen vindicatur per *Boerell.* Et *Card. de Luca* juridicè, & hiſtoricè ex profeſſo reſumit quæſtionem, & acriter contendit incolatum in loco Baronali nullaeenus præjudicium inferre nobiliſati. *D. Reg. Petr.* expendit Literas S. C. M. in cauſis admisſionis, & reintegrationis ad Sedilia. Cum aliis.

SUMMARIUM.

1 *Nobilitas quomodo probanda?* Reg. Rovit. *ſcripſit contra* Reg. Latr.
2 *Recenſentur alij Authores, inter quos* Franciſcus de Petris.
3 *Cognominis identitas num probet familiæ identitatem? Et è contra, diverſitas cognominis num probet familiæ diverſitatem?*
4 *Laudatur doctisſimus* I. C. Lucenſis D. Torre.
5 *Cognominis diverſitas de per ſe non eſt apta ad inducendam familiæ diverſitatem, quando aliter oſtendatur conjunctio per maſculos.*
6 *Tituli, dignitates, & parentela nobilitatem demonſtrant.*
7 *Inſignium conformitas num indicet identitatem familiæ.*
8 *Communis exiſtimatio, & fama, an probent nobilitatem.*
9 *Teſtes de auditu probant in materia nobilitatis. Quod ampliat* de Petris, *ut n. 10.*
11 Authoris *diſtinctio relata in* Tractat. de lineâ legal.
12 *Indicia, & præſumptiones ſufficiunt ad probandum aliquem eſſe de parentela.*
13 *Probatio parentelæ in genere abſque dinumeratione graduum confuſe, & obſcurè, ſufficit in materia nobilitatis.*
14 *Matrimonia, & cognationes cum nobilibus ejuſdem Civitatis, ubi petitur reintegratio, proſunt.*
15 *Identitas familiæ, ſicut conſanguinitas, eſt difficilis probationis.*
16 *Probationes leviores ſufficiunt in materia nobilitatis.*
17 *Domus in quarterio Sedilis indicat nobilitatem.*
18 *Territoria, & domus cohærentes cum aliis familiæ gaudentiis indicant deſcendentiam ex uno, eodemque ſtipite.*
19 *Libris Hiſtoricorum probatorum adhibenda fides, præciſe in materia originis, & deſcendentiæ.*
20 *Libri publici Archivij, & Regiæ Cancellariæ probant nobilitatem.*
21 *Nominis identitas an operetur, ſicut & identitas cognominis.*
22 *Laudatur* Dondeus, *ediſſerens de requiſitis ad ingreſſum Collegij Juriſconſultorum Mediolani.*
23 *Literæ etiam noviſſimæ S. C. M. in materia admisſionis, & reintegrationis ad Sedilia, expenduntur per* D. Reg. Petra.
24 *Incolatus in loco Baronali an præjudicet nobilitati familiæ?*
25 *Commendatur* Card. de Luca *in propoſito articulo.*

DE Nobilitate * probanda agitur in præſenti *Conſult. 50. Reg. Latro*; contra quem calamum arripuit, tunc adverſæ Partis Patronus *Reg. Scipio Rovit. conſ. 83 lib. 1.* qui victoriam reportavit. 1

Eandem materiam * fuſiaſime complectuntur *Franciſcus de Petris conſ. 2. 14. 20. 39. 40. 53. 63. & alibi. Sabell. in Summ. diverſ. Tractat. §. Nobilitas,* aliique inferius recenſendi. Et *Franciſcus de Petris citat. conſ.* 14. ſcripſit pro familia Galeota extra Sedilia, his fundamentis. 2

Primò, * quia ex eodem cognomine, & patria identitas familiæ præſumitor, & probatur ex *text. in l. final. ff. ad municipal. ut num.* 2. Bene verum ſi adſic diverſitas cognominia, & producantur documenta diverſitatis accidentalis, puta vel ratione fideicommisſi, & majoratus, aot donationis cùm onere aſſumendi cognomen fideicommittentis, inſtitutoris majoratus, donantis, & ſimilium: his caſiboa indubitanter concludendum eſt quod ex diverſitate accidentali cognominis ooo ioferatur diverſitas ſubſtantialis familiæ; Accidentia enim nequeunt mutare ſubſtantiam rei, *Gloſ. in l. pacta conventa, D. de contrab. empt. l. generaliter, §. proindè, ff. de fideicommiſſar. libertat. Gomez. in §. perſona, num. 5. de action. Menochius conſil. 35. numer. 19. lib. 1. & de arbitrar. libr. prim. quæſt. 68. numer. 34.* Et agnatio importat jus immutabile, *l. jus agnationis, ff. de pact.* uomina verò ſunt ad placitom, & mutabilia, *Knipſchildſius de fideic. famil. nobil. c. 14. numero 28. Lara in compend. vitæ homin. c. 13. nu. 44. & 45. Theſaur. dec. 270. n. 17.* & talem regulam ſequitur etiam *Caſtill. quotid. controv. lib. 5. cap. 136. n. 75. verſ. Molinam ſequitur.* 3

In puncto doctisſimus † *Torre in Tract. de majorat. & primogen. Ital. p. 1. cap. 38. §. 1. numero 8.* obſervat agnatos dici illos, qui ferunt eadem arma, 4

arma, vel inſignia, & cognomen, *Bartol. in l. tutelas, D. de capit. diminut. Vivian. de jure patronat. lib. 1. nu. 27. Capon. diſceptat. forenſ. 263. artic. 2. n. 5.* Et *n.* 9. ſubdit, quod ſubſtantia agnationis conſiſtit in conjunctione per maſculos, non verò in delatione ejuſdem cognominis; nec eſt verum, ut cognomen faciat, ut quis ſit verè agnatus, licèt aliqualem faciat præſumptionem pro identitate, *Meros de majorat. 2. p. q. 4. illat. 8. nu. 854. Ruſtic. in Tract. An & quand. liber. in condit. poſit. lib. 2. cap. 2. num. 72. & 73. Barboſ. ad tit. D. ſolut. matrim. p. 1. rubric. n. 22. in fin.* plenè *Fatard. allegat. fiſcal. p. 1. allegat. 12. num. 69. Signorol. de Homod. in conſ. 81. num. 5.* allegans exempla multorum; qui ſunt ejuſdem cognominis, & nihilominus non ſunt de eadem agnatione, bene *Card. Celſ. dec. 341. num. 3.* ubi quod non ſufficit ſola identitas cognominis, cùm non cognomen, ſed agnatio, & deſcendentia ab uno ſtipite, quamvis remotiſſimo operetur identitatem familiæ, & prius dixere *Merlin. dec. Rot. 662. num. 29. & ſeqq.* latè *Knipſchildſius de fideic. famil. nobil. c. 14. num. 23. & 24. Dondens conſultat. 35. n. 7.*

5 Et *num.* 12. & 11. ita ſcribit: * *Et è contra poteſt verificari, ut quis ſit verus agnatus, licèt fuerat diverſum cognomen, dummodò aliter oſtendat ejus conſanguinitatem per maſculos, ut tradit Capyc. Latr. conſultat. 3. num. 100. Knipſchildſius cum aliis ab eo relatis de fideicommiſſ. famil. nobil. d. c. 14. num. 26.* latè *Robles de repræſentat. lib. 3. cap. 5. numero 16. 17. 18. ubi concordat eadem perſonas aliquando compeſere diverſa nomina, & ponderat Card. de Luca de fideic. diſc. 50. numero 16. qui exemplificat in nobiliſſima Familia de Fontana Placentina, quæ ſucceſſu temporis mutationem, & inſignium, & cognominis, paſſa eſt; aliqui enim de hoc antiquiſſimo germine appellantur de Paterni, alij de Malucciini, & alij de Arcellis, & tamen omnes ab eodem maſculino ſtipite proveniunt, & verè ſunt agnati inter ſe.* Hactenus, & quidem ſatis egregiè *D. Torre.*

6 Inſuper, quod ex titulis, * dignitatibus, & parentelis nobilitas ſatis de jure fundetur, argumento *text. in l. honores, §. de his, ff. de decur. l. ad ſubeunda, C. eod. tit. lib. 10. l. honor, §. de honoribus, ff. de muner. & honor. §. interim, Authent. de defen. Civit. Bald. ex eo text. in l. omnibus; C. de teſtam. de Petris cit. conſ. 14. n. 3.*

7 Additur conformitas inſignium, * ex qua identitas familiæ præſumitur, *Bartol. in Tractat. de armis n. 10. Anna Pater allegat. 57. Anna Filius conſ. 88. vol. 1. & conſ. 110. vol. 2. de Petris conſ. 2. n. 7. conſ. 14. n. 4. & conſ. 30. num. 10.* Pariter ex diverſitate inſignium accidentali non infertur diverſitas familiæ; Sic in nobiliſſima Familia Caracciolorum intervenit inſignium diverſitas; atque alij dicuntur *Caraccioli Roſſi*, alij *Caraccioli Sgurzzari*; & nihilominus eſt unica familia.

8 Amplius ex communi exiſtimatione, * & fama, quæ probat, *Maſcard. de probat. tom. 1. concluſ. 415. Anna d. conſ. 110.* maximè in antiquis, ubi vox, & opinio plenè probant, *Gloſſ.* communiter recepta, & ibi *DD. in l. atqui natura, §. cum me abſente, ff. de negot. geſt. Bald. in auth. quas actiones. C. de Sacroſ. Eccleſ.* Et in propriis terminis originis, & deſcendentiæ familiæ, *Innoc. in cap. de multa*, & ibi *Hoſtienſ. Jo. Andreas, Panormitan. & Imol. de prabend. Bald. conſ. 187. lib. 1. de Petris d. conſ. 14. n. 6.*

9 Ad hæc teſtes de auditu * probant conſanguinitatem, vel ſaltem transferunt onus probandi contrarium in adverſarios, *Petris numero 7. ex Ancharan. conſ. 225. num. 6. Corn. conſ. 1. num. 22. & conſ. 78. vol. 3. Archidiac. in c. hoc videtur 1 22. q.* 6. *Cephal. conſ. 140. & 338. Surd. dec. 145. num. 9. Theodor. allegat. 27. num. 8. & ſeq. & alijs.*

Quod eatenùs verum advertit *de Petris*, * ut vel etiamſi in tali conſanguinitate, ſeu deſcendentia familiæ adeſſet aliqua juris repugnantia, adhuc teſtes de auditu ex communi exiſtimatione ſufficiant, *de Petris loc. cit.* ex *Theodor. cit. allegat. 27. n. 3.* qui teſtatur deciſum. 10

Diſtinctionem retuli * *Ego in Tractat. de linea legal. artic. 25. de linea in nobilitat. num. 16.* ut ſi agatur de nobilitate extra Sedile, quod probari poſſit fama publica; Quandò verò tractatur de nobilitate reſtricta ad Sedile, tunc non ſufficiat probare per antiquos teſtes, vel ſcripturas fuiſſe ſuos majores reputatos nobiles, quia poteſt quis reputari nobilis, & tamen non eſſe de nobilitate Sedilis, Sed neceſſe eſt probare aliquod factum, ſeu qualitatem particularem reſpicientem certum Sedile talis loci, ut dicatur probata nobilitas illius Sedilis, vel aliquid adminiſtraſſe, quod proprium eorum erat, qui erant certi Sedilis, *Seraphin. dec. 357. Cavaler. dec. 68.* Minor verò difficultas probationis verſatur in illis, qui ſunt de aliquo cognomine, quod adeſt in Sedili, quia tunc ſolum quis tenetur probare ſe eſſe ex illis, qui tali domo, officio, & honore gaviſi ſunt, deſcendere. 11

Quinimmò ad probandum, * quem eſſe de genere, vel parentela, ſufficiunt indicia, & præſumptiones, prout millies deciſum refert *Epiſ. Ricc. collectan. dec. 1260.* cujus verba tranſcribit *de Petris cit. conſ. 14. num. 8. Conſ. D. Altimar. ad Rovit. cit. conſ. 83. num. 15.* 12

Et in materia nobilitatis ſufficit * probatio parentelæ in genere abſque graduum dinumeratione, & confusè, & obſcurè, *Ego de linea legal. lib. 1. artic. 97 num. 5.* ubi tradidi rationem, quia in materia admiſſionis ad Sedile ſit latior interpretatio, *Petris conſ. 14.* 13

Proſunt cognationes, * & matrimonia contracta cum nobilibus illius Civitatis, ubi petitur reintegratio, *Petris num. 9. Conſil. D. Altimar. n. 9.* ex *Fraſ. de Franch. dec. 357. Caput. de regimin. Reipubl. cap. 1. §. 2. n. 37. Ricc. collectan. 3986. verſ. Secundò ex cognationibus.* 14

Propenſius, † quia familiæ identitas, ſicut conſanguinitas, cùm ſint difficilis probationis, ex quo non cadunt in ſenſum corporis, cùmque agatur in factis antiquis, ſimplex enunciatio probat, imò qualis qualis probatio ſufficit, & poteſt fundari ex multis, quæ conjunguntur, & unita coadjuvent, *Jo. Vincent. de Ann. in repetit. Conſtit. Regn. Conſtitutionem, num. 89. Conſ. de Anna d. conſ. 110. & aliis relatis de Petris n. 10.* 15

Quemadmodum in materia † nobilitatis leviores interdum probationes, & quaſi poſſeſſio quædam de jure ſufficiunt, *Bald. in l. providendum, C. de poſtuland. Maſcard. de probat. concluſ. 412. Fraſ. de Franch. deciſ. 630.* 16

Proùt etiam ſi quis habeat, * vel majores ejus habuerint domum in Quarterio Sedilis, *de Petris l. c. & conſ. D. Altimar. ad Rovit. conſ. 83. num. 7.* 17

Ex antiquis poſſeſſionibus territoriorum, * & domorum, quæ manent cum territoriis familiæ gaudentis; Nam ex hoc demonſtratur antiqua deſcendentia ab uno, & demque ſtipite, ut probat *text. in l. familiaria, ff. de religioſ. & ſumptib. funer. l. ſi ſepulchrum, C. eod. Mandell. conſ. 167. vol. 1. Bembin. conſ. 22. vol. 1. de Petris conſ. 39. num. 2.* 18

Ex Libris probatorum Hiſtoricorum, † qui in materia nobilitatis probant, non ſolum nobilitatem, ſed originem, & deſcendentiam, ut pluries deciſum fuiſſe refert *Rot. Rom. apud Cavaler.* 19

dec. 385. Genua de ſcriptur. privat. lib. 3. q. 87. de Petris conſ. 2. n. 2. conſ. 14. n. 13. conſ. 30. nu. 6. & conſ. 53. nu. 7.

20 Item ex Libris publici Archivij, * & Regiæ Cancellariæ, *Conſ. Altimar. ad Rovit. conſ. 83. n. 12. in fin.*

21 Advertit † *Conſ. D. Altimar. ubi ſupr. num. 19.* probari nobilitatem, quoties appareat, quem nomine Thomæ, v. g. antiquitus gaviſum fuiſſe honoribus alicujus Sedilis? & deinde aliquem hodiè eodem nomine vocari, cujus avus, & tritavus etiam vocabatur Thomas; nam ex continuatis, & repetitis nominibus propriis in familia identitas, domus, & familiæ præſumitur, maximè verò in peregrino, & inuſitato nomine, ex *Bald. in c. tua, de ord. cognit. Gerard. ſingul. 75. Nevizan. conſ. 34. de Petris conſ. 2. num. 11.*

22 Notabiliter * *Joſeph Dondeus conſult. 27.* reſpondit pro Doctore Phyſico Petro Aloyſio Origono ediſſerendo de iis, per quæ probatur nobilitas requiſita ad ingreſſum Collegij Juriſconſultorum Mediolani; & oſtendendo non obſtare eas artes, quæ dicebantur factitatæ ab avo potentis, & non officere nobilitati.

23 Et noviſſimè * *Conſ. D. Carolus Petra rit. 299. num. 53. & ſeqq.* agit de cauſis admiſſionis, & reintegrationis ad Sedilia, expendendo Literas S. C. M etiam noviſſimas in deciſione harum cauſarum; Prout fuſè, & eruditè de noſtris Sedilibus tractat eruditiſſimus Hiſpanus *D. Franciſcus Ramos del Manzano*, in contingentia harum cauſarum omninò videndus, *in commentat. ad Leges Juliam, & Papiam.*

24 Denique poteſt dubitari, † an incolatus in loco Baronali irroget dedecus familiæ alioquin nobili? *Ælius Marchéſius de Neapolitan. Famil. tit. de famil. Paganor* ita obloquitur: *Pagani abſque dubio nobiles vetuſtiſſimi generis ſunt. Eorum verò nobilitati non exiguo impedimento eſt, quòd, Nuceria Dominis ſervire paſſi ſunt. Patrum verò noſtrorum memoria hujus Familia Principes Neapolim ſe recepere, & inter nobiles Seſſionis Portus habiti ſunt.* Sed contrarium, & in ſpecie nobiliſſimæ Familiæ Paganorum, probat *Borrellus in vindic. nobilit. adverſ. citat. Marcheſ. ex Litteris Regis Ladiſlai.* Faciunt tradita per *Reg. de Marin. reſol. jur. lib. 2. cap. 136.* ubi inſerit *deciſionem S. Rot. Romana in cauſa illorum de Simonettis coram R. P. D. Rojas.*

25 Omnium optimè * *Card. de Luca in aureo diſcurſ. 32. ſub tit. de præeminent. & nobilit.* probat, fatuum eſſe imponere dedecus familiæ nobili ratione ſolius incolatus in loco Baronali.

A R G U M E N T U M.

De excuſationibus tutorum, & curatorum, & an avo, qui à tutela nepotis ex filia ſe excuſavit, pupillo iterum tutore carente poſſit ipſo ſtante, & volente iterum tutela deferri non obſtante excuſatione.

S U M M A R I U M.

1 *Numerus trium liberorum Roma, quatuor in Italia, & quinque in Provincia excuſationem præbet, à tutela.*

2 *Senex ſexaginta quinque annorum à tutela excuſatur.*

Contrarium, num. 30.

3 *Mater non habet filios in poteſtate, nec etiam avia, num. 4.*

5 *Tutor à matre relictus confirmari debet, ſic etiam ſi fuerit relictus ab avia, numero 6. quod non procedit, ſi filius ſuit tantum inſtitutus hæres in legitima, cùm requiratur inſtitutio univerſalis, numero 7.*

Sed contrarium, numero 8. qua eſt verior opinio, numero 9.

10 *Confirmatio debet fieri cum inquiſitione.*

11 *Mulieres excepta matre, & avia tutrices eſſe non poſſunt, & ſic deciſum refertur per M. C. V. & per S. C. n. 15.*

13 *Filius ſamilias poteſt dari tutor, etiam abſque conſenſu patris.*

Contrarium, n. 14. ratio adducitur, n. 15. Sed dubia quaſtio eſt, n. 18. Verum prima opinio eſt magis recepta, n. 19.

15 *Qui non eſt habilis pro ſe ſine alterius adminiculo, non poteſt habilitare alium, qui laborat eodem morbo, quo ipſe laborat, & propter quem alieno indiget auxilio.*

16 *Qui cura indiget aliena, alterius curam ſuſcipere non poteſt.*

17 *Qui non poteſt actum gerere propter qualitatem ſua perſona, niſi conſenſum habeat patris, non poteſt ſuo conſenſu pro alio ſimilem actum facere.*

20 *Pater ſi non interceſſit ſed tantùm conſenſit in tutela filio delata, non tenebitur, niſi de peculio, vel de in rem verſo.*

21 *Filius quicquid acquirit, non ſibi, ſed patri acquirit.*

22 *Excuſatus à tutela poteſt iterum admitti ad illius adminiſtrationem, & n. 28. & 34.*

Intellige re integra, ſi pupillus nullum habeat tutorem, nec alium æqualem habere poſſit, nu. 37. & ſic in ſubſidium. n. 38.

23 *Tutela defertur ei, qui proximè ſequitur in gradu, primo excuſato, & defertur ad inſtar ſucceſſionis, num. 24.*

25 *Avus omnibus etiam avia præfertur in tutela, & avus paternus, ac maternus in pari gradu, concurrunt, nu. 26. nulla data differentia agnationis, ac cognationis, num. 27.*

28 *Excuſatio dicitur nulla, qua non fit juris ordine ſervato, & fieri debet cum contutore, ſi adſit. ſin autem cum curatore pupillo in judicio excuſatione dando, num. 29.*

30 *Ætas ſeptuaginta annorum completorum requiritur ab excuſatione munerum perſonalium. & numero 32.*

31 *Tutela dicitur munus perſonale.*

33 *Quilibet poteſt juri, & privilegio ſuo renunciare, num. 43. & 45.*

35 *Mulier, quæ per tranſitum ad ſecunda vota tutela renunciavit. non poteſt iterum ſi vidua remanſerit tutelam prædictam aſſumere ratio traditur numero 36.*

Sed contrarium habetur cum declaratione, num. 37. & ſic in ſubſidium, n. 38.

39 *Mater per tranſitum ad ſecunda vota tutelam in pœnam amittit, & Judex eam tutricem decernere non poteſt, num. 40. ſed ſolum Princeps, num. 41.*

42 *Mater ſecundò nubens præſumitur filios primi matrimonij excoriare.*

44 *Milites non poſſunt dari tutores privatis, ſed ſi non ſe excuſant, obligantur, quia privilegium eſt inductum favore ipſorum.*

46 *Mater deponens tutelam, quia intendebat ad ſecundas nuptias convolare, ſi non nubit poteſt tutelam recuperare, quia pœnam hoc caſu non meretur, ut n. 48.*

Contrarium tamen ſi verè nupſit, n. 47.

49 Text. in l. fin. Digeſtis de evictíon. & in l. quæritur, §. ſi venditor, Digeſtis de ædilit. edict. declarantur.

50 *Tutela*

30 *Tutela non eſt jus competens pro beneficio tutoris renunciantis ſimpliciter, ſed potius ad beneficium pupilli principaliter, & pro bono publico, & eſt gravamen ex parte tutoris, ex parte verò pupilli eſt ſavoeabile, n. 51.*
52 *Deciſio præſentis Conſultationis adducitur.*

Pro Julio Mozagrugno.

CONSULTATIO LI.

DElata per M. C. V. tutela Franciſci Curialia in
perſonam Julii Mozagrugni avi materni, ſe ex-
cuſavit, tum quia habebat ſeptem liberoa, Romæ
1 enim tres liberos habere ſufficit, * in Italia qoatuor,
in Provinciis quinque, ut *Inſtiut. de excuſat. tutor. in
princip. l. excuſantur, §. remittit, ff. eodem tit. lib. 1. &
toto titulo, Cod. de his, qui num. lib. ſe excuſant.* Bor-
gnin. Cavalc. *de tut. & cur. n.* 189. Montan. *in eod.
tract. cap.* 35. *n.* 4. & noviſſimè Baltaſſar Thomaſius
de tutor. & curat. tract. 9. *tit.* 25. *n.* 55. tum etiam quia
2 * erat ſenex 65. annorum, & per decretum ejuſdem
M. C. abſque cauſæ cognitione fuit excuſatoa & tu-
tela fuit confirmata in perſonam Iſabellæ Campa-
næ ſororia utrinque conjuncta Zenobiæ Campanæ
aviæ paternæ prædicti Franciſci, quæ etiam à dicta
avia in ſuo ultimo teſtamento tutrix fuerat relicta,
inſtituto dicto Franciſco ſuo nepote in legitima tan-
3 tum, * quamvis enim mater non habeat filioa in
poteſtate, *l. 1. verſ. in poteſtate, ff. de teſtam. tutel. § fœ-
mina. Inſt. de adopt. § mater. Inſtit. de exhered. lib.* Socin.
jun. *conſ.* 59. *n.* 49. *lib.* 3. Montan *de tutel. cap.* 4. &
cap. 8. *n.* 37. cum aliis per Gutiert. *de tutel. part.* 1.
4 * *cap.* 4. *n.* 2. quod tanto minus procedit in avia, §.
1. *verſic. qui autem, Inſtiut. de patr. poteſt, §. ſunt au-*
5 *tem, Inſtit. de legitim. agnat. tutel.* * tamen à matre, *
quæ filium inſtituit, tutor relictus confirmari debet, *l.*
6 *pater hæredis ff. de teſtam. tutel.* * quod idem procedere
in avia dixit Gutier. *ubi ſupra n.* 11. fuit tamen inter
Doctores controverſia, an ſufficiat, ad hoc ut tutela
à matre, vel avia relicta confirmari ex inquiſitione
7 poſſit, † quod pupillum in legitima tantum inſtituerit,
an verò ut eum univerſalem hæredem reliquerit, &
Roman. *conſ.* 188. *n.* 3. ex text. *in l. pro. §. mater, ff.
de legat.* 2. tenet, quod non valet datio tutelæ, nec à
Judice confirmari debet, ſi filiua fuit tantùm in legi-
tima inſtitutus, Anton. Pragius *de tutor. & curat. qu.*
3. *n.* 29. Gregor. Lopez *in l. 6. titul.* 16. *part.* 6. *in
gloſ. de velo confirmar.* Galgan. *de tutel. lib.* 3. *quæſt.* 6.
Baltaſſ. Thomaſ. *de tutor. & curat. tract.* 1. *tit.* 5. *n.*
10. & 137.
8 Contrariam verò opinionem, quòd ſufficiat, * ut
filium in legitima, non quod hæredem univerſalem
inſtituat, voluerunt Caldas *in l. ſi curatorem habens,
in verb. ſine curatore, Codic. de in integr. reſtit. minor.
nu.* 103. Molina Jeſuita *de juſt. & jur. tract.* 2. *diſput.*
9 * 220. *nu.* 13. & veriorem dixit Gutierr. *in d. tract. de
tutel. par.* 1. *cap.* 4. *ſub n.* 4. *in fine*, ſequitur Thomaſ.
10 *ubi ſupra n.* 138. quicquid tamen ſit de dicta † quæ-
ſtione certum eſt, quod Judicia confirmatio cum in-
quiſitione requiritur, *l. 1. Cod. de confirmat. tutor.* Ig-
neus *in auth. ex cauſa, nu.* 178. *Cod. de liber. præter.*
Borgnin. Cavalcan. *ubi ſupra, nu.* 10. Theſ. jun. *quæſt.
forenſ. quæſt.* 70. *li.* 4. & probat expreſsè text. *in l. 4.
in princip. Digeſtis de teſtam. tut.* cum aliis ſupra al-
legatia, & in effectu fuit confirmata dicta Iſabel-
la.
11 * Verùm quia hoc fuit factum contra juris princi-
pia, ſiquidem mulieres, exceptia matre, & avia, tutri-
ces eſſe non poſſunt, ut *in auth matri, & aviæ, Co-
dic. quando mulier offic. tutel. fung. poſſ. ubi Doctor,*
Auguſt. Berous *quæſt.* 67. *n.* 5. *Decius in l. fœmina n.*
12 28. *ff. de regul. jur*, propterea ex his, * & aliis inſtante
Iſabella Mozagrugno matre pupilli per eandem
Magnam Curiam fuit die 28. Septembria 1612.
nonnulla declarata delatio, ſive confirmatio tutelæ
in perſonam Iſabellæ Campanæ, quod etiam fuit
per S. C. confirmatum.
Cùmque pupillus tutore careret, nec aliqois eſ-
ſet ex agnatis, qui poſſet tutelæ, & defenſioni pupil-
li vacare, V. I. D. Annibal Moles agnatus proximior,
qui neque poterat tutelam exercere, & ſe excuſave-
rat, tum ex numero liberorum, tum etiam quia erat
filius-familias, * quamvis enim filius-familias tutor 13
dari poſſit, etiam abſque conſenſu patris, §. 1. *Inſtit.
qui teſt. tutor. dar. poſſ. Americ. de patr. poteſt. effect.* 4.
n. 9. Montan. *de tutel. cap.* 9. *nu.* 2. Manzin. *de tutel.
tit. qui tut. eſſe poſſ. n.* 5. Soar. *com. opin. lit. F. nu.* 205.
Thomaſ. *d. tract. de tutor. & curat. tit.* 9. *ampliat.* 8. *n.*
20. * tamen non deficit qui negativam tenuerit opi- 14
nionem, nam eam tenuit Coen. *conſ.* 129. *n.* 15. *lib.*
2. ea ratione, quia inconveniens videtur, * quod ipſe, 15
qui pro ſe non eſt habilis ſine alterius adminiculo,
poſſit habilitare alium, qui laborat eo morbo, quo
ipſe laborat, & propter quem ipſe alieno indiget au-
xilio, ad quod probandum adducit text. *in l. fin. C.
de leg. tutor.* ubi *Imperator* habet pro abſurdo, quòd
is, † qui cura indiget aliena, alterius curam ſuſcipiat, 17
& ſatis etiam abſurdum videtur, quod is, qui non
poteſt actum gerere propter qualitatem ſuæ perſo-
næ, niſi conſenſum habeat patris, poſſit ſuo conſen-
ſu pro alio ſimilem actum facere, ex quibus dubius
redditur articulus, * cùm adſint pro utraque parte 18
Doctorum opiniones. Verùm admiſſa prima opi-
nione, † quæ magis recepta videtur, certum eſt, non 19
eſſe pupillo cautum, cùm ſi pater non interceſſerit, ſed
tantùm conſenſerit, † non tenebitur niſi de peculio, 20
lio, vel de in rem verſo, *l. 1. §. ſi filius familias ff. de
tutel.* ubi etiam Bartol. & *in l. Lucius ff. de admin. tu-
tor.* Thomaſ. *in loco* proximè allegato *quæſt.* 21. *n.* 22. &
ſic cautum non erit pupillo, cùm filius-familias quic-
quid acquirat, * non ſibi, ſed patri acquirit, *l. pla-* 21
cet, ff. de acquiren. hered. Peregr. *deciſ. Patav.* 25. &
ipſe idem Annibal Moles inſtabat, tutelam Julio de-
ferri, & caſu, quo non poſſet, ipſi tanquam pro-
ximiori.
Julius avus etſi à tutela ſe excuſaverat, tamen
videns pupillum remanere indefenſum, & abſque
tutore ſe promptum, non obſtante excuſatione pro
† adminiſtratione tutelæ, exhibuit, & non dubitaba- 22
tur, ipſi deferri debere, quia erat avus, & ſic proxi-
mior.
Dubium tamen erat, utrum ei obſtat excuſatio,
nam primo excuſato à tutela, admittitur qui proxi-
mè ſequitur in gradu, Bart. *in d. auth. Matri,* * *&
Aviæ, in ultimis verbis, C. quand. mulier. offic. tutel.* 23
Surd. *deciſ.* 106. *n.* 6. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 63.
n. 7. ſic poſſet prætendi, cùm de medio ſe tollit, * ac-
quiſitum eſſe jus propinquiori, tum tutela ad inſtar 24
ſucceſſionis deferri debeat, ex latè traditis per Bald.
in §. nos autem, Inſtitut. de Attilian. tutore, Bart. *in l.
1. C. de legit. tut.*
Verùm quod his non obſtantibus tutela ſit Julio
avo materno deferenda, † fundatur Primò, quia 25
avus omnibus eſt præferendus, & etiam aviæ, Cont.
conſ. 284. *n.* 5. *lib.* 3. & quod avus paternus, & ma-
ternus † in pari gradu concurrant, habetur ex *tot. tit.
Inſtit. de legit. agnat. tutel.* Borgnin. Cavalc. *de tutor.* 26
n. 183. nulla data differentia agnationis, † & cogna-
tionis, Baltaſſ. Thomaſ. *de tutor. & curat. tract.* 6. *tit.* 27
21. *num.* 269.
Nec obſtabit excuſatio, * quia non fuit legitimè
facta, nulla enim dicitur excuſatio, quæ non fit juris
ordine ſervato, oportet enim in judicio excuſatio- 28
nis, ſi non habet pupillus contutorem, cum quo legi-
timè procedi poſſit, ut detur ei in dicta lite curator,
* quod eſſe memoriæ notandum in practica dixit Bor- 29

gnin. in d. tract. de tutor. & curat. nu. 191. poſt Matheſilanum ſingul. 138. & Aretin. in §. deſinunt. n. 1. Inſtit. quib. mod. tut. Cotta in memorialib. in verbo commexorum, Paul. de Caſtr. conſ. 302. lib. 1. Gutierr. de tutel. d. cap. 21. nu. 134. & cauſa excuſationis non fuit legitima, nec valida, & quod pertinet ad ætatem annorum ſexaginta quinque, quia à muneribus perſo-
30 nalibus non liberatur quis, * niſi completo anno ſeptuageſimo, l. 2. ff. de excuſat. tutor. l. majores, ff. de jur. immunitatu, quæ loquitur propriè in materia tutelæ, quod etiam probat text. in l. 3. §. jura, ff. de muner. & honor. & l. ſi ulera, Cod. de decurion. lib. 10. & mu-
31 nus tutelæ dicitur perſonale, l. munerum, * in princip. & d. l. majores. ff. de jur. immunit. Franciſc. Hottomann. in §. item major. Inſtit. de excuſat. tutor. ubi etiam Oinotom. Weſembech. Balduinus, & Minſynger. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 327. n. 4. Joachim Hopper. de vera jurisprudentia, li. 10. cap. 8. Petrus Gregorius Syntag. jur li. 12. cap. 6. nu. 9. Joannes Petrus Moneta de diſtrib. quotidian. 2. par. qu. 7. n. 12. & alii noviſſimè congeſti per Didacum Narbonam de ætat. anno ſeptagueſimo qu. 4. qui pleniſſimè, ubi etiam, †
32 quod requiritur, quod ſeptuaginta anni ſint completi, nec ſufficit tetigiſſe annum ſeptuageſimum, quamvis inſimul cum dicta excuſatione ætatis fuerit propoſita excuſatio numeri liberorum.

Verùm quando prædicta aliquam paterentur difficultatem, Julius hoc privilegio ex numero liberorum uti non vult, † nec poteſt dubitari, † quod juri, &
33 privilegio ſuo quilibet renunciare poſſit, ut habetur
* ex text. in l. ſi quis in conſcribendo, Cod. de pact. dif-
34 ficultas remanebit, ex quo privilegio uſus fuit ſe excuſando, & obtinuit, an poſſit hodiè pœnitere, & dicere ſe velle tutelam adminiſtrare, & quidem in terminis tutoris excuſati, vel remoti à Doctoribus tractatur articulus, in caſu tamen ſatis magis arduo: an ſcilicet mulier, quæ per tranſitum ad ſecunda vota
35 tutelæ renunciavit, † poſſit iterum vidua facta tutelam aſſumere, in qua quæſtione Petr. de Bellapertica, & Cynus in d. auth. matri, & aviæ, n. 8. in ultima quæſtione tenuerunt, † quod mulier tutelam reaſ-
36 ſumere non poſſit, ea ratione, quia cùm uti ſuſpecta à tutela filiorum abierit propter ſobolem à ſecundo viro ſuſceptam, ipſa cauſa ſuſpicionis adhuc durat, veriſimile enim eſt, prædiligere filios ſecundi matrimonii, & in craſtinum ad alia poterit convolare vota, & hanc opinionem etiam ſequuti fuerunt Hippolyt. de Marſil. in l. etiam ſi reditus num. 6. Digeſtis de quæſt. Maſuerus in ſua praxi, titul. de tutor. verſ. item ſi mater habens tutelam, & pro hac opinione judicatum fuiſſe refert in Camera Imperiali Minſynger. centur. 3. obſerv. 83. Joannes de Garronibus in rubr. Cod. de ſecund. nupt. num. 116. Ruin. conſ. 86. num. 2. & 10. vol. 1. Menoch. conſ. 278. n. 15. Tiraq. ceſſante cauſ. ceſſat effect. limit. 12. nu. 8. & 9. ſequitur Peguera dec. 166.

Contrariam autem ſententiam, * quod poſſit, re
37 tamen integra, & quando pupillus nullum habet tutorem, nec alium habere poſſit æqualem, quod poſſit matri tutela deferri, tenuerunt Specul. in titul. de tutor. §. nunc videndum, in verſic. quid ſi mater. num. 7. Angel. in d. auth. Matri, & Aviæ, C. quando mulier. tut. offic. fung. poſſ. Joannes Faber in auth. Sacramentum. eodem titul. Alex. in addit. ad Bart. in l. ſciant, C. ad Senat. Conſult. Tertull. Maranta in repetit. l. in poteſt, n. 253. ff. de acquir. hæred. Gramm. dec. 54. num. 20. Aſcan. Clem. de patr. poteſt. cap. 4. n. 38. Nevizan. in ſylva nuptial. lib. 2. n. 51. Baltaſſ. Thomaſ. in dicto tract. de tutor. & curat. 9. n. 146. & hanc opinionem diſputato articulo, ac omnibus pro, & contra relatis tenuit Gutierr. de tutel. & cur. part. 1. cap. 9. ſub n. 26. verſic. quid ergo tenendum, hanc etiam opinionem ſequutus fuit Senatus Burdegalenſis, ut per Boer. deciſ. 266. num. 4. & eum ſequitur Gutierr. in loco proxime citato, quod in hoc caſu, quando
non adeſt tutor, nec pupillus poſſit alium habere, † 38
tunc in ſubſidium mater, nõ obſtante quod per tranſitum ad ſecunda vota tutelam amiſerat, poſſet illam vidua effecta recuperare, & cum hac opinione tranſit Surd. d. deciſ. 106. nu. 11. & ſic doctrina Specul. non contradicit Petr. & Cyn. qui ſimpliciter dicunt, eam recuperare non poſſe, quia Speculator dicit, non poſſe niſi in ſubſidium, ſecundum quem quia alius non adeſt tutor, nec adeſſe poſſit, ut fuit probatum, poſſet Julius non obſtante renunciatione tutelam reaſſumere, ſive potiùs illi deferri.

Verùm caſus prædictus ſatis difficilior eſt articulo,
de quo agitur. * Mater enim per tranſitum ad ſecun- 39
da vota tutelam amittit in pœnam, nec poterit eam reaſſumere auth. de nupt. §. ſi autem tutelam, Ruin. conſ. 87. lib. 5. num. 2. Gutierr. de tutel. cap. 8. par.
1. n. 84. * ubi quod nec poſſet judex eam tutricem 40
decernere, & Cravett. conſ. 18. dicit, quod Judex ordinarius ſi taliter decerneret, eſſet reus læſæ
Majeſtatis, † cùm hoc facere non poſſit, niſi 41
Princeps, l. fin. ff. de tutel. adeſt enim maxima
ſuſpicio contra matrem ſecundò nubentem, quod 42
filios primi matrimonii extoriabit, l. lex, quæ tutores, Cod. de admin. tutor. Bart. in d. auth. matri, & aviæ, col. 3. C. quando mulier tutel. offic. fung. poſſ. Boer. in dicta deciſ. 266. quæ omnia ceſſant in avo renunciante, quia non redditur ſuſpectus, nec
in pœnam, * ſed quia ex privilegio ſibi à jure 43
conceſſo ſe à tutela excuſavit, & eſt in ejus poteſtate uti, vel non uti dicto privilegio, ut in terminis habetur per Gloſ. in l. ſed & milites 10. ff.
de excuſat. tutor. † ubi quod privilegium eſt mili- 44
tare, ut milites non dentur tutores privatis, quærit gloſ. quid ſi milites taliter dati non ſe excuſant,
certe benè obligantur, † quia privilegium eſt in- 45
ductum favore ipſius privilegiati, cui renunciare poterit, & tutelam acceptare.

Hinc quærit Bald. in d. auth. ſacramentum, † 46
ubi etiam Salic. quid ſi mater depoſuit tutelam, quia intendebat ad ſecundas convolare nuptias, ſi tamen non nubat, an poſſit tutelam recuperare, & tenent quod ſic, ſequitur Boer. in d. deciſ. 266. numer. 5. & huic opinioni aſſenſit etiam Minſyng.
in d. obſerv. 85. * quamvis in alio caſu, quando 47
verè nupſit contrarium tenuiſſet, ut ſupra diximus Gutierr. in d. cap. 9. d. nu. 26. verſ. contrarium, in
fine, traditur ratio convincens * Boër. ubi ſupra 48
num. 5. quia iſto caſu mater pœnam non meretur, l. cogitationis pœnam, ff. de pœn. ex qua ratione poteſt abſque difficultate, ni fallor, decidi præſens Conſultatio, quia ſi Julius ſe excuſando in pœnam non incidit, ſequitur, quod poteſt, maximè re integra, neque alio exiſtente tutore, tutelam reaſſumere, vel petere ſibi deferri.

* Nec termini renunciationis traditi in l. fin. ff. 49
de evict. & l. quæritur, ſi venditor, ff. de ædilit.
edict. * cum concordantibus poſſunt applicari ad 50
caſum noſtrum, cùm tutela non ſit jus competens pro beneficio tutoris renunciantis ſimpliciter, ſed potiùs ad beneficium pupilli principaliter, & pro bono publico, ut in l. 1. §. æque perſonale,
ff. de mune. & honoribus, † imò tutelæ officium eſt 51
gravamen ex parte tutoris, licèt ex parte pupilli ſit favorabile, Bart. in l. quæſitum eſt 12. ff. de tutel.

Quod tanto magis procedere debet, quia idem Annibal Moles proximior, & cui eſſet tutela deferenda, petiit ipſo Julio deferri.

* Tutela prædicta fuit Julio delata ſecundum alle- 52
gata.

OBSER.

Digitized by Google

OBSERVATIO IN CONSULT. L I.

A R G U M E N T U M.

Reſumitur *Conſultatio* 51. *Reg. Latro*, de excuſationibus Tutorum, & Curatorum; Et an avo, qui à tutela nepotis ex filia ſe excuſavit, pupillo iterum tutore carente, poſſit, ipſo inſtante, & volente, iterum tutela deferri non obſtante excuſatione? Exornatur *Conſultatio* traditis per *Conſil. Fab. de Anna*, *Antonin. de Amat.* & *Conſil. Arias de Meſa.* Affines quæſtiones tanguntur de tutore, qui propoſuit legitimam cauſam excuſationis, an poſtmodum poſſit excuſationi renunciare; Et de matre, quæ tanquam ſecundò nuptura depoſuit tutelam, ſi poſtmodum mutato conſilio non nubat, & cupiat reaſſumere tutelam, an valeat reaſſumere tutelam. Renunciatio tutelæ quid operetur, & quomodo ad praxim reducenda? Pleniſſimè diſcutitur, an mulieres, extrà matrem, & aviam, poſſint aliquando relinqui tutrices: Adducuntur cautelæ neceſſariæ, inter quas commendatur cautela tradita per doctiſſimum *Jacobum Menochium*. Praxis à cautis Advocatis ſervanda quando mulieres extra matrem, & aviam reperiantur relictæ tutrices, & baliæ. *Conſ. Marcell. Marcianus* egregio diſcurrit etiam in terminis Baliatus; Et quod mulieres, licèt qualitate inſignes, cùm non ſint mater, & avia, ad tutelam, & Baliatum admitti non poſſunt ſine expreſſa licentia Principis, per *text. in l. final. ff. de tut.* Mater, & avia quando jam agnoverunt tutelam, an poſſint poſtmodum illam reſpuere, & renunciare? Et quando tutelam delatam acceptare intendunt, intra quantum tempus id à Judice petere debeant? Ætas annorum 70. completorum excuſat à munere tutelæ; & ad ornatum *Conſult.* 51. *Reg. Latr.* tranſcribuntur verba eruditiſſimi *D. Jo: à Sande in deciſ. Friſiæ*; Et indiſtinctè à quibuſcumque muneribus perſonalibus ætas 70. annorum excuſat juxta praxim Regiæ Cameræ, quæ conſtabilitur. Cum aliis notabilibus.

S U M M A R I U M.

1 *Reſumitur* Conſultatio 51. Reg. Latro.

2 *Tutor, qui opportune ſe excuſavit, poteſt excuſationi renunciare, tutela alteri per Judicem non delata, juxta* Conſ. de Anna, *qui laudatur à* Coſta.

3 *Mater, qui depoſuit tutelam tanquàm ſecundo nuptura, an mutato conſilio tutelam reaſſumere valeat?*

4 *Cardo totius* Conſultationis *conſiſtit, an res ſit, vel non ſit integra pro reaſſumptione tutelæ*

5 *Mulier effecta vidua an recuperet tutelam filiorum amiſſam ob tranſitum ad ſecunda vota.*

6 *Mater renuncians an poſt renunciationem valeat ad tutelam renunciatam redire, illamque reaſſumere.*

7 *Renunciatio tutelæ ut præjudicet, eſt acceptanda, & ponenda in actu.*

8 *Mater quæ fecit liberis dari alium tutorem ob tranſitum ſecundarum nuptiarum, tutelam non recuperat, etiamſi mutato conſilio non tranſeat ad ſecundas nuptias.*

9 *Adducitur ad ornatum materia* Conſ. Arias de Meſa.

10 *Mulieres, exceptis matre, & avia, tutrices eſſe nequeunt.*

11 *Mulieres, præter matrem, & aviam, neque in teſtamento, neque à Judice poſſunt confirmari tutrices; Et nec etiam noverca poteſt eſſe tutrix privigni.*

12 *Mater, & avia jam agnita tutela, an valeant poſtmodum mutato conſilio renunciare?*

13 *Mater, & avia intendentes acceptare tutelam intra quatuor menſes debent id petere à Judice; aliàs dicto tempore elapſo, excluduntur?*

14 *Mulieri extra matrem, & aviam, ſi nequit relinqui tutela, ſaltem illis relinqui valet generalis adminiſtratio juxta* Surd. & alios.

15 *Teſtator diſponere poteſt, ut etiamſi mulier ſit tutelæ incapax, nihilominùs ejus conſilio tutela alteri relicta adminiſtrari debeat, juxta notabilem cautelam* Menoch.

16 *Tutela relicta mulieribus præter matrem, & aviam, quæ praxis ſit ſervanda à cautis Advocatis?*

17 *Principi licet diſpenſare, ut mulieres extra matrem, & aviam tutelam ſuſcipiant, atque adminiſtrare valeant; Et laudatur* Fontanella.

18 *Diſpenſare, ut mulieres, extra matrem, & aviam, admittantur ad tutelam, & baliatum, in hoc Regno ſpectat privativè ad Supremum Collaterale Conſilium.*

Balius an comprehendatur ſub nomine tutoris; Eod. num. 18.

Mulieres præter matrem, & aviam, licèt ſint qualitate inſignes, & illuſtres, nequeunt admitti ad tutelam, & baliatum abſque expreſſa Principis licentia, Eod. n. 18.

Balius confirmandus nequit dici teſtamentarius, ſed dativus; Eod. n. 18.

19 *Ætas annorum 70. completorum excuſat à munere tutelæ.*

20 *Ætas annorum 70. completorum excuſat à quibuſcumque muneribus perſonalibus juxta praxim Regiæ Cameræ.*

DE excuſationibus Tutorum, * & Curatorum 1
tractat præſens *Conſultatio*; Et an avo, qui à tutela nepotis ex filia ſe excuſavit, pupillo iterum tutore carente poſſit ipſo inſtante, & volente iterum tutela deferri, non obſtante excuſatione?

* Poteſt *Conſultatio Reg. Latr.* exornari traditis 2
per *Conſ. de Anna conſ.* 50. *numer.* 15. 16. & 17. ubi tradit, quod tutor, qui opportunè legitimam propoſuit cauſam excuſationis, poteſt excuſationi renunciare, re integra, id eſt, tutela alteri nondum à Judice delata. Et *Conſ. de Anna* extollitur per *Jo: Baptiſtam Coſtam in tractat. re integr. diſtinct.* 10. *nu.* 5. Verba *Conſ. de Anna loc. cit.* ſunt hæc: *Nec prædictu obſtat decretum excuſationis, quia cùm ſimus in nova tutela decernenda, decretum non obſtat, quod ſuum habuit effectum in tutela teſtamentaria, eſt text. in l. ſpadonem, §. qui abſolutus, ff. de excuſ. tutor. & cùm hodie agatur de tutela non teſtamentaria, ſed dativa, licèt habente reliquias teſtamentariæ, tantò minus obſtat decretum, quod prolatum fuit ad excuſationem tutelæ teſtamentariæ. Quinimmò, & plus, poſſet Dux huic excuſationi renunciare, re adhuc integra, à Judice alteri non delata, ſicut dicimus in matre, quæ ob tranſitum ad ſecunda vota tutela privatur, ſi moriatur ſecundus vir, licèt non reaſſumat, hoc non procedit re adhuc integra, dum tutor alius non ſit loco ſui datus; ità apertè concludunt Angel. in d. auth. matri, & aviæ num. 4. Speculator in tit. de tutor. §. nunc dicendum, verſ. quod ſi mater, num. 7. Grammatic. deciſ. 54. n. 9. in fin. & Clementin. de patr. poteſtat. cap. 4. nu. 40. Et licèt Cyn. in d. auth. matri, & aviæ, num. 15. in addit. videatur concludere, quod etiam re integra mater non poſſit reaſſumere, nihilominus communiter tradunt, quod re integra admittitur: & res dicitur integra, ſi non adſunt tutores legitimi, qui ſint, vel eſſe*

poſſint

Digitized by Google

poſſint tutores, ut declarat Speculator, & idem Cyn. in caſu noſtro, licèt adſint legitimi, non tamen eſſe poſſunt, ut legitimi; quia in baliatu legitimus non conſideratur, nec occurrunt. Hactenus *Conſiliar. de Anna.*

3 † Pariter quando mater depoſuit tutelam, quia ſit nuptura, & tractentur ſponſalia, nec tamen nubat: hoc caſu æquior opinio ſpectatur, ut tutelam reaſſumere non vetetur mater, cùm adhuc res ſit integra, non obſtante præambula declaratione voluntatis circa ſecundas nuptias, cùm multa tractentur, quæ non perficiuntur *Boer. deciſ.* 166. *n.* 5. *Montan. de jure tutel. cap.* 15. *nu.* 77. *Afflict. dec.* 357. *Coſta loc. cit. num.* 6. *&* 7.

4 † Ut proindè ſemper ſit perpendendum, an res ſit, vel non ſit integra, ut rectè *Reg. Latr. n.* 37. *& ſeqq.*

5 * Ex quo principio fit ut illa quæſtione, an mulier effecta vidua, mortuo ſecundo viro, recuperet tutelam? vera exiſtimetur illa opinio, quod re integra mater vidua tutelam recuperet, ſcilicèt ſi non adhuc fuiſſet filiis de tutore per Judicem proviſum, *Amatus reſ.* 24. *num.* 17. qui ad hoc inter alios citat *Grammatic. deciſ.* 34. *num.* 10. *Surd. deciſ.* 106. *num.* 2. *& ſeqq. & conſ.* 175. *num.* 29. *Gutterez de tutel. p.* 1. *c.* 16. *ſub num.* 68. *& c.* 9. *nu.* 26. *Fontanll. de pact. nuptial. clauſ.* 5. *gloſ.* 8. *p.* 11. *n.* 10. *Conſ. Paſchal. de virib. patr. poteſtat. par.* 3. *cap.* 10. *n.* 31. *Cephal. conſ.* 423. *num.* 13.

6 * *Amat. cit. reſol.* 24. *num.* 25. *& ſeqq.* quærit, quid dicendum, quando mater expreſsè renunciavit? Et reſolvit tutelæ renunciationem operari, quod renuncians nequeat ampliùs ad illam redire, *Surd. deciſ.* 106. *à num.* 16. *ad fin.* ubi idem dicit de renunciatione tacita, *Muta in Conſuet.* Panorm. *cap.* 50. *numer.* 25. lariſſimè *Jacob. de Guid. conſ.* 159. *vol.* 1. *ultim. volunt.* & alii apud *Amat. d. num.* 25.

7 * Ut talis renunciatio præjudicet, oportet, quod acceptetur, & etiam ſcribatur in actis, *Amat. nu.* 27. *Menoch. conſ.* 380. *num.* 26. *&* 27. per *text. in l. ſcire oportet, §. multa, & §. oportet, ff. de excuſ. tutor.* ac etiam quod talis renunciatio fiat coram Judice pro Tribunali, *Menoch. l. o.* ex dictis *juribus.*

8 † Cæterùm ſi mater feciſſet dari liberis alium tutorem, non recuperaret tutelam, etiamſi mutato conſilio non nubat, juxta *Bald.* & alios, quos refert, & ſequitur *Baeʒa de decim. tut. cap.* 4. *nu.* 52. *Gutierez de tutel. & cur. p.* 1. *cap.* 9. *num.* 3. iſto enim caſu res non poteſt dici integra.

9 * De aliis ad materiam reaſſumptionis tutelæ, & ornatum hujus *Conſult.* 51. videndus eſt *Conſt Arias de Meſa variar. reſol. jur. lib.* 2. *cap.* 25. ubi pleniſſimè.

10 † *Reg. Latr. num.* 11. obſervat, quod excepta matre, & avia mulieres tutrices eſſe non poſſint per *text. in Auth. matri, & aviæ, C. quand. mul. offic. tutel. fung. non poſſ.* ubi *DD.* Et *numer.* 12. quod ex hoc per M. C. fuit declarata nulla delatio, ſive confirmatio tutelæ Franciſci Curialis in perſonam Iſabellæ Campanæ; Quod etiam fuit confirmatum per S. C.

11 * Pro confirmatione pariter adverto, quod mulier nequeat eſſe tutrix, niſi ſit mater, & avia; ità ut præter matrem, & aviam non poſſit relinqui tutrix in teſtamento, nec à Judice confirmari, *l.* 1. *& tot. tit. C. quand. mul. tutel. offic. l. jure noſtro,* 16. *ff. de teſtam. tutel. l. final. ff. de tut. Chriſtinaus deciſ. Belgic. vol.* 3. *deciſ.* 149. *per tot. & vol.* 5. *deciſ.* 194. *&* 195. *Ricc. collectan. deciſ.* 915. 1065. *&* 2238. *Altograd. conſ.* 17. *nu.* 1. *& ſeqq. lib.* 2. ubi proptereà infert ad novercam, quæ non poteſt eſſe tutrix privigni, etiamſi eſſet data in teſtamento, & à Judice confirmata, *Merlin. deciſ. Rot.* 35. *num.* 1. *Rot. p.* 9. *recent. deciſ.* 470. *numer.* 11. *& ſeqq.* & poſt *Urceol. de tranſact. deciſ.* 21. *num.* 1. latiſſimè omninò videndus *Fontanella deciſ.* 429. *cum pluribus ſeqq.*

12 * Mater verò, & avia licèt agnoverint tutelam à Judice, vel in teſtamento delatam, habent tamen liberam facultatem illam reſpuendi, & renunciandi abſque ullo onere allegandi, vel probandi aliquam cauſam, *Anton. Faber C. ſuo lib.* 5. *tit.* 21. *C. quand. mul. tutel. offic. fung. poſſ. Cancer. variar. reſol. jur. cap.* 7. *de tutor. n.* 73.

13 * Et quando mater, & avia intendunt tutelam acceptare debent infra quatuor menſes id petere à Judice, aliàs dicto tempore elapſo excluduntur, maximè ſi ſciverint alium tutorem adminiſtrare, ut contra *Dec.* de communi teſtatur *Reg. Galeota controv.* 67. *nu.* 14.

14 † Poſſet tamen etiam extra matrem, & aviam ſuſtineri datio alterius mulieris in tutricem, ſi non in vim tutelæ, ſaltem in vim generalis adminiſtrationis, ſi verba id patiantur, *Surd. deciſ.* 428. *nu.* 13. *&* 14. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 830. *nu.* 11. *& cap.* 929. *nu.* 2. *Rot. dec.* 668. *n.* 5. *p.* 1. *recent. Cancer. cit. cap.* 7. *n.* 8. *Bardellon. conſil.* 191. *per tot. lib.* 2. *Merlin. deciſ. Rot.* 35. *n.* 5. *&* 6. Facit *Rota p.* 9. *rec. deciſ.* 171.

15 * Melior mihi videtur cautela tradita per doctiſſimum *Menoch. in conſ.* 682. *num.* 12. his verbis: *Etſi enim mulier tutelæ incapax eſt: ejus tamen conſilio tutelam adminiſtrari debere poteſt diſponere teſtator, l. quidam decedens, §.* 1. *ff. de admin. tut. & ſcribunt Bald. in cap. decernimus, n.* 7. *de judic. & Dec. in l.* 2. *nu.* 20. *de regul. jur.*

16 † Bene verum in contingentia caſus tutelæ jam relictæ in perſonam alterius mulieris extra matrem, & aviam cauti Advocati debent recurrere ad Excellentiſſimum D. Pro-Regem in Supremo Coll. Conſilio pro diſpenſatione ſuper delatione, & confirmatione dictæ tutelæ; Et ità Ego ſæpè conſului, & fuit practicatum in cauſa hæreditatis Anelli de Luca, qui excluſa matre reliquerat ſororem pro tutrice ſuorum filiorum.

17 Principi namque licet diſpenſare, * ut fœminæ tutelam ſuſcipiant, ac adminiſtrare valeant lege expreſſa id permittente, *text. in l. final. ff. de tutel.* Quem *textum* egregie explicat, optimiſque rationibus exornat laudatus *Fontanella deciſ.* 431. *num.* 13. *& ſeqq.*

18 * Et talis diſpenſatio in hoc Regno privativè ſpectat ad Supremum Collat. Conſilium, *Conſiliar. Marcellus Marcian. conſil.* 64. *num.* 7. *&* 8. *lib.* 2. qui etiam in terminis Baliatus ità notabiliter diſcurrit: *Deveniendo nunc ad caſum noſtrum, quamvis Princeps Venuſij avus reliquerit tutrices Principiſſam uxorem, & Duciſſam Gravina, omiſſo articulo, an ſub nomine tutoris comprehendatur balius, de quo aliàs fuit diſceptatum in cauſa Baliatus Ducis Acheruntin, ut in deciſ. Collateral. D. de Ponte* 20. *num.* 10. *iſtæ perſonæ licèt qualitate inſignes, cùm non ſint mater, aut avia, ad tutelam, & baliatum admitti non poſſunt ſine expreſſa licentia Principis, ad text. clarum in l. final. ff. de tutel. Igitur, etſi relictæ fuerint tutrices à Principe Avo, abſque tamen diſpenſatione adminiſtrare non poſſunt, quo ſtante, dum egent Principis confirmatione, ſequitur Baliatum conferri ex licentia Principis confirmantis, non vigore teſtamenti, & ſucceſſivè, quando balius debet confirmari, non dicitur teſtamentarius, ſed dativus, ut docuit Iſern. in d. Conſtit. Minoribus, col.* 2. *verſ. ille ergo, & ibi Afflict. num.* 5. *& de Ponte in d. dec.* 20. *num.* 5. *cum ſeq. ſi modò in caſu noſtro requiritur confirmatio, ceſſat datio balii teſtamententarii, & confirmandum dicitur dativum, ſicque non dato balio teſtamentario legitimè conſtituto,*

D. Po-

D. Poliſena Geſualda Furſtenberg mater omnibus conjunctis eſt præferenda, tam de jure communi, quàm ex d. cap. Regni Feudatarium; bene verùm eſt D. Poliſenam ſupplicaſſe pro confirmatione dictarum DD. Principiſſas & Duciſſa arbitrio Excellentiſſimi Pro-Regis, ut illas habeat contutrices juxta inſtantiam, & memoriale oblatum ſua Excellentia. Hactenus doctiſſimus *Conſiliar. Marcoll. Marcianus.*

19 * *Reg. Latro num. 30. & ſeq.* firmat, quod ætas ſeptuaginta annorum completorum requiritur pro excuſatione à tutela, per *text. in l. 2. ff. de excuſat. tutor. l. majores, ff. de jure immunit. cum concordantibus.* In qua re ſingularis, & valdè notabilis eſt ſpecies definita in Suprema Friſiorum Curia apud eruditiſſimum *Joannem à Sande deciſ. Friſic. lib. 2. tit. 9. defin. 5.* his verbis: *Qui ad tutelam, vel curam vocantur, ſe ab iſto onere excuſare poſſunt ob ætatem ſeptuaginta annorum, lib. 2. C. qui ob ætatem, lib. 10. Oportet autem ut majores ſint 70. annis, quando ad tutelam vocantur: nec enim hic habetur pro completo, qui cœpit annus, l. 3. ff. de jure immunit. l. qui filium, 74. §. 1. in fin. Sed & is, qui agit ſupremum diem anni ſeptuageſimi, eo die ad munera vocatus non excuſatur, neceſſe eſt enim, ut eo die, quo ad munera vocatur, ſit major ſeptuagenario, & ita Modeſtinus reſpondit l. 2. in princ. ff. de exuſat. tut. vel cur. in hanc ſententiam: Exceſſiſſe autem eos oportet ſeptuaginta annos eo tempore, quo dantur. Et ſecundum ea à Curia definitum 25. Julii anno 1612.*

20 * Ad id verò, quod traditur per *Reg. Latr. cit. num. 30.* quod ætas annorum 65. non excuſet à muneribus perſonalibus, ſed requiratur ætas annorum 70. completorum, obſervo ità practicari in Regia Camera, quæ indiſtinctè exigit ætatem annorum 70. completorum, quæ obſervantia innititur etiam *text. in l. 2. §. final. verſ. majores, ff. de decur. Fontanell. de pact. nuptial. tom. 2. gloſ. 10. clauſul. 4. numer. 125.* cum aliis cumulatis per *Conſil. Rocc. reſponſ. 82. tom. 2,* qui loquitur in officio Ærariatus.

ARGUMENTUM.

Sententia lata in cauſa majoratus an, & quando præjudicet ſucceſſoribus non auditis, & multa de ejus erectione in feudalibus cum Regio aſſenſu.

Privilegium ſi infra annum non fuerit præſentatum juxta formam *Regia Pragmatica prima de privileg. infra annum exhibend.* an poſſit elapſo anno præſentari, & an Princeps poſſit diſpenſare, quando oritur tertii præjudicium.

Conſenſus diſpoſitivus hæredis an probetur per ſupplicationem Principi porrectam pro impetratione aſſenſus ſuper aliquo contractu.

SUMMARIUM.

1 *Fideicommiſſum nullum adeſt ſuper parte Caſalis Juliani, & ſi deciſum traditur, & nu. 85.*

2 *Decretum factum auditis omnibus intereſſe prætendentibus præjudicat omnibus poſſeſſoribus in infinitum, quamvis non ſint citati.*

3 *Succeſſor poteſt appellare, vel appellationem proſequi, quando poſſeſſor majoratus id non fecit.*
Contrarium, nu. 4.
Redditur ratio, n. 5.

6 *Privilegium Cæſareæ Majeſtatis conceſſum in anno 1526. Comiti Montisleonis erigendi bona ſua feudalia in majoratum, non fuit executoriatum in Regno infra annum, nec etiam confirmatio facta de anno 1535, nu. 7.*

8 Pragmat. 1. de privileg. infr. ann. exhibend. *ſemper fuit, & eſt in viridi obſervantia.*

9 *Privilegium ſi infra annum non fuit præſentatum, ob lapſum temporis redditur nullum, & remanet, ac ſi factum non eſſet, nu. 12. 14. 69. & 70. ubi ſic deciſum traditur per S. C. etiam in gradu reclamationis per Collateral. Conſil.*

10 *Solemnitas ubi à lege requiritur in actu in eſſe deducto, cùm temporis præfinitione, ſi in tempore non adimpleatur, redditur actus nullus, quia ea requiritur pro forma, & conditionaliter.*

11 *Actus redditur nullus forma non ſervata.*

13 *Privilegium ſi non fuit præſentatum infra annum, ſi per literas Suæ Cæſareæ Majeſtatis fuerit ordinatum, ut lapſu temporis non obſtante regiſtretur, incipit habere vires à die regiſtrationis ex illa nova gratia Suæ Majeſtatis, & n. 16. quæ vocatur,* ſopra carta, *n. 18.*

15 *Paria ſunt, non expedire, & inutiliter expedire.*

17 *Rex noluit præjudicare per novam gratiam illis qui contraxerunt vel in futurum contraherent uſque ad diem regiſtri.*

19 *Privilegium ſi in tempore non fuit exequutoriatum, non poteſt ex Proregis licentia exequutoriari, ſed Regis requiritur gratia.*

20 *Aſſenſus Regis requiritur in alteratione naturæ feudorum, ac etiam voluntas ipſius feudatarij, numer. 21. & ideò non operatur mortuo feudatario, ſi non fuit ipſo vivente exequutoriatus, nu. 22. 24. 31. & 35. & non poteſt impetrari poſt mortem feudatarii, qui contractum fecit, nu. 23. & 29. & ideò requiritur novum factum hæredis, nu. 26. & non ſufficit illius tacitus conſenſus, num. 27. & 48. ſed novus conſenſus diſpoſitivus per novum contractum, ſuper quo novo contractu novus requiritur aſſenſus, numero 28. 42. & 52. ſed an ſufficiat tacitus conſenſus agnati, quando conſenſus illius requiritur, ut in feudo ex pacto, & providentia n. 43. & 44. Quid ſi Notarius ſtipulatus fuit pro deſcendentibus, n. 49.*

24 *Spes reconvalidationis contractus ex ſupervenientia aſſenſus amittitur per mortem feudatarii contrahentis, & n. 25.*

30 *Aſſenſus nil aliud eſt, niſi confirmatio.*

32 Regens de Ponte de Poteſt. Proreg. tit. de aſſenſ. reg. ſuper dot. §. 1. n. 13. & conſ. 157. vol. 2. *declaratur, & n. 33. 40. & 49.*

34 *Aſſenſus impetratus ſuper alienatione feudi poſt mortem alienantis non valet, ratio eſt, quia tempore confirmationis, ſive aſſenſus dominium non eſt alienantis, ſed hæredis, n. 35. & hæres in feudo hæreditario ad aliquid non tenetur, cùm contractus ſit nullus, ac etiam confirmatio, n. 37.*

38 *Paria ſunt, non eſſe, ſeu invalide eſſe, ac etiam quod aſſenſus non ſit impetratus, ſeu invalidè impetratus, num. 39.*

40 *Conſenſus diſpoſitivus hæredis probatur ex ſupplicatione aſſenſus, ſed contra refertur deciſum, num. 41. & requiritur, quod aliundè conſtet de conſenſu hæredis, ibid.*

45 *Jus quæſitum differt, à renunciatione juri non quæſito, ſeu quærendo.*

46 *Bona acquiſita difficilius amittuntur, quàm acquirenda.*

47 *Privilegium licèt non ſit interpretandum in damnum tertii, ſecus ſi agatur de jure quærendo.*

50 *Acceptatio tacita inducitur in alienatione, vel privilegio alicui conceſſo, & præſumitur eo ipſo, quod reperitur inſtrumentum donationis penes donatarium, vel alium ejus mandato, n. 51.*

53 *Fideicommiſſum contraria voluntate per alienationem tollitur, etiam ſi inutilis, & invalida ſit alienatio, n. 54. & etiamſi iterum rem ipſam alienatam redimat, n. 55.*

56 *Facultas erigendi unum majoratum ſimpliciter conceſſa an comprehendat bona feudalia, negativè traditur num.* 57. Ratio, *n.* 58. *&* 59.

59 *Aſſenſus non extenditur de contractu ad contractum, de re ad rem, de caſu ad caſum, & de perſona ad perſonam.*

60 *Privilegium erectionis majoratus à Rege Duci Montisleonis conceſſum tranſcribitur.*

61 *Dictio*, modò tamen, *vel*, ita tamen, *eſt reſtrictiva precedentis orationis, & eſt limitativa diſpoſitionis, num.* 62. *& ſtat conditionaliter, & non cauſativè num.* 67. *ſic etiam clauſula*, dummodo ritè, rectèque proceſſerint, natora feudi in aliquo non mutata, *ibidem & nihil novi inducunt nu.* 68.

63 *Clauſula in privilegio conſiderandæ ſunt, & ſecundùm eas judicandum.*

64 *Verba ſecundæ inveſtituræ etiam ſi ſint ampla, & apta comprehendere omnia, & ſingula in feudo contenta, reſtringuntur ad primam conceſſionem, etiam ſi eſſent in diſpoſitivis, num.* 65. *ſi ad primam conceſſionem ſe referant, n.* 76.

71 *Diſpoſitio rerum feudalium eſt prohibita per legem Lotharii, & Federici, ac per* Conſtitutionem Regni, Conſtitutionem Divæ memoriæ, *quando tamen feudum eſt hereditarium, & adeſt Regius aſſenſus nihil differt ab allodio, n.* 72.

73 *Gratia obtenta de regiſtrando privilegium lapſu temporis non obſtante, intelligitur de jure, ne per dictam gratiam cur lædatur jus tertii, qui medio tempore contraxit, & num.* 78. *& ita etiam loquitur gratia obtenta à Duce Montisleonis, num.* 74. *&* 75. *& quando non habeat locum. nu.* 76. *&* 77. *ubi ſi feudum reperiatur alienatum cum aſſenſu antequam exequutoriatur, gratia illa nihil prodeſt.*

Contrarium, n. 79. *ſed refutatur objectum, n.* 80. 81. *&* 82.

83 *Dominum feudorum ſtatim poſt mortem patris tranſit ad primogenitum.*

84 *Fructus majoratus pro medietate pro reſtitutione, ac conſtitutione dotis hypothecari poſſunt*

86 *Exitus hujus cauſæ refertur.*

Pro Illuſtr. Principe Roccæ Aſpidis, contra Ill. Ducissam Montisleonis.

CONSULTATIO LII.

1 EXceptionem fideicommiſſi ſuper † parte Caſalis Juliani oppoſitam per Illuſtr. Duciſſam Montisleonis nullo modo militare ex facto tam liquido conſtat, ut aliqua juris allegatione non indigeat, & ideò fuit per Sacrum Conſilium de anno 1572. & relationem Doctiſſimi quondam Præſidis Vincentii de Franchis tunc Regii Conſiliarii, & cauſæ Commiſſarii judicatum prædictam partem non eſſe ſubjectam aſſerto fideicommiſſo, & proindè venditionem factam per Sacrum Conſilium quondam Marco Antonio Columnæ validam fuiſſe, ideò non pro neceſſitate cauſæ, ſed quia pars adverſa adhuc tenaciter rem tam claram intervertere contendit, ut rei judicatæ juſtitia clarior appareat infra ſcripta, breviter tamen, & ſuccinctè notabo.

Et quidem apud me maxima eſt dubitatio, ſi poſſit ampliùs hoc in controverſiam deduci, ſiquidem
2 certum eſt, * quod decretum prædictum de anno 1572. fuit factum cum maxima ſolemnitate, & auditis omnibus intereſſe prætendentibus, & proindè præjudicat omnibus poſſeſſoribus in infinitum, quamvis non ſint citati, ut fundat latè Molina *de Hiſpanorum primogeniis, libro quarto capit.* 8. *numer.* 3. Simancas *de primogenitis, lib. quart. cap.* 23. Tiraquell. *de jure primogen, quæſtion.* 33. *num,* 12, Fuſar. qui omnes ferè Doctores colligit *de fideicommiſſ. ſubſtit. quæſtion.* 622. Giurba *deciſion. primo numero* 15. & noviſſimè cum aliis apud Scacciam *de re judicat. gloſ.* 14. *quæſtion.* 12. *num.* 93. *& ſeq.* quod quidem pars non negabit, ſed dicit, quod ſucceſſor
poteſt appellare, per ea, * quæ tradit idem Molina 3
in dict. lib. ſecund. capit. 8. qui dicit, quod ſucceſſor poteſt appellare, vel appellationem proſequi, quando majoratus poſſeſſor id non fecit, cum aliis adducta à Marco Salon de Pace *in conſil.* 14. *num.* 70.
* *& conſil.* 18. *num.* 3. *&* 4. contrarium tamen ſen- 4
tentiam, quod ſucceſſor appellare non poſſit, quando tempora non largiuntur, tenuit Alciat. *conſ.* 492.
circa finem, verſic. ſecundò non obſtat, † & hanc 5
opinionem optimè fundat, ut judicentur litium finis, & dominia rerum non ſint in ſuſpenſo, poſt Arium Pinellum, Covarro. & alios Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 53. *ſub n.* 56. *verſ. ſed cùm ex propria perſona*, optimè Camill. de Medic *in conſ.* 16. *n.* 13. 14. *&* 15.

Verùm quatenus hoc de novo eſſet judicandum credo quod nonquam pars fundare poterit, prędictam partem Juliani aſſerto fideicommiſſo ſubjacere. Primò quia adhuc de validitate prædicti majoratus hodiè nedum reſpectu Juliani, verùm etiam reſpectu aliorum bonorum feudalium Illuſ. Ducis Montisleonis valdè dubitatur, cùm verum
ſit in facto, † quod nec facultas Suæ Cæſareæ Ma- 6
jeſtatis conceſſa in ann. 1526. tunc Montisleonis Comiti erigendi bona ſua feudalia in majoratum,
nec confirmatio facta eidem poſtea Duci * creato 7
de anno 1533. fuerunt in Regno ſecundum formam Reg. Pragmat. *prima* de anno 1526. *de privileg. infra*
annum exhiben. exequutoriatæ, * quæ Pragmatica 8
ſemper fuit, prout eſt in viridi obſervantia, ut teſtatur *de* Ponte *conſ.* 5. *n.* 16. *vol.* 1. & *in conſ.* 34. *ſub nu.* 7. *vol.* 2. de quo etiam meminit *Conſil. de* Georgio *allegat.* 3. *n.* 11. & quia indicii actus invaliditatem communiter concluditur, * per lapſum tem- 9
poris omnino nulla reddi privilegia infra annum non præſentata, quando enim lex requirit ſolemnitatem
in actu in eſſe deducto cum temporis præfinitione, * 10
ex curſu temporis remanet omnino nullus, quia videtur requiri pro forma, & conditionaliter, Angel. *in conſ.* 36. communiter ſequutus, ut per de Ponte in allegato *conſ.* 3. *nu.* 17. *& conſ.* 5. *n.* 44. ubi loquitur in materia hujus *Pragmat. & in conſ.* 60. *n.* 5. *vol.* 2. cum aliis adductis à *Conſil. Gizzarell. deciſ.* 3. *nu.* 15.
& quod actus redditur nullus forma non ſervata, * 11
probat Jacob. Gallus *conſ.* 40. *num.* 44. remanſerunt
itaque prædicta privilegia, ac ſi facta non eſſent, 12
† Capyc. *dec.* 9. *idem de* Ponte *de poteſt. Pror. tit. de aſſenſ. Reg.* §. 9. *n.* 3. quamvis in anno 1554. fuerit per
ſuæ Cæſareæ Majeſtatis conceſſum, ut non obſtante 13
lapſu temporis regiſtrarentur, illa fuit nova gratia, & ex tunc ceperunt habere vires privilegia prædicta quod patet ad ſenſum, quia privilegia per prius
conceſſa, * per temporis lapſum nunquam fuiſſent 14
in rerum natura, ut per *Affl.* Andr. *&* Alvarot. *in cap. ſi quis fecerit, quo tempore miles, de* Ponte *d.*
conſ. 3. *n.* 2. paria enim ſunt non expedire, * & inuti- 15
ler expedire, ad *text. in l.* 1. *ff. quod cujuſque univerſ.*
nom. † & ideò prædicta privilegia recipiunt vires ex 16
illa nova gratia facta per Suam Majeſtatem, quod etiam expreſsè dictant verba literarum, quibus Sua
† Majeſtas non vult per iſtam novam gratiam præ- 17
judicare illis, qui contraxerunt, vel in futurum con-
traherent, * uſque ad diem Regiſtri, & vocatur hæc 18
gratia, *ſopra carta*, ut per de Ponte *à conſ* 3. *n.* 3. quod in tantum eſt verum, quod non potuerint elapſo
* tempore privilegia exequutoriari cum diſpenſatio- 19
ne proregis, quia opus eſt, ut Rex ipſe, qui conceſſit, hoc mandet, ut poſt de Ponte *in loco* proximè citato tenet *Regens* Rovitus *in d. Pragm prima, de privileg.*

infra

infra annum exhiben: poſt *Praſ. de Franch. decif. 62.*
20 *n. 11.* * cùmque in alterarione naturæ feudorum ſit
neceſſarius nedum aſſenſus ſuæ Majeſtatis, ſed etiam
21 † ut adſit voluntas ipſiua feudatarii ſequitur quod
cùm iu anno 1554. quo tempure fuit per ſuam
Cæſaream Majeſtatem expedita licentia, & diſpen-
22 ſatio illa exequuroriandi, * mortuus erat Dux Mon-
tisleonis, qui majoratum erexit, aſſenſus, ſivè privi-
legium ſuperveniens non habet inſtrumentum vin-
culationis, ubi figat pedes, ex quo dominium feu-
dorum jam tranſlatum erat in ſucceſſorem, & ideò
dixit Andr. *in cap. Imperialem de probib. feud. alien. per*
23 *Federic.* * quod poſt mortem feudatarii, quæ con-
tractum fecit, nou poteſt aſſenſus impetrari, *Camill.*
de Medic. conſ. 104. *numero* 19. Paul. Staiban. *&*
conſ.60.0.u.Reg de Ponte *conſ.* 14. *n.* 58. *& conſ.73. n.*
24 *7. vol. 2.* † immò illa ſpes reconvalidationis contra-
ctus ex ſuperveniencia aſſenſua amittitur per mor-
tem feudatarii contrahentis, ut dixit de Ponte *de po-*
teſt. Proregis tit. de aſſenſib. Regis ſuper dote §.1. nu.12.
ex doctrina Iſero. *in d. cap. Imperialem, in 2. adds.* ubi
25 dicit,* quod id, quod fecit defunctus abſq; conſen-
ſu, fuit invalidum, & nullum, ac ſpes, quæ erat, ut
convaleſceret per confirmationem, evanuit per ejus
mortem, confirmatione non ſequuta, dominio
26 translato in hæredem, idemqun tractu temporis, *
ſine novo facto hæredis non convaleſcit, nec obli-
gat hæredem factum iſtud defuncti, quo abſque aſ-
ſenſu remanet nullum, & hæc theorica Andreæ re-
fertur ab eodem de Ponte *in loco* proximè citato, qui
allegat etiam *eundem* Andream *in d. §. donare,* n.8.
27 † Ulteriùs progreditur idem de Ponte *nu.* 13. quod
28 non ſufficiet conſenſus tacitus hæredis, * ſed requi-
ratur novus conſenſus diſpoſitivus per novum con-
tractum, & ſuper novo contractu novus aſſenſus:
29 * nam per mortem contrahentis dominium transla-
tum fuit in hæredem ob quod non poteſt impetrari
ampliùs aſſenſus ſuper re defuncti, ſi dominium
tempore, quo aſſenſus impetratur, eſt hæredis, &
contractus defuncti nullus tanquam talis evanuit, *
30 undè aſſenſus, quid aliud non eſt, quam confirmatio,
non poteſt ſubſiſtere, quia non reperitur confirma-
31 bilis, † & non habet ubi figat pedes, Bald. *in l. falſus,*
Codic. de furtis, & alii longa ſerie allegati per de
32 Ponte *in loco* ſupra citato, * cujus verba potius, quam
aliorum Doctorum tranſcribere volui in propoſito,
quin idem poſtea *in conſil.* 157. 2. *vol.* fundavit,
iu caſu, de quo agimus, ſufficere, quod in litteris
Suæ Majeſtatis, ubi prædicta diſpenſatio regiſtran-
di continetur aſſeratur, quod Rex gratiam conce-
debat ad inſtantiam Illuſtriſſ. Ducis tunc viventis
ſed nou mirum, quia in *dict. tractat. de poteſt. Pro-*
reg. * pro veritate ſcripſit, cùm in allegato *con-*
34 *ſil.* 157. ſcripſerit uti Advocatus, cauſæ inſervien-
do.

Et quidem doctrina iſt Andreæ *in capit. Imperia-*
lem, num. 15. *de probibit, feud. alien. per Federic.*
communiter recepta, quod ſi Titius alienavit feu-
dum, * & non impetrato aſſenſu ſuper alienatio-
35 ne moritur, uon valet aſſenſus Domini impetra-
tus poſt mortem ipſius alienantis, * quia Rex eo
tempore, quo confirmat, feudi alienati dominium,
36 non eſt alienantis, * ſed ſucceſſuris, & *num.* 16. *in*
additione ſubdit, quod ſi confirmaretur, quod de-
functus fecit non valet, nec hæres, in feudo hære-
ditario teneretur ad aliquid, quia contractus eſt
37 nullus, * confirmatione ſequuta invalidè poſt mor-
tem alienantis, paria enim ſunt non eſſe, ſeu inva-
lidè eſſe, *l. primo §. quibus, Digeſtis quod cujuſque*
univerſit. nomin. ex quibus etiam probatur, quod
paria ſunt, quod aſſenſus Suæ Cæſareæ Maje-
ſtatis † numquam in vita primi Ducis Montisleo-
nis fuiſſet impetratus, & ſic fuiſſet invalidè impe-
tratus, ex quo per temporis lapſum evanuit, cui
doctrinæ quamvis totis viribus conetur de Ponte,
reſpondere, * attamen reſponſiones non ſatisfaciunt, 38
dum enim vult probare ex illa ſupplicatione, quæ
aſſeritur in dicta *ſopra carta*, porrecta per Illuſtriſſ.
Ducem ſucceſſorem probari conſenſum diſpoſiti-
vum hæredis, * advertatur, quod contrarium fuit 39
deciſum per Collaterale Conſilium, ut refert Frec-
cia *in lib. ſecund. de ſubfeud. quæſtion.* 24. quod ex
illis verbis, ſupplicatione porrecta pro aſſenſu
impetrando, niſi aliundè conſtet, non dici proba-
tum conſenſum hæredis, quam deciſionem ſequitur
idem de Ponte *in conſil.* 157. *num.* 24. *vol.* 2. *Praſid.*
Amat. conſil. 6. *numer.* 14. *Epiſcop.* Riccius *deci-*
ſion. Curiæ Archiepiſc. 89. *num.* 2. *in part. in magnis,*
nec ſufficit boc caſu conſenſus tacitus, quia requi-
ritur conſenſus diſpoſitivus hæredis, ſuper quo eſt
impetrandus novus aſſenſus, * ut ex eodem de 40
Ponte ſupra fundavimus, & probat Freccia *de*
ſub feudis, lib. 2. *in quæſtione* incipiente *à Regnicolis,*
folio 157. *à terg.* & etiam ſequitur Camerar. *in*
dicto capit. Imperialem, folio 90. *à terg. &* Liparul.
ad Andream *de* Iſernia *in dicto capit. Imperialem, in*
additio. latiſſimè Reg. Fab. Capyc. Galeot. *controverſ.*
1. *num.* 71. 64. 86. *&* 113. *tom.* 1. *& in controv.* 27.
num. 1. *tom.* 1.

Adverſus prædicta jura, & indubitatas conclu-
ſiones reſpondet de Ponte *in dicto conſil.* 157. ſufficere
* tacitum conſenſum agnati ad validandam aliena- 41
tionem factam per feudatarium in eo caſu, quando
conſenſus agnati requiritur, ut in feudo ex pacto,
& providentia, * ſed quidquid ſit in propoſita quæ- 42
ſtione de aſſenſu agnati ſatis differt à caſu noſtro,
* maxima enim conſtituitur differentia in tranſlatio-
ne dominii feudi jam acquiſiti, & in renunciatione
juri non quæſito ſed quærendo, difficilius enim 43
bona acquiſita, quam acquirenda amittuntur Socin.
* *conſ.22.n.8. lib.1. Aſſl. in cap. primo. §. ſi vaſſallus, in*
gloſ. 3. *num.* 14. *qua ſit prima cauſa beneſic. amiſſ.* 44
Menoch. *conſ.* 101. *num.* 12. Peregrin. *de jure fiſci,*
lib. 3. *tit.* 8. *nu.* 7. ſicuti etiam dicimus de privile-
gio,* quod licèt non eſt interpretandum in damnum 45
tertii, tamen jure quærendo poteſt interpretari,
Marcus Antonius Cuchus *de morat. præſcript. verſic.*
conſtitutio, n. 166. & propterea Andr. Capyc. Camer.
Afflict. Lipar. *& Omnes in d. cap. Imperialem* dicunt,
* in caſu propoſito non ſufficere tacitum conſenſum 46
hæredis, qui oritur ex taciturnitate, vel aliud ſi-
mile.

Neque ſecunda principalis reſponſio de Ponte
punctum percutit † quod ſcilicèt in hac majoratus 47
erectione intervenit Notarius, qui ſtipulatus fuit
pro deſcendentibus, & per conſequens ſumus extra
caſum And. de Iſern. Frecc. & aliorum? Quia obje-
ctum facillimè tollitur, in quolibet enim contractu
alienationis adeſt perſona alienantis, & perſona, in
beneficium cujus alienatio fit, ſicuti in iſto contra-
ctu majoratus adeſt majoratus inſtitutor, & hic
erat primus Dux Montisleonis, & perſona, ad cujus
beneficium erigebatur, pro his ſtipulatus fuit
Notarius, ſed per mortem Ducis abſque quo aſſen-
ſus eſſet impetratus feudum non ipſo ex majoratu,
ſed ex lege inveſtituræ pervenit in beneficium Du-
cis ſucceſſoris, qui in iſto caſu ex acquirente efficere-
tur abſque ipſius conſenſu, & contractu diſpoſitivo
primus inſtitutor, & ſic primus contractus in totum
evanuit, circa quod animadvertere lubet, quod in 51
alienatione, vel privilegio alicui conceſſo inducitur
tacita acceptatio, ut per Batt. *in qua enim §. rem ha-*
beri, † *ff. rem ratam haberi,* & acceptatio privilegio- 52
rum, & donationum eo ipſo præſumitur, quod repe-
ritur inſtrumentum donationis penes donatarium,
vel alium ejus mandato, Batt. *in l. tabernam, §. idem*
quæſivit. ff. de pignor. Avend. de exequen. mand. par.
2. *cap.* 1. *ſub num.* 4. *verſ. item acceptatio &* Me-

noch. *de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 45. per tot.* &
optimè in hac eadem materia majoratus probat
52 Marcus Salon de Pace in *conſ. 26. n. 29 & ſeq.* † Verùm
in alienatione ſuorum bonorum, & in reſtringendo
ſemetipſi poteſtatem diſponendi ad ejus libitum,
requiritur actus, & conſenſus diſpoſitivus, per ſupra
dicta.

Quod tantò magis procedit in caſu noſtro, quia
potius conſtat de contraria voluntate; videmus enim,
53 * quod quamvis in eodem inſtrumento erectionis
majoratus fuiſſet erectus majoratus pro D.
Hieronymo ſecundogenito, in beneficium cujus erat
diſpoſitum de Caſali Juliani, Dux ſucceſſor non
alter obſervando inſtrumentum prædictum, illud
vendidit Marchioni de Bellante, per quem actum
probatur, non habuiſſe Ducem voluntatem, ut eſſet
fideicommiſſo ſubjectum, *l. rem legatam, ff. de adimen. leg.*
quod procedit, etiam ſi inutilis, † & invalida
54 eſſet alienatio, *§ pater. eodem titulo* & etiamſi
iterum rem ipſam alienatam redimat, * ut fundat
55 *C*ard. Mantic. *de conjectur. ultimarum volunt. lib. 12.*
titul. 16. quod motivum reſpectu partis Juliani, ni
fallor, inconvincibiliter concludit.

Verum prædicta circa nullitatem erectionis majoratus
reſpectu totius ſtatus ſint per tranſennam
& perfunctoriè ex abundanti dicta, cùm cauſæ noſtræ
non deſerviant, quis ex aliis indubitatum remanebit,
prædictam partem Caſalis, quamvis fideicommiſſum
ſubſiſteret, illi non ſubjacere, & onus latius
pro invaliditate fidei commiſſi, ſcribendi aliis, quorum
magis intereſt relinquamur.

Diximus igitur in facto, prædictam partem fideicommiſſo
56 non ſubjacere, primò quia per privilegium
de anno 1526. non conceditur facultas niſi
erigendi unum majoratum, & quidem ſi et actamus
de erigendo ſimpliciter majoratum, non loquendo
de bonis feudalibus, quæſtionem tractat Molin. *de*
57 * *Hiſpan. primog. lib. 2. cap. 4. n. 47. cum ſeq.* ubi plenè
diſputato articulo concludit pro parte negativa,
quod conceſſo alicui poteſtate erigendi unum majoratum,
58 non poteſt duo facere, ſequitur Didac.
Burgos de Paz *in prima quæſt. civil. nu. 12.* in quo
† quidem reſpectu bonorum feudalium nulla poteſt
cadere difficultas, quia certum eſt; quod nulla
diſpoſitio in feudis abſque aſſenſu valet, & aſſenſus
non extenditur de contractu ad contractum, * de re
59 ad rem, de caſu ad caſum, & de perſona ad perſonam,
ut poſt Andr. dixit de Ponte *de poteſt. Proregis titul. de aſſenſ. Reg. ſuper dot. num. 42.*

Si verò privilegio de anno 1533. in quo integrum
inſtrumentum erectionis majoratus eſt inſertum
vult ſe juvare, ſupponendo fuiſſe ſupplicatum, &
conceſſum privilegium erectionis utriuſque majoratus,
erit animadvertendum, quod in diſpoſitivis
ſua Cæſarea Majeſtas nihil novi voluit concedere,
ſed id, quod jam erat conceſſum, confirmare, & ſi
enim verum ſit, quod in ſecundo privilegio integrum
inſtrumentum anni 1531. ſit inſertum, in quo
tam majoratus pro primogenito, quam pro ſecundogenitis
continebatur, attamen ſua Cæſarea Majeſtas
noluit, niſi tantum primam facultatem, &
licentiam confirmare, quod clarè demonſtratur ex
verbis diſpoſitivis ſuæ Cæſareæ Majeſtatis, quæ
ſunt infra ſcripta, videlicet.

Quarè nobis humiliter ſupplicante præfato Ill. Duce
60 *Montis leonis, † ut unionis, & vinculationis inſtrumentum,
omniaque & ſingula in eo contenta laudare, &
approbare & confirmare dignaremur, nos tametſi eaque
aſſenſu noſtro facta ſunt de per ſe ſatis firma ſint ne tamen
votis ſupplicantium annuiſſe videamur, & iiſdem
motis reſpectibus, quibus ad aſſenſum noſtrum concedendum
moti fuimus. tenore præſentis noſtri ex certa
ſcientia conſilioque penes nos aſſiſtentis matura accedente
deliberatione, ac ex gratia ſpeciali, Regiaque
authoritate noſtra, unionis, vinculationis, & diſpenſationis
inſtrumentum, omniaque, & ſingula in eo contenta,
à prima linea, uſque ad ultimam, modo tamen,
ritè rectèque juxta aſſenſum, & licentiam noſtram idem
Dux proceſſerit, naturaque feudi ſecundum licentia formam
in aliquo non mutata non obſtante, quod ſuper
bonis feudalibus proceſſum ſit, laudamus, approbamus,
ratificamus, acceptamus, & confirmamus dictum inſtrumentum,
decretum noſtrum interponimus pariter, &
aſſenſum, noſtraque hujuſmodi laudationis, ratificationis,
approbationis, decretique interpoſitionis munimine,
ſive præſidio roboramus, & validamus.*

Ex quibus verbis colligitur, quod & ſi Dux petiiſſet
confirmationem, & aſſenſum ſuper toto inſtrumento,
in quo etiam ſecundus majoratus pro
ſecundogenitis continebatur, attamen ſua Cæſarea
Majeſtas noluit niſi confirmare id, quod per prius
conceſſum erat, quod clarè dictant illa verba, *modò
tamen;* * illa enim dictio, *modò tamen*, vel *ita
tamen*, eſt reſtrictiva præcedentis orationis, *l. ita* 61
tamen, ff. de manum. teſtam. l. quidam teſtamento, † 62
ff. de leg. 1. & eſt limitativa diſpoſitionis, Bart. in
l. quibus diebus, §. Termilius, num. 10. *ff. de condit.
& demonſtr.* Ruin. *conſ.* 34. *num.* 7. *lib.* 2. Dec. *conſ.*
62. *num.* 7. Menoch. *conſ.* 146 *num.* 8. Barboſ. *in
diction. in dict.* 157. Gratian. *de diction. in dict.* 110.
ſunt enim in privilegio conſiderandæ clauſulæ, †
& ſecundùm eas judicandum, ut per Gundiſalvum 63
Villadieg. *de leg. quæſt. 7. n. 24. in 13. vol. tract. part.*
2. & propterea ferè in propriis terminis dixit Camill.
de Medic. *in conſ. 151. n.* 80. & 82 quod quamvis verba
* in ſecunda inveſtitura eſſent ampla & apta comprehendere 64
omnia, & ſingula in feudo contenta, prout
ſunt illa verba * *cum juribus, & pertinentiis ſuis, &* 65
integro ſtatu, etiam ſi eſſent in diſpoſitivis, † attamen 66
ſe ſe referunt ad primum inſtrumentum, &
tantum diſponunt, quantum in prima inveſtitura
apparet, *cap. Abbate ſanè, de verb. ſign. ubi gloſ.
in verb. fiat fides,* * quia cùm de antiquiori inveſtitura 67
appareat, ſtant conditionaliter, & non
cauſativè, ſicuti etiam aliæ clauſulæ, *Dummodò
ritè, rectèque proceſſerint, natura feudi in aliquo non
mutata*, Reg. de Ponte *conſ. 72. n.* 17. *vol.* 2. *Reg.* Capyc.
Galeot. *controv.* 23. *n.* 48. 53. *& ſeq. tom.* 2. per
quæ verba tenet idem *de Medicis*, quòd nihil 68
novi in ſecundis inveſtituris intelligatur conceſſum.

Diximus ſecundò, reſpectu partis Caſalis Juliani
non adeſſe fideicommiſſum quia certum eſt, prædicta
privilegia per temporis lapſum evanuiſſe, * 69
ſiquidem *Regia Pragmatica* mandans, privilegia eſſe
infra annum præſentanda, habet clauſulam, *per quod
ineſficax redditur privilegium poſt annum*, per quam
clauſulam ita fuiſſe deciſum per Sacrum Conſilium, *
& deinde in reclamatione, etiam facta relatione in 70
Collaterali Conſilio confirmatum refert de Ponte
de poteſt. Proreg. tit. de Regal. impoſit. n. 13. quod latè
fundat *Præſid.* de Amato *in conſ.* 69. quibus privilegiis
ceſſantibus poſt mortem Ducis ſenioris Montisleonis
feuda pervenerunt jure ſucceſſionis in beneficium
D. Hectoris Pignatelli, ex filio primogenito
nepotis, qui illa habuit tanquam feuda hæreditaria
ex forma inveſtituræ, non autem ex pacto
& providentia, vel vigore fideicommiſſi prædicti,
quia D. Hector potuit prædictam partem Caſalis
alienare, prout alienavit Illuſ. o. Marchioni
Bellante, mediante Regio aſſenſu, diſpoſitio enim
rerum feudalium quamvis ſit prohibita † per le- 71
gem Lotarij, & Federici, ac etiam per *Conſtitut. Regni
Conſtitutionem divæ memoriæ.* * attamen quando
feudum eſt hæreditarium, & adeſt Regius aſſenſus, 73
nihil differt ab allodio, Andr. *in cap.* 1. *de natur. ſucceſſ.
feud.* Frecc. *lib. 3. de ſubfeud. in* 3. *formula inveſtiturarum,
ante n* 4. & quamvis ad inſtantiam ejuſdem
Ducis D. Hectoris † prætendatur fuiſſe obten- 72
tam

tam à Sua Cæſarea Majeſtate licentiam regiſtrandi prædicta privilegia, lapſu temporis non obſtante, hoc intelligendum eſt de jure, ut nullo modo per hanc gratiam lædatur jus tertii, qui medio tempore contraxit, per Clem. *paſtoralis*, *ibi* notata *de privileg. cap. ſuper eodem, extra de offic. leg.* Innoc. *in cap. cum dilecti, extra de donat.* quod quamvis de jure
74 certum ſit, tamen & in ipſa licentia, † ſeu *ſopra carta*, quam vocant, hoc idem Sua Majeſtas expreſſit, imo D. Hector Dux junior hoc id ipſum ſupplicavit, ibi.

Hizieron ſupplicar nos fueſſemo ſervido maudar y proveer, que no obſtante el dicho lapſo de tiempo ſean
75 * *exequutoriados paraque tengan las gracias y facultades en ellos concedidas ſu fuerza y vigor, y las partes, que en eſto medio tiempo han contratado, y contratareu, haſtaque los dichos nueſtros privilegios fueren exquutoriados, no queden prejudicadas en ſus razones* deinda ſequuntur verba diſpoſitiva *y porque movidos agora por las miſmas cauſas que haura, quando ſe los concedieron los dichos privilegios, lo havemos tenido aſſi por bien, por onde encargamos, y maudamos proveais y deis orden, que no obſtante el dicho effecto, y lapſo del tiempo ſe les den las exequutoriales, en la forma devida.*

76 † Non ergo potuit iſta nova gratia effectum prætenſi fideicommiſſi operari reſpectu Caſalis Juliani, cùm tempore, quo gratia, ſeu facultas erigendi majoratum firmitatem habuit, non erat in dominio Ducis, & propterea ſi pars vult, ſe juvare privilegio de anno 1533. per non præſentationem infra annum
77 evanuit, † ſi ex iſta nova gratia de anno 1554. nec poteſt, ſtante quod antequam exequutoriaretur, reperitur validè alienatum cum aſſenſu, prout poſt alios fundat de Ponte *de poteſtate Proreg. tit. de aſſenſ. Regiis ſuper dote*, §. *nu.* 22. iſta enim nova gratia
78 non retrotrahitur in præjudicium tertii, cui medio tempore fuit jus quæſitum, ad *text. in l. bonorum, ff. rem ratam haberi*, Franch. *deciſ.* 86.

Nec partis motivum, quod venditio non fuit
79 facta per D. Hieronymum Pignarellum. * ad cujus beneficium erat inſtitutus ſecundus majoratus, in quo aderat prædictum Caſale, ſed per D. Hectorem primogenitum, poteſt aliquam habere juris ſub-
80 ſiſtentiam, † cùm ſatis ſit ſupra probatum, privilegia prædicta, quorum vigore prætenditur majoratus erectus per lapſum temporis nullius eſſe vigoris &
81 * ſi ex illis ſuper feudis nullum jus fuit D. Hieronymo quæſitum ante novam gratiam, & iſto medio tempore D. Hector primogenitus, penes quem ſta-
82 tim * poſt mortem Ducis avi dominum feudorum tranſivit, validè alienavit, ut ex Iſern. Camer. & *aliis* ſupra fundavimus.

Quibus accedat, & erit tertium motivum, quod
83 † idem feudum fuit mediante ſententia S. C. ad inſtantiam Lauræ Carrafæ uxori, dicti D. Hieronymi venditum pro ejus dotibus, in quibus erant obligati tam ipſe D. Hieronymus, quam D. Hector primogenitus, & ſententia fuit de anno 1568. & in effectu fuit venditum de anno 1569 Marco Antonio Columnæ, & ex pretio fuerunt ſoluti prædictæ Lauræ ducati 10666. ex quo, ni fallor, infertur, quod aut neceſſariò per ſententiam prædictam fuit judicatum, feudum prædictum non eſſe comprehenſum, neque ſubjectum fideicommiſſo, cùm in privilegio, & majoratu medietas tantum fructuum pro reſtitutione, ac conſtitutione dotis poterat hypothecari, aut ſi fuit licitè alienatum ex cauſa dotis juxta *auth. res qua, C. communia de legatis*, res ſemel validè alienata, perpetuò eſt effecta alienabilis.

Et demum hoc idem, ut diximus, fuit judicatum in anno 1572. ad relationem D. Vincentii de Franchis, quod prædicta pars Caſalis non ſit fideicommiſſo ſubjecta, proindè licitè alienatum fuiſſe Marco Antonio Columnæ, prout ſic ſemper fuit practicatum, & intellectum, ſiquidem nedum primo loco fuit feudum prædictum alienatum Marchioni de Bellante, ſed mediante ſententia S. C. fuit venditum prædicto Marco Antonio, per quem fuit alienatum Duci Turſi, & demum reverſo titulo particulari fuit ultimo loco alienatum, licèt poſt exequutionem factam ad inſtantiam Illuſtr. Principis Roccæ Illuſtr. Principi Petræ Eleinæ, & verè omnia fuerunt oppoſita, & opponuntur, non ad alium finem, niſi ut Illuſtr. Princeps Roccæ liquidus creditor, defatigatus cauſam deſerat, & coactus ſit accipere cenſus ad rationem quinque pro centenario, prout Advocatus partis etiam in Aula dixit tempore, quo ultra capitale duc. 9000. eſt creditor pluſquam in duc. 7000. pro tertiis, ultra intereſſe tertiarum.

Hac cauſa licèt non fuerit judicialiter deciſa, tamen dicta pars Caſalis Juliani tanquam non ſubjecta fideicommiſſo hodie quoque poſſidetur per Illuſtriſſimum Principem Petra Elcina.

OBSERVATIO IN CONSULT. LII.

ARGUMENTUM.

Diſcutitur pleniſſimè famigerata quæſtio, de qua *Reg. Latro* in hac *Conſult.* 52. An ſcilicèt ſententia ſuper bonis fideicommiſſi, vel majoratus lata ſucceſſoribus non citatis præjudicet? Adducuntur varii caſus de ſententia lata contra Prælatum, vel contra emphyteutam; item de quietatione bona fide facta inter gravatos; de calculo inito cum gravato; & de aliis. Traditur praxis, quæ confirmatur noviſſimis deciſionibus, & ratione adducta per *Authorem* in *obſer.* 702. *Praſ. de Franch.* Agitur quoque de diſpoſitione *Pragm.* 1. *de privileg. inſr. ann. exhibend.* utrum ſcilicèt privilegii præſentatio fieri poſſit elapſo anno; Et an Princeps poſſit diſpenſare quando oritur tertii præjudicium. Tranſcribuntur verba *Reg. D. Raphaelis de Viloſa* nuncupatim laudantis *Reg. Latr.* in hac *conſult.* 52. cum deciſione de anno 1673. *Reg. de Philipp.* firmat Pro-Reges non poſſe diſpenſare privilegiorum exhibitioni, ſeu interinationi intrà annum faciendæ vigore *ſupr. cit. Pragm.* Quodnam decretum ſit interponendum pendente lite introducta ad impediendum *Regium Exequatur.* Cumulatur meritis laudibus *D. Franciſcus Maradei in ſingular. ſuper Pragmatic.* *Author* pro materia aſſenſus impetrandi poſt mortem remittit ſe ad ſcripta in *melior. Reg. de Marin* & *in Tractat. de Aſſenſ.* ubi meminit præſentis *Conſultat.* 52. *Reg. Latro.* Cum aliis.

SUMMARIUM.

1 *Sententia ſuper bonis majoratus, vel fideicommiſſi lata, utrum ſucceſſoribus non citatis noceat?*
2 Textus *pro opinione negativa.*
3 Textus *pro opinione affirmativa.*
4 *Opinio affirmativa* Reg. Latro *conſtabilitur per* Caſtillo Sottomayor.
5 *Acta judicialia facta cum majoratus poſſeſſore nocent ſequentibus ſucceſſoribus.*
6 *Inſtantia capta cum majoratus poſſeſſore pertranſit ad conſequentes ſucceſſores.*
7 *Bona fides poſſeſſoris majoratus, omniſque diligentia, ac remotio fraudis, & colluſionis debent intervenire; aliàs ſententia lata cum poſſeſſore majoratus non nocet ſucceſſoribus.*

8 *Negligentia ſola, aut culpa ſola perpenditur in hac materiâ per Doctores.*

9 *Appellatio non interpoſita, vel ſi ſuit interpoſita, poſtmodum ſit deſerta, operatur, ut ſententia lata cum majoratus poſſeſſore non noceat ſucceſſoribus.*

10 *Alter intellectus opinionis affirmativa* Reg. Latro.

11 *Succeſſor volens venire ad litem, qua agitatur cum poſſeſſore majoratus, an ſit audiendus, & quomoda?*

12 *Sententis lata cum poſſeſſare majoratus non nocet, quanda is, qui litigara intendit, alia jura veniat ad litem.*

13 *Sententia non affert prajudicium ſucceſſori, quando antè ſententiam jus erat translatum in ſucceſſorem.*

14 *Negativa opinionis fundamenta reſolvuntur per* Caſtillo Sottomayor.

15 *Sententia lata contra Pralatum, an, & quanda naceat ſucceſſori?*

16 *Sententia lata contra emphyteutam, an, & quando ejus creditoribus prajudicet?*

17 *Quietatio bona fide facta inter gravatos afficit quoque fideicommiſſarios.*

18 *Calculus initus cum gravato afficit quoque ſubſtitutum.*

19 *Sententia lata ſuper exiſtentia fideicommiſſi ſuffragatur quibuſcumque vocatis.*

20 *Lata ſententia, aut lata decreto in cauſis majoratus, fideicommiſſi, & ſimilibus, atque exiſtentibus filiis poſſeſſoris, gravati, &c. qua praxis ſervetur? Et adducitur noviſſima deciſio valdè notabilis.*

21 *Alia deciſiones adducuntur.*

22 *Pœna, & tanta læſio non requiritur pro introductione remedij reſtitutionis in integrum.*

23 Pragm. 1. de privileg. inf à ann. exhibend. *explicatur per* Reg. Latro.

24 *Et per* Reg. D. Raphaelem de Viloſa, *qui nuncupatim laudat* Reg. Latro.

25 *Prorex nequit diſpenſare cit.* Pragm. 1. de privileg. inft. ann. exhibend.

26 *Executoriatio, ſeu interinatio privilegii eſt adhuc de jure communi, juxta* Regentem Viloſa.

27 *Poſſeſſionis motivum an ſit efficax, deficiente executoriatione privilegii?*

28 Reg. de Philipp. *ſtat cum* Reg. Viloſ.

29 Conſil de Roſa *illuſtrat hanc* Conſultat. 52. Reg. Latro.

30 *Privilegium regiſtratum vigore licentia regiſtrandi lapſu temporis non obſtante, non retrotrahitur in prajudicium tertij, cui medio tempore ſuit jus quaſitum.*

31 *Formula decreti interponendi, nè tempus labatur, quoties lis inſurrexerit pro impedienda executoriatione privilegii; Et meritò laudatur nobiliſſimus* D. Muradei.

32 *Aſſenſus ſuper alteratione majoratus, num valeat impetrari poſt mortem erectoris majoratus; & de differentia inter conſenſum approbativum, & diſpoſitivum hæredis.* Author in Tract. de aſſenſ. *meminit hujus* Conſultat. *cum aliis.*

1 SEntentia ſuper bonis majoratus, † vel fideicommiſſi lata, utrum ſucceſſoribus non citatis noceat? Quæſtio eſt admodùm intricata, de qua *Reg Latro in hac Conſult. 51. num. 2. & ſeqq* Pro utraque opinione adducuntur plura fundamenta, pleniſſimè collecta per copioſiſſimum *Caſtill. quotid. controv. jur. lib. 5. cap. 157. per tot.* ubi etiam colligit innumeros *DD.*

2 * Pro opinione negativa citantur *text. in l. ait Prator, ff. de jure deliber. l. ſapè, ff. de re judic.* juxtà explicati nem *Caſtill. l. c. nu. 2. & ſeqq. Molin. de Hiſpan. primogen. lib. 4. cap. 1. num. 2. & ſeqq. Mieres de majorat. 4. p. qu. 1 ex nu. 1. cum ſeqq. ad num. 20. & n. 35. 38. 39. 42 60. & 63. Honded. conſ. 46. num. 9. & 19. & 20. & trib. ſeqq. n. 34. & conſ. 45. n. 2. 3. & 49. lib. 2.*

† Pro opinione verò affirmativa citantur *text. in l. 1. §. denunciari, ff. de ventr. inſpic.* ibi: *Denunciari autem oportet iis, quos proxima ſpes ſucceſſionis contingit.* Et ibi: *Heredi inſtituto, non etiam ſubſtituto*; Et ibi: *Qui primum locum tenent, text. in l. ex contractu, ff. de judic. l. ſi patroni, §. final. ff. ad S. C. Trebell. l. filiumfam §. Divi, ff. de legat. 1.* juxtà inductionem *Socini jun. n. 135. in fin. ibi, l. ſi ſuſpecta, in princip. ff. de inoffic. teſtam l. ſi ſuperius, ff. de pignorib. & hypothecis, l. ſi ſervus plurium, §. 1. ff. de legat. 1. & l. Papinianus, §. ſi ex cauſa, ff. de inoffic. teſtam. l. ingenuum, 25. ff. de ſtat. homin. Caſtill. loc. cit. à n. 51.* 3

* Poſtremam hanc opinionem affirmativam conſtantiſſime defendit *Caſtill. cit. cap. 157. num. 21. & ſeqq.* eamque appellat communiorem, & veriorem; Et quod hæc opinio in judiciis practicetur, & ſit æqua, ne judicia procedant in infinitum, & fiant illuſoria, & malitiis, fraudibus, & dilationibus via aperiatur, quod pariter tradit *Reg. Latro num. 5.* ſequuntur etiam *Sarmient. in l. unum ex familia. §. ſi de ſalcidia, n. 4. Peguer. dec. 121. Cavall. commun. contr. commun. q. 636. ex n. 2. uſq; ad n. 12. Theſ jun. q. forenſ. lib. 4. q. 23.* ubi in fortioribus terminis loquitur *Surd. dec. 526. n. 2. Fachinaus controv. jur. lib. 7. cap. 103.* 4

* Ampliat *Caſtill. cit. cap. 157. num. 22.* ut non ſolum ſententia cum majoratus poſſeſſore lata, ſed etiam omnia ipſius judicij acta ſequentibus ſucceſſoribus præjudicium afferant. *Molin. loc. ubi ſupr. c. 8. num. 5. ex c. inter dilectos, verſ. nec atteſtationes, de fide inſtrumentor. l. ſed etſi poſſeſſori, §. final. ff. de jur.* melior *text. in l. Lege Julia, ff. de manumiſſ. Cald. Pereyr. forenſ. lib. 1. q. 13. num. 10. Peguer. dec. 121. num. 3. verſ. quam ſententiam extendendam. Gratian diſcept. forenſ. tom. 2. c. 287. num. 9. & tom. 5. cap. 869. n. 16.* 5

† Inſuper inſtantia cæpta cum majoratus poſſeſſore in conſequentes ſucceſſores pertranſit, ita ut denuò lis non debeat cum eiſdem inchoari, ſed ſequens ſucceſſor in eo ſtatu judicium ſubire debeat, in quo ab ipſo majoratus poſſeſſore relictum fuerit, *Caſtill. l. c. num.* [illegible] *Molin. cit. cap. 8. num. 6. Valaſ. conſult dec. 160. Siſſe dec. Aragon. 54. per tot.* per *text. in l. in judicia, ff. famil. erciſcund.* 6

* Prædicta verò limitantur, & explicantur per *Caſtill. num. 25. & ſeqq.* ut procedant ſtante bona fide poſſeſſoris majoratus, & adhibita omni diligentia neceſſaria in defendenda lite, fraudeque, & colluſione ceſſante. Sic ſanè ſententia lata contra majoratus poſſeſſorem non præjudicat ſequentibus ſucceſſoribus, ſi detegatur colluſio, dolus, vel negligentia, aut culpa in lite defendenda, *l. ex contractu, ff. de re judicat.* ibi: *Niſi culpa tutoris, l. à ſententia, & l. ſi perluſorio, ff. de appellat. l. ſi ſervum plurium, §. 1. & §. ſi quis ante,* ibi: *Vel minùs plenè, ff. de legat. 1. l. ſi ſponſus, §. ſi uxor, 2. verſ. ſi modò cum animum, ff. de donat. inter DD.* relati per *Caſtill. n. 25. & ſeqq.* optimè *R. Merlin. controv. forenſ. centur. 2. c. 32. n. 28.* 7

* Et *Authores* citati per *Caſtill.* ex ſola negligentia, aut ſola culpa in omittendo aliquid, quod prodeſſe poſſet, & neceſſarium eſſet, adducuntur, atque exciçantur, ut norere non debere ſententiam latam contra poſſeſſorem majoratus ſequentibus ſucceſſoribus, ſtatuerint firmiſſimè; nec dolum, fraudem, aut colluſionem à negligentia ipſa ſeparant; imò hæc ſimul immiſcent, idemque 8

robur,

robur, & effectum ipſum eiſdem tribuunt.

9 † Pariter limitatur opinio affirmativa, quando majoratus poſſeſſor, qui litem etiam diligentiſſimè, ac buna fide proſecutus fuit, à ſententia contra ipſum lata non appellavit, vel appellationem interpoſitam deſeruit, *Molin. lib. 4. c. 8. n. 10. & in annotat. n. 18. & 19. Burg. de Paz conſ. 14. nu. 69. Peregrin. de fideic. artic. 53. n. 59. Jo: Ant. Bellon. conſ. 31. nu. 30. & 31. Caſtill. n. 27.*

10 * Ad hæc præfata opinio affirmativa intelligenda eſt, ut ſcilicèt, ceſſante colluſione, fraude, culpa, aut negligentia, ſententia lata contra poſſeſſorem noceat ſequentibus ſucceſſoribus, quandò ille, contra quem lata fuit, legitimus eſt contradictor, aliàs perindè erit inefficax, ac ſi nulla res judicata extitiſſet, *l. cum non juſto, ff. de colluſ. detegend. Caſtill. n. 28.*

11 * Si tamen immediatus ipſe ſucceſſor ſponte ad litem veniret, ſive ſe illi offerret, audiri deberet, & in eo ſtatu litem aſſumere, in quo eam invenit, ſive erat tempore oppoſitionis, *Caſtill. cit. num. 28. in fin.* Quod ſi liti ipſe aſſiſtere, & coadjuvare poſſeſſorem renueret, acta cum poſſeſſore majoratus geſta, legitimè, & juridice procederent, ac ſi ipſe liti aſſiſteret, & ſententia eidem noceret, atque prodeſſet, cùm immediati ſucceſſoris interventus neceſſarius non ſit, nec etiam citatio; *Caſtil. l. c.*

12 * Sententia autem ipſa non noceret, quando is, qui denuò litigare vult, alio jure veniat ad litem, *Caſtill. n. 29.* ex *Meret, & Sarmient.* per eum allegatis.

13 * Ità quoque ſententia non nocet ſucceſſori, quandò antè ſententiam jus erat translatum in ſucceſſorem, *l. ſi ſuperatus, ff. de pignor.* ubi *Bart. Surd. dec. 256. n. 17. in princip. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 2 c. 287. n. 10. 11. 12. & 13.*

14 * Fundamenta ſententiæ negativæ reſolvuntur per *Caſtill. cit. c. 157. à n. 31.* ad quem remitto Lectorem.

15 * Juvat pro ornatu præſentis materiæ obſervare plures caſus; Et primò: Sententia lata contra Prælatum nocet ſucceſſori; niſi tamen lata ſit per contumaciam, aut colluſionem prædeceſſoris: Quo caſu nec etiam eſt appellandum, ſed ex integro de partium jure cognoſcendum eſt, *Ant. Fab. C. ſuo lib. 7. tit. 22. defin. 11.*

16 * Secundò: Sententia lata contra emphyteutam ejus creditoribus præjudicat, ſi tamen debitor non poſſideat bona; nam tunc neceſſe eſt cum creditoribus de novo cauſam agere, *Giurb. deciſ. 91. nu. 12. Olea de ceſſ. jur. tit. 1. qu. 1. n. 33.*

17 * Tertiò: Quietatio bona fide facta inter gravatos afficit quoque fideicommiſſarios, licèt venientes ex propria perſona, *Rot. dec. 482. nu. 14. p. 18. recentior.*

18 * Quartò: Calculus initus cum gravato afficit quoque ſubſtitutum, *Rot. dec. 202. n. 11. p. 11. recentior.*

19 * Quintò: Sententia lata ſuper exiſtentia fideicommiſſi ſuffragatur quibuſcumque vocatis, *Ridolphin. allegat. 33. numer. 8. & 9.* ubi quod ſententia lata ad favorem unius fratris tanquam primogeniti ſuffragatur etiam alteri fratri ſecundogenito.

20 † In Sac. Conſ. aliiſque Supremis Tribunalibus invaluit praxis confirmata pluribus deciſionibus, ut prolata ſententia, vel decreto in cauſa majoratus, fideicommiſſi, & ſimilibus, atque exiſtentibus filiis poſſeſſoris gravati &c. in minori ætate conſtitutis, ille, qui ſoccobuit, inſtet tamquam pater, & legitimus adminiſtrator ſuorum filiorum, etiam in M. C. V. pro datione Curatoris pro defenſa jurium eorundem filiorum, tanquam ſequentium vocatorum, & venientium ex propria perſona; atque interpoſito decreto dationis Curatoris, etiam per M. C. V. idem Curatur porrigit *Supplicationem* pro obtinendo remedio reſtitutionis in integrum adverſus ſententiam, vel decretum; Quæ praxis fuit acerrimè, tam in Supremo Coll. Conſ. quàm in S. C. diſcuſſa, & comprobata in S. C. jam diù agitata inter Marchionem Baranelli D. Diomedem Carafa ab Aragonia, & hæredes D. Iſabellæ Coſſo ſuper fideicommiſſo inſtituto per q. Marchionem Baranelli D. Flaminium Carafa ab Aragonia, ejuſque conſervatione non obſtante prætenſa diminutione ratione legitimæ petitæ per hæredes dictæ D. Iſabellæ, ut latius ex proceſſu in *Banca Figliola*; nam decreto domi interpoſito per D. Julium Capycium Galeota, tunc M. C. V. Judicem, nunc digniſſimum Conſiliarium, fuit datus Curator D. Franciſco Joſepho Carafa ab Aragonia ejus filio Doctor D. Bartholomæus de Angelis, tunc eximius Advocatus, poſtmodum Regius Conſiliarius, à quo fuit ſucceſſivè in S. C. præſentata Curatorio nomine ſupplicatio pro obtinenda Regia decretatione Reſtitutionis in integrum adverſus decretum S. C. quo fuerat declaratum legitimam ſpectantem D. Catharinæ Coſſo matri D. Franciſcæ Carafa eſſe *tertiam totius*; Et denique per Spectabilem Regentem, & Præſidentem S. C. D. Felicem de Ulloa fuit ſub die 14. Novembris 1690. interpoſita, Patribus pleniſſimè auditis, Regia decretatio tenoris ſequentis: *Idem Magnificus cauſæ Commiſſarius conſtito de intereſſe minorum de ſupplicatis faciat verbum in S. C. ad finem videndi, an ſit deferendum petita in integrum reſtitutioni, & etiam an ſit locus.*

* Ità quoque fuit practicatum in cauſa Ill. Ducis Ceppaluni circa majoratum inſtitutum à q. Patriarcha Antiocheno; In fideicommiſſo inſtituto per q. Præſidentem Reg. Cam. Aſtuto; In cauſa Ill. Principiſſæ Caſtiliona cum Ill. Duce Sermonetæ, In cauſa fideicommiſſi inſtituti per Ill. Epiſcupum Meſſanenſem Carafa de Rocella; Et in cauſa Marchionis S. Juliani de familia Longo. 21

* Et non ſine maxima ratione ita fuit practicatum; quia pro obtinenda Regia decretatione, ſeu pro introductione remedij reſtitutionis in integrum non requiritur plena, & tanta læſio, ex *Barzio dec. 107.* optimè *Beltramin. ad Ludoviſ. dec. 459. Fontanell. dec. 114. à n. 1. Ego in obſerv. ad dec. 702. Præſ. de Franch. ſub n. 7.* 22

* Subjungitur per *Reg. Latr. à n. 6.* materia privilegij infra annum non præſentati juxta formam *Regiæ Pragm. 1. de privileg. infr. ann. exhibend.* an ſcilicèt præſentatio fieri poſſit elapſo anno; Et an Princeps poſſit diſpenſare, quandò oritur tertij præjudicium. 23

* *Reg. D. Raphael de Viloſa diſſert. 2. n 76 & ſeq. poſt Tractat. de fugitiv.* tractat ſimilem caſum diſputatum ſuo tempore in Supremo Coll. Conſ. & deciſum anno 1673. Præcipua verba, quibus *cit. Reg. Viloſ.* nuncupatim exornat hanc *conſult. 52. Reg. Latr.* ſunt hæc: *Secundò expendebatur non conſtare Privilegium illud Principis Montisleonis fuiſſe interinatum, ſeu, ut vulgò dicitur, executioni demandatum, ut diſponit Pragm. 1. de privileg. intra ann. præſentandis, ubi expreſsè fuit diſpoſitum ſub decreto nullitatis, quod omnia Regia Privilegia debeant infrà annum præſentari, & quando elapſo anno nullius efficaciæ, valoris, & momenti exiſtant, quæ clauſula importat latam ſententiam, & inducit nullitatem ipſo jure, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 691. n. 2. tom. 4. Reg. Rovit. in d. Pragm. n. 4. quia ex dictis verbis annullativis inducitur forma, ut per Bald. in l. 1. D. de liber. & poſthum. Dec. conſ. 10. n. 2. conſ. 110. n. 3. conſ. 455. n. 6. & deciſum in S. C. hujus Regni Neap. refert Anell. Amat. conſ. 33. n. 12. Aponte conſ. 3. n. 16. & 25. & conſ. 5. n. 33. Reg. Conſtant. in l. 1. C. de conſulib. lib. 12. n. 29. Reg. Capyc. Ga-* 24

leot. contr. 17. & 18. lib. 1. quando enim lex requirit ſolemnitatem in actu in eſſe deducto cum temporis praſ- titione, ex lapſu temporis remanet omnino nullus, quia videtur requiri pro forma, & conditionaliter, Angel. conſ. 36. Aponte conſ. 1. 5. & 6. cum aliis adductis per Gizzarell. deciſ. 3. nu. 11. Reg. Capyc. Latr. conſult. 52. n. 10. vol. 1. & conſ. 80. n. 38. vol. 2.

25 † Subdit *Viloſ. numer. 84. & ſeqq. Neque poterit Prorex huic Pragmaticæ diſpenſare, ſed indiget Sobrecarta S. C. M. Aponte d. conſ. 3. n. 30. lib. 1. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. tit. quis dicatur Dux in allegat. pro Reg. Alberetmo, n. 68. Rovit. d. Prag. 1. n. 5. Galeot. d. contr. 17. Latro d. conſul. 52. n. 19. & conſult. 80. n. 38. & deciſ. 154. n. 63.*

† Pergit *Viloſ. n. 85. & ſeqq. Inò eſſe de Jure com-*
26 *muni hanc interinationem tradit Rebuff. in l. 2. circa princip. verſ. hic eſt, C. de apoch. public. ubi ait, quod privatus utens Privilegio ante interinationem illius factam Judici ordinario punitur pœna l. fin. in fin. C. de aquaduct. lib. 11. Barbat. conſ. 26. n. 13. vol. 2. Rovit. ubi ſup. nu. 3. Quæ nihil aliud eſt, quam approbatio ejus, quod Princeps diſpoſuit in vim legis, aut gratia, Cravett. conſ. 592 n 7. Chaſſanæus conſ. 39. n. 69. & ut ait Cravett. de antiquit. tempor. lib. 1. §. 1. fit hæc interinatio per Curias Parlamentorum in Francia, vel Judices Præſidiales, vel Ordinarios, prout ad eos diriguntur, & in Statu Mediolani per Senatum, Platus conſ. 30. n. 94. Sola ad Conſtit. Saband. tit. de interinat. gloſ. 1. n. 6. & in Regno Neap per Collaterale Conſilium.*

27 † In caſu diſputato apud *Reg. Viloſ.* ad elidendum motivum deficientiæ executoriationis adducebatur poſſeſſio; Bene verum huic motivo egregiè occurrit laudatus *Viloſ.* & exornat noviſſimam deciſionem.

28 * *Porter Reg. de Philipp. diſſert. fiſcal. 13. n. 62.* ait, Proteges diſpenſare non poſſe privilegiorum exhibitioni, ſeu interinationi intrà annum faciendæ vigore *ſupr. cit. Pragm. 1. de privileg. infr. ann.* ex *DD. ſup. per Viloſ. allegat.* & ex *Reg. Sanfelic. dec. 359. n. 8. lib. 3.*

† Nuncupatim hinc *Conſult. 52. Reg. Latr.* circa
29 *cit. Pragm. 1. de privileg. infr. ann. præſentand.* illuſtrat *Conſ. Joſeph de Roſa conſult. 49. n. 13. & ſeqq.* omninò videndus.

† *D. Maradei ſuper Reg. Pragm. in obſerv. ad*
30 *ſing. 340.* & ad eandem *Pragm.* optimè advertit, quod privilegium regiſtratum vigore licentiæ regiſtrandi, *lapſu temporis non obſtante*, non retrotrahitur in præjudicium tertij, cui medio tempore fuit jus quæſitum, etiam per alteram Principis conceſſionem, quia ſumit robur à tempore executoriationis, ex *Reg. Rovit. ad cit. Pragm. nu. 4. Reg. Latr. Conſult. 52. n. 80.* & latè in hac *Conſult. 52. à n. 73 cum ſeqq.*

* Ad hæc in praxi eſt ſciendum, quod quoties
31 inſurrexerit lis ad impediendum *Regium Exequatur*, erit interponendum decretum, *quod notetur dies, nè tempus labatur ſalva proviſione facienda Partibus plenius auditis ſuper petito Regio Exequatur*, ut fuit deciſum per Collaterale Conſil. referente *Reg. Sanfelicio*, teſte *Reg. Marcian. diſpt. 41. num. 1. lib. 2.* & egregiè advertit omni Supremo Magiſtratu digniſſimus *D. Franciſcus Maradei in annotat. ad ſingular. 167. n. 4. ſuper Reg. Pragmatic.*

† Proponit quoque *Reg. Latr. n. 22. & ſeqq.* ma-
32 teriam aſſenſus impetrati poſt mortem erectoria majoratus, & differentiam inter conſenſum approbativum, & diſpoſitivum hæredis reſpectu dicti aſſenſus impetrandi poſt mortem; De quibus *Ego* latè ſcripſi *meliorat. 25. lib. 1. reſol. Jur. Reg. de Marin. & in Tractat. de aſſenſ. qu. 46.* ubi *n. 3.* retuli *Reg. Latr. in hac Conſult. 52.* & alibi.

A R G U M E N T U M.

Fidejuſſor de præſentando debitorem infra certum tempus in carceribus, vel de ſolvendo creditori quantitatem, pro qua carceratus reperiebatur, an & quando eo in exilium condemnato, vel aliter ejus ſtatu mutato teneatur ad debiti ſolutionem.

S U M M A R I U M.

1 *Fidejuſſor non tenetur præſentare debitorem habilitatum, vel ſolvere debitum, ſi ex alia cauſa debiter mutavit ſtatum, vel fuit bannitus, & nu. 4. quod procedit etiam ſi fieret Monachus, Clericus, num. 2. & ſufficit ſola inquiſitio, & accuſatio, abſque condemnatione, num. 5.*

Intellige, ut n. 6. 15. 16. & 17.

3 *Fidejuſſio facta à patre pro filio finitur illo effecto ſui juris.*

7 *Diſpoſitio, & omnis obligatio intelligitur*, rebus in eodem ſtatu permanentibus.

8 *Impedimentum proveniens ex facto Superioris excuſat fidejuſſorem.*

9 *Impoſſibilitas præſentandi reum excuſat fidejuſſorem, & num. 46.*

Intellige, ſi ſuperveniat, ſecus verò ſi erat tempore obligationis, n. 47. & 48.

10 *Difficultas liberat reum ab obligatione, ſic etiam à pœna.*

11 Fidejuſſor *non monitus repræſentare reum tempore debito, excuſatur, ſi reus fuerit per Judicem in exilium miſſus ex alia cauſa, & nu. 13. & 14.*

Intellige, ut n. 15. 16. & 17.

12 *Nemo tenetur comparere ad locum non tutum.*

18 *Exilium ab Hiſpanis vocatur* deſtierro, *eſtque nomen generale complectens interdictum, relegationem, & deportationem, n. 19. & in ſpecie acceptum ſignificat deportationem, n. 20. ſed in Regno dicitur exulatio à propria patria, nu. 22. verum tamen dicitur impropriè, n. 25. dicitur loci mutatio nu. 26. ſeu quaſi extra ſolum, n. 27. item quaſi extra auxilium, numer. 28. ſed propriè dicitur, quando quis capite diminuitur, numero 29. quando verò caput non eximit, non dicitur exilium, ſed miſſio ad confinia, nu. 30. & differt à deportatione & relegatione, num. 23. & diſtinguitur in quinque genera, n. 24.*

21 *Procurator non admittitur in cauſa capitali.*

31 *Exilium ſimpliciter probatum ſignificat, tantum temporale, quando verò adjicitur dictio*, perpetuum, *vel ſimilee ſignificat, perpetuum n. 32. & in caſu ſolum temporale obſervatur, n. 33.*

34 *Fidejuſſio de judicio ſiſti differt à fidejuſſione de reo, vel debitore præſentando, vel de ſolvendo.*

35 *Fidejuſſor de ſolvendo non excuſatur ob mutationem ſtatus principalis debitoris, vel ſi fuerint bannitus, vel relegatus.*

36 *Fidejuſſor de judicio ſiſti, & judicatum ſolvendo liberatur per mortem rei, vel debitoris quoad factum ſiſtendi tantùm, non autem ab obligatione ſolvendi judicatum.*

37 *Sententia lata contra mortuum eſt nulla.*

38 *Fidejuſſor tenetur etiam quando condemnatur hæres debitoris, pro quo fidejuſſit, quicquid in contrarium dixeris* Bald. Odoff. & Petr. Anchar. *quia contra ipſos opinio magis prævalet, n. 40.*

41 *Fidejuſſor tenetur præſentare reum, vel debitorem, licet in exilium condemnatum ex alia cauſa intra duos menſes, qui dantur ad colligendum ſarcinulas.*

42 *Impoſſibile dicitur quod jure, vel facto non poteſt.*

43 Conditio

43 *Conditio impoſſibilis naturæ, vel cui jus reſiſtit vitiat ſtipulationem, & contractum, ſecus verò ſi lex non reſiſtat, vel ſit contractus contra bonos mores, licèt non aſſiſtat, quia tunc impleri debet de facto, ut pœna promiſſa evitetur, n. 44.*
45 *Mora principalis debitoris nocet fidejuſſori.*
49 *Dolus nemini debet patrocinari.*
50 *Deciſio hujus cauſa refertur.*

Pro Sentio de Martino, cum Mario Barbaro.

CONSULTATIO LIII.

CArcerato Francisco Barbaro in carceribus Re-
giæ Audientiæ Calabriæ Citra, ad inſtantiam
Sentij de Martino ejus creditoria, fuit habilitatus
per ferias cum cautione de redeundo, vel de ſolven-
do debitum dicto Sentio, vel cum eo ſe concordan-
do. & quia debitor reperiebatur inquiſitus, fuit
condemnatus ad exulandum.
Quibus ſtantibus, cùm feriis elapſis eſſet citatus
Marius Barbarus fidejuſſor ad præſentandum di-
ctum debitorem, vel ad ſolvendum quantitatem de-
bitam, in Regia Audientia oppoſuit, eum non tene-
ri, ſtante quod non poterat præſentare debitorem,
dum erat in exilium condemnatus, & per Regiam
Audientiam fuit proviſum, quod fidejuſſor præſen-
tet debitorem, alias incoſetur fidejuſſio, à quo de-
creto cùm fuiſſet appellatum, hodiè venit judican-
dum, an benè, vel male fuerit judicatum, pro par-
te fidejuſſoris fuit producta copia decreti, per quod
fuerat condemnatus in exilium à Civitate Coſentiæ
per annum, & quod præſtitit cautionem de ſervan-
dis finibus, & pro eo fidejuſſit idemmet Marius, &
propterea prætendit, quod cùm non poſſet hodiè
prædictum Franciſcum præſentare in Civitate Co-
ſentiæ, fidejuſſio contra eum accuſari nequiret,
1 promittens enim aliquem in judicio ſiſtere, * mutato
ſtatu illius pro quo fidejuſſit, ſive eo bannito fide-
juſſor excuſatur, ut habetur ex text. *in l. ſed & ſi quis,
in principio, ff. ſi quis cantion.* ubi omnes *Doctores Hip-
polyt. de Marſil. in tit. de fidejuſſ. num.* 150. & eum ſe-
quitur *Paris de ſyndic. in verbo fidejuſſor, Urſill. ad
Aff. in dec.* 130. *n.* 30. *& dec.* 313. *in fin. Ægidius Boſſ.
in tract. crim. titul. de carcer. & fidejuſſ. n.* 41. latè etiam
Menoch. *conſ.* 212. *n.* 24. *Specul. in tit de accuſ. §. ſe-
quitur, n.* 17. *in fin.* & eſt generale, * quomodolibet
2 præſentandus mutet ſtatum, veluti ſi fieret Monachus,
vel Clericus, Marſil. *in d. tit. de fidejuſſ. num.* 110. per
text. *in cap.* 1. *de Cler. conjug. in* 6. *& cap. ſuam, de ordin.
cognit.* ſic etiam fidejuſſio à patre facta pro filio, fini-
3 tur, * eo ſui juris effecto, *l. filius familias,* ubi Bald. *Di-
geſtis de tut. & rat. diſtrah, Cardinal. in clem.* 1. *qu.* 9.
de cenſib. Franc. de fidejuſſ. cap. 6. *n.* 155. *cum pluribus
ſequentibus,* latiſſimè Farinac. *de carcer. & carcerat.
quæſt.* 43. *nu.* 37. *&* 38. *Marc. Ant. Eugen. conſ.* 2. *n.*
28. *lib.* 1. *Horat. Lucius conſ.* 163. *n.* 11. *Raynald. Peru-
ſin. conſ.* 194. *inter conſil. crim. diverſ. vol.* 1. quod etiã
habetur ex Divo Thom. *ſecunda ſecundæ, quæſt.* 110.
4 *art.* 3. *in fin.* ubi generaliter dixit, † excuſari quem ab
inobſervantia promiſſorum, quando ſunt mutatæ
conditiones perſonarum, & negotiorum, quod
etiam probatur ex argumento text. *l. ſi filius Digeſtis
de tutel. & rat. diſtrah.* latè *Scribentes,* & præcipuè
*Alberic. in l. ſi deceſſerit, Digeſtis qui ſatiſd. cogant.
Pyr. Maur. Aretin. in tract. de fidejuſſ. titul. de fide-*
5 *juſſ. de judic. ſolven. n.* 49. *&* 50. * & ſufficit ſola in-
quiſitio, & accuſatio abſque eo, quod ſequuta fuerit
6 condemnatio, * Gabr. *conſ.* 137. *n.* 8. *vol.* 2. qui tamen
hoc intelligit, non de ſimplici accuſatione, & inquiſi-
tione, ſed quando eſt taliter probata, quod tergiver-
ſari non poſſit, alias neceſſaria eſſet etiam condemna-
tio, Eugen, *conſ.* 67. *n.* 8. *Farinac. d. quæſt.* 34. *n.* 54.

Redditur autem de prædictis ratio, quia omnis
diſpoſitio, & obligatio intelligi debet, *rebus in eodem
ſtatu permanentibus. l. quæro, §. inter locatorem, Dige-
ſtis locati, Gozadin. conſ.* 27. *num.* 1. *Grammat. conſil.*
66. *Eugen. dicto conſ.* 2. *num.* 28. *Marſ. ubi ſupra, nu-
mero* 151.
Secundò, * quia impedimentum cauſarum ex facto 8
Superioris excuſat fidejuſſorem, Tob. Nun. *conſ.* 103.
in fin. Eugen. conſ. 68. & nedum * impoſſibilitas reum 9
præſentandi excuſat fidejuſſorem. *l. impoſſibilium, Di-
geſtis de reg. jur.* verum etiam * difficultas liberat ab 10
obligatione reum præſentandi, ſicut & pœna, Bart.
*in l. quod te, Digeſtis ſi cert. petat. & in d. l. ſi deceſſerit,
Ang. Alex.* & alij allegati à Valentino Franco in al-
legato *tract. de fidejus. d. capit.* 6. *num.* 166. *cum ſeq.*
latè etiam Farinac. *d. quæſtion.* 34. *num.* 40. *cum plu-
rib. ſeqq.* ubi rationes allegat, & Doctores cumu-
lat *Pyrr. Maur. Aretin. in loco* proximè allegato, *nu-
mero* 54.
Neque prædictis obſtare dicitur, quod hoc caſu
impedimentum ſupervenit non facto Judicis, ſed
facto ipſiuſmet præſentandi, qui deliquit, quia
quamvis in hoc caſu factum Judicis proceſſerit ex
culpa, & facto ipſiuſmet præſentandi, non tamen
per hoc tenebitur fidejuſſor, * qui monitus tempore 11
debito non fuerit, ut debitorem conſignaret, Clar. *in
prax. criminal. in §. fin. quæſt.* 46. *verſ. quæro, pone, in
fine.* & ante eum *Nicolaus Moron. in tract. de fide,
treug. & pac. quæſt.* 128. *num.* 13. ſequitur *Farinac. d.
q.* 34. *num.* 46.
Et dicitur in hoc caſu, fidejuſſorem non teneri ad
præſentandum reum, quia certum eſt quod ſi ſe præ-
ſentare vellet, exilium frangeret, & in pœnam legis,
& promiſſionis incurreret, & ad locum non tutum
nemo comparere tenetur, * *Clementina Paſtoralis. §.* 12
*iſto de re judic. cap. venerabili, verſ. & hoc ipſum, de
ſent. excomm. in* 6. & in puncto id dixit *Horatius Lu-
cius Gallienſis inter conſ. crimin. diverſ. conſ.* 163. *num.*
16. ubi refert cautelam † cujuſdam antiqui Doctoris 13
Bononienſis de eo, qui promiſit ſiſtere ſcholarem, &
antequam eſſet in mora, ſcholaris ille aufugit, & ad
hoc ut non teneretur ad pœnam, fecit illum accuſa-
re, ſeu inquirere de alio crimine, & quia non com-
paruit, ex forma ſtatuti operatus eſt, ut poneretur
in banno, & cùm deinde requiſitus eſſet, ut ſiſte-
ret, dixit non poſſe, quia exul erat à Civitate, & ſic
pœna non fuit contra ipſum commiſſa, ut refert, &
ſequitur Paul. de Caſtro, & alij *l. ſed & ſi quis, in
princip. Digeſtis ſi quis caut. & nu.* 17. refert *d. Hora-
tius Lucius* aliam deciſionem de eo, * qui tenebatur
exhibere familiares ſuos, aut ſolvere, & unus eorum 14
commiſit delictum, adeò ut Poteſtas eum in exilium
condemnavit, quod nequaquam tenebatur præſen-
tare, ſecundum Bald. *in d. l. ſi verò, & Antonium Ron-
din. in tract de ſyndic. num.* 95. *Paris de Put. in eodem
tract. de ſyndic. in verb. Carcer. verſic. an Poteſtas. num.*
5. *Narſ. in rub. de fidejuſſ. num.* 110. *Farinat, ibid. q.* 34.
num. 53. ex quibus prætendebat, decretum Regiæ
Audientiæ eſſe revocandum, & fidejuſſorem mini-
mè moleſtandum.
Verùm prædictis non obſtantibus contrarium
eſſe judicandum arbitror, & propterea eſſe ſenten-
tiandum, benè fuiſſe per Regiam Audientiam judi-
catum, quia allegata jura poſſunt locum ſibi vendi-
care in ſimplici * fidejuſſore de judicio ſiſti: tunc enim 15
propter impoſſibilitatem, ſeu magnam difficultatem
reum, ſeu debitorem ſiſtendi non poteſt fidejuſſor
obligari, cùm mortuus ſit civiliter, vel naturaliter
ut *in d. l. ſi deceſſerit,* ubi *Doctor, ff. qui ſatiſd. co-
gant.* & hoc probat text. *in d. l. ſed & ſi quis, Digeſtis ſi
quis caut.* in inquiſito rei capitalis, * ut condemnato. 16
& proindè *Bart. Alber. Paul. de Caſt. Alex.* & alij
ſi intellexerunt concluſionem prædictam, & in his
terminis loquuntur *Doctores* in contrarium allegati,

ui per *Farinac. dict. quaſt.* 34. *num.* 39. & ſic etiam intelligit *Ranald. Ridolfus Peruſinus in conſ.* 164. *inter con-*
17 *ſil. crimin. diverſ.* 1. *vol.* quod fidejuſſor * excuſetur à reo ſiſtendo, quando fuerit bannitus, vel relegatus, & loquitur de eo, qui erat ad mortem condemnatus in hoc caſu conſuluerunt Tobias Nonius *in conſ.* 165. *& Horatius Lutius in d. conſ.* 163. *&* 167. *num.* 1. *&* 2. & quamvis loquatur de eo, qui erat in exilium miſſus, tamen eſt intelligendum, non de
18 ſimplici exilio, † quod Hiſpani vocant, *deſtierre*, ſed de releganone, ut habetur ex Gloſ. *in d. l. ſed & ſi*
19 *quis*, ibi. *in exilium*, * id eſt, *relegationis*: eſt enim nomen axili generale, complectens interdictum, releganonem, & deportationem, *l. relegatorum, ff. de interd. & relegat. l. exilium triplex eodem titul. Franch. deciſ.*
20 *num.* 1. ſed in ſpecie * acceptum magis propriè deportationem ſignificat, & inter capitales pœnas connumeratur, *l.* 2. *Digeſtis de publ. judic. Menoch. de*
21 *arbitr. judice lib.* 1. *quaſt.* 80. 831. ubi quod * cùm ſit pœna capitalis procurator non admittitur, Gabel. *reſolut. crimin. caſ.* 146. *numero* 14. *Ludovic. Bologn. in auth. habita, num.* 174. *C. ne filius pro patr. Franch. in dicta deciſ.* 816. *num.* 5. ubi affert locum *Ciceronis in*
22 *Oratione pro Cecinna*, † verùm in hoc Regno communiter non accipitur exilium pro deportatione, ſive relegatione, aut alia pœna capitali, ſed exilium dicitur expulſio à propria patria, ut doctè, & copioſè Franciſc. Hortoman. *in Commentar. verborum juris*,
23 *in verbo exilium*, † qui etiam explicat differentiam inter exilium, deportationem, & relegationem, ſequitur Menoch. *de arbitr. judic. cent.* 5. *caſ.* 502. *nu.* 56. optimè etiam *Proſper. Caravit. ſuper Prag.* 4. *de falſis*,
24 *n.* 167. ubi punit quinque genera exilij * (& poſt ipſum *Sempronius Aſcia in reſponſo* edito pro Marco Antonio Aqoaviva contra Capitulum S. Nicolai de Baro ſuper interpretatione verbi, *exilij*, *part.* 2. *num.* 3. *fol.* 43. contra quem ſcripſit *Reg. Rovitus*, ut in *prag.* 2. *à num.* 40. uſque ad finem de *juriſd. invic. non turban.* ubi latè de exilio, & præcipoè *n.* 50. *&* 58. qui *num.* 61. refert deciſionem illius cauſæ, in quibus caſibus habeat locum exilium, & contra *Aſciam* ſimiliter ſcripſerunt *Conſil. Freccia ut loco* citato apud *Rovitum à num.* 62. *& Petrus Antonius Petriconus à num.* 77. in qua etiam compilavit deciſionem *Reg. Tapia*, (ut in *deciſ.* 10. *S. C.*) Primum, quando quis condemnatur in metallum, & dicitur maximum. Secundum, quando condemnatur in opus metalli, de quibus, & eorum differentiis eſt text. *in l. aut damnum, §. divi fratres, verſ. profecto, Digeſtis de pœn.* Tertium dicitur deportatio in inſulam, quæ Civitatem Romanam adimit, *l. inter pœnas, Digeſtis de inter. & relegat.* & eſt quando in perpetuum fit condemnatio, *d. l. relegatorum, §. hac eſt differentia, Digeſtis de interdictis.* Quartum eſt relegatio in inſulam, quæ ad tempus, & in perpetuum fieri poteſt, *dict. §. hac eſt*, quo caſu relegatus omnia retinet, *di. l. relegatorum*, Quintum dicitur, quando de Civitate quis ejicitur, vel quia ei interdicitur certi loci, vel certorum locorum habitatio, vel quando exularet à Provincia, *l.*
25 *exilium, Digeſtis eodem tit. de interd. & releg.* * quod quamvis exilium nuncupetur, prout in Regno communiter intelligitur, tamen dicitur impropriè, ut *ibi glo. & Bald. in l. data opera, verſ. quatuor, Cod. de his, qui accuſ. non poſſ.* & de hoc exilio etiam loquitur
26 *Seneca de Conſolatione ad Albinam matrem*, * ubi quod exilium loci commutatio eſt, & ſecundùm Luc. de Pen. *in l. leonnes patres, Cod. de ſpectat. & ſcenic. libro*
27 11. *verſ. exilij*, exilium dicitur † quaſi extra ſolum, ſed
28 *C. Franch. dicta deciſ.* 816. dicit, * quod dicitur quaſi extra auxilium, refert etiam *Aſcia ubi ſupra, num.* 4.
29 propriè verè exilium dicitur, * quando quis capite diminuitur, *l.* 2. *in princip. Digeſtis de publ. judic.* quando verè caput non eximit, * non exilium verè dicitur,
30 ſed miſſio ad confinia, Bald. *ubi ſupra*, per text. *in l. Mathematico, Cod. de Epiſc. aud.* Joannes de Plat. *in rub. Cod. de his, qui in exilium, lib.* 10. quam etiam diſtinctionem ſequutus fuit Barard, ad Jul. Clar. *in §. fin. quaſt.* 71. *in princip. Campagn. in Capit. Regni* 140. *n.* 47. Alex. Raudenſ. *de analogis, cap.* 15. *quaſt.* 28. multa etiam per Sebaſtian. Guazzin. *de defenſ. reor.* † *defenſ.* 33. *cap.* 27. exilium verò ſimpliciter prolatum, 31
temporale tantum ſignificat, ut pluribus juribus, & DD. authoritatibus adductis probat Aſcia *loco citato, nu.* 5. *verſic. reperio etiam cum plurib. ſeqq.* licèt 32
aliquando perpetuum ſignificet, quando dictio *perpetuum*, vel ſimilia adjiciatur, ad quod Aſcia allegat
* plura jura *n.* 19. de quo latè *Reg. Tap. in d. dec.* 10. 33
S. C. in uſu tamen ſolum temporale obſervatur, ut ex *Grammat. dec.* 27. *&* 23. & aliis probat idem Aſcia *ibidem n.* 14. 15. 16. 17. *&* 18. 34

Tertiò & melius, † maxima conſtituitur differentia inter ſimplicem fidejuſſionem de judicio ſiſten- 35
do, & fidejuſſionem de reum, vel debitorem præſentare, † vel ſolvere, cùm fidejuſſor obligatus de ſolvendo non excuſetur propter ſtatus mutationem principalis debitoris, vel ſi fuerit bannitus, vel relegatus, ut eſt text. *in l.* 1. *Cod. de fidejuſſ.* & ex hoc tractatur
articulus à DD. *in d. l. ſi quis Digeſtis, quis caut.* utrum 36
in tali fidajuſſione de præſentando reum, * vel ſolvendo, ſi debitor pendente termino ſit bannitus, aut relegatus, & ſic ſi fidejuſſor liberatus à primo capite de debitorem præſentando, ſit etiam abſolutus eodem modo ab obligatione ſolvendi, & hanc quæſtionem ponunt *Doctor. in d. l. ſi deceſſerit, & in l. ſi verò, Digeſtis qui ſatiſd. cogan.* & concludunt, quod prædicta concluſio, quod mortuo, vel aliter ſtatu mutato per principalem debitorem fidejuſſor ſit abſolutus, procedit in fidejuſſore de judicio ſiſti ſimpliciter, ſecus ſi copulativè ſit fidejuſſor de judicio ſiſti, judicatum ſolvendo, quia tunc per mortem rei, ſeu debitoris, quamvis liberetur à judicio ſiſti, ex quo ſiſtere non poteſt, quia illud factum, ſcilicet ſiſtere cohæret perſonæ defuncti tantùm, ſed non liberatur à ſecunda obligatione de ſolvendo judicatum, quia illa conſiſtit in quantitate, vel in re, quæ mortuo debitore poteſt adimpleri, ex text. *in d. l. ſi verò*, licèt prima facie videatur aliter eſſe dicendum,
* quia mortuo principali non poterat ampliùs con- 37
demnari, cùm ſententia contra mortuum lata nulla ſit, *l. penult. & in l. fin. Digeſtis quæ ſent. ſine appell.*
reſcind. & dato, quod hæres condemnaretur, tamen de 38
condemnatione non tenetur fidejuſſor, * quia de illa non promiſit, contrarium tamen tenent communiter *Doctor*, quod teneatur in dicto caſu fidejuſſor, ex rationibus ſupra ponderatis, ut poſt Bart. & alios voluerunt Jaſon *in d. l. ſi deceſſerit, num.* 4. ubi etiam Alber. *poſt nu.* 6. Paul. de Caſtr. *num.* 6. Bald. *nu.* 3. Ang. *n.* 8. *Jacobin. num.* 2. Alex. *in l. ſed & ſi quis, n.* 4. *Digeſtis ſi quis caut.* reprobata opinione Bald.
* Odofr. & Petr. de Anchar. aliter ſentientium, Valent. 39
Franc. *in tract. de fidejuſſ. cap.* 6. *num.* 873. ubi quod hæc opinio magis invaluit, Pyrr. Maur. Aretin. *de*
* *fidejuſſ. cap.* 28. *n.* 66. Farin. latè *de carcerib. & carcer.* 40
d. quaſt. 34. *n.* 35. ubi alios allegat, facit etiam text. *& ibi* Bart. *in l. capitis, ff. de fidejuſſ.*

Et quamvis prædicta ſatis plana ſint, tamen in caſu noſtro ceſſat omnis difficultas, nulla enim im-
poſſibilitas erat fidejuſſori in præſentando princi- 41
palem debitorem infra terminum in obligatione contentum, & ſi enim fuerit principalis debitor condemnatus, tamen in exilium miſſi ſolent habere duos menſes ad colligendum ſarcinulas, quos veriſimiliter habuit, vel habere poterat, & impoſſibile dicitur quod jure, vel facto fieri non poteſt, Spiegel. *in lexic. in ver. impoſſibile, Medic. de fortui. caſib. qu.* 5. *n.* 2. propterea dicitur, quod conditio impoſſi-
bilis naturæ, * vel cui jus reſiſtit, vitiat ſtipulationem 42
& contractum, ſecus ſi lex non reſiſtat, vel ſit con-

tractus

44 tractûs contra bonos mores, † licèt non aſſiſtat, nã tunc, ut pœna promiſſa evitetur, debet impleri de facto, *l. quidem cùm filium*, *& ibi Bart. Digeſtis de verb. oblig. & in l. ubi per altum, Bod. de tranſact. Jaſon. in l. impoſſibilis*, *n. 2. Digeſtis eodem tit. de verb. oblig.*

45 & propterea illa mora * principalis debitoris in non ſe præſentando in termino intus carceres, nocet fidejuſſori, *l. mora rei*, *ubi DD. Digeſtis de verb. obligat.*

Quibus ſtipulatur id, quod dicitur, per mutationem ſtatus principalis excuſari fidejuſſorem, veluti quando fuit impeditus naturaliter, vel civiliter, quia impoſſibilium nulla eſt obligatio, * *l. impoſſibilium Digeſtis de regul. jur.* intelligitur, quando illa

46 impoſſibilitas ſupervenerit, * ſecus tamen ſi aderat tempore obligationis, *d. l. ſi deceſſerit*, *ubi omnes DD.*

47 *Digeſtis ſi quis caut. Bald. in l. ſancimus*, *C. de fidejuſſ. Muſcatell. de fidejuſſor. in modo 11. nu. 13.* * at in caſu noſtro debitor tempore, quo fuit habilitatus per fe-

48 rias, erat jam condemnatus ad exulandum per annum, immò eodem die fuit præſtita fidejuſſio de ſervandis finibus reſpectu pœnæ criminalis, & de ſe præſentando ad carceres, vel ſolvendo pro debito civili, & quod pejus, tam in cauſa criminali, quàm in cauſa civili fidejuſſit idemmet Marius Barbatus, ex quo ſequitur nedum ſcientia fidejuſſoris, fuiſſe jam principalem condemnatum ad exulandum, verum etiam adfuit dolus ipſius fidejuſſoris, qui ſciens, non poſſe debitorem præſentare, ſe obligavit de præſentando illum, vel ſolvere. & dolus nulli debet patrocinari, * *l. itaque fullo*, *ff. de fund. inſtruct. cap. intelleximus*, *de judic. cap. edictum 30. q. 1.*

49 Et demum ceſſat omnis difficultas, ſtante quod inter has moras, quas litibus, & expenſis vexavit creditorem jam annus condemnationis in exilium eſt lapſus; & proindè omni jure venit decretum Regiæ Audientiæ confirmandum.

Et ſic fuit judicatum, * *confirmando decretum Regiæ Audientiæ.*

50

OBSERVATIO IN CONSULT. LIII.

ARGUMENTUM.

Fidejuſſor, an, & quando mutato ſtatu principalis debitoris teneatur ad debiti ſolutionem? *Conſultatio 53. Reg. Latro* expenditur per *Reg. de Marin.* cujus verba tranſcribuntur. Caſus ſingularis propoſitus per *Thor. in Cod. rer. judicatar.* An ſcilicèt fidejuſſor ſit liberatus per præſentationem debitoris, non quidem in carceribus, ſed in Curia, & coram Officialibus, qui poſtmodum aſſignaverunt Cameram Curiæ pro carcere. Alia poſita per *Authorem in obſervat. ad conſult. 49. Reg. Latro*; *& in meliorat. Reg. de Marin. & alibi.*

SUMMARIUM.

1 *Fidejuſſor, an, & quando mutato ſtatu principalis debitoris teneatur ad debiti ſolutionem.*

2 *Verba* Reg. de Marin.

3 *Fidejuſſor an ſit liberatus per præſentationem debitoris, non quidem in carceribus, ſed in Curia, & coram Officialibus, qui poſtmodum aſſignaverunt Cameram Curiæ pro carcere.*

1 ITerum proponitur * controverſia de fidejuſſore, an, & quando mutato ſtatu principalis debitoris teneatur ad debiti ſolutionem?

2 *Reg. de Marin. reſol. jur. lib. 2. cap. 65.* * nuncupatim laudat præſentem *conſult. 53. Reg. Latro*; Et *n. 7. & 8.* ita ſcribit: *In puncto autem, & ſic in fidejuſſore, qui pro debitore principali promiſit ſolvere, vel eundem exhibere, & carceratum conſignare, ut non liberetur ſi promptus eſt conſignare, vel ſi illum præſentare impoſſibile ſit fretus authoritate Bart. & aliquorum ex ſupra allegatis conſuluit inſignis Andreas Barbat. conſ. 15. n. 28. 29. & 30. lib. 2. præſertim ſub illis verbis: Cùm ergo dictus Gerardus alternativè promiſerit Procuratori dictæ Communitatis ſe ſatisfacturum de ſuo proprio reſiduum, ſeu conſignare præfatum Jacobum debitorem principalem in manibus Domini Roberti, ſeu ejus matris non potuit ipſe eligere in hac Alternativa, & dicere, Volo conſignare principalem debitorem in manibus veſtris: Immò Communitas, ſeu ejus Procurator debet eligere in hac Alternativa, & dicere: Volo, quòd ſolvat totum debitum de ſuo proprio, & nolo conſignationem principalis debitoris, quia illa Alternativa fuit poſita in mei favorem: ideò electio eſt agentis: ut fuit intentio Guillelm. de Cuneo, & Bartol. in d. l. fin. C. de petit. hæredit. licèt ergo ſit impoſſibile illi Gerardo præſentare dictum debitorem principalem, & conſignare, ſequitur, quòd nihilominus ipſe Gerardus remanet obligatus ſolvere de ſuo tantum, & integrum debitum; & ſic illa difficultas non excuſat eum, quia in tali Alternativa dictus Gerardus non habuit, nec adhuc habet electionem, ſed illam electionem habent Procuratores dictæ Communitatis, quia ad favorem ejuſdem Communitatis fuit oppoſita; ideò ad ſuum favorem debet retorqueri, & non ad ſuum incommodum, & præjudicium, l. quod favore, C. de legib. cap. quod ob gratiam, de regul. jur. in 6. & ita mihi videtur concludendum eſſe de jure circa iſtum articulum. Hæc ille: cujus ſententiæ adhæſit D. Card. Tuſch. in tit. lit. P. concluſ. 90. numero 6. & 7. Et magis individualiter, quoties principalis debitor mortuus ſit, ratiocinatur Franciſc. Viv. deciſ. 485. per tot.*

Singularem cauſam proponit * *Thor. in Cod. rer. judicatar. caſ. civil. 23.* an ſcilicet fidejuſſor ſit liberatus per præſentationem debitoris, non quidem in carceribus deſcriptis in fidejuſſione, ſed in Curia, & coram Officialibus, qui poſtmodum aſſignaverunt Cameram Curiæ pro carcere. Eum vide. 3

Alia *Ego ipſe* poſui in *obſervat. ad conſult. 49. Reg. Latro*, & in *meliorat. Reg. de Marin. & alibi.*

ARGUMENTUM.

Exceptio Senatus Conſulti Velleiani an competat mulieri, quæ ſimul cum viro ſe obligavit communi filio contemplatione matrimonij, & quid ſi adfuit metus compulſivus, vel reverentialis, & an metu reverentiali requiratur enormis, vel enormiſſima læſio, & quanta & qualis eſſe debeat.

Diſputatio text. *in l. Quintus Mutius*, *ff. de donation. inter vir. & uxor.* quibus modis limitatur, & ex quibus cauſis præſumptio turpis quæſtus mulieris excludatur.

SUMMARIUM.

1 *Mater non tenetur filio nubenti donare propter nuptias.*

Limita in patre, *n. 2.*

Mulier obligans ſe pro filio ex cauſa dotis, *Velleiano non juvatur.*

Amplia, *etiam pro antephato*, *n. 4.*

Limita, *ubi ſimul cum viro ſe obligaverit quamvis pro filia*, *n. 5.*

6 *Mulier pro dotanda communi filia*, *ſimul cum viro validè non obligatur.*

7 *Metus*

7 *Metus reverentialis ſufficit in uxore ad invalidandum actum, & n. 12. & 13.*

8 *Metus reverentialis ſufficit ad reſtindendum actum abſque læſione.*

Contrarium, num. 11.

9 *Contractus factus cum Vaſſallo, vel alio ſubdito meticuloſus judicatur.*

10 *Diſſentire præſumitur qui ſubditus eſt.*

11 *Levis metus ſufficit ad reſcindendam donationem.*

14 *Metus potius in uxore, quam in filio præſumitur.*

15 *Metus præſumitur ubi vir eſſet in dignitate conſtitutus.*

16 *Mulier, quæ pro marito fidejubet non tenetur, ſtante ſuſpicione, quod vir blanditiis, ſive metu eam induxerit ad ſe obligandum.*

17 *Læſio in donatione facta à muliere quomodò probetur, & num. 18. & 19.*

20 *Annui introitus cum Reg. Cur. his temporibus ob eorum difficilem extractionem ſatis minoris pretij communiter æſtimantur.*

21 *Precibus qui compelli poteſt.*

22 *Metus per conjecturas probatur.*

23 *Taciturnitas filio pro diſſenſu habetur.*

24 *Coactus dicitur qui ſatis perſuaſus fuit.*

25 *Metus ceſſare non dicitur per geminationem actus.*

Amplia, etiam intervenientibus juramento, & quibuſvis ampliſſimis clauſulis, n. 29.

Item amplia, quamvis actus ſubſequens fieret viro abſente, n. 27.

28 *Præſens dicitur eſſe ille, ubi ejus procurator intervenerit.*

29 *Amicus dicitur alter idem cum amico,*

30 *Exceptio adimplementi non ſequuti oritur ubi non fuiſſet factum id, pro quo factum eſt.*

31 *Frangenti fidem fides non eſt ſervanda.*

32 *Pacta ſervanda ſunt.*

Amplia, nedum in contractibus innominatis, ſed nominatis, n. 33.

34 *Promiſſio quando dicatur correſpectiva.*

35 *Donatio facta ob annuam promiſſionem, ſi non ſequatur, an revocari poſſit.*

36 *Donationes, quæ ſiunt filiis contemplatione matrimonij confunduntur cum ipſo contractu, & ſunt irrevocabiles.*

37 *Contractus cenſetur factus in exequutionem præcedentis tractatus.*

38 *Promiſſio in capitulis matrimonialibus facta non dicitur derogata per ſubſequentem contractum.*

38 *Donatio an poſſit revocari, ſi donatarius incontinenti promiſerit donatori aliquid ſe daturum, vel facturum, & non dederit vel non fecerit.*

40 *Donatio contemplatione matrimonij quando dicatur irrevocabilis.*

41 *Maritus poteſt fructus donationis contemplatione matrimonij ſibi facta in beneficium patris donantis dare.*

42 *Maritus eſt dominus fructuum dotis, & de eo, quod ſupereſt pro ejus familia commodè ſuſtinenda ad libitum diſponere poteſt, etiam in foro conſcientiæ.*

Amplia, quamvis uxor ob viri vergentiam ad inopiam ſit pro ejus dotibus aſſecurata, n. 43.

44 *Retrodonatio fructuum donationis contemplatione matrimonij facta per virum valida eſt.*

45 Franc. de Amic. tit. de his, qui feud. dar. poſſ. §. nolui *declaratur.*

46 *Uxor regulariter quicquid acquirit, ex bonis viri acquiſiviſſe præſumitur.*

Limita, ubi vir hoc declaraſſet, num. 47. Limita ſecundò, ubi mulier contrarium oſtenderet, numero 48. Item limita, ubi mulier haberet bona extra dotes, numero 49. vel eſſet induſtrioſa, num. 51. Item, ubi habuiſſet pecuniam à conſanguineis. Item, ubi vir eſſet pauper, n. 56.

50 *Confeſſio mariti, bona per uxorem empta eſſe propria uxoris, quando ſuſtineatur, & numero 55.*

52 *Mulier viro operari tenetur.*

Intellige. n. 53.

54 *Induſtria uxoris ex quibus probari poſſit.*

57 *Bona per mulierem quæſita ex pecunia viri vendicari non poſſunt ab heredibus.*

58 *Diſpoſitio* l. Quintus Mutius *procedit conſtante matrimonio, & intra annum luctus tantum.*

59 *Validior præſumptio debiliorem facit perimere.*

Amplia, quamvis debilior legis ſit, n. 61.

60 *Conjectura, ex quibus acquiſitum per mulierem non præſumitur ex bonis viri.*

62 *Probatio pro reo firmior eſt, quam pro actore.*

Pro D. Portia Gentile, cum D. Franciſco Montoya, & D. Franciſca de Piſa conjugibus.

CONSULTATIO LIV.

IN hac cauſa D. Franciſci de Montoya, & D. Franciſcæ de Piſa, cum D. Portia Gentile ejus matre rem præſtringendo, de duobus tantùm articulis diſcurram.

Et Primò, utrum inſtantia D. Franciſci, & ejus uxoris reſpectu annuorum duc. mille, & ducentum, virtute aſſertæ donationis contemplatione matrimonij pro præterito, & in futurum rectè ſuſtineatur.

Secundò, an bona per D. Portiam quæſita, præſumentur de bonis viri, ita ut ſuper illis ipſis conjugibus melioratio tertij, & quinti ſecundùm leges Hiſpaniarum competat, ſtante morte jam ſequuta quondam Regentis Joannis de Montoya patris.

Et quoad primum illud * mihi tanquam veriſſimũ propono, quod mater non tenetur filio nubenti facere donationem propter nuptias, neque ad aliquid ei occaſione prædicta donandum adſtringitur, Socin. *conſ.* 119. *num.* 12 *lib.* 5. *Gabr. conſ.* 119. *n.* 37. & 40. *lib.* 2. *Mantic. de tacit. & ambig. convent. libro* 20. *tit.* 2. *n.* 8. quod ſecus eſt in patre * qui filio nubenti tenetur donationem propter nuptias facere, *l. fin. C. de dot. promiſſ. l. qui liberos, ff. de rit. nupr. Fachin controv. jur. lib.* 13. *cap.* 78. *Petr. de Gregor. de dot. de parag. quæſt.* 20 *num.* 5. *Gurb. deciſ.* 45. *num.* 27. *Cutell. de donat. contemplat. matr. tract.* 1. *diſcurſ.* 3. *part.* 2. *numero* 1. 1 2

Ex quo ſequitur, quòd cùm D. Portia non ſuam ſed viri, cujus onus erat, obligationem ſuſceperit, exceptione Velleiani poterit ſe tueri.

Et quamvis mulier * poſſit ſe obligare pro filio ex cauſa dotis, ut probat text. *& ibi gloſ. & Doctores in l. final. Cod. de dot. promiſſ. Bald. novell. in tractat. de dote, 6. part. privileg.* 12. *Practic. Papienſ. in forma libelli, quo agitur ad uſumfruct. n.* 12. cum aliis allegatis per Surd. *deciſ.* 164. *nu.* 4. & per Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 669. *num.* 22. & nedum * ex cauſa dotis, ſed etiam ex cauſa antephati, ſeu donationis propter nuptias, ut deciſum refert Franch. *deciſ.* 182. *& ibi Addentes, Molfeſ. ad Conſuet. Neap. part.* 7. *quæſt.* 3. *nu.* 18. Tamen hoc non procedit, quando obligatur ſimul cum viro, tunc enim tam ſi ex cauſa dotis, quam ſi ex cauſa antephati, ſeu donationis propter nuptias, * etiam propriorum filiorum ſe obligaverit, exceptione Velleiani juvari poteſt, ut probatur ex *auth. ſi qua mulier, C. ad Velleian.* ubicunque enim ſe pro viro obligat, obligatio inefficax redditur exceptione Velleiani, & ideò Afflict. *in l.* 2, *num.* 20. *verſic. &* 3 4 5

ad

ad materiam, ff. ſol. matr. dixit, quòd mulier neque
6 pro dote communis filiæ * poteſt ſe cum viro obli-
gare, & antè eum hoc idem tenuerunt Specul. &
Imol. ab ipſo allegati, qui dixerunt, mulierem non
poſſe fundum dotalem alienare pro dotanda com-
muni filia, & hanc etiam opinionem tenuit Alex.
ibi nu. 39. Berous conſil. 48. nu. 9. lib. 1. Honded. conſ.
45. nu. 23. lib. 1. Rot. deciſ. 1. impreſſa poſt Picum de
contract. mulierum, Hering. de fidejuſſ. cap. 7. nu. 415.
Pyrr. Maur. de fidejuſſ. ſect. 8. part. 3. Giurb. ad Con-
ſuetud. Meſſan. cap. 13. gloſ. 2. n. 27. fol. 691. Cutellus
de donat. contempl. matrim. tract. 1. diſcur. 2. part. 2.
num. 10. & alij ab ipſis allegati, & noviſſimè Hodiern.
à me poſt hæc ſcripta viſus in l. hac edictali, Cod.
de ſecund. nupt. q. 9. num. 50. cum ſequentibus, aliqua
etiam in additionibus ad Surd. noviſſimè expreſſis
in d. deciſ. 164.

Et licèt Bald. novel. in dicto tract. de dot. part. 6. in 3.
privileg. contrarium teneat, tamen veriorem eſſe pri-
mam ſententiam dixit Surd. in dict. deciſ. 164. num.
14. Ann. Robert. rerum judic. lib. 3. 11. Mareſcott.
variar. reſolution. lib. 2. cap. 5. nu. 15. Heringius de fi-
dejuſſ. cap. 6. n. 453. Valaſcus conſult. 127. n. 14. Ho-
diern. latè in dict. l. hac edictali, n. 59. cum ſeq. ubi
contrariis reſpondet.

Secundò dicitur per D. Portiam, de hac promiſ-
ſione nullam poſſe habere rationem, quia fuit me-
7 ticuloſè, & per vim, * & metum extorta, & in hoc
conſidero plures Doctorum opiniones, & prima
eſt, quod metus reverentialis ſolus ſufficeret ad in-
validandum actum, ut voluerunt Surd. conſ. 395. n.
29. Theſ. quæſt. forenſ. quæſt. 51. nu. 29. lib. 1. optimè
Socin. jun. conſ. 47. n. 33. lib. 3. qui ait, ſolam reveren-
tiæ cauſam probabilem eſſe, ex qua contractus reſcin-
datur, Menochius de arbitr. caſ. 136. nu. 6. qui te-
net, ſolam Superioris præſentiam metum probare,
nec requiritur copulativè, ut cum metu reverentiali
8 concurrat læſio, † ſed quòd ſufficit ad contractus re-
ſciſſionem ſolus metus reverentialis, quando proba-
biliter ex hoc motus fuit aliquis ad contrahendum,
Hippolyt. de Marſil. ſingul. 645. qui dicit, contractum
9 factum cum vaſſallo, * vel alio ſubdito, ut plurimum
non valere, quia præſumitur, metum interveniſſe
Rever. Pat. Sanchez de matrim. lib. 4. diſput. 6. nu. 4.
quæ quidem concluſio probatur ex regula 4. de re-
10 gul. jur. ubi habetur, † quod velle non dicitur qui ob-
ſequitur imperio patris, vel domini, & ex text. in
l. 1. §. quæ oneranda, quarum rerum act. ibi metu ſolo,
vel nimia patroni reverentia.

11 Secunda eſt opinio, * quod non ſufficiat metus re-
verentialis, niſi adſit enormis, ſive enormiſſima læ-
ſio, Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 21. tit. 16.
nu. 37. Faber in ſuo Cod. lit. quod metus cauſa, diffi-
nit. 2. Vincentius de Franch. deciſ. 119. num. 5. Epiſc.
Minor. verbo metus, fol. 156. Avendan. de metu, lib. 2.
cap. 11. nu. 64. qui alios coacervat, & de communi
teſtatur Molino de rit. nuptiarum, lib. 3. quæſt. 98. nu.
14. ubi totas Doctorum colligit, Surd. conſ. 135. nu.
29. Caſtill. lib. 3. cap. 1. nu. 155. quotidian. Anton. Ri-
poll. variar. reſol. cap. ultimo, ex n. 580. cum ſeq. Fon-
tan. de pact. nupt. clauſ. 7. gloſ. 2. part. 6. ex n. 4. cum ſeq.
12 quod maximè procedere in donatione, * ubi levis
metus ſufficit ad contractum invalidandum, dixit
Cravett. conſ. 120. Theſaur. in dict. quæſt. 15. & in con-
13 tractu inito cum uxore ſolam reverentiam, * & me-
tum præſumptum, maximè quando concurrit enor-
mis læſio, ſufficere ad reſcindendum contractum,
cùm præſumatur adhibitus metus, & quædam op-
preſſio reverentialis, docet Caſtr. conſ. 174. li. 1. Aym.
Cravett. conſ. 11. nu. 12. Suarez in allegat. 24. Joannes
Lopez Diez regul. 522. limitat. 1. Gratian. diſcept. fo-
renſ. cap. 208. nu. 14. qui dicit, quod non idem eſt in
14 filio, † quia magis præſumitur metus in uxore, quam
in filio num. 51, quod tantò magis erit in caſu noſtro,
in quo vir erat Regens Regiam Cancellariam, & in
ſumma dignitate conſtitutus, † ſic major præſumi- 15
tur metus, l. ad invidiam, & ibi gloſ. C. quod metus
cauſa, immò quando mulier fidejubet pro marito,
non tenetur propter ſuſpicionem, † quod vir blandi- 16
tiis, ſeu minis eam induxerit ad ſe obligandum.
Mareſcott. lib. 2. variar. d. c. 5. n. 2. Heringius d. c. 7.
nu. 453. Manſ. de cauſ. exequut. lib. 1. limit. 10. nu. 9.
Avendan. de metu lib. 2. c. 6. n. 98.

Quò verò attinet ad læſionem, cùm non tracte-
tur de contractibus correſpectivis, ſed de fidejuſſio-
ne facta pro viro, ad quem onus faciendi donatio-
nem propter nuptias ſpectabat, & ſic in fidejuſſio-
ne, vel donatione, & in iſtis contractibus læſio plu-
ribus modis conſideratur, aut quando ultro dimi-
diam ſuorum bonorum donaret, † ut ex Alciato, & 17
aliis probat Surd. conſ. 46. nu. 15. vel quando fidejuſ-
ſionem depauperaretur, Afflict. deciſ. 322. vel quando
donanti non remaneret, ut commodè ſecundùm ejus
qualitatem vivere poſſet, Socinus conſ. 26. volum. 2.
Gregor. Lopez. in l. fin. in verbo que fuiſſe enagenader.
tit. fin. part. 6. Eſcobar de ratiocin. comput. 6. n. 11. qui
dicit, hoc procedere tam tempore contractus quam
tempore, quo convenitur pro obligatione à ſe fa-
cta, qui etiam ita deciſum refert in Senatu Pincia-
no, Maur. Aretin. de fidejuſſ. ſect. 4. cap. 21. Cravett.
conſ. 613. volum. 4. num. 17. vel tandem, quando non
poteſt indemnis ſervari, * latè per Fontanell. de pact. 18
nuptial. lib. 1. clauſul. 4. gloſ. 18. part. 3. n. 52. Fabius
de Anna conſ. 73. numero 23. Theſaur. deciſion. 223.
Mart. voto 26. & Monterus deciſion. Aragon. 45. qui
dicit, Judicem facilem eſſe debere ad pronuncian-
dum, mulierem non ſponte contractui conſenſiſſe
ſed ad viri preces, & inſtigationes, Avendan. d. c.
11. de metu, n. 63.

Quibus ſtantibus attenta qualibet opinione ad-
fuit enormiſſima læſio in dicta obligatione, ſive
promiſſione facta per D. Portiam, maximè tempore
contractus, * cùm enim incluſis dotibus tempore con- 19
tractus D. Portia non habeat ducatos 40. mil. à qui-
bus deductis dotibus, de quorum fructibus non po-
terat conſtante matrimonio diſponere, vix remane-
bant extra dotes ad beneficium illius alij duc. 20.
mille, qui neque ſufficiebant ad ſolvendum dictos
annuos duc. 1200. pro quibus ſe obligavit, nec pote-
rat indemnis ſervari à viro, qui ſatis exiguum habe-
bat patrimonium, & debebat ſemetipſum cum tota
familia alimentare, cum octo, vel novem aliis filiis,
& hodiè quoque nec patrimonium eſt ſufficiens, ad
tale onus ſuſtinendum, cùm D. Portia tot habeat
filios, & totum ferè patrimonium ſit in annuis in-
troitibus cum Reg. Curia, ob quorum his tempo-
ribus difficillimam * exactionem ſatis minoris pretij 20
communiter æſtimentur.

Et tandem in caſu noſtro † nedum adfuit metus re- 21
verentialis, ſed etiam ferè compulſivus, nam quis
etiam precibus compelli poteſt, Afflict. deciſ. 69. n. 6.
& cùm metus ſit difficilis probationis, * etiam ex 22
conjecturis probatur Maſcard. de probat. concl. 1055.
num. 3. Menoch. de arbitr. caſu 136. de Ponte conſ. 44.
nu. 17. lib. 1. cùm autem * habeamus optimam metus 23
probationem ex ipſomet viro metum inferente, ut
inferius dicam, nulla poteſt eſſe dubitatio, hinc dixit
Bald. in l. fin. col. fin. Cod. de bon. mater. quod ſolum ſi-
lentium filij reputatur contradictio, §. cum ſequi-
tur Jaſon in §. quadrupli. nu. 64. Inſtit. de act. & alij
per Viſcont. * concluſ. juris in verb. metus, & quod ni- 24
mia perſuaſio habeatur loco coactionis, & compul-
ſionis affirmat Melchior Palaez in tract. major. part.
1. quæſt. 25. num. 9. Caſtill. quotidian. controverſ. lib. 3.
cap. 1. n. 112. Paſchal. de virib. patr. poteſt. part. 3. cap.
2. ſub num. 37. & hoc latè probat Peralt. in l. ſi quis in
principio, verſ. teſtamenti, num. 94. ff. de leg. 3. & ideò
mulierum maritatarum obligationes ad beneficium
virorum

virorum reſcindendas eſſe, veluti metu reverentiali exortas, habetur ex Caſtil. *dicto lib. 3. cap. 2. n. 150. Cavall. commun. contra commun. quaſt. 717. ex nu. 20. Grivell. deciſ. Senat. Dolan. 20. num. 27. Joſeph. Roman. conſ. 96.*

Nec dicatur, per contractum poſtea ſequutum tempore, quo quond. Reg. Montoya in Reg. Caria Madriti commorabatur fuiſſe metum porgatum, *l. ſi mulier*, juncta *gloſ. in verb. ratum, ff. de eo, quod metus cauſa, Afflict. deciſ. 220. num. 7. Baſilius de matrimon. lib. 4. cap. 17. Avendan. de metu, lib. 2. cap. 10. n. 20.* nam ultra quod re vera non eſt geminatio actus, ſed idemmet, qui in ſtipulationem fuit deductus, vigore promiſſionis factæ in dictis capitulis matrimoniali-
25 bus, * adhuc tamen quamvis geminatio actus adfuiſſet, attamen certum eſt, quod vivo marito, vel patre metus cauſa ceſſare non dicitur, *Everard. conſ. 19. pagin. 5. in principio Maſcard. concl. 2055. num. 34. 36. & 46. Theſaur. pater dec. 223. nu. 6.* & eadem cauſa metus durante, ſemper adeſſe præſumitur, Bart. *in l. 2. ff. de condit. ob turpem cauſam, Ann. alleg. 114. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 126. Seſſe deciſ. 60. lib. 1.* & alij per Avendan. *de metu, lib. 2. cap. 10. n. 25.* & per *Theſaur. quaſt. forenſ. lib. 1. quaſt. 51. n. 19.* qui etiam ex *Bart.* & aliis probat, quod eadem cauſa metus ſubſiſtente, geminationes actuum, juramentum, & quæcunque clauſulæ, & omnes alij actus, etiam ex intervallo ſubſequuti, metu celebrati contractum
26 non confirmant, * nec metus purgationem inducunt, qui etiam de communi teſtatur, & dicit, *non inveniſſe* Doctorem contrarium tenentem, quod etiam confirmat *Gamma deciſ. Luſitan. 346. num. 6. Surd. conſ. 513. nu. 51. lib. 4.* & probat *text. in cap. 1. ubi gloſ. de his, quæ vi metuſvè cauſa, l. ſi per vim, C. qui metus cauſa. Antonius Padilla in l. interpoſitas, num. 24. ff. de tranſact. Gallerat. de renunciat. lib. 5. cap. 5. nu. 11. Molino de ritu nupt. lib. 1. comparat. 3. n. 34. Chriſtoph. de Anguiano de legib. lib. 2. controv. 5. nu. 15. verſus fin.*

27 Quod procedere etiam marito abſente, † dixit Angel. *in l. ad invidiam, C. quod met. cauſ. Bald. in l. 2. C. eodem tit. Alex. in l. ſi cum dotem, §. eo autem tempore, ſub num. 11. verſic. adde etiam prædictis,* ubi dicit, hanc opinionem veriorem eſſe, reſpondendo ad *Paul. de Caſtr.* contrarium tenentem, *ff. ſolut. matrim.*

Ultra quod in hoc ſecundò, quem pars vocat contractum, quamvis non intervenerit Regens Montoya, ex quo in Hiſpaniis degebat, pro eo, & tanquam ſuus procurator intervenit quondam Michael Vaaz, Comes Mola, & per procuratorem qui eſſe præſens dicitur, *Bart. in l. fin. §. inter eos, ff.*
28 *de verb. oblig.* cum concordantibus, * eòque magis, quia, ut idem Regens in ſuo ultimo elogio aſſeruit, eadem Comitis perſona uſus fuit, dum erat hic Neap. ad cogendam uxorem ad firmandum capitula matrimonialia, erat enim ipſius valde intrinſecus, & ami-
29 cus familiaris, † ita ut merito alter ipſe denominari potuerit, *Graſſ. de effect. amicitiæ, n. 93.*

Et tandem certum eſt quod tempore, quo fuit prædictus ſecundus contractus celebratus, jam D. Franciſcus promiſerat ex fructibus dotalibus facere multiplicum per annos novem, tam pro prædictis annuis doc. mille, & ducentum, quam etiam pro
30 antefato promiſſo: alias enim forſan * D. Portia prædictam ſecundam ſtipulationem minimè feciſſet, niſi ſecuta eſſet, aliquid non ſoluturam, ex quo ſequitur, quod cùm D. Franciſcus ex parte ſua non adimpleverit, quamvis oriatur actio ex contractu promiſſionis, attamen ex dicto contractu oritur exceptio adimplementi non ſecuti, ex *text. in l. Julianus, §. offerri, de act. empt. & l. venditor, §. fin. ff. commun. prædior. Gomeſ. var. reſolut. tom. 2. de*
31 *contract. cap. 8. Bald.* † *in l. pacta conventa, in princ. de pact.* facit etiam regula, quod frangenti fidem, fides non eſt ſervanda, *l. cum proponas, C. de pact. l. quæro, §. inter locatorem, ff. eod. titul. Afflict. in cap. 1. §. ſed nec alia juſtior, nu. 36. quæ ſit prima cauſa benef. amitt.* Inſtitutio enim pacta ſervabo proceſſit de ore Dei, ut per *Bald. in conſil. 366. lib. 3. & Proverb. 5.* dicitur, *Fili, ſpopondiſti, † illaqueatus es verbo oris tui,* & 32
rumpere pacta grave eſt, non ſolum apud homines, ſed apud Deum, ſoletque dici: *Pacta ſerva, alias malus exitus tibi erit,* prout hæc, & alia cumulat *Becc. conſ. 45. nu. 6. & ſeq. volum. 1.* dicens *num. 26.* quod hæc maximè procedunt in promiſſione * ex cau- 33
ſa oneroſa, *Dec. in l. traditionibus, Cod. de pact. & Roland. in conſ. 13. nu. 45. lib. 2. Soc. jun. conſ. 78. nu. 3. lib. 2.* quòd procedere nedum in contractibus innominatis, ſed etiam nominatis, ſunt clara jura *in l. 2. C. de condit. cauſa data, & in l. cum te, C. de pact. inter empt. & vend. ubi Bald. Salicet. Caſtr. & alij, Abb. in c. verùm, verſ. undè concludo, de condit. appoſ. Corn. conſ. 201. vol. 1.*

Quod quidem certiſſimum eſt, * quando una pro- 34
miſſio reſpicit aliam, nam etiam quod fiat diverſis temporibus ſemper dicitur correſpectiva, ſufficit enim quod ad eundem finem ſit facta, ut probat Stephan. Grat. *diſcept. forenſ. lib. 2. cap. 272. nu. 26. cum ſeqq. Mar. Cutell. de donat. inter patr. & fil. contempl. matr. tract. 2. diſcur. primo, n. 70.* Hinc Becc. *in conſ. 50. eod. vol. 1.* in ſpecie de donatione facta * ob an- 35
nuam promiſſionem cauſa non ſecuta revocari, firmat, ut *n. 14.* ex *l. 1. C. de condit. cauſ. data.*

His autem tanquam veriſſimis præſuppoſitis pars forſan duobus modis inſurgit, & primò, quod hic ſecundus contractus promiſſionis annuorum ducatorum, mille, & ducentum, eſt poſterior contractui promiſſionis factæ per D. Franciſcum cum revocatione omnium aliorum contractuum antea factorum in præjuditium ipſius. Secundò opponit quod tractatur de promiſſione facta in contractu matrimonij, * quæ irrevocabilis eſt. ad *deciſ. Vincent.* 36
de Franch. 205. Guid. Pap. deciſ. 145. quas ſequuntur alij moderniores, ut per Hodiern. ad Surd. *deciſ. 322. num. 30.*

Ad primam oppoſitionem dicemus, hunc ſecundum contractum præter ea, * quæ ſupra diximus, 37
eodem morbo laborare, prout primus, certum eſt, quod ſubſequens contractus cenſetur factus, in exequutionem præcedentis promiſſionis, ex text. *in l. 3. §. verùm, ff. de manumiſſ.* tradit Surd. *in conſ. 202. & in deciſ. 17. num. 6* ubi in caſu fortiori concludit, quod ſi ex capitulis præcedentibus apparet aliquid promiſſum à partibus, & inde ſequatur inſtrumentum, omiſſa dicta promiſſione, non eſt derogatum promiſſioni primæ, * ſed dicta in capitulis habentur 38
pro repetitis in inſtrumento ſubſequenti, & facto in exequutionem primæ promiſſionis, *Theſaur. qq. forenſ. lib. 1. quaſt. 1.* nam ſequens actus præſumitur factus ex cauſa neceſſaria, ut poſt Crav. *in conſ. 108. n. 8.* idem Surd. *in dec. 288. n. 30. Innoc. in c. tunc erit, de arbitr.*

Et in hoc videatur Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 297. n. 15. & ſeqq. tom. 2.* nam poſt Mantic. *de tacit. & ambig. convention. lib. 13. tit. 40. num. 26. & 17.* concludit, * quod licèt donatio facta contempla- 39
tione matrimonij, vel ob cauſam clericatus non poſſit revocari, nec poſſit filius aliquid promittere, per quod donatio contemplatione clericatus diminuatur, attamen quando intuitu donationis aliquid filius promittit, tunc debet illud adimplere, nam donatio cenſetur facta intuitu promiſſionis, & promiſſio intuitu donationis.

Et ex his etiam * reſolvitur ſecunda oppoſitio de 40
donatione facta contemplatione matrimonij, ſiquidem ratio, quare ſit irrevocabilis donatio facta contemplatione matrimonij, illa ab omnibus conſideratur, quia dum partes, ut ditiores filias collo-

cent

cent propria enervant patrimonia, non debent decipi mulieres ex occultis, & doloſis revocationibus, & tatrotraditionibua, & ſic loquitur in eo caſu, quando donationes taliter factæ in totum, val in partem tevocantur, nullo tamen jure cautum reperitur, ut vir tem taliter donstam hypothacata, vel de fructious dotis diſponere ad libitum non poſſit, ut in ſpecia tradit de Ponte *conſ.* 80. *num.* 15. ex qua ratione, donationem contemplatione matimonii obnoxiam eſſe eteditoribus mariti abſqoa dubio oſtendit, quod etiam optimè fuodat Pater Andreas Mol-
41 feſ. *in conſ.* 11. * ubi in fortioribus terminis fundat, puſſe virum fructus doustionis contemplatione mattimonii ſibi factæ in beneficium patris donantis daie, ſi maritus poteſt promiſſionem adimplera, nam certum eſt, quod maritos ſit dominus fructuum
42 dotis, * *l.* 1. *&* 2. *& l. dotu fructus, ff. de jur. dot. l. pro oneribus, C. eodem tit.* & propterea cùm ſint ſufficientes ad ejua familiam commodà ſuſtentandam, poteſt aliis ad ſui libitum diſponata, & hoc procedit
43 in foro conſcientiæ, Molin. * *de contract. diſput.* 4. 23. *num.* 5. *& diſput.* 432. *num.* 4. hinc habamua, qood quamvis mulier ob vargentiam viri ad inopiam ſit pro ejus dotibus, & juribus dotalibus aſſecurata, attamen da quo ſuperaſt, demptis neceſſariis alimentis ſunt ſatiafaciandi craditores viri, ut per Franc. *in deciſ.* 617. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 5. *cap.* 857. *num.* 24. Viſcont. *concluſ. juris, in verb. fructus dotis, & in verb. mulier, in fin.* & eſt doctrina *Bart.* communiter recepta *in l. ſi conſtante, in* 7. *q. ff. ſolut. matrimon.* alii per *Franch. in d. dec.* 617. *n.* 4.

44 Et hoc in terminis fuit deciſum per S. C. in anno 1616. in cauſa Marchioniſſæ Cluſani in Aula Conſiliarii de Franchis, quod talis tatroceſſio de fructibus, nedum dotis, ſed etiam donationis contemplatione matrimonii valida ſit, quamvis S. C. ſequutum ſolidum æquitatem habuerit rationem, ut uxor commodè vivere potuiſſet, in raliquo verò valere retroceſſionem judicavit, ut refert *Malfeſ. in* 2. *par. in addit. ad d. conſ.* 11. *n.* 17. *cum ſeqq.*

45 Nec qoidquam conturbat deciſio relatà per Franciſc. de Amic. *in tit. de hu, qui feudum dare poſſ. §. nalus,* * *fol.* 21 *a. à ter.* in cauſa Marchioniſſæ Vaſti cum D. Carolo d'Avalos ejus filio, & D. Sueva Jatualda ejus nuru, ex doctrina *damnata memoria Authoris*, quia quamvis fructus ſint viri, & non mulieris, tamen ſunt deſtinati pro oneribus matrimonii, ibi enim ſupponitur, omnes fructus neceſſarios eſſe ad onera mattimonii ſuſtinenda, & hoc eſt qood fuit deciſum per S. C. in dicta cauſa Marchioniſſæ Cluſani, quod de fructibus excedentibua neceſſaria ad onera matrimonii poſſit vir diſponera, & ſic deciſiones nedum non ſont contrariæ, ſed concordant, in caſu autem noſtro habemus dotes uxoria D. Franciſci duc. ſexaginta mille, utroſque conjuges in ea ætate: ut non decebat extra paternas, & maternas domos habitare, & ſic certum eſt, quod admodum commodè per annos novem potarat vir de annuis duc. mille, & ducantum diſponera.

Quibus accedat, quod de his fructibus non in benaficium matris, vel patris diſponabat, ſed ipſorummet conjugum, & ejus filiorum, panes quos ſamper, & in perpetuum capitale multipliei faciendi ex dictis fructibus remanere debebat, & in nihilo mulier lædebatur, habuiſſa anim annuos ducatos mille, & ducantum, & amplius capitale moltiplici, etiam pro hæredibus, & ſucceſſoribus, & hæc quoad primum articulum.

46 Quo verò ad ſecundom, * qoamvis vulgatis ſit regula, quodquicquid mulier conſtanta matrimonio acquirit, ex bonis mariti quæſita eſſa præſumantur, quæ elicitur ex *text. in l. Quintus Mutius, ff. de donat. int. vir. & uxor. & l. etiam C. eod. tit.* ubi Bart. & *alii DD. & in l. cum oportet, C. de bonis, quæ liberis,*

cum concordantibus tamen tanquam regula multas habet fallentias, major pars quarum concurrit in caſu noſtro.

Et quamvis in hac cauſa ſit non datus terminus, tamen ex nunc ex ſcripturis præſentatis, & ex patetiris ex publicis Bancis axtractis multa in facto deducuntur, quæ clariſſimè partis prætenſionem excludunt.

Et Primò hic habemus, nedum meriti declarationem in ejos teſtamento hic Neapoli ſtipulato, antequam diſcederet ab hac Civitata, ubi in ſpecie dixit, omnia bona eſſa D. Portiæ, vel ſua induſtria quæſita, * verùm in extremo ejus vitæ ſpiritu cùm non poſ- 47
ſet omnia in ſcriptis in ejus teſtamanto exprimere, communicavit ſuam voluntatem Excellentiſſimo Montiſleonis Duci, cui poteſtatem dedit faciendi, & reformandi ſuam diſpoſitionem, qui maturè negotio conſiderato, & habita informationa, nedom ex bis, quæ taſtator ipſi alloquotos fuerat, ſed ex aliis cauſis ſibi banè viſis, & conſideratis hanc eandem declarationem confirmavit, ex qua declaratione oritur limitatio ad regulam prædictam ax dicta *l. Quintus Mutius*, ceſſat enim illa præſumptio, fuiſſe bona quæſita da bonis viri, quando ipſe idem declaravit, & confeſſus fuit pecuniam eſſe uxoris, ita poſt Alberic. Salic. Socin. *Joan. Lopez, &* alios firmaverunt Gabrial. *comm. opin. tit. de præſumpt. præſ.* 15. *limit.* 4. *n.* 15. *&* Menoc. *de præſump lib.* 3. *pr.* 51. *a.* 27. * & quamvis aliqui contradicant, quis iſta con- 48
feſſio inter prohibitos donare non admittitur, attamen aorum opinio procedere poteſt, quando maritus emendo dicat, da propria pecunia uxoris emere, ſecus tamen quando mulier marito præſente, & tacanta, vel expraſsè confitente emit, tunc enim illa præſumptio turpis quæſtus omnitò ceſſat, & bona ſunt mulieris declaranda, ut poſt alios dixit *Alciat, tract. de pr. reg.* 3. *pr.* 26. *numero* 10. *&* Gabr. *in loco* citato, *num.* 20. Menoc. *num.* 29. Joſeph. Ludov. *dec. Peruſ.* 12. *nu.* 22. ubi ita daciſum tradit. *Maſcar. de probat. concluſ.* 30. *numero* 18. Fab *in ſuo Cod. tit. de probat. diffin.* 41. qui etiam Senatus deciſionam allegat, per ipſummet relatam *in tit. ſi quis alteri, vel ſibi, diffin.* 9. & qoamvia hæc opinio ſuos habeat contradictores, ut diximos in *Conſultat.* 44. *num.* 22. tamen ceſſat dubium, quando maritus in eadem voluntate perſeveraverit uſque ad mortem, quia tunc habatur, ac ſi rem emptam uxori donaſſet, ut diximus *ibid. n.* 23. maximè quando adeſſet veriſimilitudo *num.* 24.

Secundò ceſſat præſumptio, ubi mulier contrarium oſtenderet, quando ſcilicèt apparet, quod muliat extra dotem habeat * bona paiafernalia vel 49
aliundè ſibi pervenientia, quia tunc ex bonis ſuis, & non mariti quæſitum præſumitur, & in hoc caſu ceſſant omnia contraria circa mariti confeſſionem, prout deciſum fuit per *Rot. Roman. dec.* 607. ex recollectis per *Farin. in penult. vol.* & fuit etiam deciſum in Senatu Pinciano in anno 1582. ut refert *Fontanell. de pact. nupt. lib.* 2. *clauſ.* 7. *gloſ.* 3. *part.* 15. *n.* 35.

Quod quidem ab omnibus admittitur, etiam ab illis, qui tenent, * confeſſionem mariti non ſufficere, 50
eo enim ipſo, quod habet bona propria ſtatur confeſſioni mariti Salic. *in l. ſi mater, C. de contrab. empt.* Grat. *conſ.* 54. *num.* 26. *vol.* 1. *&* Maſcard. *de probat. conclu.* 30. *n.* 8. Et qoidem ax partitis jam productis ſatis liquat, D. Portiam extra dotes ab ejus matre, fratribus, & aliis conſanguineis multa milliaria ducatorum habuiſſe.

Tertiò, * ceſſat præſumptio in muliere induſtrioſa, 51
quia tunc bona ax ſua induſtria quæſiviſſa præſumitur, ut per Bald. *in l. cum oportet, C. de bonis, quæ liberis,* Joannes Lopez *in repetit. rub. de donat. int. vir. & uxor, §.* 60, Gabriel, *in dict. concluſ.* 15. *n.* 12. nec huic

opinioni contradicit quod dixit *pract. Papienſ. in for-*
52 *ma libelli, quo mulier agit ad dotem*, & Ant. Fab. *in*
dict. diffin. 41. *tit. de probat.* *quia mulier tenetur ope-
rari viro, à quo conſequitur alimenta, *l. ſed & ſi vi-*
rum, in princ. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. ſicut ff. de
ope. libe. nam rectè reſpondet Menoc. *in dict. lt. 3. pr.*
53 51. *nu.* 33. * muliatem teneri præſtare operas reveren-
tiales, & obſequiales marito, non autem induſtria-
les. *l. ſicut, ff. de oper. liber. &c. quod dic.* 33. *qu.* 5. ex
doctrina Bald. *in d. l. etiam, col. 2. C. de cond. inſert.*
Boër. *dec.* 81. *n.* 4. & hanc etiam opinionem latè defen-
dit *Alciat. de præſumpt. regula* 3. *pr.* 26. *nu.* 4. Mare-
ſcott. *var. reſol. c.* 82. *lib.* 2. *n.* 11. Ricc. *collect.* 190. & in
caſu noſtro habemus mariti declarationem, bona
quæſiviſſe D. Portiam ex ipſius induſtria facta ex
propriis bonis, & non ſui viri, & revera per inter-
medias perſonas matris, fratrum, & conſanguineo-
54 rum ipſiuſmet D. Portiæ, *ex quibus multa probantur
ex partitia Banci, & meliùs probabitur per teſtes, ſi
terminus impartiatur, fuiſſe per ipſam plures nego-
tiationes factas, *Joan. de Neviz. in ſua ſylva nupt.*
lib. 4. *nu.* 19. Segur. *in tract. de bonis lucratis, &c. nu.*
207. & veriorem, & magis communem dixit *Rip.*
reſponſ. 124. Gramm. *decıſ.* 54. *nu.* 4. & 9. & hanc *Bal.*
opinionem veriorem exiſtimat *Alciat. in d. præſum.*
26. & eum ſequitur *Maſcard. de probat. concluſ.* 30.
ſub n. 18.

Quartò, ceſſat omninò præſumptio, quando ap-
paret, mulierem habuiſſe pecuniam à conſanguineo,
55 vel conſanguineis, * ut dixit *Bald.* ab omnibus ſecu-
tus *in d. l. cùm oportet, nu.* 14. ex ſententia *Cyni, &*
Riccardi Malumbræ, nam tunc bona quæſita per
mulierem non præſumuntur de bonis viri acquiſita
ſed de bonis ſuis, & in hoc caſu, quod in clarıs ver-
ſamur, habetur ex *Caſſaneo conſ.* 29. *num.* 12. Cravett.
conſ. 61. *nu.* 7. Alciat. *d. præſump.* 26. optimè per *Me-*
noc. dict. pr. 51. *n.* 36. *Gabr. in titul. de pr. concl.* 15.
n. 13. quod eſt omnibus notorium.

Quintò certiſſimum eſt in facto, quondam Re-
gentem Montoya ſatis pauperem fuiſſe, & ipſemet
56 confitetur, *quod nedum tempore matrimonii nihil
habebat, ſed quod duc. quatuor mille ſuis credito-
ribus debebat, & nupſiſſe mulieri diviti, cum paren-
tibus, & conſanguineis ditiſſimis, quo caſu omnes
uno ore concludunt, non ex bonis mariti, ſed ip-
ſiuſmet mulierem quæſiviſſe, prout poſt alios, quos
allegant, voluerunt *Alciat. d. præſumpt.* 26. Gabr. *d.*
concluſ. 15. *nu.* 24. Menoc. *d. præſumpt.* 51. *nu.* 38. Maſ-
card. *d. concluſ.* 30. *ſub num.* 18. *verſ. ſecundò limita-*
tur, quod maximè procedit in marito extero, qui
commigravit ad domum uxoris, *Cravet. conſil.* 61.
num. 7. videndus *Cacher. dec.* 140. alii per prædictos
allegari.

Et tandem illud certiſſimum eſt, & ab omnibus
uno ore approbatum, quod quamvis diſpoſitio *l.*
57 *Quintus Mutius* * procederet, attamen non poteſt
vir, ſeu ejus hæres bona per muliarem quæſita ven-
dicare, ſed pretium, ita *Bart. in l. uxor marito, n.* 3.
Cod. de donat. & in l. & ſi inſtrumenta, ubi Joannes
de Platea, *Cod. de fid. inſtrum. & jur. haſt. ſiſc. lib.* 10.
Ant. Gabr. *d. concluſ.* 15. *num.* 14. Boër. *d. deciſ.* 81. &
alii allegati per *Menoc. dicta præſump.* 51. *n.* 42. ſic-
que non poteſt dicere D. Franciſcus, quod ampno-
nes factæ per D. Portiam ſint ejus patria, nec illas
vendicare, quò verò ad pretium, jam ex partitia Banci
apparet omnes quantitates pecuniarum à marito eſ-
ſe perventas D. Portiæ, ex quibus etiam apparet,
quod inter ipſos conjuges aderat negotiatio, ex quo
aliæ adſunt abſque cauſa, aliæ verò cum cauſa, vel
per altri tanti, vel pro illis expendendis pro ſervitio
domus, de quibus quantitatibus perventis prompta
eſt D. Portia rationes reddere, & jam ex ipſiſmet
ſcripturis præſentatis clarè liquet, quod omnes ex-
penſæ pro ſuſtentatione domus, & familiæ efficie-
bantur per D. Portiam, ſolvendo etiam penſiones
domorum, ubi pro tempore habitavit dictus quon-
dam Regens, ac etiam pro veſtibus ejuſdem viri,
quod apparet ex atteſtationibus ad revelationem ex-
communicæ Rationalis Regiæ Cameræ Sanchez,
& Morales, per intermediam perſonam, quorum
omnia in domo tractabantur, & de quibus maximè
prædictus Regens confitebatur, ut eſt notorium, & re-
ſpectu Rationalis Sanchez apparet ex teſtamento
ejuſdem Regentis Joannis de Montoya.

Quibus etiam accedat continuatio augmenti fa-
cti per D. Portiam tam poſt diſceſſum Regentis in
Hiſpaniam, quam poſt ejus mortem, ut in nota facti
fundatur, in quo nulla poteſt eſſe controverſia, ſi-
quidem diſpoſitio tex. *in l. Quintus Mutius* * proce- 58
dit tantùm conſtante matrimonio, vel ad plus intra
annum luctus, ut per Alberic. *in d. l. etiam, C. de do-*
nat. int. vir. & uxor. Bald. *in conſ.* 139. & alios allega-
tos à Menoc. *d. præſumpt.* 51. *n.* 14. & à *Maſcard.*
concluſ. a ca. & Surd. *in conſ.* 196. *nu.* 61. *lib.* 2. appa-
ret ergo, non ex pecunia viri, ſed ex pecunia ſua,
& ejus induſtria bona per ipſam, tam conſtante ma-
trimonio, quam poſt, fuiſſe quæſita.

Verùm quando omnia iſta ad favorem D. Portiæ
deeſſent, veniamus ad facti irrefragabilia veritatem,
& certum eſt, quondam Regentem Montoya nihil
in bonis tempore matrimonii habuiſſe, ut ſupra di-
ximus, dum fuit Regiæ Cameræ Præſidens omnibus
patet, quid ex illo miniſterio quolibet anno habere
potuit. & ſic etiam poſtquam fuit Proregens, & de-
indè Regens ſcimus etiam adfuiſſe in Regia Doha-
na, & per aliquot annos habuiſſe annuam proviſio-
nem ex patrimonio Principis Biſiniani, & ſic cui-
libet notum eſſe poterit, quid potuit ad ipſum perve-
nire, quibus conglutinatis cum introitibus dotali-
bus, videamus ſi illi erant ſufficientes ad manuten-
tionem domus, & alias expenſas erogatas per prædi-
ctum Regentem, & tamen apparet ultra prædictas
expenſas, augmentaſſe ejus patrimonium in duc. no-
vem mille relictis tempore mortis, ponamus modò
iſtas duas conjecturas, altera videlicèt, quod mu-
lier ad evitandum turpem quæſtum præſumitur
quæſiviſſe de bonis viri, cum alia conjectura quæ
facit ad favorem D. Portiæ, quod ſi vir ultra ex-
penſas prædictas patrimonium in ea quantitate au-
xiſſet, neceſſe eſt fateri, ex turpi quæſtu eidem bona
perveniſſe, cùm ea, quæ ſibi jure licito pervenerunt,
non poterant pro omnibus ſufficere, & omnibus
notum eſt, prædictum Regentem fuiſſe omnibus
numeris abſolutum, & bonæ opinionis, & famæ,
quibus ſtantibus ponderentur, quæſo, iſtæ duæ con-
jecturæ ſeu præſumptiones: videmus etenim uxorem
divitem cum parentibus, & conſanguineis ditiſſimis,
& eis dilectiſſimam, induſtrioſam, & ad augendum
patrimonium deditiſſimam, maritum pauperem,
bonæ opinionis, & famæ, qui cum ejus annua pro-
viſione, & aliis licito jure obventis domum cum
omni apparatu, & decore ſuſtentavit, non indu-
ſtrioſus, nec unquam aliquam fecit negotiationem,
immò etiam domus propriæ gubernium uxori reli-
quit, & ponderemus, quæ firmior, & validior ſit
præſumptio, clarum eſt enim ex præſumptione va-
lidiori perimere debiliorem, * *l. Divus, ubi gloſſ. in verb.* 59
exiſtimari, ff. de in integr. reſtit. l. non ſolum ff. de rit.
nupt. l. quia autem, §. non ſimpliciter, ff. ſi quis omiſ-
ſa cauſa teſtamenti, cum aliis cumulatis per *Me-*
noc. de arbitr. judic. lib. 2. *caſu* 472. & *de præſumpt.*
lib. 1. *q.* 30.

Hinc etiam videmus, quod plures concurrunt
conjecturæ, * & præſumptiones de bonis propriis fuiſ- 60
ſe factum augmentum, habemus enim viri confeſſio-
nem donationes, & elargitiones à conſanguineis in-
duſtrioſis, & quod proprium habuit patrimonium,
& maritum pauperem, & alia ſupra dicta pondera-
ta,

ta, è contra autem nihil aliud conſiderari poteſt, niſi regula illa ad evitandum turpem quæſtum, & quando plures præſumptiones uni adverſantur, illam convincunt, *Bal. in l. non ignorat*, *n.* 5. *C. qui accuſ. non poſſunt*, Dec. *conſ.* 470. *num* 10. Crav. *conſ.* 149. *n.* 16. Alex. *conſ.* 30. *nu.* 12. *lib.* 2. Soc. jun. *conſ.* 26. *n.* 13. *lib.* 4. Menoc. *de præſumptio*, *lib.* 1. *præſum.* 30. *n.* 4. &
61 præſumptio * hominis validior periméte facit legis debiliorem, Soc. ſen. *in l. cùm avus*, *n.* 8. *verſ.* 12. *allegabatur*, *ff. de condit. & demonſtrat.* Menoc. *ubi ſupra*, *n.* 5, & iſtæ præſumptiones pro D. Portia excludunt delictum viri, & ſic potentior, & firmior judicari debet, Anchar. *conſ.* 179. *ad finem*, Dec. *in c. in præſentia*, *de probat. in* 12. *notab*, Gomaſ. *de grat. & expe-*
62 *ctat. n.* 80. Menoc. *præſumpt.* 29. *numero* 18. * Et demum præſumptio pro reo firmior eſt quam pro actora, Manoc. *de arbitr. caſ.* 472. *numero* 25. Alciat. *præſumpt.* 21, *reg.* 2. & idem Menoc. *l.* 2. *præſumpt.* 90.

Nec movere debet circumſpectiſſimos, oculatiſſimoſque Judices, quod D. Franciſcus filius jam multos habet filios, nec aliquid habuit ex bonis paternis, vel maternis, & reſpectu ejus uxoris amplam dedit dotem, ſiquidem quamvis prædicta de jure nihil faciant, attamen erit conſiderandum, quod D. Franciſcus fructus ampliſſimarum dotium omnes expendit, nec ad augendum patrimonium unquam animum habuit, & tandem non largos ſumptus, pro ſuſtentatione domus fecit, immò per plures annos extra Neapolim commoratus fuit, è contra ipſa D. Portia Neapoli permanſit, domum cum decore ſuſtentavit, & patrimonium auxit, & quotidiè auget ad beneficium filiorum.

Nec unquam matrimonium fuit factum per quondam Juliam Muſertulam uxoris D. Franciſci matrem, habito reſpectu ad patrimonium Regentis Montoya, omnes enim ſciebant, ſatis pauperem eſſe, ſed habito reſpectu ad officium, & miniſterium Regentis, quod quotidiè Neapoli practicatur, nec poterat habere reſpectum ad bona ipſius D. Portiæ, quia major pars bonorum per ipſam fuit poſt matrimonium quæſita, illo etiam tempore plures habebat filios, quibus neceſſaria ad victum deficere non debebant, prout hodiè quoque ejus ſumptibus eos alit, quibus ſtantibus omnia concurrunt ad excluſionem prætenſionis D. Franciſci in utroque capite.

Hæc cauſa quoad primum articulum fuit amicabiliter inter matrem, filium tolerabili tranſactione ſopita, quo verò ad ſecundum, ſemper permanſit D. Portia in poſſeſſione omnium bonorum per ipſam quæſitorum.

OBSERVATIO IN CONSULT. LIV.

ARGUMENTUM.

Quæſtiones proponuntur, quarum ſingulæ *Tractatus* indigerent, De S. C. Velleiani beneficio; an mulier ſe obligans ex cauſa dotis, vel antephati, vel donationis propter nuptias factæ à filio, vel nepote ſuæ uxori, juvetur Velleiano; Et an in donatione contemplatione matrimonii facta à matre ad favorem filii de parte dotis? Explicantur *text. in l. ſi dotare*, *l. final. & Auth. ſi qua mulier*, *C. ad S. C. Velleian.* Quodnam tempus attendendum muliere allegante S. C. Velleiani beneficium? Et de rerum qualitate probanda allegato Velleiano, De renunciatione facta beneficio S. C. Velleiani in privata ſcriptura contra formam à *Juſtiniano* præſcriptam *in l. antiqua*, 23. *C. ad S. C. Velleian.* Laudatur eruditiſſimus *D. Jo. à Sande in dec. Friſic.* Caſus etiam diſputatus in S. C. teſte *Reg. de Marinis*, ſed non deciſus. Et quid judicandum, ſi renunciationi Velleiani factæ in Albarano, ſeù alia quavis privata ſcriptura contrà formam *cit. text. in l. antiqua*, præceſſerit Regia diſpenſatio, an ſcilicèt hæc diſpenſatio tollat quoque obſtaculum nullitatis ob omiſſionem formæ in *cit. l. antiqua*? Et negativè concluditur cum diſtinctione caſuum, adducta etiam *cautela* ſervanda à perito Advocato in terminis ejuſdem *tex. in cit. l. antiqua.* Renunciatio generalis S. C. Velleiani non includit renunciationem *tex. in d. l. antiqua.* Efficacia Regiæ diſpenſationis pro Velleiano, an vires porrigat ad auferendum obſtaculum metus mulieri illati? Et agitur quoque de metu concurrente cum Velleiani beneficio. Metus reverentialis ſolus an ſufficiat ad invalidandum actum? *R. Latr. in hac Conſult.* 54. adducitur per *Conſ. D. Altimar.* in noviſſimo, & aureo *Tractat. de nullit. contract.* Metus reverentialis, tanquàm probatio præſumpta, alia probatione non indiget juxtà doctiſſimum *D. Maradei in prax.* cujus verba tranſcribuntur. Metus reverentialis quando dicatur inductus. Inſtrumenti executio, & proceſſus executivi rigor, an impediatur, vel retardetur propoſita exceptione metus. Ad ornatum *Conſultationis* adducuntur plures caſus notabiles circà exceptionem *non implementi.* *Correſpectivorum* regula, & natura *remiſſivè* traditur, laudato *Conſ. D. Altimar.* De irrevocabilitate donationum contemplatione matrimonii. Illuſtratur *Conſultatio* doctrina *Jacobi Cujacii.* Et deniqua proponitur materia *text. in l. Quintus Mutius*, *ff. de donat. inter vir. & uxor.* cujus principaliores fallentiæ panduntur; Et an præſumptio *l. Quintus Mutius* poſſit à quocumque allegari; Et num tempus acquiſitionis præcisè ſit probandum in terminis *l. Quintus Mutius*? Referuntur *Anton. Merend. Urceol. Actelm.* aliique moderni. Cum aliis.

SUMMARIUM.

1 *Mulier ſe obligans ob cauſam dotis, an juvetur Velleiano.*
Text. in l. final. C. ad S. C. Velleian. *in cujus intellectu* Anton. Merenda *carpit* Præſ. de Franch. *Eod. num.* 1.

2 *Mulier ſe obligans ſimul cum viro, tunc, ſivè ex cauſa dotis, ſivè antephati, an Velleiano juvetur per* Auth. ſi qua mulier, C. eod.

3 Reg. Latro, & Conſ. Hodierna *ampleant, ut nec pro dote communis filiæ ſuſtineatur obligatio.*

4 Author in obſerv. ad Præſ. de Franch. *taxat opinionem* Reg. Latr. & Conſ. Hodierna. *Et ratio adducitur ibidem.*

5 *Mulier, quod poſſit fidejubere ob cauſam dotis, intelligendum eſt, quoties mulier pro dote ſe obligaverit matrimonio adhuc non contracto, ſecùs ſi poſt contractum matrimonii.*

6 *Mulier ſe obligans pro donatione propter nuptias facta à filio, vel nepote ſua uxori, non juvatur Velleiano.*

7 S. C. *Velleianum locum non habet in donatione contemplatione matrimonii facta à matre ad favorem filii de parte dotis, neque requiritur diſpenſatio* Pragm. ad Velleianum.

8 *Mulier major, an in ſimul cum viro poſſit ſe obligare pro dote communis filiæ? Et num.* 9.

Auth. ſi qua mulier, C. ad Vell. *an pugnet cum* text. in l. final. C. eod. *Eodem n.* 8.

Tempus attendendum ad effectum inducendæ indotationis, vel enormiſſimæ læſionis ad beneficium mulieris allegantis Velleianum; Eodem num. 8.

R*erum obligatarum qualitas an ſit probanda in terminis S. C. Velleiani; Eod. n.* 8.

Uxore tempore interceſſionis non habente alia bona, quàm extradotalia illi obventa, conſtante matrimonio, quid pronunciandum? Eod. n. 8.

9 *Alii Authores remiſſivè adducuntur pro intellectu* text. in l. fin. cum concord. C. ad Velleian. *Et num.* 10.

11 *Noverca, quæ ſe obligavit pro dote privignæ, an juvetur Velleiano?*

12 *Renunciatio S. C Velleiani in privata ſcriptura, etiam recognita non ſubſiſtit.*

13 R*enunciatio S. C. Velleiani non includit renunciationem* text. in l. antiquæ, 23. C. ad Vell.

14 *Intellectus* text. in l. antiqoæ, 23. C. ad S. C. Velleian. *diſputatus in S. C. teſte* Reg. de Marin.

15 *Diſpenſatio* Reg. Prag. ad Velleian. *interpoſita prævio ſimplici memoriali pro obtinenda* Regia *diſpenſatione Velleiani, an tollat obſtaculum* cit. l. antiquæ, *caſu quo obligatio cum renunciatione poſtmodum facta ſit in albarano, aut alia ſcriptura privata; Et num.* 16. *cum ſeqq.*

17 *Aſſenſus intelligitur, prout jus diſponit.*

18 *Decretum ultrà Regiam diſpenſationem* Prag. ad Velleian. *requiritur, prout in alienatione rerum minoris, quando mulier eſt minor.*

19 *Supplicatio reſtricta ad ſimplicem diſpenſationem Velleiani non porrigitur ad alias ſolemnitates.*

20 *Et quid in terminis memorialis porrecti pro obtinenda Reg. diſpenſatione* Pragm. ad Velleianum, *& in eod. m memoriali reperiatur expreſsè enunciata obligatio cum renunciatione mulieris facienda in albarano, ſeù alia ſcriptura privata? Et numero ſeqq.*

21 *Aſſenſus eſt ſtrictiſſimi juris, & quod non eſt in aſſenſu expreſſum, habetur pro omiſſo.*

22 R*eſcriptum diſpenſativum strictè eſt intelligendum.*

23 *Diſpenſatio circà unum defectum non porrigitur ad alium.*

24 *Obſtacula omnia ſunt removenda.*

25 Cautela *ſervanda in terminis* tex. in l. antiquæ, C. ad Vell.

26 Pragm. unic. de S. C. Velleian. *reſumitur.*

27 *Diſpenſatio* Reg. Pragm. ad Velleian. *paſſim obtinetur à Coll. Conſ. Et ſenſus celeberrimi* Reg. de Ponte.

28 *Diſpenſatio* R. Pragm. ad Velleian. *debet præcedere contractum.*

29 *Diſpenſatio Regia dumtaxat tollit obſtaculum Velleiani, & proindè non aufert metum mulieri illatum.*

30 *Metus probatione concurrente corruit mulieris etiam viduæ obligatio facta, etiam pro excarcerando filio, & prævia Regia diſpenſatione.*

31 *Metus reverentialis cum enormiſſima læſione junctus, in quo judicio, & quomodò ſit attendendus?*

32 *Metus reverentialis ſolus, & abſque concurrentia enormis, ſeù enormiſſimæ læſionis, an ſufficiat ad invalidandum actum?* Reg. Latr. *adducitur per* Conſ. D. Altimar.

33 *Metus reverentialis, tanquam probatio præſumpta, alia probatione non indiget ad contractum reſcindendum juxtà* D. Maradei.

Metus reverentialis an dicatur inductus ex ſola præſentia ejus, cui reverentia debetur? Eod. num. 33.

34 *Metus exceptio non admittitur ad impediendam executionem inſtrumenti, quando eſt illiquida.*

35 *Executivi proceſſus rigor retardatur, quando Judex ſuſpicatur de metu illato.*

36 *Exceptio non implementi duplici modo opponitur.*

37 *Exceptione non implementi jam oppoſita, num amplius ſit locus implemento; Et n.* 38.

39 *Exceptio non implementi nunquam cenſetur rejecta à ſtatuto rejiciente omnes exceptiones.*

40 *Exceptionis non implementi oppoſitio antè litem conteſtationem quid operetur? Quid etiam oppoſita poſt litis conteſtationem?*

41 *Exceptio non implementi num habebat locum ad impediendam executionem pro capitulis ſeparatis?*

42 *Exceptio implementi non ſequuti reſpectu unius obligationis non excludit petentem ex alia obligatione parte adimpleta.*

43 *Exceptio non implementi in uno capitulo non impedit executionem alterius capituli tranſactionis.*

44 *Solutio partis debiti non præjudicat quoad reliquum, ad finem opponendi exceptionem non implementi.*

45 *Exceptio non implementi impedit liquidationem inſtrumenti via Ritus.*

Maritus, qui promiſit renunciationem ſuæ uxoris, non poteſt agere pro conſecutione dotis priuſquam ex parte ſua adimpleat; Eod. n. 45.

46 *Exceptio non implementi, an, & quando retardet executionem obligationis Cameralis.*

47 *Correſpectivorum regula, & natura remiſſivè traditur.*

48 *Donationes, quæ fiunt filiis contemplatione matrimonii, an ſint irrevocabiles? Tranſcribuntur verba* Cujacii.

49 *Bona donata filiis contemplatione matrimonii, num poſtmodum per patrem in teſtamento ſupponi valeant fideicommiſſo?*

50 Text. in l. Quintus Mutius, ff. de donat. inter vir. & uxor. *explanatur, Et nu. ſeqq.*

Uxor ſi in inſtrumento acquiſitionis exprimat ſe acquirere de pecunia propria marito conſentiente, ſeù patiente, tunc ceſſat præſumptio, l. Qointus Mutius; *Eod. n.* 50.

51 *Bona fuiſſe uxoris potiùs, quam mariti probari poteſt, etiam privata ſcriptura mariti.*

52 *Confeſſio mariti, quod fundum emerit de pecunia uxoris, ſi ſit veriſimilis, attendenda.*

33 *Quæſita per uxorem extrà dotem habentem, quoque bona paraphernalia, vel aliundè ſibi perventa, præſumuntur quæſita ex bonis uxoris, & non mariti.*

54 *Præſumptio* l. Quintus Mutius *ceſſat, ſi reditus mariti ſint tenues, & impenſæ ſuperent.*

55 *Præſumptio* l. Quintus Mutius, *an poſſit à quocumque allegari?*

Acquiſitionem fuiſſe factam, præcisè de tempore conſtante matrimonii, an opus ſit probare in terminis l. Qointus Mutius. *Eod. n.* 55.

QUæſtiones † proponuntur, quarum ſingulæ *Tractatum* potiùs quàm *Obſervationem* expoſcunt. Prima quæſtio verſatur circà *text. in l. final. cum concord. C. ad S. C. Velleian.* in cujus intellectu hallucinatum fuiſſe etiam inſignem Juriſconſultum *Præſ. de Franch.* ait *Ant. Merend. controv. jur. lib.* 1. *cap.* 56. *n.* 12. quem retuli *Ego ipſe in obſerv. ad cit. dec. de Franch. n.* 5. ubi dixi, verum eſſe, quod mulier ſe obligando pro dotanda, non ſolum filia, ſed etiam alia muliere extranea, non juvetur Velleiano, per *text. in cit. l. final. & l. ſi dotare, C. eod.* 1

Sed * quando mulier ſe obligat ſimul cum viro, 2
tunc ſcilicèt ex cauſa dotis, ſivè antephati, Velleiano jovabitur, *Auth. ſi qua mulier, C. ad Velleian.*

Et * extenditur, ut nec pro dote communis fi- 3
liæ, *Aretin. in l.* 1. *num.* 10. *ff. ſolut. matrim. Reg. Latro in hac Conſult.* 54. *nn.* 6. *Conſil. Hodierna ad Surd. dec.* 164.

Bene verum * *Ego* contrarium ſuſtinui in *d. obſ.* 4
de Franch. quando pro dotanda communi filia mulier fidejuſſerit,

fidejuſſerit, ut veriùs probat *Reg. Merlin. controv. forenſ. centur. 1. cap. 56. n. 5. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 669. Barboſ. in l. 1. p. 4. nu. 108. ff. ſolut. matrim.* quicquid velint *Hodiern. & Reg. Latro*; nam ſolum invalidè obligatur, quando cum viro ſe obligat pro dotanda muliere extranea, ſecùs ſi pro dotanda communi filia, ità *Surd. in dec.* 104. quia in dotanda filia compellitur ſtimulo naturali, & dos imputatur legitimæ, latè *Boſs. de dot. cap. 9. nu.* 108. Imò ſolum invalidè obligari mulierem, quando cum viro ſe obligat pro dotanda muliere extranea, ſed ſi pro alio ad dotem obligato intercedat non juvari Velleiano, firmant *Barboſ. in l. 1. p. 1. n. 17. ff. ſol. matrim. Conſ. Staib. reſol.* 177. *per tot. & ſeqq.*

5 Pro intellectu ejuſdem * *text. in l. final. C. ad Vell.* diſtinctionem retuli in *obſer. ad dec. 237. Præſ. de Franch. num.* 5. his verbis: *Mulierem poſſe fidejubere pro dote habetur ex l. final. C. ad S. C. Velleian. Bene verum procedit, quoties mulier pro dote ſe obligaverit matrimonio adhuc non contracto, ſecùs ſi poſt contractum matrimonii, Fab. definit. 14. C. ad S. C. Velleian. Reg. de Marin. reſol. jur. lib. 2. cap. 137. n. 1.*

6 Mulier ſe obligans pro donatione * propter nuptias facta à filio, vel nepote ſuæ uxori non juvatur Velleiano, *Anton. Merend. contr. jur. lib. 24. cap. 14. num.* 62. Et *Merenda* non relato *Marotta diſcept. forenſ. cap. 17. num. 8. & ſeqq.* qui innumeros colligit. Attamen puncti hujus reſolutionem non eſſe ità facilem juxtà ſenſum *Præſ. de Franch.* dixi in *obſ. cit. ad eand. deciſ.* ubi idem *Præſ.* tradit ad evitandas lites eſſe impetrandum aſſenſum ab Excellentiſſimo D. Pro-Rege.

7 *Senatus Conſultum Velleianum* * locum non habet in donatione contemplatione matrimonii facta à matre ad favorem filii de parte dotis, neque requiritur diſpenſatio *Pragmatica ad Velleianum*, *Reg. Galeat. controv. Illuſtr. lib. 2. controv. 25. num. 26. 27. & 28.* qui hæc habet: *Quoad tertium dubium, utrum in hujuſmodi donatione contemplatione matrimonii facta de parte dotis, viro conſentiente, requiri debuerit Pro-Regis diſpenſatio ad Pragmaticam Velleiani, Juris communis diſpoſitionem ampliantem; Cenſeo procul dubio Velleiani diſpoſitionem ceſſare, & ſic nullam fuiſſe neceſſariam diſpenſationem; quando certum ſit, cauſa pietatem efficere, ut S. C locus non ſit, ut in cauſa dotis, manumiſſione, & ſimilibus, l. ſi dotare, l. pen. & l. fin. C. ad S. C. Vellei. ut nec ſolum in dote, & aliis exemplis, ſed in quacumque cauſa juſta, & honeſta, procedere, dicta jura, ubicumque ex pietatis officio, & naturali ratione, negotium aliquo modo pertinet ad donantem, ſicuti ad parem filio, contemplatione matrimonii, tempore nuptiarum aliquid elargiri, præſertim ex nunc pro tunc, ſequuta morte, ad not. per Bald. & alios in l. quamvis, C. ad Velleian. & plura ad propoſitum tradit idem de Ponte d. tract. tit. de diverſ. proviſ. §. multoties, ex n. 26. Et quod hoc indiſtinctè ſervetur de conſuetudine, quia aliàs in hoc Regno non contraherent matrimonia dixit D. de Franch. d. deciſ. 436. n. 5.* Hactenus acutiſſimus *D. Reg. Galeot.*

8 Mulier major, † an inſimul cum viro poſſit ſe obligare pro dote communis filiæ; & an diſpoſitio *l. fin. C. ad S. C. Vellei.* approbans obligationem mulieris favore dotis, illamque limitans in eodem caſu adverſetur alteri diſpoſitioni *Auth. ſi qua mulier, C. eod.* irritanti obligationem mulieris factam unà cum viro; Quidvè aſſerendum, ſi mulier ex prædicta obligatione remaneat indotata, vel ſaltem in medietate dotis læſa; Et ad effectum inducendæ indotationis, vel enormiſſimæ læſionis; an attendi debeat tempus obligationis inſimul cum viro à muliere contractæ, vel potiùs reſtituendæ dotis, ſivè ſolutionis ejuſdem; Atque pro irritanda obligatione mulieris probari oporteat, res obligatas fuiſſe dotales, & an in extradotalibus obligatio ſuſtineri valeat; Quidve pronunciandum, ſi tempore obligationis uxor non haberet alia bona, quàm extradotalia, quæ eidem conſtante matrimonio obvenerint? De his omnibus copioſè ediſſerit *Epiſcop. D. Rocca ſelectar. jur. diſput. cap. 112. per tot.* videndus pro ornatu hujus *Conſult. 54. Reg. Latro.*

9 Videndus quoque † *Card. de Luc. de dot. diſcur.* 17. ubi an mulier in cauſa dotis validè ſe obliget. Et *diſcurſ.* 20. ubi agit de conſtitutione dotis filiæ facta per matrem cum ejus dote, an dicatur invalida ex eo, quod ipſa mater indotata remaneat.

10 Alia ad intellectum *text. in cit. l. ſi dotare*, † & *l. fin. C. ad S. C. Vell.* poſui *Ego in meliorat. 237. tom. 2. Reg. de Marin. & alibi*, & plenè tractat *Conſ. Staib. reſol. forenſ. 177. & ſeq. & in obſerv.* & noviſſimè *D. Scappa ad Reg. Merlin. cit. c. 56. n. 3.* ubi inter alios citat *Reg. Latr. in hac Conſult. 54.*

11 Cæterum noverca * obligans ſe pro dote privignæ, juvatur Velleiano, quia dicta obligatio principaliter, non tàm in commodum, & beneficium privignæ, quàm in commodum viri facta intelligitur, & proindè nulla, & invalida cenſetur, prout in puncto pro noverca deciſum tradit eruditiſſimus *Annæus Robert. rer. judicatar. lib. 3. cap. 11.*

12 Ad hæc in terminis S. C. Velleiani † obſervandum mulieris interceſſionem, & renunciationem S. C. Velleiani in privata ſcriptura factam non ſubſiſtere; nam ut talis renunciatio ritè fiat, eſt peragenda in publico inſtrumento juxtà formam à *Juſtiniano* præſcriptam in *l. antiqua, 23. C. ad S. C. Velleian.* ità probat, & in Supremo Friſiorum Senatu deciſum tradit eruditiſſimus *D. Jo. à Sande rer. in Suprem. Friſ. Cur. judicatar. lib. 3. tit. 11. de S. C. Velleia. definit.* 2. qui loquitur etiam in terminis chirographi ſubſcripti per mulierem, & ab eadem muliere poſtmodum recogniti; & nihilominus deciſum fuit actionem ipſo jure indè non competere ob defectum formæ à *Juſtiniano* requiſitæ in *d. l. antiqua.*

13 Obſervandum etiam, † quod mulier, quæ renunciavit Velleiano, non proptereà cenſetur renunciaſſe beneficio *d. l. antiqua, 23. C. ad S. C. Vell.* ut ex *Bald.* refert *Catellianus Cotta in memorabil. v. mulieres juvantur. D. Jo. à Sande cit. definit. 2. in fin. & defin.* 5.

14 Diſpoſitio * *text. in l. antiqua, C. ad S. C. Velleian.* fuit de anno 1628. ventilata in noſtro S. C. teſte *Reg. de Marin. reſol. jur. lib. 2. c. 238.* qui *nu. 8. & 9.* adductis *Gutierrez de juram. confirmator. cap. 20 num. 6. & 7.* aliiſque in ſua facti ſpecie conatus fuit evadere diſpoſitionem illius *textus.*

15 Et ex his * inſurgit pulcherrima quæſtio, ſi nempè mulier *ſimpliciter* petat, & obtineat Regiam diſpenſationem *Pragmatica ad S. C. Velleian.* poſtmodum verò Velleiano renuncians ſe obliget, non quidem publico mediante inſtrumento, ſed in albarano, aut alia ſcriptura privata, & ſic contrà formam à *Juſtiniano* præfinitam in *l. antiqua, 23. C. ad S. C. Velleian.* utrum in hoc caſu ſit cenſendum Regiam diſpenſationem præter Velleiani obſtaculum, abſtuliſſe quoque alterum obſtaculum non ſervatæ formæ præfinitæ in *d. l. antiqua.*

16 In qua quæſtione † reſolutivè dico, non eſſe per Regiam diſpenſationem ablatum quoque obſtaculum *l. antiqua*; & ex tali obſtaculo renunciationem cum ſubſequuta obligatione fuiſſe, & eſſe nullam, & invalidam. Ad quod induco *text.* optimum in *l. ſi quando, C. de inoffîcioſ. teſtam.* ubi conceſſa inhabili facultate teſtandi, non tamen cenſetur conceſſum; quod teſtando omittat ſolemnitates neceſſarias, etiamſi libera facultas concedatur, & ibi *Gloſ. Bald. Salicet.*

& alii, egregiè *Surd. in conſ.* 245. *num.* 4. *& ſeq.* Et *textus in d. l. ſi quando*, pro ſimili ſpecie adducitur per *Camerar. in repetit. l. Imperialem*, *chart.* 62. *à t. lit.* Q. R. *de prohibit. feud. alienat.*

17 Aſſenſus autem † Principia intelligitur, prout jua diſponit, *Iſern. in cap.* 1. *num.* 8. *qui ſucceſſor. teneantur*, *Anna allegat.* 67. *n.* 5. *Montan. contr.* 16. *num.* 5.

18 Et in puncto * Regiæ diſpenſationis *Pragm. ad Velleian.* in ſimili ſpecie *Reg. Rovit. ad eand. Pragm. n.* 9. ità ſcribit: *Eſt advertendum, quod ſi mulier eſſet minor, ultrà diſpenſationem hujus Pragm. requiritur etiam decretum, prout in alienatione rerum minoris*, *Sim. de Pret. conſ.* 100. *n.* 27. *Rminald. jun. conſ.* 248. *ſub n.* 29. *lib.* 3.

19 Propenſius quia † in *memoriali ſimpliciter* fuit facta ſola mentio de diſpenſatione *Pragm. ad Velleianum*; non etiam aliis ſolemnitatibus; ideoque ad alias ſolemnitates non valet porrigi diſpenſatio, argum. *text. in l. ſi ſervum*, *§. non dixit*, *ff. de acquir. haredit. & l. ventri*, *ff. de tut. & curat. dat. ab his*, *Sim. de Pret. conſ.* 100. *num.* 27.

20 Altera * ſpecies quæſtionis poteſt contingere in terminis *memorialis* porrecti pro obtinenda Regia diſpenſatione *Pragm. ad Velleianum*, & in eodem *memoriali* reperiatur *expreſsè* enunciata obligatio mulieris cum renunciatione Velleiani facienda in albarano, ſeù alia ſcriptura privata; Atque ſuper eodem *memoriali* fuerit interpoſita Regia diſpenſatio *ſimpliciter* nulla facta expreſſa mentione diſpenſationis, etiam pro obligatione cum renunciatione facienda in albarano, aut alia ſcriptura privata: Utrum in hoc caſu Regia diſpenſatio *ſimpliciter* facta operetur remotionem utriuſque obſtaculi, tàm ſcilicèt *Pragm. ad Velleianum*, quàm etiam *text. in cit. l. antiqua*?

21 Pariter * negandum eſt. Quia Regia diſpenſatio eſt ſtrictiſſimi juris, *Camerar. in repetit. l. Imperialem*, *fol.* 44. *lit. E.* Et quod non eſt in diſpenſatione expreſſum, habetur pro omiſſo, *Montan. in repetit. ejuſd. l. Imperialem num.* 65. *Praſ. de Franch. dec.* 153. *nu.* 24. *Reg. de Ponte de poteſt. Pro-Reg. tit.* 6. *num* 42. *& dec.* 8. *num.* 11. *in fin. Reg. Lanar. conſ.* 79. *n.* 10. *& conſ.* 18. *nu.* 8. *& conſ* 36. *nu.* 14. *Reg. Rovit. conſ.* 3. *num.* 29. *& conſ.* 18. *n.* 11. *& ſeq. tom.* 2. *Conſ. Theodor. alleg.* 46: *n.* 4. *&* 5. *& alleg.* 80. *à n.* 47. *& alleg.* 83. *n.* 6. *Conſil. Staiban. reſol.* 60. *à n.* 6.

22 Stringunt tradita per * *Sim. de Pret. cit. conſ.* 100. *n.* 28. *& ſeqq.* ubi quod reſcriptum diſpenſativum ſtrictè intelligendum eſt, *Specul in tit. de diſpenſ. §. poſtremo*, *col.* 2. *verſ. quid ſi diſpenſatum eſt. Abb. in cap. quia numero* 3. *de prabend. Capr. conſ.* 8. *numero* 11. *Cravett. conſ.* 374. *Card. Pariſ. conſ.* 107. *n.* 23. *lib.* 4.

23 Undè diſpenſatio circà * unom defectum non portigitur ad alium, *Bart.* cum *text.* per eum allegat. *in l. cum oportet*, *ff. de legat. praſtand. Dec. conſ.* 510. *n.* 5. *de Pret. n.* 29.

24 Et omnia obſtacula debent removeri, * *l. ſi non lex*, *in princ.* & ibi *Bar. Bald. & Imol. ff. de hared. inſtit. Bald. in l. cum quidam*, *§. quod dicitur*, *ff. de acquir. haredit. Grammatic. dec.* 66. *de Pret. num.* 30. *Surd. l. c.* ubi quod una diſpenſatio eſt favorabilis, ſed plures ſunt odioſæ, ex *Bald. in* l. *final. n.* 4. *ff. de conſtit. Princip.* ſequitur ibi *Jaſ. nu.* 32. *verſ. quintò*, *Becc. conſ.* 28. *nu.* 20.

25 *Cautela* * igitur periti Advocati in efformatione *memorialis* hæc eſt, ut ſcilicèt petant in Supremo Coll. Conſ. & quidem *expreſſis verbis*, nedum Regia diſpenſatio *Pragm. ad Velleianum*, verum etiam *forma praſinita in l. antiqua*, *C. eod.* & quod Regia diſpenſatio pariter *expreſſis verbis* interponatur circà utrumque obſtaculum removendum, nempè tam *Pragm. ad Velleian.* quàm *text. in l. antiqua.* Pluribus enim obſtacolis concorrentibus, neceſſe eſt, ut ſoper unoquoque expreſsè diſpenſetur, *l. ſi non Lex Ælia Sentia*, *ff. de hered. inſtitnend.* & ibi *Bald.* alios citat *Jaſ. in cit. l. final. n.* 32. *in fin. Surd. in cit. conſil.* 245. *n.* 5.

26 Hæc autem valdè * ſingolaris, & hactenus à nemine, quem *Ego* viderim, ità diſcuſſa cenſui obſervanda. Etenim in hoc Regno mulieres nequeunt fidejubere, nec aliter contrahere renunciando *Velleiano*, etiam cum juramento, *Pragm. unic. de S. C. Velleian.*

27 Atque, *ut plurimum ad evitandum † diſpoſitionem hujus Pragm. Partes procurant diſpenſationem à Pro-Rege per memoriale cum* Regia *decretatione, quod liceat pro quantitate, & cauſa in memoriali expreſſa*, ut his præciſis verbis teſtatur *Reg. Rovit. ad eand. Pragm. nu.* 9. & exclamat *de Ponte in Tractat. de poteſtat. Pro-Reg. ſub rubric. de divers. proviſ. tit. de decret. Collat. Conſil. ſuper obligat. rer. dotal.* inquiens tales decretationes, quæ paſſim fiunt, neque etiam præcedente aliquali cauſæ cognitione, & *memorialibus* non lectis, ſed dumtaxat ſubſcriptis per DD. Regentes, ſemper ipſi viſas fuiſſe erroneas, & contra manifeſtam juris diſpoſitionem, & ex diametro contrà *Pragm.* prædictam.

28 Utcùmque * res ſit, quotidiè videmus porrigi *memorialia*, & obtineri *Regiam diſpenſationem Pragm. ad Vell.* Quæ tamen diſpenſatio debet præcedere contractum, aliàs obligatio facta cum reſervatione diſpenſationis impetrandæ invalida eſt, *Reg. de Ponte l. c. à numero* 25. *cum ſeq. & in conſ.* 40. *numero* 16. *vol.* 2. *Conſ. Rocc. reſponſ.* 53. *n.* 13. *centur.* 2. *D. Maradei ſuper Reg. Pragm. in annot. ad ſingul.* 347. *num.* 14.

29 *Reg. Latro numero* 7. *& ſeqq.* * ad magis oſtendendam nullitatem interceſſionis, & promiſſionis factæ per D. Portiam Gentile recurrit etiam ad vim, & metum, quo illa promiſſio fuerat extorta; Et quidem ſatis optimè. Nam ut egregiè ſcribit doctiſſimus, & amiciſſimus meus *D. Franciſcus Maradei in ſua prax.* quæ nunc ſub prælo reperitur *cap.* 4. *numero* 113. etiamſi pro mulieris interceſſione obtenta fuerit Regia diſpenſatio, hæc tollit ſolummodò obſtaculum S. C. Velleiani, & proindè non aufert metum mulieri illatum, ex *Conſil. Hodiern. ad Surd. dec.* 86. *numero* 30. *&* 31. qui ità judicatum fuiſſe refert junctis tribos Aulis S. C.

30 Subdit *D. Maradei l. c. numero* 114. † quod metus probatione concurrente, corruit mulieris etiam viduæ obligatio facta, etiam pro excarcerando filio, & prævia Regia diſpenſatione cum clauſula, *liceat quia vidua*; & ità deciſum per S. C. de anno 1662. die 22. Martii teſtatur idem *D. Maradei.*

31 Quæ omnia advertit *D.* * *Maradei num.* 115. præſcribere ſibi vim in judicio ordinario, non autem in judicio executivo, in quo non habetur ratio de mero reverentiali cum enormiſſima læſione, quæ in promptu non juſtificantur, juxtà deciſiones, quæ aliàs prodierunt apud *Thor. in compend. deciſ. v. liquidatio inſtrumenti*, *& in ver.* 84. *num.* 207.

32 Metus reverentialis ſolus, & abſque † concurrentia enormis, ſivè enormiſſimæ læſionis an ſufficiat ad invalidandum actum? *Reg. Latr.* expendit utramque opinionem; eumque ad hoc refert noviſſimè *Conſil. D. Altimar. in laborioſiſſimo Tractat. de nullit. contract. rubric.* 1. *qu.* 14 *n.* 259. *& per tot. quaſt.* copioſiſſimè more ſoo agit de metu, ejusque probatione, & circumſtantiis. Et in *cit. n.* 259. inter alios adducit *Bottelier. de renunciat. theoremat.* 86. *n.* 5. & alios.

33 Metus * reverentialis, tanquam probatio præſompta, probatione non indiget ad contractum reſcindendum juxtà *D. Maradei cit. cap.* 4. *numero* 179. ità ſcribentem: *Metus reverentialis, tamquam probatio, praſumpta probatione non indiget ad contractum reſcindendum*, *Reg. Galeot. contr.* 24. *numero* 26. *lib.* 2. *Reg. Capyc. Latr. conſult.* 14. *n.* 14. 15. *&* 16. *tamen*

16. tamen ſola præſentia ejus, cui debetur reverentia non ſufficit, ut deciſum fuit nemine contradicente apud Reg. Reverter. dec. 146. niſi perſona ſit ità gravis, at nimia ei debeatur reverentia, quia tunc ſola præſentia ſufficit ad contractum annullandum ſine præcedentibus violentiis, ut notavit Reg. de Maria. in obſ. ad d. deciſ. num. 10.

34 Exceptio metus non admittitur ad * impediendam executionem inſtrumenti, quando eſt illiquida, & venit externis probationibus juſtificanda, *Fontanell. dec. 139. à nu. 7. & dec. 140. à n. 9. D. Maradei cit. cap. 4. n. 177.*

35 Bene verum ſi Judex * ſuſpicatur de illato metu, retardatur rigor proceſſus executivi, *Anton. Merend. controv. jur. lib. 13. cap. 25. à nu. 21. 22. & 23. D. Maradei n. 178.*

36 *Reg. Latro n. 30. & ſeqq.* recurrit * ad exceptionem *non implementi*, quæ duplici modo poteſt opponi, vel ad effectum impediendi judicium cæptum, donec impleatur, vel ad effectum reſolutionis contractus, & impediendi implementum, ita ut ſtet via in modo proponendi exceptionem, *Andreol. controv. 234. n. 1. ex Caphal. conſ. 586. Magon. dec. Florentia. 143. num. 15.*

37 Ideòque quando opponitur ad effectum * reſolutionis contractus, tunc poſt oppoſitionem non eſt amplius locus implemento, ſed reſolvitur contractus, *Sard. dec. 220. num. 17. & conſ. 563. n. 4. Gratian. cap. 302. nu. 26. Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 3. tit. 12. num. 53. Cancer. var. reſol. cap. 6. tit. de acquir. rer. domin. nu. 110. Felic. de ſociet. cap. 36. n. 9. Gratian. cap. 512. n. 14. c. 546. n. 24. cap. 853. n. 68. cap. 921. & cap. 944.* quos omnes refert *Andreol. loc. cit. n. 2.* qui *n. 7.* ait, quod ſi implemento eſſet præſtituta dies, quæ jam præteriiſſet, quod tunc nullatenùs liceat implere, *Cravett. conſ. 327. ſub n. 12. lib. 3.* nam permiſſum ad tempus, poſt illud cenſetur prohibitum, *l. ſi ullus, §. 1. ff. de pact.*

38 Et quod exceptione * non implementi oppoſita non poſſit ampliùs adimpleri, ſcribit *Altograd. conſ. 10. num. 20.*

39 Adeò potens eſt exceptio non implementi, * ut quàm cenſeatur rejecta à Statuto rejiciente omnes exceptiones, *Craveta in conſil. 127. num. 14.*

40 Exceptio, quod non fuerit * adimpletum ex parte agentis, ſi fuerit oppoſita ante litis conteſtationem, & eſſet clara, & liquida, impediret curſum cauſæ; ſecus ſi opponatur poſt litis conteſtationem: nam tunc proceditur ad ulteriora, & reſervatur ad merita cauſæ, *Reg. Sanfelic.* qui ità deciſum refert in *prax. ſect. 46. n. 18.* ubi alia plura de hac exceptione cumulat.

41 Intelligendum tamen, † quod exceptio non implementi ad impediendam exequutionem, locum non habet pro capitulis ſeparatis, etiamſi oriatur ex eodem contractu; & multò magis ſi ſint facta poſt contractum abſolutum, & perfectum, *Card. Mantic. dec. 238.*

42 Pariter exceptio * implementi non ſequuti reſpectu unius obligationis non excludit petentem ex alia obligationis parte adimpleta, & executioni mandata, *Burſat. conſ. 191. num. 5. lib. 2.*

43 Exceptio non implementi * in uno capitulo non impedit executionem alterius capituli tranſactionis, *Rota dec. 42. n. 10.* poſt *Urceol. de tranſact.*

44 Solutio † partis debiti non præjudicat quoad reliquum, ac propterea poteſt opponi exceptio non implementi, *Spada conſ. 113. num. 7. lib. 2.*

45 Alia de exceptione non implementi † impediente liquidationem inſtrumenti via Ritus, proſequitur *D. Marades in prax. cap. 4. nu. 265.* ex *Borrell. conſ. 98. Reg. Sanfelic. dec. 216. lib. 2. Thor. in ſupplem. compend. v. liquidari an poſſit inſtrumentum per generum fol. 373. & 374.* ubi quod quando vir promiſit renunciationem ſuæ uxoris, non poterit agere pro conſecutione dotis, niſi priùs ex parte ſua adimpleat.

Addit * *D. Maradei* quod exceptio hæc non ob- 46
ſtat, nec retardat executionem obligationis Cameralis, quando is, cui competebat hæc exceptio, ſolviſſet per multos annos, non opponens hanc exceptionem; quia ſupponuntur omnia adimpleta, vel adimplementum remiſſum, *Zacch. ad Galles de obligat. Cameral. qu. 17. num. 97.*

Reg. Latro nu. 34. * tangit etiam materiam cor- 47
reſpectivitatis, quando ſcilicèt una promiſſio reſpicit aliam, nam in his terminis etiam, quod ſiat diverſis temporibus, ſemper dicitur correſpectiva, cùm ſufficiat, quod ad eundem finem ſit facta, ex *Gratian. diſcept. forenſ. c. 273. n. 16. cum ſeqq.* ubi *Ego in animadverſ. ex nu. 7.* examinavi correſpectivorum regulam, & naturam: & noviſſimè *Conſ. D. Altimar. in Tract. de nullit. contract. rubric. 1. qu. 1. à n. 69. ad n. 76. & n. 201. cum ſeqq.* ubi inter alios refert *Anton. Gob. conſult. deciſiv. 30.*

Inſurgit nunc altera * controverſia, de qua *Reg.* 48
Latr. in hac Conſult. n. 36. & à n. 40. an donationes, quæ fiunt filiis contemplatione matrimonii, ſint irrevocabiles? Poſſunt videri ea, quæ noviſſimè *Ego ipſe* obſervavi ad *Conſult. 46.* ubi memini hujus *Conſult. 54.* Et elegans eſt *conſultatio 20. Jacob. Cujacii*, cujus præcipua verba ſunt: *Donatio inter vivos penitentia non revocatur, quia plenum jus tribuit accipienti, & maximè ea, quæ matrimonii contemplatione ſit filio ducenti uxorem, quæ omnium præcipuè favorabilis, certa, conſtans, irrevocabilis eſt, &c.*

Ex hoc infertur, † ut bona donata filiis contem- 49
platione matrimonii nequeat poſtmodum pater in teſtamento fideicommiſſo ſupponere, *Reg. de Marin. reſol. jur. lib. 2. cap. 165. Cancer. var. reſol. p. 3. cap. 7. de pact. n. 120.*

Denique * Reg. *Latro ex n. 46.* proponit plures fal- 50
lentias regulæ *text. in vulgat. leg. Quintus Mutius, ff. de donat. inter vir. & uxor.* Et prima limitatio eſt, quando uxor in inſtrumento acquiſitionis dicit ſe acquirere de pecunia propria marito conſentiente, ſeù patiente; his enim caſibus ceſſat præſumptio cit. *l. Quintus Mutius*; & bona omninò ſunt declaranda ipſius mulieris, *Reg. Latro in hac Conſult. 54. nu. 48.* cui addo *Cravett. in conſil. 61. n. 7. Alexand. in conſil. 24. col. 2. lib. 1. in conſ. 23. viſis dubiis, lib. 4. in l. quod ait, ff. de divort. in apoſtill. ad Bartol. & in conſ. 42. lib. 5. Rip. lib. 3. reſponſ. de donat. revoc. cap. 4.* optimè *Actolin. reſolut. forenſ. 49. num. 25. & 38.* & noviſſimè *Urceol. conſult. forenſ. p. 1. cap. 9. n. 21.* ubi inter alios citat Rot. *Rom. coram Merlin. dec. 103. nu. 8. & dec. 434. n. 4. & dec. 442. n. 7. & dec. 556. n. 8. p. 5. tom. 2. recentior.* & poſt alterum *Merlin. de pignor. deciſ. 72. num. 14.*

Et etiam per privatam ſcripturam mariti * probari 51
poteſt, quod res fuerint uxoris potiùs, quàm mariti, *Roman. in l. qui jure familiaritatis, ff. de acquir. poſſeſſ. Cravett. l. c.*

Atque etiam confeſſio mariti, quod fundum † emit 52
de pecunia uxoris, licèt dicatur ſuſpecta propter donationem, quæ prohibetur inter virum, & uxorem, tamen ſi veriſimilis ſit talis confeſſio, ei ſtatur, putà quia maritus aliundè habuiſſet de bonis uxoris, *Salycet. in l. ſi mater, C. de contrah. empt. Alex. conſ. 18. col. 1. lib. 3. Dec. conſ. 96. col. 2. Socin. conſ. 65. col. 4. verſ. vigeſimo probatur, lib. 1.*

Secunda † limitatio, de qua Reg. *Latro n. 49. & 50.* 53
eſt, quando appareat uxorem extra dotem habere bona paraphernalia, vel aliundè ſibi perventa, quia tunc ex bonis ſuis, & non mariti quæſitum præſumitur, ità *Decianus*, quem *Ego ipſe* retuli in *Obſervat. ad Conſult. 44. Reg. Latr. n. 18. & ſeqq.*

54 Poſtrema limitatio, aliis brevitatis cauſa * omiſſis, adducitur per *Urceol. in 2. appendic. ad c. 9. ſuar. Conſult. forenſ. impreſſ. poſt prim. part.* qui ex *Menoc. conſ.* 1102. *n.* 30. *& ſeqq.* tenet quod ſi reditus mariti ſunt tenues, & impenſæ ſuperent, ceſſet præſumptio *l. Quintus Mutius, ff. de donat. inter vir. & uxor.*

55 Cæterum an † præſumptio cit. *l. Quintus Mutius* poſſit allegari à quocumque extraneo, cujus id intereſt, etiamſi non ſit hæres mariti, Et an opus ſit probare acquiſitionem fuiſſe factam, conſtante matrimonio, conſulendi ſunt *Merenda controv. jur. lib.* 16. *cap.* 11. *per tot. Fab. in ſuo Codic. lib.* 4. *tit.* 14. *de probat. & præſumpt. definit.* 41. *Chriſtin. dec. Belgic.* 237. *ſub num.* 9. *verſ. & intellige, vol.* 3. *Cancer. var. reſol. p.* 3. *cap.* 1. *de act. & obligat. n.* 171. & alii apud *Urceol. conſult. forenſ. p.* 1. *cit. cap.* 9. *n.* 19. *&* 20.

ARGUMENTUM.

Clericus, & laicus ſimul conventi judicio reivendicationis an ſint conveniendi coram Judice Eccleſiaſtico, an verò quilibet ipſorum in ſua juriſdictione.

SUMMARIUM.

1 *Laici ſi ſimul cum clerico conveniuntur, debent coram Judice Eccleſiaſtico conveniri. Amplia, nedum in judicio individuo, ſed in dividuo, n.* 4. *Sed contrarium, n.* 9. *Declara, n.* 12. *Et quid obſervetur in S. C. num.* 15. *Et etiam, quod eſſent plures laici, quam clerici, n.* 5.
Limitatur quoad cauſas criminales, n. 6. *Et ita ſervatur in Regno Neapolitano, num.* 7. *& in Senatu Mediolani, immò vix obtinetur remiſſio Clerici ad Judicem Eccleſiaſticum, n.* 8.
2 *Majus dignum trahit ad ſe minus dignum.*
3 *Continentia cauſæ dividi non debet.*
9 *In judicio civili attenditur, ſi cauſa ſit dividua, vel individua.*
10 *Cauſa individua eſt tractanda coram Judice Eccleſiaſtico tanquam digniori.*
11 *Exceptio diviſionis judicii, ſeu cauſæ continentiæ eſt declinatoria, & debet opponi ante litem conteſtatam.*
13 *Dividua non dicitur cauſa fratrum ſimul habitantium, & commune patrimonium habentium, & ideò ſi unus eſſet clericus, non debent omnes immunitate gaudere, cum onera poſſent commodè dividi.*
14 *Indiviſa licèt ſint, poteſt Judex ex officio dividere, ſeu dividere illos cogere, & imponere collectas, ſeu aliud munus cuilibet ex fratribus.*
16 *Hypothecaria actio quia dividi poteſt, habet effectum judicii dividui.*
17 Afflict. deciſ. 214. & Martilian. deciſ. 99. *confutantur.*
18 *Obligatio individua quæ verè dicatur.*
19 *Individuum aliud dicitur neceſſarium, aliud naturale, aliud verò accidentale, & quomodò exemplificentur.*
20 *In Regno ratione connexitatis nunquam remittitur laicus conventus ſimul cum clerico ad Judicem Eccleſiaſticum: vix enim remittitur clericus.*
21 *Judicium revendicationis quoad exequutionem non dicitur individuum, & proindè quilibet in ſua juriſdictione eſt conveniendus.*
22 *Si quis contra plures hæredes experiatur, licèt illi unicam tantùm partem conſtituant, attamen lata contra eos ſententia, exequutio fit pro hæreditariis portionibus.*
23 *Individua ſimpliciter cauſa dici non poteſt, quando dividi quoad exequutionem poteſt.*
24 *Quando plures ſunt litis conſortes cauſa non dicitur inter eos individua, niſi res ipſa, de qua eſt contentio, ſit individua.*
25 *Judex ex officio dividit, vel partes compellere poteſt ad dividendum.*
26 *Deciſio cauſæ.*

Pro Rever. Capitulo Majoris Eccleſiæ Civitatis Capuanæ, contra Nerum, & Philippum Corſini.

CONSULTATIO LV.

PHilippus, Nerus, & Octavius Corſini Florentini fuerunt conventi à Reverendo Capitulo Fideliſſimæ Civitatis Capuæ in eadem Curia Capuana ad relaxationem territoriorum conceſſorum in emphyteuſim ob lineam finitam Bartholomæi Corſini, cùmque fuiſſent condemnati, appellaverunt ad Sacrum Conſilium, & cauſa introducta petierunt remiſſionem ad Judicem Eccleſiaſticum, ſtante quòd prædictus Reverendus Octavius erat Clericus Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ, & per hoc ex ſua perſona debere etiam Philippum, & Nerum ad eundem Judicem Eccleſiaſticum remitti, & cùm per Sacrum Conſilium fuiſſet tantùm remiſſus prædictus Reverendus Octavius, fuit cum aliis laicis compilatus proceſſus, quo compilato reclamaverunt à decreto Sacri Conſilii, per quod fuit tantùm remiſſus Clericus, cùm prætendebant omnes eſſe remittendos, & obtinuerunt, verbum fieri. Nunc eſt videndum, utrum benè, vel malè fuerit judicatum.

Pro Conventis * adducitur, quòd & ſi antiqua ſit 1
quæſtio, quod quando laici ſimul cum clerico eodem judicio conveniuntur, debeant etiam ex perſona Clerici, coram Judice Eccleſiaſtico conveniri, ſecundùm opinionem *Antonii de Prato Veteri in l.* 1.
in fin. ff. quæ ſent. ſine appell. reſcind. * & hoc ea ratione, 2
quia majus dignum trahit ad ſe minus dignum, *cap. per tuas, de arbitr. c. quanto, de judic. dubio, de conſecrat. Eccleſ. vel altar. l. de honorario, C. de offic. Præfect. Prat. Orient. l. juſtiſſimè.* Cod. de Epiſcop. *& Cleric.* cum concordantibus, *gloſ. in l. juſtiſſimè, C. de ædilit. edict.* Bart. *in l. præcipimus, §. eodem obſervando. n.* 5. *C. de appellat.* Vaſq. *de ſucceſſ. creat. §.* 22. *n.* 7. Spino *in ſpecul. teſtam. gloſ.* 33. *nu.* 72. Hieron. Cævall. *comm. contr.*
comm. qu. 36. *n.* 4. & hoc etiam, ut * continentia cauſæ 3
dividatur, cùm ſint una eademque defenſio, Socin. *conſ.* 12. *nu.* 17. *lib.* 1. *& conſ.* 82. *lib.* 3. Covar. *pract. c.* 36. Dec. *in tract. crim. lib.* 4. *c.* 9. *n.* 44. Farinac. *q.* 8. *n.* 151. & alii per *Graſſ. de effect. cler. eff.* 1. *nu.* 232. & per Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 641. *n.* 17. *cap.* 117. Anaſt. Germon. *de ſacror. immun. lib.* 3. *c.* 15. *n.* 84. Martiu. Uran. *conſ.* 52. *n.* 19. *lib.* 1. Federic. Scot. *conſ.* 6. *n.* 3. *tom.* 1. quem *Anton. de Prato veteri* ſequuti fuerunt nonnulli, quos commemorat Menoc. *de arbitr. judic. caſu* 372. *nu.* 13. & communem dixit Boſſ. *in tit. de for. compet. n.* 116. *in fi.* & in praxi ſervari habetur ex Soc. *in l. cùm Senatus, in fi. ff. de reb. dub.* Joan. Arnon. *ſoliloquio* 57. Bald. *in l. præcipimus, in fin. C. de appell.* Soc. *conſ.* 82. *lib.* 3. Aret. *conſ.* 25. Jul. Clar. *in §. fi. q.* 30. ubi etiam *Baiard.*
& * hoc procedere nedum in judicio individuo, ſed 4
etiam dividuo, habetur ex Menoc. *de arbitr. judic. d. caſu* 372. *n.* 14. Farin. *d. q.* 8. *n.* 151. Card. Seraph. *dec.* 957. Grat. *diſcept. for. d. c.* 641. *n.* 7. quod etiam procedere aiunt in eo caſu, quando plures eſſent laici, quam
clerici, * quia deberent coram Judice Eccleſiaſtico ra- 5
tione connexitatis conveniri, Soc. *ſen. d. conſ.* 12. *n.* 17. *lib.* 1. Scacc. *de judic. par.* 1. *c.* 11. *n.* 25. Dec. *in d. p.* 1. *lib.* 4. *c.*
9. *n.* 44. Graſſ. *de effect. cler. eff.* 1. *n.* 14. * qui etiam alios 6
affert, & quamvis, quod attinet ad cauſas criminales, prædicta opinio uſu non ſit recepta, ſed Laicus convenitur coram Judice Laico, Clericus verò coram Judice Eccleſiaſtico, ut refert Covar. poſt alios *pract. qq. c.* 34. idem Menoc. *d. caſu* 72. Each. *contr. jur. lib.* 9. c. 31.

c.31.Urſill.*ad Afflict.in dec.*213.Gram.*dec.*21.*n.*9.*Praſ.de* Franch. *in dec.* 426.& 582.Gutier.*pract.qq.lib.*1. *q.* 6. & ſic ſervari teſtatur Igneus *in l.* 1. *§.ſi quis in villa,n.* 17.*ff.ad Syllan. Cuchus in inſtit. major. lib.* 3. *tit.*9.*n.*16. Scacc. *de judic. in loco* ſupra citato, *nu.* 24.Farin.*in d. prax. crimin. q.*8.*n.*251.*ver. contrarium,* ubi quòd à tali conſuetudine non eſt recedendum, Camill. Jallongius *in racemationibus juris, racemat.* 123. *n.* 9. Camill.
7 de Curi. *in ſuo diverſ. feud.p.* 2.*c.*2.*n.*115.* qui dicit, ita ſervari in Regno Neapolitano, de qua obſervantia teſtatur etiam Capyc. *in dec.* 173. *& ibi Addentes,* Urſill.*ad Afflict.dec.*213.*n.*8. *Gram. d. dec* 21.*de* Franch. *d.dec.*426. ſic etiam obſervari in Senatu Mediolanenſi teſtatur Clar. *in d. §. fi q.* 36. quidquid dixerit Caſſan. *in Conſuet. Burgun. ſ.* 51. *n.* 99. quia, ut advertit *Clar.* benè potuit eſſe ſuis temporibus, & teſtatur, quòd ipſe vidit in pluribus cauſis ſervari totum contrarium, juxtà tradita per Igneum *in d.l.Senatus Conſulto, n.* 14. *ff. ad Senat. Conſult.Syllan.* & plures caſus refert, de hac etiam obſervantia teſtatur Covar.
8 *pract. qq. c.* 34. *Fuſcus ſingul.* 90.*lit.C.* * ubi quod non ſolùm Laicus retinetur à Judice Laico, ſed vix obtinetur remiſſio de Clerico ad Judicem Eccleſiaſticum, ut plures vidit obſervari, idem etiam dixit Neviz. *in ſua ſylva libr.* 6. Germon. *de ſacror. immun. d. lib.* 3. *c.* 15. *num.* 85. Scappa *de jur. non ſcript. lib.* 1. *c.* 11. *num.* 11. & alii allegati à *Graff.de effect. Cleric. d. effect.* 1. *n.* 136.

9 Hoc * tamen dicit para, non habere locum in judicio civili, & quo ſimpliciter attenditur, an cauſa ſit dividua, vel individua,*ex text.* ſic communiter intellecto *in l. ſi communem, ff.quem ad ſervit. vend. & in d. l. præcipimus, §.eod.obſervando,C. de appel.* Gayl. *obſer.*37.*ver.* 3.*ſingulariter,* Aloyſ de Leo *in l.qui ſub prætextu, n* 21.*C.de Sacr. Sanct. Eccl.* Germon. *ubi ſupra, n.* 85. Pacian. *de probat. in tit.cui incumbit onus probandi negativam,li.*1.*c.*28.Urſil.*ad Afflict.dec.*213.*n.*7.Franch. *d. dec.* 426.*n.* 4. Mart. Uean.*d. conſ.*32.Farin.*d.q.*8.*n.* 151.& ratione continentiæ cauſæ,prout dixi.*Bar.*exemplificando in duobus debitoribus vel duobus hæredibus eadem actione conventis *in d.l. præcipimus, §. eod. obſervando, C. de appellat. & in l.Solent, ff. de alim. & cibar. legat.* Matani. *in ſuo ſpecul.* 4. *p. diſt.* 11.*n.*21. Gutier.*pract. qq.li.*1.*q.*6.Menoc.*in d.caſ.*371.cum concordantibus, & ſic cùm omnes prædicti fratres ſint
10 conventi * judicio reivendicationis, & ſic judicium ſit individuum, meritò debent omnes remitti ad Judicem Eccleſiaſticum, tanquam digniorem. *c.per tuas de arbitrar.*

11 Quibus * tamen non obſtantibus, ſpero eſſe confirmandum decretum S. C. Primò, quia iſta exceptio diviſionis judicii, ſeu cauſæ continentiæ eſt exceptio declinatoria, & per conſequens debebat opponi antè litem conteſtatam, & non poſt compilatum proceſſum, prout tenet *Jaſ.* reprobata opinione *Jacob. de Belviſ. &* Alberic.*de Roſ.*contrarium tenentium *in l. nulli, n.*6. *C. de judic.*

Secundò, quatenus poſſet opponi etiam poſt litem conteſtatam, adhuc non poſſent obtinere, quia
22 etſi * vera ſit opinio, quod in cauſis individuis Laici remittuntur ſimul cum Clericis ad Judicem Eccleſiaſticum, attamen hoc procedit in illis cauſis individuis, quæ nullo modò dividi poſſunt, non autem
23 in illis, quæ diviſionem patiuntur, * prout optime declarat, *d..pract. qu. numero* 34. qui dicit, dividuam non eſſe cauſam fratrum ſimul habitantium, & commune patrimonium habentium, & ideò ſi inter eos adſit Clericus,non debent omnes ratione individuitatis immunitate gaudere, cùm onera poſſint commodè dividi pro parte illius patrimonii adhuc indivi-
24 ſi quòd dictum eſt originale † *Specul. de cleric. conjugatis, n.* 13. *quod ſi clericus,* ubi quod licèt indiviſa ſint, Judex ex officio divider, ſeu devidere illos coget, & imponere poteſt collectas, ſeu aliud munus cuilibet ex fratribus, juxta ratam bonorum ad eum ſpectantem, & de hoc eſt text. *in l.* 1. *& 2.C quando & quib.* Ferret.*de gabell.n.* 417.Rovit.*in pragm.*a.*n.*15. *de cleric,ſeu diacon.* Salvat. Mauſon, *de cauſ. exequnt. ampliat.* 29.*n.* 52. Azeved. *l.* 9. *titul.* 18. *lib.*7. *in fi.* Otalor. *in tra.de nobil.c.*1.*n.*16.ſubjungens, Judicem ex officio cogere * poſſe illos fratres dividere bona com- 15
munia, ut ex partibus illorum ſolvantur collectæ, argumento *l.* 1. *&* 2. *C. quand. & quib.* 4. *pars,lib.* 10. *& Mexia in pragm. taxæ panis, concl.* 5. *n.* 77. *in fi.* & ideò *Capyc.in deciſ.*173.ſimpliciter dixit,quod quando cauſa eſt dividua, in S.C. * obſervatur retinere Laicos, 16
& remittere Clericos, & alias perſonas privilegiatas & quod inter cauſas dividuas S. C. intelligit eſſe hypothecariam quoad juſtum effectum, ex Felin. *in capit. primò de præſcrip.* Ludov. Rom. *conſ.* 195.& Specul. *in loco citato,* & nulla alia ratione hypothecaria † quoad iſtum effectum poſſet dici divi- 17
dua, niſi quia dividi poteſt per ſupra dicta, quicquid in contrarium ſenſerint *Afflict. deciſ.* 214. & Marilian. *deciſ.* 99. quia magis recepta eſt per S. C. opinio *Capyc.* & eam ſequutum fuit iterùm in cauſa Blanchellæ Stantione, ut per *Ann.ſing.*73.*Epiſc.*Rice. *collect. deciſ.* 639. Rebuff. *in repet. auth. habita, C. nè filius pro patr. privil.* 106. & alii per *Covar. d. cap.* 34. Maxill. *in conſuet. Barenſ. rubr. de dilat. numero* 9.Bortell. *de arbitr.§.* 2. *gloſ.* 1.*numer.* 83.Fuſc.*ſing.*90.*lit.C.* Urſill. *in dicta deciſ. Afflict.* 213. *num.*8.*Petra in dicta deciſ. Capyc.* 173. Franch. *dicta deciſ.* 426. & Mart.*de juriſd. p.* 4. *caſ.* 118. *num.* 12. *in fin. & nu.* 15. dicit,
quòd * dicitur obligatio individua, quæ origine, ſive 18
contractu, ſtatu, reſolutione, & omni reſpectu tam activè, quam paſſivè, tam ex parte creditoris, quam debitoria eſt individua, & quæ concernit tam obligationem, quam exequutionem, ſive ſimul, ſive ſeorſim, nec aliud eſt, quam multiplicatio ipſius obligationis in quemcunque obligatorum in ſolidum, ſive qualitas obligationi adhærens, & faciens indiviſibilem ſingulos, † quos contingit in ſolidum teneri, & 19
dicitur individuum neceſſarium, naturale, & accidentale, exemplificatur individuum neceſſarium in ſervitute, de qua eſt text. *in l. via, Digeſtis de ſervit. & in l.*2. *§. ſed in his Digeſtis de verb. oblig. & in l. fin. Digeſtis de ſervit.legat.* item in obligationibus facti, in quibus non poteſt fieri diviſio, neque ex parte creditoris, & ejus hæredum, neque ex parte debitoris, *gloſ. in l.*4. *§ Cato, in verſ. diviſionem, Digeſtis de verb. oblig.* ubi DD. & præcipuè Jaſon, Zaſius, & Bolognet, Surd. *de aliment.tit.* 9. *quæſtion.* 14. *num* ..*&* 29. Gratian. *diſcept. forenſ. d. cap.* 641. *in fine,* veluti in obligatione ædificandi certam domum, vel effodiendi certam foveam, de qua individuitate loquitur text. *in l. in ſtipulationibus, §. operarum, Digeſtis de verb. oblig.* & dicitur individuum naturale, quia non poteſt adimpleri pro parte ſub forma promiſſa, & debita, individuum autem accidentale dicitur, quandò aliquid de per ſe eſt indiviſibile, ſed ſi debeat adimpleri cum aliqua circumſtantia, efficitur indiviſibile, ut exemplificat *Marta in loco citato, numero* 18. in eo, qui promiſit tradere fundum ad Turrim erigendam, quo caſu ſuperſtitibus quattuor hæredibus debitoria, ſi aliquis ex eis vult pro hæreditaria portione adimplere, & partem fundi promiſſi tradere, non dicitur promiſſa adimplere, cùm in illa parte non poſſit Turris ædificari.

Hinc Foller. † *in pract. crim. in verb. audiantur ex-* 20
cuſatores, n. 157. dicit quòd hodiè in Regno ratione connexitatis non remittitur Laicus cum Clerico, vix enim remittitur Clericus.

Ex quo ſequitur, † quod judicium reivendicatio- 21
nis quoad exequutionem non dicitur individuum, & proindè quilibet in ſua juriſdictione eſt conveniendus, ut latè defendit Gutier. *pract. quæſt. libro* 1. *quæſt.* 6 *per tot,* ubi poſt *Anton, Gomez, Covar. Perez,*

Padilla

Padill. Jul. Clar. & alios hanc opinionem firmat contrariis reſpondendo, & præſertim ad doctrinam Bart. *in d. l. præcipimus, §. eodem obſervando, Cod. de appell. & in l. ſolent. nu. 14. ff. de alim. & cibar. legat.* Hippolyt. de Marſil. *ſing.* 180. cum aliis concordantibus, & hoc etiam voluit Otalor. *in loco* ſupra allegato, *Franch.* Lucan. *in tract. de Fiſc. 3. par. n.* 34. Covar. d. c. 34. *pract. quæſt.* optimè etiam *Mexia de taxa panis, d. concl. 5. n. 77.*

22 Et propterea dixit Menoc. * *conſ.* 103. *num.* 29. quod ſi quis contra plures hæredes experiatur, licèt illi una tantùm partem conſtituant in lite ipſa tractanda, attamen quoad exequutionem latæ contra eos ſententiæ non poſſunt exequi, niſi pro hæredi-
23 tariis * portionibus, & ideò non poteſt dici ſimpliciter individua, cùm dividi poſſit quoad exequutio-
24 nem, * & ſic etiam quamvis plures appellentur litis conſortes, ut tradunt DD. *in d. cap. cum* M. Ferrarienſ.
25 *ubi Ripa, num. 9. de conſt.* † tamen cauſa non dicitur inter eos individua, niſi res ipſa, de qua eſt contentio, ſit individua, & hoc eſt quod voluit Specul. *in d. tit. de Cleric. conjug. nu.* 14. quod Judex ex officio dividet, vel coget partes ad dividendum.
26 *Secundum prædicta fuit judicatum in S. C. referente q. Regio Conſil. Marco Antonio Morra.*

OBSERVATIO IN CONSULT. LV.

ARGUMENTUM.

Cauſa plures contingens, an coram uno, & eodem Judice terminanda, an ſeparatim? Continentia cauſæ, an, & quandò dividi valeat, tàm in civilibus, quàm in criminalibus inter plures diverſi fori? *D. Octavius Caracciolus Siculus* fusè ediſſerit adductis ampliationibus, & limitationibus. Notabilis limitatio eſt, ut continentia cauſæ non ſit attendenda in privilegiato cum clauſula abdicativa; Prout in privilegiis pro juriſdictione abdicativa conceſſis Curiæ Magni Admirati, & Delegationi Officii Curſoris majoris hujus Regni; Et quid in militibus committentibus delicta junctim cum aliis non militibus, an milites remittendi ſint ad Judicem militarem? Refertur *D. Cala in Tractat. de præeminent. M. C.* Et quid ſi inter plures inquiſitos, & carceratos in M. C. adſit aliquis Vaſſallus Baronis, an ſit locus remiſſioni ad Curiam Baronis reſpectu Vaſſalli? Negat *Gizzius* nuncupatim laudans *Reg. Latr. in hac Conſult.* 55. Tranſcribuntur verba *Modeſtini Piſtoris* ad ornatum hujus *Conſult.* Singularis Quæſtio excitatur, & reſolvitur per *Fermoſin.* non ſcilicèt continentia cauſæ ſit attendenda in terminis Clerici habentis diverſa feuda à diverſis Principibus, ſtante ratione dubitandi adducta ab eodem *Fermoſin.* Cauſa de una, eademque re commiſſa duobus Senatoribus apud illum relinquitur, cui prius commiſſa reperitur: Et rationes. Explicantur *text. in l. nulli, C. de judic. & in l. 1. ff. de quib. reb. ad eund. Judic. eatur. Gonzalez, Fermoſin. & Author in obſ. ad dec. 426. Præſ. de Franch.* tractant materiam continentiæ cauſæ. Cum aliis.

SUMMARIUM.

1 *Continentia cauſæ, an, & quandò dividi valeat, tàm in civilibus, quàm in criminalibus; & quid inter plures diverſi fori?*
2 *Continentia cauſæ nùm attendenda in fori remiſſione plurium diverſi fori.*
Inquiſiti ubi ſunt plures de uno delicto, quilibet per ſuum Iudicem eſt puniendus; Eod. n. 2.
3 *Limitationes, & ampliationes in materia continentiæ cauſæ.*
4 *Continentia cauſæ haud eſt attendenda in privilegiato privilegio cum clauſula abdicativa.*
Text. in l. nulli, C. de judic. & in l. 1. ff. de quib. reb. ad eund. Judic. eatur, *explanatur. Eod. n. 4. & ſeqq.*
Iuriſdictio conceſſa Curiæ Magni Admirati Regni hujus eſt abdicativa; Eod. n. 4.
5 *Iuriſdictio conceſſa Regenti Delegato Officii Curſoris majoris eſt abdicativa.*
Officium Curſoris majoris eſt maximæ confidentiæ, & reſpicit etiam res ſtatus; Eod. num. 5.
Delegatus Officii Curſoris majoris cognoſcit omnes, & quaſcumque cauſas, civiles, criminales etiam delicta communia, & cauſas mixtas occurrentes Tabellariis, aliiſque inſervientibus in dicto Officio; Eod. n. 5.
6 *Milites ſi delicta commiſerint junctim cum aliis non militibus, ſed ſubjectis juriſdictioni M. C. an M. C. remittat milites ad Iudicem militarem?*
7 *Pluribus inquiſitis, & carceratis in M. C. ſi inter inquiſitos adſit vaſſallus alicujus Baronis non eſt locus remiſſioni ad Curiam Baronis.*
8 *Cauſa plures contingens, an coram uno, eodemque Iudice terminanda, vel potiùs ſeparatim?*
Titulus Digeſtor, de quib. reb. ad eundem Judicem eatur, *declaratur; Eod. n. 8.*
Plures rei habentes cauſam communem in qualitate defenſionis, non poſſunt ab eodem actore coram diverſis Iudicibus conveniri; Eod. n. 8.
Conſortes dicuntur ſocii; Eod. n. 8.
9 *Continentia cauſæ nùm attendenda in terminis Clerici habentis diverſa feuda à diverſis Principibus; Et n. ſeq.*
10 *Vaſſallus delictum committens in feudo adversùs dominum privatione dignum, eo ipſo privari debet feudo alterius domini, adversùs quem delictum non commiſit juxtà* Iſern. & Afflict.
11 Fermoſinus *dubitat.*
12 *Continentia cauſæ materia remiſſivè tractatur.*
13 *Cauſa de una, eademque re duobus Senatoribus commiſſa, apud illum relinquitur, cui prius commiſſa reperitur; Et adducuntur rationes, numero 14.*
Pars ob unam, & eandem rem coram diverſis Iudicibus non eſt vexanda; Eod. n. 14.
Iudicium ubi captum, ibi finem accipere debet; Eod. num. 14.
Præveniens regulariter præfertur; Eod. n. 14.

QUotidiana materia occurrit in hac * *Conſult.* 55. *Reg. Latro*; An ſcilicèt, & quando continentia cauſæ dividi valeat, tàm in civilibus, quàm in criminalibus, & quid inter plures diverſi fori? 1

D. * *Octavius Caracciolus Siculus in Tractat. de for. priv. cum. impreſſ. poſt ſuas deciſ. quæſt.* 23. inquirit, an in fori remiſſione plurium diverſi fori attendatur continentia cauſæ; Et reſpondet, quod non ex *Maſtrill. in dec.* 138. *p.* 2. *& Caſtill. dec.* 39. *p.* 1. poſt alios, quos citat *Caſtill.* quia ubi plures ſunt inquiſiti de uno crimine, quilibet per ſuum Judicem eſt puniendus, ex *Præſ. de Franch. dec.* 426. qui ità deciſum fuiſſe in S. R. C. teſtatur, non obſtante diſpoſitione *text. in l. 1. ff. de quib. cauſ. ad eund. Judic. eatur. l. nulli, C. de judic.* ibique *DD.* 2

Limitationes, & ampliationes † in variis contingentiis proſequitur *Caracciolus cit. qu.* 23. quem *remiſſivè* tantùm cito ad ornatum hujus *Obſervationis.* 3

Notabilia

Notabilis * limitatio eſt, ut continentia cauſæ
4 non ſit attendenda in privilegiato privilegio cum clauſula abdicativa, ex qoa limitatur textus in l. nulli, C. de judic. & in l. 1. ff. de quibus eeb. ad eund. Judic. eatur. ut in puncto juriſdictionis abdicativæ conceſſæ Magno Admirato Regni hujus, conſuluit Conſ. Fabius de Anna conſ. 107. lib. 2. & obtinoit deciſionem favorabilem junctis Conſiliariis trium Aularum ejuſdem S. C. congregararum coram doctiſſimo Præſidente S. C. Vincentio de Franchia; Et Conſ. de Anna laudatur per Caraccıol. cit. qu. 23. n. 12. Ratio eſt, quia clauſula abdicativa facit ſeparationem juriſdictionis, Capyc. dec. 222. & dec. 9.

5 Pariter in Officio Curſoris majoris † Regni hujus in perpetuam, & ex cauſa onerosa conceſſo per Cathol. Majeſtatem DD. Comitibus de Ognatte, y de Villamediana, in executionem Regalium Privilegiorom ſumma ratione (hoc enim officium eſt maximæ confidentiæ, & reſpicit etiam res Status) conceſſorum, deputatur Delegatus unus ex Spectabilibus Regentibos Regiam Cancellariam pro cognitione omnium, & quarumcumque cauſarum, tàm ſcilicèt civilium, quàm criminalium, etiam in delictis communibus, & mixtarum occorrentium Tabellariis, vulgariter dictis, Procacci, Staffette, aliiſque omnibus inſervientibos in dicto officio; Atque Delegatus ferè ſemper exiſtit Regens Decanus Supremi Coll. Conſilii, noſtriſque temporibus fuernnt Delegati qq. Regentes D. Jacobus Capycius Galeota Dux S. Angeli, & D. Stephanus Carrillo de Salzedo, ambo meritiſſimi Decani Coll. Conſ. Quia verò juriſdictio Regentis Delegati Officii Curſoris majoris eſt ſimiliter abdicativa, ſicuti num. praced. obſervavimos in juriſdictione conceſſa Curiæ Magni Admirati, hinc in dies practicatur, qood in omnibus, & quibuſcumque negotiis, & cauſis Tabellariorum, aliorumque Officialiom inſervientium in dicto Officio procedıtur coram Spectabili D. Regente Delegato, & hoc ſemper, & indiſtinctè, etiam in cauſa quæ plures contingat, ac inter eos reperiatur aliquis ex Tabellariis, aut ex aliis perſonis inſervientibus in Officio; etenim non attenditur motivum continentiæ, neqoe diſpoſitio text. tacit. l. nulli, C. de judic. ſed reſpectu Tabellarii, aut cujuſvis alius perſonæ inſervientis in officio, proceditur coram D. Regente Delegato, ob illam rationem, quia nempè juriſdictio Delegati Curſoris majoris eſt abdicativa. De qoa re adſunt ſexcenta exempla penes Acta d. Delegationis.

6 Si * milites delicta commiſerint junctim cum aliis non militibus, ſed ſubjectis juriſdictioni M. C. Judicis Ordinarii, pro quibos torquendi eſſent ex proceſſo informativo, an M. C. remittat milites ad Jodicem militarem? Adeundus D. Cala de praeminent. M. C. cap. 35. nu. 2. & ſeqq.

7 Contingit * in dies caſus, de qoo Gizz. in obſerv. ad dec. 90. Reg. Latro nu. 4. 5. & 6. ubi meminit hujus Conſult. 55. his verbis: Erit obſervandum, quod ſi ex pluribus inquiſitis, & carceratis in M. C. V. adſit aliquis vaſſallus Baronis, ille non debet remitti ad Baronem, & ità conſultus reſpondi hodie 10. Octobris 1651. D. Principi Macchia, & Marchioni Cilentia, pratendenti remiſſionem ejus vaſſallorum à Regia Audientia Capitinata, inquiſitorum cum aliis de homicidio, dum Regia Audientia eſt Tribunal ſuperius, ad text. in l. contra pupillum, §. qui ad majus, ff. de re jud. item, nè continentia cauſa dividatur, ad tradita per R. Capyc. Latr. Conſult. 55. n. 3. lib. 1. & pariter, ne ſequantur diverſa ſententia, Peguera dec. 122. lib. 2. per text. in l. nulli, C. de judic. abſonum enim eſſet, quod ſuper eodem negotio diverſa proferantur ſententia, Gloſ. in l. 1. ff. de quib. eeb. ad eund. Jud. eatur. tantòque magis, quia idem eſt delictum, ut probat Marian. in cap. propoſuiſti, col. 2. verſ. 9. quaero, de ſer. compet. & ità ex praedictis reperio deciſum per M. C. de anno 1639. ut refert D. Sanfelic. dec. 273. lib. 2.

Modeſtin. Piſtor. qu. illuſtr. p. 3. qu. * 101. Inqoirit, 8
an cauſa plures contingens coram uno, eodemque Judice terminanda, an ſeparatim? Et num. 1. in ſua ſpecie ità reſolvit: Pro Principibus facit, quod talis cauſa videtur communis cauſa totius domus Saxonia, merito ergò ea ad unum eandemque Judicem pertinere dicitur, per tit. ff. de quib. eeb. ad eund. Judic. eatur. quem ad plures eandem cauſam habentes, & de eadem re litigantes applicat Innocent. in c. M. Ferrarienſis, 9. in fin. extr. de conſtit. dicens, Partem petentem fieri debere remiſſionem ad unum Judicem eſſe audiendam, adeò ut ſi talis remiſſio denegetur, juſta ſit cauſa appellandi. Et ſi quis dicere velit Innocentium loqui de eo, qui à pluribus actoribus ſuper eadem re in diverſis Judiciis convenitur, hic autem actores Comites ſtare pro una perſona, & unam tantùm inſtituere velle actionem contra plures Principes Saxonia, vel unam ex illis pro arbitrio eorum, tamen quod d. t. de quib. eeb. ad eund. Judic. eatur, etiam procedat ad petitionem unius ex pluribus eeis conventis, vel convenientis, apparet ex l. 2. d. t. de quib. eeb. ad eand. Judic. eatur.

Et n. 2. & 3. ibi: Huc pertinere videtur, etiam quod per d. tit. tradit Franciſc. Aretin. in conſ. 29. incipit, diligenter, & maturè conſideratis his, qua in puncto deducuntur, &c. col. antepen. verſic. nec obſtat pramiſſis, ſi dicatur, &c. quod plures eeì habentes cauſam communem, & connexam in qualitate defenſionis, & unitate negotii, non poſſint conveniri ab uno actore coram diverſis Judicibus. Videtur autem hac cauſa juris collectandi eſſe communis omnium Principum domus Saxonia, & connexa in qualitate defenſionis, & unitate negotii, & videntur Principes Saxonia in hoc negotio conſortes eſſe ejuſdem litis, conſortes autem dicuntur ſocii, ergò &c.

Singularem * quæſtionem excitat, & reſolvit Fermoſinus ad cap. caterum, 5. de judic. quaſt. 22. an conti- 9
nentia cauſæ allegari valeat in terminis Clerici habentis diverſa feuda à diverſis Principibus? Et reſolvit negativè; quia cùm diverſi ſint domini, & diverſa ſint feuda, indè evenit, quod diverſitatis ratione unus nequeat judicare ſuper feudo alterius, quia eſſet judicare extra cauſam feudalem non ſibi competentem; ſiquidem iſtæ cauſæ minimè ſunt inter ſe continentes, ex Marta de juriſd. 4. part. caſ. 89.

Sed dubium † ex eo oriri advertit Fermoſin. l. c. n. 5. 10
& ſeqq. nam certum eſt juxtà DD. citandos, quod ſi vaſſallus delictum committat in feudo adversùs dominum privatione dignom, eo ipſo privari debet feudo alterius domini, adversùs quem delictum non commiſit, Iſern. in tit. de vaſall. decrepit. atat. in addit. circà med. Afflict. dec. 282. ergò idem videtur eſſe dicendum, quod propter connexitatem dominorum unius feodi poſſit cognoſcere in feudo alterius.

Cæterum Fermoſin. ex n. 6. * adhuc dubitat de ſen- 11
tentia citarorum DD. Eum conſule pro reſolutione.

De eadem * materia continentiæ cauſæ dividendæ, 12
vel non dividendæ, & quando unos, idemque Judex terminare valeat continentiam cauſæ, ad intellectom text. in l. nulli, C. de judic. fusè idem Fermoſin. ad c. novit. 13. de judic. qu. 23. n. 4. & ſeqq. & ad cap. ſignificaverunt. eod. tit. qu. 1. n. 3. & ſeqq. eruditiſſimus Gonzalez in Commentar. ad c. final. de judic. Ego ipſe in obſ. ad cit. dec. 426. de Franch. & alibi.

In terminis * cauſæ de una, eademque re com- 13
miſſæ duobus Senatoribus apud illum relinquitur, cui cauſa prius commiſſa reperitur, Ferrer. p. 3. obſ. cap. 44. Cancer. var. reſol. jur. p. 3. c. 1. à numero 50. Fontanell. dec. 71. n. 22. & deciſum tradit Cortiada deciſ. Catalon. p. 1. deciſ. 36. numero 29. & in Regno Valentiæ Mattheus de regimin. Regn. Valent. tom. 2. cap. 7. §. 5. numero 5. & in noſtro Regno Neapolitano Thor. in compend. dec. p. 2. verbo Judex, fol. 305.

Hoc

Google

14 Hoc † autem nedum fit ex eo, ne continentia cauſæ dividatur, juxtà motivata per *R. Latr. in hac Conſult. 55. num.* 3. & poſſint ſequi diverſæ ſententiæ, verum etiam ex eo, nè Pars ob unam, & eandem rem coram diverſis Judicibus vexetur, ſumptibus, molaſtiis, & expenſis gravetur, contra *text. in l. licèt, §. fin. ff. naut. caup. & ſtabular. l. ſepulchri ff. de ſepulchr. violat. l. qui de crimine*, 9. & ibi *Gloſs. C. de accuſat.* Et quia ubi cæptum aſt judicium, ibi finem accipere debet, *l. ubi acceptum, ff. de judic. Fachinaus controv. jur. lib.* 11. *cap.* 78. *Carleval. de judic. lib.* 1. *tit.* 1. *diſp.* 2. *à n.* 890. *ad num.* 905. *& tit.* 1. *diſp.* 2. *&* 3. *Giurb. dec.* 23. *à n.* 1. *& dec.* 82. *num.* 2. *Salgad. in labyr. creditor. p.* 1. *c.* 7. *num.* 78. & alii apud *Cortiad. l. c. n.* 33. Tùm denique quia regulare eſt in quacumque materia, ot præferatur is, qui prævenit, *l. neganda*, 19. *C. qui accuſar. non poſſ. l. ſi pluribus, ff. de legat.* 1. *Decianus Tract. criminal. lib.* 4. *cap.* 22. *nu.* 3. *Praſ. de Franch. dec.* 147. *n.* 5. *Fariuac. in prax. p.* 1. *qu.* 7. *n.* 52. *Carleval. de judic. lib.* 1. *tit.* 1. *diſp.* 2. *n.* 899. *in fin. Salgad. in labyr. cred. p.* 1. *c.* 4. *§.* 1. *num.* 42. *Giurba conſ.* 46. *à n.* 31. alia ponderat in propoſito *Thor. in compend. dec. p.* 2. *v. Judex, f.* 305. *Cortiada cit. dec.* 36. *n.* 33. *in fin.*

ARGUMENTUM.

Facto depoſito per tertium pro illo liberando creditoribus, ad finem aequirandi anteriora jura ſuper aliquo feudo, ſi inter illos, quibus venit pecunia liberanda, adſit creditor cum aſſenſu, qui tamen habeat alios creditores tam cum aſſenſu quam eo carentes, an ſint præferendi creditores prædicti creditoris cum aſſenſu quamvis poſteriores creditoribus anterioribus, aſſenſum non habentibus.

SUMMARIUM.

1 *Pretium redactum ex re feudali, non dicitur feudale.*
2 *Actio ad feudum feudalis eſt, & n.* 12.
3 *Facta retrovenditione vigore pracedentis pacti hypotheca medio tempore contracta extinguuntur.*
4 *Debitor decoctus non deſinit eſſe dominus rerum ſuarum. Amplia, quod poteſt convenire ſuum debitorem, immò & jura cedere, & ſimilia. n.* 5.
6 *Debitor effectus non ſolvendo differt à debitore, qui bonis ceſſit.*
7 Vinc. de Franch. in dec. 75. in add. *declaratur, & numero* 9.
8 *Creditores cum aſſenſu licèt poſteriores ſunt preferendi in pretio rei feudalis, & n.* 11.
10 *Exceſſione jurium queritur utilis actio.*
13 *Alienans actionem ad feudum dicitur ipſum feudum alienare.*
14 *Actio pupilli ad rem ſtabilem, abſque decreto alienari non poteſt.*
15 *Decocto eſt interdicta bonorum ſuorum adminiſtratio.*
16 *Ceſſio bonorum non ſolet fieri per perſonas nobiles.*
17 Vinc. de Franch. dec. 55. *explicatur.*
18 *Confeſſio debitoris decocti non valet ad præjudicium creditorum.*
19 Text. in l. 3. Cod. de novat. *pluribus modis limitatur.*
20 *Diſpoſitio* l. 3. C. de novat. *habet locum in habente nomen debitoris obligatum.*
21 *Solutione ejus, quod debetur ſolvitur omnis obligatio.*
22 *Ceſſio actionum ſuper feudo fieri non poteſt abſque aſſenſu.*
23 *Deciſio cauſa.*

Pro Creditoribus Joan. Aloyſii Pignoni cum aſſenſu, contra creditores ejuſdem Joan. Aloyſii aſſenſu carentes.

CONSULTATIO LVI.

ILluſtr. Marchio Orioli multa contraxit debita, & inter alia vendidit Joan. Aloyſio Pignono tot annuos introitus feudales ſuper terra prædicta pro pretio duc. ſex mille, factaque graduatione in bonis prædicti Marchionis, fuit prædictus Joan. Aloyſius graduatus inter creditores cum aſſenſu, verum quia etiam ipſe defecerat, fuit facta alia graduatio ipſius creditorum, cùmque haberet creditores cum aſſenſu, & abſque aſſenſu ſuper prædicto credito ſuper terra Orioli, fuerunt graduati primo loco creditores cum aſſenſu, quibus omnibus creditoribus concurrentibus pluries fuit expoſita venalis dicta terra, & demum ſequeſtrata, & affictata ordine S. C. ex fructibus fuerunt nonnullae pecuniarum quantitates liberatæ creditoribus Joannis Aloyſii cum aſſenſu, & ſi in data cautelarum poſterioribus.

Quibus ſtantibus cùm ex lite, quam Illuſtr. Marchioniſſa Orioli habebat cum Illuſtr. Principe Melfiæ perveniſſent D. Alexandro Pignono ejus filio duc. 24. milla, quia tenebatur præſtare cautionem ad beneficium prædicti Illuſtr. Principis in caſu retractionis ſententiæ, fuit per decretum Collateralis Conſilii ordinatum, ut idoneè caveat, vel prædictos duc. 24. mille, in emptionem convertat, conſulto S. C. vel liberentur creditoribus anterioribus cum aſſenſu ſuper terra Orioli, factis conceſſionibus ad beneficium prædicti Illuſtr. Principis. Volenſque D. Alexander adimplere prædicta, eligit viam ipſos deponendi penes acta graduationis creditorum ſuper dicta terra Orioli, pro illis liberandis creditoribus cum aſſenſu, ceſſis juribus, ad finem ſubintrandi in eorum locum tam pro recuperatione prædictæ pecuniæ depoſitæ ſuper terra prædicta, quam ad finem retinendi, expreſſeque cavit, quod in caſu, quo pecunia veniret liberanda creditoribus alicujus creditoris ſuper terra prædicta, tam ipſi, quam principales debitores cedere deberent eorum jura.

Inter alia credita ſatisfacienda aderat hoc creditum Joan. Aloyſii, verùm quia erat facienda liberatio creditoribus, prætendebant creditores abſque aſſenſu revoluta graduatione, quod eis erat facienda liberatio, juxta prioritatem temporis, & non juxta datam Regii aſſenſus.

Primò, quia non agebatur de feudo, ſed de pecunia, quæ non eſt feudalis, ſed burgenſatica penes D. Alexandrum, qui uti burgenſaticam depoſuit, & proindè aſſenſus nihil referre debet, & quamvis diceretur, quod hæc pecunia pervenit ex actione, quam habebat Joan. Aloyſius ſuper † feudo, attamen pretium redactum ex re feudali non dicitur 1
feudale, Andr. *in cap.* 1. *§. & plauſtrorum, in fin. quæ ſint regal. c.* 1. *ubi idem* Andr. *ſi de feud. fuer. controv. ex regula, qui prior in tempore potior in jure.*

Secundò, quia quamvis * actio ad feudum feudalis 2
ſit, attamen Joan. Aloyſius emit cum pacto de retrovendendo, † & quando emptio poteſt retrovendi ex 3
neceſſitate antecedentis pacti de retrovendendo, omnes hypothecæ medio tempore contractæ ſuper feudo extinguuntur, & remanet hypotheca ſuper pretio, ſuper quo ſunt præferendi creditores juxta datam cautelarum, nulla habita ratione aſſenſus, prout fuiſſe deciſum per S. C. refert Franch. *in deciſ.* 64. ſequitur *Conſ. de Georg. alleg.* 18. *num.* 8. Camill. de Curt. *in diverſ. juris feud. lib.* 1. *in c.* incipiente *hoc igitur, n.* 10. *Ricc. collect. dec.* 888. *Surd. dec.* 186. *n.* 27. Frec.

de

de ſubfeud. lib. 2. q. 30. Ann. ſing. 104. in addit. 2. Coſt. de retrotract. ſ. 114. n. 6. & 11.

Tertiò, quia hoc caſu nullum adeſt miniſterium creditoris Joan. Aloyſij, nam facta ipſi liberatione, feudi ejus hæredi, poteſt ipſe ſolus cedere jura, & retro-
4 venditiones facere, * quamvis enim ſit Joan. Aloyſius decoctus, tamen non deſinit eſſe Dominus rerum ſuarum, ita Raphael Cuman. *in l. is, qui bonis, ff. de ceſſ. bo-*
5 *nor.* imò poterit convenire ſuum debitorem, * Natta *in conſ.* 440. & cedere jura, & in ſpecie fuit judicatum in Sac. Conſ. quod ceſſio facta ab eo, qui tempore ceſſionis erat effectus non ſolvendo, valida ſit, dummodò tamen non ſit datus curator, qui bona decocti adminiſtret, ut per Franch. *in dec.* ubi *n.* 4. quod
6 ſatis differt is, * qui bonis ceſſit ab eo, qui eſt effectus non ſolvendo, & quod text. *in l. item ſi unus, ff. de arbitris* ſequitur in eo debitore, qui bonis ceſſit, ſequitur Gratianus *diſcept. forenſ. libro 2. cap.* 391.

Et demum reſpondet ad deciſionem in cauſa creditorum Aſcanij Storrentis, de qua per Franch. *in deciſ.*
7 75. ſecundùm declarationem factam * *in addition.* & ad deciſionem in cauſa creditorum Joannis Vincentij Carraccioli, ibi enim & ſi prælati fuerunt creditores creditoris, qui aſſenſum habebant, hoc ideò proceſſit quia pecunia depoſita fuit pro pretio feudi obligati, quod non fuit in caſu noſtro, in quo D. Alexander non emit terram Orioli, ſed tanquam tertius fecit depoſitum ex ſua propria pecunia burgenſatica.

Quibus tamen non obſtantibus pro creditoribus cum aſſenſu dicitur, pluries fuiſſe deciſum per S. C. quòd creditores cum aſſenſu ſint præferendi, &
8 propterea non poteſt † ampliùs in controverſiam deduci, & in ſpecie hoc fuit deciſum in prædictis cauſis creditorum Aſcanij Storrentis, & Joannis Vincentij Carraccioli. *de Ponte de poteſt. Prorog. tit. de refut. feud. §. 21. ſub n.* 5. ea ratione, quia in ceſſione juris feudalis requiritur aſſenſus, & ſic etiam in hypotheca, & quoquo modo feudum tangit, *de Georgio in repetit. feud. cap.* 43. & in Regno Aragoniæ idem fuit deciſum, ut per Monter. *in deciſ. Aragonia 4. numero* 28. *Coll. Marta de juriſd. part. 4. caſu 123. numero 12. & in tractatu de clauſ. in clauſ. 34. numero 4. part. 2.* Nec partis diſtinctio de pretio redacto ex venditione feudi, vel de tertio, qui depoſuit, eſt in conſideratione, cùm D. Alexander non intendat extinguere hypothecam creditorum ſuper terra Orioli, ſed illam emere, & acquirere, tam pro recuperatione, quam pro retentione ipſius ſuper eodem feudo, & ſic eſt idem, ac ſi feudum emiſſet, emptor enim feudi pretium deponendo nihil aliud facere intendit, niſi acquirere actiones creditorum anteriorum ſuper re empta, † ad finem ſe defendendi ab aliis for-
9 ſitan creditoribus poſterioribus, & proindè dicebatur, quod *deciſio de Franch.* 75. non fundatur in alio, quam in illo facto per ipſum relato *numero 7. verſ. ſed in facto*, ſcilicèt quia facta graduatione omnium creditorum, creditores ipſorum jura eorum propoſuerunt, inter quæ erant jura ceſſa, ſive obligata per creditorem cum aſſenſu, nam & ſi jura feudalia redigantur in pecuniam, non tamen extinguuntur, niſi facta reali ſolutione iis, qui antè ſolutionem comparuerunt, & virtute iſtorum jurium in eis tranſlata eſt utilis actio hypothecaria, ex text. *in l. nomen, ubi*
10 *Bart. ff. qua res pign. oblig. poſſ.* * cum aliis per ipſum allegatis, &, hæ fuerunt rationes prædictæ *deciſionis*, ut idem refert *n.* 15. ibi, *& ex prædictis S. C. judicavit*, quæ omnia nedum concurrunt in caſu noſtro, nam creditores creditoris comparuerunt, & inſtiterunt pro liberatione, & eorum jura propoſuerunt, imò plus, quia in iſto nomine debitoris Marchionis Orioli eſt facta graduatio, & graduati fuerunt anteriores creditores aſſenſum habentes, & ſic prædictis creditoribus abſque aſſenſu nedum obſtat juſtitia, verùm etiam ordo, & ipſa graduatio jam facta fuit auditis omnibus creditoribus, ad tradita per Monac. *dec. Bonon.* 40.

Secundò, dicunt creditores cum aſſenſu, quod
nedum ſumus in caſibus * prædictis deciſis, verùm in 11
ſtilo S. C. relato per eundem de Franch. *deciſ. 64. in princip.* ubi vendito feudo ad inſtantiam creditorum cum Regio aſſenſu ſuper pretio ex feudo, redacto, fuit ſatisfactum creditoribus cum aſſenſu, excluſis creditoribus abſque aſſenſu, quamvis enim D. Alexander non emat feudum Orioli, tamen emere intendit hanc actionem, quam habebat Joan. Aloyſius ſuper feudo, quod idem eſt, cùm idem judicetur de actione ad feudum, quod de ipſo feudo, Bald.
* *in cap. 2. §. ſciendum, de feud. cogn. Ann. in alleg.* 12
122. *numero* 7. cum concordantibus. Imò qui alienat
actionem, * quam habet ad feudum, ipſum feudum 13
alienare videtur, ut dixit Cannet. *in extravag. Volentes Reg. Sicil. verſic. quod ſi fuerit venditum, num. 12. fol. 112. & de Ponte in dict. §. 11. de refut. feudor. n. 5.*
& Alex. in conſil. 48. volum. 3. dicit, * quod actio pu- 14
pilli ad rem ſtabilem non poteſt alienari ſine decreto, ſicut ipſa res ſtabilis, urgent ergo creditores Joannis Aloyſij, facta eſt ipſorum graduatio, venditur actio, quam habebat ſuper feudo Orioli, ſequitur quòd in pretio præferendi ſint creditores cum aſſenſu.

Præterea dico, quod neque ceſſio facienda per hæredem Joannis Aloyſij valida, & proficua eſſet ad beneficium D. Alexandri deponentis; poſtquam in bonis prædicti Joannis Aloyſij debitoris eſt facta graduatio, per quam in Regno debitor declaratur decoctus, & omnes contractus ſunt reſciſſi, ut fundat *Regens Rovitus in pragm. 3. de ceſſio. bonor. numero* 12. decocto autem eſt interdicta bonorum ſuorum adminiſtratio, *l. item ſi unus, ff. de arbitr.* & licèt text. loquatur in cedente bonis, ut ſupra diximus, tamen quoad hoc nulla poteſt conſtitui differentia, cùm perſonæ claræ, & de nobili genere ortæ non ſolet
bonis cedere, † ſed ſi in ea cauſa eſt, ut ejus bona ad 16
inſtantiam creditorum vendantur, detur curator ac ſi bonis ceſſiſſet, idque ut honeſtius quantum poſſit ex bonis ejus creditoribus ſolvatur, *l. curator, ff. de curat. furioſ. Benven. Strach. in tituł. de decoct. part. 7.*
n. 8. † Nec prædictis *deciſio. de Franch.* 55. contradi- 17
cit. cùm *ibi* tria concurrebant. Primùm, quia non erat debitor decoctus declaratus. Secundò, cedendo fecit actum, ad quem de jure tenebatur, & compelli poterat. Tertiò, quia ceſſio non erat in ſui nec ſuorum creditorum præjudicium, quod ſecus eſſet, ſi in
præjudicium creditorum fuiſſet facta, † nam confeſ- 18
ſio, ſive computatio decocti non valet ad præjudicium aliorum creditorum, Bald. *conſ.* 432. 1. *vol.* & ſtatu mutato, etiam bonam fidem non licet cognoſcere in præjudicium tertij, *l. ſi quis ex argentariis, in verbo humilis, ff. de edend.* Bald. *conſ. 400. n. 4. lib.* 4. & ita deciſionem prædictam intelligit Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 391. nu. 151. & 16. tom.* 2. quæ quidem tantò magis procedunt in caſu, de quo egimus, in quo tam D. Alexander deponens, quam Princeps Melfiæ, ad cujus etiam beneficium eſt facienda ceſſio, eam habere intendunt, etiam à creditoribus creditoris, quibus eſt liberanda pecunia, & hanc legem eorum pecuniæ impoſuerunt.

Et demum dicitur, quod nullo modo poteſt fieri ſolutio hæredibus Joannis Aloyſij, ſed neceſſariò eſt facienda ejus creditoribus, & ſi enim verum ſit,
quod cedens jure * adhuc retinet apud ſe directas 19
quibus experiri poteſt, tamen hoc limitatur in tribus caſibus poſitis *in l. 3. Cod. ne novat.* Primus, ſi ceſſionarius fuit litem conteſtatus. Secundus, ſi partem debiti receperit. Tertius, ſi denunciaret, ne ſolvet, & licèt quilibet de per ſe ſit ſufficiens, tamen omnes concurrunt in hac cauſa, cùm creditores cum aſſenſu Joannis Aloyſij nedum litem conteſtati fuerint

Ff cum

cum Marchione Orioli, ſed pluries pro venditione prædictæ terræ inſtiterunt, ex fructibus ipſius feudi partem debiti receperunt, & denunciatio debitori, ne ſolvat, nedum ex prædictis reſultat, ſed hodiè quoque & uſque ad effectualem ſolutionem fieri poſſet, Natt. *conſ.* 450. & quòd diſpoſitio *d. l.* 3. habeat
20 locum nedum in ceſſionario, † verum in habente nomen debitoris obligatum, tenuit Bart. *in l. nomen, C. quæ res pign. oblig. poſſ.* tractat plenè *Negusant. de pign. part.* 2. 3. *membr. nu.* 26. *& idem Franch. in dicta decis.* 75. *num.* 10. ex quibus ſequitur, quod ſolutio eſt facienda creditoribus habentibus actionem ad feudum obligatum, non poteſt fieri creditoribus abſque aſſenſu, qui nullam hypothecam habent, nec ipſo principali creditori, ſtantibus requiſitis *d. l.* 3. *C. de novat.* ſed ipſius creditoribus cum aſſenſu.

Contraria autem facili negotio diluuntur, & primum non obſtat, quod pecunia ſit burgenſatica, etiam quod ſit redacta ex actione ad feudum, quia quamvis ſit burgenſatica, tamen ſolvitur ad finem acquirendi eas actiones hypothecarias ſuper feudo, quas habent creditores cum aſſenſu, quæ quamvis eſſent penes directum creditorem, qui eſt Joannes
21 Aloyſius, * attamen illas ceſſit, ſive obligavit ejus creditoribus cum aſſenſu, quę hypothecæ non ſolvuntur, niſi ſolutione, *l. grege. §. etiam, ff. de pign. Franch. dec.* 116. *n.* 23. & propterea ad finem extinguendi prædictas hypothecas, neceſſariò eſt facienda ſolutio ipſius creditoribus.

Secundum non obſtat, quia non reſolvitur contractus Joannis Aloyſii ex neceſſitate præcedentis pacti de retrovendendo, cùm non exerceatur pactum per Marchionem Orioli, penes quem adeſt, nec per D. Alexandrum uti ejus ceſſionarium, ſed tantum depoſuit pecuniam tanquam tertius, qui
22 non vult extinguere hypothecas ſuper feudo, † ſed vult ipſas acquirere, & ideò eſt neceſſario ceſſio, & ſuper ceſſione Regius aſſenſus, cùm aliud non ſit niſi translatio jurium de una perſona in aliam, quod fieri non poteſt abſque aſſenſu, *Andr.* & alij *in cap. Imperialem, de prohibit. feud. alien. per Feder.* proinde ſatis differt caſus prædictæ *deciſ.* 64. à præſenti caſu.

Tertium non obſtat, quia ſupra ſatis eſt fundatum, ſolutionem non poſſe fieri Joanni Aloyſio principali debitori, nec ipſius ceſſionem eſſe proficuam abſque ceſſione creditorum, & propterea concluditur, omninò eſſe faciendam liberationem creditoribus habentibus aſſenſum.

Fuit deciſum, eſſe præferendos creditores Joannis Aloyſij cum aſſenſu referente Conſiliario Salvo, in proceſſu creditorum Marchionis Orioli in Banca de Ferrariis, die 6. Julij 1618. idem etiam fuit obſervatum in cauſa creditorum Joannis Vincentij Mariſculi, & in aliis cauſis.

OBSERVATIO IN CONSULT. LVI.

ARGUMENTUM.

Creditores cum aſſenſu præferuntur creditoribus anterioribus aſſenſum non habentibus ſuper depoſito pecuniæ perventæ ex venditione feudi, & ſi pecunia fuerit liberata cum cautione, erit locus avocationi, nulla facta excuſſione ſuper bonis communis debitoris exiſtentis ſolvendo. Rejiciuntur recentiores contrarium ſentientes, tamquam non jure loquentes. Creditor abſque aſſenſu poteſt immitti ſuper commoditate percipiendi fructus feudales. Examinatur articulus, num ceſſio hypothecæ ſuper feudo requirat aſſenſum, ad cujus reſolutionem adducitur celebre Reſponſum *D. Conſil. Flavij Gurgo* ad interpretationem Gratiæ anni 1586. de qua in *Pragm.* 27. *de feudis.*

SUMMARIUM.

1 *Creditores cum aſſenſu præferuntur creditoribus anterioribus, aſſenſum non habentibus in pretio pervento ex venditione feudi, & rationes aſſignantur, num.* 2. *&* 3.

2 *Creditor, qui habet bona feudalia, & allodialia obligata, poteſt ad ſui electionem agere ſuper bonis allodialibus, vel feudalibus, & quid de æquitate.*

4 *Creditores ſupervenientes poſt feudi venditionem ſub haſta, num poſſint moleſtare emptorem, vel teneantur inſtituere judicium avocationis*

5 *Avocationi pecuniæ feudalis liberatæ creditoribus abſque aſſenſu, num ſit locus inſtantibus creditoribus cum aſſenſu, non facta prius diſcuſſione communis debitoris exiſtentis ſolvendo.*

6 *Creditor, qui habet bona feudalia, & allodialia obligata, poteſt ad ſui electionem agere ſuper bonis allodialibus, vel feudalibus, & quid de æquitate, & cum fiſco in caſu devolutionis feudi, & num.* 7. *&* 8.

9 *Pecunia liberata cum cautione, dicitur liberata, & ſoluta revocabiliter.*

10 *Judicium avocationis pecuniæ liberatæ cum cautione, eſt judicium executivum.*

11 *Creditor abſque aſſenſu poteſt immitti ſuper commoditate percipiendi fructus feudales.*

12 *Ceſſio hypothecæ ſuper feudo, num requirat aſſenſum, & num.* 14. 16. *&* 19.

13 *Commemoratur* D. Conſil. Flavius Gurgo.

15 *Aſſeritur diſtinctio* Cameræ. in cap. Imperialem, fol. 15. lit. N. & O.

17 *Actiones hypothecariæ ſuper feudis, num poſt Gratiam judicandæ ſint feudales.*

18 *Actio hypothecaria ſuper feudo eſt jus feudale, licèt non ſit feudum formatum.*

20 *Gratia anni* 1586. *de qua in* Pragm. 27. de feud. *interpretatur, & num.* 22.

21 *Feudum, vel actio feudalis concedi poteſt cum clauſula,* pro ſe, & hæredibus quibuſcumque *vel cum clauſula,* cui dederis, *& juri feudi cenſebitur facta conceſſio.*

23 *Clauſula,* pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, *non comprehendit ceſſiones factas in contractu inter vivos.*

24 *Gratia loquens de perſonis, quibus tranſit actio perſonalis comprehendit hæredes, ſed non donatarios, vel ceſſionarios.*

25 *Actiones quæ non poſſunt abſque aſſenſu transferri in ceſſionarium remanent penès cedentem.*

26 *Separatio bonorum num detur in feudalibus.*

Separatio num poſſit poſtulari ultra quinquennium à die aditionis.

Habetur in hac *Conſult.* Creditores cum aſſenſu de ſtylo S. C. eſſe præferendos creditoribus anterioribus aſſenſum non habentibus in liberatione pecuniæ perventæ ex venditione feudi. 1

Concordat *Reg. Latro in Conſult.* 84. *tom.* 2. *Reg. de Marinis ad Reverter. obſervat.* 202. *num.* 3. *tom.* 1. *& reſol.* 61. *num.* 1. *tom.* 2. ubi plenius ſcripſi in *meis meliorat. Prat. Practic. obſervat. obſervat.* 17. *à num.* 1. *cum ſeqq.*

Ratio

2 Ratio hujus praxis * innixa videtur in illa æ-
quitate evitandi circuitum, & ad hoc, ut em-
ptor, qui deponit pecuniam cum expreſſa lege il-
lam liberandi creditoribus cum aſſenſu ceſſis juri-
bus ad ſui beneficium ſuper illo feudo empto ſit
ſecurus; Securus enim non redderetur, neque
hypothecæ extinguerentur, niſi ſolutiones fierent
creditoribus cum aſſenſu, ſiquidem iſti poſſent
ſemper ſuper feudo recurſum habere, & illud
evincere, & ideò fuit adinventa hæc cautela,
quamvis pecunia liberanda conſiderari poſſet tam-
quam allodialis.
3 Accedit alia ratio, * quæ oritur ob intereſſe
Reg. Cur. quia ſi in caſu devolutionis ob lineam
finitam non reperiatur feudum liberatum à credi-
toribus cum aſſenſu, tenetur Rex illis ſatisfacere,
& è contra liberatio à nexu hypothecæ dictorum
creditorum reſultat in augmentum feudi, & uti-
litatem Regis.
4 Hinc fit, * quod facta venditione feudi ſub ha-
ſta creditores anteriores poſtmodum comparentes,
non poſſunt moleſtare emptorem ſuper re vendi-
ta, ſed tenentur dirigere greſſus ſuos contra cre-
ditores poſteriores, & eorum fidejuſſores ad avo-
candam pecuniam, ſeu pretium rei venditæ ipſis
liberatum cum ſupra tradita cautione, *Conſil. Carlev.
de judic. tit. 3. diſp. 22. num. 18. tom. 8.* & deci-
ſiones noviſſimas S. C. in cauſis Montis Venato-
rum cum Marchione Ugenti, & in cauſa illorum
de Spinula creditorum Principis Squillacij, refert
*Conſil. de Altimar. in obſerv. ad conſil. 12. Reg. Ro-
vit. num. 24. tom. 3.* ubi quod S. C. utitur hac
æquitate in omnibus caſibus, quibus creditor po-
teſt congruè ſatisfieri.
5 Quibus rationibus ſic ſtantibus, † non eſt cu-
randum de cujuſdam moderni *Doctoris* aſſertioni-
bus, qui jure quidem cervellotico ratiocinatur,
non eſſe locum liberationi, nec avocationi pe-
cuniæ feudalis jam liberatæ creditoribus anterio-
ribus aſſenſu carentibus, communi debitore exi-
ſtente ſolvendo, dum in caſu propoſito præfe-
rendus eſt creditor anterior ſine aſſenſu, quia ni-
hil eſt tam dictu abſurdius, & à receptiſſima pra-
xi alienius.
6 Dixit *abſurdius*, * quis creditor, qui bona
feudalia, & allodialia habet obligata cum Re-
gio aſſenſu, poteſt pro ſui crediti conſecutio-
ne agere, vel ſuper bonis allodialibus, vel
feudalibus ad ſui electionem, nec poteſt ei ob-
jici, ut recurrat ſuper bonis burgenſaticis, hoc-
que ex rigore juris, quia æquitate ſuadente,
boni Judices ſolent creditoris arbitrium refrenare
non permittendo, ut creditor qui poteſt ſuper
7 bonis * feudalibus ſatisfieri recurſum habeat ſu-
per bonis allodialibus in perniciem creditorum
qui illa tantum obligata habent, juxta ea,
quæ habentur apud *Reg. de Marinis ad Re-
vert. obſervat. 459. numero 1. 2. & 3. tit. 2.*
ſed nullus hucuſque ſanæ mentis dixit, quod
quando agitur de pretio pervento ex venditione
bonorum feudalium authoritate Judicis facta ſint
præferendi ſuper dicto pretio creditores anteriores
abſque aſſenſu, dum poſteriores cum aſſenſu poſ-
ſunt commodè ſatisfieri ſuper bonis communis de-
bitoris, qui eſt ſolvendo, quod nihil aliud im-
portare videtur, niſi compellere creditorem ha-
bentem bona feudalia, & burgenſatica cum Re-
gio aſſenſu in forma valida obligata, ut recur-
rat ſuper bonis burgenſaticis, omiſſo pretio feu-
dalium, quod non vidimus, * nec audivimus huc-
8 uſque prætenſum, nec practicari tentatum, niſi
favore fiſci, ex ejus ſpeciali privilegio conceſſo
virtute literarum Regalium anni 1640. quibus ſtatu-
tum eſt, ut in caſu devolutionis fiſcus percipiat bona
burgenſatica feudatarij pro ſolvendis creditoribus
habentibus hypothecas cum aſſenſu ſuper feodo,
quas literas tranſcripſit *D. Carlev. de judic. tit. 3.
diſput. 83. numero 71. in fin.* de quibus memor fuit
R. D. Carol. Cala, ſcribens uti Fiſci Advocatus
contra D. Emanuelem Carafa, prout patet ex *re-
ſponſo* per me typis tradito de *linea legali art. 7.
num. 147. in fin.*
Jure igitur fit avocatio * creditoribus cum aſ- 9
ſenſu ſupervenientibus, qui pecunia liberata cum
cautione primis creditoribus abſque aſſenſu, fuit
liberata, & ſoluta revocabiliter, quatenus alij
creditores anteriores, vel cum aſſenſo non ad-
ſint, vel res vendita non fuerit ab emptore
evicta, undè cùm pecunia non dicatur effecti-
vè ſoluta, eveniente caſu reſtitutionis, nihil ſo-
lutum eſſe videtur, nec primæva actio extingui-
tur, ex regula *text. in l. ex ſextante, §. latinus
Largus*, ubi *Gloſ. & DD. ff. de except. rei judic.*
& in proprio caſu liberationis pecuniæ cum cau-
tione *D. de Franchis dec.* 200. & melius in termi-
nis hæc omnia fuerunt ponderata per *Reg. de Pon-
te de Poteſt. Proreg. in tit. de aſſenſ. Reg. §. 9. n.
16. & 17.*
Corruit quoque alterum aſſumptum excuſſionis
faciendæ contra debitorem exiſtentem ſolvendo,
ſiquidem diximus in *meliorat. 71. Reg. de Mari-
nis n. 16.* non eſſe neceſſariam excuſſionem, quan-
do fuit præſtita cautio de ſolvendo, ſed eſſe pra-
cticandum proceſſum ſummarium, & executivum,
cùm pecunia dicatur verè extare, & ſolutio facta
redoleat ſpeciem depoſiti, ex *Celſ. dec. 206. Car-
din. de Luca de credit. diſc. 3. n. 5. & 6. & diſc.
53. num. 85.* maximè attentis fidejuſſionibus,
quæ capiuntur hodiernis temporibus, in quibus
adjicitur clauſula, *de reſtituendo cui, quibus, &
quando etiam abſque termino*, undè neque ſunt ap-
plicabiles termini *text. in l. undè quæritur, ff. com-
modat.* cujus diſpoſitio tantummodò procedit in
commodato, & ideò S. C. nunquam ſolet ad-
mittere dictam exceptionem, ut oſtendunt *D. Ro-
doer. in conſ. 13. & Conſil. Staiban. ad reſp. 82.
cent. 1.*
Nec eſt recipienda alia inepta limitatio excogi-
tata ad deſtruendam hanc receptiſſimam praxim,
nempe ſi poſt judicium avocationis inſtitutum per
creditorem cum aſſenſu compareat tertius contra
emptorem pro vindicatione feudi, cùm tale judi-
cium, quod de ſui natura eſt ordinarium, non
poteſt retardare judicium avocationis, quod eſt
† executivum vigore obligationis penès acta vigo- 10
re cujus perindè eſt, ac ſi eſſet condemnatus de-
bitor per ſententiam, *D. de Franchis dec. 200. n.
82.* undè jura tertij comparentis, etiam ad impe-
diendam venditionem ſunt reſervanda in alio ju-
dicio, juxta terminos *text. in l. is à quo 57. ff. de
rei vendicat. & de iſ. ejuſdem de Franchis 889.
Rovit. deciſ. 1. numero 24. verſic. quod ſi allega-
verit.*
Creditor tamen abſque aſſenſu, licèt non ha-
beat obligatum feudum, nec poſſit obtinere libe-
rationem ex pretio feudi ex ſupra traditis, poteſt
* tamen immitti ſuper commoditate percipiendi 11
fructus, donec, & quouſque fuerit ex eis ſa-
tisfactus, quia fructus conſiderantur tanquam
ſeparati à ſolo, & commoditas eſt merè allo-
dialis, juxta indubitatam concluſionem apud
*Andr. in conſtit. in aliquibus in verb. quintum
decimum col. 4. in fine, verſic. in ſubſi-
dium, & cap. 1. §. quid ergò, verſic. ſed an
judiciale pignus de inveſt. in re alien. fact.* ubi latè
*Lapar. poſt Jacobin. de feud. in verb. & dicti vaſ-
ſalli, verſic. & advertite, Alvarot. in cap. Impe-
rialem col. fin. verſic. quæro de probib. feud. alie-*

nat. Reg. de Ponte dec. 4. n. 28. in fine, & poſt *DD. in l. commodis, ff. de re judicat.* juxta terminos *l. à Divo Pio, §. ſi quoque, ff. eodem*, probat *Theodor. allegat. 54. ſub num.* 7. quin etiam ſimplex commoditas fructuum uſque adeò eſt burgenſatica, ut eam poſſit feudatarius alienata abſque aſſenſu, & ita communiter concludunt *Andr. in d. cap. Imperialem num.* 2. ubi *Alvarot. num.* 13. *Frecc. de ſubfeud. fol. mihi* 113. *Capyc. in inveſtit. verb. feudor. alienationes limitat.* 10. *fol.* 37. *& in verb. feudorum fructus, fol.* 205. *Anna in repetit. Conſtit. Conſtitutionem Diva memoria num.* 245.

12 Tangit hic * *Reg. Latr. num.* 8. quod ceſſio hypothecæ ſuper feudo requirat aſſenſum, & cùm *Ego* ſuper hoc articulo ſicco pede tranſiverim in *meliorat.* 61. *ad Reg. de Marinis*, & poſtmodum invenerim celebre Reſponſum *D. Conſil. Flavij Gurge* editum, tempore quo Advocati officio fun-
13 gebatur pro hæredibus q. Sylveſtri * Palmerio, contra Marchionem Capurſij, illud quoad hunc articulum hic tranſcribendum duxi, cùm articulus magiſtraliter per veros ſuos feudales terminos diſcutiatur.

Jura, & hypothecas ſuper feudis abſque aſſenſu cedi, aut donari non poſſe, & ſeparationem, ut in feudis, ita etiam, & in actionibus hypothecariis, ſuper feudis locum non habere.

ETenim quicquid contra ſcribant *Moderni ſuper Ritu M.C.V.* 244. *num.* 11. *& ſeqq.* quemadmodum obligatio, & hypotheca ſuper feudis non ſuſtinetur, & nulla eſt abſque aſſenſu, ex *tex. in c. Imperialem de prohib. feud. alienat. per Feder. & in Conſtit. Conſtitutionem diva memoria*, & tradunt
14 ibidem ſcribentes, & paſſim. * Ita etiam, & ceſſiones, quibus eædem hypothecæ ſuper feudis transferuntur, novum aſſenſum neceſſariò exigunt *Frecc. de ſubfeud. lib.* 2. *q.* 32. *Camerar. in d. cap. Imperialem, f.* 15. *lit.* N. *& O.* Ubi diſtinguit inter Jura feudalia non habentia formam † feudi, & jura feudalia feudi formam habentia, quæ ſimpliciter feuda nuncupantur, atque quod ſi feu-
15 di formam non habent, ut ſervitus, aut hypotheca, cedi dumtaxat poſſunt abſque aſſenſu in augmentum feudi, ſed in augmentum tertij, ut ipſius verbis, eadam jura non formata cedendo, vel retrocedendo refutare ſina aſſenſu prohibitum eſt, ut in ſpecie quæſtionis magis dubiæ, ſcilicet de duabus mulieribus hypothecam cum aſſenſu in Comitatu habentibus, quarum prima, quæ anteriorem hypothecam habebat, nec in totum ſua jura extinguere, nec in aliam poſteriorem transferre voluit, ſed illa ad duo caſtra reſtrinxit, ad hoc ut alterius mulieris hypotheca in reliqua parte Comitatus effectum ſortiretur, quod ſina aſſenſu id facere non potuerit, ſcribit idem *Camerar. fol.* 16. *lit. D. & ſeq.* ac dicta reaſſumit *fol.* 17. *lit. A.* & in eiſdem *Camerarij* terminis, licèt non eiſdem rationibus *Montan. in eodem cap. Imperia-*
16 *lem, num.* 16. Ac idem, * quod ſcilicet ceſſio hypothecæ ſuper feudo abſque aſſenſu nullius momenti habetur, docent *Afflict. dec.* 335. *numero* 17. *Praſ. de Franch. dec.* 41. *&* 593. *D. Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit.* 8. *§.* 11. *num.* 5. *& ſeqq.* ubi latè, & *tit.* 7. *§.* 8. *num.* 3. *Anna alleg.* 127. *Conſil. de Georgio in reper. feud. cap.* 43. *numero* 24. *Camill. de Medic. conſil.* 120. *in fin. Camill. de la Ratha in theatr. feud. par.* 8. *diluc.* 5. *D. Reg. Rovit. conſ.* 77. *num.* 10. *lib.* 1. *& in commentar. ſuper pragm.* 4. *de feud. numero* 2. *&* 17. *Dom. Reg. Capyc. Galeot. controv.* 63. *num.* 84. *lib.* 2. *D. Reg. Capyc. Latr. conſult.* 56. *num.* 8. ubi & in Regno Aragon. ita etiam fuiſſe deciſum, teſtatur ex *Menter, dec, Aragon,*

4. *num.* 28. D. *Mart. de juriſd. par.* 4. *caſu* 123. *nu.* 12. *& in tract. de clauſul. clauſ.* 34. *num.* 2. *p.* 2. idem D. *Capyc. Latr. in dec.* 43. *num.* 12. D. *Reg. de Marin. var. reſolut. cap.* 61. *n.* 4. *lib.* 2. *& in obſerv. ad dec. Reverter.* 9. *D. Conſil. Staib. reſol.* 61. *n.* 25. *lib.* 1. *& in noviſs. & aureis obſer. n.* 6. *D. Conſ. Prato diſcept. for. lib.* 1. *c.* 26. *n.* 2. 3. *& lib.* 2. *c.* 15. *n.* 63. *& lib.* 3. *c.* 31. *n.* 16. 17. 25. 26. *& D. Dux Diani R. Cam. Praſ. in def. jur. fiſc. in controv. inter D. Emanuelem Carafa, & Regium Fiſcum, nu.* 87. *& n.* 92. *in fin.* ac *D. Caſarbodis P. D. Gaetanus de Afflict. in jurium allegationibus pro eodem D. Emanuel. cap.* 2. *numero* 4. *& ſeq.* ac alij, quos conſulto omittimus, ne præter neceſſitatem columnas implere videamur, cùm ſatis, ſuperque hi, quos retulimus, ſint, ſiva authoritate, eruditione, & doctrina, ſive exercitatione, uſuque, & experientia, quia in celebri advocatione, & in ampliſſimis magiſtratibus gerendis functi ſunt, & funguntur, ſive Juribus, & rationibus, quibus nituntur ad hanc confirmandam ſententiam, ad refellendam, vel *Parid. de Put.* vel *Capycii*, aut *Schraderij*, vel aliorum, ſi qui pauci cum his ſenſerunt opinionem, maximè cùm in differentibus ſpeciebus parum inter ſe concordes loquantur, & *Schrader.* ſibimetipſi adverſetur, ut conſtat ex his, quæ latè ſcripſit in *p.* 10. *ſect.* 5. *à n.* 50. *uſque ad* 62. ac iterum *n.* 68. & advertit *D. Reg. Capyc. Galeot. controv.* 28. *n.* 23. *lib.* 1.

Non enim ratio, * qua contrarij moventur, 17
quod ſcilicet actiones hypothecariæ ſuper feudis, vel ſemper, vel ſaltem poſt gratias, de quibus infra, cenſendæ fuerint non feudales, ſed allodiales, ſeu burgenſaticæ, & per conſequens in quemlibet, & quolibet modo, alienabiles, & ceſſibiles, vera in Jure eſt; nam quamvis agnoſcamus multum intereſſe inter actionem, qua ipſa res feudalis, corpuſque feudi directè vendicatur, & petitur, & illam, quæ ex venditione annuorum redituum ſuper burgenſaticis, cum obligatione feudalium pro obſervantia contractus, & evictionis propter hypothecam ſuper feudo intentatur, & primam omninò, & propriè feudalem, tam quoad ſucceſſionem, & exercitium, quàm quoad effectum, & commodum; hanc verò non ita propriè, & ſtrictè feudalem eſſe fatemur, ut propterea emptor annuorum introituum creditor hypothecarius ſuper feudo, & non dominus, vel poſſeſſor juris, aut corporis feudalis dicatur, & neque ſervitiis, neque adhoam, aut relevia præſtare teneatur, quippè hypotheca ſuper feudo non eſt feudum, ſed eſt quædam obligatio acceſſoria ad principalem, & de ea nulla recognitio, * 18
nulla fidelitas, nulla recipitur inveſtitura, ut ex *Schrader. de feud. par.* 7. *cap.* 2. *nu.* 26. refert *Dom. Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit.* 7. *de aſſenſu Regio, §.* 8. *ſub num.* 3. Hoc tamen nihil ad præſentem quæſtionem refert, nec indè conſequitur actionem hypothecariam ſuper feudalibus, ut alia jura, & bona allodialia liberè, & abſque aſſenſu cedi, & alienari, nam utcumque actio hypothecaria directè feudum non petat, ejuſque dominium non vindicet, negari tamen non poteſt, quin ipſum feudum tangat, & dirigatur, vel ad venditionem ipſius, vel adjudicatione, ut in ſpecie advertit *Dom. Reg. de Ponte de pot. Proreg. tit.* 8. *de refut. feud. numero* 5. & licèt non ſit feudum formatum, eſt tamen Jus feudale, ut communiter DD. firmant ex generali regula, qua actio ſortitur naturam rei, ad quam dirigitur, *D. Praſ. de Franch. dec.* 41. *in princ. & per totam, & dec.* 75. *num.* 3. 4. *&* 5. *dec.* 853. *num.* 25. *& dec.* 593. *D. Reg. de Ponte dict. tit.* 7. *§.* 8. *ſub num.* 3. *& d. tit.* 8. *§.* 12. *n.* 5. & ibi *Thor, in addit, n.* 3. ac idem

Thor.

Thor. in comped. dec. tom. 1. verb. actio, *D. Reg. Fab. Capyc. Galtot. controverſ. lib. 1. c. 28. numero 22.* ut proinde rectè id, quod ſupra oſtendimus, inferatur, quod ſcilicet, quemadmodum hypotheca ſuper feudis, abſque aſſenſu Domini non conſtituitur, etiam, & per ceſſiones aſſenſu carentes *
19 de perſone in perſonam transferri nequeant, quippè, jura feudalia ſunt. Quapropter qui etiam nunc ſcribere, & ſentire volunt aſſenſum non requiri in hujuſmodi ceſſionibus, non immeritò timere debent, ne in ipſos cadat id, quod de *Schrader.* ſcribit *D. Reg. de Ponte tit. 7. §. 4. num. 3.* ac de *Conſil. Carleu. D. Dux Diani in ſæpè cit. defenſ. jur. fiſcal. num.* 110. hoc eſt, locutos eſſe, contra omnes juria ſeudalis terminos ſecundùm quos conſtat nullum eſſe commercium de Juribus feudalibus, vel ſuper feudis abſque Domini aſſenſu, quodque Jus in re, vel ad rem feudalem aliter conſtitui non poteſt, quam directi Domini voluntate, ut poſt *Iſera. in cap. Imperialem*, ſcribit idem *Camer. fol. 15. lit. C.* qui quod attinet ad ceſſiones, advertit ſpeciatim, jurium commutationem de perſona ad perſonam eſſe interdictam, tam in dicto *cap. Imperialem*, quam in *Conſtitutione Conſtitutionem*, & conſequenter vetitas eſſe ceſſiones abſque aſſenſu, quoniam eadem jura, nihilo diminuto competerent ei, in quem facta eſt ceſſio quæ competerent cedenti, & ideò abſque domini voluntate non eſſe permiſſas.

20 Hoc autem poſito, * quod in ceſſionibus, & tranſlationibus hypothecarum ſuper feudis, ſit neceſſarius Domini aſſenſus, prout ſine dubio eſt neceſſarius, nihil poteſt intereſſe, an illæ dicantur factæ ante gratias anni 1586. & 1617. quoniam cùm per eas non aliud ſit inductum, niſi ut clauſula, quæ in aſſenſibus ſuper obligationibus feudorum ponebatur, *pro ſe, & hæredibus ex corpore*, intelligatur, vel ſcribatur, *pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque*, ita non aliud poſſunt operari, niſi ut ſucceſſio in eiſdem actionibus, & hypothecis, quæ ante gratias ſolum ad hæredes ex corpore pertinebat, poſt ipſas ampliata cenſeatur, & pertineat etiam ad alios hæredes, & ſucceſſores quoſcunque, ſed tamen, ita, ut tantummodò intelligatur de ſucceſſionibus, in juribus defunctorum, ſeu teſtatis, ſeu inteſtatis, non autem de ceſſionibus, aut tranſlationibus ejuſdem jurium, & hypothecarum per contractus. Etenim quemadmodum quando gratiæ adhuc non impetratæ ponebatur in hujuſmodi aſſenſibus, clauſula, *pro ſe, & hæredibus ex corpore*, in actionibus, & hypothecis ſuper feudis is tantum ſuccedebat, qui, & in feudis ipſis ſuccedere poterat, nam ſucceſſione, & exercitio actiones hypothecarias, quas jura feudalia non formata *Camerarius*, ut diximus, appellat, ſemper in praxi habitæ fuerunt ejuſdem rationis, ac jura feudalia formata, & corpora ipſa feudorum, & propterea legitimus ſucceſſor in feodis, ut ex multis filiis, primogenitus, ubi vivitur jure Francorum ſolus ſuccedebat, & ſolus agebat, nec in alio agnoſci poterat differentia, inter hypothecas, & alias actiones, ad conſequendum ipſa feuda, niſi reſpectu emolumenti, quoniam illud, quod in pecunia conſequebatur ex actione hypothecaria ſuper feudo, tenebatur, & cum aliis filiis ſecundogenitis communicare tanquam burgenſaticum, & non feudale, quod ſecus eſt in juribus feudalibus formatis, & ipſis feudi corporibus, nam eorum reſpectu, etiam emolumentum, & commoditatem primogenitus ſibi retinet nec tenetur cum aliis hæredibus, & ſucceſſoribus in burgenſaticis communicare, ut conſtat ex *dec. 71. & 45. in fine*, *Dom. Praſ. de Franch.* in quibus habetur de actione hypothecaria ad feudum aſſe judicandum ut de feudo, & quod plures in S. C. fuit concluſum in actione hypothecaria ſuper feudo, ſolum primogenitum ſuccedere, & agere, ac pecuniam, quam recuperat cum fratribus dividere, ad quorum inſtantiam etiam ad agendum cogi poteſt, ac plenius, & clarius diſtinguit, & explicat *Dom. Reg. Fab. Capyc. Galtot. controv. c. 8. lib. 1. numero 19. cum ſeqq.* ſed tamen eædem ipſæ actiones, & hypothecæ alienari, aut cedi abſque aſſenſu non poterant, & quidem etiam in ipſos deſcendentes ex corpore, qui primogeniti non eſſent, ut ex ſupra dictis clare conſtat.

Sic pariter, & poſt conceſſionem gratiarum, licèt mutata clauſula, *pro hæredibus ex corpore*, in ampliorem, *pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque*, non tamen inde inferri licet, actiones hypothecariæ ſuper feudis cenſendas hodiè eſſe allodiales, & non feudales, ut antea, quoniam poteſt, vel feudum, vel actio feudalis concedi, † cum 21
clauſula, *pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque*. Imò, & cum clauſula, *& cui dederit*, & nihilominus jure feudi cenſebitur, & feudalem retinebit, nec in burgenſaticæ rei, vel actionis naturam mutabitur, ut *text. in cap. 1. de feud. non hab. propr. natur. feud.* benè, & ad rem declarant *Jacob. de Bellovis. ſuper feud. rubr. 38. Rusu. conſil. 39. num. 23. lib. 1. Molin. de Hiſp. primog. par. 1. c. 3. n. 5e.* & alij apud *Menoch. de recta feud. interpret. cap. 38. & 39.* ac in ſpecie contra *Dom. Reg. Capyc. Latr.* in terminis harum gratiarum ſcribit aliis cumulatis *Dom. Dux Diani* in ſæpè *cit. def. jur. fiſcal. nu. 43. 44. & 45. & aliis ſeqq.* Et propterea utcumque poſt gratiarum conceſſionem per ſucceſſiones defunctorum in quoſcumque hæredes, & ſucceſſores transferantur, alienari tamen, & cedi per actus inter vivos, abſque aſſenſu non poterunt, quemadmodum nec antea poterant, quando ſolum pro hæredibus ex corpore, clauſula inſerebatur.

Neque enim per hujuſmodi gratiarum ſupplicationem, & conceſſionem, aliud volitum, & actum fuit, niſi ut obligationes, & hypothecæ feudorum, pro evictione, & ſolutione crediti burgenſatici, non ſolum ad hæredes ex corpore, ſed & cum aliis juribus, & corporibus allodialibus & burgenſaticis ad alios etiam hæredes licèt extraneos tranſmitteret; ad quos ipſa hæreditas, & ſucceſſio burgenſatica tranſiret, ut ſatis clarè, & aperte conſtat ex verbis petitionis gratiæ in anno 1586. quæ habentur in *Prag. 27. de feud.* Sed non ex hoc, quod jam permiſſum, * conceſſum- 22
que per gratias ſit, has actiones, & hypothecas feudales tranſire ad hæredes, & ſucceſſores quoſcumque ex novis clauſulis, quæ hodie in aſſenſibus apponendæ ſunt, licet inferre, quod, & inter vivos ipſas alienare, & cedere, etiam abſque aſſenſu permiſſum, & non amplius vetitum ſit: Quippè gratiæ locum ſibi tantummodò fecerunt, in ſucceſſoribus, hæredibus, qui defunctis, ſivè teſtatis, ſive inteſtatis, ſuccedunt, atque iſtud non tam ex vi clauſulæ in aſſenſibus adſcribi petitæ *pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque*, ſed magis ex verbis petitionis, quibus fuit ſupplicatum, *Che l'aſſenſi Regij dati ſino adeſſo ſopra l'hypoteca de beni feudali, appoſta nelli ſopradetti Contratti, s'intendano dati à beneficio di tutti quelli heredi eſtranei, nelli quali paſſa l'entrata burgenſatica, ò l'attione perſonale.*

Nam ex ſola illa clauſula, adhuc locus eſſet quæſtioni, an ad extraneos hæredes, & quoſcumque ſucceſſores, *& Legatarios, & Fideicommiſſarios*, feudalis actio tranſiret, an verò reſtringenda eſſet ad ſolos hæredes habiles in

ſucceſſione feudorum, qua in quæſtione, ut ſcribit *addit. ad conſ. Alex. 30. lit. B. lib. 1.* quantò plura leguntur, tanto minus facilè eſt diſcernere, quæ ſit crebrior opinio, adeò Doctores Doctoribus, imò iidem ſibi ipſis contradicunt, quos & ipſa *Additio*, lato calamo, pro utraque parte refert, ac alios recentiores de eadem quæſtione ſcribente, addit *D. Dux Diani in ead. defenſ. jur. fiſcal. num. 47.* ac propterea non videtur rectè exiſtimaſſe, is qui verba ſupplicationis, *d. Prag. 27. de feud.* conſcripſit, dum putavit, quod ſatis eſſet, ut ad hæredes, & extraneos actio hypothecaria feudalis tranſiret, ſi in aſſenſibus ſuper obligationibus feudorum intelligeretur, loco clauſulæ, *pro ſe, & hæredibus ex corpore*, poſita clauſula, *pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque.* Nam ſi ex aliis verbis ejuſdem ſupplicationis ſupra relatis, apertè non conſtaret, gratiam fuiſſe petitam, ut aſſenſus pro hypotheca feudorum cenſerentur conceſſi, pro omnibus illis hæredibus extraneis, in quos tranſit reditus burgenſaticus, vel actio perſonalis, & ſi in reſcripto Suæ Majeſtatis non fuiſſet dictum, *placet Regiæ Majeſtati concedere d. Regno, quod per ipſam ſupplicatur*, ex ſola illa clauſula, *pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque*, non eſſet ſublata diſputatio, & deciſa quæſtio, an intelligeretur de hæredibus ab inteſtato, habilibus ad ſucceſſionem feudalium, an verò de quibuſcumque etiam extraneis, nam ſi in terminis ejuſdem clauſulæ, verſatur quæſtio & altercatio *DD.* non potuit per ipſammet clauſulam, controverſia definiri, ſed tribuendum id eſt, prædictis verbis petitionis, *S'intendano dati à beneficio di tutti quelli heredi eſtranei, alli quali caſſa l'entrata burgenſatica. ò l'attione perſonale*; Quibus opus fuit, ut ex gratiæ tenore in ſpecie definita, & non amplius probabilis videri poſſet opinio illorum *DD.* qui cenſebant etiam clauſulam *pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque*, eſſe referendam ad ſuccedentes ab inteſtato, & ſic ad agnatos.

Quicquid tamen de hoc ſit, an ſcilicèt id tribuendum videatur clauſulæ, *pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque*, an aliis prædictis verbis petitionis, & conceſſionis, quod verius putamus, nulla quidem ratione dubitandum videtur, quod ad ceſſiones, & tranſlationes, quæ per contractus inter vivos, & alias diſpoſitiones, præterquam ad eas, quæ per ultimas voluntates fiunt, hujuſmodi gratia referri non poſſit, tùm ſatis clarè apparebat omnia verba ſupplicationis ad ſucceſſiones illas, quæ hæreditario jure deferuntur, ſe reſtringere, nec ultra petita fuerit gratis conceſſa. Quinimò adhuc hodiè dubitari poteſt, an ad legatarios, vel fideicommiſſarios ſaltem particulares ſe gratia extendat, quoniam de ſucceſſoribus, & hæredibus univerſalibus tantummodo loqui videtur, & proinde reſpectu legatariorum, locum ſibi facere poſſunt, quæ in terminis inveſtituræ pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque *DD.* tractant, inter quos *Bal.* contraria ſcripſit, nam modo negavit taliter inveſtitum legare poſſe, *in cap. 1. §. donat. num. 4. qual. feud. alien. pot.* modo affirmavit *in cap. Imperialem. n. 19. de prohib. feud. alien.* & ex reliquis, alij illam, alij iſtam ſententiam ſectati ſunt, ut ſupra retulimus. Neque enim verum eſt iſtis in terminis intereſſe, an clauſula concepta ſit pro ſe, & hæredibus quibuſcumque, an etiam additum ſit, & pro ſucceſſoribus quibuſcumque, quoniam DD. nullam differentiam in his conſtituunt, & *Bal. in d. cap. Imperialem n. 19.* exemplum ponit de clauſula, *pro ſucceſſoribus quibuſcumque*, & ſolum hæredes comprehendere, vel etiam legatarios, quia pariter hæredes ſunt, inquit, & paſſim de utriſque clauſulis ſob ons, ac ſi ejuſdem poteſtatis, & ſignificationis eſſent.

Sed quod attinet ad ceſſiones, † alienationeſ- 23
que actionum, & hypothecarum per contractus, & diſpoſitiones inter vivos, nulla ſunt verba ſupplicationis, & gratiæ, quæ ipſas comprehendere valeat, & certè ſi extendatur clauſula, *pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque*, ceſſiones per contractus non comprehendit. Etenim ſi quam maximè extendatur, tria genera hæredum, de quibus in *Inſt. de hæred. qual. & differ.* vel ad ſummum etiam legatarios tantummodò comprehendere poterit, & hoc non alia ratione, niſi quia legatarius in re legata quodam modo hæres eſt, *l. id tempus, §. 1. ff. de uſucap.* ut in terminis ſcribit *Bal. in d. c. Imperialem, n. 19.* & ut inquit Dec. *in conſ. 208. ſub num. 3.* in hujuſmodi clauſula, verbum *hæredibus*, de Jure civili intelligitur, & verbum *ſucceſſoribus* de Jure prætorio interpretatur, ex *Imol. in l. quod dicitur, ff. de verbor. obligat.* & *Alex. in l. quidam, §. nihil, ff. de eden.* eodem *Alex. in conſ. 10. lib. 3.* & *Corn. conſ. 16. lib. 1.* nam & ſucceſſor propriè is dicitur, qui per ultimam voluntatem vocatus eſt, & venit, *l. ſi pupillus*, ibi, *ſucceſſorem*, juncta *Gloſ. ff. de acquir. hæred.* & tradit *Franciſc. Curtius conſ. 37. col. 4. verſ.* Et ſic ſtatutum loquitur, Card. Pariſ. *conſ. 46. n. 6. lib. 4.* ac in noſtris terminis ſcribit præcitat. *R. P. de Afflict. d. cap. 1. n. 9.* Si verò ſupplicationis verba ſpectentur, utique ſatis aperte conſtat, non aliud petitum, & ſupplicatum fuiſſe, niſi ut aſſenſus Regij præſtiti ſuper hypotheca bonorum feudalium, *S'intendano dati à beneficio di tutti quell'heredi eſtranei, nelli quali paſſa l'entrata burgenſatica, ò l'attione perſonale*; Undè cùm de hæredibus dumtaxat expreſſum ſit, non eſt gratia extendenda, & ad alios, qui non ſunt hæredes, etenim cui nomen hæredis non convenit, nec gratia, aut diſpoſitio de hærede loquens congruere debet, ad notata in *l. 4. §. toties, ff. de damn. infect. l. quod conſtitutum, ff. de milit. teſt.* ſive hominis, ſive legis diſpoſitio ſit, latè *Tiraquell. in l. ſi unquam, verb. libertis, n. 2. C. de revoc. donat. Cardin. Tuſc. pract. concluſ. tom. 8. lit. V. concluſ. 89. in princ.* quos refert *D. Praſ. Merlin. controverſ. controv. 2. cap. 14. n. 9.* & ſatis notum eſt, quod aſſenſus non eſt extendendus, de caſu ad caſum, neque de perſona ad perſonam, poſt *Andr. Camerar. in cap. Imperialem, fol. 43. lit. S. & fol. 44. lit. E. Praſ. de Franc. deciſ. 153. num. 3. & 24.* D. *Reg. de Pont. de poteſt. Proreg. tit. 4. §. 7. num. 26. D. Conſil. Carlev. de Judic. tit. 3. diſput. 33. num. 40.* Et quoniam cùm aſſenſus ſit ſtricti juris, & gratia, qui illum petit, claris, & expreſſis verbis uti debet, tùm cum petit, exprimendo omnes caſus, in quibus vult aſſenſum impetrare, alioquin non cenſetur velle impetrare ad alios effectus, aut caſus, quam ad expreſſos, & verba adverſus eum ſunt interpretanda, ut ſcribit idem *Dom. Carleval d. diſput. 33. ſub numero 64.* quapropter dum Regnum gratiam petiit pro hæredibus extraneis, debebat etiam petere, & pro donatariis, † & 24
ceſſionariis, ſi pro iiſdem gratiam impetrare intendebat, & dum non petiit, cenſetur noluiſſe his caſibus impetrare; quod & magis declaratur ex verbis illius petitionis: *Alli quali paſſa l'attione perſonale*, non enim actio perſonalis tranſit, niſi ad hæredes, & ſucceſſores univerſales, & non ad ſingulares ſucceſſores, quales ſunt, qui ex donatione, aut ceſſione veniunt, *l. ea lege 3. C. de condict. ob cauſ.* cum aliis apud *Conſil. Carleval. de Judic. tit. 3. diſp. 11. ſub num. 1.* ſic etiam in terminis,

&

& ferè eiſdem rationibus pcnbat idem *P. de Aff. d. Pragmaticam 27. de feud.* diſponere tranſitum actionis hypothecariæ ad hæredes univerſales, non autem ad ceſſionarios in eadem *alleg. pro D. Eman. Caraf. cap. 1. n. 8. & ſeqq.* inquiens hæc uti veriſſima eundem *D. Ducem Diani in pracit. fiſcal. defenſ. probate*, ac antea ſcripſerat *Montan. controv. 2. ſub numer. 77.*

Cùm igitur actiones, * & hypothecæ ſuper feu-
25 dis, non potuerint per donationem transferri abſque aſſenſo, certum eſt, qood remanſerunt penes ipſum D. Franciſcum ſeniorem donantem, etenim ſi jus ceſſum, vel tranſlatum in aliquem ad Ceſſionarium tranſire, vel aliqua ex cauſa ei acquiri non poteſt, remanere debet penes ipſum cedentem, vel transferentem, *l. nec utilem in fin.* tum *Gloſ. ver. oblatum, ff. ex quib. cauſ. major. l. cum quis, §. 1.* & ibi *Bar.* & *Caſt. ff. de ſolut.* idem *Bart. in l. Modeſtinus, nu. 41. ff. eod.* & *in l. qui Roma, §. duo fratres, numer. 14.* & ibi etiam *Aretin. numer. 28. Jaſ. numer. 79. Alex. n. 60. Rip. num. 88. ff. de verb. oblig. Caſtill. tom. 1. controv. cap. 69. nu. 14.* Et in terminis quod facta ceſſione jurium ſuper feudo non impetrato aſſenſu hypothecaria actio remaneat penes cedentem, qui valeat illam exercere, ſcribit poſt alios quos citat *Dom. Dux Diani in ead. def. jur. fiſcal. n. 95.* Et conſequenter poſt ejus mortem in eiſdem juribus, & actionibus ſucceſſit ipſe D. Joſeph filius, & hæres apud quem ſi non anteà extincta fuiſſent, ut verè fuerunt, quemadmodum ſupra probavimus; ſaltem per hujuſmodi ſucceſſionem, vel extincta prorſus ſunt, vel certè ſi non extincta, recte, & jure obligata ſub hypotheca omnium bonorum cum aſſenſu Palmerio pro ſuo credito exiſtimanda ſunt.

Sed neque ſeparatione bonorum tanquam defuncti donatarius idem D. Franciſcus junior juvari poterit; nam, aut feudum Trigiani, quod fuit D. Franciſci ſenioris, ſeparari à bonis D. Joſephi poſtulabit, & replicabitur in feudis ſeparationem non admitti, ſive locum non habere, quemadmodum latè probant *Dom. Conſ. Georg. alleg. 18. Theodor. alleg. 83. D. Reg. Capyc. Latr. decis. 44. n. 7. D. Conſ. Rocc. reſponſ. 51. numer. 11. tom. 1.* doctiſſimus *D. Reg. Conſil. Paul. Staib. reſol. forenſ. tom. 1. c. 61. nu. 61.* Et ſecundum quam ſententiam, quicquid alii contra ſcripſerint, ſæpè S. C. judicavit, ut poſt alios de pluribus cauſis refert licèt contrariæ ſententiæ ſectator *D. R. Capyc. Latr. conſult. 99. nu. 3.* Aut verò ipſa credita, & actiones hypothecarias ſuper feudis à D. Franciſco ſeniore cum aſſenſu quæſitas ſeparare intendit, & prætetquam idem de actionibus, & hypothecis ſuper feudis, quod de ipſis feudis, etiam reſpectu ſeparationis cenſendum eſt, quoniam eadem argumenta, & rationes, quæ in feudis, & in actionibus, & in hypothecis ad ipſa locum habent, ut ſunt quæ conſiderantur à præcitato *Conſil. de Georg.* de duplici ſcilicèt proviſione, facta per Jus feudorum, una in modo ſuccedendi, & altera in modo conſtituendi Jus in re feudali, inquiens, quod prima inductum eſt, ut ſucceſſio non deferatur ſolis juris delatione, vel defuncti, aut hæredis facto, ſed etiam Domini concedentis voluntate, & altera, ut hypotheca in feudo abſque Domini aſſenſu non conſtituatur, etenim & ſucceſſio in actionibus hypothecariis ſuper feudis, negari non poteſt, quod Domini aſſentientis voluntate, prout in ipſis feudis, deferatur; Quippe, & olim quando aſſenſus ſuper obligatione feudorum concedebantur, pro hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus, hodie, quod conceduntur pro ſe, & hæredibus, ac ſucceſſoribus quibuſcunque, certum eſt ſucceſſores, & hæredes ex domini voluntate venire, Quoniam niſi hujuſmodi aſſenſus aſſent, ſuccedere utique non poſſent præſertim cùm regula illa, quod actio ad feudum cum aſſenſu feudalis ſit, ac idem de ea, quod de feudis judicetur, potiſſimum procedat quo ad ſucceſſionem, nam, & actio ad feudum eodem Jure acquiritur, quo ipſum feudum, & feudalis actio regulatur in ſucceſſione, ut feudum; quemadmodum ſcribit, & in S. C. deciſum refert *Conſ. de Georg. in repetit. feud. cap. 43. n. 20. & 21.* & aſſenſus ſuper obligatione bonorum feudalium conceſſus intelligitur, ut creditor illam obligationem in feudum habeat, juxta ea, quæ poſt *Andr. in cap. 1. de feud. non hab. propr. nat. feud. Frecc. de ſubfeud. lib. 1. q. 12. n. 11. & per Reg. de Ponte conſ. 64. n. 11. lib. 2.* tradit *D. Dux Diani in relata defenſ. jur. fiſc. n. 62. & 63.* Et pariter hypotheca ſemel ſuper feudo cum aſſenſu conſtituta, non ceditur, nec in alium transfertur, abſque novo aſſenſu, ut ſupra probatum fuit, ac ideò qood attinet ad ſeparationem, idem ſentiendum videatur de actionibus hypothecariis ſuper feudis, quod de feudis ipſis.

Prætereà etiam ſi ſeparatio, * quæ in feudis non 26
obtinet, de actionibus ſuper feudis Jure peteretur, tamen inutilis, & nullius effectus in re præſenti eſſe videretur, ipſa enim non aliud efficeret, niſi ut creditores, ſeu donatarij D. Franciſci ſenioris ſibi ſatisfacere de bonis illius valerent, & conſequenter de creditis ipſi competentibus, ſed cùm credita non ſint, neque res, neque pecuniæ, ſed ſolum Jura, & actionem ad pecuniam conſequendam etiam per venditionem rerum obligatarum, utique in bonis prædicti D. Franciſci non res, neque pecuniam invenient, quibus ſibi ſatisfacere valeant, ſed ſolum actiones, & jura, quibus ſi uti vellent pro obtinenda venditione feudorum hæredis, ad finem conſequendi ſolutionem, jam eſſemus extra terminos ſeparationis, & ipſis obſtaret, quod aſſenſum non habent, & ſic ſemper in idem reinciderent. Non enim ſeparatio præſtare poteſt, ut is defuncti creditor, aut donatarius, cui licet nominatim, & in ſpecie, actiones, & hypothecæ ſuper feudis ceſſæ fuerint, tamen quia aſſenſu donatio, aut ceſſio caruit, agere ei ſuper feudo non permittitur, bonis defuncti à bonis hæredis ſeparatis agere ex juribus ipſius defuncti, ſuper feudo hæredis valeat; & ſic illud quod quomodocunque defunctus ipſe expreſſe voluiſſet, efficere non potuiſſet, ut ſcilicet in alium transferret hypothecas, & actiones ſuper feudo abſque aſſenſu, per ſeparationem quis conſequatur; Cujus quidem æquitas eſt; ut creditorum defuncti non fiat deterior conditio per aditionem hæreditatis, & ſic ipſorum jura qualia antè aditam hæreditatem erant, conſerventur, non autem ut augeantur, & illud per ſeparationem obtineant, quod obtinere, etiam defuncti hæreditate non adita, nunquam potuiſſent. Quippe non eſt dubitandum, ex his quæ ſuprà diximus quod ceſſionarius hypothecarum abſque aſſenſu non potuiſſet agere ſuper feudo, quamvis cedens, aſſenſum haberet, ſive debitor feudi utilis dominus fuerit defuncti cedentis hæres, ſive non, & ut pro certo habemus ſeparatio, quod ad jura, & actiones non poterit plus operari in beneficium creditorum defuncti, quam expreſſa, & ſpecialis ceſſio eorumdem jurium, & hypothecarum, & quod utique ſine dubio eſt, ſeparatio non efficit ut creditor ſit hæres, aut ſucceſſor univerſalis defuncti, & hoc pluſquam ſatis eſt, ut non tranſeant in ipſum jura agendi ſuper feudis defuncto obligatis, ſi aſſenſum ipſi creditor, aut donatarius non obtinuit.

Accedat, quod, & ipſa ſeparatio ultra quinquennium poſt aditionem numerandum non poſtulatur, ut eſt *text. in l. 1. §. quod dicitur, ff. de ſeparat, l. 2. C. de bon. author. judic. poſſ.* & poſt alios tra-

dit *Theſaur. qu. for. lib. 3. qu. 44.* ac *D. Reg. Capyc. Latr. d. conſult. 99. nu. 1. Dom. Cenſ. Theodor. allegat.* 83. *nu.* 30. & eleganter *Dom. Cenſ. Staiban. cit. reſol.* 61. *n.* 68. Et ideo cùm intra quinquenium à die mortis D. Franciſci ſenioris, & aditæ ejus hæreditatis, petita non fuerit, amplius poſtulari nequeat.

Et demum ſeparationi in præſenti ſpecie obſtat altera diſpoſitio *d. l. 1. §. præterea*, ubi ſcribitur, *Præterea ſciendum eſt poſtquam bona hæreditaria bonis hæredis unita ſunt, non poſſe impetrari ſeparationem, confuſis enim bonis & unitis, ſeparatio impetrari non poterit*, ex cujus *text.* diſpoſitione rectè inferri poſſe videtur, quod crediti, ac jurium, & actionum, quę defuncto competebant in bonis, & adverſus perſonam hæredis, nunquam impetrari poſſit ſeparatio, quia ſemper ipſa per aditionem ex juribus ſopra allegatis miſcentur, & confunduntur.

Flavius Gurgus.

A R G U M E N T U M.

Mulier, minor, ruſticus, aut miles an, & quando reſtituantur adverſus omiſſas ſolemnitates inventarij, in ejuſque confectione; ad hoc ne teneantur ultra vires, vel ſecus, & eo, & quando mulieribus ſuccurratur ob juris ignorantiam, detur que in integrum reſtitutio adverſus jus omiſſum ob lapſum temporis, aliquid malè geſtum, & ignorantiam craſſam.

S U M M A R I U M.

1 *Mulier reſtituitur adverſus omiſſas ſolemnitates inventarii, & quare à n. 12. & nu. 16. num. 28. 30. 39. & quando ſecus n. 27. maximè ſi ſit virgo in puerili ætate, & ejus tutrix ſit vidua numero 27.*

2 *Deciſiones S. C. in articulo dubio faciunt jus in Regno.*

3 *Mulieri non ſuccurritur, niſi in caſibus à jure expreſſis.*

4 *Fœminis non eſt magis ſuccurrendum, quam maſculis*

5 *Sexus non attenditur in concernentibus rigorem judiciorum.*

6 *Mulier an excuſetur ob non confectionem inventarii, & nu. 17. & an tunc teneatur ultra vires hæreditarias.*

7 *Inventarium non facere, vel illud facere minus legitimè, paria ſunt.*

8 *Ignorantia juris non excuſat mulierem, maximè in Civitate, in qua non deficiunt juriſperiti, & quare.*

9 *Scire natura omnes deſiderant.*

10 *Peritiores non conſulere, quorum doctrina mens imperitorum illuminatur, eſt contra naturam, & quare.*

11 *Parcendum illi non eſt, qui in eo peccavit, per quod læditur jus naturale.*

12 *Mulieres de facili præſumuntur ignorare ea, quæ ſcire debent.*

13 *Minor reſtituitur adverſus omiſſas ſolemnitates inventarii.*

14 *Reſtitutio in integrum regulariter concedi ſolet ſimplicitati.*

15 *Mulieribus quibus in caſibus ſuccurratur, adverſus juris ignorantiam.*

18 *Ruſticus excuſatur ſi non conficiat inventarium.*

19 *Dolus non præſumitur in muliere, & ruſtico propter eorum ſimplicitatem.*

20 *Mulier ruſticus, item & miles in dubio præſumitur, non potuiſſe conſulere peritiores ruſticanis, domeſticis, vel militaribus impedimentis, & onus probandi potuiſſe iſtos conſulere erit adverſarii, & quare, n. 22.*

21 *Maſculus major præſumitur potuiſſe conſulere peritiores, eique propterea incumbit onus probandi, non potuiſſe conſulere.*

23 *Mulierum magna imbecillitas, atque ſimplicitas.*

24 *Mulier vivens jure Longobardo non poteſt contrahere ſine Mundualdo, & de jure Saxonico non poteſt aliquid facere ſine curatoris interventu.*

25 *Mulieri ſuccurritur per beneficium reſtitutionis in integrum adverſus juris ignorantiam, ſi tractet de damno vitando, ſecus ſi de lucro captando.*

26 *Mulieribus adverſus jus amiſſum ob temporis lapſum propter aliquid malè geſtum, negligentiam aut craſſam ignorantiam an, quando, & qua ratione ſuccurratur.*

29 *Inventarium quando juvet reſpectu non citatorum.*

31 *Hæres non conficiens inventarium præſumitur eſſe in dolo, niſi tamen ſit probata fides, & illæſa exiſtimationis, n. 32.*

33 *Mulier reſtituitur adverſus dolum præſumptum ſicut minor, & nu. 36. maximè quando tractatur de damno ipſius mulieris.*

35 *Mulier non tenetur ultra vires hæreditarias confecto inventario non ſolemni.*

37 *Mulier non reſtituitur adverſus omiſſas ſolemnitates inventarii confecti per ejus procuratorem verſatum in Tribunalibus, & quando adeſt dolus verus, quia ſint omiſſa corpora hæreditaria, numer. 38.*

40 *Inventarii ſolemnitas in materia attenditur conſuetudo, etiam quod ſit contra jus.*

41 *Deciſio cauſa refertur.*

Pro Illuſtr. Marchioniſſa Cuſani, contra Creditores.

C O N S U L T A T I O L V I I.

ADverſus prætenſa per Multiplicum de Paveſe,
contra Illuſtriſſ. Marchioniſſam Cuſani, uti
hæredem q. Regentis D. Bernardini de Barionuevo
Marchioni Cuſani fuit oppoſitam, non adeſſe tot
bona in hæreditate, ita ut pro omnibus ſufficerent,
& fuit productum inventarium, verùm quia pro
parte creditorum prætenditur, † aliquas ſolemnita- 1
tes fuiſſe omiſſas, ideò incidit vulgata illa quæſtio
an mulier adverſus omiſſas inventarij ſolemnitates
reſtituatur, in qua quidem controverſia ſufficere
deberet Illuſtr. Marchioniſſæ ad obtinendum quod
pluries S. C. ad favorem mulierum determinavit,
maximè ceſſante dolo, ut refert Franch. *deciſ.* 229. &
deciſiones S. C. in articulo dubio jus faciunt in
Regno, ut per *pragm.* 48. *de Offic. S. R. C. Afflict.* 2
deciſ. 290. *n.* 7. *in fin.* Franch. *dec.* 81. *n.* 3. verùm ut
oneri mihi injuncto ſatisfacere videar, hæc pauca notare decrevi.

Et quidem in contrarium adducitur, † quia mulieri 3
non ſuccurritur, niſi in caſibus à jure expreſſis, † 4
argumento *l. fin. ff. de jur. & fact. ignor.* ubi Jaſ. &
alii, nec magis ſuccurrendum fœminis, quam maſculis, Alex. *in l. ſi quis id, quod, nu.* 10. *ff. de juriſd. omnium judicum*, Roland. à Vall. *de invent. q.* 22. Dec. *in l. juris ignorantia, numer.* 15. *C. qui admitti*,
* maximè quia in concernentibus rigorem judi- 5
ciorum ſexus non attenditur, Bald. & alii in *d. l. juris ignorantia, in fin. C. qui admitti*, Alexand. *col. penult. in fin.* Dec. *numer.* 14. idem Alexand. *conſ.* 119. *numer.* 50. & 165. *in fin. vol.* 6. Joannes

nes Cephal. *conſ.* 760. *numer.* 4. & 5. Cacheran. *deciſ.* 87. cum alus adductis per Roland. à Vall.
6 *in tract. de invent. quaſt.* 8. & ex hia dixit Bald. *in l. fin. in princip. in* 2. *quaſt. Cod. de jur.* * *deliber.* quod mulier non excuſatur ob nun confectionem inventarij, & hanc opinionem ſecutus fuit Roland. à Vall. *in d. tract. de invent. d. quaſtion.* 8. quæ eſt *quaſtio* 21. *in tract. cum aliis unito.* Salic. *in l. quicumque C. qui admitti*, cum aliis adductia per Tiraqu. *de retract. convent. gloſ.* 7. *parag.* 4. *num.* 26. & *in tract. de pœnis temperandis cauſa* 11. *num.* 18.
7 † Paris enim ſunt, inventarium nun facere, vel illud minus legirimè facere, Roland. à Vall. *conſ.* 73. *volum.* 2. *num.* 29. quamplurima ad hoc probaudum affert Flamin. Cartar. *deciſione Rot. Gen.*
8 85. *numer.* 11. *cum ſequentibus*, * eſtque ratio, quia ignorantia juris non excuſat, poteſt enim conſuli à Peritioribus, maximè dum ſumus in Civitate, in qua non deficiunt Juriſperiti, omnes enim ſuapte natura ſcire deſiderant, † & ideo contra na-
9 turam eſt Petitiorea non conſulere, quorum doctrina mens imperitorum illuminatur, *l. ſi aviam,*
10 *in fin. C. de ingen. & manumiſſ.* ergò non eſt par-
11 cendum illi, qui in illo peccavit, * per quod læditur jus naturale, *l.* 2. & *ibi gloſ. & DD. Cod. de in jus vocando* Tiraq. *de retract. convent. dict. gloſ.* 7. *§.* 4. *num.* 19. & propterea hanc ſententiam poſt Bald. tenuerunt Jaſ. *in d. l. fin. Cod. de jur. deliber. §.* 1. *num.* 2. & *conſ.* 28. *lib.* 3. Natta *conſ.* 525. *nu.* 12. Decius *in d. l. juris ignorantia, num.* 2. *lectura, in* 14. *C. qui admitti*, Corn. *in d. l. fin.* Alex. *in d. l. juris ignorantia. num.* 6. ubi etiam Antonius de Padilla, *num.* 3. Vaſq. *de ſucceſſ. creation. lib.* 2. *§.* 16. *numer.* 7. & alis allegati per *Dominum Regentem* Tapiam *in deciſ. S. C.* 39. *nu.* 2. & 3. qui *in fine* deciſionem refert in cauſa Eleonoræ Coſſæ, cum D. Livia de Silva, de qua deciſione mentionem fecerat *in Jure Regni, in annotat. ad Conſtit. Mulieribus*, de qua etiam per Thor. *in* 1. *part. compendii, in verbo Mulier an reſtituatur fol.* 343. *in fin.*

Verùm prædicta non obſtantibus puto, non eſſe recedendum ab eis, quæ S. C. in ſimili articulo
12 pluries determinavit, * in mulieribus enim de facili præſumitur ignorantia eorum, quæ ſciri debent,
13 ideò in hoc æquiparantur minoribus, * ut *in l. ſi adulterium cum inceſtu, §. fratres, ff. de adult.* & *in l. cùm de indebito, §.* 1. *ff. de probat. l.* 2. *in fin. ff. de jur. fiſc.* Bart. *in l. fin. Cod. de jur. & fact. ignor.* Capyc. *deciſ.* 159. *num.* 22. Grammat. *deciſ.* 76. *numer.* 10. & merito ſimplicitati * ſolet reſtitutio in in-
14 tegrum regulariter concedi, *l. fin. in princip. Cod. de teſtam. cap. ſuper literis, ubi gloſ. in verſ. ſimplicitati,*
15 & *ibi* Abb. *de reſcript.* † & propterea in multis caſibus mulieribua adverſus juris ignorantiam ſuccurritur, de quibus per Sforz. Odd. *in tract. de reſtit. in integr. part.* 1. *q.* 10. *art.* 2.

16 * Sed propiùs ad caſum accedendo non deficiunt quamplurimi graviſſimi Doctores, qui, mulierem reſtitui adverſus nedum ſolemnitates omiſſas, ſed * etiam adverſua non confectionem inventarii dixe-
17 runt, & quidem hanc opinionem tenuit Anton. de Butrio *conſ.* 72. *nu.* 8. Salic. & Franc. de Rampónibus *in d. l.* 1. *Cod. de jur. & fact. ignor.* Jac. de Aren. & Alex. *in d. l. juris ignorantia, num.* 6. *C. qui admitt.* Riminald. *ibidem num.* 21. Phanuc. *de invent. quaſt.* 240. *num.* 81. *cum ſequentibus*, Honofrius de Peruſio, & Paul. de Caſtr. qoos refert Socin. ſen. *conſ.* 39. *viſis, lib.* 1. Phanuc. *in tract. de invent. cum aliis unito, quaſt.* 239. *num.* 21. ubi diſtinguit, quod aut potuit conſulere, & non ſuccorritur, aut non potuit, & ſuccurritur ei per beneficium reſtitutionia in integrum, & hanc opinionem tenuerunt

Salic. Alex. Vital. de Cambano, & alii per ipſum allegati, & per Maurit. *de reſtit. in integr. cap.* 120. *num.* 4.

Et Nicolaus de Matarellis, quem refert Corn. *in dicta l. fin. §. netiſſimum, in fin. Cod. de jur. deliber.* in
publica diſputatione tenuit, quod mulier, * & ruſti- 18
cus excuſantur, ſi non conficiunt inventarium, quia
* in eis propter eorum ſimplicitatem non præſumi- 19
tur dolus, maximè ſi non potuerunt conſulere Peritiores, argumento *l. in bonorum, ff. de bonor. poſſ. l. pen. C. qui admitti*, & in dubio præſumendum eſt mulie-
rem, * vel ruſticum, aut militem non potuiſſe conſu- 20
lere à Peritioribus, ruſticanis, domeſticis, vel militaribus negotiis impeditis, * licèt contrarium ſit in 21
maſculia majoribus, quia præſumitur potuiſſe eos conſulere, & propterea Sforz. Odd. *de reſtit. in integr. part.* 1. *qu.* 10. *artic.* 2. diſtinguit, quod aut ſumus in maſculo majore, & erit onus ſuum probare, non
potuiſſe conſulere, * aut verò in muliere, vel ſimili, 22
& hoc erit onus adverſarii probare, potuiſſe conſulere, quia præſumptio eſt pro muliere, magna eſt
enim mulierum imbecillitas, * ac ſimplicitas, & prop- 23
terea eis in præjudicialibus, ſimplicibus, & imperitia ſuccurrendum eſſe dixit Berous *conſ.* 110. *n.* 11. *lib.* 3. & eſt admodum legibus amica, *clem.* 2. *de pœn. & remiſſ.* Luc. de Penna *in l.* 1. *Cod. de imponend. lucr. deſcript.* Menoch. *de arbitrar. jud. lib.* 2. *centur.* 2.
* *caſu* 193. Magon. *deciſ. Lucenſ.* 40. *n.* 4. & ex his 24
mulieres jure Longobardo viventes non poſſunt ſine Mundualdo contrahere, & jure Saxonico ſancitum eſt, non poſſint aliquid facere ſine curatoris interventu, ut per Hartm. Piſtor. *obſer.* 198. *nu.* 2. *uſque ad* 8.

Ripa verò *in tract. de peſte, titul. de remed. præſervat. contra peſtem, n.* 240. hanc Doctorum contra-
rietatem diſtinctionia fœdere conciliavit, quod aut 25
tractatur de damno mulieris, & in hoc caſu ſuccorritur ei per beneficium reſtitutionis in integrum adverſus juris ignorantiam, aut verò tractatur de ejus lucro, & non ſuccurritor.

Quod melius comprobat Sforz. Odd. *de reſtit. in integr. part.* 1. *quaſt.* 10. *n.* 5. *in fin.* qui tenuit, quòd
* quando agitur de ſuccorrendo mulieribus adverſus 26
amiſſum jus earum ob aliquem temporis lapſum, & dicit, quod dubitari poſſet, ne aliquid ſexui indulgeretur, ſi non ipſo jure, ut *d. l. juris ignorantia, C. qui admitti.* ſaltem ſpe reſtitutionis in integrum, quando ſcilicet læſio perveniret, non propter aliquid malè geſtum à mulieribus ſed malè omiſſum ob juris ignorantiam, & tandem arbitrio Judicis remittit, attenta qualitate mulieris, an ſcilicèt ob meram ſimplicitatem, non autem ob negligentiam craſſam omiſerit ſe informare à Peritis de jure ſuo ad ſimilitudinem quodam modo minorum, non autem majorum, juſto impedimento, impeditorum, quæ om-
nia concurrunt in caſu noſtro, * dum Marchioniſſa 27
nedum erat virgo, ſed in puerili ætate, & ejus tutrix etiam erat mulier vidua.

28
† Verùm quando mulier non in totum ſprevit legem, in non conficiendo inventarium, ſed ſolemnitates omiſit, & tunc minor erit difficultas, per ea,
† quæ dixit Bart. *in cons.* 154. qui dixit inventarium 29
juvare etiam reſpectu non citatorum, & ideò S. C.
ſemper admiſit opinionem magis æquam, * quòd 30
mulier in integrum reſtituatur adverſus ſolemnitates omiſſas, ut per Franch. *in dicta deciſ.* 229. ubi etiam duas alias ejuſdem S. C. deciſiones refert, & hanc opinionem ſequuntur Aloyſ. de Leo *in l.* 1. *C. ad Senat. conſult. Velleian. num.* 12. & *Regius Conſiliarius* Philippus Paſchalis *in tractat. de viribus patr. poteſt. part.* 1. *c.* 2. *n.* 2. *D. Regens* Fab. Capyc. Galeot. *in addit. ad conſ.* 16. Camill. de Medic. Joan. Baptiſta Thoro. *in loco* ſupra allegato.

* Quod quidem etiam & jure probatur, quia hæ- 31
res

res non conficiens inventarium præſomitur eſſe in
dolo, ut in *auth. de hared. & falcid. §. ſancimus, & §.
ſi verò*, Sebaſt. Monticul. *de invent. quaſt.* 235. *n.* 124.
32 modò hæc præſumptio ceſſat † quando hæres eſt pro-
batæ fidei, & illæſæ exiſtimationis, & propterea
debet ceſſare diſpoſitio, ut tenuit idem Monticul.
qu. 232. *n.* 581. *& qu.* 236. *n.* 28. *in* 6. *reſponſione ad*
Phanucium.
33 Secundò probatur, * quia mulier reſtituitur adver-
ſus dolum præſumptum ſicut minor, eſt *gloſ.* ſingula-
ris *in l. ubi exigitur, ff. de edend.* & maximè quando
tractatur de damno ipſius mulieris, & per hoc te-
nuit Ferdinandus Vaſquius à Menchac. *in lib.* 2. *pri-
ma partis, §.* 16. *n.* 9. *de ſucceſſ. ab inteſtato*, quod niſi
34 eſſet authoritas DD. dixiſſet,* per illam *gloſſ.* non te-
neri ultra vires, etiam inventario non confecto, &
tamen non obſtantè Doctorum contrarietate cogi-
tandum reliquit ex vi authoritatis prædictæ *gloſ.* &
propterea S. C. hanc opinionem, non teneri ultra
35 * vires confecto inventario non ſolemni, tenet, ut
refert Dominus Regens Tapia *in conſtit. Mulieribus*,
n. 3. & hoc attenta opinione Ferdinandi Vaſquij à
Menchaca, quem adducit, quod mulier adverſus
dolum præſumptum reſtituitur, qui *Regens* licèt refe-
36 rat * deciſionem S.C. in cauſa Eleonoræ Coſſæ, cum
D. Livia de Silva, ubi etiam ipſe intervenit, de qua
poſtea compilavit dictam *deciſion. S. C.* 39. per quam
fuit mulier excluſa à reſtitutione in integrum, ta-
men illa cauſa erat extra caſum deciſionis D. de
37 Franch. nam inventarium, * ſive deſcriptio erat con-
fecta per Julium Cæſarem Caruſum Procuratorem
ipſius D. Liviæ, & in Tribunalibus verſatum, & ſic
potuit conſulere Petitiores, inſuper in dicto inven-
tario aderat dolus verus † quia in eo erant omiſſa cor-
38 pora hæreditaria Lauræ de Toſo Matris D. Liviæ,
& ſic meritò teſtatur idem D. Regens, quod erat ex-
tra caſum deciſionis de Franch. & quamvis in deci-
ſione prædicta de aliis fuerit tractatum, tamen per
hæc media fuiſſe deciſum teſtatur, in cauſa autem
Marchioniſſæ Cuſani omnia concurrebant, & ma-
jora eorum, quæ in deciſione relata per Franch.
conſiderata fuerunt, & per hoc non poterat aliquo
modo de juſtitia illius dubitari.

Quibus adſtipulari poteſt, quia articolus prædi-
ctus, quod mulier adverſus omiſſas ſolemnitates re-
ſtituatur, pluries reperitur deciſus, ut teſtatur idem
Franch. & proindè inducta fuit conſuetudo, *ut in
39 talibus inventariis non ſolemnibus mulieribus ſuc-
curratur, ut habetur ex text. *in cap. quoniam contra,
de probat*, latè Maſcard. *concluſ.* 392. *n.* 5. & iſta ma-
teria ſolemnitatis inventarij attenditur conſuetudo,
† etiam quod ſit contra jus, Bart. *in l. tutor, qui re-
40 pertorium, ff. de adminiſt. tut. n.* 18. Surd. *deciſ.* 22. *n.* 6.
& alij relati per Munnoz de Eſcobar *de ratiocin. cap.*
6. *n.* 39. * & proindè ab hac conſuetudine judicandi
41 non eſt recedendum.

*Fuit ſecundum prædicta judicatum per S. C. ad re-
lationem Regii Conſiliarii D. Gregorii de Angulo die* 1.
Septembris 1625. *quod etiam fuit confirmatum in re-
clamatione die* 16. *Novembris ejuſdem anni, & in hac
cauſa poſt tamen hanc meam Conſultationem doctiſſimè
etiam ſcripſit idem Illuſtr. Marchio Cuſani D. Garſia de
Barionevo pro uxore, vir quidem eruditiſſimus, & inge-
nioſiſſimus, qui cauſam propriam in plures articulos mi-
ro ordine diviſit, & exornavit.*

OBSERVATIO IN CONSULT. LVII.

ARGUMENTUM.

Conſultatio 57. Reg. Latro illuſtratur ex celebri *re-
ſponſo Regii Conſiliarij D. Franciſci Andreæ*, per
quem nedum laudatur *Reg. Latr.* ſed in medium
afferuntur plures articuli ad excuſandum hære-
dem non conficientem Inventarium, & præci-
puè quando adſit certitudo bonorum hæredita-
riorum, vel quando creditores ſciverunt bona ex
ſequeſtro, annotatione, vel appretio facto or-
dine Judicis. Proteſtatio facta per hæredem,
vel Tutorem coram Judice de bonis remanſis
in hæreditate, an habeatur loco Inventarij; &
in materia ſolemnitatis Inventarij, an attenda-
tur Conſuetudo, etiam quod ſit contra Jus:
Mulier num Jure, & Conſuetudine hujus Regni
reſtituatur, nedum adverſus ſolemnitates omiſ-
ſas, verum etiam adverſus nullum Inventarium
confectum; & affertur deciſio S. R. C. quæ pro-
diit Junctis Aulis ſecundum allegata teſte *Con-
ſiliario Staiban*. Cum aliis.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Hæres non conficiens Inventarium non tenetur ultra vires, ſi certò conſtet de hæreditatis valore, & ubi aliundè appareat deſcriptio bonorum hæreditariorum.*
Et quid quando bona eſſent ſcripta ſub ſequeſtro, vel appretio facto ad inſtantiam Creditorum, Eod. num. 2.
Fraus nequit præſumi, quando fuit facta deſcriptio, vel annotatio ordine Judicis; Eod. n. 2.
3 *Mulier an reſtituatur adverſus ſolemnitates omiſſas in confectione Inventarii, Et n. ſeqq.*
4 *Conſuetudo attenditur in materia ſolemnitatis Inventarii, & laudatur* Reg. Latr.
5 *Inventarium confectum à Tutore, vel Curatore an proſit pupillo, vel minori.*
6 *Inventarium confectum à perſona extranea, & non legitima, ſufficit ad probandum in hæreditate alia bona non remanſiſſe, quam quæ in dicto Inventario fuerunt deſcripta; Et n. ſeq.*
7 *Solutio facienda adminiſtratori debet eſſe vera, realis, & effectiva, & non per confeſſionem.*
8 *Inventario non confecto, confunduntur jura hæredis, & etiam remanent extincta actiones.*
9 *Hypotheca num extinguatur hærede adeunte abſque Inventario?*
10 *Diſtinguitur inter actionem hypothecariam directam, & actionem utilem hypothecariam.*
11 *Creditor quando ſucceſſit debitori ſimpliciter, & perpetuo, ac irrevocabiliter hæres, tunc ſive Inventarium confecerit, ſive non, in illo caſu extinguitur, non tantùm perſonalis actio, ſed etiam hypothecaria.*
12 *Et quid quando eſt hæres revocabiliter, quia gravatus eſt reſtituere.*
13 *Hæres quando non confecit Inventarium, & fideicommiſſum eſt particulare ſuper certis bonis conſtitutum, an dicatur hæres revocabiliter, quia tenetur reſtituere illa bona particularia ſubjecta fideicommiſſo, an verò irrevocabiliter, quoniam reſpectu omnium aliorum bonorum remanſorum in hæreditate dicitur perpetuò, & irrevocabiliter hæres.*
14 *Hæres non conficiens Inventarium tenetur in ſolidum reſpectu fideicommiſſi particularis.*
15 *Inventarii omiſſio facit præſumere contra hæredem, quod facultates ſufficiant; Et hæc eſt præſumptio juris, & de jure.*
16 *Hæres abſque Inventario non facit deductionem proprii crediti reſpectu fideicommiſſi particularis.*
17 *Fideicommiſſa particularia integrè ſunt præſtanda ab hærede non confecto Inventario.*
18 *Alienationes primò facta per filium imputantur in legitimam, per* text. in l. Marcellus, §. res quæ, ff. ad S. C. Trebell.

19 *Filius*

19 *Filius hæres inſtitutus adeundo hæreditatem abſque Inventario ſibi præjudicat in legitima.*

20 *Filius hæres inſtitutus adeundo hæreditatem abſque Inventario, & non petendo legitimam præjudicat ſuis Creditoribus.*

21 *Onus legitimæ impoſitum num quandoque ſuſtineatur? Et quid facta approbatione teſtamenti paterni?*

22 *Fructus bonorum fideicommiſſo ſubjectorum num computentur in legitimam.*

23 *Dies firma attenditur in capitulis matrimonialibus, non autem ſtipulationis.*

24 *Deciſio S. C. pro quæſtionis reſolutione.*

5 CONtracto in anno 1574. * matrimonio inter Flavium de Rinaldo, & Antoniam Varavalle, ac in conſtantia illius nato Joanne Baptiſta, cui prædeceſſit dicta Antonia mater, & fuit ipſe Joannes Baptiſta mediante decreto præambuli M. C. V. declaratus illius hæres, ac dictus Flavius Pater, & legitimus Adminiſtrator, ut conſtat ex *partita Banci* producta *fol.* 304. *& à t. in proceſſu currenti* 3. *volum.* ex qua partita, prætendunt aſſerti creditores dicti quond. Joannis Baptiſtæ, cum quibus ad præſens eſt controverſia, conſtare ſolutionem factam ipſi Flavio nonnullarum quantitatum, ex cauſa dotium dictæ Antoniæ ſibi promiſſarum, capitulis matrimonialibus ſtipulatis inter ipſos conjuges ſub die 7. Auguſti anni prædicti 1574. ut *fol.* 292. *proc.* 3. *volum.*

Deinde in anno 1595. ſub die 28. Septembris, defuncto ipſo Flavio, condito prius teſtamento ſub die 22. dicti menſis, & anni, in quo ſuum univerſalem hæredem inſtituit præfatum Joannem Baptiſtam unicum filium in omnibus ſuis bonis, juribus, & actionibus, excepto tantum à fideicommiſſo particulari inſtituto ſuper Territorio ſito in pertinentiis Civitatis Capuæ vulgariter detto *Ruſtici, e Campo Gagliano*, & ſuper quadam domo ſita in eadem Civitate Capuæ, vocando in dicto particulari fideicommiſſo poſt mortem ipſius Joannis Baptiſtæ, ſuos deſcendentes maſculos de primogenito in primogenitum in infinitum, verum in eorum defectu vocavit fœminas, nec non expreſsè prohibuit, quod ſuper dictis bonis, in quibus prædictum fideicommiſſum particolare inſtituit, non poſſit detrahi legitima Trebellianica, nec bona alienari ex cauſa dotium, ac pro quacumque alia cauſa, prout videtur apertè in teſtamento prædicto producto ſub *fol.* 306. *in proc.* 2. *volum.*

Acceptata à d. Jo. Baptiſta hæreditate paterna: ſervata forma ejus diſpoſitionis, & non aliter, declarari ſe fecit mediante decreto præambuli M. C. V. illius hæredem univerſalem ſub die primo Octobris ejuſdem anni 1595. prout patet ex fide præambuli producta in proceſſu Angelæ Criſpo *fol* 32. abſque tamen beneficio legis, & inventarij, ex quo non fuit ex adverſo exhibitum, & ad majorem cautelam, fuit deducta fides actorum magiſtri M. C. Conſervatoris ſupra-dicti præambuli, in qua teſtatur nullum adeſſe inventarium, ut *fol.* 379. *proc.* 3. *vol.*

Rurſus dictus Joannes Baptiſta in ſupra-dicto anno 1595. nuptias contraxit cum Victoria Caracciolo, ſubſcribendo inter ipſos capitula matrimonialia ſub die 4. Septembris ejuſdem anni, quæ poſtea fuerunt ſtipulata in die 7. Junij ſequentis anni 1596. prout patet ex capitulis matrimonialibus deductis *fol.* 383. *proc.* 3. *volum.* ex quo matrimonio natæ fuerunt, Portia ad præſens conventa, & Antonia, ac ſequuto obitu ipſius Joannis Baptiſtæ fuerunt declaratæ illius hæredes ſub die 3. Novembris anni 1601. prout ex fide præambuli deducta in proceſſu D. Marcelli de Bautio *fol.* 54. *à t. in fine*, in quo præambulo, fuit etiam delata Tutela dictarum Pupillarum præfatæ Victoriæ Caracciolæ matri, quæ fecit inventarium, & adimplevit in forma: Poſtmodum ab hac vita migravit in pupillari ætate ipſa Antonia, & remanſit dicta Portia tantùm hæres univerſalis Joannis Baptiſtæ ejus Patris, ac vocata in præfato fideicommiſſo particulari inſtituto à ſupra-dicto quond. Flavio ejus Avo, ob non exiſtentiam maſculorum dicti Joannis Baptiſtæ.

De quo fideicommiſſo, cùm nulla fuerit habita notitia à Tutoribus, & Curatoribus, qui pro tempore fuerunt dictæ Portiæ, & ex quo aderat concorſus nonnullorum creditorum, tam dicti Flavij fideicommittentis, quàm prædicti Joannis Baptiſtæ filij, ad præſens, ut ſupra actorum, ad eorum inſtantiam, præcedentibus affictis factis à Victoria Caracciolo Tutrice in anno 1602. ut *fol.* 20. *& fol.* 25. *proc.* 1. *vol.* fuit factum mandatum ad depoſitandum omnibus debitoribus hæreditatis ſub die 8. Octobris anni 1603. ut *fol.* 35. *proc.* 1. *vol.* & in menſe Julij 1604. acceſſit Commiſſarius in Civitate Capuæ ad compellendum debitores pro depoſito, ut *fol.* 2. *eodem* 1. *vol.* & quantitates depoſitatæ, fuerunt liberatæ creditoribus, ut *fol.* 78. & *fol.* 191. præcedente inſtantia ipſorum creditorum pro graduatione, & venditione bonorum, ut *fol.* 84. *d.* 1. *vol.*

In anno verò 1612. de menſe Julij fuit declarata ipſa Portia ætate major, ut *fol.* 11. *proc.* 2. *volum.* & proindè ſub die 7. Auguſti anni 1612. decreto S. C. fuit ordinatum, quod ſtante majori ætate dictæ Portiæ, Doctor Federicus de Roſis, qui tunc temporis reperiebatur illius Curator, amplius non exerceret, nec non ſequeſtrarentur fructus hæreditatis, & fieret mandatum, ut *fol.* 28. *à t. d. proc.* 2. *volum.* verum quia erat involutum patrimonium pluribus creditoribus, intendebat ipſa Portia propriæ utilitati, & exiſtimans venditionem bonorum hæreditariorum ſibi expedire, pro ea inſtetit *fol.* 45. *proc.* 2. *vol.* prout ordinatum fuit binis decretis, altero ex eis interpoſito ſub die 17. Octobris 1613. *d. fol.* 45. *à t.* & ſecundo ſub die 18. Decembris ejuſdem anni, ut *fol.* 127. *à t. ead. proc.* Nec non commiſſo eorum apprètio Joanni Baptiſtæ de lo Sapio *fol.* 237. exhibita fuit relatio apprètij prædicti *fol.* 265. *dict. proc.* 2. *volum.* ac fuit facta relatio creditorum *fol.* 125. *ead. proc.* quæ fuit renovata *fol.* 1. *proc.* 3. *vol.*

Cumque inter alia fuit expoſitum venale Territorium ſupra enunciatum dictum *Ruſtici*, ſubjectum ſupra-dicto particulari fideicommiſſo inſtituto à quon. Flavio de Rinaldo, & remanſum ad extinctum candelæ Detio de Bautio, uni ex dictis creditoribus Joannis Baptiſtæ, prævia ſua oblatione pro ducatis 13700. decreto S. C. fuit ordinatum, quod conſignaretur poſſeſſio Territorij ipſi Detio, qui in biduo faceret depoſitum integri pretij, ut *fol.* 281. *à t. proc.* 2. *volum.* ad quod dilatandum dictus Detius expoſuit in ſua ſupplicatione porrecta *fol.* 282. *eod.* 2. *vol.* eſſe prædictum Territorium ſubjectum fideicommiſſo, & fuit prima Lux, ſive notitia habita per ipſam Portiam de prænarrato fideicommiſſo, quo invento ſtatim de eo copiam exhibuit, illudque creditoribus, & præfato Detio emptori oppoſuit, *fol.* 305. *&* 306. 2. *vol.*

Ac deinde prævia *Supplicatione* formiter porrecta, inſtetit pro reſtitutione præfati Territorij tanquam ſubjecti fideicommiſſo particulari inſtituto à ſupra-dicto quond. Flavio ejus Avo, ut *fol.* 46. *proc.* 3. *vol.* ſupra qua petitione, dato termino, auditis creditoribus *f.* 52. *à t. eod.* 3. *vol.* & compilato proceſſu decreto S. C. lato in anno 1616. junctis Aulis, fuit ordinatum reſtitui Territorium ipſi Portiæ, & depoſitum d. de Bautio, nec non procederetur ad

vendi-

vendirionem bonorum allodialium pro ſatisfacien-
dis creditoribus antiquioribus, ut *fol.* 56. *proc.* 3.
vol. Quod decretum tranſivit in rem judicatam,
ac propterea pro ipſius executiona fuerunt vendita
bona libera, remanſa in hæreditate prædictorum
quond. Flavij, & Joannis Baptiſtæ illius filij, &
hæredia, quæ, dum non ſufficiebant pro ſatisfacien-
dis creditoribus tantum dicti Flavij fideicommit-
tentia, remanſerunt proinde perpetuo excluſi cre-
ditores Joannia Baptiſtæ, prout fuit etiam declara-
tum altero decreto S. C. junctis Aulis, lato ſub dia
20. Novembris anni 1654. *fol.* 728. *proc.* 3. *vol.*

Videntes denique de ſuis creditis ſe ipſos pror-
ſùs excluſos aſſerti creditores ſupradicti Joannis
Baptiſtæ per tot S. C. decreta, ex quò minùs cau-
tè contraxerunt; Demùm poſt 25. annorum cur-
ſum, petierunt ſub die 15. Maij anni 1641. in eo-
dem S.C. prævia eorum comparitione, *fol.* 307. *proc.*
currenti 3. *volum.* ipſos graduari inter Creditores
anteriores quond. Flavij. Ex quo eis non ob-
ſtabat fideicommiſſum ſupra-dictum, ex deductis
in dicta Inſtantia, & infra reaſſumendis, ſuper
qua petitione, dato termino, prætenditur ex ad-
verſo proceſſus compilatus, & inſtatur pro expedi-
tione.

Ex ſupra-dicta igitur vera facti narratione, facil-
limè pro parte D. Portiæ conventæ, & D. Anto-
nii Caraccioli ejus filii, reſponſio redditur ad præ-
tenſa per dictos aſſertos creditores in comparitione
ſupra-dicta.

Quatuor enim ſunt petitionum capita, quæ ad-
verſus ipſos per D. Marcellum, alioſque de Bau-
tio, nec non per Dominum U. I. D. Paulum Jan-
nettaſium, ad præſens meritiſſimum Regium Con-
ſiliarium aſſertos creditores quond. Joannis Bapti-
ſtæ de Rinaldo præfatæ D. Portiæ patris, propo-
nuntur; Quarum primum eſt, nempè ipſos ex ju-
ribus dicti Joannis Baptiſtæ, graduari inter credi-
tores Flavij de Rinaldo fideicommittentis, ejuſdem
Joannis Baptiſtæ patris, ut ſupra fuit enarratum,
dum tempore ſuæ mortis remanſit debitor ipſi
Joanni Baptiſtæ filio ſimiliter, & hæredi Antoniæ
Varavallæ in ducatis octo mille per ipſam Antoniam
eidem Flavio ejus viro in dotem promiſſis, & poſt-
modum in partem ſolutis, ac proindè quantitates
verè ſolutas fore, & eſſe comprehenſas in obliga-
tione bonorum facta in beneficium perſonarum, ex
quarum Juribus ipſi repetiuntur creditores hæredita-
tis dicti quond. Joannis Baptiſtæ.

Secundum ipſoſmet ex eiſdem Juribus gradua-
ri etiam inter creditores prædicti Flavij pro legiti-
ma dicto Joanni Baptiſtæ filio, Jure naturæ debi-
ta, tanquam ipſis etiam, ut ſuprà, obligata.

Tertium, quod ipſa D. Portia exhiberet inven-
tarium, ſi quod haberet bonorum hæreditariorum
præfati q. Joannis Baptiſtæ Patris.

Quartum, & ultimum quod eadem D. Portia
reſtitueret omnes, & quaſcumque quantitates per
ipſam, ſeu alios ejus nomine exactas, ab hæredi-
bus quond. Joannis Serij de ſumma, ſive aliis de-
bitoribus hæreditatis prædicti Joannis Baptiſtæ, ut
ex dicta eorum inſtantia *fol.* 307. *proc. vol.*

Jura igitur tuendo præfatæ D. Portiæ, apertiſ-
ſimè demonſtrabimus, non eſſe locum propoſitis
ex adverſo petitionibus; Inchoandum enim eſt à
tertio capite, quia, ſi illud controverteretur, pro-
ut non creditur, inanes erunt reſponſiones ad
alia, dum ipſa Portia conventa, ob non con-
fectionem Inventarij, teneretur de proprio cre-
ditoribus, & proindè ad dictum caput reſpon-
detur, inventarium bonorum, remanſorum in hæ-
reditate quond. Joannis Baptiſtæ, nè dum fuiſſe
factum à Tutoribus, & Curatoribus Conventæ,
ut *fol.* 296. *d.* 2. *vol.* verùm etiam ab ipſiſmet cre-
ditoribus, & cum Judicis decreto, quo caſu hæ-
res aliud Inventarium de jure conficere non te-
netur; Siquidem, prout ſupra fuit in facto plenè
enunciatum, vix mortuo Joanne Baptiſta, ad
inſtantiam creditorum fuit ordinatum ſequeſtrum
generale ſuper omnibus bonis hæreditariis, ut *d.*
f. 2. *& f.* 45. *proc.* 2. *volum.* ſtatim atque effecta
majore ipſa Portia conventa, decreto S. C. fuit
confirmatum prædictum ſequeſtrum, ut *dicto fol.*
28. *à t. proceſſ.* 2. *volum.* ac ipſa inſtante fuit ordi-
natum procedi ad venditionem omnium bonorum,
ut *dicto fol.* 45. *&* 227. *à t. proc.* 2. *volum.* & fue-
runt deſcripta omnia bona, ſtante illorum appre-
tio, *dicto fol.* 265. *eodem* 2. *vol.* * ex quibus
oritur juris diſpoſitio, quod quando hæres In-
ventarium non confecerit, ſi tamen certo conſtet
de hæreditatis valore, non tenetur ultra vires,
Fulvius Lanar. in addit. ad repet. Regentis Lanar.
in cap. 1. *de ſucceſſ. feudi num.* 37. & ubi aliundè
apparet deſcriptio bonorum hæreditariorum non
nocet hæredi omiſſio Inventarij *Cyriac. contr. tom.*
3. *cap.* 411. *num.* 22. præcipuè quando credito-
res inventarium conſcripſerint, ſeu ſciverint bona,
prout in caſu noſtro, ex ſequeſtro, & appretio bo-
norum facto ad eorum inſtantiam, ut per *Bald.*
conſil. 21. *num.* 3. *vol.* 4. *Sanchez cap.* 2. *numer.* 32.
ac tenet, & fundat *Conſil. Staibanus in ſua reſolut.*
168. *tom.* 2. *n.* 7. cum nonnullis ſequentibus; Ità
etiam refert deciſum *Hieron. de Leo* per Senatum
Valentinum *dec.* 107. *n.* 19. *cum ſeqq.* ubi habetur,
quod quoties ex deſcriptione facta bonorum, non
poteſt præſumi fraus, ceſſat ratio finalis, *text. in*
l. fin. & §. ſin autem dubius, C. de jur. delib. ex ra-
tione adducta per *Marez in conſtit. hac noſtra nu.*
142. ſub iſtis verbis: *Et ita ceſſat fraus, propter*
quam vitandam eſt inducta ſolemnitas inventarii, &
ſubdit, quod inventarium, & deſcriptiones bonorum
fieri conſueverunt, ne ipſa bona valeant occultari, tex.
eſt in l. ſi quis, C. de bon. praſcriptor. in l. ad prote-
gendam, C. de in litem dando tutore, l. de creationi-
bus, C. de Epiſcop. audient. l. nulli, C. de Epiſcop. &
Cleric. & ex noſtris, quod quando non adeſt occul-
tatio, nec fraus in inventario illud facere non eſt
neceſſe, *Reg. Capyc. Latr. dec.* 129. *num.* 24. *tom.* 2.
Nec non quando bona ſunt annotata ordine Ju-
dicis, & conſtat alia non adeſſe, non tenetur fa-
cere inventarium, *Gizzarell. dec.* 56. ubi *Addentes*
latiſſimè, & idem *Reg. Capyc. Latro dec.* 237. *num.*
54. *& dec.* 44. *num.* 4. Ac etiam quando Tutor,
ſeu hæres proteſtatur coram Judice, quid de bo-
nis remanſiſſe in hæreditate, habetur loco inven-
tarij, *Manſin. de tutor. & curat.* 3. *qu. princ. numer.*
7. *in fine, Didacus de Mari ad ſupradictam deciſ.*
Gizzarell.

Præstereà quando omnia prædicta non adeſſent,
ipſa D. Portia inſtetit, quatenùs opus fuerit, re-
ſtitui adversùs ſolemnitates omiſſas in confectione
inventariorum productorum, *fol.* 554. *&* 556. *proc.*
3. *vol.* ut ex ſua inſtantia, *fol.* 562. notificata
prædictis creditoribus, *fol.* 565. *eodem proc.* 3.
volum. * Mulier enim ſemper reſtituitur adver- 5
ſus ſolemnitates omiſſas in confectione inventa-
rii, ut per *Bart. in l.* 1. *Cod. de juris, & facti*
ignorantia, ita ibi intelligit *Anton. de Padilla ſu-*
per Gloſſ. 2. *numero* 25. *& ibidem Salicet. Alexan.*
verò, *& Jacobin. in l. juris ignorantia, C. qui ad-*
mitti, dicunt hanc opinionem habere maximam
æquitatem, quam ſequuntur *Riminald. in d. l.*
juris ignorantia, col. fin. ubi reſpondit ad tenen-
tes contrariam, *Anton. de Butr. conſ.* 72. *Cacher.*
deciſ. Senat. Pedem. 87. & ſic fuiſſe pluries deci-
ſum refert *Praſ. de Franch. dec.* 229. *in fine*, eam-
dem opinionem ſequuntur etiam *Aloyſius de Leo*
in l. prim. C. ad Senat. Conſ. Vell. numero 22.

Digitized by Google

Conſ. Paſchal. in tract. de viib. patr. poteſt. p. 1. cap. 2. n. 2. ac Dom. Reg. Capyc. Galeota in addit. ad conſ. 15. Camill. de Medicis, & proindè inductam eſſe conſuetudinem, ut in talibus inventariis non ſolemnibus, mulieribus ſuccurratur, ut habetur ex *tex. in cap. quoniam contra, de probat.* latè *Maſcard. con-*
4 *clnſ.* 1392. *n.* 5. & quod in iſta materia * ſolemnitatis inventarii, attendatur conſuetudo, etiam quod ſit contra jus, tenent *Bart. in l. tutor qui repertorium, ff. de admin. tutor. nu.* 18. *Surd. dec.* 282. *num.* 6. & alii relati per *Eſcobar. de ratiocin. cap.* 9. *num.* 39. & proptereà ab hac conſuetudine in judicando non eſſe recedendum docet *Dom. Reg. Capyc. Latr. in conſult.* 57. *n.* 40. *in fin. tom.* 1. qui in *ſequenti num.* refert, ſic fuiſſe deciſum per S. C. in cauſa Marchioniſſæ Cuſani contra Creditores.

5 Nec * ex adverſo opponatur ſupradicta inventaria non fuiſſe confecta ab ipſa D. Portia, ſed ab ejus Tutoribus, & Curatoribus, illi namque inventaria prædicta, & non repertoria confecerunt, nec proprio nomine pupillæ geſſiſſe videtur, l. *ità autem, §. geſſiſſe*, ubi *Bart. ff. de adminiſt. tutor.* Imò *Cancer. var. reſol. p.* 3. *cap.* 2. *de inventario num.* 130. *verſ. quaro octavo, & n.* 131. tenet, ac fundat inven-
6 tarium confectum à perſona extranea, * & non legitima ſufficere ad probandum in hæreditate alia bona non remanſiſſe, quam quæ in dicto inventario fuerunt deſcripta per ea, quæ egregiè notantur in *dec. Rota noviſſ.* 800. *n.* 18. *par.* 1. & viſus eſt voluiſſe *Mier. tit. de tutel. p.* 1. *collat.* 6. *fol.* 132. *nu.* 29. tradit *Pariſ. conſ.* 25. *vol.* 1. & tenuit *Rebuff. ad Conſtit. Regni tit. de ſentent. proviſ. art.* 3. *Gloſſ.* 3. *num.* 2. *tom.* 1. *& Conſ. Staiban. d. reſol.* 168. *num.* 32.

Quod tanto magis procedit in Tutore, qui dicitur perſona legitima, & pupillum hæredem repreſentans, *d. §. geſſiſſe*, cui ſpectat onus conficiendi inventarium, ut per *Monal. conſ. fin. lib.* 2. & etiam *Morquer. de diviſ. bonor. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 24. præterquam mulier, nedum de jure, ac etiam de conſuetudine hujus Regni reſtitui debet adverſus ſolemnitates in confectione inventarii omiſſas, verùm etiam ſi nullum inventarium confecerit, *Anton. de Butrio d. conſ.* 72. *n.* 2. *Salyc. & Franc. de Pamponibus in l.* 1. *C. de jur. & facti ignor. Jacob. de Arena, & Alex. in d. l. juris ignorantia, C. qui admitti nu.* 6. ubi *Decius nu.* 5. *& Rimaald. n.* 27. *Phanuc. de invent. q.* 240. *num.* 81. *cum ſeqq. Honofr. de Peruſ. & Paul. de Caſtro*, quos refert *Soccin. ſen. conſ.* 39. *lib.* 2. *Guttier. lib.* 3. *q.* 32. *nu.* 9. *Azeved. ad l.* 1. *tit.* 8. *n.* 87. *lib.* 4. *Tiraquell. de retract. convent. §.* 4. *glo.* 7. idem *Phanuc. de invent. ver. Præteritio n.* 21. *Maſcard. concluſ.* 1039. *num.* 25. & fundat *Bald. in l. fin.* 3. *q. C. de jur. delib.* per *tex. in l. ubi in principio, ff. de edendo, & l.* 1. *§. fin. ff. eodem*, ubi reddit rationem, quare debeat reſtitui, & eſt, quia in ea non præſumitur dolus propter ipſius ſimplicitatem, *Nicolaus de Matarellis*, quem refert *Corn. in l. fin. §. notiſſimum, in fine, C. de jur. delib.* quæ cùm ſit magna, proptereà ei in præjudicialibus, ſimplicibus, & imperitis ſuccurrendum eſſe habetur, ex *tex. in l. fin. in princip. C. de teſtam. cap. ſuper literis*, ubi *Gloſ. in verbo ſimplicitati*, & ibi *Abb. de reſcriptis, Berous conſ.* 110. *n.* 18. *lib.* 3. cui leges etiam magnoperè favent, *Clem.* 2. *de pœnis, & remiſſ. Lucas de Pruna in l.* 1. *C. de impouend. luc. deſcript. Menoc. de arbitrar. Judicum lib.* 2. *cent.* 2. *caſu* 193. *Magon. dec. Lucenſ.* 40. *nu.* 4. Item mulier poteſt ſe excuſare prætextu ignorantiæ, etiam ſi erret in jure, per *tex. in l. regul. de jur. & fact. ignor.* & tenet *Bart. in conſ.* 154. incipiente, *maritus fecit hæredem*, nam quando tractatur de damno mulieris, ſuccurritur ei per beneficium reſtitutionis in integrum adversùs juris ignorantiam, *Ripa in tract. de peſt. tit. de remed. preſerv. contra peſtem n.* 240. *Sfortia Oddus de reſtitut. in integrum p.* 1. *qu.* 10. *num.* 5. *in fine*, & ex his remanet ſublatum aſſumptum à creditoribus deductum 10 3. *cap.*

Proptereà redeundo ad primum, in quo prætendunt Creditores, Juribus Joannis Baptiſtæ, ſibi ipſis ſatisfieri ſuper dotibus maternis illi ſpectantibus; eſt enim videndum, an præfato Joanni Baptiſtæ pro dotibus prædictis competat ulla actio ad hoc, ut de ejus Juribus poſſint experiri præfati creditores.

In facto adducitur, non adeſſe inſtrumentum dotale receptionis dotium factæ à Flavio de Rinaldo, ideoque de promiſſione tantum facta in capitulis matrimonialibus nullam eſſe habendam rationem. Producitur ſolum ex adverſo partita Banci, *dicto fol.* 304. *proc.* 3. *vol.* ex qua apparet ſolutionem factam dicto Flavio ducat. mille, & biſcentum quadraginta, per Bancum de Olgiatti ſub die 22. Februarii 1590. de quibus ipſe Flavius implicavit ducatos mille in emptionem cum Ill. Duce Airolæ, ut ex inſtrumento ſtipulato in die ſequenti 13. Februarii, ut *fol.* 382. *lit. A.* quod creditum cùm adhuc exiſtat, prout ex fide Notarii, in qua teſtatur in margine dicti inſtrumenti nullam adeſſe retrovenditionem, nec quietationem, ut *d. fol.* 382. *à t. lit. C.* ad pejus dictum creditum debet reſtitui, ſervata forma conventionis initæ in capitulis matrimonialibus inter dictum Flavium de Rinaldo, & Antoniam Varavalle, in quibus *fol.* 296. *à t. lit. B.* habetur, quod dotis reſtitutio promittitur à dicto Flavio ad ſui electionem, vel in pecunia numerata, aut in eiſdem corporibus empta cum dicta pecunia dotali, prout eſt creditum prædictum cum dicto Ill. Duce Airolæ; Nec ulla habenda eſt ratio de complemento ducatorum quatuor mille enunciato in dicta partita Banci, quia factis diligentiis nulla alia reperitur receptio, nec quietatio, & proindè quando ſolvitur alicui tanquam Adminiſtratori, debet eſſe ſolutio vera, † realis, effecti- 7
va, ſecus facta per confeſſionem, ità fundat *Maſcard.* loquens in quolibet Adminiſtratore *concl.* 370. *n.* 10. Et in patre, fundat *Farinac. in fragm. in vers. de contract. fol.* 66. *verſ. patri ſolutio, & in repertorio Judiciali qu.* 26. *num.* 28. *Conſil. Paſchal. de Patria poteſt. p.* 1. *c.* 6. *n.* 2. *num.* 80.

Sed prædicta reſpectu hujus Capitis dicta ſint ex abundanti, videamus in hoc articulo quid juris dictum eſt ſuprà Joannem Baptiſtam de Rinaldo uti hæredem matris eſſe prætenſum Creditorem dotium maternarum, deindè ſucceſſit patri abſque beneficio legis, & * inventarii, ideòque ex juris diſpoſitione hæ- 8
redem non conficientem inventarium ex ſola hæreditatis aditione confundere jura, quæ habet adverſus defunctum, & non poſſe creditum, quod cum eo forſan haberet amplius petere, cùm ejus extincta ſit actio *tex. in l. fin. §. in computatione*, ubi *gloſ. in fine ſub verbo confundantur, C. de jur. delib. Auth. de hæredib. & Falcid. §. ſi vero non fecit tex. in l. debitori ſuo* 7. *C. de pactis*, ubi inquit Imperator, *debitori ſuo ſi hæres extitiſti actio, quam contra eum habuiſti, aditâ hæreditate confuſa eſt*, concordat *tex. in l. ſi uxor, C. de bon. auth. Jud. poſſ.* ubi *glo.* allegat concordantes, ſunt etiam *tex. in l. ſtichum, §. aditio, ff. de ſolut. & in l. debitor, in verb. reſpondi, ff. ad Treb.* fundat *Praſ. de Franch. dec.* 39. *n.* 2. *&* 3 *& Afflict. dec.* 237. *n.* 6. ac latè probat *Phanucc. de invent. p.* 7. *n.* 2. Cùmque dictus Joannes Baptiſta nullum confecerit inventarium bonorum in hæreditate prædicti Flavii patris remanſorum videntur, nè dum confuſa, & extincta ejus jura, & actiones ad hoc, ut non poſſit dictum creditum dotium maternarum petere, ſed imò præſumitur ipſius crediti ſatisfactio, latè *Bart. in l. ſi is, qui pro emptore, ff. de uſur.* cum aliis cumulatis, ac eleganter declaratis per *Neguſ. in* 2. *membro* 5. *partis poſt n.* 54. ad cujus robur adducitur *tex. in l. ex facto, §. Latinus Largus, ff. de except. rei jud. & in d. l. debitori ſuo*, ubi commutatei

ter ſcribentes, alicitur enim ex illis creditorem ſuccedendo debitori effici dominum bonorum defuncti,
9 ex quo dominio * hypothecam extingui probat, & fundet idem *Neguſ. ubi ſupra à n. 49. cum ſeq.* & idem tenet *Napod. in conſ. ſi quis, vel ſi qua num. 254.* explicat *Reg. de Ponte in conſ. 8. lib. 1. & conſ. 149. lib. 2.* hanc etiam opinionem ſcilicèt extingui, nè dum perſonalem, ſed, & hypothecariam latè defendit doctiſſimus *Barboſa in l. quæ datu, 34. in princip ff. ſolut. matrim.* per illum *tex.* & probant pariter cæteri adducti per *Merlin. de pign. lib. 5. qu. 14. num. 6. & 7.*
10 Verùm quia adſunt nonnullæ *DD.* † opiniones in contrarium, ſcilicèt extingui per ſupra enarreta, ſolum actionem perſonalem, non autem hypothecariam, quia ratio incompatibilitatis, quæ conſideretur in actione perſonali, ceſſat in hypothecaria, quæ rei ineſt, & rem ipſam ſequitur, undè non tollitur, niſi per verem ſatisfactionem, & non fictam, ad *tex. in l. grege, §. etiam, de pignor.*

Proindè quidquid ſit de veritate hujus quæſtionis; Ponamus cauſam in claris, ſunt enim diſtinguendi plures caſus.

Primo eſt, quando creditor ante aditionem hæreditatis ſui debitoris abſque beneficio legis, & inventarii, contraxit hypothecam cum ſuis creditoribus, hoc caſu, licèt extinguatur actio hypothecaria directa competens hæredi creditori, non tamen extinguitur actio utilis hypothecaria per prius tranſlata in beneficium ſuorum Creditorum, cùm non officiet ipſis creditoribus defectio inventarii, dum hæres adeùndo, non poteſt ſuo creditori habenti hypothecam præjudicium inferre, & ità procedunt adducta per *Praſ. de Franch. dec.* 80. ubi refertur deciſio, nec non diſputata per olim digniſſimum *Reg. Ja. Franc. Marcianum in diſpat. 95. tom. 2. per tot. num.* 8. ubi tradit in illa cauſa fuiſſe etiam repertum inventarium ſolemniter confectum, cujus beneficium conſervavit actiones intactas, & illæſas, non autem extinctas, & confuſas, ad *text. in l. fin. §. & ſi præfatam, & §. in computatione, C de jur. delib.* advertit etiam *Merlin. de pignor. lib. 5. tit. 1. qu. 14. ſub num.* 101.

Secundus caſus eſt, quando creditor poſt aditam hæreditatem ſui debitoris abſque beneficio legis, & inventarii, contraxit hypothecam cum aliis, tunc recurrendum eſt ad doctiſſimum *Neguſ. in 1. membr. 5. p. ſub num. 56. & in fine*, ubi diſputato articulo diverſitatis actionis directæ ab actione utili, & ſi una ſublata, altera poſſit remanere, ſubdit hæc verba: *Secus eſt, ſi dictus hæres obligaret in caſu iſto omnia bona alteri ſuo Creditori poſt aditam hæreditatem, quia cùm jam hypotheca eſſet extincta per acquiſitionem dominii, in dicta obligatione, illa non fuiſſet comprehenſa, tanquam extincta, quia nemo plus juris in alium transferre poteſt, quam ipſe habet, l. traditio, ff. de acquiren. domin. quæ omnia benè nota, quia ſunt practicabilia, & non invenies examinata per alios;* poſt *Neguſ.* ſequitur idem *Merlin. de pignor. loc. cit. ſub n.* 103. qui refert, quod ſi hæres obligaſſet bona ſuo creditori poſt aditam hæreditatem, quia jam ſuum creditum non eſt in eſſe amplius propter confuſionem, & ſic nihil tranſmitti potuit.

Videndum igitur in caſu noſtro, quiſnam ex prædictis caſibus attendendus ſit, primus ne, vel ſecundus. Ad memoriam reducitur in facto eſſe ſupra enarratum, mortem Flavii ſequutam fuiſſe ſub die 18. Septembris anni 1595. præambolum ex Teſtamento fuiſſe expeditum ad beneficium Joannis Baptiſtæ filii ſub die 1. Octobris dicti anni 1595. Verum debita contracta à dicto Joanne Baptiſta ad beneficium creditorum, & præcipuum debitum ſupra-dicti Regii Conſiliarii Pauli Jannactaſii ad præſens inſtantis uti hæredis quondam Julii Cæſaris Jannactaſii ejus Genitoris, fuiſſe contractum ſub die 10. menſis Maij ſequentis anni 1596, ut *fol. 163. 1. vol.* & per conſequens poſt aditam hæreditatem; ergò ſecundus caſus conſideretur in caſu noſtro. Ideoque quando dictus Joannes Baptiſta contraxit, jam ejus creditum dotium maternarum, non erat amplius in eſſe propter confuſionem, & propterea non potuit tranſmittere in beneficium creditorum.

Rurſus alii duo caſus ſunt conſiderandi * in præſenti cauſa, qui etiam ponunt gladium ad radicem; Primus eſt, quando creditor ſucceſſit debitori ſimpliciter, & perpetuò, ac irrevocabiliter hæres, tunc ſivè inventarium confecerit, ſivè non, in illo caſu extinguitur, non tantum perſonalis actio, ſed etiam hypothecaria, ut per *Bart. in l. debitor, 59. n. 3. in fine, verſ. ſolvo, quando dominium, ff. ad Trebell.* & per *Neguſ. d. memb. 1. num.* 33. quia res apud hæredem ſibi obligata remanere non poteſt. 11

Secundus caſus, quando * eſt hæres revocabiliter, quia gravatus ſit reſtituere, & concluſio eſt, ſivè inventarium confecerit, ſivè non, poſſe ſuum creditum deducere, & retinere, & in his terminis procedunt *tex. in d. l. debitor, & d. §. Latium,* & declarat *Bart. ubi ſupr.* cum aliis relatis per eundem *Merlin. de pignor. ſupra cit. q. 14. n. 19.* ubi tamen ſubdit *n.* 22. quod gravatus fideicommiſſo poteſt tempore purificati fideicommiſſi retinere creditum, quod ſibi debetur, niſi ſpecialiter prohibuerit teſtator; probat elegans *Textus in l. in imponenda 6. C. ad l. Falcid & in l. ſi debitor 12. & in l. pater filium 14. ff. eodem tit. Gloſ. in d. l. ſi debitor, in verbo reputaret, Bald. in d. l. debitori, num.* 5. ac notat præfatus *Reg. Marcianus in ſupra citata diſput. 95. tom. 2. num.* 5. Cumque in caſu noſtro expreſsè prohibuerit Flavius Teſtator quidquam deduci, ſeu diſtrahi à Joanne Baptiſta filio, tàm ex cauſa dotium, legitimæ, ac pro quacumque alia cauſa, ut legitur in dicto teſtamento *fol. 306. proc. 2. vol.* ergo & ſi in caſu noſtro poſſet applicari, quod quando Joannes Baptiſta fuiſſet revocabiliter hæres, quia gravatus reſtituere ſupradicta bona fideicommiſſo ſubjecta, nec poſſet quidem deducere ſuum creditum uti prohibitum detrahi à Flavio patre in ſuo Teſtamento. 12

Sed deveniamus, * quæſo, ad proprium noſtri caſus articulum ſumptum ex *d. Merlin. in loc. ſupr. cit. ſub num. 25. verſic. ex hujuſmodi*, quid dicendum, quando hæres non confecit inventarium, & fideicommiſſum eſt particulare ſuper certis bonis conſtitutum, an dicetur hæres revocabiliter, quia tenetur reſtituere illa bona particularia ſubjecta fideicommiſſo, an verò irrevocabiliter, quoniam reſpectu omnium aliorum bonorum remanſorum in hæreditate dicitur perpetuò, & irrevocabiliter hæres, & per conſequens non poteſt deduci, nec retineri creditum: concludit idem *Merlinus* pro hoc ſecundo caſu, quod negativè reſolvendum ſit, * quia hæres reſpectu fideicommiſſi particularis, prout etiam reſpectu creditorum, & legatariorum tenetur in ſolidum non confecto inventario etiam de proprio, *l. fin. §. ſi vero, C. de jur. delib. Socc. d. l. debitori, num. 9. verſ. ſecundò conſideranda*, & ſic bona quæ juſſit Teſtator omnia, & integra tenetur præſtare fideicommiſſario; Nec non omiſſio inventarii * facit præſumere contra hæredem, quod facultates ſufficiant, & quod ille ſubtraxerit bona, *Bald. in l. filium quem habentem 24. n. 37. in fine, C. famil. erciſc.* prout eſt advertendum in caſu noſtro, quia quamplurima alia bona libera q. Flavii remanſerunt in ejus hæreditate, quæ pariter in hæreditate Jo. Baptiſtæ fuiſſent reperta, ſi minoe ea diſſipaverit, ut conſtat ex probationibus factis à *fol. 507. uſque ad fol. 514. proc. 3. vol.* & ſimiliter arguitur, dum in tam 13 14 15

brevi

brevi temporis ſpatio ſcilicèt ab anno 1595. in quo obiit Flavius pater, uſque ad annum 1601. in quo ipſe defunctus fuit, tot debita contraxit; & hæc eſt præſumptio Juris, & de Jure, quæ non admittit probationem in contrarium *Alex.* ſivè magis *Bald.* apud *Alex. conſ.* 70. *num.* 1. *lib.* 4. & ideò in fidei-
16 commiſſo * particulari ità expreſſè non fieri deductionem proprii crediti hæredis tradunt *Socin. d. l. debitor, num.* 9. *Alex. d. conſ.* 70. *n.* 1. *lib.* 4. *Caſtrenſ. conſ.* 186 *nu.* 1. *ibi adverſus vero, lib.* 1. *Peregr. de fideicomm. art.* 35. *n.* 23. *in fine*, loquens in propriis terminis crediti dotium maternarum, ſub verbo, *hac autem*, inquit: *Hac autem intelligas vo-*
17 *lim in fideicommiſſo univerſali*, * *ſed ſi fideicommiſſum eſſet particulare in bonis ſtabilibus equidem ſub prætextu æris alieni, ſtabilia minui non poſſent, quia fideicommiſſa particularia integra ab harede, non confecto inventario praſtanda ſunt in Authentica de hared. & falcid. per totum, idem Peregrin. in deciſ. Patavina* 96. *nu.* 8. *Fuſar. de fideicomm. ſubſtitut. quaſt.* 66. *n.* 4. nec non *in conſ.* 74. *n.* 15. ubi in dictis locis, notat, quod quando hæres eſt gravatus fideicommiſſo particulari, illud diminui non poteſt ſub prætextu creditorum, vel æris alieni, vel legatorum per eum ſolutorum, & ita *Addentes* ad *Greg. deciſ.* 421. *n.* 15. *in fine.* Itaque pro concluſione hujus capitis, ex quo in caſu noſtro ſumus in fideicommiſſo particulari inſtituto à prædicto q. Flavio ſuper dicto Territorio *de Ruſtici* nulla videtur dubitandi ratio, quin tàm dicto Joanni Baptiſtæ, quàm ejus creditoribus poſſit competere nulla actio ſuper eodem Territorio unquam ſubjecto dicto fideicommiſſo.

Quo verò ad legitimam in ſecundo capite deductam per creditores; Reſpondetur præallegatas authoritates, & jura procedere in quolibet credito, & ſic etiam reſpectu legitimæ; Præter quam fuit in termino ſatis probatum in hæreditate dicti quondam Flavii remanſiſſe multa ſuppellectilia pretioſa, necnon aurum, argentum, & ſimilia, ut à *d. fol.* 507. *uſque ad fol.* 514. incluſivè *d. proceſſ.* 1. *volum.*
18 quæ fuerunt poſtmodum * diſſipata, ac alienata per dictum Joannem Baptiſtam, in cujus legitimam indubitati juris eſt illam imputari, *text.* ſunt expreſſi in *l. Marcellus*, *§. res qua*, ubi *Alex.* & *in l. penult. ff. ad Senat. Conſ. Trebell.* & inquit *Paulus de Caſtr.* in
19 *conſ.* 219. *vol.* 1. quæ quidem opinio † fulcitur duabus potiſſimè rationibus, quarum prima eſt, nam quæcumque filius habet ex ſubſtantiis patris ea in legitimam imputantur *l. quoniam novella*, & *l. ſcimus*, *§. repletionem, C. de inoff. teſtam. Fachin. contr. jur. lib.* 3. *cap.* 70. *Bart. in l. in quartam, nu.* 10. *ff. ad leg. Falc.* & *in l. etiam*, *§. penult. ff. de bon. libert. Menoc. de arbitr. Jud. lib.* 2. *cent.* 2. *cap.* 64. & magiſtraliter docet *Dom. Reg. Capyc. Latro in conſult.* 25. *num.* 56.
20 *to.* 1. Secunda eſt ratio, nam filius hæres * inſtitutus adeundo hæreditatem maximè abſque beneficio legis, & inventarii, ſibi in legitima præjudicat, ut poſt *Petr. Paul. Pariſ. conſ.* 33. *num.* 89. *lib.* 3. docet *Anton. Gabriel. commun. concl. lib.* 6. *tit. de legitima concl.* 1. *num.* 8. & poſt eum fundat idem *D. R. Capyc. Latro in conſult.* 121. *to.* 2. & ob omiſſionem inventarii, ut in caſu noſtro etiam legitimam amittit per *text. in auth. de haredib. & Falcidia*, *§. ſi quis non implens*, ubi *gloſ. in verb. auferri*, quam citat *Cacher. in deciſ. Senat. Pedem.* 148. *num.* 4. qui in fine dicit, hanc eſſe veriorem opinionem, nam æs alienum hæredi debitum per defunctum ob omiſſionem inventarii amittitur *d. §. in computatione*, ſed legitima dicitur æs alienum *l. Papinianus*, *§. ſi quis impubes in fine, ff. de inoff. teſtam. l. ſi arrogatus*, *§.* 1. *ff. de adopt.* notatur etiam in *l. ſi quis legatum*, *§. fin. ff. ad l. Cornel. de falſ.* ergo legitima ob non confectum inventarium tanquam æs alienum amittitur; quod confirmatur, nam ſi creditor hæres amittit creditum ſibi competens ex cauſa oneroſa, ut ſuprà, quanto magis filius debet amittere legitimam, in qua dicitur habere cauſam lucrativam, juxtà *Gloſ.* communiter approbatam *in l.* 3. *C. de jur. & facti ignor.* ſub verbo *nullis rationibus.*

Præterea advertatur, quod & ſi legitima, ipſo jure debeatur filio, ad *text. ſupra dictum in l. ſcimus*, *§. repletionem, C. de inoffic. teſtam.* & *l. quoniam in priorib. C. eodem*, tamen in caſu noſtro, quando filius hæres inſtitutus, nihil dixit, non poſſunt creditores, ex jure debitoris, legitimam non acceptatam, nec diviſam ab hæreditate præcapere, quoniam, ut dictum eſt, licèt debeatur filio, ipſo jure, attamen ad finem acquirendi creditoribus filii, opus eſt ipſius filii petitione, & declaratione, prout ex aperta *Gloſ. in d. l. ſcimus, verſ. ipſo jure ſic quoque notat, Roder. Suarez in d. l. quoniam in prioribus, ampliatione* 10. *C. eodem tit.* ubi ait, quod impoſſibile eſt, quod acquiratur, niſi petatur, latè etiam tuetur *Gratian. diſcept. forenſ. tom.* 2. *cap.* 271. & ſic pro opinione *l. ſcimus*, legitima non debetur niſi filio petenti, imò poſſe illam repudiare in præjudicium creditorum, deciſum refert *Theſaur. lib.* 3. *quaſt. forenſ. cap.* 74. & proindè iſtud jus petendi legitimam non remanet in bonis filii, ſingulariter *Peregrin. in conſ.* 46. *num.* 16. *lib.* 3. *Pruſ. de Franch. deciſ.* 101. *num.* 32. quos omnes refert *Conſiliarius Hodierna in addit. ad deciſ. Surd.* 140. *num.* 9. & 10. Cùmque in caſu noſtro Joannes Baptiſta nunquam petierit legitimam, ergo jus iſtud non potuit transferri ad ſuos creditores.

Conſideratur * etiam in præſenti cauſa, quod data approbatione ſimpliciter teſtamenti paterni facta 21
per Joannem Baptiſtam, nulli dubium eſt, quin ſuſtineatur onus legitimæ impoſitum ſuper dictis bonis fideicommiſſo ſubjectis, quatenus ſuper iiſmet deberetur; *Reg. Merlin. centur.* 2. *controverſ. forenſ. cap.* 48. *num.* 2. *verſ. verumtamen.* Idque maximè procedit quando fuit prohibita detractio legitimæ, ut *nu.* 11. & 12. & proinde non licere creditoribus, qui contraxerunt poſt approbationem factam à filio Teſtamenti paterni ſibi ipſis ſatisfieri ſuper dicta legitima, deciſionem S. C. refert *Gizzius ad deciſ. Reg. Capyc. Latro* 34. *tom.* 1. latè etiam diſputavit articulum olim *Conſil. Marcell. Marcian. in ſuo conſil.* 25. *tom.* 2. quod per approbationem factam teſtamenti paterni in illo capite, in quo onus legitimæ continetur, dicitur individua approbatio, & infertur filio in legitima præjudicium; Ac in propriis terminis præſentis cauſæ à fideicommiſſo particulari non fieri detractionem legitimæ, optimè fundat præfatus *Conſ. Staibanus reſol.* 158. *tom.* 2. *à num.* 64. *cum ſeq.* quia præſumitur ſatisfactio ſuper aliis bonis liberis.

Quibus addendum * eſt, ut ex facto deſumitur; 22
prædictum Joannem Baptiſtam percepiſſe ab anno 1595. uſque ad annum 1601. fructus bonorum fideicommiſſo ſubjectorum, ſuper quibus bonis expreſſè prohibuit Flavius pater detractionem legitimæ, & illos imputari in legitimam prædictam fundatur ex *text. in l. Papinianus* 8. *§. undè ſi quis, ff. de inoff. teſtam. l. omnimodo* 30. *§. imputari*, & *l. ſcimus* 36. *C. eodem*, *l. in fideicommiſſariam* 18. & *l. deducta* 58. *ff. ad Trebell. l. filius famil.* 18. *§.* 1. *ff. ad leg. Falcid. l. penult. C. de collat.* & fundat acutiſſimus *Hotomanus diſput. jur. civ. in tit. de quarta legitimaria c.* 10. *nu.* 55. *fol.* 700. *tom.* 1. & *de quarta Pegaſiana cap.* 7. *num.* 47. *fol.* 175. Nec non in caſu prædictæ prohibitionis fructus bonorum fideicommiſſo ſubjectorum computari in legitimam, tradunt etiam *Reg. Rovit. in conſ.* 95. *tom.* 1. *num.* 13. & omni virtute, ac doctrina ornatiſſimus *Dom. Reg. de Marinis in reſolut.* 251. *tom.* 1. *in fin.*

Poſtremò demum capiti, in quo ex adverſo prætenditur ipſam D. Portiam conventam recepiſſe ducatos

ducatos milla ab hæredibus q. Joannis Serii da Summa, quos eſſe reſtituendos dicti aſſerti creditores putant, tanquam non ſubjectos fideicommiſſo; Reſpondetur hoc vanum eſſe, ex quo dicta D. Portia ſi illos recepit, non autem tamen ſequeſtrati, prout creditores aſſerunt in dicto capite ſuæ inſtantiæ, imò cùm dicti creditores petierint ſequeſtrum ſuper dictis quantitatibus, non potuerunt tamen illud obtinere, ut *fol. 49. à t. in proceſſ. D. Marcelli de Bauſie*, ſed imò fuit ordinatum, decreto q. *Reg. Conſ. de Georgio*, quod dictæ quantitates ſolverentur ipſi D. Portiæ, ut aſſeritur in prætenſo inſtrumento receptionis dictarum quantitatum ex adverſo producto, *fol. 316. lit. E. proc. 3. vol.* & propterea illos poteſt retinere ex pluribus cauſis, & præcipuè pro quantitatibus ſatisfactis, & ſatisfaciendis creditoribus q. Flavii antiquioribus tanquam bona libera, in quibus fuerunt excluſi creditores dicti Joannis Baptiſtæ ſervata forma decreti S. C. lati junctis Aulis in anno 1654. *fol. 718. proc. 3. vol.*

Illos etiam retinet in computum crediti antephati competentis Victoriæ Caracciolæ ejus matri, & ſucceſſivè ipſi D. Portiæ conventæ, quæ ad dictum antephatum fuit vocata, & ſpeciali pacto contemplata tanquam filia, non autem uti hæres, prout legitur in capitulis matrimonialibus ſuorum Parentum, quod creditum antephati eſt anterius prætenſo credito Regii Conſiliarii Jannattaſii, cùm fuerit conſtitutum ſub die 4. Decembris anni 1595. in quo fuerunt firmata dicta Capitula matrimonialia inter præfatum Jo. Baptiſtam, & prædictam Victoriam, ut ex illis apparet *fol. 387. à t. d. proc. 3.* 3. *vol.* illud verò ſupradicti Regii Conſiliarii Jannataſii ſub die 10 menſis Maij ſequentis anni 1596. Verùm licèt poſteà dicta capitula repetiantur ſtipulata in menſe Junii 1596. hoc tamen non nocet, in illis enim attenditur dies firmæ, non autem ſtipulationis, nam favore dotis, ac donationis
23 propter † nuptias pro ſtipulatis habentur, *text.* eſt in *l. unica, C. de rei uxor. action.* & *in l. 1. in principio*, ubi *Bart. num. 14. ff. ſolut. matrimon.* idem tenent *Barboſ. in 3. par. d. l. 1. Aret. in l. divortio, n. 3. ff. de verb. oblig. Bal. conſ. 428. incipiente, in Civitate, vol. 1.* ac probat idem *Dom. Capyc. Latro in conſultat. 29. n. 18.*

Quo verò ad prætenſa credita aliorum creditorum, quando comparuerint, reſpondebitur, cùm ex pluribus aliis cauſis competat retentio, & præcipuè ex cauſa quantitatum exactarum, de fructibus bonorum dicto fideicommiſſo ſubjectorum à præfatis creditoribus Joannis Baptiſtæ, ut apparet ex *relatione in proc. D. Marcelli de Bauſio fol. 70. uſque ad fol. 79.* quas debent reſtituere præfati creditores, prout ſuo loco, & tempore demonſtrabitur.

Ex his omnibus Partis petitionibus reſolutis, remanet undique fundata juſtitia ipſius D. Portiæ, & proindè per petitiſſimos Judicantes ab impetitia per dictos aſſertos creditores, eam abſolvendam eſſe putamus.

Franciſcus Andreas.

24 Deciſio * prodiit per S. C. ſecundum hic allegata, ut habetur apud *Conſil. Staibam. in obſervat. ad reſolut. 168. n. 39. & 40. cent. 2.* ubi dicit, *S. C. habuiſſe pro vero ſufficere in muliere ſimplicem deſcriptionem bonorum hæreditariorum, etiam non factam in forma Inventarii.*

A R G U M E N T U M.

Tutor idemque creditor an præſumatur de bonis adminiſtratis ſibi ſatisfeciſſe, & an poſſit agere antequam rationes reddiderit, & quid in eo, qui non fuit tutor relictus, ſed fuit injunctum tutoribus, *ut nihil agerent abſque ejus interventu*, & an prædicta verba importent, ut dicatur tutor honorarius, vel datus notitiæ cauſa, & ad quid teneatur ex dicto interventu.

S U M M A R I U M.

1 *Tutor, vel alius adminiſtrator præſumitur ex bonis adminiſtratis ſibi ſatisfeciſſe de ſuo credito.*
2 *Tutor idemque creditor non poteſt pro ſuo credito conſequendo agere, donec rationem ſuæ adminiſtrationis reddiderit, quia præſumitur ſibi ſolviſſe.*
3 *Quod tamen fallit in dote.*
4 *Tutor honorarius, vel ſuper-intendens tenetur rationem reddere, vel ſaltem aliorum rationibus aſſiſtere.*
5 *Tutor datus notitiæ cauſa tenetur reddere computum ſicut quilibet adminiſtrator.*
6 *Tutor honorarius quis dicatur.*
7 *Tutores ſolent eſſe triplicis generis.*
8 *Tutori honorario ſolvi poteſt, quia ad illum etiam periculum ſpectat, & teneatur de mala adminiſtratione tutoris, quia adminiſtravit ſaltem in ſubſidium, ſic etiam in tutore dato notitiæ cauſa, numero 10. cui etiam ſolvi poteſt, numero 12.*
9 *Tutela eſt communis inter tutorem honorarium, & tutorem, qui adminiſtrat.*
11 *Tutores dati notitiæ cauſa qui dicantur.*
13 *Rationes reddere qui tutores, & adminiſtratores debent.*
14 *Tutor datus notitiæ cauſa non debet reddere rationem de omnibus geſtis per tutores, ſed de illa adminiſtratione, quæ congruit notitiæ cauſa, hoc eſt, ſi inſtruit diligenter, & bona fide tutores, & ſi in dolo ſit verſatus non conſilio dando tutoribus.*
15 *Teſtibus declarantibus eſt credendum magis, quàm deponentibus in genere.*
16 *Conſultor, ſive ſuper-intendens ad nihilum tenetur, niſi de dolo.*
17 *Conſilium non neceſſitat perſonam ejus, qui illud ſequi debet.*
18 *Conſilium qui dat, exhortat, & exhortatio liberam voluntatem excitat.*
19 *Verba* cum intervento, *non important niſi conſilium, & ſic deciſum per* S. C. *refertur.*
20 *Qui in negotiis intervenit non tenetur, niſi de dolo.*
21 *Idem procedit in eo, qui in teſtamento fuit relictus conſiliarius.*
22 *Tutor, cui fuit injunctum, ut non poſſit aliquid agere ſine conſilio alterius, an teneatur neceſſario illius conſilium ſequi.*
23 *Tutores non habent officium ab homine, ſed à lege licèt nominationem habeant à teſtatore.*
24 *Conſilium non obligat ad reddendum computum.*
25 *In homine bonæ conditionis, vitæ, & famæ, nobili, & divite, dolus non præſumitur.*

Pro Franciſco de Baucio, cum hæredibus q. Vincentii Brigidi.

C O N S U L T A T I O LVIII.

FRanciſcus da Baucio petiit, condemnari hæredes quondam Vincentii Brigidi publici nummularii in Civitate Capuæ reſidentis ad ſibi ſolvendum nonnullas quantitates debitas vigore publicorum inſtrumentorum, opponunt hæredes, ad ſolutionem non teneri, ex quo Franciſcus fuit ordinatus à dicto

ćto q. Vincentio in ſuo ultimo teſtamento ſuperin-
tendens tutorum ab ipſo ſuis filiis, & hæredibus re-
lictorum, ita ut nihil dicti tutores facere poſſent
abſque interventu dicti Franciſci, & per hoc præſu-
mitur ex bonis adminiſtratis ſibi ſatisfeciſſe, ut ex
1 text. *in l. ſed & ſi damnum, §. peculium, in verſ. nam,* * *ut
eleganter, ubi etiam* Angel. *ff. de pecul.* tenuit Afflict.
2 *dec.* 13. *n.* * 16. immò quod non poſſit tutor, & quilibet
alius adminiſtrator agere tanquam creditor hære-
ditatis, niſi priùs rationem ſuæ adminiſtrationis
reddiderit, ex eo, quia præſumitur ſibi ipſi ſolviſſe,
poſt *Men. c.* & alios dixit *Pontan. de pact. nuptial.
clauſ.* 4. *gloſ.* 18. *par.* 5. *ſub nu.* 41. qui etiam deciſionem
refert Senatus Cataloniæ, quod ſecus tamen pro-
3 cedit in dote, ex tex. † *in l. unica, §. taceat,* Cod. *de rei
uxor. act.* quicquid dixerit Barthol. Socin. *conſ.* 126. 2.
vol. cui reſpondat *Neguſant. de pign. in* 5. *par. princ.
membr.* 1. *n.* 36.

4 Nec dicebatur, poſſe dubitari, debere rationem
reddere quemlibet tutorem, ut ex multis probat
Bardell. *conſ.* 37. *n.* 2. *vol.* 1. *Muta dec.* 32. *n.* 1. quia etiam
tutor honorarius, vel ſuperintendens tenetur ratio-
nem reddere, vel ſaltem aliorum rationibus aſſiſte-
re, ut poſt *Franciſcum Porcellin. & Jodocum Damaa-
deriam* habetur per *Munnoz de Eſcobar. de ratiocin. ad-
miniſtr. c.* 3. *numero* 3. & quamvis diceretur, Fran-
ciſcum non fuiſſe tutorem relictum, ſed quod omnia
5 cum ejus notitia * à tutoribus tractarentur, attamen
etiam tutor datus cauſæ notitiæ, in omnibus admi-
niſtrationem concernentibus tenetur reddere com-
putum, ſicut quilibet alius tutor, ut eſt text. *in l. quæ-
ro, §. idem Paulus, ff. de teſtam. tutel.* Eſcob. *de ra-
tiocin. cap.* 6. *n.* 74.

Quibus non obſtantibus contrarium ſpero judi-
candum in hac cauſa, in qua Franciſcus non fuit
tutor relictus à quondam Vincentio Brigido, ſed
ejus uxor, & frater, fuit tamen illis injunctum, ut
omnia cum interventu ipſius Franciſci tractaren-
tur, quo caſu non poteſt dici tutor, neque hono-
rarius, dicitur enim tutor honorarius qui quamvis tu-
6 tor fuerit relictus, tamen non adminiſtrat, * ut habe-
tur *in l.* 3. *in ver. & erant illi, quos vulgò honorarios
7 appellamus, & in l. quod ſi fortè ff.* 1. *ff.* * *de ſolut.* ubi di-
ſtinguuntur tria genera tutorum, aliqui enim dicuntur
honorarii, qui non ut adminiſtrent ſunt dati, alii, qui
rei notitiæ gratia dantur, alii, qui ad hoc dantur, ut
gerant, ſive per patrem ita fuerit judicatum, ſive per
Judicem. *Petr. Gregor. in ſyntag. jur. univ. li.* 12. *n.* 14. *in
prin.* verùm quia omnes verè ſunt tutores, ideò dicit
ubi J. C. quod cuicunque ex tutoribus ſolvi poteſt,
8 etiam honorariis, quia ad illos quoque † periculum
ſpectat, & ſic tutores honorarii, qui non admini-
ſtraverunt, tenentur ex mala adminiſtratione tuto-
9 ris, qui * adminiſtravit, ſed in ſubſidium, quando bo-
na adminiſtrantis non ſufficerent, *l.* 1. *§.* 2. *ff. de admi-
niſtr. tutor.* datur *ibi* ratio, quia tutela inter eos eſt
10 communis, * ſic etiam dicimus de tutoribus datis no-
titiæ cauſa, de quibus *in l.* 1. *C. de pericul. tutor, vel cu-
11 rat.* & ſunt ij, * qui non adminiſtrant, ſed inſtruere de-
bent tutores de fortunis pupilli, ut dicitur in *text.* &
ſolent eſſe liberti teſtatoris, qui noverant totius fa-
miliæ rationes, & negotia, ut etiam dixit *ibi Cuja-
cius,* & tam tutoribus honorariis, quam notitiæ cau-
12 ſa datis * ſolvi poteſt, niſi eis adminiſtratio à teſtato-
re, vel judice interdicta ſit, ut ex text. *in l. qui ſi fortè,
§. ſunt quidam, & §. qui notitia cauſa, ff. de ſolut.* ha-
betur ex *Petr. Gregor. in ſyntag. jur. univ. li.* 12. *c.* 14. *n.*
3. Gaſpar Baeza *de decim. tutor. c.* 6. *n.* 25. Gutierr.
de tutel. par. 2. *c.* 17. *n.* 7.

Ex hoc oritur vera concluſio, quia cùm Franciſ-
13 cus de Baucio * non fuerit relictus tutor, non tene-
tur rationem reddere, quæ reddenda eſt, aut à tuto-
re, qui adminiſtravit, *toto tit. de tutel. & ration. di-
ſtrah,* aut verò à tutore honorario, qui reddere de-
bet computum, in ſubſidium eorum, qui adminiſtra-
verunt, ut ſupra diximus, & habetur ex *l. tres tutores,
§. non ſolùm, ff. de adminiſtr. tutor.* ex *Bart.* & aliis *in
l.* 1. *C. de tranſ. Paul in conſ.* 136. latè de materia *Doct.
in l.* 2. *§. nunc tractemus. ff. de tutel. & rat. diſtrah.*
Boër. *in dec.* 59. *Coſta de remed. ſubſid. in remed* 5. *n.* 8.
aut verò qui pro tutore ſe geſſit, *tot. tit. de eo, qui pro
tut. neg. geſſ.* aut verò qui quomodolibet adminiſtra-
vit, ut *in l.* 2. *§. officii,* ſecundum communem intelli-
gentiam, *ff. de tut. & rat. diſtrah. l. qui proprio, §. pro-
curator, ff. de procur. Surd.* qui alios refert *conſ.* 7. 2.
vol. Gutier. *de tutel. par.* 3. *c.* 45. *n.* 4. *& c.* 1. *nu.* 9. Eſcob.
de ratioc. admin. c. 3. *n.* 1. *&* 26. Gratian. *diſcept. for. c.*
760. *n.* 1. Jacob. Gall. *conſ.* 84. *n.* 3. Weſemb. *conſ.* 47. *n.*
1. Surd. *conſ.* 7. *nu.* 13. Eugen. *conſ.* 4. *nu.* 54. *vol.* 1. Rol. à
Vall. *conſ.* 49. *n.* 15. *vol.* 1. Thom. Decius, *conſ.* 105. *nu.* 1.
Farin. *dec. civil.* 355. *nu.* 4. *vol.* 1. Franciſcus verò non
tutor, neque honorarius ſe geſſit pro tutore, non ad-
miniſtravit, de quibus reddere debet computum? Et
quatenus diceretur, quòd ſaltem fuit relictus tutor
notitiæ cauſa, advertatur quod quando ita eſſet, non
teneretur reddere rationem uti alii tutores de omni-
bus geſtis, prout verè fuiſſet tutor, & adminiſtraſſet,
ſed debet * intelligi de illa adminiſtratione, quæ con-
gruit notitiæ cauſa dato, hoc eſt, ſi inſtruit diligenter,
& bona fide tutores, & ſi in dolo verſatus fuit in con- 14
ſilio dando tutoribus, quod probat text. *in d. l.* 1. *ubi
DD. C. de peric. tutor. de curat.* Gutier. *in d. tract. de
tutel. par.* 1. *c.* 17. *n.* 7. Baeza *de decim. tutor. c* 6 *nu.* 29.
qui reſpondet ad *text.* qui in contrarium allegari po-
terat *in l. quæro, §. idem Paulus, ff. de teſtam. tut.* & no-
viſſimè *Auguſt. Barboſ. in collect. ad d. l.* 1. ubi *in prin.*
ex *Cyn.* Bart. Angel. Fulgoſ. *& Bald.* ſummat ex illo
text. quod tutores dati notitiæ cauſa non tenentur,
niſi de dolo, & culpa.

Pars ſentiens difficultatem conata fuit pro-
bare, Franciſcum adminiſtraſſe, & hoc ex teſtibus,
& ex ſcripturis, & quamvis aliqui teſtes ſic ſimplici-
ter deponant de adminiſtratione, tamen declarantur
ab aliis teſtibus numero, & qualitate majoribus,
per eandem partem productis qui dicunt. Franciſ-
cum adminiſtraſſe tanquam ſuper-intendentem in
negotiis * prædictæ hæreditatis ſic relictum per teſta- 15
torem, quo caſu teſtibus declarantibus eſt magis
credendum, *Abb. in cap. cum ex, extra de teſtib.* &
ſcripturæ per partem productæ probant, nunquam
Franciſcum adminiſtraſſe de per ſe, ſed in aliquibus
negotiis per tutores geſtis interveniſſe, quo caſu
tanquam concordantibus cum teſtibus prædictis ita
declarantibus, ipſis eſt ſtandum, juxta notata *in l.* 2. *§.
creditum, ff. ſi cert. pet.* nec de ſcriptura duplicatè
producta de receptione pecuniæ ab illis de Tranſo
debitoribus prædictorum de Brigido aliqua proba-
tio inducitur, cùm in ea non ſe aſſerat perſona legi-
tima pro exactione prædicta, ſed promiſit, quod tu-
tores eum quietabunt, & exigit tanquam creditor
pupillorum, etiam ſuper eodemmet corpore in ſpe-
cie ſibi vendito, & nunquam tenuit Franciſcus præ-
dictam pecuniam exactam aildem pupillis ejus de-
bitoribus excomputatæ, prout etiam in eo contra-
ctu aſſeruit. Sed re vera neque Franciſcus fuit reli-
ctus tutor notitiæ cauſa, ſed tantùm fuit relictus, ut
interveniſſet uti ſuperintendens, & conſultor, quo
caſu ad nihilum tenetur, niſi de dolo, ut probat *text.* 16
ad literam *in l. idemque, §. ſi quis ea, ff. mandat.* cu-
jus verba ſunt, videlicèt.

*Si quis ea, quæ procurator ſuus, & ſervi gerebant
ita demum rata eſſe mandavit, ſi interventu Sempronii
geſta eſſe, & malè pecunia credita ſit, Sempronium qui
nihil dolo fecit, non teneri, & eſt verum, eum, qui non
animo procuratoris intervenit, ſed affectionem amicabilem
promiſit in monendis procuratoribus, & actoribus, & in
regendis conſilio, mandati non teneri, ſed ſi quid dolo fecit,
non mandati, ſed magis de dolo teneri.*

Facit etiam text. *in l.* 1. *§. idem quæris*, *ff. depoſ.* ibi, *ſi verò per ſuos ſervos*, *l. ſi verò non remunerandi*, *§.*
17 *cum quidam*, *ff. mand.* * & conſilium non neceſſitat, *cap. quod præcipitur*, 13. *qu.* 1. *cap. cum olim*, *de ar-*
18 *bitr. & c. nulli*, *extra de reg. jur. in* 6. * & qui dat conſilium exhortat, & exhortatio liberam voluntatem excitat, *cap. fin. in fin.* 4. *diſt.*

Ex quo *text.* elicitur primò, quod illa verba, *cum interventu*, non important niſi conſilium, ut *in d.*
19 *text.* * notat *Salic.* & ſic fuit judicatum per S. C. ut quando aliquid debet fieri cum interventu alicujus, importet votum tantùm, ut refert Jo. Bapt. de Thoro *in compend. dec. Regn. p.* 2. *verſ. interventus*, eandem deciſionem refert noviſſimè *D. Reg. Sanfelic. deciſ.*
20 150. notatur ſecundò ex *d.* * *text. in §. ſi quis ea*, quod is, qui in negotiis intervenit, non tenetur, niſi de dolo, ut *ibi* declarant *Bart. & Alber.* & idem procedere in
21 eo, * qui eſt in teſtamento relictus conſiliarius, dixit Bald. *in d. §. ſi quis ea*, *Abb. in cap. ſicut dignum*, *de homicid.* & fortius in tutore, qui ſi aliquid geſſiſſet conſilio conjunctorum pupilli, ei nihil poterit imputari, quia nunquam præſumitur dolo verſatus, ex *Bald. & Aym. & Damband.* probat *Eſcob. d. tract. ſub nu.* 53.

Et juxta prædicta DD. tractaverunt articulum,
22 utrum † adminiſtrator, cui injunctum eſt, ut non poſſit aliquid agere ſine conſilio alterius, per hoc ſit ejus poteſtas diminuta, ita ut teneatur neceſſario illius conſilium ſequi, quem articulum latè examinant DD. *in l. Titium*, *ff. de adm. tut. in l.* 1. *§. ſi plures ff. de exerc. act.* ac etiam *in d. §. ſi quis ea*, & communiter tenent in tutoribus, quibus eſt *relictum*, ut nihil faciant ſine conſilio alterius, quod aut ille, cujus conſilium eſt exequendum, fuit relictus contutor teſtatore, & debet illius conſilium ſequi, cùm ſit particeps officii, quando verò eſſe non poteſt particeps officii, & tunc illius conſilium de neceſſitate ſequi non debet, *l. quidam decedens*, *§. Papinianus*, *ff. de tutel. & rat. diſtrah.* aut verò non fuit relictus contutor, ſed tantum dictum, ut tutores nihil faciant ſine conſilio alicujus, prout eſt propriè caſus noſter, & tunc tutores non debent de neceſſitate adſtringi ad illius conſilium exequendum, ita tenent gl. & Bart. *in d. l. Titium*, *ff. de tut. & rat. diſtrah.* ubi alii DD. Paul. de Caſtr. *in l.* 1. *§. ſi plures*, *ff. de exerc. act.* ubi *Salic. Alber.* & alii, *Gutier. de tutel. p.* 1. *cap.* 8.
23 *nu.* 3. & 4. eſtque ratio, quia tutores non habent officium ab homine, ſed à lege, licèt nominationem habeant à teſtatore, *l.* 1. *ff. de tut.* quem *text.* ad hoc inducat Bart. *in d. l. Titium*, in eo verò, qui habet officium ab homine ſecus eſſet, juxta tradita per DD. *in locis* ſupra citatis, neminem tamen in hac materia vidi dubitare ex DD. quod conſilium non obliget ad reddendum computum, * cùm in hoc ſit punctualis text. *in d. §. ſi quis ea.*

24 Ex quibus neceſſariò concluditur, quod ſi tutores non habebant neceſſitatem ſequi conſilium Franciſci, ergo ad nihilum teneri poteſt, niſi dolo aliquid conſuluiſſet, quod pars non probavit, nec probare unquam poterit, cùm omnibus ſit notum, Franciſcum fuiſſe hominem bonæ conditionis, vitæ, & famæ, & nobilem, & ſatis divitem, quem lex non
25 præſumit * aliquid dolo feciſſe, Cravett. *in conſ.* 6. *numero* 26. & *Menoc.* qui alios citat *in conſ.* 52. *numer.* 7. 1. *vol.*

Remanet ergò ex iſtis, ni fallor, validiſſimè fundatum, tum ex punctuali *text.* deciſione, tum ex DD. authoritatibus, Franciſcum eſſe abſolvendum ab impetita redditione computorum, & per conſequens decreta aliàs per S. C. lata ad ejus beneficium pro venditione bonorum prædictorum de Brigido pro ejus credito, hodie aſcendente ad ſummam pluſquam ducatorum quadraginta mille eſſe executioni demandanda.

Hac cauſa non fuit deciſa, quia partes in articulo non inſtiterunt, ſed Franciſcus proſequutus fuit judicium pro conſequutione ejus crediti.

OBSERVATIO IN CONSULT. LVIII.

ARGUMENTUM.

Tutor, idemque Creditor pupilli, quæ concurrere debent, ad hoc ut præſumatur ex bonis pupilli ſibi ſatisfeciſſe. Tutor an poſſit ſibi propria authoritate ſolvere, vel pecuniam mutuo accipere, ſi pecunia parata non ſit. Reſolvitur quæſtio per *Anton. Merend.* Tutor relictus conſilii cauſa num habendus ſit, ut tutor honorarius. Expenditur *text. in l. quæro*, *§. item Paulus*, *ff. de teſtament.* & *Regens Latro* laudatur per *Cardin. de Luca*, cujus verba tranſcribuntur.

SUMMARIUM.

1 *Tutor quando præſumatur ſatisfactus de ſuo credito ex bonis pupilli adminiſtratis. Et n.* 2.
3 *Tutor, idemque Creditor pupilli num debeat manuteneri in poſſeſſione exigendi ſuper bonis pupilli finita tutela, & pendente diſcuſſione computorum?*
4 *Tutor num poſſit propria authoritate ſibi ſolvere id, quod ſibi pupillus debet, & pecuniam pro hoc mutuo accipere. Reſolvitur quæſtio ex verbis* Anton. Merend.
6 *Tutor relictus conſilii cauſa num habendus ſit, ut tutor honorarius, & rationes reddere teneatur.*
7 Cardin. de Luca *diſtinctiones in medium afferuntur.*

CONcluſio hic tradita per *Reg. Latro*, quod Tutor, idemque Creditor pupilli præſumatur ex bonis adminiſtratis ſibi ſatisfeciſſe, intelligenda erit cum grano ſalis, & ſic duobus requiſitis concurrentibus.

Primum erit, quando Tutor † in inventario tutelari, & libro rationis nullam mentionem fecerit 1
de ſuis creditis, quia tunc illa amplius proponere non poteſt, *Montan.* & *Galganett. de tutel.* laudati per *Andreol. controv.* 242. *n.* 9. vel ſi tutor nullum confecerit inventarium, vel librum rationis; quo caſu juratur in litem, niſi tutor ſit paratus ſe velle probare etiam ſine inventario, & libris rationum certitudinem bonorum, quæ remanſerunt tempore mortis, & extabant tempore ſuſreptæ tutelæ, juxtà opinionem *Urſill. ad Afflict. dec.* 360. *n.* 10. *Prat. diſcept. forenſ. lib.* 3. *c.* 16. *n.* 27. & aliorum apud *D. Maradei in ſua prax.* mox imprimenda *de præſentat. inſtrument. c.* 4. *n.* 355. ubi refert noviſſimam deciſionem S. C. de anno 1673.

Secundum requiſitum, * ut tutor, qui poſuit cre- 2
ditum in inventario, vel libro rationis reddat poſtmodum rationes tutelæ, & curæ, quia ſi rationes reddere recuſaverit, non poſſet petere creditum conſequendum ſuper bonis pupilli, nam obſtat exceptio rationis adminiſtrationis reddendæ, *Cancer. var. reſolut. cap.* 7. *num.* 112. *lib.* 1. *Conſil. de Roſa conſultat.* 36. *num.* 9.

His tamen ceſſantibus * tutor finita tutela, & pen- 3
dente diſcuſſione inventarii debet conſervari, & manuteneri in quaſi poſſeſſione exigendi tertias ſuper bonis pupilli pro credito liquido, in qua erat antè ſuſceptam tutelam, *Radenaſc. conſ.* 94. *num.* 36. & 37. *Conſil. de Roſa conſult.* 38. *n.* 51. & 52. ubi ſic determinatum habetur.

Difficultas

4 Difficultas tamen ſuboriri poteſt, an poſſit † tutor propria authoritate ſibi ſolvere id, quod ſibi pupillus debet, & ſi pecunia parata non ſit, illam mutuo accipere: Hanc quæſtionem non vidi tactam, niſi ab *Anſon. Morend. controv. lib. 23. cap. 46. numero 5. & 6.* ideò ex illius verbis hic tranſcribenda reſolvenda erit; *Secunda controverſia erit, an poſſit tutor propria authoritate ſolvere id, quod ſibi pupillus debet, ſi parata ſit pecunia, aut eam poſſit mutuam ſumere, ut intelliget ex DD. in l. ſingularia, ff. ſi cert. petat. D. Fachin. lib. 11. contr. 45. & 46. utramque autem expedire poſſumus commode perpendendo doctrinam in l. quoties 10. §. ſicut, & §. ſeq. ff. de adminiſtr. Tut. & Curat.*

5 *Sicut autem ſolvere tutor, † quod debet, ità exigere à pupillo, quod ſibi debetur, poteſt ſi creditor patris pupilli ſuis, cùm enim officium tutoris non ſit amare interpretandum, aquum eſt, ut aqualitas inter eum ſervetur, & pupillum; ſicut ergo pupillus commodum accipit ex eo, quod tutor obligatus eſt, ſolvere id, quod ipſe ſibi debet, ità tutor debet ſentire utilitatem in eo, quod ſibi debet pupillus, quoniam ad ſe ſpectat munus ſatisfaciendi hujuſmodi debito: hac ratiocinatio ſumpta eſt ex §. antecedenti in illis verbis, & generaliter, quod adverſus alium praſtare debuit pupillo ſuo, id adverſus ſe quoque praſtare debet, fortaſſis, & plus, adverſus alios enim experiri potuit; actione namque non impetrata tunc tempore non licebat experiri l. 1. C. de formul. & proinde interim non poterat ei imputari, quod non experiretur contra debitorem pupilli, ſi nullam fecerat moram in impetranda actione, è contra ei imputandum eſt, quod illicò non ſolverit pupillo, quod ei debet, ac debuit, ſic tenebatur arbitrio boni viri id facere, ſi ergo bona eſt comparatio Ulpiani, debemus dicere pari ratione poſſe tutorem ſolvere id, quod ſibi debet pupillus propria authoritate, ſtatim ac venerit tempus, in quo arbitrio boni viri licuit ſibi ſumere ex rebus, vel pecunia pupilli id, quod debet, quod enim dixit J. C. nam & ſibi ſolvere poteſt, ſi modo fuerit pecunia unde ſolvet.*

6 Alteram quæſtionem * tangit hic *D. Regens*, an tutor *ſuper-intendens* relictus conſilii cauſa, & ad hoc, ut omnia cum ejus interventu tractentur, habendus ſit, ut tutor honorarius, & per conſequens teneatur reddere rationem, juxtà *text. in l. quero, §. idem Paulus, ff. de teſtament. tut.* & quia negativam opinionem, quam tuetur *D. Reg.* probavit *D. Cardin. de Luca*, & ſub brevi compendio rationes, & diſtinctiones hic allatas regiſtravit *de Tutor. & Curat. diſc. 5. numero 6.* ideò ejus verba hic inſerere, grave non erit. *Iſti enim tutores, qui ad ſolam notitiam, vel inſtructionem deputantur, dicuntur potius tutorum Miniſtri, ſeu Conſiliarii tamquam benè informati, prout attento antiquo Romanorum uſu erant liberti, atque hodiè ſunt illi, quos factores, ac inſtitores, ſeu vergarios, & maſſarios dicimus, quorum opera defunctus in ejus bonorum adminiſtratione uti ſolebat, quoniam prudenter tutoribus injungitur, ut cauſa notitia, eorum operam, atque conſilium adhibeant, iſtique neque in ſubſidium generaliter tenentur ex facto tutorum, & pro univerſa adminiſtratione, eo modo quo tenentur honorarii, juxta ſupra-dictam ſecundam ſpeciem, ſed tenentur ſolum circa conſilium, vel notitiam non bene datam, ad text. in l. 1. C. de peric. tutor. ubi Scribentes collecti per Barboſ. in collectan. ad eundem text. Capyc. Latr. dicta Conſul. 58. n. 14. ubi allegantur Guttierrez, Baeza, & alii, ubique de hac ſpecie propriè agitur.*

Quamvis autem ad iſtas tres ſpecies, DD. ſe reſtringere videantur, attamen juxta id, quod pluries praxis, ſeù experientia me docuit, quarta etiam ſpecies conſtituenda videtur illorum, qui nedum honorificentia cauſa tantum, juxta ſecundam ſpeciem, ſed principaliter ex cauſa protectionis, & cujuſdam talis, qualis remote ſuper-intendentia ſupra tutores deputentur, puta (ut ſæpè expertus ſum) quod uno, vel pluribus conjunctis vel amicis à teſtatore deputatis in tutores, quibus privata fortuna viris pro qualitate patrimonii, & pupilli tutela congruat; ſub nomine etiam tutoris, ex dicta protectionis, vel ſuper-intendentia cauſa, unus, vel plures Cardinales, vel Magnates primi ordinis deputentur, quoniam in iſtis nullatenùs recipienda ſunt, qua de tutore ſimpliciter honorario, juxtà ſupra-dictam ſecundam ſpeciem habentur, minuſque ea, qua habentur de tertia ſpecie tutorum notitia, ſeù conſilii cauſa, quinimò neque ea, qua habentur ad materiam text. in l. idemque, §. ſi quis, ff. mandat. cujus verba regiſtrantur apud Capyc. Latr. dicta Conſule. 58. n. 16. quia ſcilicèt demandatum ſit cum ejus interventu negotia pertractari debere, quod conſilio aquipollere videtur, dum in iſtis neque dicta ratio intrat, ſed ſolum, ut dictum eſt, illa favoris, ac protectionis, qua mediante tutores meliùs adminiſtrationem facere, ac negotia pupillaria pertractare valeant; Nec non, ne ità eiſdem tutoribus, aliiſque Miniſtris, aliquis incutiatur timor, ut benè ſe gerant, & conſequenter non dato poſitivo dolo, ad nihilum iſtè teneri debeant, ut reipſa praxis docet, ipſaque legalis, ac naturalis ratio comprobat.

ARGUMENTUM.

Intereſſe alterius intereſſe an, & quando debeatur, & quid quando eſt intereſſe conventum data dilatione ad ſolvendum pendente ſolutione pretii, & in quid differat à venditione annuorum introituum.

SUMMARIUM.

1 *Intereſſe alterius intereſſe non debetur.*
Contrarium, numero 6. ubi etiam deciſio Senatus Sabaudia, cui tamen reſpondetur, numero 10.
2 *Uſura cum intereſſe aquiparantur.*
3 *Intereſſe tertiarum debetur, quia tertia non acceſſoriè, ſed principaliter debentur.*
4 *Intereſſe an differat ab interuſurio, & de triplici intereſſe, caſuale ſcilicèt, momentaneo, & promiſcuo, & ſucceſſivo, n. 5.*
Et quando debeantur, & an, & quando debeatur interuſurium interuſurii, n. 7.
8 *Inter intereſſe, & interuſurium nulla conſtituitur differentia.*
9 *Intereſſe recompenſativum cum fructibus juxta terminos* text. in l. curabit, C. de act. empt. *non dicitur uſura, neque acceſſio, ſed aque principaliter compenſatio fructuum.*
11 Roderic. de ann. reditib. lib. 3. q. 7. num. 8. *declaratur.*
12 *Emptor, qui rem emit pretio non ſoluto, neque habita fide ipſius, ſi percipit commoditatem fructuum, tenetur ad intereſſe, ſecus tamen quando fuit data dilatio ad ſolvendum per venditorem, habita fide de pretio, & nulla exiſtente mora regulari vel irregulari, n. 13.*
Poteſt tamen intereſſe paciſci inter partes ratione ejus quod intereſt venditoris, n. 14.
15 *Intereſſe pretii non ſoluti poteſt paciſc. inter contrahentes, & excedere fructuum æſtimationem.*
16 *Intereſſe recompenſativum debetur non ut ſors, ſed ut uſura ratione pretii non ſoluti, ſed quando fuit data dilatio ad ſolvendum, habita fide de pretio, illud debetur ratione moræ, vel dilationis data ad ſolvendum, n. 17.*
18 *Intereſſe conventum an producet aliud intereſſe, ſicuti intereſſe tertiarum.*

19 *Tertia, ſeu annullitates non producunt intereſſe ex eo, quod ſint conventa, ſed quia debentur principaliter, & de per ſe.*
20 *Intereſſe alterius intereſſe non debetur in uno, eodemque debitore, & creditore.*
21 *Stipulatio, ſeu promiſſio de ſolvendo intereſſe non inducit juris diſpoſitionem, ut debeatur aliud intereſſe, ſed eo tantùm caſu, quando principaliter debeatur, & non acceſſoriè.*
22 *Deciſio Sacri Conſilii refertur in ſimili articulo, & ſic etiam deciſum in aliis Tribunalibus.*
23 *Reſciſſio contractus venditionis annuorum introituum intereſſe alterius intereſſe, quamvis conventum, non datur.*
24 *Acceſſio acceſſionis non datur.*
25 *Deciſio cauſæ hujus Conſultationis affertur.*

Pro Octevio Cognetta, cum Hæredibus quond. Thomæ Galiberti.

CONSULTATIO LIX.

1 FActe emptione animalium hæedites q. Thomæ Galiberti per Octavium Cognettum, fuie
conventum, ut prætium loco depoſiti penes ipſum
emptorem remaneret, diſponendum ad omnem ordinem S. C. & interim promiſie ſolvere iotereſſe,
ad rationem ſeptem pro quolibet centenatio, quod
promiſit ſimiliter ſolvere ad omnem ordinem ejuſdem S. C.

Dubitetum fuit, utrum ex hoc intereſſe oriatur
aliud intereſſe, & admiſſa communi opinione recepto in noſtro S. C. quòd intereſſe alterius intereſ-
ſe non debeatue, ut per Franch. *deciſ.* 254. Ann. *conſ.*
48. Roderic. *de ann. rediti b. lib.* 3. *q.* 7. *n.* 27. Minad. *in
ſua deciſ.* 17. & noviſſimè Rovit. *in ſuis copioſiſſimis
comment. ad pragm.* 3. *de ceſſ. bonor. nu.* 21. & eſt text.
in l. improbum, C. ex quib. cauſ. infam. irrog. qui licèt
2 loquatur * in uſueis uſuratum, tamen uſuræ cum intereſſe æquiparantur, ut per *gloſ. in l.* 2. *§. gravis ff. de
admin. rer. ad Civit. pertin. & in l. ſaccum, ff. pro ſoc.*
Ruio. *c.* 55. *vol.* 2. Dec. *in cap. cum venerabilis, extra
de exceptionibus.*

Hæredes prædicti Thomæ limitent hanc communem concluſionem, quando intereſſe non debe-
3 tur acceſſoriè, ſed principeliter, prout † judicatur
quotidiè de intereſſe tertiarum ex dicto *Conſilio*
Ruin. 55. *vol.* 2. & 197. *in fin. vol.* 1. *de Franch. in d.*
254. & præter alios ſupra allegetos Grivell. *dec.* 103.
n. 8. & *Caſtill. dec. Sicilia* 22. *n.* 47. Maſtrill. *dec.* 124.
n. 30. *Conſilia.* Theod. *allegat.* 40. *n.* 46. cum aliis
apud Thor. *in comp. dec. par.* 1. *in verb. intereſſe an debeatur ex intereſſe f.* 287.

Et quod intereſſe de per ſe debeatur conſtituit
4 differentiam * traditam à Roderic. *in d. lib.* 3. *qu.* 7. *n.* 8.
& per ejus propria verba, quòd aliud eſt intereſſe,
aliud interuſurium, & quoddam eſt intereſſe caſuale, & momentaneum, & quoddam promiſcuum, &
5 ſucceſſivum, * & primum dixit nunquam deberi, niſi
poſt moram, culpam, & dolum debitoris. Secundum
citrà moram, & culpam debitoris, rurſus primum
nunquam gerit vicem fructuum, ſecundum verò ſic
& dicitur interuſurium.

Qood poteſt etiam fundari ex Cegnolo *in l. unica, C. de ſent. quæ pro eo, quod intereſt proferuntur.*
6 ubi *n.* 46. ex pluribus probat, intereſſe † deberi,
contrarius reſpondendo, & *in fine*, dicit, ita fuiſſe judicatum per Senetum Sabaudiæ in Cauſe Ghigorum
de Cherico, & Scarella civis, & mercatoris Savonæ
contra Garexium ex Marchionibus Cævæ, & idem
tenuit *in l. curabit, C. de act. empt. ſub n.* 69. & hanc
etiam ſententiam ſequitur Menoc. *de arbitr. jud.
caſ.* 119. *n.* 21. Boninſing. *in tract. de vendit. ad empt. c.*
3. *nu.* 16. *in fin. & nu.* 17. latiſſimè etiam hanc opinionem pluribus mediis, & authoritatibus comprobet
Scacc. de commerc. & camb. §. 7. *gloſ.* 2. *n.* 33. *cum pluribus ſeq.* Rot. Genuenſ. *dec.* 164. *n.* 3. & noviſſimè *Negurol. alleg.* 12. *n.* 187. Erneſt. Gothman. *reſponſ.* e.
alias 52. *n.* 293. *ad* 327. *lib.* e. ubi invehit contra
Ruin. conſ. 55. *vol.* 2.

Quo jacto fundamento fundat concluſionem,
quod ex interuſurio debetur intereſſe, & non advertit, quod hæc * concluſio contradicit eidem *Roder.* 7
ex quo regulas ſumpſit, qui relatis omnibus prædictis
per formalia verba à *num.* 7. *uſque ad* 27. concludit,
quod intereſſe intereſſe, ſive interuſurium interuſurii * nullo modo debetur, nulla quoad hoc facta diffe- 8
rentia inter intereſſe, & interuſurium.

Secundum partis fundamentum eſt, quod quando id, quod ob dilationem pretii promittitur concurrit * cum fructibus, juxte terminos text. *in d. l.* 9
curabit, C. de act. empt. nullo modo dicitur uſura,
neque acceſſio, ſed æque principaliter compenſatio
fructuum, ed quod allegat eundem *Roder. d. qu.* 7.
n. 82. poſt *Covar. var. reſol. lib.* 3. *c.* 4. *n.* 4.

Sed prædicta non obſtentibus contrarium puto
verius, non enim † Doctores prædicti loquuntur in 10
ſimplici diletione data ad ſolvendum, & interim
ſolvere interuſurium, ſed loquuntur in emptore, qui
locavit fundum emptum pendente dilatione pretii
quod fieri poſſe fundant pleniſſime, quo caſu non
dicitur intereſſe, ſed penſio debita ex affictu, quæ eſt
in compenſationem fructuum, & ſic concludit,
contractum eſſe validum, & non uſurarium, & hoc
pro cautela tradit * *Maſcard. d. conſ.* 933. *n.* 31. ſed 11
quod ex mora non ſolvendi hanc penſionem debeatur
intereſſe, hoc non dicit *Roderic.*

Quendo autem non eſt promiſſe penſio ratione
affictus, ſed debetur intereſſe ex cauſe pretii non ſoluti, * & tunc eſt diſtinguendum.

Aut enim vendita re non habita fide de pretio 12
emptor percipit utilitatem pretio non ſoluto, & tenetur ad uſuras, ratione fructuum perceptorum, licèt nulla mora interceſſerit, ut eſt caſus *d. l. curabit,*
Muta *dec.* 52. *n.* 6. Scain. *d. Bonon.* 43. *n.* 38. Mendell.
conſ. 610. *n.* 2. & *c.* 300. Gratian. *diſcept. for. c.* 716. *n.*
1. Baldaſſ. Klamer. *in promptuar. jur. tit.* 19. *de uſur.*
§. 5. *num.* 10.

Aut verò fuit tradita † res, habita fide de pretio, & 13
data dilatio ad ſolvendum, & ſic nulla exiſtente mora regulari, vel irregulari, & eo caſu ceſſat diſpoſitio
text. *dict. l. curabit*, neque debentur uſuræ licitæ in
recompenſationem fructuum, ut tenet *gloſ. in c. conqueſtus, in ver. de feudo, de uſuris*, & tenet *Gutierr.
canon. q. c.* 39. *lib.* 2. *n.* 19. * ſed nihilominus hoc caſu 14
poſſe intereſſe paciſci, ratione ejus, quod intereſt venditoris habere pretium tempore venditionis, vel tempore deſtinatæ ſolutionis, dixit Covat. *in d. c.* 3. *n.* 1. &
eum ſequitur *Joſeph Ludovic.* qui plures concordentes adducit *com. concl. l.* 1. *concl.* 56. Maſcard. *concl.*
930. *n.* 4. & 5. & in pretio non ſoluto data per venditorem dilatione emptori ad ſolvendum, & interim
pendente ſolutione, quod aliquod pretium ſibi ſolvatur, habetur ex Cagnol. *in d. l. curabit, n.* 53. Gozadin. *conſ.* 55. *n.* 11. Aym. Crav. *conſ.* 179. *n.* 7. Anch.
Regienſ. *qu.* 33. & alii noviſſimè congeſti per Farinac.
in repert. de contract. q. 35. *§.* 2. *n.* 3. & *n.* 5. * quod quando 15
intereſſe in pactum deducitur, poteſt etiam excedere fructuum æſtimationem, *Maſcard. concl.* 993. *nu.*
19. quamvis enim mora hoc caſu conſiderari non
poſſit, cùm emptor ſolvit tempore ſtatuto, nihilominus data dilatione ad ſolvendum, cum pacto,
quod interim aliquid ſolvatur pro intereſſe, videtur
non fuiſſe datam dilationem ad ſolvendum, ſed
præfixum terminum, quem debitor excedere non
poſſet, ex quo ſolutio ſtatim non fiebat, ſed retardatur, & hoc certum quid pro intereſſe ratione ipſius
moræ promittitur, prout optimè declarat Barboſ. *in
l. ex*

l. ex diviſione 5. nu. 72. ſolut. matr. Muta *d. dec.* 52. *n.*
16 50. Langios. * *dec.* 15. *q.* 12.

Aut autem ſumus in caſu text. *in d. l. curabit*, & intereſſe, quod ſolvitur non vocatur ſora, ut para prætendit, ſed uſura, quæ debetur ratione pretii non ſoluti in recompenſationem fructuum, ut dicitur in *text.*

Aut verò ſumus in caſu, in quo fuerit data dilatio ad ſolvendum, habita fide de pretio, & interim promiſſum aliquid ſolvi, prout ſumus in caſu noſtro, &
17 intereſſe debetur, † ratione illius moræ, ſeu dilationis, & ſic eſt acceſſio pretii, quo caſu intereſſe ipſius erit, vel uſura uſurarum, & non debetur, vel acceſſio acceſſionis, & ſimiliter non debetur.

Ultimum fundamentum partis eſt, quod cùm ſit
18 hoc intereſſe conventum, producat * aliud intereſſe, prout judicatur in tertiis, quæ ſine dubio producunt aliud intereſſe, ex quo ipſi reditus non ſunt acceſſiones ad ſortem, ſed ſors, ex *Gayll.* notat *Klamer. ubi ſupra*, *§.* 6. *n.* 4.

Ad hoc clariſſimè reſpondetur nam tertiæ, ſive annualitates non producunt intereſſe, ex eo, quod
19 ſint conventæ, ſed quia debentur principaliter, * & de per ſe, cum capitale peti non poſſit, prout dicit de Franch. *in dicta deciſ.* 254. Ann. *in d. conſ.* 48. Joan.
20 Grivell. † *deciſ. Dolan.* 103. *n.* 8. & omnes. Imò quando dicti DD. limitant hanc generalem concluſionem, quod intereſſe alterius intereſſe non debeatur, dicunt procedere id uno, & eodem debitore, & creditore, & adducunt etiam omnes alias limitationes. Si ergò intereſſe conventum produceret aliud intereſſe, utique poſuiſſent hanc limitationem, ſed eam non poſuerunt, quia de jure probari minimè potuit.

Nam non eſt effectus ſtipulationis, ſeu promiſſionis intereſſe, ut ex eo oriatur aliud intereſſe, eſt enim à jure hoc improbatum, ut eſt text. *in l. fin. Cod.*
21 *de uſur.* * ſed quod intereſſe de per ſe, & principaliter debeatur, quia capitale non poteſt à creditore unquam peti, ſed eſt ſolum in poteſtate venditoris exercere pactum retrovendendo, & ſolvendo ſe eximere à ſolutione tertiarum, & ſic fuit judicatum in S. C. quod cùm Univerſitas Nuceriæ promiſiſſet
22 intereſſe * principaliter tanquam ſors, quod non debeatur ex illo ſolvere aliud intereſſe, ut refert Minad. *in d. dec.* 17.

Hoc idem firmaverunt *Giurba deciſ. Siciliæ* 24. *numero* 14. Murot. *conſil.* 65. *numero* 3. Rot. Genuenſ. *deciſ.* 78. *numero* 15. *deciſ.* 134. *numero* 3. *&* *deciſ.* 139. *numero* 6. Granan. *diſcept. forenſ. c.* 987. Menoc. *conſil.* 1181. & hoc noviſſimè poſtea cum magna diſcuſſione judicatum in S. C. refert Rovit. *in deciſ.* 9. ubi *in fine* aliam deciſionem refert ad relationem D. Regentis Branciæ, tunc Regii Conſiliarii in cauſa D. Felicianæ Ruffo, & Fabritii Villani, cum hæredibus q. Joan. Rotæ, hoc idem refert judicatum Maſtill. *deciſ. Siciliæ* 245. Milan. *deciſ.* 8. *lib.* 1. Caſtill. *deciſ.* 29. videndi ſunt etiam *Camill.* de Medic. *conſ.* 155. qui aliam ſententiam S. C. refert junctis Regiis Conſiliariis duarum Aularum, Epiſcop. Ricc. *collect. deciſ.* 3719. Azor. *inſtit. moral. part.* 3. *lib.* 5. *tit. de uſur. capit.* 2. *quæſtion.* 3. Giurba *deciſ.* 24. Reg. Fab. Capyc. Galeot. *in addit. ad conſil.* 86. *nu.* 15. Camill. de Medic. Donat. Ant. de Marin. *reſol. quotid. libro* 1. *capit.* 199. Latiſſimè etiam Flamin. Monac. *in addit. ad dictam dec.* 17. Minad. Intrigl. *fi.* 69. Coſta *de port. rata quæſtion.* 142. Cavalc. *deciſ.* 26. *poſt nume.* 25. *part.* 3. Lupus *de uſur. §.* 6. *n* 20. qui dicit opinionem *Ruini* contra *Cagnol.* eſſe veriorem *Doctor* Marta *var.* 165. *num.* 16.

23 Et hoc clare * apparet, nam tertiæ conventæ, quæ producunt intereſſe, reſciſſo contractu venditionis dictorum annuorum introituum, vel ex graduatione debitoris, etiam quod dictum intereſſe reſciſſo contractu remaneat conventum non tamen producit intereſſe, ex quo reſciſſo contractu poteſt peti capitale, & ſic dictum intereſſe eſt acceſſorium, dependens à ſorte *Mandell. conſ.* 211. *n.* 15. de qua acceſſione non datur alia acceſſio, ut elegantiſſimè fundat *Rovit. in d. citato loco*, *n.* 21.

Quæ ſunt ex † abundanti dicta, cùm in caſu noſtro 24 nullo modo poſſit practicari, quia intereſſe promiſſum eſt ſolvere non certo die, vel anno, ſed ad omnem ordinem S. C. prout facto ordine fuit ſolutum, & ſic nulla adeſt mora, nec eſt promiſſum dictum intereſſe annuatim, vel tertiatim, ut ſit caſua, quo peti poſſet abſque capitale, ſed promiſſum eſt ſolvi unà cum capitale ad omnem ordinem S. C. ita ut nullo modo poterat peti illud intereſſe, niſi cum capitale, optime *Caval. dec. Rom.* 314. *n.* 1. clara ergo apparet quod eſt acceſſorium, prout patet ex lectura inſtrumenti, nec in illo eſt appoſita promiſſio in caſu retardatæ ſolutionis, & de ſolvendo omnia damna, expenſas, & intereſſe.

Et ex his videtur indubitatum, quod ex hoc intereſſe ullo modo conſiderari poſſit aliud intereſſe.

*Secundùm * prædicta fuit judicatum referente Reg.* 25 *Conſ. Cæſare Freccia in anno* 1617. *die* 29. *Junii penes Actuarium Crebonum, de qua deciſione meminit* Regens Rovit. in dec. 9. ſub nuro. 15. ver. 3. & ultimo, *ubi etiam aliam affert deciſionem in cauſa J. Baptiſtæ de la Duce, cum hæredibus Antonelli Galluppi ſub die* 12. *Decembris* 1615. *referente q. Reg. Conſil. Joan. Baptiſta Meliore. Actuario Hieronymo de Amica.*

OBSERVATIO IN CONSULT. LIX.

ARGUMENTUM.

Intereſſe alterius intereſſe an, & quando debeatur. *Card. de Luca*, *Conſil. D. Altimar.* aliique recentiores laudant *Reg. Latr.* in hac *Conſult.* 59. Recenſentur *Authores* materiam pertractantes; Et videnda ſunt tradita per *Authorem in obſerv. ad dec. Præſ. de Franch. & in meliorat. reſol. jur. Reg. de Marin.* Solvens pro alio nulla neceſſitate ſuadente, ac etiam uti negotiorum geſtor, an conſequatur intereſſe, etiam pro intereſſe, quod pro alio ſolvit? Diſſidium inter *Leotard.* & *Oleam.*

SUMMARIUM.

1 *Intereſſe alterius intereſſe an, & quando debeatur.*
2 *Verba* Card. de Luca.
3 *Recenſentur* Authores, *qui materiam* Conſult. *pertractant.*
4 *Solvens pro alio nulla neceſſitate ſuadente, ac etiam uti negotiorum geſtor, an debeat habere intereſſe, etiam pro intereſſe, quod pro alio ſolvit?*
5 Olea *diſtinguit plures caſus.*
6 *Senſus* Authoris in labyrinth. de ceſſ. jur.

Uſuraria pravitas coercetur in hac *Conſultat.* 1 59. Agitur an, & quando intereſſe alterius intereſſe debeatur.

*Card. de Luca * de uſur. & intereſſ. diſc.* 30. *n.* 14. 2 meminit *Regentis Latr. in hac Conſult.* his verbis: *Secùs autem ubi agitur de intereſſe alterius crediti tanquam acceſſorio, quoniam tunc etiam in Regno reprobata opinione Cagnoli, & ſequacium recepta eſt opinio, ut non detur intereſſe alterius intereſſe, Rovit. dec.* 9. *Fab. de Ann. conſ.* 48. *Capyc. Latr. Conſult.* 59. *Prat. obſ.* 12.

&

Digitized by Google

& alii communiter, ac habetur frequenter hoc eod. tit. & in altero de conſib.

3 *Conſ. D. Altimar. in obſerv. ad † cit. dec. 9. Reg. Rovit.* pluries cita: præſentem *Conſult.* 59. Eandemque materiam fuſiſſimè proſequuntur *Conſ. de Roſa conſult.* 50. aliique, quos *Ego ipſe* copiosè congeſſi in *obſerv. ad dec.* 254. *Praeſ. de Franch. & in meliorat. reſol.* 199. *lib.* 1. *Reg. de Marin.* Videnda ſunt tradita in dictis locis.

4 Solvens * pro alio nulla neceſſitate ſuadante, ac etiam uti negotiorum geſtor, quod debeat habere intereſſe, etiam pro intereſſe, quod pro alio ſolvit, quia reſpectu tertii totum eſt ſors, tenent *Rodriguez de ann. redit. lib.* 3. *qu.* 7. *n.* 28. *Milanenſ. dec.* 8. *n.* 371. *Menoc. de arbitrar. caſ.* 119. *n.* 28. *Leotard. de uſur. q.* 87. *nu.* 11. *Giballin. de uſur. lib.* 2. *cap.* 5. *art.* 9. *num.* 13. *tom.* 1.

5 Cæterum * à relata opinione *Leotardi* diſſentit *Olea de ceſſione jurium tit.* 5. *quaeſt.* 5. *nu.* 53. *& ſeqq.* qui à *num.* 56. pro vera reſolutione conſiderandos ait tres caſus, his verbis: *Quapropter pro vera reſolutione ſequentes caſus conſiderandi ſunt. Primus, quando tertius ſolvit pro debitore ſortem cum uſuris; & tunc ſive ex jure ſibi ceſſo, ſive negotiorum geſtorum actione ageret, uſuras uſurarum exigere non poſſet à debitore pro quo ſolvit; aliàs enim id, quod pro utilitate debitoris admiſſum eſt, ut alter pro eo etiam ignorante ſolvat, damno ejus cederet, & ſine facto ſuo gravaretur ſolvendo uſuras uſurarum, quas creditori ſuo minimè deberet. Si enim tertius virtute ceſſionis, & ex jure ſibi ceſſo ageret, certum eſt uſuras uſurarum exigere non poſſe: nec enim in eum per ceſſionem jus transferri poſſet, quod cedens non haberet. Aut verò ſi actione negotiorum geſtorum ageret, nec uſuras uſurarum poterit percipere, nè alias factum ſolventis oneraret debitorem, ex quo potius deberet relevari, ad tradita à nobis ſuper hoc tit. quaeſt.* 2. *nu* 5. *Uno tamen caſu uſuras uſurarum petere poſſet qui pro alio ſolvit, quando ſcilicèt ſolutio facta per eum, longè plus commodi attuliſſet debitori, quam quod eſſent uſuræ uſurarum, l. & in contraria* 37. *ff. de uſuris, l. atque natura* 19. *§. non tantùm, verſ. contrà, ff. de negotiis geſtis, l. ſi verò non remunerandi* 12. *§. ſi mihi mandaveris, ff. mandati*

Secundus eſt, quando creditor poſterior ſolvit anteriori creditori ſortem cum uſuris: nam tunc indubitati juris eſt, uſuras uſurarum petere non poſſe, quia ſecundus creditor, qui debitum offert potiori creditori, negotium ſuum facit, & pignus ſuum confirmat: ſunt expreſſa jura in l. creditor, aliàs l. ſi prior, §. ſi ſciendum, ff. qui potiores in pignore habeantur, l. ſecundus 21. *C. de pignoribus, & hypothec. Caſtrenſis ad d. l.* 21. *Hotom. Capyc. Medic. quos refert Leotardus d. num.* 21. *cui addo Rodriguez de reditibus lib.* 2. *q* 17. *n* 28. *&* 29. *idem probat Mercurialis Merlinus de pignoribus, & hypoth. lib.* 4. *q.* 49. *n.* 5. *qui refert Fulgoſ. Neguſ. & Mantic.*

Tertius caſus eſt quando fidejuſſor, vel mandatarius ſolvunt pro debitore principali ſortem cum uſuris; & certum eſt, eos ad uſuras uſurarum agere poſſe, ut in individuo tradunt Rodriguez de reditibus lib. 3. *quaeſt.* 7. *nu.* 28. *Anton. Faber in C. lib.* 4. *tit.* 24. *de uſuris, defin.* 23. *Non tamen ad hoc indigebunt ceſſione creditoris, ſed actione mandati, ſi mandatum intereeſſit; vel negotiorum geſtorum actione, ſi pro debitore abſente, vel ignorante fidejuſſerunt, ad latè tradita à Nobis ſuprà q.* 4. *n.* 23. *per ceſſionem enim uſuras uſurarum non conſequentur, quia creditor non potuit transferre, & cedere jus, quod ipſe non habebat. Quemadmodum igitur fidejuſſor qui ſolvit (dummodò ejus verè intereſſit) repetit à debitore principali uſuras uſurarum, idemmet jus habebit contra alterum confidejuſſorem pro ea parte, quæ ad eum ſpectaret, cùm eadem in uno, ac in alio militet ratio.*

Hunc locum * *Olea* expendi in *labyrinth. de ceſſ. jur. via* 95. ubi *n.* 6. adduxi ad hanc materiam *Stabian. de intereſſ. qu.* 6.

ARGUMENTUM.

Fideicommiſſum, an & quando cenſeatur inductum facta prohibitione alienandi, *ut bona remaneant penes hæredem, & ejus hæredes, & ſucceſſores.* Item an, & quando, *hæredis*, aut *ſucceſſoris*, verbum deſcendentes comprehendat ſolum, vel etiam hæredes extraneos, & an ſufficiat, hos eſſe deſcendentes abſque qualitate hæreditaria.

SUMMARIUM.

1 *Fideicommiſſum an, & quando inductum cenſeatur per prohibitionem de non alienando*, ad hoc ut bona remaneant penes hæredem, & ejus hæredes, & ſucceſſores, & n. 20.

2 *Fideicommiſſo exiſtente nullo, ommiſſio non competit.*

3 *Fideicommiſſum arguitur ex prohibitione alienandi.*

4 *Probibitio alienandi quando eſt nuda, reſolvitur in vim ſimplicis conſilii.*

5 Hæredis *verbum à teſtatore prolatum intelligi debet de quibuſcumque hæredibus, etiam extraneis, niſi ex hoc iniquitas reſultaret, & contraria mens diſponentis, n.* 6. *vel illa eſſet inutilis, n.* 7.

Idem de verbo ſucceſſoribus, *n.* 8.

9 Hæredis *verbum, ſi probibitio alienandi ſit facta hæredibus inſtitutis*, ad hoc ut bona conſerventur per ſuos hæredes, & ſucceſſores, *an intelligatur de deſcendentibus teſtatoris, an verò de quibuſcunque hæredibus, etiam extraneis, & nu.* 10. 21. *&* 22. *& an tunc debeant eſſe hæredes, & deſcendentes copulativè, n.* 15.

11 *Probibitio alienandi veſtita à cauſa, quia vult bona conſervari in ejus hæreditate non inducit fideicommiſſum in agnatione, niſi ſubſequantur verba*, quia voluit, ut bona in agnatione conſerventur, *vel niſi mentionem fecerit de hæredibus maſculis, n.* 12. *vel quando in alia parte teſtamenti meminerit de liberis, n.* 13.

14 *Una pars teſtamenti aliam declarat.*

16 *Probibitio alienandi an inducat fideicommiſſum, quando fuit dictum*, ut bona conſerventur pro hæredibus, & ſucceſſoribus legitimis.

17 *Verbum*, extraneus, *diverſimodè accipitur, & quando intelligitur de illo, qui non eſt de deſcendentibus, n.* 18.

19 *Verbum*, ſuos, *ſecundùm communem, & vulgarem interpretationem comprehendit proximiores conſanguineos.*

23 *Probibitione facta*; ad hoc ut bona in familia conſerventur, *ſi non ſupereſt, niſi unus de familia, ille alienare poterit.*

24 *Probibitio alienationis dicitur odioſa, & contra libertatem naturalem, maximè quando ceſſat favor familiæ, n.* 25.

26 *Regulariter familia per maſculos conſervatur.*

27 *Agnatio per fœminas non conſervatur.*

28 *Familiæ appellatione aliquando veniunt fœminæ in fideicommiſſo.*

29 *Fœmina vita ejus durante dicitur de agnatione.*

30 *Reſolutio Caſus.*

Pro Cæſare, & Franciſco Straibeuo, contra Pajonicam Capiroſſa.

CONSULTATIO LX.

AD excludendam intentionem Pajonicæ Capiroſſæ petentis tanquam filiam Mariæ Blancæ immitti in poſſeſſionem bonorum remanſorum in hæreditate q. Pauli Blanci, prædictæ Mariæ fratris vigore prætenſi fideicommiſſi facti per dictum Paulum, infra-ſcripta breviter ſubjiciam.

Et quia vis conſiſtit in interpretanda prædicti Pauli teſtatoris voluntate, ideò prænotandum eſt, Paulum teſtatorem in ſuo teſtamento Horatium Donatum filium inſtituiſſe, cui in pupillari ætate vel quandocunque decedenti Beatricem, ſimiliter ejus filiam ſubſtituit, deindè mandavit, ut bona ſua ſtabilia per dictum ſuum hæredem, nec per ejus deſcendentes aliquo modo alienarentur, ſed deberent tranſire de hærede in hæredem propinquiorem de domo, & familia ipſius teſtatoris; poſtea verò prædictum legatum alienationis prohibitivum in codicillis caſſavit, & annullavit, & iterùm voluit ut prædicta bona ſua ſtabilia non poſſent aliquo modo alienari, & quatenus alienarentur per dictum ſuum hæredem, & ejus hæredes, ſucceſſores alienationes ſint nullæ, dominiumque ſtabilium non poſſint transferri in alios etiam extraneos, ſed ſemper permaneant penes dictum hæredem, ejuſque hæredes, & ſucceſſores in perpetuum.

Ex quibus verbis prætendit Pajonica, quod nedum ſit inductum fideicommiſſum, ſed quod ſit inductum in propinquiorem, & propterea ipſam in gradu proximiori eſſe admittendam.

Et cùm duæ ſint Pauli diſpoſitiones, altera ſcilicèt in teſtamento, altera verò in codicillis, de diſpoſitione in teſtamento facta non poteſt aliqua haberi ratio, cùm ſit caſſata, & annullata in codicillis, & ideò ad interpretandam diſpoſitionem in codicillis factam, ſequentia breviter ſunt examinanda.

Et primò, an per illam prohibitionem, *ut bona remaneant penes hæredem, & ejus hæredes, & ſucceſſores*, videatur inductum fideicommiſſum,

Secundò, ſi fuit inductum, in favorem cujus dicatur inductum.

Tertiò, illa verba, *ut bona remaneant penes hæredem, & ejus hæredes, & ſucceſſores*, an intelligantur de quibuſcumque hæredibus, etiam extraneis, an verò de hæredibus ex ſanguine tantùm.

Quartò, dato, abſque veri præjudicio, quòd intelligantur de hæredibus ex ſanguine, an intelligantur de deſcendentibus, an verò de legitimis, hoc eſt, conſanguineis venientibus ab inteſtato.

Ultimò, de vero, & germano intellectu intentionis teſtatoris.

1 Quoad primum, DD. tractaverunt articulum † *in l. ſi pater filium, §. pater*, aliàs *mater, ff. de leg. 3.* per illum *text.* tenuit indiſtinctè *ibi Bart.* quòd in hoc caſu nullum dicatur inductum fideicommiſſum, quia & ſi teſtatoris præceptum de non alienando non ſit nudum, ſed ad favorem hæredis inſtituti, & ſuorum hæredum, & ſucceſſorum, ut bona perveniant ad prædictos hæredes, & ſucceſſores, quòd nihilominùs hæredes poſſunt eorum hæredes gravare ſicut ſe ipſos, quam *Bart.* opinionem ſequuntur Dec. *in conſ. 425. n. 7. in fin. & Petr.* Placent. *in tract. de fidei-*
2 *comm. q. 5.* † Qua opinione admiſſa non opus eſſet per alios articulos diſcurrere, quia nullo fideicommiſſo exiſtente Pajonicæ non poteſt vigore illius immiſſionem petere.

Verùm dato, abſque veri præjudicio, quod fideicommiſſum ſit inductum, videndum, in cujus favorem inductum videatur. Et verum eſt, in teſtamento non adeſſe ſubſtitutionem expreſſam, niſi in caſu mortis Horatii Donati abſque liberis, quo caſu fuit vocata Beatrix, Beatrici autem neminem ſubſtituit, ſed fideicommiſſum arguitur (ut * pars prætendit) 3
ex prohibitione de non alienando, ſecundùm ampliſſimè tractata per Petr. *in dict. tract. de fidei-*
comm. q. 5. Quæ prohibitio ſi eſſet * nuda reſolvetur 4
in vim ſimplicis conſilii, *l. filius-familias, §. divi, ff. de leg.* 1. ubi communiter DD. *l. pater filium, §. Julius Agrippa, ff. de leg. 3.* Petr. *in dict. tract. q. 5. in princ.* Sed quia ſequuntur verba, *ut bona permaneant penes ejus hæredem, & ejus hæredes, & ſucceſſores in perpetuum*, & ſic adeſt cauſa; ideò erit videndum, de quibus hæredibus ſit intelligendum, an de quibuſcumque hæredibus, etiam extraneis, an verò de hæredibus ſanguinis.

Regula eſt, quòd verbum † *hæredibus* à teſtatore 5
prolatum, de quibuſcumque hæredibus, etiam extraneis intelligi debet, *ut Inſtit. de hæred. qualit. & differ. & toto tit. ff. & C. de hæred. inſtit.* eſt caſus *in l. annalibus, Cod. de legat.* * quod tamen intelligitur, niſi ex 6
hoc iniquitas reſultaret, id eſt, contra mentem teſtatoris, Bart. *in l. Gallus, §. etiam ſi parente, ff. de lib. & poſthumis*, * quod declarat Bald. *in d. §. etiam*, quando 7
teſtatoris diſpoſitio inutilis redderetur, & quòd idem etiam eſt intelligendum de verbo *ſucceſſoribus*, habetur * *in l. quædam, §. nihil, & § his*, cum ibi notat. 8
ff. de eden. tot. tit. qui ſucceſſ. tenean. Bart. *in dict. l. pater filium, §. pater*, Soc. ſen. *in conſ.* 299. n. 13.

Quando autem ſumus in prohibitione alienandi facta inſtitutis, *ut bona conſerventur per ſuos hæredes, & ſucceſſores*, & in iſto † caſu fuit aliqua inter Do- 9
ctor. controverſia, nam Bal. *in conſ. 283. vol. 2.* ex mente Specul. *in titul. de teſtam.* tenuit, in hoc caſu hoc verbum, *hæredibus*, pro hæredibus ex ſanguine, & ſic pro deſcendentibus eſſe intelligendum, pro qua opinione allegat tex. *in l. ex facto. §. ſi. ff. ad Senat. Conſult. Trebell.* ſequitur *Guid. Pap. dec.* 591. *Soc. ſen.* omninò videndus *in conſ. 249. 250. 2. vol.* ubi ampliſſimè articulum examinat, & conatur reſpondere ad text. *in d. l. pater §. pater*, Corn. *conſ. 97. 1. vol.* Pariſ. *conſ. 88. vol. 2.* Rum. *conſ. 110. vol. 2*, & alii allegati à Peregr. *in tract. de fideicomm. art. 32. n. 32.*

Pro contraria autem opinione, * quòd in propoſito 10
caſu pro hæredibus etiam extraneis accipiatur, eſt caſus *in d. l. pater filium, §. ff. de leg. 3.* qui judicio meo, tergiverſari non poteſt, & quamvis *Soc. in d. conſ. 249.* pluribus mediis illi conetur reſpondere, tamen reſponſiones non ſatisfaciunt, & ideò per illum *text.* ita tenuit *ibi Bartol.* et *in dict. l.* Gallus, *§. etiam ſi parente, ff. de lib. & poſth.* ac etiam *in l. Lucius, §. Sempronius, ff. de leg. 3.* quam opinionem ſequitur Angel. *in conſ. 306. nu. 20.* Alex. *in conſ. 36. n. 9. in 3. vol.* alias 49. *in 6. vol.* Fulgoſ. *conſ.* 58. Corn. *conſ. 272. 4. vol. & conſ. 81. n. 7. vol. 2.* Colle. Papienſ. *apud* Cort. ſen. *conſ. 45. nu. 23. & conſ. 46. n. 10. & 32.* ubi teſtatur, pro hac opinione fuiſſe judicatum in Rota Romana, *& in conſ. 93. n. 3. in fi.* communem dicit Gabr. *in conſ. 132. n. 138.* Corn. *conſ. 10. n. 7. 2. vol.* Rimin. ſen. *in c. 25. n. 10. 1. vol.* Petr. Placent. *in tract. de fideic. q. 5.* quos refert, ſequitur Peregr. *in dict. tract. art. 32. n. 33.* qui ampliùs addit opinionem *Soc. Corn.* & aliorum in contrarium allegatorum eſſe valdè periculoſam; & contrà caſum text. *in d. l. pater, §. pater, ff. de leg. 3.* & pleniſſimè per *Rimin. jun. conſ. 15. n. 9. in fin. lib. 1. & c. 528. n. 51. & 52 lib. 5.* qui loquitur, quando teſtator in pro- 11
hibitione alienandi dedit cauſam, quia vult conſervari bona in ejus hæreditate, quòd non inducitur fideicommiſſum in agnatione, niſi ſubſequantur verba, *quia voluit bona in familia conſervari.* Hieron. Gabr. *conſ. 132. q. 9. col. 2.* plenè Bolognett. *in d. l. filius-familias, § divi, n. 40.* Sfort. Odd. *de prohib. alien. fideicomm. q. 2. n. 82.* & eſt doctrina Bart. *in d. l. pater filium, §. penult.*

§. penult. Alciat. *conſ.*483.*n.*11.Vincent.Fuſar.*de fidei-*
12 *comm.ſubſtit.q* 688.*n.*4.*qui licèt *n.*5.referat Authores tenentes contrariam opinionem, tamen *n.* 6. eam dicit intelligi debere, quando teſtator mentionem fecit de hæredibus maſculis, ex Menoc. *conſ.* 958. Pe-
13 regr.*conſ.*54.*n.*24.*lib.*2.*& aliis, vel quando teſtator in alia parte teſtamenti meminerit de liberis, quia una
14 pars * teſtamenti aliam declarat. *l. ſi ſervus plurium, ff. de leg.* 1. *l. qui filiabus, in princ. ff. eod. Ausbar. jun. q. familiar. q.* 72.*nu.* 26. *n.*27. *lib.* 1. latè idem *Fuſar. de fideic. ſubſtit.* 319. *declarat.* 3.

15 Verùm quando prædicta opinio * eſſet tenenda, quod verba, *hæredibus, & ſucceſſoribus*, intelligi deberent pro hæredibus ex ſanguine, & ſic pro deſcendentibus, adhuc eſſet tenendum, quod ſuccedere deberent cum qualitate hæreditaria. Ideò ut duo copulativè requirantur, quòd eſſent de deſcendentibus, & quòd ſint hæredes, prout tenuerunt.

Bart. *in d. l. ex facto, §. fin. in fin.*

Bald. *in l.* 1. *num.* 1. Cod. *de condit. inſert. & in l. filiusfamilias, §. cùm quis, ff. de leg.* 1. *& in conſil.* 352. *lib.* 3.

Guid. Pap. *dec.* 457.

Alex. *in d. l. facto, §. ultimo.*

Ruin. *conſ.* 1188. *n.* 5. *lib.* 2.

Dec. *conſ.* 38. *n.* 5. qui teſtatur de communi.

Purpur. *in conſ.* 532. *n.* 9. *lib.* 2.

Soc. jun. *in conſ.* 158. *n.* 7. *lib.* 2.

Alba *in conſ.* 490. *n.* 6. *lib.* 3.

Cravett. *in conſ.* 131. *n.* 7. *lib. & in conſ.*393.*n.*13.*lib.*4. qui de communi teſtatur.

Cephal. *conſ.* 128. *n.* 14. *lib.* 2. qui dicit, magis receptam eſſe ſententiam.

Pancir. *in conſ.* 35. *n.* 12.

Quod refert, & ſequitur Menoc. *in conſ.* 958. *n.* 13. *& in conſ.* 18. *n.* 11.

Quibus Ego addo *Decian.* omninò videndum *in conſ.* 98. *vol.* 3. *n.* 6. *cum ſeq.*

Bertrand. *conſ.* 1. *n.* 184. *lib.* 2.

Sforz: Odd. *in conſ.* 46 *n.* 15. *&* Peregr. *in d. tract. art.* 32. *n.* 24. *& dec.* 101.

Fuſar. *de fideicommiſſ. q.* 339. *n.* 15. & alii per ipſum allegati *n.* 11.

Sive ergo teneamus opinionem, hoc caſu eſſe comprehenſos hæredes etiam extraneos, ſive pro hæredibus ex ſanguine, hoc eſt, deſcendentibus, ut loquuntur omnes prædicti DD. omnes debent eſſe hæredes, Pajonicæ autem deficit omnis qualitas, quia neque eſt hæres, neque ex deſcendentibus, & ſic nullo jure poterit unquam obtinere.

Neque prætendere poteſt, ſe vocatam tanquam proximiorem ab inteſtato venientem, cùm verba teſtatoris ad hoc non adaptentur, per ſupra dicta,
16 ſed hoc prætendere * poſſet, quando fuiſſet additum verbum, *legitimis*, hoc eſt, *pro hæredibus, & ſucceſſoribus legitimis*, nam eo caſu non veniunt extranei hæredes *l.* 3. *§. de illo, ff. pro ſoc.* Raphael, & Alex. *in d. l. ex facto, §. fin.* latè Peregrin. in allegato *art.* 32. *nu.* 49.

17 Neque † ex illa prohibitione in extraneos, quia quatenus reſpectu deſcendentium, & aſcendentium quilibet extraneus dicatur, tamen reſpectu aliorum conjuncti dicuntur extranei, ex *Andrea Barbatia conſ.* 28. *n.* 8. *& 9. vol.* 2. cùm in jure hoc verbum, *extraneus*, diverſimode accipiatur, & proprie ſecundum ſubjectam materiam *glo. in l.* 1. *C. de impon. lucrat. deſcript. ubi* Bart. *& alii DD.* & proinde hæc verba ſunt accipienda in extraneos, hoc eſt, in alios extra inſtitutos & ſubſtitutos, aliàs enim in teſtamento dum tractatur de ſuccedendo, erit intelligendus ille, qui non eſt de deſcendentibus, *§. in extraneis, In-*
18 *ſtit. de hæred. qual. & differ.* Pereg. *deciſ.* 33. *n.* 11. † Sicuti nullius momenti eſt illa conſideratio codicilli prædicti in illis verbis, *penes ſuum hæredem, ejuſque hæredes, & ſucceſſores*, ponderando verbum, *ſuos* quod 19
ſecundùm communem, & vulgatam interpretationem comprehendit proximiores conſanguineos, ex *conſ.* Paul. de Caſtr. 404. *vol.* 1. Alex. *c.* 32 *n.* 5. *vol.* 6. *& idem* Barbatia *d. conſ.* 28. *n.* 6. cùm teſtator non dixerit, *ad hoc, ut bona permaneant penes ſuos hæredes*, ſed penes ſuum hæredem, qui erat Horatius Donatus filius inſtitutus, & deinde ſubdit, *majus hæredes, & ſucceſſores*, quo caſu cenſentur vocati hæredes etiam extranei, ut latè examinato articulo, in propriis terminis tenuit *Peregr. d. art.* 33. *nu.* 32. & noviſſime hoc idem tenuit referendo deciſionem Sacræ Rotæ, & omnibus contrariis reſpondendo *in d. dec. Patav.* 101. quam, rogo videri, quia eſt punctualiſſima ad caſum noſtrum.

Quod tanto * magis corroboratur, ex manifeſta teſtatoris voluntate, nam cùm in teſtamento prohi- 20
buiſſet alienationem, *ut bona de hærede in hæredem tranſirent, in propinquiorem de domo, & familia Blanca*, quibus verbis erat inductum fideicommiſſum prædictum in familia, Menoc. *conſ.* 147. *num.* 9. Decian. *conſ.* 50. *num.* 22. 1. *vol.* Rub. *conſ.* 53. *n.* 5. Crotus *conſ.* 49. *numer.* 84. In codicillis legatum prædictum caſſavit, & penitùs annullavit, & ſic apparet, quod noluit ampliùs familiæ proſpicere, ſed ejus filiis, & eorum hæredibus, & nulla alia ratione potuit ad illud fideicommiſſum inductum in beneficium familiæ caſſandum induci, niſi quia dubitavit, ne eveniret caſus ſubſtitutionis, nam inſtituto hærede Horatio Donato filio, eo ſine filiis decedente ſubſtituit Beatricem, cujus filii, quia non erant vocati in primo fideicommiſſo, ideò illud caſſando fecit ſecundum legatum in codicillis ad beneficium filiorum inſtitutorum, & ſuorum hæredum, & ſucceſſorum, ex quibus apparet quod nunquam teſtator cogitavit, de filiis ex ſorore, neque in prima, neque in ſecunda diſpoſitione.

Ad * quorum confirmationem adduco *Apoſtillam* 21
ad Bart *in l. Gallus, §. etiam ſi parente, ff. de liber, & poſt. in verbo extraneis*, ubi habetur, quod ſi teſtator facit teſtamentum, in quo uxorem, & alium hæredem inſtituat pro æquali portione, vel conditione, ut poſt mortem ipſorum hæreditas devenire debeat ad Titium, & ejus hæredes pro duabus partibus, pro alia verò ad Caium, & Titius vivis inſtitutis decedat, nullis relictis deſcendentibus, ſed tantùm ſorore, mortuo inſtituto, ſoror non eſt admittenda, quia illud verbum, *hæres*, intelligitur de deſcendentibus Titii, allegat Angel. *in c.* 265. *& conſ.* 110. Paul. de Caſtr. *in conſ.* 49. *lib.* 4.

Et † quod idem dicendum ſit, quando in caſu quo 22
fuiſſet factum fideicommiſſum, *pro hæredibus, & ſucceſſoribus univerſalibus*; nam eo caſu in tantùm eſt intelligendum de deſcendentibus, quod ſi defecerit vocatus nullis relictis deſcendentibus, potiùs ſit admittenda mater ultimi morientis ab inteſtato, quàm ſoror teſtatoris, ex eo, quia fideicommiſſum deficit, eſt ſingulare conſilium Menoc. *in d. conſ.* 958. *per totum*, quod eſt valdè particulare ad caſum, de quo agimus, & ideò, rogo, ut videatur.

Quibus accedat, quod & ſi eſſemus in caſu prohibitionis in teſtamento, ubi adſunt cauſa, * quia te- 23
ſtator voluit, bona tranſire de hærede in hæredem propinquiorem de domo, & familia ipſius teſtatoris, tamen quia nemo ſupererat de domo Blanca teſtatoris, poterat ultimus alienare, *Paul. de Caſtr. conſ.* 45. qui concludit, quod quando res eſt prohibita alienari extra familiam, ſi non ſupereſt, niſi unus de familia, ille alienare poteſt, cùm nullus ſuperſit, qui poſſit alienationem revocare, ſequitur Ludovic. Bolognin. * *in conſ.* 43. *verſ.* 9. *præſuppono, &* Dec. *conſ.* 24
630. *n.* 16. eſt enim prohibitio alienationis odioſa, & contra libertatem naturalem, *l. dudum, C. de contrah. empt. l. qua ratione, §. nihiloſ. ff. de acquir. rer. domin.*

Sfort.

25 * Sfort. Odd. *de fideicom q.2.n°30. & q.15.n.34.* maximè quando ceſſat favor familiæ, Alex. *in d. l. filius fa-*
milias, §. divi, ubi Jaſ. Soc. *& alii, ff. de leg.* 1. cum aliis
26 allegatis per Fuſar. *de fideicom. ſubſt. qu.* * 676. nam regulariter, familia conſervatur per maſculos, Gratus
conſ. 68. *n.* 14. *lib.* 2. *Addent. ad* Dec. *conſ.* 287. Peregr.
de fideicom. art. 25. Regens Capyc. Galeota *controverſ.*
59. *n.* 19. *l.* 2. Brun. *in tract. de ſtatut. exclud. fœmin. art.*
3. *& 4. Tiraq. de utroque retract. par.* 1. *§.* 1. *gl.* 9. *n.* 194.
eſtque de prædictis ratio, quia per fœminas agnatio
non ſervatur, *l. pronunciatio, §. fin ff. de verb. ſignif. §.*
cæterum, & §. media, Inſt. de legit. agnat. ſucceſſ. Cravett.
27 *conſ.* 250. *n.* 2. *& conſ.* 306. *n.* 5. † & alij per Fuſar. *q.*
352. *n.* 11. & licèt aliquando appellatione familiæ in
fideicommiſſo veniant fœminæ, Simon. de Prçt. *de*
interpr. ult. volun. fol. 293. *n* 66. Maſcard. *de probat.*
concl. 1236. *n.* 42. Menoch. *de præſumpt. præſumpt.* 88.
lib. 4. *n.* 3. Peregr. *de fideicomm. art.* 21. *n.* 21. Intrigliol. *de*
ſubſt. centur. 3. *q.* 81. *n.* 2. cum aliis per Vinc. Fuſar. *d. q.*
28 * 352. *n.* 1. *cum ſeqq.* tamen hoc intelligendum durante earum vita, quia dicuntur de agnatione, *d. §.*
cæterum, Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ. Tiraquell. *de*
utroque retract. §. 1. *gl. n.* 196. Pereg. *d. art.* 22. *n.* 25.
Simon. de Prçt. *ubi ſupra f.* 312. *n.* 27. Farinac. *deciſ.*
* 508. Fuſar. *quæſt.* 402. *num.* 110. & propterea ſtan-
29 te morte quondam Mariæ Blanco nullo jure poteſt
Paronica ejus filia obtinere, cùm reſpectu ſui neque
in teſtamento neque in codicillis adſit fideicommiſſum.

Iſta Paronica litem proſequuta non fuit, ipſi ſoluta per dictos Conventos de Staibano parva quantitate.

OBSERVATIO IN CONSULT. LX.

ARGUMENTUM.

Prohibitio alienandi an, & quandò inducat fideicommiſſum; Et quid operetur prohibitio alienationis quando eſt realis; Et ex quibus cognoſcatur prohibitionem alienationis eſſe realem? *Conſil. D. Altimar.* refert hanc *Conſult. 60. Reg. Latro.* Eandemque materiam ſuperiùs tractavit *Author in Obſerv. ad Conſult. 31. in animadverſ. ad Gratian. in meliorat. reſ. jur. Reg. de Marin. & alibi*, adductis *Card. de Luca, Andreol. D. Manſ.* aliiſque.

SUMMARIUM.

1 *Fideicommiſſum an, & quando inducatur ex prohibitione alienationis?*
2 Author *alibi eandem materiam pertractavit.*
3 *Prohibitio alienationis quid operetur, quando eſt realis?*
4 *Prohibitionis realis ſigna; Et n. 5.*

1 PRohibitio alienandi an, † & quando fideicommiſſum inducat, copioſè diſcutitur in hac *Conſultatione 60. Reg. Latro.* Hanc *Conſultationem* recenſet *Conſil. D. Altimar. in obſerv. ad conſ. 57. Reg. Rovit. num. 11. lib. 1.* qui etiam refert *Rodoer. ad Reg. de Marin, lib. 1. c. 131. n. 20. Conſil. Hodiern. controverſ. 32.*

2 † *Ego ipſe* hanc eandem materiam ſuperiùs tractavi in *obſerv. ad Conſult. 31. Reg. Latr. in animadverſ. ad Gratian. in meliorat. 131. lib. 1. reſol. jur. Reg. de Marin. & alibi*, adductis *Card. de Luca*, aliiſque recentioribus.

3 † Quando prohibitio alienationis eſt realis, tunc ex illa induci fideicommiſſum abſolutum, & deſcenſivum etiam in caſum mortis, tradit *Andreol.* *controv.* 342. *numer.* 9. latiſſimè *Seſſe dec. Aragon.* 373. *p.* 4.

* Addit *Andreol. l. c. n.* 10. hæc verba: *Prohibi-* 4
tionem autem in hoc caſu fuiſſe realem probatur, quia non fuit facta ſolum primis hæredibus inſtitutis, ſed etiam omnibus hæredibus hæredum in infinitum, quod realitatem prohibitionis importat, Bartol. in l. cum filiofamilias, ſub num. 1. ff. de legat. 1. & ibi Socin. n. 66. alios refert Sim. de Prat. de interpret. ult. vol. fol. 285. ſub num. 80. verſ. idem quoque in rem.

* Et *num.* 12. ita loquitur: *Sicut idem reſultat,* 5
quando apponitur pœna in caſum alienationis, ut ſi annullatur alienatio, quia ex prohibitione alienationis reſultat etiam fideicommiſſum in caſum mortis, Cuman. in l. filiusfam. §. Divi, & ibi Jaſ. Crot. Opizon. col. 21. Ferdinand. Loazes num. 17. Rip. nu. 22. ff. de legat. 1. Anania conſ. 47. num. 8. Corn. conſ. 258. col. pen. lib. 1. Socin. ſen. conſil. 227. num. 4. lib. 2. Ruin. conſ. 128. num. 10. & ſeqq. lib. 1. Petra de fideicommiſſ. qu. 5. num. 112. & qu. 11. num. 553. Rauden ſ. dec. Piſan. cap. 6. num. 68. & ſeqq. & dec. 31. num. 245.

Alia plene cumulantur per eundem *Andreol. controv. 194. D. Manſ. conſult. 216. & conſult. 186. lib. 2.* & latiſſimè in *ſupplem. fideicommiſſ. lib. 9. conſult. 25. & ſeqq.*

ARGUMENTUM.

De novo uſu, ſive Conſuetudine Nobilium Platearum Capuanæ, & Nidi, & de ejus effectu inter taliter contrahentes, & an ſi mater moriatur relicto filio, qui deindè in pupillari ætate deceſſerit, debeat reſtitutio dotium à viro fieri proximioribus ipſius matris, an verò filii, & an habeat locum ſubingreſſio.

SUMMARIUM.

1 *Reſtitutio dotis in matrimonio contracto ſecundùm novum uſum, ſive conſuetudinem Nobilium platearum Capuanæ, & Nidi, vulgariter dictam,* alla nova manera, *eſt facienda hæredibus, & ſucceſſoribus uxoris, ſeu hæredibus dotantis, n. 3. 27. & 50.*
2 *Bona extra diſtrictum Civitatis Neapolis comprehenduntur ſub conſuetudine Capuana, & Nidi.*
Contrarium nu. 36.
4 *Fideicommiſſum reſultat ex verbis novi uſus, attentis verbis,* Et reſtitutio fieri debeat hæredibus, & ſucceſſoribus matris & non filius, *ac etiam ſecundùm verba illa*, vel non adita hæreditate.
5 *Filius cenſetur per fideicommiſſum gravatus, & decedens ſine liberis ab inteſtato, vel quandocunque reſtituere debet hæredibus, & ſucceſſoribus matris.*
6 *Succeſſio regulatur ex fideicommiſſo, & ſit attenta gradus prærogativa, excluſa ſubingreſſione, & nu. 13. & 14.*
7 *Parentes excluduntur à ſucceſſione filiorum quandocunque ab inteſtato morientium ſecundum novum uſum, ſive conſuetudinem Capuanæ, & Nidi, & ratio affertur n. 8.*
9 *Proximiores matris ſuccedunt filio ab inteſtato mortuo in bonis maternis, non ex novo uſu, ſed ex* Conſuetudine, Si quis, vel ſi qua.
10 *Conſuetudo Neapolitana in ſcriptis redacta non habet locum, patre, vel matre exiſtente in medio.*
Intellige, ut n. 11.
12 *Novus uſus nil aliud operatur, niſi excluſionem patris, vel matris, n. 29. & 31.*
Intellige, ut nu. 35.

14 *Subingreſſio excluditur, ubi ſucceditur cum prærogativa gradus, & quando admittatur vigore* Conſuetudio. Sed & ſi motientr, *n.* 15. 17. *&* 18.

16 *Soror quando appellatione fratris non contineatur.*

19 Peregr. de fideicomm. art. 51. oum. 1. Fontenell. de pect. nuptial. gloſ. 25. numer. 5. lib. 2. clauſ. 4. & Regens de Ponte conſ. 61. n. 54. *declarantur.*

20 *Computatio graduum debet fieri tam in fideicommiſſo ordinato in contractu quam in teſtamento & in eodem gradu repræſentantur frater, & nepos ex fratre præmortuo, quando agitur de ſucceſſione fratris, n.* 21.

22 *Frater in ſucceſſione fratris non excludit nepotem ſed ſimul concurrunt.*

23 *Nepos, vel neptis ſubingreditur perſonam patris, ſeu matris, & concurrit cum patruo, amita, avunculo, vel matertera in fideicommiſſo ordinato per nomen collectivum, puta ſi ſunt vocati proximiores, ſic etiam ſecundum verba novi uſus, nu.* 28.

24 *Subingreſſio an detur in fideicommiſſo, an verò attendatur proximitas quando agitur de ſucceſſione patrui carnalis, vel avi.*

25 *Filius ſubingreditur locum matris, quando agitur de ſucceſſione avunculi, aut materteræ.*

26 *Proximiores non ſunt ſimpliciter vocati ſecundùm verba novi uſus.*

30 *Succeſſio proximiorum ex parte illius undè bona obvenerunt, non regulatur ex novo uſu, ſed ex* Conſuetudine Sr quis, vel ſi qua.

32 *Proximiores, qui ſuccedant vigore* Conſuetudinis ſi quie, vel ſi qua *vocantur cum prærogativa gradus, ut proximior remotiorem excludat, remota ſubingreſſione, quod procedit etiam de jure communi, n.* 33.

34 *Subingreſſio licèt detur per* Conſuetudinem Sed & ſi morienti, *nedum in filiis fratrum, ſed in infinitum, ac in fratibus conſobrinis tantùm, non procedit in filiis ſororis, quia appellatione fratris ſoror non continetur, attenta dict.* Conſuetudine, & *n.* 39. *&* 41.

37 *Subingreſſio de jure communi non habet locum in pronepote, quia ultra filios fratris non datur in linea tranſverſali, & n.* 40.

38 *Nepos ex ſorore cum alia ſorore concurrit in ſucceſſione alterius ſororis.*

40 Conſuetudo Sed & ſi morienti, §. qood autem *declaratur, quando habeat locum & ſic etiam doctrina* Napodani ibid. n. 303. ec Regentis de Ponte conſ. 39. nu. 17. uſque ed 34. *perpenditur*, n. 43. 44. & 45.

44 *Sorores, vel ipſorum filii quando ſuccedant ſorori præmortuæ.*

46 *Neptis etiam attenta forma* Conſuetudinis *concurrit cum amita.*

47 *Proximiores matris, an filij ſuccedunt ſecundùm novum uſum, & an ſuccedatur matri, vel filio in dotibus maternis, n.* 48.

49 *S. C. judicavit contra* conſ. 61. de Ponte.

50 Conſil. de Georg. alleg. 23. *perpenditur, & numero* 61.

50 Regens de Ponte de poteſtat. Proregis, tit. de ſucceſſ. mulier. iu princip. num. 20. *noluit ſuam ſententiam proferre an ſuccedatur matri, vel filio in dotibus maternis ſecundùm novum uſum.*

51 *Hæres patris quis dicatur ſecundùm verba novi uſus.*

54 *Mater ſuccedit unà cum fratre, vel ſorore utrinque conjuncta, ſecundùm jus commune, & etiam admittuntur filii fratris, vel ſororis per ſubingreſſionem, attenta diſpoſitione §.* 2. in auth. ut fratrum filii, *& ſic etiam ſecundùm verba novi uſus, ut num.* 56. *ſed nihilominus pronepotes excluduntur, num.* 57.

Pro Hætedibos q. D. Lucretiæ Serſalis, cum D. Franciſca Serſale.

CONSULTATIO LXI.

EX matrimonio contracto inter D. Vincentium Catacciolum, & D. Hippolytam Serſalem ortus fuit D. Cæſar, qui matre præmortua ſucceſſit in dotibus maternie, & eo demum in pupillari ætate defuncto, quæritur quis illi debeat ſuccedere, ſi D. Franciſca ſoror D. Hippolytæ ejus materteræ ſole, an etiam una inſimul cum D. Joenne Caſtiglrar filio quon. D. Lucretiæ Serſalis, ſimiliter dictæ D. Hippolytæ ſororie, omnes filiæ q. Joan. Baptiſtæ Serſalis, & D. Victoriæ Roſſo, quæ etiam in dicta ſucceſſione concurrebat, ſeltem in iie bonia per ipſam D. Hippolytæ in dotem datis.

Et in facto non dubitatur, matrimonium initum
inter dictum Dominum Vincentium, & Dominem
Hippolytem fuiſſe contractum ſecundùm novum
uſom, † ſive conſuetudinem nobilium Platearum 1
Capuanæ, & Nidi, vulgariter dictum *alla nova manera*, ſecundum quod dotium reſtitutio ſi tempore mortis metris liberi ſuperſunt, & poſtea adita, vel non adite hæreditate liberi ipſi decederent in pupillari ætete, vel poſt quandocumque eb inteſtato ſine liberis legitimis, & neturalibus, dotes pervenire debent & ipſarum reſtitutio realiter fieri debet hæredibus, ſucceſſoribus dictæ uxorie, ſeu hæredibua dotentis, ut hebetur per *Afflictum in dec.* 237. & per Franch. *deciſ.* 90. Camill. de Laretha *in conſ.* 115. *per totum, & Ego* eliqua dixi novi ad dicti uſus interpretationem ſupra in *Conſultat.* 19. *&* 20. *& in deciſ.* 23. nequè etiem ambigitur, quod dotes dictæ D. Hippolytæ fuerunt ducatorum decem, & novem, mille, hoc eſt, ducati ondecim mille ex eie ex bonis eidem perventis à q. Joenne Baptiſte Serſale patre, elij verò duc. 8. mille ex dicta D. Victoria Ruffo.

Pro parte D. Franciſcæ Serſalis prætenditur dictum D. Joannem eſſe excludendum, quamvie enim attenta dicta conſuetudine Capuanæ, & Nidi bona
* etiem extra diſtrictum hujus Civitetis ſint compre- 2
henſe, attamen ſive ſuccedetur D. Hippolytæ metri, ſive D. Cæſari filio, ſemper prætendit eſſe excluden-
dum, * quie ſecundùm verbe conſuetudinis prædi- 3
ctæ reſtitutio dotium fieri debet hæredibus, & ſucceſſoribus uxorie, & ſic matris, non autem ipſius filiia, ut etiam habetur ex Napoden. *in Conſuetudine Si quis, vel ſi qua, n.* 198. Franchis *in dicta deciſ.* 62. qui etiam fuiſſe judicatum refert, cui D. Hippolytæ ſorori dictus D. Joennes eſt in ulteriori gradu, quem ipſa D. Franciſca, nec poſſe ſubingredi, prætendit, gredum D. Lucretiæ ejus matrie, & concurrere eum dicta D. Franciſce, cùm ex dictis
† verbis novi uſus reſultet fideicommiſſum in contra- 4
ctu, ut habetur ex Peregrino *de fideicomm. artic.* 51. *n.* 1. & per Fontanellem *de pactis nuptialibus, clauſul.* 4. *gloſſ.* 25. *num.* 5. hoc enim ſonent ille verba, *& reſtitutio fieri debeat hæredibus, & ſucceſſoribus matris, & non filiis*, & hoc etiam dictant elia verba, *adita, vel non adita hæreditate*, ex quibue pro certo hebetur, non poſſe ſuccedi filio, ab ipſo hæredita-
te * non adita, & quemvis filius illem adiſſet, et- 5
tamen cenſetur per fideicommiſſum grevatus, eo ſine liberis ab inteſtato io pupillari ætate vel quandocunqoe decedente reſtitoere debere hæredibus, & ſucceſſoribus ipſius matrie, prout etiam probas de Ponte *in conſ.* 61. *nu.* 54. * ſi ergò ſucceſſio regulatur
ex fideicommiſſo, ſequitur, quod ſuccedi non poteſt 6
niſi attenta gradus prærogativa, excluſa ſubingreſſione,

16 * Ex his jam incipit pateſieri veritas noſtræ concluſionis, ut ſi fœmina ante nuptias decedat dotem de paragio debitam ad hæredes tranſmittere non poſſit. Quomodo enim tranſmitteret dotem, dum conſtitutio non obligavit fratres expreſsè ad dotandum, ſed tantummodò ad maritandum, & eatenus intelliguntur fratres impliciè obligati ad dotandum, quatenùs dos eſt inſtrumentum, & medium, ut ita dicam, neceſſarium ad nuptias conſequendas, ita ut maritare ſorores ſit principale requiſitum conſtitutionis, acceſſorium verò dotare? quapropter ſequitur, ut deſtructo principali, ut rectè dicebat *Minadous*, fiat deſtructio conſequentis.

Dicere autem conſtitutionem voluiſſe ut dos deberetur principaliter in omni caſu, ſive filia nubat, ſive non nubat; nuptias autem deſignare veluti finem, ad quem fœminæ frequentius deſtinantur, eſſet manifeſtam vim inferre verbis conſtitutionis, quæ tantùm de maritando fœminas loquitur, de dotando non loquitur. Et maximè abſurdum eſſet, & à prudentia ſtatuentium alienum, ſi cùm vellent providere ſororibus excluſis propter maſculos, & cùm vellent onus maſculis injungere collocandi fœminas, illud tantùm expreſſiſſent, quod eſſet acceſſorium, ut illas deberent maritare, & quod eſſet principale, ut illas dotarent, tacuiſſent. Remanet igitur firmum, conſtitutionem reſpexiſſe primò, & principaliter ad nuptias, & implicitè includere dotem veluti conſequentiam nuptiarum.

Patere ergò ex ſupra dictis poteſt mens ſtatuentium, qui noluerunt portionem ullam paternæ hæreditatis, imò nec etiam dotem fœminis reſervare, ſed ad id tantùm reſpexerunt, ut fœminæ juxta earum dignitatem decenter collocarentur. Satis enim exiſtimarunt fœminis conſultum eſſe, ſi maſculi habita ratione qualitatis, & facultatum illas maritare tenerentur; cùm nulla ratione quæri poſſent, quod à fratribus excluderentur, quando nuptias conſequebantur ad quas principaliter genitæ dicuntur, & quas magis creduntur optare, ut dicebat *Andreas in d. conſtit. in aliquibus, colum. 9.*

17 † Et profectò Prudentes Regni ſatis cognoverunt non aliam mentem ſtatuentium fuiſſe, niſi ut fœminæ juxta earum dignitatem congrua collocarentur; Quod probatur evidenter ex illa in Regno noſtro recepta ſententia, quod filiæ, quæ vult ingredi Monaſterium, aliud non debeatur, quam dos ei Monaſterio, quod ingreditur, congrua, quam vocant noſtrates *paragium ingreſſarum*, licèt hæc dos ferè ſemper ſit infrà legitimam. *Napodanus in conſ. ſi moriatur, verbo, paragium, num. 67. Stephan. de Caiet. & Bartholom. Martial. ibid. in Apoſtill. Urſill. ad Afflictum in dec. 348.* qui teſtatur Sacrum Conſil. judicaſſe, quod tantùm debeatur dos ſecundum qualitatem Monaſterii, & juxtà hanc ſententiam pluries deciſum fuiſſe, ſcribit *Praſ. de Franchis in dec. 44.* & ſequuntur *Malfeſius de ſucceſſ. ab inteſt. par. 4. qu. 16. num. 11. 13. 14. Tapia lib. 6. jur. Regn. in conſtit. in aliquibus, debetur ſimiliter paragium, Rovitus conſ. 42. num. 3. lib. 1. Galeot. lib. 2. controv. cap. 8. à num. 3.* & præcipuè *nu. 6. Provenzal. in obſerv. ad conſ. ſi moriatur, obſer. 11. Barbat. de aſſiſt. gloſ. 12. n. 64. & 65. Bottilier. de ſucceſſ. ab inteſt. cap. 1. theor. 18. per tot. Pratus tom. 2. diſcept. for. cap. .. num. ..* qui omnes fatentur hanc ſententiam in Regno noſtro prævaluiſſe.

Nec neceſſe eſt diſtinguere cum *Molfeſio de ſucceſſ. par. 3. q. 8. nu. 34.* quem noviſſimè poſt alios ſequitur *D. Regens de Marin. in obſerv. ad dec. 2. Revert. numer. 7. in fin. & in obſerv. ad deciſ. 52. numero 7. & 9.* quod aut filia ingreſſa eſt Monaſterium in vita patris, & tunc ei debeatur ſolum paragium ingreſſarum, aut ſit Monialis poſt mortem patris, & tunc quia per patris mortem eſt ei acquiſitum jus ad integrum paragium, licèt Monaſterium deindè ingrediatur, tamen poterit illud ſive in alium transferre, ſive Monaſterio acquirere. Nam ſemper eadem ratio eſt, ſive vivo, ſive mortuo patre, in Monaſterium ingrediatur, quia debet ei ſufficere illud habere, quod aliæ Moniales habent, qua ratione utitur *Praſ. de Franch in deciſ. 44. numero 2.* quæ ratio generalis eſt, & utrumque caſum complectitur: immò ex ea deciſione ſatis liquet, ibi agi de filia, quæ ingreſſa erat Monaſterium poſt mortem patris: nam tractatur ibi de paragio taxando ſororibus ſuper hæreditate paterna, nec verbum ullum ibi dicitur de dote à patre Monaſterio promiſſa, nam certè ſi, vivo patre, filia religionem profeſſa eſſet, pater Monaſterio promittere dotem omnino debuerat, nec *Praſes* hoc tacuiſſet. Undè rectè hanc *Molfeſii* diſtinctionem impugnant *Caputus in Conſ. ſi moriatur, p. 2. §. 3. à numero 8.* & præcipuè *numero 11. Provinzal. d. obſer. 11. per totam* & noviſſimè *Bottilier. d. cap. 1. theor. 18. num. 7.* & videndus de hac re ex Exteris *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 8. par. 1. à n. 55. uſque ad n. 61.*

Hoc poſito ſi proponatur duas adeſſe ſorores [quæ à maſculo excludantur, & quibus debeatur paragium ſervata forma Conſtitutionis] quarum altera velit nubere, altera verò ingredi Monaſterium, his certè valdè diſpar paragium conſtituetur. Nam ei quæ vult nubere debetur dos par matrimonio, & nobili, & æquali viro digna, quæ ferè ſemper legitimam longè exſuperat, & non raro virilem portionem æquat, præcipuè in non admodum magnis patrimoniis: cùm ei quæ ingreditur Monaſterium, debeatur dos ſecundum conditionem Monaſterij, quæ fere nunquam quantitatem legitimæ æquare poteſt. Peto nunc quam ob rationem huic, quæ vult effici Monialis, adeò minor dos conſtituitur, ut etiam legitima ejus minuatur? Certè non alia ratione hæc diſparitas ſalvari poteſt, niſi quia Prudentes Regni aſſequuti ſunt verum finem Conſtitutionis, quæ noluit fœminas habere legitimam, vel paragium eſſe loco legitimæ, cùm videamus paragium tam variè conſtitui, ut modò ſupra, modò infra legitimam ſit, aliquando etiam uſque ad virilem adſurgat; Sed id tantùm voluit Conſtitutio, ut ſorores à maſculis congrue collocarentur, & licèt Conſtitutio non loquatur de illis, quæ ingrediuntur Monaſterium, ſed de illis, quæ maritantur; tamen rectè interpretati ſunt mentem ſtatuentium, ut quemadmodum voluerunt, ut fœmina, quæ vult nubere, tantum habeat, quantum ſatis ſit ad hoc, ut poſſit nubere pari, ita etiam quæ elegit ingredi Monaſterium, aliud petere non debeat, niſi quantum ſatis ſit, ad hoc ut æque dignum Monaſterium ingrediatur: Ita enim rectiſſimè cenſuerunt, ſatis utriuſque neceſſitati conſultum eſſe, licèt cum diſpari dote, nam utraque æqualiter finem ſuum conſecuta eſt, utraque ſecundum propriam dignitatem eſt collocata, licèt prior cum majore, ſecunda cum minore dote.

Poſito igitur hoc (quod neminem puto negaturum, qui cum verba, tum mentem Conſtitutionis attente inſpexerit) finem ſcilicèt Conſtitutionis non alium fuiſſe, niſi ut fœminæ juxtà earum dignitatem collocarentur, idcoque adeò variam, & inæqualem dotem requiri, ſecundum qualitatem, ſcilicèt ſtatus quem mulier eligit, ut benè dicit *Provenzal. in d. obſerv. 11. n. 5. & 6.* ſequitur per neceſſariam conſequentiam, ut ſi filia decedat antè

Digitized by Google

quam eligere poſſit, aut virum accipere, aut ingredi Monaſterium, nihil tranſmittere poſſit ex paterna hæreditate ad ejus hæredes, quia in tantùm ei debetur aliqua quantitas ex paternis facultatibus, quatenùs ipſi eſt neceſſaria, ut juxtà ſuam, & familiæ dignitatem collocetur.

18 * Prætereà paragium, quod ex hujus Conſtitutionis diſpoſitione debetur, omnino incertum in ipſa Conſtitutione, ſed ex modo facultatum, numero liberorum, dignitate mulieris, & viri, & conſuetudine regionis taxationem, ac determinationem recipit: quas circumſtantias poſt *Andream* enumerat *Afflictus in d. Conſtit. In aliquibus, nu.* 55. ideoque adeò varie illud videmus conſtitui, ut hæ circumſtantiæ variant. Cùm igitur quantitas hujus paragij ſit incerta, & indeterminate, & eventum nuptiarum requirat, ad hoc ut determinari poſſit, planè non video quid tranſmittere potuerit fœmina, quæ ante nuptias deceſſerit, nec quomodo quantitas hujus paragii determinari poſſit, quando nuptiæ ſequutæ non ſunt, ex quibus, & ex dignitate viri, magna pars hujus taxationis pendebat.

Verùm hic doctiſſimus Vir inſurgit, & certum dicit eſſe in ipſa Conſtitutione paragium, nam Conſtitutio conſideravit pares nuptias, ideoque ſemper ea quantitas dotis ſorori debetur, cum qua poſſit pari viro nubere, quæ extimatur ex modo facultatum patris, & dignitate mulieris, quæ ſemper certa ſunt. Proindè reprehendit *Afflictum*, qui in taxatione paragii conſideravit etiam qualitatem viri, nam, dicit ipſe, dignitatem viri fuiſſe conſideratam à principio in ipſa Conſtitutione, ſi non in ſpecie, ſaltem in genere, quia voluit Conſtitutio, fœminam nubere viro paris conditionis, idcirco qualitatem viri conſtitutionem dotis alterare non poſſe, quia ſemper par eſſe fœminæ debuit.

Sed, pace doctiſſimi Viri, mihi videtur *Afflictus* immeritò reprehendi. Licèt enim Conſtitutio conſideravit virum eſſe debere paris conditionis, tamen hoc habet latitudinem, cùm fieri poſſit, ut mulier modo majoris, modò minoris dotis indigeat, ſecundum qualitatem ſcilicèt viri cui vult nubere, & tamen ſemper dicitur nubere viro paris conditionis: Siquidem nulli dubium eſt, quin major dos requiratur, ſi fœmina velit nubere viro pari, ſed ditiori, quàm ſi nupſerit viro, licèt pari, ſed tamen non ita diviti: Et quotidie hoc videmus ſervari, cùm viri nobilitate, & dignitate pares, ſed opibus diſpares, dotes longè diſpares ab uxoribus etiam paribus accipiant. Ut proindè omnes, 19 * qui poſt *Afflictum* ſcripſerunt communi conſenſu fateantur in æſtimanda dote de paragio viri qualitatem conſiderari debere, *Petr. de Gregor. in tract. de dot. de parag. quæſt.* 27. *& quæſt.* 30. *Gramm. dec.* 101. *num.* 63. *Camill. Salern. in conſ. ſi moriatur, verb. paragium, Caput. in d. conſ. ſi moriatur, par.* 2. *§.* 6. *num.* 36. *Provenz. in d. conſ. obſerv.* 7. *numer.* 9. *& obſ.* 11. *numer.* 5. *Molfeſ. de ſucceſſ. par.* 4. *quæſt.* 16. *num.* 6. *Tapia lib.* 6. *jur. Regn. in Conſtit. In aliquibus, verſ. Quinta annotandum eſt.* Et ex Exteris id optimè tradit *Caſtillus lib.* 8. *controv. jur. cap.* 36. *§.* 7. *num.* 7. poſt innumeros *Doctores* ibi citatos.

* Sed cur de hoc diſputamus, nonnè dos de paragio eſt incerta, quouſque fœmina eligat, velit 20 nè nubere, aut ingredi Monaſterium? Hinc rectè dicit, *Provenzal. in d. obſerv.* 11. *num.* 5. quantitatem dotis de paragio pendere ex futuro eventu. Igitur ſi fœmina moriatur antequam eligat, aut ingredi Monaſterium, aut nubere, quomodo poterit taxari hoc paragium? non tanquam Moniali, quia potuerat nubere: non tanquam nuptæ, quia potuerat ingredi Monaſterium. Et quidem ſi aliquid in hac re declaratio voluntatis poſſet in hac ſpecie aliud taxari non poſſet pro paragio, niſi ea ſola quantitas, quæ pro dote Monialium debetur. Si quidem Anna Imperialis Monaſterium ingreſſa fuit animo profitendi religionem, cùm primum per ætatem licuiſſet: & licèt morte præventa infra requiſitam ætatem, profeſſionem emittere nequiverit, tamen declaravit, ſe voluiſſe profiteri religionem, ſed mortem nimis immaturam in cauſa eſſe, cur id adimplere non potuerit: velle tamen cultu Monialium ſepeliri, ut hanc ſuam voluntatem manifeſtius teſtaretur.

Tot, tantiſque argumentis ſatis liquere puto, verum finem Conſtitutionis fuiſſe, ut fœminæ à maſculis congrue maritarentur, ideòque nihil ex paterna hæreditate eis reſervaſſe, imò ne dotem quidem ipſam, quia non oportuerat quantitatem ullam eis reſervare, dum onus maritandi fœminas maſculis injungebatur, qui implicite ad totum id tenebantur, quod ad nuptias neceſſarium videretur.

* Nec dicas Conſtitutionem ſaltem reſervaſſe pa- 21
ragium fœminis, quod aliud non eſt, quam dos congrua ... debita. Nam valde abutuntur hoc verbo, *Paragium*, qui ita ſentiunt. Hoc enim verbum, *Paragium*, (quod barbarum eſſe nemo inficiatur) nullo modo pro portione aliqua hæreditatis, aut bonorum, vel pro dote accipiendum eſt: Sed eo ſenſu fuit in ea Conſtitutione uſurpatum, ut denotaretur, fœminas non utcumque à fratribus maritandas eſſe, ſed pari maritari debere. Quod ex textu ipſius Conſtitutionis ſatis manifeſtum eſt; non dicit Conſtitutio, fratres teneri dare paragium fœminis, nam hoc caſu fortè dici poſſet, verbum *Paragium* denotare quantitatem, aut portionem aliquam patrimonij, quam fratres tenerentur dare ſororibus: Sed dicit Conſtitutio *debeant ſecundum paragium maritare*, quod ſatis oſtendit, verba illa, *ſecundum paragium*, denotare tantùm qualitatem matrimonij, non qualitatem, aut portionem ullam hæreditatis.

Et ita hoc verbum interpretatur *Napodanus in conſ. ſi moriatur, verb. paragium, num.* 51. ubi ait: *Paragium dicitur quaſi parium geſtus, ut habeant dotes ſecundum pares ſuas*, quam interpretationem ſequutus eſt *Decius in conſ.* 26. *num.* 5. qui, *Verbum illud Paragium*, inquit, *non intelligitur pro quantitate dotis, ſed intelligitur reſpectu familiæ, cum qua contrahitur affinitas, videlicèt ut maritentur pari, ſecundum qualitatem patris, & familiæ ejus.* Idque ſequitur etiam *Grammaticus in d. deciſ.* 101. *num.* 63. illis verbis: *Paragium non erit propriè legitima, ſed collocatio filiæ in matrimonio ſua æquali, vel pari, conſideratis qualitate perſonarum, & regionis Conſuetudine: hinc paragium dicitur, quaſi parium geſtus, ut habeant dotes ſecundum pares ſuas &c.* quam interpretationem probant etiam *Camill. Salernus in conſ. ſi moriatur, verſ. paragium quid ſit, Petr. de Greg. in tract. de dot. de parag. qu.* 1. *num.* 1. *D. Provenzal. in obſerv. ad conſ. ſi moriatur, obſ.* 8. *num.* 9. *D. Staibanus tom.* 2. *var. reſol. cap.* 101. *num.* 25. *&* 37. *Gratian. to.* 2. *diſcept. forenſ. cap.* 231. *num.* 27. *Merend. lib.* 22. *controv. cap.* 43. *num.* 5. Et tandem id ſatis rectè explicavit *Caputus in d. conſ. ſi moriatur, par.* 2. *§.* 2. *nu.* 2. ubi ait, *Paragium enim non denotat bona, ſed perſonarum qualitatem, juxta quam bona ſunt concedenda.*

Et hæc videtur abſque dubio vera hujus verbi ſignificatio in prima ſua origine: ſed deindè in aliam etiam ſignificationem tranſiit. Nam cùm fratres vellent maritare ſorores ſecundum paragium, hoc eſt, pari, ſervata forma Conſtitutionis: cùmque eis deberent conſtituere dotes pares matrimonio, idcirco conſiderabantur omnes illæ circumſtantiæ, quas ſupra retuli, vires ſcilicèt patrimonii, numerus liberorum, &c. & eam quantitatem, quæ

his

his conſideratis videbatur dos congrua, noſtri Regnicolæ *Paragium* nuncuparunt; ita ut cùm hodiè dicimus deberi paragium mulieri, intelligimus deberi mulieri ex patrimonio eam quantitatem, quæ videatur dos congrua, & cum qua poſſit nubere viro paris conditionis. Hanc itaque mutationem fecit hæc vox *Paragium*, ut cùm antea ſignificaret tantùm qualitatem matrimonii, deindè etiam pro dote ſecundum paragium debita uſurparetur. Quod rectè obſervavit *Capitius loc. cit. nu.* 1. ubi dicit paragium non eſſe dotem, ſed modum conſtituendæ dotis, deinde in *verſ. itaque*, ita concludit: *Itaque licet verè aliud ſit paragium, aliud dos ſecundum paragium: uulgariter dos ſecundum paragium conſtituta, à Noſtris paragium appellatur, & in hoc non facienus differentiam nominis quæſtione pertinacibus relicta.* Et hanc quidem non levem cauſam fuiſſe puto, cur noſtri tam cœci fuerent in hanc ſententiam, ut paragium tranſmitteretur. Cùm enim accepiſſent hoc verbum *paragium* in hac ſecunda ſignificatione, pro quantitate ſcilicèt dotis, aut patrimonij, ut videre eſt apud *Reg. Galeotam lib. 2. controv. cap.* 15. *num.* 28. propterea crediderunt, hanc portionem reſervatam fuiſſe fœminis à Conſtitutione, quam veluti proprium patrimonium fœminæ haberent, ſive nuberent, ſive non nuberent.

Sed noſtræ concluſioni tot jam argumentis ſtabilitæ, nihil aliud obſtare video, niſi eam *Doctorum* ſententiam, ut cùm ſtatutum excludit fœminas à ſucceſſione, eaſque dotari jubet, dos videatur dari loco legitimæ; ideoque dos de paragio, quæ debetur fœminis excluſis ab hac Conſtitutione in locum legitimæ ſubrogetur, & proinde debeatur purè abſque ullo onere, quemadmodùm ipſa legitima debeietur; undè tranſmittatur etiam ad hæredes non expectata conditione nuptiarum, ut probare conatur *Reg. Galeota d. cap.* 15. *à num.* 8. *cum plurib. ſequent.* Operæ pretium igitur erit hujus ſententiæ veritatem accuratius inquirere, cùm ex hujus quæſtionis reſolutione, veritas concluſionis noſtræ evidentius pateat.

Et quidem tota Adverſariorum ratiocinatio in hoc conſiſtit. Fœminas, inquiunt ipſi, à paterna ſucceſſione repelli juri naturali adverſatur, *l. maximum vitium. C. de liber. præter.* eo magis ſi legitima etiam priventur, quæ jure naturæ debetur. Igitur dum ſtatutum excludit fœminas à ſucceſſione, ſed eas dotari jubet, neceſſario dicendum eſt, dotem reſervaſſe loco legitimæ, nè alioqui videretur ſtatutum etiam à legitima fœminas excluſiſſe, quæ aut à ſtatuto tolli omnino non poteſt, aut ſi tolli poteſt, tamen cùm ſtatutum fœminis propter maſculos excluſis reſervet dotes, nec quidquam expreſsè de legitima ſtatuat, interpretari debemus voluntatem ſtatuentium, ut noluerint fœminas privare, ſed ut voluerint potiùs dotes eis reſervatas in locum debitæ legitimæ ſubrogare.

23 * Verùm illud primò negandum eſt legitimam jure naturæ deberi, cùm vel ex ipſo legitimæ nomine ſatis appareat, legitimam non naturali, ſed civili tantùm jure deberi: *ſi enim jure natura deberetur, non legitima portio dicenda erat, ſed naturalis,* rectè inquit *Anton. Faber de err. Pragm. decad.* 74. *err.* 5. Verum tamen eſt, ne dum legitimam, ſed integram parentum ſucceſſionem liberis deberi naturali quadam ratione ſuadente; Idque eſt, quod ſcripſerunt *Paulus in l. cum ratio*, 7. *D. de bon. damn.* rationem naturalem addicere liberis parentum hæreditatem, & *Papinianus in l. ſcripto herede*, 7. *§.* 1. *D. und. lib.* naturæ, & parentum commune votum ad bona paterna liberos admittere, in quibus locis non de legitima tantùm loquuti ſunt, ſed de integra hæreditate. Sed quemadmodum licet parentibus etſi adverſante naturali ratione majorem hæreditatis partem liberis auferre, imò licuiſſet etiam olim integra hæreditate eos excludere, antequam querela inofficioſi teſtamenti induceretur: conſequens eſt, potuiſſe parentes etiam legitimam liberis auferre, niſi à jure civili expreſſe prohiberentur: Igitur legitima à legibus, ac proindè à jure civili tantum fuit filiis reſervata; quod *Juſtinianus* ipſe teſtatur in *auth. de hered. & falcid.* *§.* 1. *verſ. primum itaque*, ubi inquit, legibus impoſitam fuiſſe hanc neceſſitatem parentibus relinquendi legitimam filiis: & in *auth. de trien. & ſemiſ. verſ. frequenter*, ubi ſcribit, mirari ſe, cur leges triuncem, ſive quadrantem tantum hæreditatis filiis tribuerint. Niſi enim ea lex lata fuiſſet, *ne liceret parentibus abſque cauſa liberos quarta privare,* nihil contra naturæ jus feciſſent parentes, ſi nihil filiis reliquiſſent, licèt contra naturalem rationem feciſſe viderentur.

Et quidem antequam lex illa lata eſſet, *ut liberi, quibus quarta relicta non eſſet, inofficioſum patris teſtamentum dicere poſſent*, (nolo hic diſputare, an ea fuerit lex Glicia, ut opinatur *Cujacius lib.* 2. *obſervat. cap.* 21. *& libr.* 24. *cap.* 14. *& libr.* 14. *qq. Papin. in l. nam etſi*, 15. *D. de inoff. teſtam.* an alia fuerit, de qua ſe latè diſſerit *Hoſuald. ad Donell. lib.* 19. *cap.* 4. *lit. P.*) antequam, inquam, lex illa lata eſſet, quæcumque tandem ea fuerit, etſi liberos ſine cauſa parens exhæredaſſet, tamen ejus teſtamentum jure civili valebat. Quod cùm ex pluribus juris noſtri locis ſit manifeſtum, tum maximè ex iis, quibus ſtatuitur poſthumos etiam à parentibus nominatim inſtitui, aut exhæredari oportere, ut in *l. poſthumi*, 3. *in princ. D. de injuſt. rupt. & irrit.* cùm tamen in eis, ne dum juſta, ſed nulla omninò exhæredandi cauſa inveniri poterat. Libera tunc ſcilicèt erat poteſtas parentum in liberos, ut nedum liberi abſque cauſa exhæredari, ſed occidi etiam impune à parentibus poſſent, ut inquit *Paulus in l. in ſuis*, 11. *in fin. D. de lib & poſthum.* Ut proindè præclare hinc deducat *A. Faber d. decad.* 74. *err.* 5. *in fin.* *Quis ergo dicat jam, tum debitam liberis fuiſſe legitimam jure natura in bonis parentum, aut ipſam queq; parentum ſucceſſionem? Quod ſi neque ſucceſſio, neq; legitima eo tempore erat iis debita jure natura, an fortè admittemus jus aliquod natura poſterius tandem emerſiſſe, ex quo caperit non modò legitima portio, ſed ipſa etiam parentum ſucceſſio liberis deberi?* Alia etiam argumenta, ad probandum, non deberi legitimam jure naturæ, adducunt *Petrus Gregor. lib.* 44. *ſyntagm. cap.* 5. *num.* 10. *&* 11. *A. Faber d. decad.* 74. *err.* 5. *per totum Chiſtii. de port. leg. cap.* 3. *in fin.* & ex Veteribus *Dinus in cap indultum, de reg. jur. in* 6. *Alexand. conſil.* 75. *numer.* 11. *volum.* 1. & hanc ſententiam ſequuntur *Menochius de arbitr. libro ſecundo capit.* 149. *numero* 11. *&* 12. *Magon. deciſ. Lucenſ.* 85. *num.* 1. *Trentacinq. de ſubſtit. part.* 1. *caſ.* 9. *num.* 21. & alii apud *Tomatium in tract. de legit. tit.* 2. *num.* 1. & ita etiam tenet *Præſ. de Franch. in deciſ.* 720. *num.* 7.

* Dum igitur legitima jure naturæ non debetur, licèt ratione naturali debeatur, nihil obſtat, 24
quominùs ſtatutum illam omnino tollere queat. Jus omne ſuccedendi, tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato totum à legibus pendet; ideòque pro Legiſlatorum arbitrio modò auctum, modò imminutum: modò extenſum, modò reſtrictum: modò ſublatum, modò reſtitutum, modò in hanc, modò in illam formam variatum ſemper fuit, ut obſervat *A. Faber de err. decad.* 15. *err.* 3. *n.* 6. Sic legitimos hæredes eos dicimus, quos lex ad hæreditatem vocat, niſi lex eos vocaſſet, nec legitimi hæredes forent, nec eis ſucceſſio deberetur: Sic hæreditatem etiam, quę

ex teſtamento defertur, lege obvenire dicimus *l. lege obvenire*, 130. *D. de verb. ſignif.* quia *lege* XII. *tabularum* permiſſum eſt morientiboe de rebus ſuis teſtari, *l. verbis legis*, 120. *D. eod.* niſi *lex* XII. *tabul.* id permiſiſſet, & teſtamenta confirmaſſet, fruſtra ſcriptus hæres hæreditatem ex teſtamento peteret. Cùm itaque totum jus ſuccedendi ex legibue proficiſcatur, & etiam num penès leges ſit, quis jure dubitaverit an ſtatutum, quod ab eo factum ſit, qui legia condendæ poteſtatem habeat, potuerit hoe jua pro libitu variare, & legitimam etiam ipſam, quæ filiis jure civili debecetur, auferre? Quam ſententiam egregiè confirmant idem *Faber in d. decad.* 15. *err.* 3. *& decad.* 74. *err.* 7. *Petr. Greger. d. lib* 44. *cap.* 5. *num.* 12. *Sichard. in auth. noviſſima, num.* 5. *C. de inoffic. teſtam. Trentacinq. de ſubſtit. par.* 1. *cap.* 9. *num.* 22. *Eman. Coſta in cap. ſi pater, de teſtam. p.* 3. *num.* 42. *verſ. privare non poſſit*, *Sarmient. lib.* 2. *ſelect. cap.* 14. *num.* 6. *&* 7. *Rainald. Corſ. lib.* 1. *indag. cap.* 28. *Magon. deciſ. Floren.* 14. *num.* 6. *verſ. poteſt, Merlin. de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *q.* 2. *à n.* 8. *cum ſeqq.* qui *num.* 14. innumeros *Doctores* cumulat, qui hanc ſententiam tuentur, & qui apud ipſum videri poterunt. Hanc ſententiam communem eſſe oſtendit *Michael Graſſ. in §. legitima, quæſt.* 42. *num.* 2. & videri poſſunt alii *DD.* quos citat *Addit. ad Hartm. Piſtor. obſerv.* 131. *lit. A.*

Immò cùm *Doctores* omnes fateantur, ſtatutum poſſe minuere legitimam, rectè hinc infert *Bartolus in l. Titio centum, §. Titio genero, num.* 6. *D. de cond. & demonſtr.* quod dum ſtatutum poteſt minuere legitimam, puſſit etiam illam omninò tollere, non enim minuere poſſet, ſi tollere non poſſet, & ſequuntur *Paulus de Caſtr. & Imol. in d. §. Titio genero.* Et in hanc ſententiam videtur etiam eutineidere *Covarruvias de matrim. c.* 8. *§.* 6. *n.* 4. *&* 5 dum vult, ſtatutum nun poſſe adeò minuere legitimam, ut etiam alimenta liberia tollat: hoc enim caſu non erit ampliue legitima, ſed erunt alimenta, quæ, cùm certum ſit jure naturæ deberi nulla tolli poſſunt. Quod clarius explicat *in verſ. ex hac ſecunda principali*, ubi ſcribit, poſſe omnino tolli legitimam à ſtatuto eo caſu, ſi filius haberet undè ſe alere poſſet: ex quo clarum eſt *Covarruviam* in ea ſententia ſuiſſe, ut ſtatutum poſſit tollere legitimam, ſed non alimenta, cùm fateatur ſtatutum poſſe excludere à legitima filium, qui habet, ondè ſe alat. In qua ſententia videtur eſſe *Gaylius lib.* 2. *obſerv. cap.* 122. ia enim *num.* 14. *cum ſeqq.* reſtringit poteſtatem ſtatuti, ut alimenta filiis auferre non poſſit, & hoc ſequitur quoque *Fachin. lib.* 4. *controv. cap.* 32. *verſ. ita tamen.*

Et licèt hæc ſententia ut ſtatutum poſſit in totum tollere legitimam, plures habeat contradictores, qoi æquitate quadam moventur, potiùs quam ratione, tam iidem *Doctores*, qui negant ſtatutum poſſe in totum tollere legitimam, fatentur poſſe ſtatutum excludere fœminas etiam à legitima, quia tunc movetur rationabili cauſa propter favorem ſcilicèt agnationis, & maſculorum, ut probat *Gaylius d. cap.* 122. *n.* 12. qui ſic concilias diſſidentee *Doctorum* opiniones, *Fachin. d. lib.* 4. *cap.* 31. *in* 5. *concluſ. verſ. huc accedat, Hoſnald. Hillig. ad Donell. d. lib.* 19. *cap.* 4. *lit. V. in fin.* & latè *Merlin. de legit. d. tit.* 1. *qu.* 1. *num.* 18. Idque antea ex Veteribue eleganter docuerat *Baldus in l. cum lege, num.* 3. *C. de Epiſcop. & Cler.* ubi ſcribit, poſſe ſtatutum hoc caſu auferre etiam legitimam fœminis, & ita ex conſuetudine ſervari ait per totam Italiam, & approbando hanc conſuetudinem ſubdit: *Et credo, quod valeat conſuetudo, ſicut valebat lex XII. tabul. qua excludebat matrem, & deferebat agnatis, & ſicut valebat media Juris-prudentia, qua filias ad certam quantitatem, & particulam coarctabat*, & ex noſtria ſequitur *Grammatic. in d. deciſ.* 101. *num.* 61. *&* 62.

† Nec naturæ repugnat fœminas omninò à ſuc- 25
ceſſione paterna excludi, ut ex *d. l. maximum vitium*, Adverſarii dedocunt; Non enim id attendendum eſt, quod *Juſtinianus* (fœminis indulgentiſſimus Imperator) in ea lege conſtituerit, quando verſamur circa interpretationem ſtatutorum, quæ ab iis condita ſunt, qui legis ferendæ poteſtatem habent, ideòque in proprio territorio parem ipſi *Juſtiniano* auctoritatem: Quapropter eodem jure, quo *Juſtinianus* in ea lege omnem indifferentiam inter maſculos, & fœminas ſuſtulit, juſſitque omnes æquo jure ſuccedere: eodem prorſus licuit ſtatuentibus, eam iterum revocare, & fœminas omnino à ſucceſſione repellere. Præſertim cùm conſenſus totius Italiæ in hac re à *Juſtiniani* ſententia receſſerit, ut benè animadvertit *Merenda lib.* 22. *controv. cap.* 43. *num.* 14. Undè rectè idem *Merenda* ita concludit: *Non eſt ergo allegandum id, quod ſenſit in hac re Juſtin. dum agimus de interpretatione ſtatutorum ab ejus ſanctionibus recedentium. Sed debemus perpendere vim rationis naturalis: ea autem conſiderata nihil aliud poſſumus dicere, quàm natura repugnare, ut fœminæ priventur ſubſidiis ſuo ſexui convenientibus; hoc autem nullo modo accidet, ſi congrua alimenta, & ſuo tempore honeſtum virum facilè conſecutura ſint. Quod enim ipſa habeant partem ſubſtantiæ parentum, de qua liberè poſſint diſponere, natura non requirit. & proindè liberum erit Legislatori circa hoc ſancire, quod ſuis congruet ſubditis.*

Cùm igitur nulli dubium ſit, quin favore agnationis, & maſculorum fœminæ per ſtatutum poſſint etiam à legitima excludi; nec de eo dubitari poterit, quin ſtatutum excludens à ſucceſſione fœminas propter maſculoe, nec quidquam expreſsè de legitima ſtatuens, videatur tamen eas etiam à legitima excluſiſſe, cùm in hoc omnes ferè *Doctores* conveniant, quos ſumma diligentia in unum congeſſit *Merlin. de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 2. *nu.* 42. qui tandem concludit hanc ſententiam, ut etiam à legitima cenſeantur excluſæ, eſſe communiorem, & veriorem, *Graſſ. in §. legitima, q.* 3. *n.* 6. *verſ. contrarium*; & ex noſtris ſequuntur *Grammatic. d. deciſ.* 101. *num.* 60. *Jacob. Ancil. de Bott. in not. ad Conſtit. in aliquibus, Staiban. ſen. conſ.* 11. *nu.* 10. *Camill. de Medic. conſ.* 144. *num.* 18. *Caput. in conſ. ſi moriatur, par.* 2. *§.* 12. *num.* 2. vide etiam alios apud *Hoſnald. Hillig. d. lib.* 19. *cap.* 4. *l. BB.* Quod quidem ea validiſſima ratione probatur, quod cùm legitima aliud nun ſit, quàm portio hæreditatis ab inteſtato debitæ, *l. parentibus*, 8. *C. de inoff. teſtam.* quicumque ab inteſtato non ſuccedit, nullum jus ad legitimam habere poterit; quapropter fœminæ, quæ per ſtatutum excluduntur à ſucceſſione ab inteſtato, nulla ratione poterunt in legitima ſuccedere, ut oſtendit *A. Faber de error. Pragm. decad.* 12. *err.* 5. *& decad.* 15. *err.* 3. *Hoſnald. loc. cit. Petr. Greg. d. lib.* 44. *ſyntagm. c.* 5. *n.* 1. *Camill. de Medic. d. conſ.* 244. *n.* 23.

Ex his infertur, quod ſtatutum dum excludit fœminas à ſucceſſione propter exiſtentiam maſculorum etſi eas dotari jubet, tamen dos dici non poſſit ſubrogata in locum legitimæ. Nam quomodo ſubrogari poterit in locum legitimæ, quando ſtatutum excludendo eas à ſucceſſione, à legitima etiam eas excluſiſſe cenſetur? Subrogatum dici non poteſt aliquid in locum alterius, niſi id, in cujus locum fit ſubrogatio, prius debeatur, alioqui nihil ſubrogatum dicitur in locum ejus, quod non debetur; Undè cùm legitima non debeatur fœminis propter excluſionem ſtatuti, nec dos dici poterit in locum legitimæ ſubrogata, & ita argumententur *Decius conſ.* 26, *num.* 4, *Alex. conſ.* 279. *num.* 10.

Digitized by Google

nu. 10. *lib.* 5. *Corn. conſ.* 43. *num.* 7. *in fin. volum.* 2. *Merlin. de legit. d. tit.* 1. *qu.* 6. *nu.* 2. Qua propter complures *Doctores* tenuerunt hujuſmodi dotem à ſtatuto reſervatam non eſſe legitimam, nec ſuccedere loco legitimæ, *Menech. de arbitr. lib.* 2. *caſ.* 149. *num.* 10. *Theſaur. deciſ.* 159. *num.* 3. *Peregr. de fideicomm. art.* 38. *numer.* 22. *A. Faber de err. decad.* 12. *err.* 2. & alii, quos adducit *Merlin. d. q.* 6. *n.* 5.

Et quidem ſi ſtatutum tollere legitimam poteſt, alimenta non poteſt, ut ſupra vidimus, cùm ſtatutum jubet fœminas excluſas dotari, dicendum eſt dotem ſuccedere potius in locum alimentorum, quæ tolli à ſtatuto non potuerunt, quàm in locum legitimæ, quæ tolli potuit.

Et quod dos loco alimentorum ſit ſubrogata, ſcripſit *Afflictus in dec.* 111. *num.* 10. *Urſill. ibid. n.* 13. *Tiraquell. de jur. primog. qu.* 62. *Ruſtic. in l. cum avus lib.* 3. *cap.* 9. *n.* 8. *&* 10. *Merlin. d. qu.* 6. *nu.* 28. *Seſſe dec.* 26. *num.* 56. *Surd. de alim. tit.* 8. *qu.* 10. *num.* 17. 18. 19.

26 † Sed etſi admitteremus vulgatum illud axioma, dotem loco legitimæ ſubrogari, tamen tot tantæque ſunt inter dotem, & legitimam differentiæ, ut manifeſtum ſit, hoc non verè, & rigoroſè accipiendum eſſe, ſed abuſivè. Differentias autem omnes ſimul breviſſimè complectitur doctiſſimus *A. Faber lib.* 3. *ſui Cod. tit. de inoff. teſt. defin.* 19. quas ejuſdem *Fabri* verbis referam, qui enim melioribus poſſem? *Quamquam vulgò dici ſolet*, inquit *Faber*, *dotem loco legitimæ eſſe, eodemque jure cenſeri, permulta tamen ſunt inter dotem, & legitimam differentia. Filia enim quæ à legitima excluſa eſt dotari nihilominus debet. Legitima inſtitutionis titulo danda eſt: Dos non item. Legitima onus nullum admittit: Dos admittit. Legitima ſine perſonarum diſtinctione ſemper certa eſt: Dos incerta. Legitima vivo patre non debetur. Frater ſororem dotare interdum cogitur: Legitimam ei dare nunquam. Legitima debetur pure: Dos non niſi ſub conditione illa, ſive expreſſa, ſive tacita, ſi filia nubet.*

Hinc *Merlinus de legit. d. q.* 7. *n.* 12. dicit, dotem non ſuccedere in locum legitimæ, ut omnibus ejuſdem privilegiis potiatur, niſi in iis tantùm caſibus, in quibus legibus ſtatuitur, dotem, & legitimam iiſdem privilegiis frui. Et inter cætera diſcrimina, quæ inter dotem, & legitimam ſunt, illud etiam notat, quod dos tacitam ſemper conditionem habeat, ſi fœmina nupſerit, cùm legitima purè debeatur, omnemque conditionem rejiciat, *vulg. l. quoniam in prioribus*, *C. de inoff. teſtam.*

Et quòd dos de paragio, de qua hic agimus, non judicetur ad inſtar legitimæ, deciſum fuit in Collaterali Conſilio ad relationem Sacri Conſilij in cauſa D. Iſabellæ de Aragonia cum Duce Montis alti, ut refert *Reg. Reverter. in dec.* 417. *juxta compilat. Reg. de Marinis*, ubi fuit deciſum: non deberi filiæ poſt patris mortem fructus paragij, ſed tantum alimenta uſque quo nupſiſſet, cùm tamen fructus legitimæ ſtatim poſt patris mortem filiis debeantur; Ergò paragium non eſt legitima, nec ad inſtar legitimæ habetur. Et ſi in ea deciſione fuit conſideratum hoc, quod per ora noſtrorum volitat, paragium, ſcilicet, in Regno ſucceſſiſſe loco legitimæ, tamen viſum fuit nec legitimam eſſe, nec legitimæ privilegiis potiri, ut patet ex illis verbis *nu.* 2. *Nec obſtare dictum fuit, quod dos de paragio, non ut merum paragium, ſed ut legitima debetur, & ut talis fructus parit: Nam reſponſum fuit, hoc benè procederet, quando filia deberetur legitima, ſed in Regno non niſi dos de paragio debetur.* Immò idem *Reg. Reverter.* paulò infra illud etiam addit, quod dos de paragio non debeatur niſi contracto matrimonio, ibi: *Et ex hoc ſequitur, quod cùm dos non niſi matrimonio contracto debeatur, quia dos ſine matrimonio eſſe non poteſt, l.* 3. *de jur. dot. dum ſoror non habet actionem pro dote* (vide quod ante nuptias, neque actionem pro dote habeat) *minus etiam pro fructibus ſive intereſſe illius, & ita per omnes Dominos votantes fuit concluſum.* Et *Bambacarius in allegat.* pro D. Iſabella Vitelli, edita à *Capan. in ſuo tractat. de adhoa*, *q.* 25. *nu.* 15. adducit verba *Blaſchi Lancea in quadam quaſi manuſcript.* ubi tenet paragium non habere naturam legitimæ.

Undè non malè *Napodanus in conſ. ſi moriatur*, *verbo*, *Paragium*, poſtquam aliquas differentias enumeraſſet inter paragium, & legitimam, deindè *n.* 56. ſcribit: *Sed certè licèt paragium non ſit idem quod debita jure natura per rationes ſupradictas, tamen eſt quaſi debita jure natura ſecundum interpretationem Sapientum Regni*, ubi nota verbum illud *quaſi*, quod abſque dubio denotat improprietatem, & ſequitur *Praſ. de Franch. in dec.* 559. *num.* 15. Ex quo *Napodani* loco ſatis apparet, quàm malè noſtri id acceperint in ſenſu rigoroſo, & ſtricto, ita ut paragium ad inſtar legitimæ debeatur purè, rejecta conditione nuptiarum, adeò ut, licèt fœmina non nupſerit, tamen illud tranſmittere poſſit ad hæredes: Quod tamen malè ex ſupradicta ſententia deducitur, quæ cùm dicit dotem loco legitimæ eſſe, non id intelligit, ut dos legitimæ naturam induat, & omnes ejus qualitates adipiſcatur, nam tot differentiæ, quæ inter dotem, & legitimam inveniuntur, ſatis oſtendunt, dotem non eſſe legitimam, nec ejus loco per omnia ſucceſſiſſe, ſed id intelligitur abuſivè, & impropriè, ut denotaretur potius quædam proportio, quæ inter dotem, ac legitimam intercedit.

Quo loci minimè prætermittendum cenſeo id, quod ſcribit *Fontanell. de pact. clauſ.* 6. *gloſ.* 3. *par.* 8. *num.* 26. ubi optimè explicat quomodo, & quo caſu dos in locum legitimæ ſuccedat, ita ut debeatur purè: *Adverte tamen* (inquit *Fontanella*) *nè erres, quod non ſemper, & in omni caſu, quo dos ſuccedit in locum legitima, purè ea debeatur, & ſi purè, ac de præſenti non expectatis nuptiis præſtanda: id enim ſolum procedit in eo quod filia pater relinquit in locum legitima, quodque ſuccedit in locum illius, quam tenetur pater filia relinquere, cùm enim eam debeat ſine onere, unde fit ut ſumi poſſit, & debeat interpretatio, ut illud relictum, quod in illius locum ſuccedit, debeatur etiam purè. Sed non procedit in eo, quod ſtatutum excludens fœminas propter maſculos jubet illis dari pro dote* (notandum eſt hoc, quia hic eſt caſus noſtræ conſtitutionis) *tunc enim cùm dos non poſſit eſſe ſine matrimonio, ideò non poteſt compelli is, qui dotare per ſtatutum tenetur, dare dotem ante nuptias contractas.*

Ex his optimè probatur ea* *Caſtrenſis* diſtinctio 27
in *l. Titio centum*, *§. Titio genero*, *num.* 7. *D. de cond. & demonſtr.* qui in ea quæſtione ſi, ſtante ſtatuto, quo fœminæ à ſucceſſione excluduntur, pater legaverit filiæ dotem, eaque ante nuptias deceſſerit, an dotem tranſmittere poſſit ad hæredes, diſtinxit: Quod aut ſtatutum excludit ſimpliciter fœminas propter exiſtentiam maſculorum, & deinde eas jubet dotari, & hoc caſu ſcripſit dotem tranſmitti non poſſe, quia dum eſt excluſa à ſucceſſione intelligitur etiam excluſa à legitima, ideòque dos non poterit loco legitimæ ſuccedere, nec debetur niſi nuptiæ ſequantur. Quod ſi ſtatutum dicat fœminas dotatas extantibus maſculis excludi, & tunc quia requiritur, fœminas eſſe dotatas ad hoc ut excludantur, in hoc caſu voluit, legatum eſſe purum, & ſtatim peti poſſe, & ad hæredes tranſmitti.

Hanc diſtinctioneem, quam *Caſtrenſis* conſtantiſſimè defendit in ſuis *conſiliis*, omnes ferè Doctores maximo conſenſu ſequuti ſunt. Ita enim tenent *Brunus in tract. de ſtatut. exclud. fœmin. art. 11. qu. 3. à n. 42. & 43. Peregrin. de fideic. art. 38. nu. 23. Covarr. in cap. 3. de teſtam. nu. 11. verſ. Decimò ex præmiſſis, Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 146. num. 40. & num. 43. cum ſeqq. Galganett. de condit. & demonſtr. par. 2. t. 6. qu. 1. num. 48. & 72. Graſſ. in §. legitima qu. 6. num. 4. Simon de Prat. de interpret. ult. vol. lib. 3. dub. 5. ſol. 4. num. 13. & 14. Surdus de aliment. tit. 3. qu. 1. à num. 39.* & præcipuè *num. 45. Mareſcott. var. reſolut. lib. 1. cap. 28. n. 5.* Hanc *Caſtrenſis* traditionem adeò receptam eſſe in Scholis, ac Tribunalibus, ut nefas ſit ab ea recedere, inquit *Caren. reſol. 33. num. 5. Seſſe dec. 26. num. 59. Magon. dec. Florent. 14. num. 5. & num. 12. Alex. conſ. 13. vol. 3.* & melius *conſ. 179. num. 10. lib. 5. Corne. conſ. 162. num. 10. verſ. pro quo optimè facit, lib. 2. & conſ. 32. num. 3. lib. 4. Socin. ſen. conſ. 75. à num. 8. lib. 3. Gabriel conſ. 11. num. 4. Ruin. conſ. 152. poſt num. 7. lib. 5. Morot. conſ. 23. nu. 2. verſ. Sed licèt hæc opinio*, qui inquit quod ſtante veritate hujus diſtinctionis periculoſum eſſet defendere contrarium, *Altograd.* omninò videndus, *conſ. 87. tom. 1. per tot.* qui conſuluit in caſu ſtatuti Civitatis Ferrariæ, ubi probat dotem non ſuccedere loco legitimæ, ideòque nec tranſmitti poſſe. In eodem Statuto Civitatis Ferrariæ ſcripſit *Menoch. conſ. 81.* ubi latè negat dotem tranſmitti. *Beltramin. in addit. ad dec. Ludov. dec. 565.* ubi teſtatur *Rotam Romanam* paſſim ſequi hanc *Caſtrenſis* Doctrinam, *Ant. Faber de err. decad. 15. err. 3. num. 16.* & tandem hanc diſtinctionem validiſſimè defendit *Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. qu. 8.* omninò videndus, qui latè diſputato articulo tandem *num. 9. Caſtrenſis* diſtinctionem amplectitur, & innumeros *Doctores* citat, qui eam ſequuntur, & *num. 10. cum plurib. ſequent.* eam defendit ab objectionibus *Ladercbij in conſ. 25.* & dicit ejus rationes fragiles eſſe.

Poſita itaque veritate hujus diſtinctionis, videndum eſſet in præſenti ſpecie, an noſtra Conſtitutio excludat ſimpliciter fœminas propter exiſtentiam maſculorum, & deindè jubeat eas dotari, an verò requirat prius eſſe dotatas ad hoc ut excludantur; Ex hoc enim pendet videre, an dos de paragio tranſmittatur. Et quidem *textus* Conſtitutionis ſatis apertè id decidit: Inquit enim *Federicus*; *Si autem filij maſculi una cum filiabus fœminis patri decedenti ſuperſint, præferri volumus maſculos fœminis*; jam videmus ex huc fœminas ſimpliciter excluſas eſſe propter exiſtentiam maſculorum, deinde ſubdit: *Dum tamen ſorores, aut amitas, fratres, aut nepotes ſecundum paragium debeant maritare*: hic videmus obligationem maritandi ſubſequi excluſionem propter maſculos. En ergo quod ſumus in prima parte diſtinctionis *Caſtrenſis*, ut quando ſtatutum ſimpliciter excludit fœminas propter maſculos, & deinde eas jubet dotari, dos non poſſit tranſmitti, ſi nuptiæ non ſequantur.

Idque in terminis noſtræ Conſtitutionis optimè notavit *Diomedes Mariconda in Apoſtil. ad d. Conſt. In aliquibus*, ubi ita ſcribit. *Ponderanda ſunt verba hujus Conſtitutionis, quia non dicunt, quod filia dotata non ſuccedat, ſed tantùm quod filia ſtantibus maſculis non ſuccedat, ſed dotari debeat, inter quæ magna eſt differentia, quam exclamat Paulus de Caſtro in l. Titio centum, §. Titia genero.* Quibus verbis ſatis oſtendit, in terminis Conſtitutionis noſtræ paragium tranſmitti non poſſe, diſtinctio enim *Caſtrenſis*, quam ipſe extollit, nihil aliud operatur niſi quod in hoc caſu dos, quam ſtatutum dari jubet, tranſmitti non poſſit.

Sed hoc multò clarius docuit noſtri Sacri Conſilij Præſes *Antonius de Alexandro*, qui ſemper in Regno doctiſſimus Juriſconſultus habitus fuit, in *Apoſtill. ad Conſuet. ſi moriatur lit. A.* (is enim licèt loquatur in terminis Conſuetudinis, tamen optimè trahitur ad caſum Conſtitutionis Regni, cùm non minus in una, quàm in aliis obligatio maritandi fœminas ſubſequatur excluſionem) Proponit igitur *Antonius de Alex.* eam quæſtionem: An filia, quæ moriatur antè nuptias, poſſit tranſmittere paragium ad hæredes, iis verbis: *Circa hanc Conſuetudinem eſſet videndum, an filia, quæ non ſuccedit extante maſculo, ſi moriatur ante quam nubat, tranſmittat paragium*, &, pro has quæſtione plures Doctores remiſſivè citat, deinde ita ſcribit per eadem ferè verba *Diomedis Mariconda*: *Et ponderanda ſunt verba Conſuetudinis, quæ non dicunt, quod filia dotata non ſuccedat; ſed dicunt quod filia ſtantibus maſculis non ſuccedat, ſed dotari debeat, quæ eſt magna differentia, quam exclamat Caſtrenſ. Paul. in §. Titio genero.* Et licèt his verbis jam ſatis ſuam ſententiam declaraſſet, quod ſtante ſimplici excluſione propter maſcolos paragium tranſmitti non poſſet, juxta *Caſtrenſis* diſtinctionem: tamen is amplius ſe declarare voluit, unde ex ea ratione concludit: *ut ideò in caſu hujus Conſuetudinis in Civitate Neapolis, ſi pater negaret filiæ in capilla dotem, non poſſet illa ſtatim petere, NEC moriens ante nuptias tranſmitteret.* Idem tenet *Grammat. conſ. civil. 145. n. 5.*

Et ex recentioribus id etiam obſervavit *Caputus in d. Conſuet. ſi moriatur, par. 2. §. 2. num. 12.* ubi ait: *Et verè non dicitur fœmina per paragium excluſa, ſed ut dixi per ſexum, & ratione excluſionis habet deinde paragium*, & paulo infra: *Primò excluditur, deinde datur paragium.* Undè idem *Caputus in d. par. 2. §. 4. num. 4.* forte hac eadem ratione motus, quod fœminæ ſint excluſæ ſimpliciter propter exiſtentiam maſculorum, in ea quæſtione, an paragium tranſmittatur, dicit veriorem eſſe ſententiam, quod tranſmitti non poſſit. Et cum ſupradicta ſententia *Antonij de Alexandro* tranſit etiam *Conſ. Marcianus in conſ. 54. n. 2. lib. 2.*

Sed omnis in hac quæſtione ſcrupulus adimi poteſt, ſi concederemus id, quod jam ſupra notavimus, non id exigere Conſtitutionem, ut fœminæ dotentur, ſed ut fœminæ maritentur. In hoc enim caſu fruſtra quæritur, an ſtatutum reſervando dotem fœminis, voluerit illam loco legitimæ ſubrogare, quando dos in hac Conſtitutione non reſervatur, ſed id principaliter Conſtitutio exigit, ut fœminæ à fratribus maritentur: adeò ut fratres obligentur ad factum, ſcilicet ad maritandum, quod cùm præſtari non poſſit propter ſororis mortem, ſequitur neceſſariò omnem obligationem extingui. *Ceſſant ergò illæ interpretationes benignæ* (ut rectiſſimè ſcribit *Merenda dict. lib. 28. cap. 43. nu. 6.*) *quæ aliis adhibentur ſtatutis, quæ jubent fœminas ſimpliciter dotari, aut mandant dotari, ut nubere poſſint. Dùm enim præcedit mentio dotis, poſſumus dicere; dotem principaliter conſiderari, matrimonium autem acceſſoriè. Dùm verò principaliter ſit mentio de maritando fœminas, addita qualitate de paragio, aut ſecundum facultates, non poſſumus id dicere, quia contextus verborum* Conſtitutionis *id non poteſt pati, nè adjectivum convertatur in ſubſtantivum*:

Habemus igitur pro has ſententia, *quod paragium non tranſmittatur*, omnes eos Doctores, qui *Caſtrenſis* diſtinctionem ſequuntur, quos ſupra adduximus, & alios ferè innumeros, qui ab illis citantur: Nam hi omnes negant dotem tranſmitti poſſe in caſu ſtatuti, quod ſimpliciter excludat fœminas propter exiſtentiam maſculorum, licèt eas dotari jubeat, cùmque hæc noſtra Conſtitutio ſimpliciter etiam fœminas propter maſculos excludat, ut ſupra vidimus, rectè omnes illi Doctores pro

Digitized by Google

noſtra ſententia addoci poſſunt. Habemus etiam plures Doctores Regni, qui approbando *Caſtrenſis* diſtinctionem, negant eoam tranſmitti poſſe paragium, inter quos adeſt *Antonius de Alexandro*, cujus authoritas ſola ſufficeret ad hanc quæſtionem decidendam, eò magis, cum ejus ſententia validiſſimis, & meo judicio inevitabilibus rationibus fulciatur.

28 Contrariam autem ſententiam, * primus omnium defendit *Loffredus in conſ.* 26. qoem deinde noſtrates, non diſputato, ut ſolent, articulo, frequentius ſequuti ſunt, cum non aliis rationibus innitantur niſi iis tantùm, quas *Loffredus* excogitavit. Tamen *Antonius Merenda* celebris noſtri ævi Juriſconſultus *d. lib.* 22. *c.* 43. *per totum*, illud *Loffredi conſilium* ad examen revocavit, ubi optimè oſtendit, quam infirmæ, quam nullius ponderis ſint rationes omnes, quibus ille movetur, ut non immeritò dixerim, *Merendam* omninò fregiſſe hujus receptæ ſententiæ auctoritatem; Poſtquam autem patefacta eſt veritas, ſequi etiam veterem opinionem, non alia ratione, niſi quòd apud noſtros communior ſit, nimis timidi, (ne aliud dicam) ingenij eſt; Unde quiſquis non examinans *Merendæ* rationibus, ſed præjudicata opinione ductus, eam his temporibus ſequeretur, meritò videretur in eam Ciceronis reprehenſionem incurrere: *Quæ eſt iſta hominum* (inquit Cicero) *tanta dementia, frugibus inventis, at glande veſcantur*? Sed de his hactenus.

Quò ad ſecundam verò partem, qood quando opinio prò tranſmiſſione (quòd non credimus) prævaleret, non poſſet tranſmitti niſi ſola legitima, haud multum laborabimus. Conſpirant enim in hoc omnes Doctores Regni, qui pro tranſmiſſione ſcripſerunt, cùm nemo auſus ſit affirmare, aliquid ſupra quantitatem legitimæ tranſmitti poſſe, ut poſt *Loffredum* primum hujus opinionis *Authorem in d. conſil.* 26. *à num.* 11. *uſque ad num.* 28. *& num.* 29. omnes noſtrates fatentur: *Conſ. de Bottis in addit. ad Iſernam in d. Conſtit. In aliquibus, ver. non etiam, Urſill. ad dec. Afflicti* 160. *n.* 5. *Petr. de Gregor. de dot. de parag. qu.* 39. *num.* 2. *Giurb. obſerv.* 28. *num.* 38. *Præſes de Franch. in dec.* 618. *in fin.* ex ratione quam ibi adducit, quia niſi fœminæ tranſmitterent paragium remanerent privatæ etiam legitima, *Conſ. Georg. alleg.* 11. *n.* 17. *Muta dec.* 90. *num.* 55. *Provenzal. in d. conſ. ſi moriatur, obſer.* 15. *num.* 7. *& Reg. Galeot.*, maximus tranſmiſſionis defenſor *lib.* 2. *contr. cap.* 16. *n.* 10.

Et quidem eadem ratione qua ad probandam tranſmiſſionem utuntur (quam benè id faciant ſupra vidimus) eadem prorſus evincitur quantitatem paragij in hoc caſu legitimam jure communi debitam ſuperare non poſſe: Nam ſi ideò tranſmittitur paragium, ut ipſi volunt, quia paragium ſucceſſit loco legitimæ, quæ à ſtatuto tolli non potuit, ideòq; purè ſtatim ſequuta patris morte debetur, unde neceſſe non ſit expectare eventum nuptiarum, quia paragium quemadmodum legitima, nec conditionem, nec dilationē ullam admittit; Quis non videt ex his etiam inevitabiliter ſequi, id, quod non ſequutis nuptiis ad hæredes tranſmittitur, quantitatem legitimæ excedere non poſſe; quia hæc omnia privilegia portioni legitimæ tantum tributa fuere, & quod ſupra legitimam eſt hæc privilegia non habet; Eo enim caſu paragium poteſt excedere legitimam, & aliquando etiam virilem æquare, quando aliter fœmina pari viro nubere non poſſet, ut in Regno indubium eſt: unde cùm fœmina antè nuptias decedit, quam ob rationem paragium poterit legitimam ſuperare?

Et ex hac ratione non malè deducit *Andreas in d. conſtit. col. ult. pag.* 242. quod ſi fœmina ab alio quam à patre, vel fratre nuptui tradita fuerit; vel propter propriam pulchritudinem, aut propter ſtrenuitatem fratris cum nulla, vel modica dote parem virum invenerit, his caſibus inquit *Andreas* deberi etiam paragium huic mulieri, ſed tamen non ultra legitimam ibi: *Servamus dictum Caroli in Longobarda, quod non fraudetur legitima ſua.* Et quod paragium in nupta non poſſit excedere legitimam apud nos non dubitatur, *Afflict. dec.* 160. *Tapia dec. Sacr. Conſ.* 14. *num.* 31. *& lib.* 6. *jur. Regn. in Conſtit. In aliquibus, verſ. item paragium, pag.* 151. *Caput. in conſ. ſi moriatur, par.* 2. *§.* 6. *num.* 57. *Provenzal obſer.* 12. *n.* 10. *Capyc. Latr. conſ.* 169. *n.* 42. 43. *tom.* 2. idem *Giurb. obſerv.* 28. *n.* 37. *Conſ. Staiban. reſol.* 102. *n.* 48. 49. *de Ponte conſ.* 45. *n.* 5. *Galeot. d. controv.* 16. *n.* 6. *&* 7. Si hoc in nupta ita conſtitutum eſt, quia ceſſat ratio inveniendi virum condignum, quando jam nupſit: multò fortius admittendum eſt in ea, quæ antè nuptias deceſſit.

Reliquum eſt, ut de tertia parte agam, quam mihi initio propoſui, ſcilicet, paragium hoc, quod pro quantitate legitimæ tranſmitti volunt, non poſſe tranſmitti niſi tantùm pro ea portione paragij, quæ ex bonis allodialibus erat fœminæ debita, non verò pro ea portione, quæ ex feudis ei debita fuiſſet, ſi nupſiſſet: quod ex infra ſcriptis rationibus evidenter (ni fallor) oſtenditur.

Principio autem certum eſt, * nulla lege in Regno ſtatutum fuiſſe, ut paragium fœminæ debitum, ea antè nuptias decedente ad hæredes tranſmitti poſſit, ſed id deduxerunt *Doctores* ex ea ſumma ratione, ut pluries diximus, quod Conſtitutio excludendo fœminas à ſucceſſione propter maſculos, eiſque reſervando paragium, videatur illud reſervaſſe loco legitimæ, ideòque cùm loco legitimæ ſucceſſerit, non minus quàm ipſa legitima tranſmittatur. Non tamen diſtinguunt *Doctores*, quæ portio paragij ſit, quæ tranſmittitur, integrum ne illud, ſcilicet tàm ex feudis, quàm allodialibus debitum, an verò tantùm ex allodialibus, ſed loquuntur indiſtinctè; Quamobrem ſi iſti *Doctores* intelligunt, ut tranſmittatur tantùm paragium ſuper burgenſaticis tolerabilius eſt, ſin verò intelligunt, ut tranſmittatur etiam ex feudis, nullo modo ferendum eſt. 29

Nam ea ratio, * qua ipſi moventur ad probandum tranſmiſſionem, omninò deficit in feudis. Quia fœminæ non fuerunt excluſæ à ſucceſſione feudorum per Conſtitutionem, *In aliquibus*, ſed erant excluſæ à jure communi feudorum quo jure inſpecto fœminæ à ſucceſſione feudorum omninò repellebantur, etiamſi non extarent maſculi, ut ſupra initio diximus, & latè probat *Bottil. de ſucceſſ. cap.* 3. *theor.* 108. *n.* 1. *&* 2. Deindè ab hac Conſtitutione Federici fuerunt habilitatæ ad ſuccedendum, quando non adeſſent maſculi. Quamobrem quod ſpectat ad feuda ceſſat illa præſumptio, quòd Conſtitutio excludendo fœminas à ſucceſſione, voluerit hoc paragium ſuccedere loco legitimæ, quod haberent in vicem excluſionis; Cùm potiùs rectè deducatur oppoſitum, ſi ita ratiocinemur. Fœminæ feudorum omninò incapaces erant antè Conſtitutionem, *In aliquibus*, ex jure communi Feudorum, deinde per hanc Conſtitut. fuerunt admiſſæ ad ſucceſſionem feudalem, cùm deficerent maſculi: unde totum jus, quod fœminæ habent ad feuda, immò quod poſſint ad feuda ſuccedere, totum habent ex gratia hujus Conſtitutionis, ut dicebat *Anton. de Alexandro in ſupra cit. conſil. nu.* 56. Ubi igitur hic eſt legitima debita jure naturæ, in cujus locum paragium ſubrogari potuerit? & ubi hic conſiderari poteſt portio ſucceſſionis fœminis alioqui debita, & à qua ſint excluſæ per Conſtitutionem, cujus portionis loco paragium cedat, 30

Digitized by Google

dat, ut dicitur in burgenſaticis ? Certè nullo modo: cùm nihil ex ſucceſſione feudali fœminis deberetur, & proinde è nulla ejus ſucceſſionis parte ſint excluſæ per Conſtitutionem. Sed Conſtitutio quemadmodum ex gratia admiſit fœminas ad ſuccedendum ad feuda cùm non extarent maſculi, ita etiam ex mera gratia voluit, ut extantibus maſculis eis paragium ex feudis deberetur. Undè ſatis manifeſta eſt diverſitatis ratio inter burgenſatica bona, & feudalia. In burgenſaticis enim conſiderari potuit, quòd fœminis de jure communi debebatur pars ſucceſſionis, vel ſaltem legitimæ, quapropter cùm de jure Regni ad integram ſucceſſionem vocantur maſculi tantùm, excluſis fœminis, cum onere tamen eas maritandi, & dotandi de paragio, potuit ſumi ea interpretatio, ut dos ſuccederet in locum ejus legitimæ, quæ de jure communi præciſo Jure Regni eis debebatur. Sed in feudalibus de Jure communi feudorum nihil fœminis debebatur, unde cùm Conſtitutio jubet extantibus maſculis fœminas maritari de paragio, dici non poteſt, quod hoc paragium, quod ſpectat ad feudalia, ſucceſſerit in locum legitimæ portionis: Cùm igitur in locum legitimæ ſuccedere non potuerit, ſequitur, ut paragium ex feudis debitum ſit conditionale, & tunc demùm debeatur, ſi fœmina nupſerit.

31 Sed alia etiam ratione probatur, † paragium ex feudis Juris Francorum debitum loco legitimæ ſuccedere non potuiſſe; Quia cùm ad feuda Jure Francorum vocetur ſolus primogenitus, excluſis non dum fœminis, ſed etiam minoribus fratribus, adeò ut totum feudum dicatur legitima primogeniti, *Oldrad. in conſil. 94. Canonſta in cap. licèt, extra de voto, Andreas in Conſtit. dignum, Afflict. in Conſtit. Comitibus, in 3. notab. Camerar. in l. Imperialem. §. præterea ducatus, pag. 99. vol. 3. Annus ſingul. 197. Minadous conſ. 1. n. 16. Theoder. alleg. 20. n. 5. Montan. controv. 23. n. 5. Capan. de vit. milit. qu. 3. n. 3.* ſequitur, nec fœminis, nec fratribus ſecundogenitis deberi legitimam in hujuſmodi feudis: ut in ſecundogenitis concludit *Camerarius in d. l. Imperialem, pag. 102. col. 4. lit. R.* eis non deberi legitimam, ſed tantùm in Regno vitam militiam, & extra Regnum alimenta: Nam ſi ſolus primogenitus in toto feudo ſuccedit, illudque dicitur legitima primogeniti, quomodo ſuper eo competere alia alia legitima poterit? ut poſt *Lanarium*, alioſque bene arguit *Capanus loc. cit.* Igitur id, quod fratribus minoribus, aut ſororibus ex feudo debetur, loco legitimæ ſuccedere non potuit, cùm eis nulla legitima deberetur; ſed erit potiùs quædam quantitas, ſive præſtatio à legibus Regni definita, quæ loco alimentorum, ut veriſimile videtur, ſuccederet, *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſ. Reg. §. 4. n. 68. Praſ. Merlin. lib. 2. controv. cap. 10. n. 5.* Cùmque id, quod pro alimentis maſculis debetur, in fœminis converti ſoleat in dotem, nam quemadmodum illi alimentorum, hæ dotis indigent, ut nubere poſſint, quæ ſemper eſſe ſolet in proprietate: idcirco hæc diverſitas invenitur inter vitam militiam maſculorum, & paragium fœminarum, quod illa ſit annua quædam præſtatio ex fructibus feudi, & morte extinguatur: hoc verò debeatur in proprietate, & poſt nuptias ad hæredes tranſmittatur, *Petr. de Greg. de vit. mil. quæſt. 2. n. 7. & 8. q. 11. n. 5. Capan. de vit. mil. q. 5. n. 3. Reg. Tap. in deciſ. Sacr. Conſ. 14. n. 39.* Sed tam vita militia, quam paragium ex eadem ratione introducta fuere, ut ſcilicet tam ſecundogenitis, quàm fœminis ſubvenireretur, qui cùm in feudo ſuccedere non poſſent, quod totum eſt maſculi primogeniti, tamen aliquid haberent, quo illi vivere, & militare, hæ verò nubere poſſent. In his verò Juris Francorum conditores ad legitimam nullo modo reſpexerunt, cùm nec Jus Francorum, nec Jus commune feudorum, leges, ac diſpoſitiones juris civilis ſequantur, ut benè notat *Montanus in d. l. Imperialem, §. præterea ducatus, num. 109. verſ. pariter, & in controv. 23. num. 3.* Hinc eſt, quod in toto volumine feudali nunquam legitima nominetur, ut idem *Montan.* teſtatur *loc. cit.*

Quamobrem non debent confundi ea, † quæ 32
in legitima juris civilis Romanorum ſervantur, cum vita militia, & paragio; quippè quæ ratione longè diverſa à legitima, & longè alio jure introducta fuere, ut rectè ibidem proſequitur idem *Montanus.* Ex his aliiſque rationibus, vitam militiam loco legitimæ non ſucceſſiſſe, evidentiſſime probarunt *Loffredus in paraph. feud. cap. 1. §. quid ergo, de inveſt. de re alien. fact. verſic. vel danda militia, Minadous conſ. 1. à num. 56. Capyc. deciſ. ultim. n. 6. Frecc. de ſubfeud. lib. 3. differ. 19. inter feud. ex pact. num. 2. Petr. de Greg. de vit. milit. q. 2. num. 7. Capan. de vit. mil. q. 3. per totam. Bambacar. in cap. omnes filij, ſi de feud. fuer. contr. q. 6. & Montan. loc. cit.* Quidquid contra ſcripſerint *Camill. de Medic. conſ. 8. Fab. Ann. conſ. 6. Scip. Theoder. alleg. 20.* qui omnes in eadem cauſa ſcripſerunt pro Marchione Campaneæ primogenito, contra Horatium Grimaldum ſecundogenitum, qui petebat vitam militiam in ſucceſſione tranſverſali. Undè patroni Marchionis inter alia argumenta contra ſecundogenitum, eo etiam uſi ſunt, quod vita militia ſucceſſerit loco legitimæ, undè quemadmodum legitima non debetur in ſucceſſione tranſverſali, ita nec etiam vita militia. Sed etſi in deciſione illius cauſæ ſecundogenitus ſuccubuit, tamen hujus argumenti nulla habita ratio fuit, ut patet ex *deciſ. Gizzarelli 36. num. 71. cum ſeqq.*

Hoc præſuppoſito, ſi vita militia loco legitimæ non ſucceſſit (quæ procul dubio verior ſententia videtur) cur idem non ſit in paragio, rationem nullam video: nec quomodo maſculis ſecundogenitis legitima ex feudo non debeatur, fœminis verò debeatur, ut ejus loco paragium ſucceſſerit; Certè *Roſenthal. de feud. cap. 7. concluſ. 13. numero 9.* indubitabile putat, ut fœmina ex feudo antiquo, etiam hæreditario, legitimam habere non poſſit; Et *Montanus* in feudali jure doctiſſimus *in contr. 23.* omninò videndus, optimè probat, ut ſolet, nec vitam militiam, nec ipſum quoque paragium loco legitimæ ſucceſſiſſe.

Tandem paragium ex feudis non tranſmitti, alia etiam ratione ſuadetur: Certum eſt feuda in Regno magis gravari propter fœminas, quàm propter maſculos; Maſculi enim ſecundogeniti vix habent ex fructibus feudi vitam militiam, ut in *Conſtit. Comitibus*, quæ morte eorum extinguitur, Fœminæ verò habent ex feudo paragium in proprietate. Quod perabſurdum videtur, ſi conſideremus rationem propter quam conſtitutum eſt, vitam militiam morte ſecundogenitorum extingui: quæ non alia fuit niſi ut proprietas feudi conſervetur integra penès primogenitum, & nè feudum deſtruatur, ut inquit *Afflict. in d. Conſtit. Comitib. notab. 3.* Cur idem ſervatum non fuit in paragio, ut illud debeatur etiam ex fructibus, & morte extinguetur, ut integra proprietas feudi conſervetur? Nam non omninò tutum illud remedium fuit, ut paragium debeatur in pecunia, & non de corpore feudi, cùm pro conſequutione paragij ipſum corpus feudi exequatur, *Andreas in Conſtit. In aliquibus, col. 7. in princ.* Deſtrui igitur poteſt feudum pro paragio, deſtrui non poteſt pro vita militia. Cur hoc tàm variè conſtitutum eſt?

Dici

Dici non poteſt Conſtitutiones Regni plus faviſſe fœminis, quàm maſculis, cùm ſemper leges Regni maſculos fœminis præferant, &, quod *Conſtit. In aliquibus* ſit facta in favorem maſculorum, non ſemel dixit *Iſernia*.

Illa igitur erit ratio hujus diverſitatis: quod leges Regni, quæ vocant ad feuda ſolum maſculum primogenitum, conſulere etiam voluerunt neceſſitati cum ſecundogenitorum, tùm fœminarum. Maſculi ſecundogeniti ſatis habent ſi vivant, & militent, nihil opus habent prætereà: idcircò ex fructibus feudi certa quantitas eis conſtituitur, quæ ad id ſufficiat; eò magis cùm poſſint ad melioris fortunæ compendium aſpirare, & augere ſe, & bona ſua, ut verbis utar *Andrea*. Fœminæ verò videntur principaliter ad nuptias genitæ, unde eis conſulendum fuit, ut poſſent pari nubere, cùmque vix poſſent nubere, niſi haberent dotem in proprietate, igitur neceſſariò conſtituendum fuit, ut fœminis deberetur paragium, ex feudo etiam in proprietate, & feudum gravaretur magis propter fœminas, quàm propter maſculos. Sic videmus filiæ ſpuriæ deberi dotem in proprietate, ut deciſum refert *Præſ. de Franchis in deciſ.* 283. licèt regulariter ſpuriis ſola alimenta debeantur, *c. cum haberet, extra de eo, qui dux. &c.* quia niſi ſpuriæ haberent dotem in proprietate virum invenire non poſſent, ut ſcribit idem *Franch. in d. deciſ. in fin.* Et quidem, ſi fœminæ abſque dote nubere potuiſſent, quis dubitet, ſtatuentes eis nihil aliud niſi ſola alimenta decreturos fuiſſe. Propter neceſſitatem igitur nuptiarum hoc conſtitutum fuit, ut fœminis ex feudo debeatur dos in proprietate: Sed ſi hanc neceſſitatem nuptiarum demas (quæ verè fuit finis ſtatuentium) quid hoc eſſet iniquius? ut fœminæ quæ antè nuptias deceſſerint, poſſent tranſmittere hoc paragium ſuper feudo, quando ſecundogeniti nihil ad hæredes ex feudo tranſmittere poſſunt? & quæ ratio eſſe poteſt, ut in feudo plus liceat fœminis, quàm maſculis? Adde quod ſi paragium ſuper feudo tranſmitteretur, abſque ulla neceſſitate deſtrueretur feudum, quòd adeò abhorrent leges Regni, quæ ſemper voluerunt ut feuda, quo ad poſſibile ſit, integra penès primogenitum conſerventur, ut benè advertit *Conſ. Theodorus d. alleg.* 20. *num.* 17.

Januarius Andreas.

ARGUMENTUM.

De ſalote Civitatis, ad quem ſpectet, deque illa conſervanda, quorum officio, & ſumptibus, quavè diligentia. Item de pœna delinquentium in deputatione ſanitatis, & an, & quando reſtitutus à Principe officium, beneficium, aut feudum recuperet, à cujus exercitio fuerat ejectus propter delictum, in illius adminiſtratione patratum, præſertim cùm collatio non ad Principem ſpectet, ſed ad alium multis additis. De requiſitis, & admittendis in judicio ſpolij, atque ſummario, & interdicto undè vi, ad intellectum text. *in c. reintegranda 3. q. 1.*

SUMMARIUM.

1 *Salus Civitatis ad nullum magis ſpectat, quam ad Principem.*

2 *Morbus inducitur ex participatione, & converſatione cum morboſis in Civitate.*

3 *Salus ut conſervetur Decuriones deputantur à Civitate, ut curam ſanitatis habeant, qui quales eſſe debeant, num. 4. & num. 6. olim nuncupabantur Cuſtodes portarum, n. 5. hodiè vocantur Deputati ſanitatis, n. 8.*

7 *Deputatorum pro cura ſanitatis quod fuerit olim, & ſit officium hodiè, & n. 11. eſt maxima confidentia, n. 15: per quos, & quo jure eligantur, & qui, n. 9. & n. 43. in à quibus ſolvatur ſalarium, & quale, n. 10. cum quibus gravia conferant, n. 18.*

12 *Mercium introductio in Civitatem ut admittatur quis uſus, & an valeat, n. 13.*

14 *Bullettinum ſalutis debet continere diem diſceſſus à loco, & loci nomen, à quo deferens diſceſſerit.*

16 *Cuſtodes portarum, & Deputati ſanitatis permittentes introduci merces abſque bullettino, vel cum illo falſo, aut ex loco ſuſpecto graviſſimè puniuntur pœna practicata refertur, n. 29.*

Appellantur proditores patriæ, ac ſi inimicam gentem introduxiſſent, n. 27.

18 *Deputatis ſalutis in Civitate Neapolis qui præſit, in quo, & qua de cauſa.*

20 *Spolii judicium quamvis ſit ſummarium, requirit tamen cauſæ cognitionem, & ut eo remedio agens doceat ſe talem qualem aſſerit, n. 21. in eo admittitur cognitio circa illegitimationem perſonæ, n. 22. requiritur litis conteſtatio, n. 23. eſtque concedenda, ſi opus ſit, dilatio etiam extra locum judicij pro faciendis probationibus, & quarè, numero 24.*

25 *Cauſa quantumcunque ſummaria ſit, non excluduntur probationes neceſſariæ aut defenſiones.*

26 *Judicium ſummarium differt ab ordinario circa illius abbreviationem, non circa ſolemnitates.*

27 *Exercitium, non dominium transfertur conceſſo officio.*

28 *Agens remedio* cap. reintegrandæ 3. q. 1. *quid probare debeat, & quid in interdicto undè vi, numero 29.*

30 *Actore non probante reus abſolvitur.*

31 *Ei, qui ſua culpa à poſſeſſione cecidit, reſtitutio non conceditur.*

32 *Remedium* d. capit. reintegrandæ *non competit ei, qui ex privata ſua culpa à poſſeſſione cecidit.*

Ampliatur, etiam in interdicto undè vi, numero 33.

34 *Interdictum undè vi competit ei, qui ſpoliavit, vel ſpoliare mandavit.*

35 *Interdicto undè vi debet probari ſpolium cum violentia.*

36 *Habente beneficium præſente, & tacente dum fuerit alteri ejuſdem beneficij facta collatio, valida erit.*

37 *Præſens & tacens videtur conſentire.*

38 *Habens jus in re, vel ad rem in aliquo beneficio poteſt ſuo juri renunciare, nedum verbis expreſſis, ſed etiam tacitis, quando etiam procedit in feudo, num. 40.*

39 *Taciti, & expreſſi eadem eſt operatio.*

41 *Negligentia in non contradicendo nocet ſpoliato.*

42 *In interdicto undè vi actor obtinere non poteſt contra ſingularem ſucceſſorem, etiam ſi in vitium dejectoris ſucceſſerit.*

43 *Maxime quando poſſidet, cum titulo, & cauſam habet à bonæ fidei poſſeſſore.*

44 *Actor debet probare dolum ſpoliantis.*

45 *Spoliatus reſtitui non debet, quando in promptu conſtat exceptio proprietatis, quod procedit, quamvis idem conventus poſſeſſor eſſet ſpoliator, num. 46.*

47 *Spolium ad excludendum omnis in dubio interpretatio capi debet.*

48 *Damnatus*

Digitized by Google

48 *Damnatus per ſententiam amittit officium, & ejus exercitium.*

49 *Reſtitutus à Principe non recuperat bona, vel jura in tertium tranſlata, & quare, numero 50.*

51 *Reſtitutus à Principe non reſtituitur ad officium alteri conceſſum, quid ſi reſtitutio fiat antequam officium alteri concederetur, n. 52. vel antequam gratia præſentaretur, n. 57.*

53 *Reſcripti gratioſi verba diligenter ſunt attendenda.*

54 *Verba Principis,* tibi gratiam facimus, *non important reſtitutionem plenariam, ſed remiſſionem pœnæ corporalis, & in quo differant à verbo,* reſtituimus, *n. 55.*

56 *Reſtitutus, per verbum,* reſtituimus, *cenſetur reſtitutus ad omnia.*

57 *Reſtitutus non reſtituitur ad officium alteri collatum poſt reſtitutionem factam, ſed ante præſentationem gratiæ.*

58 *Officij ad adminiſtrationem non admittitur qui in illo deliquit quamvis reſtituatur per Principis reſcriptum, ad illud in ſpecie diſpenſando, n. 59. maxime ſi ex reſtitutione ſcandalum oriretur, n. 60.*

61 *Præſentatus à majori parte admitti debet in beneficio niſi præſentatus ratione ſcandali inhabilitaretur ad illud obtinendum.*

62 *Reſtitutio Principis facta ad officium, intelligitur officio, cujus collatio ſpectat ad illum, non ad alium, cùm ſit illi alio jus quæſitum, num. 63.*

64 *Gratia nunquam intelligitur facta in tertij præjudicium.*

65 *Prorex ut præſumatur voluiſſe aliquem reſtituere ad officium, cujus collatio alteri erat devoluta, quæ requirantur.*

66 *Clericus beneficiatus per ſententiam condemnatus, & degradatus, ſi à Papa ſit reſtitutus, etiam ad beneficium, an, & quando Pontifex intelligatur voluiſſe præjudicare patrono laico, cui interim per ſententiam fuit jus quæſitum alterum præſentandi.*

67 *Condemnatus ſi dum ad patibulum duceretur reſtituatur à principe, an, & quando recuperet feudum.*

68 *Deciſio cauſæ refertur.*

Pro Julio Vitale, & Fideliſſima Platea Populari Civitatis Neapolis, contra Marcum Antonium Gallum.

CONSULTATIO LXII.

1 SAlutem Civitatis nulli magis, * quam ad Principem ſpectare dixit Imperator *in l. nam ſalutem, ff.*
2 *de offic. Præfect. Prætor. Urb.* Et quis ex participatione, * & converſatione cum morboſis in Civitate morbus inducitur, ut dicit text. *in l. ædiles, §. prædiis, ff. de ædilit. edict.* propterea inter alia remedia ad ſalutem, *
3 conſervandam jure introductum, ut à Civitate, *
4 * ſive ejus Decurionibus deputentur perſonæ habiles, diſcretæ, & fideles, quæ curam ſanitatis habeant,
5 quæve antiquitus Cuſtodes Portarum nuncupabantur, ut dixit Ripa *in tractat. de peſte, in tit. de remed.*
6 † *ad conſervandam ubertatem, n. 188.* quarum officium erat illud idem quod noſtri Deputati faciunt, * con-
7 tagioſos nempè, & contagione ſuſpectos una cum eorum bonis ab ingreſſu loci arcere, ut dixit idem *Rip. in loco citato, n. 183. Hiero. Prævidellus in tract. de peſt. & ejus privil. cap. ultimum,* qui Cuſtodes, ſive Deputati debent eſſe diſcreti, induſtrii, & fideles, ut habetur ex text. *in clement. 1, & ibi notant Card. & Innoc. extr. de hæretic.*

In hac autem noſtra Civitate iſti Cuſtodes * Por- 8
tarum vocantur deputati ſanitatis, quorum unus
eligitur de nobilibus per Plateam † Sedilis Portus ex 9
antiqua conſuetudine, alter verò eligitur per Fide-
liſſimam Plateam Populi, * quibus Deputatis à pu- 10
blico Ærario Civitatis ſolvitur condecens ſalarium,
& horum officium eſt curam habere, * nè introdu- 11
cantur merces, aut alia ex locis de peſte ſuſpectis, &
propterea conſuetudine per omnes † Mundi partes 12
introductum eſt, ut mercium introductio non ad-
mittatur ad Civitatem, niſi literas dimiſſorias, quas
vulgò *Bullettina* vocant, aſportantes oſtenderint,
per quas Officiales, ad quos ſpectat, teſtantur, eos
diſcedere de loco non ſuſpecto, de qua conſuetudi-
ne, * & ſtilo teſtatur idem *Rip. in loc. cit. n. 168.* qui 13
hanc conſuetudinem valere probat ex text. *in l. unica, C. de lictor. & itiner. cuſtod. li. 12.* ubi *Bart.* † quod 14
quidem Bulletinum debet continere idem diſceſſus a-
licujus à loco, nomen loci, à quo diſcedit, *l. unic. C. de tractator ſtativis, lib. 12.*

Cùmque officium prædictum * ſit maximæ confi- 15
dentiæ, ideò jure cautum eſt, quod ſi iſti Cuſtodes
Portarum, ſive, ut nos vocamus, Deputati ſanitatis
introduci permittant merces; * abſque bullettino, vel 16
cum illo falſo, aut ex loco ſuſpecto, graviſſimo ſup-
plicio puniuntur, *l. 1. Cod. de fund. & ſalt. rei dom.* Imò
proditores patriæ, † ac ſi inimicam gentem introdu- 17
xiſſent, Rip. *ead. tract. n. 294.* & propterea in hac Ci-
vitate ſemper ſolet deſtinari Decanus ex Dominis
Regentibus Collateralis Conſilij, * qui negotiis præ- 18
dictis præſit, cum quo per dictos Deputatos omnia
gravia conferuntur, & ipſe mandat, quid obſervan-
dum ſit, quod quidem jure fundatur, cum ſalus
Civitatis principaliter ad Principem ſpectet, ut ſu-
pra diximus.

His præmiſſis cùm annis elapſis fuiſſet in officio
prædicto electus à Platea Populi Marcus Antonius
Gallus, * ob facinora in dicto officio patrata, fuit de 19
ordine Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Domini Co-
mitis de Lemos, tunc Proregis hujus Regni exulatus
per quadriennium extra Provinciam, & condemna-
tus ad intereſſe partium, & dicto officio privatus,
quod fundatur ex text. *in l. Judices, C. de dignit. l. 12. & in l. ſi aliquid, C. de Suſcept. Præpoſ. & Arcar. lib. 10.* & hæc ſententia exequuta fuit, & per dictum Mar-
cum Antonium acceptata. Imò die 11. Martij 1615.
præſtitit cautionem de ſervandis finibus, ut apparet
ex relatione tunc Judicis M. C. V. hodiè verò Di-
gniſſimi Conſiliarij Julij Maſtrilli.

Poſtea in diſceſſu dicti Excellentiſſimi Comitis
de Lemos fuit idem Marco Antonio facta gratia
exilij, & habilitatio ad prædictum officium exer-
cendum, quæ tamen gratia non apparet, quod fue-
rit executoriata in dicta magna Curia.

Tandem aliquibus annis elapſis in anno 1620. pe-
tiit, in officio reponi, & reintegrari, tanquam per
vim, & non ſine apertiſſimo ſpolio ſpoliatum exer-
citio dicti officij, & in eo intruſum fuiſſe Julium Vi-
talem, qui poſt privationem ipſius Marci Antonij
per Plateam Populi fuerat electus, pro qua reinte-
gratione acerrimè ipſe inſtabat.

Pro hujus articuli deciſione, ut ab ordine inci-
piamus, dicebatur pro parte Julij Vitalis, quod huc-
uſque non fuerat in hac cauſa datus terminus, ne-
que compilatus proceſſus, & tamen multa in facto
erant propoſita per Marcum Antonium, & multa
replicata per Julium, & per Plateam Populi, quæ in
hoc judicio ſubintravit, & per hoc judicium ſpolij
quamvis ſit ſummarium, * tamen requirit cauſæ co- 20
gnitionem, ut habetur ex text. *& ibi Paul. de Caſtr. & alij in l. ſi non cognitis, C. ſi contra jus, vel utilitatem publicam, Afflict. in dec. 361. n. 36.* requiritur etiam, ut
agens hoc remedio ſe doceat talem, † qualem aſſerit, 21
ſecundùm communem opinionem, ut per Doct. *in l.*
naturaliter.

Digitized by Google

23 *naturaliter*, *§. nihil commune*, *ff. de acquir. poſſ.* * & co-
gnitio circa legitimationem perſonarum eſt admit-
tende, Guidop. *in recoll. dec.* 172. Menoc. qui elios ci-
tat *de recuper. poſſeſſ. remed.* 15. *q.* 24. *n.* 233. Rot. Ge-
24 nuenſ. *dec.* 155. Rurſus requiritur litis * conteſtatio,
Menoc. *ibid. q.* e2. *n.* e53. eſt eriem, ſi opus fuerit,
25 concedende dilatio extra locum jodicii †pro faciendia
probetionibus, quia conventus legitimas probationes
habere poteſt per inſtrumentum, vel confeſſionem
pattium, vel per acta judicialia, Menoc. *ibid.* 313. *cum
ſeq.* Maſcard. *concl.* 1334. *quentumcunque enim cauſa
ſit ſummaria, neque probariones neceſſariæ, neqoe
defenſiones excluduntur, Bat. *in l. Judices, C. de judic.*
26 Franc. Marcus *q.* 714. †differt enim à judicio ordina-
rio circa illius abbreviationem, non eutem circe
27 ſolemnitates, * *Puteus deciſ.* 130. *lib.* 3. *quod maximè
procedit in officio, in quo non tensfertur domi-
nium, ſed tantùm, exercitium. Frenc. de Amic. *de his
qui feud. dar. poſſ. ſ.* 62. *de Ponte*, qui alios refert *conſ.*
1e2. & Capyc. *dec.* 121.

28 Inſuper agenti remedio text. * *in cap. reintegranda*
3. *qu.* 1. ad hoc ut obtinere poſſit neceſſe eſt probare,
cecidiſſe à poſſeſſione ſine culpe, vel facto ſuo, Spe-
cul. *in tit. de reſtit. ſpoliat. §.* 1. *n.* 13. Bald. *conſ.* 321. *n.* 1.
vol. 3. Alex. *conſ.* 117. *vol.* 2. & *conſ.* 91. & 94. *vol.* 5. &
c. 33. *n.* 1. *vol.* 6. cum aliie cumulatis per Affl. *dec.* 361.
num. 1. per Menoc. *de recuper. poſſeſſ. remed.* 15. *d. q.* e2.
num. 383.

29 Et dum * in ejus petitione deduxit ſpolium etiam
per vim, & metum, & ſic interdictum undè vi, pro-
bere neceſſe habebet, tunc temporis prodeſſe, &
ſpoliatum fuiſſe, ed text. *in cap. conſultationibus*, *de
offic. deleg. cap. olim*, *il primo*, *ubi gloſ. in verbo reſtitu-
tionem*, & *in cap. cùm ad ſedem*, & *in cap. cùm in lite-
ris ubi gloſ. de reſtit. ſpol.* Bald. *in cap. cum Eccleſia Su-
trina*, *n.* 13. *de cauſ. poſſ. & propr. l.* 1. *§, interdictum au-
tem*, *ff. de vi. & vi armat.* Cravett. *c.* 140. *n.* 1. Cephal.
conſ. 100. *n.* 22. *vol.* 1. Curt. ſen. *conſ.* 70. *n.* 1. & *conſ.*
72. *vol.* 4. cum aliis relatis per Boët. *dec.* 238. *n.* 3. &
Afflict. *deciſ.* 85. *n.* 2.

30 Sed ut ex * nunc prætereα, qoæ in facto erunt de-
ducenda, cognoſcant circumſpectiſſimi Domini
Judicantes, nullum jus competere dicto Marco An-
tonio, etiem compilato proceſſu ſufficeret dicere,
quòd dum actor nihil de incumbentibus ad obti-
nendum probaverit, reus veniret abſolvendus, ex
regula text. *in l. qui accuſare*, *C. qui admitt.* imò ex
ſcripturie productis per eundem actorem contra-
tium ejoe intentionis elicitur, & quod attinet ad
31 remedium * *cap. reintegranda* notorium eſt, quod ipſe
ſua culpa à poſſeſſione officii cecidit, ob delicta in
eodem officio patrate, & ei, qui ex ptopria culpa à
poſſeſſione cecidit, reſtitutio minimè conceditur,
ut ex *Speculatore*, & eliia ſupra probavimus, & habe-
tur ex Ruin. *c.* 48. *n.* 10. *vol.* 4. Soc. ſen. *conſ.* 39. *ſub n.* 5.
vol. 3. Soc. jun. *conſ.* 48. *n.* 3. & 6. *vol.* 2. & *conſ.* 68. *n.* 13e.
vol. 3. Affl. *dict. dec.* 361. *n.* 1. †privato enim ſue culpa re-
32 medium iſtud non competit Bald. *conſ.* 176 *lib.* 3. Ur-
ſil. *ad Afflict. deciſ.* 3e7. *num.* e. & idem Afflict. *deciſ.*
39e, *num.* 27. ubi ſic refert per Sacr. Conſilium deci-
ſum, Doctor. *in cap. cùm accedens*, *il primo*. ubi Ar-
chidiec. Jo. Andr. Hoſtienſ. Ant. de Buttio, *Abbas
Siculus*, & *alii*, *ut lit. non conteſt.* Dec. *c.* 53. *col.* e.
verſ. prima facie.

Ex quo ſequitur, quod etiam deficit in interdicto
undè vi, quia nec competit ei, qui ſua culpe cecidit
33 à poſſeſſione, Alex. * *conſ.* 6. *ſub n.* 5. *vol.* 6. Barbat. *conſ.*
90. *ver. ſi. vol.* 4. *Lapus alleg.* 52. *n.* 5. Dec. *c.* 56. *ſub n.* 4.
34 & alii per Menoc. †*de recup. poſſ. remed.* 15. *n.* 95. Præ-
terea hoc interdictum undè vi competit ſpoliato
contra eum, qui ſpoliavit, vel ſpoliari mandavit, *d.
cap. cùm ad ſedem*, *de reſtit. ſpoliat.* Specul. *in eodem
tit. §.* 1. *per totum*, & præſertim *numero* 11. Cald.
conſil. 321. *in princip. numero tertio* & *conſil.* 489.
vol. primo Caſtrenſ. *conſil.* 250. *numero ſecundo in fin.*
volumine 2. Anton. de Buttio *c.* 92. *in princip.* Alex. 35
conſil. 94. *numero* 11. *cum ſeqq. vol.* * *quinto*, ubi etiam
quod deber probari ſpoliom eum violentia, ſequi-
tor Contardus *in l.* 1. *numero* 16. *in fine*, & *numero*
22. *ſi de momcnt. poſſeſſio*, *fuer. appellat.* & certum
eſt in facto, quod Marcus Antonius fuit officio
prædicto per ſententiam privatus in anno 1613.
quo tempore fuit iotetim quod alius à Platea
Populi eligeretur datus Capitaneo Juliano Belenda,
qui exercuit per annos tres, uſque ad 1616. quo fuit
officium prædictum coonceſſum ipſi Julio Vitali reo
convento, qui pacifice, & quiete exercuit, uſque ad
annum 1610. quo tempore fuit præſens judicium
intentatum, & ſic omnia requiſita ſpolii deficiunt,
non enim adfuit violentia, quæ requiritur in dicto
interdicto, cùm Julius poſt conceſſionem ſibi fa-
ctam pecificè, & quiete poſſeſſionem officii adeptus
fuit, & illud exercuit per quatuor annos, vidente, &
patiente eodem Marco Antonio, & nunquam con-
tradicente, ex qoo ſuccedunt plures juris regulæ, &
prime, * quia quamvis aliquod jus Marcus Antonius 36
in dicto officio tunc temporis habuiſſet, illud amiſit,
ſimile habemus in beneficio, cujus ſi beneficiero
præſente, & tacente fuerit facta collatio, valida erit,
quia præſens, * & tacene videtur jori ſuo renunciaſſe, 37
Prapoſit. & *Archidiac. in cap. ſi ſervus* 54. *diſtinct.* &
communem, & veriorem dixit Pariſ. *conſ.* 76. *nu.* 14.
vol. 4. * ea retione qoia habens jus in re, vel ad rem in 38
aliquo beneficio, poteſt dicto juri renunciare, nedùm
verbis expreſſis, * ſed etiem tecitis, quia taciti eadem 39
eſt operatio, qood expreſſi, eſt *tex.* & *ibi glo.* &
Scribentes in cap. ex ore, *de his*, *qua fiunt major. par.
Capit.* & eſt etiam *text. in clement. gratia*, *de reſcript.*
quod etiem procedit in feudo, * nam ſi præſente eo, 40
qui jus in eo prætendit, & non contradicente dominus
alteri concedat, videtur conſentire, *cap.* 1. *§. praterea*,
ubi gloſ. in verbo regreſſum, *quib. mod. feud. amit.* ut ex
Bal. Andr. Alver. & *Prapoſit.* tradit idem Pariſ. * *in loco* 41
ſupra cirato *num.* 15. illa enim negligentia in non
contradicendo nocet ſpoliato, cùm potuerit contra-
dicere, & non contradixit, *l. commodiſſime*, *ff. de liber.
& poſthum. l. tractabatur*, *ff. de milit. teſtam.* Ruin. *c.*
69. *num.* 14. *vol.* 1. Socin. *d. conſ.* 266. *n.* 19. *vol.* e.

Secundò, ex iia etiam infertur, quod quando
agitur * contra poſſidentem dicto interdicto, contra 42
eum, qui non ſpoliavit, non poteſt actor obtinere,
quamvis poſſeſſor in vitium ſucceſſerit, & à dejecto-
re cauſam haberet, quia datur contra dejectorem,
non autem contra ſingularem ſucceſſorem, *l. cum à
te. ff. de vi*, & *vi arm.* Angel. *conſ.* 157 *num.* 1. Zabarell.
conſ. e14. Bart *in l. in prin. ff. de Salvian. interd.* *Lapus
dicta alleg.* 52. *n.* 5. quod ex pluribus comprobat
Menoc. *de recuper. poſſ. remed.* 15. *ſub num.* 89. *verſ.
contrariam itaque ſententiam*, ubi etiam de magis
communi teſtatur, & pluribus mediis comprobat,
qood maximè * procedere dicit, quando poſſidet cum
titulo, & bone fide, & ceuſam habet à bonæ fidei, & 43
titulato authore, prout in caſu noſtro, in quo Platea
Populi conceſſionem fecit ex co, quia Marcus An-
tonius per ſententiam ob ejus facinora erat officio
privatus, qoam ſententiam communem etiem dixit
Pariſ. *conſ.* 1. *n.* 166. *vol.* 1. & *Addentes ad Alex. in c.*
6. *n.* 5. *in verbo non ſatis lib.* 3. & debet etiam actor 44
probare dolum ſpoliantis Bald. *conſ.* 98. *in fine*, *vol.* 5.
& *Decius conſ.* 125. *n.* 7. & *conſ.* 671. *nu.* 3.

Tertiò infertur, quod in promptu conſtat, actori
nullum jus competere, * ex quo fuit per ſententiam illo 45
officio privatus, & ſic obſtat exceptio proprietatis,
quo caſu ſpolietom non eſſe reſtituendum, dixit
Innoc. *in cap. cum Eccleſia Sutrina*, *de cauſ. poſſ.* &
propr. Dec. *conſ.* 191. *num.* 9. Crav. *conſ.* e99. *n.* 8. Natta
conſ. 563. Menoc. *de recup. poſſeſſ. remed.* 1. *num.* e31.
Gabr. *comm. concl. lib.* 5. *concl.* 1. *n.* 104. *de reſtit. ſpoliat.*

Afflict. *& ibi Urſil. dec. 116. n. 2. & dec. 303. in princip.*
Cacher. *dec. Pedemont.* 116. *n.* 2. quod etiam proce-
46 dit, quamvis † idem Julius tonventus fuiſſet ſpolia-
tor, prout fuiſſe judicatum in Regia Camera, refert
Afflict. *deciſ.* 352.

Quartò, quod re vera nunquam fuit nec à Platea
Populari, nec ab ipſo Julio ſpoliatus, & proindè
47 nullo * modo poteſt dici, adfuiſſe ſpolium, & quando
eſſemus in dubio, prout ſumus in claris, omnia capi
debet interpretatio ad exludendum ſpolium, *l. me-
rito, ff. pro ſoc.* Rot. *deciſ.* 450 *diverſ. num.* 9. *p.* 1. *&*
dec. 229. *in noviſſimis ab anno* 1626. *n.* 5.

Ad quod magis probandum conſiderandum
eſt, quod nunquam in proprietate poterit obtinere
quia Marcus Antonius per ſententiam damnatus
48 amiſit † officium, & ejus exercitium, nedum ex juris
diſpoſitione, quia in officio deliquit, per inferius
dicenda, verùm per expreſſa verba ſententiæ fuit
dictum, ut non valeret amplius exercere officium
Deputati ſanitatis, & ſic in totum inhabilitatur ad
illud exercendum, atque ad illud redire non poteſt,
prout in feudo notat Andreas de Iſern. *in l. Imperia-
lem, §. illud de prohibit. feud. alien. per Federic. col.* 5.
vers. hic magis patet, & in Conſtit. Regni Valentiæ, &
eum refert, & ſequitur Afflict. *deciſ.* 224. *n.* 3. *& d.*
deciſ. 361. *n.* 16. quamvis prætendat, per gratiam fuiſſe
49 à Principe * reſtitutum, certum tamen eſt de jure,
50 quod reſtitutus non recuperat bona, vel jura in ter-
tium tranſlata, nam non intelligitur reſtitutio facta
in præjudicium tertii, *l.* 2. *§. ſi quis à Principe, & §.*
merito, ff. ne quid in loc. publ. l. nec avus, C. de emancip.
liber. gloſ. Bart. *& alii in l. Gallus, §. & quid ſi tantum,*
ff. de liber. & poſth. latiſſimè Menoc. *conſ.* 103. *n.* 25.
51 Quod maximè * procedit in officio, quia non
reſtituitur quia ad officium alteri conceſſum, prout
in terminis dixit Lanar. *conſ.* 22. *n.* 18. & ex doctrina
Joannis Fabri *in § cum autem n.* 4. *Inſtit. quib. mod. jus*
patr. poteſt. ſolv. Garſ. Maſtrill. qui alios cumulat *de*
magiſtr. lib. 2. *in tract. ad Indultum general. c.* 22. *n.* 111.
Peregr. *de jur. fiſc. lib* 5 *tit.* 2. *n.* 40.
52 Et quamvis * ex adverſo prætendatur, quod hoc
non poterat applicari ad caſum, cùm reſtitutio, ſive
gratia fuerit facta de menſe Decembris 1615. electio
autem Julii Vitalis à Fideliſſima Platea Populi fuit
de menſe Decembris 1616. & ſic tempore gratiæ non
erat facta aliqua officii proviſio, & per conſequens
non poterat nova electio fieri in præjuditium ipſius
Marci Antonii jam reſtituti, & habilitati ad exercen-
dum officium prædictum, tamen dicto motivo
multipliciter reſpondetur.

Et primò, quia ſi verba gratiæ diligenter perle-
gantur, non fuit intentionis Domini Pro-regis of-
ficium Marco Antonio reſtituere, niſi illum habi-
lem facere ad exercendum, quando de novo à Platea
53 Populi fuiſſet electus, verba enim reſcripti † gratioſi
diligenter ſunt attendenda, & ideò tantùm impor-
tant, quantum ſonant, & propterea quia Princeps
uſus eſt ſolummodò verbis, *Semo remaſti contenti ſi*
come per la preſente ci conſentiamo di far gratia delli
quattro anni d'eſilio extra Provinciam, & anco del-
54 *l'inhabilità * d'eſſercitare detto Officio di deputato della*
ſanità, quæ verba, *tibi gratiam facimus*, ſecundùm
magis communem opinionem non important re-
ſtitutionem plenariam, ſed tantum remiſſionem pœ-
næ corporalis, prout poſt Salicet. *in l.* 1. *C. de ſentent.*
paſſ. habetur ex *Barbat. in cap. cum te, num.* 33. *de re-*
ſcript. idem tenuit Maſtrill. *in dict. tract. ad indultum*
generale, cap. 23. *num.* 6. *&* 7. maximè enim differunt
verba *tibi gratiam facimus* à verbo, *reſtituimus*, per
quæ ad omnia cenſetur reſtitutus, *l.* 1. *& l. fin.* ubi
55 omnes, * *Cod. de ſent. paſſ. &* Maſtrill. *loco* proxime
citaton. 8. apparet ergo, quod per gratiam Dominus
tunc Regni Pro-rex noluit Marcum Antonium re-
56 ſtituere * ad exercitium officii, ſed tantùm illi pœnam
condonare, per quam erat inhabilitatus ad officium
prædictum exercendum, quotieſcumque à Platea
fuiſſet de novo electus.

Secundò reſpondetur, quod quamvis gratia eſſet
facta antequam Julius Vitalis fuiſſet de novo ele-
ctus ad prædicti officii exercitium, attamen veriſ-
ſimum eſt, quod electio fuit facta antequam gratia
fuiſſet * præſentata dictæ Plateæ Populi, per quam 57
erat, vel de novo aliquis eligendus, vel dictus Mar-
cus Antonius reſtituendus, cùm ipſe non petiit of-
ficii prædicti reſtitutionem, niſi in anno 1620. tem-
pore quo Julius Vitalis per annos quatuor admini-
ſtraverat officium, quo caſu ex juris diſpoſitione
non reſtituitur quia ad officium quod fuit alteri
proviſum poſt reſtitutionem factam, ſed antè præ-
ſentationem gratiæ à reſtituto, prout in puncto poſt
Firmian. *in tract. de Epiſcop. l.* 4. *part. ult. n.* 25. tenuit
idem Garz. Maſtrill. in allegato *tract. ad indult. ge-*
neral. c. 22. *n.* 111. *verſus finem*, ex *text. & ibi gloſ. in c.*
innotuit de elect.

Tertiò * reſpondetur, quod ſpeciale eſt in eo, qui 58
in officio deliquit, ut per gratiam non reſtituatur ad
ejuſdem officii adminiſtrationem, lex enim in tan-
tum abhorret Officiales in officio delinquentes, ut
nedum eos officio privandos eſſe diſponat, verùm
ut neque per Principis reſcriptum reſtituantur, eſt
text. ad literam *in l. ſi aliquid, C. de Suſcept. Prapo-*
ſitis, & Arcbariis, l. 10. Joannes Faber *in §. cùm au-*
tem, n. 10. *Inſtitut. quibus modis jus patr. poteſt. ſolv.*
Sfort. Odd. *de reſtit. in integr. part.* 2. *quæſt.* 98 *art.* 4.
num. 46. *de Ponte poteſt. Prorег. tit. de elect. official.*
§. 1. *in princip. Dom. Regens Tapia in tit. de Conſtit.*
Princip. cap. 3. *nn.* 14. *&* 15. licèt hoc limitet, quando
in ſpecie Princeps diſpenſaret, ſed in prædicta limi-
tatione * nihil allegant, & verba text. *in d. l. ſi aliquid* 59
limitationi contradicunt, Maſtrill. *in d. cap.* 22. *nu-*
mero 121.

Quartò † fallit hæc reſtitutio ad officii admini- 60
ſtrationem, in quo tot delicta Officialia commiſit
ratione ſcandali, quamvis enim de jure admitti de-
beat in beneficio præſentatus à majori parte, tamen
fallit, * quando ratione ſcandali inhabilitaretur quia 61
ad beneficium obtinendum, tunc enim non debet
admitti, Lambertin. *de jur. patronat. art.* 8. *quæſt.* 4.
princ. par. 3. *lib.* 2. & non poteſt dubitari, quod maxi-
mum eſſet ſcandalum, ut qui officio fuit ob maxi-
ma facinora privatus, iterùm ad ejuſdem officii ad-
miniſtrationem admitteretur.

Et demum conſiderabatur, * quod reſtitutio ad of- 62
ficium facta per Principem, intelligitur de officio
ad ejuſdem Principis collationem ſpectante, prout
loquuntur omnes Doctores, ſecus autem ad offi-
cium, cujus collatio ſpectat ad alium, prout eſt offi- 63
cium Deputati ſanitatis, quod ſpectat ad Plateam
Populi, cui ſtatim atque fuit Marcus Antonius offi-
cio privatus, erat jus quæſitum alium eligendi, quo
caſu etiam quod eſſet facta alicui reſtitutio pleniſ-
ſima ad officium, non debet ampliùs ad illud reſti-
tui, tum ex regulis generalibus, quia nunquam gra- 64
tia cenſetur facta in tertii præjudicium, tum etiam,
quia noluit * Prorex partibus præjudicare, cùm ex- 65
preſsè dicat, *ſalve le raggioni alle parti per li loro in-*
tereſſi, * tum etiam, quia in hoc acquireretur, nedum 66
expreſſio Principis in reſcripto, ſed etiam particu-
laris derogatio juri eligendi jam devoluto, nam
Clericus beneficiatus per ſententiam condemnatus,
& degradatus, ſi à Papa eſſet reſtitutus, etiam ad
beneficium, non intelligitur velle Summum Ponti-
ficem præjudicare patrono laico, cui interim per
ſententiam fuit jus quæſitum alterum præſentandi,
niſi expreſsè diceret, *derogando juri patronatus*, ut
poſt *gloſ. penult. in capit. quamvis de reſcript. in* 6. *&*
Lambertinum omninò videndum *de jur. patron. ar-*
tic. 8. 6. *quæſtion. principali, lib.* 3. tenuit Peregrin. *de*
Jur.

jur. Fiſci, d. lib. 5. titul. 2. numer. 41. in fine, & hoc indiſtinctè affirmat Joannes de Selva in *tract. de beneſ. quæſtion. 31. part. 2. numero 9.* quem ſequitur Sfortia Oddus *de reſtitut. in integr. part. 2. quæſtion. 98. art. 3. numer. 35.* Rot. *deciſ. 48. ſub tit. de conceſſ. prabend. in antiquis.*

Quibus † accedat id, quod voluit Bald. *in c. 1 ſub*
67 *num. 14. verſic. pone Rex Francorum, hic finitur lex*, qui loquitur in eo caſu, in quo quis dum ad patibulum duceretur, quorundam rogatu fuit ei à Rege indultum, imo fuerat reſtitutus, quærit *Bald.* utrum reſtituatur ad feudum, quod ab eodem Rege, vel ab alio teneretur, rebus in eodem ſtatu permanentibus, & ſic antequam feudum eſſet alteri conceſſum, & ad partes argoendo diſtinguit, quod ſi iſtud feudum erit apertum Regi, illud recuperat, ſed ſi erit apertum alii, illud non recuperabit, cùm reſtitutio Regis nihil operetur in præjuditium tertii, argumento text. *in l. ſi cum Hermes, C. locat.* & poſt Bald. idem tenuit Præpoſit. *in dict. c. 1 verſ. finem.* Ex quibus Julios, & Fideliſſima Platea Popoli omninò ſpectabant obtinere.

Tandem poſt longam diſcuſſionem fuit ſecundùm prædicta judicatum, facta relatione in Collaterali Conſilio per Regentem Decanum, & fuit Julius in exercitio dicti officii conſervatus, quam deciſionem noviſſimè compilavit. Regens Rovit. 10 dec. 37.

OBSERVATIO IN CONSULT. LXII.

ARGUMENTUM.

De conſervanda Civitate tempore peſtis. Adducuntur *Authores*, qui meminere hujus *Conſult.* 62. *Reg. Latr.* Cuſtodia clavium, & portarum alicujus Civitatis ad quoſnam ſpectet? Spolii materia, de qua *Reg. Latr.* in hac *Conſult.* eſt videnda in *Obſerv. Authoris ad Conſult. 47. ejuſd. Reg. Latr.* Princeps quando utitur in reſcripto hac formula, *gratiam facimus*, quid cenſeatur remittere?

SUMMARIUM.

1 *Salus Civitatis ad quem ſpectet?*
2 *Remedia pro cuſtodia portarum Civitatis ad arcendam peſtem.*
3 *Doctores, & Scholares an ſint exempti à cuſtodia portarum tempore peſtis?*
4 *Doctores æqualiter tractandi cum Nobilibus de Sedili in actibus extra Sedilia; Et idem in extraneis Familiis Nobilium in hac Civitate inhabitantium.*
5 Reg. Latr. *noviſſimè adducitur per* Fraſſo.
6 *Cuſtodia clavium, & portarum alicujus Civitatis ad quoſnam ſpectet?*
7 *Spolii materia remiſſivè.*
8 *Princeps quando utitur in reſcripto hac formula*, gratiam facimus, *tantùm cenſetur remittere pœnam corporalem.*

1 DE Salute * Civitatis, ad quem ſpectet, de qua illa conſervanda quorum officio, & ſumptibus, quave diligentia, inquiritur per *Reg. Latr. in hac Conſult.* 62.

2 Eandem * materiam fusè tractat *Seraphinus Maſſin. de confiſcat. qu. 19. per tot.* qui *n. 1.* tradit, quod ad arceodam peſtem debent deputari ad cuſtodiam portarum Civitatis duo, vel tres perſonæ, quas debere eſſe de gravioribus, & nobilioribus, non ſordido quæſtui, ſed ſolis gloriæ ſtimulis, & zelo Patriæ intentis juxtà conſilium *Marchin. de bell. divin. p. 7. c. 4. c. 12.*

Subdit * *Maſſin. n. 3.* quod ab hac cuſtodia regu- 3
lariter ſunt exempti Clerici, & DD. & Scholares, nec poſſunt cogi niſi magna, & urgens neceſſitas premat ex *Pravidell. de peſt. in rubric. de his, quæ ad ſalubrit. Civit. pertinent, §. 1. n. 8. & 9. Intrigliol. ſingul. 94. n. 4. & 5.*

Advertendum eſt, quod in caſu mox relato mag- 4
næ, & urgentis neceſſitatis, Doctores non ſunt cogendi ad cuſtodiam portarum cum ſubordinatione reſpectu Nobilium de Sedili, ſed Doctores æqualem præeminentiam cum Nobilibus de Sedili habere debent, ita ut nulla diſtinctio in dicta cuſtodia ſit facienda inter Doctores, & Nobiles de Sedili; Prout etiam idem dicendum eſt de extraneis familiis Nobilium inhabitantium in hac Civitate; hi etenim nequeant cogi ad ſubeundum munera loco Popularium; & prætenſa præeminentia Sedilium eſt tantum reſtricta quoad actus Sedilium; Prout de his latius diſſerui in meo opuſcul. *de præſtant. laur. doctoral. & alibi.*

Cæterum, † an, & quando liceat tempore pe- 5
ſtis aliquos, aut omnes Civitatis, & loci ingreſſu privare, & prohibere non ſervata certa forma, remiſſivè videndus eſt *Fraſſo de Reg. Patronat. Indiar. cap. 51. n. 56.* ubi citat *Reguer. dec. 8. Coſta conſil. 83. Cancer. 2. par. variar. c. 10. n. 59. Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſ. 10. p. 2. à n. 16. Capyc. Latr. in hac conſult. 62. Solorzan. lib. 1. de jur. Indiar. c. 13. n. 67. Garciam de expenſ. cap. 23. num. 48.* Quibus *Ego* addo *Conſ. D. Altimar. in obſ. ad dec. 37. Reg. Rovit.*

Cuſtodia clavium, † & portarum alicujus Civita- 6
tis, ad quoſnam ſpectet, ad nobiles forſan ipſius, vel ad Cives, ſivè Populares? *Cavaler. alleg. 26. inter alleg. diverſor. t. 3. Reg. de Marin.*

Materia ſpolii, * quam proſequitur in hac *Conſult.* 7
Reg. Latr. videnda eſt in *Obſerv. ad Conſult. 47.*

Tradita per † *Reg. Latr. nu. 54.* addo *Reg. de Ma-* 8
rin. in obſerv. ad Reverter. dec. 487. num. 5. ubi quandò Princeps utitur hoc verbo, *gratiam facimus*, cenſetur remittere tantùm pœnam corporalem.

ARGUMENTUM.

Conditio matrimonii cum conſenſu alicujus contrahendi, an, & quando valida ſit, ac debeat impleri, ut legatarius, vel hæres excludat ſubſtitutum, & an, & quando verificetur per ingreſſum Monaſterii, profeſſionem, & ſacerdotium, & quid in conditione liberorum, nuptiarum, dotis, ac donationis antè nuptias, an Monaſterium, & quando facit illam deficere, & an dos dicatur quæ Monialibus datur, cùm Monaſteria ingrediantur. Idem de exceptione excluſiva intentionis agentis, an per quem, & quibus in caſibus opponi poſſit, vel ſecus. De quæſitis per filios-familias, & ſolutis per hæredes, an, & quando quærantur patri, & præſumantur ex bonis paternis, vel hæreditariis, multis adjectis de obligatione fideicommiſſarii circa reſtitutionem faciendam, hæredis, & adminiſtratorum in rationibus reddendis, ac de ſequeſtro faciendo per Judices, vel denegando.

SUMMARIUM.

1 *Hæreditas ſi ſit relicta ſub conditione matrimonii cum conſenſu alicujus, an valida ſit conditio, & teneatur hæres parere, ut habeat legatum, & numero 36.*

2 *Fideicommiſſi,*

2 *Fideicommiſſi, ſi ſine liberis deceſſerit, caſus an verificetur per profeſſionem emiſſam in Monaſterium, & aſſumptionem ſacrorum ordinum, veluti Sacerdotii, & nu. 37. an verò debeat expectari mors naturalis, num. 27. 39. 40. 44. & 67. Quid ſi Monaſterium ſit omninò incapax, nu. 41. & an in hoc differat majoratus à fideicommiſſis temporalibus, n. 28. quid ſi ingreſſus quis ſit Monaſterium incapax, nu 29. In cujus tunc poſſe pervenire debeant bona Ingreſſi, num. 30. vel ſi antè ingreſſum disponeret, n. 31.*

3 *Conditio*, ſi ſine liberis, *an, & quando deficiat per ingreſſum Monaſterii, & n. 26.*

4 *Voluntas teſtatoris quod intellexerit de matrimonio carnali, non verò ſpirituali, ex quibus deprehendatur, & n. 23. n. 32. & n. 98.*

5 *Subſtitutus cùm quis deceſſerit*, ſine filiis legitimis & naturalibus, *an, & quando admittatur per ingreſſum inſtituti in Religionem, & numero 22.*

6 *Monaſterium an habeatur loco filii ſpiritualis, vel etiam legitimi, & naturalis, faciatque deficere conditionem*, ſi ſine liberis, *& nu. 16. & qua ratione, n. 21. quomodò tunc verbum*, liberi, *debeat explicari, n. 8.*

7 *Verba teſtamenti cùm interpretari poſſunt, nè Monaſterium excludatur, ejus favore ſemper fieri debet interpretatio, prout & in dubio fieri debet, n. 9.*

10 *Conditio nuptiarum, liberorum, dotis, & donationis antenuptialis deficit per ingreſſum gravati in Monaſterium, & n. 40. & 42.*

11 *Relictum ex cauſa dotis an debeat neceſſariò intelligi pro matrimonio carnali.*

12 *Dos eſſe non poteſt ſine matrimonio.*

13 *Dos non dicitur quæ datur pro ingreſſu Monaſterii, quamvis dos dici poſſit large modo.*

14 *Monaſterium non poteſt aliquid accipere nomine dotis ejus, quæ ingreditur, & quare, ſed quod accipit, accipit gratia ſuſtentationis.*

15 *Monaſterium facit deficere conditionem dotis, item liberorum, n. 17. & 19. & quid reſpectu donationis antenuptialis, n. 18.*

20 *Monaſterium quod habeatur loco filii, eſt dictum vulgare, & undè proceſſerit.*

21 Text. in cap. in præſentia, de probation. *explicatur.*

24 *Legatum factum ſub conditione matrimonii carnalis debetur, quamvis legatarius ingrediatur Monaſterium, etiamſi legatum ſit factum pro puella maritanda per carnale conjugium, n. 25.*

33 *Subſtitutio quoties confertur ad certum caſum à teſtatore expreſſum ob aliquem finem, non extenditur ad alium, nec ad caſum diſſimilem, de quo teſtator non cogitavit.*

34 *Legatum relictum filiæ, ſi viro nobilitatis ſuæ non inferiori nupſerit, debetur ſi Religionem ingrediatur.*

35 *Succeſſio relicta ſub conditione matrimonii cum conſenſu alicujus an ſit conditionalis.*

36 *Per ingreſſum Monaſterii hæreditas non amittitur.*

38 *Mortis dies eſt incertus, & appoſitus in teſtamento faciens conditionem, quæ non dicitur eveniſſe antè mortem naturalem, n. 39.*

43 *Matrimonio à carnali ad ſpirituale validè ducitur argumentum.*

45 *Exceptio de jure tertii opponi poteſt, cùm eſt excluſiva juris agentis, ſi tamen interſit excipientis, aliàs ſecus, n. 70.*

46 *Caſus, in quibus opponi poteſt de jure tertii recenſentur, remiſſivè.*

47 *Emptionem fuiſſe factam de pecunia hæreditaria quomodò conjiciatur.*

48 *Teſtatoris aſſertio facta in teſtamento, in quo reliquit fideicommiſſum, probat contra hæredem.*

49 *Filius quod habet præſumitur ad patrem pertinere, niſi probetur eſſe de rebus ad patrem non pertinentibus.*

50 *Filius bona, quæ habet, an, & quando præſumatur à patre habuiſſe, ſi aliunde non conſtet contrarium, & num. 58. & 63. maxime ſi in patris hæreditate ſe intruſerit abſque inventario, n. 51. & emptiones ſint factæ infra modicum tempus, nu. 52. atque teſtator reliquiſſet patrimonium mercatura, & traficis, num. 54. aut in pecuniis, & aliis effectibus explicatis, n. 55. & n. 62.*

53 *Modicum tempus dicitur decennium.*

56 *Solutum creditoribus hæreditariis ab hærede, an, & quando præſumatur de pecunia propria hæredis, aut hæreditaria.*

57 *Juramentum in litem an, & quando deferri poſſit fideicommiſſario non conficienti inventarium.*

59 *Filius-familias quod acquirit, non ſibi, ſed patris in beneficium acquirit.*

60 *Filius naturalis non eſt in poteſtate patris, efficitur tamen ſub poteſtate patris ſtatim atque eſt legitimatus à Principe, vel per ſubſequens matrimonium.*

61 *Stipulatio filii quæritur patri, quamvis conferatur in tempus ſui juris.*

64 *Teſtatoris voluntas omninò ſervanda eſt.*

65 *Hæres tenetur fideicommiſſario reſtituere pecuniam inventam in hæreditate teſtatoris, & rationem reddere de omnibus rebus in hæreditate inventis, numero 66. & ut adminiſtrator reddere rationes totius hæreditatis, n. 67.*

68 *Adminiſtratorum quilibet poteſt conveniri ad reddendum rationem; & priùs qui adminiſtravit, quàm qui non, n. 69.*

71 *Judex debet confirmare poſſeſſorem in illam rem, de cujus poſſeſſione conſtat, & num. 73. & quando poſſit procedere ad ſequeſtrum duobus litigantibus, ne partes veniant ad arma, numero 72. vel inhibere uni parti, ne lite pendente in poſſeſſionem accedat. n. 74.*

75 *Sequeſtrum regulariter nunquam concedi ſolet, ut concedatur, quæ requirantur, n. 76.*

76 Deciſio de Franchis 204. *circa ſequeſtrum poſſeſſionis dum pendet lis ſuper validitate præambuli expediti declaratur.*

77 *Sequeſtrum eſt concedendum cùm petitur, non in conſervationem juris ſed calumniæ, & æmulationis.*

78 D. Joannis Camilli Cacacii *additiones in eadem conſ. inſeruntur.*

79 *Conditiones ſi duæ apponantur in inſtitutione, & una deficiat, amittitur relictum, & ad ſubſtitutum devolvitur, nec ſufficit unam impleri, numero 86.*

80 *Conditio nubendi matrimonio carnali*, in contentamento, guſto, & voluntà *alicujus, an unica ſit, vel duplex, & numero 82. & numero 96. & an importet præciſam neceſſitatem nubendi, n. 83.*

81 *Conditiones, quæ copulativè apponuntur, ſolent, & debent apponi cum copula, & non oratione ſoluta, num. 84.*

85 *Copula natura eſt poni inter duo.*

87 *Conditio nubendi deficit per mortem ante nuptias, & quare, n. 88.*

89 *Dictio ò vero, eſt alternativa, cadit inter diverſa, num. 90.*

91 *Interpretatio eſt fugienda, quæ diceretur teſtatorem providiſſe in caſu ſuperfluo, & non neceſſario.*

92 *Interpretatio illa facienda eſt in dubio, ut minùs hæres cenſeatur à teſtatore gravatus.*

93 *Conditio eſt onus.*

94 *Teſtator*

64 *Teſtator non eſt præſumendus conditionem voluiſſe apponere in ejus diſpoſitione, quæ à jure eſt improbata, & habetur pro non ſcripta.*

65 *Conditio in inſtitutione,* ſi Religionem non ingrediatur, *rejicitur ab inſtitutione, & quare.*

67 *Conditio nubendi impletur cum matrimonio carnali.*

Pro Populis filiis Joan. Andreæ Valdetari, cum Hoſpitali de Pammentona Civitatis Januæ.

CONSULTATIO LXIII.

INſtantia Hoſpitalis de Pammentone de Janua adverſus pupillos filios Jo. Andreæ Valdetari in eo ſe reſtringit, ut pauci fructus, qui percipiuntur ex annuis introitibus exiſtentibus in Reg. Cor. ſequeſtrentur, cum de capitale ex decreto M. C. V. non poſſunt diſponere, & hoc modo arctare pauperes pupillos, ut pro portione ad eos ſpectante ex hæreditate quondam Baptiſtæ Gropallo velint, nolint, ſint coacti litigare in Civitate Januæ, in qua experientia docuit, quod Oeconomi & Gubernatores dict. Hoſpitalis ſunt valdè potentes, & ipſi pupilli reperiuntur nati in hac Fideliſſima Civitate, nec habent in dicta Civitate Januæ pro eis hominem, & ideò in totum eorum juribus venirent privati.

Prætendunt Oeconomi fundare ſequeſtrum ex duobus. Primo aſſumendo tanquam certiſſimum, & indifficultabile, quod per profeſſionem emiſſam à Paula Maria Groppalla factus ſit caſus fideicommiſſi relicti per quondam Horatium Groppallum, in quo Hoſpitale fuit vocatum. Contendunt ſecundò, hæc bona, quæ poſſidentur per pupillos, fuiſſe propria prædicti Horatii, & proindè nullum jus competiſſe ſuper illis dictis pupillis, ſed tantum ſuper ſexta parte hæreditatis quondam Baptiſtæ Groppalli, immò quod in ea malè ſint hæredes declarati mediante præambulo Magnæ Curiæ Vicariæ pro quarta parte, ex quo hæres eſt Mons, & quod Gubernatores Montis debeant correſpondere de fructibus ſextæ partis prædictæ hæreditatis in beneficium prædictorum pupillorum, & per hoc male fuerunt decepti annui introitus in eorum faciem.

Quibus objectionibus, quamvis in facto ſatis apertè fuerit reſponſum ita ut verè hæc cauſa, quæ jam eſt in primo principio, juris allegatione minimè indigeret, attamen ut vitrico pupillorum, qui tam anxiè pro tuitione privignorum, tanta cum doctrina, vigilantia, & amore vacat, ut potiùs admirari, quam imitari poſſit, qui mihi hoc onus injunxit, & cui plurimum debeo, morem geram, hæc pauca breviſſime, quoad potui, ſubjiciam.

Quoad primum, pars pro certo aſſumit, fuiſſe factum caſum fideicommiſſi, & inſtituit pro præambulo in M. C. V. petens, ſe declarari hæredem Horatii Groppalli, & in S. C. petit, tolli inhibitionem M. C. ideò videndum erit, num ſit factus caſus, in quo hodie poſſit Hoſpitale prætendere hæreditatem ad ſe pertinere: Verba autem teſtamenti ſunt infra ſcripta, videlicèt.

Delli reſtanti poi tutti beni mobili, & immobili, ragioni, & attioni di eſſo teſtatore in qualſivoglia modo ſpettanti, & pertinenti, & da qualſivoglia provenienti, ſalvo quel che di ſopra hè diſpoſto, & che dirò appreſſo, ſua herede univerſale con la conditione infraſcritta, & non altramente hà inſtituito, e vuole che ſia, & di ſua propria bocca hà nominato, e nomina la magnifica Paola Maria ſua nepote, figlia del quondam Pantaleo Groppallo, fratello di eſſo teſtatore, con queſto però, & non altrimente, che la detta Paola Maria debbia maritarſi con marito carnale in contentamento guſto, e volontà della detta Signora Lelia moglie di eſſo teſtatore, & dal detto Signor Paolo Serra, ò di quello di loro, che ſopraviviſſe, quando l'altro fuſſe paſſato à miglior vita in manera, che ſi detta Paola Maria non ſi maritaſſe, come di ſopra, con il detto conſentimento delli detti Signori Lelia, e Paolo, ò vero moriſſe innanzi il ſuo maritare, ut ſupra, s'intenda inſtituito herede di eſſo teſtatore, come l'inſtituiſce, e di ſua propria bocca nomina l'Hoſpedale di Pammentone di quella Città.

Ex quibus * verbis prætendit Hoſpitale, quod hæreditas ſit relicta Paulæ Mariæ ſub conditione matrimonii cum conſenſu Læliæ de Negro uxoris te- 1
ſtatoris, & Pauli Serræ, quæ conditio matrimonii cum conſenſu alicujus, reſpectu quantitatis relictæ ultra legitimam, validam eſſe, & teneri adhiberi conſenſum in matrimonio, ut habeat legatum, tenuerunt poſt Anton. de Prato Veteri *in conſ.* 136. *nu.* 18 *inter c. ult. vol. diverſ.* Mantic. *de conject. ult. volun. lib.* 12. *tit.* 18. *n.* 8. *in fin.* quæ conditio matrimonii 2
cum hodie non poſſit adimpleri per profeſſionem jam emiſſam in Monaſterio Sancti Sebaſtiani de Papia in ipſa Civitate Januæ exiſtente, ſequitur quod factus ſit caſus fideicommiſſi, ad quod poteſt adduci quod in ſimili dixit Ripa *in l. ex facto, § ſi quis rogatus, il primo, n.* 18. *ver. ſi verò, ff. ad Trebel* qui ex Alex. *in conſ.* 100. *vol.* 4. concludit, quod ſi ſit inſtitutus Mævius cum conditione, *ut ſi ſine liberis decedat ſuccedat Titius*, ſi Mævius aſſumpſerit ſacros ordines, veluti ſacerdotium, & ſic non poſſet amplius liberos procreare factus eſt caſus fideicommiſſi, & proinde hæreditas ad Titium devolvitur.

Prædicta tamen non obſtantibus contrarium 3
apparebit in caſu noſtro, & primò poſſet & quidem jure defendi, quod per ingreſſum Monaſterii conditio defecerit, ex regula text. *in § ſed hoc præſenti, in auth. de Sanctiſſ. Epiſc. & in auth. niſi rogati, C. ad Trebell.* quæ diſpoſitiones quamvis communiter limitentur, quando conſtaret de voluntate teſtatoris, quod noluit intelligere de matrimonio conſummando per carnis copulam, *Mantic. de conject. ultim. vol. lib.* 11. *tit.* 7. Gutierr. *canon. quaſt. c.* 32. *n.* 19. Sanchez *de matrim. lib.* 1. *titul. de ſponſal. diſput* 33. *nu.* 30. Gaſpar. Anton. Theſaur. qui ad partes articulum diſputat *quaſt. forenſ. lib* 1. *quaſt.* 59. Fontanel. *de pact. nuptial. lib.* 2. *clauſ.* 6. *gloſ.* 3. *part.* 6. Franch. *dec.* 29. Cacheran. *deciſ.* 126. Menoc. *præſ.* 83. *lib.* 4. Borgn. Cival. *dec.* 9. *p.* 2. *n.* 83. & Molin. Jeſuita *de juſt. & jur. lib. n. diſput.* 207. *in* 2. *concl.* latiſſime de materia Vinc. Fuſar. *de fideic. q.* 429. & 313.

Tamen † adhuc iſta verba prolata ab Horatio te- 4
ſtatore non important expreſſam teſtatoris intentionem, prout de jure requiritur, nam non ex eo, quod dixit, matrimonium carnale, ergo neceſſario debet inferri per * carnis copulam: nam quamvis teſtator 5
dixerit, *ſi filius meus deceſſerit abſque filiis legitimis, & naturalibus ſubſtituo Sempronium*, per ingreſſum Religionis ſubſtitutos admittitur, & ſi enim nonnulli DD tenuerint, factum eſſe caſum ſubſtitutionis, ea ratione, † quia quamvis Monaſterium habeatur loco 6
filii ſpiritualis, non tamen poteſt haberi loco filii legitimi, & naturalis, attamen quod Monaſterium faciat deficere conditionem, fuit magis communis opinio, & quia omnes Doctores hoc tenentes longum eſſet referre, ideò aliquos adduco, qui alios recenſent, & de communi teſtantur, & hanc opinionem relatis Doctoribus pro utraque parte tenuit Mantic. *d. lib.* 11. *tit.* 7. *n.* 20. dicens, hanc opinionem ſibi videri frequentiori calculo receptam, Covar. *var. reſol. li.* 1. *c.* 9. *nu.* 11. de communi teſtantur Socin. jun. *conſ.* 63. *nu.* 61. *vol.* 3. Crot. *in l. nemo poteſt, ff. de legat.* 1. Emman. Coſt. *in l. cum talo, § ſi arbitratu, ff. de cond. & demonſtr.* de magis communi etiam teſtantur Decius *conſ.* 674. Malvaſ. *conſ.* 21. Ann. *ſing.* 303. Maſull. *ad Capycium dec.* 204. Craſſ. *in §. legatum, qu.* 50. & hanc opinionem communem Legiſtarum,

& Canoniſtarum appellat *Gutier. Canonic. quaſtion. cap. 33. num.* 24 & ab ea non eſſe recedendum in judicando dixerunt Decian.*conſ.* 13. *libr.* 3. Sfort. Oddus *conſ.* 19 *n* 19.

7 Fundetur autem hæc opinio ſic * communiter recepte, ubicunque enim eſſe poteſt dari interpretatio verbis teſtamenti, ut Religio non ſit excluſe, ſemper
8 erit * judicendum in fevorem Monaſterii, & ideo præcitati Doctores dicunt, quod per illa verba, *ſine filiis legitimis, & naturalibus*, voluit teſtator fortè exclu-
9 dere † filios adoptivos, vel naturales tantùm, vel etiam legitimatos, & in dubio facienda eſt interpretatio
10 pro Religione, * quod etiam probat litera *text. in d. §. ſed hoc præſenti*, in quo diſponitur, quod conditio nuptiarum, liberorum, dotis, & ante nuptialis donationis deficit per ingreſſum gravati in Monaſterium,
11 licet enim * rel ctam ex cauſa dotis videbatur, quod
12 neceſſario debeat intelligi † pro matrimonio carnali, cùm dos ſine matrimonio eſſe non poſſit, *l. 3. ff. de*
13 *jur. dot. l. fin. C. de donat. ante nupt.* † & id, quod datur pro introitu Monaſterii non dicatur dos, *cap. non ſatis, & cap. quoniam 40. de ſimonia, capit. periculoſo, de*
14 *ſtat. reg. in 6.* nec Monaſterium poteſt aliquid * accipere nomine dotis, quia eſſet contra formam *Extravag.* Urban. *V, Ne in ea & Concil. Trident. ſeſſ.* 15. *cap.* 3. *de regul.* & illud, quod accipitur è Monialibus in ingreſſu Monaſterii non dicitur dos, ſed accipitur
15 ſuſtentationis gratia, & tamen * Monaſterium facit deficere conditionem dotis, & hoc argumento etiam utitur *Rodrig. qu. regul. tom. 2. qu.* 127. inſuper quam-
16 vis largo modo † poſſet id, quod datur pro ingreſſu
17 Monaſterii * dici dos, & quod conditio liberorum adimpleatur per æquipollens, quia Monaſterium habetur loco filii, ex *cap. in præſentia, de probat.* attamen
18 reſpectu * antenuptialis donationis nullo modo poteſt applicari in ingreſſu Monaſterii, ſed neceſſariò eſſet intelligendum de matrimonio per carnis copulam, *tot. tit. de donat. ante nupt.* & tamen etiam in legato, ſeu donatione ante nuptias Monaſterium facit
19 deficere * ſubſtitutum, ſed veritas eſt, quod conditio liberorum non deficit per ingreſſum Monaſterii, quia habetur loco filii, & iſtud dictum vulgare pro-
20 ceſſit ex quodam communi errore, nulla enim * lex hoc dicit, quòd Monaſterium habeatur loco filii, ſed
21 diſpoſitio * *tex.* prædicti procedit favore Religionis, ut conditio habeatur pro non ſcripta, ut poſt alios, quos adducit, fundat *Regens de Ponte conſ.* 39. *n.* 7. &
22 ideò firma * remanet concluſio, quod ubicunque non conſtet de expreſſa teſtatoris voluntate, tunc non erit locus ſubſtituto.

Quæ quidem voluntas poteſt conſtare pluribus
23 modis traditis à Doctoribus, * & præcipuè per *Manticam in d. lib.* 11. *tit.* 7. Gutierr. *Canon. qu. c.* 33. & inter alia, quando teſtator ſubſtituit filium, proſpexit familiæ, vel expreſſè dixit, quod in caſu, quo ingrediatur Religionem, non vult hæreditatem Religioni deferri, vel ſaltem reliquerit gravato in caſu, quo ingrederetur Religionem, aliquam quantitatem, ut poſt *Paulum de Caſtro, in auth. niſi rogati, C. ad Trebel.* Alex. *in conſ.* 121. *n.* 13. *lib.* 2. Æmilian. *conſ.* 109. *n.* 25. Bero. *in cap. in præſentia, de probat.* voluit Menoc. *lib.* 4. *præſumpt.* 73. *num.* 50. prout fecit Baptiſta Groppallus, qui in caſu, quo Paula Maria Monaſterium ingrederetur, eidem legavit libras viginti mille.

24 Et in terminis, * quod quando factum eſt legatum ſub conditione matrimonii carnalis, & legatarius ingreditur Monaſterium, quod nihilominus legatum debeatur, voluit, *Petr. de Greger. in tract. de dote de parag. q.* 13. *circa princ.* Sfortia Oddus *conſ.* 19 *n.* 1. Ant. Gabriel. *li. 4. concluſ. tit. de legat. concl. 2. n.* 1. ubi teſtatur, hanc opinionem eſſe veriorem, inſpecto juris rigore, *Decianus reſp. 5. vol.* 3. Mattheſil. *ſing* 53. Sardus *conſ.* 232. *vol.* 2. *num.* 19. & ante eos hoc dixit

Bal. Novell. *in tract. de dot. privil. 77. verſ. & licèt dicta puella*, ubi amplia diſpoſitionem *tex in d. §. ſed hoc præſenti, & auth. niſi rogati*, * ſi legatum relictum foret 25
pro puella maritanda per carnale conjugium, ſequitur *Sfortia Oddus in d. conſ. 19. num.* 15. 16. & 17. & ſecundum prædictam opinionem fuiſſe judicatum
in caſu ſatis magis arduo refert *Maſtrill deciſ.* 26
153. ubi pleniſſimè de materia, & ſic attenta hac opinione ſubſtitutus erit in totum excluſus.

Sin verò contrariam velimus amplecti opinionem, cùm non deſint Doctores maximæ auctoritatis, qui eam ſequuti fuerunt, vel quia fuit ſubſtituta
piæ * cauſa, adhuc communiter limitatur, ut ſubſtitu- 27
tus debeat expectare mortem naturalem gravati, cùm non ſufficiat mors civilis per profeſſionem emiſſam, *l. Statius Florus, §. Cornelio Felici, ff. de jur. fiſc.* ubi Bart. *& alii.* Cald. *in conſ.* 407. *n.* 13. *vol* 1. Alex. Ruin. & alii allegati *à Peregr. de fideic. art.* 28. *n.* 81. videndus, & ſic fuiſſe deciſum dixit *Molin. de Hiſp. primog.* loquens etiam in majoratu *lib.* 1. *cap* 13. *n.* 95. Anton. Gomez. *in l. 40. Tauri, n.* 66. Mieres *de majoratu 2. p. qu. 3. num.* 17. & 31. Alvar. Valaſc. *conſultat.* 101. *n.* 6. Ceval. *q.* 163. *nu.* 7. Honded. *conſil.* 62. *num.* 73. *vol.* 1. ſic etiam reſolvit Georg. Cabed. *dec Regni Luſit.* 133. *num. 7. p.* 1 Soc. jun. *& alii Doctor. in l. Gallus, §. & quid ſi tantùm ff. de liber. & poſth. n.* 23. Molin. Jeſuita *tomo 3. diſput.* 623. *nu.* 7. & alios refert Caſtill.
controverſ. jur libro tertio, cap. 10. *numer.* 56. qui licèt 28
à communi ſententia diſcedat in caſu ſpeciali majoratus, tamen eandem opinionem ſequitur in fideicommiſſis temporalibus, & in Monaſterio capaci ſucceſſionis, ut *nu.* 80. *verſ. præterea*, ſecus autem in Monaſterio incapaci, ut *n.* 83.

Licèt etiam in Monaſterio † incapaci eſſe expe- 29
ctandum tempus mortis naturalis, voluerint Salicet, *in l. 1. num. 6. ff. de hæred. inſtituend.* Hercul. *in l. ex facto ff. ad Trebell.* ubi etiam Alexand. *nu. 5. & 6. & Ripa num.* 12. Raphaël Cum. & Joannes de Imol. *in l. cùm pater, §. hæreditas ff. de leg.* 2. Michaël Graſſ. *recept. ſent. §. fideicommiſſum, qu.* 42. Alex. Raudenſis *de Analogis, lib. 1 cap. 34. nu.* 318. latiſſimè Alex. Trentacinq. *de ſubſtit. 4. part. verſ. 6. in fin. verſ. ego conſidera*, durante † cujus ingreſſi vita, bona pervenire ad 30
hæredes ab inteſtato, dixit Caſtill. *d. cap.* 10. *nu.* 86. Immò admiſſa opinione, quod in caſu incapacitatis Monaſterii ſtatim ſit factus caſus fideicommiſſi, quem tenuerunt *Peregr. d. art. 28. num. 63. & de jure Fiſci, tit. de deputatis, n.* 61. Honded. *d. conſ* 60. *nu.* 18. Gutierr. *Canon. qu. lib.* 2. *c.* 1. Ment. *de conject. ult. volunt. li.* 11. *tit.* 7. *n.* 8. Caſtill. *in d. c.* 10. *nu.* 95. tamen fal-
lit, * quando ingreſſus ante profeſſionem diſponeret, 31
nam tunc durante naturali vita, ipſius poſſeſſor bonorum fideicommiſſo ſubjectorum non poteſt inquietari, ut poſt Bald. *in conſ.* 280. tenuit Peregr. *d. art.* 28. *n.* 63. ubi *in fine* teſtatur, ita de facto obtinuiſſe pro Domino Marco Antonio Curtio, cui opinioni quamvis contradicat Caſtill. *d. c.* 10. *n.* 100. ubi conatur reſpondere *Peregr.* & aliis, tamen reſponſiones non ſatisfaciunt, & contra ſuam opinionem fuit judicatum, nedum in caſu relato à *Peregr.* verùm etiam habetur alia deciſio in Regno Luſitano per *Georg. Cabedum in dec. 96. par.* 1. in caſu autem noſtro habemus nedum Monaſterium capax, verum etiam diſpoſitionem factam per Paulam Mariam ante profeſſionem emiſſam.

Quæ quidem & † ſi ſint ſufficientiſſima ad proban- 32
dum, adhuc nullam actionem competere Hoſpitali, attamen indubitabilia, ut credo, redduntur ex alio, nam ſi rectè ponderentur verba teſtatoris, non ad alium finem voluit, quod Paula Maria ejus neptis nuberet matrito carnali cum conſenſu Læliæ ejus uxoris, & Pauli Seriæ, niſi quia valdè timebat, ne in matrimonio ſuæ conditionis indecenti ſe copularet, cùm enim prædicta ejus neptis eſſet valdè nedum deformis,

deformis, ſed curva, nec habebat fratres, vel pa-
truos, quibus pernecefs. denuiſſet voluntatem ſuam
ſubordinata, de facili potuiſſet cum viro ſuæ qua-
litatis inæquali matrimonium contrahere, & ideò
ut iſta voluntas, quæ huic puellæ libera remanebat
metu amiſſionis bonorum, conſilio, & voluntate
Læliæ ajus uxoris, & Pauli Serræ amici ſe ſubjice-
ret, in caſu matrimonii ſpiritualis nedum noluit
prædictam neptem hæreditate ſua privare, verum
nam non coegit ad procurandum conſenſum præ-
dictæ Læliæ, & Pauli in caſu ingreſſus Monaſterii,
quod probatur à contrario ſenſu, voluit enim pri-
vare neptem hæreditate in caſu matrimonii carna-
lis abſque prædicto conſenſu, ergo voluit eam ad-
mittere in caſu ingreſſus Religionis, & hæc vere fuit
intentio, & mens teſtatoris, quod quidem etiam &
jure probatur, nemo enim ſani capitis poterit ne-
gare, quod iſta conditio appoſita a teſtatore, ut ca-
ſu, quo non nuberet matrimonio carnali cum con-
ſenſu prædictorum, ſuccederet Hoſpitale non fue-
rit appoſita ad alium finem, niſi ut decenter nuberet,
quomodo ergo poteſt extendi ad ingreſſum Religio-
33 nis, † quoties enim ſubſtitutio contextur ad certum
caſum a teſtatore expreſſum ob aliquem finem, non
extenditur ad alium, nec ad caſum diſſimilem, *Pereg. de fideicom. art.* 11. *n.* 46. neque ad caſum novum, de
quo teſtator non cogitavit, Dec. *conſ.* 394. *n.* 10. & in
34 terminis, † quod legatum relictum filiæ, ſi viro nobili-
tatis ſuæ non inferiori nupſerit, quod ei debeatur, ſi
Religionem ingrediatur, ex multis tenuit *Emanuel*
35 *Rodrig. q. Regul. tom.* 2. * *q.* 127. *art.* 1. Immò in caſu
certum eſt, quod ſucceſſio non fuit conditionalis, &
proindè mediante decreto præambuli fuit hærea
Horatii Paula Maria declarata, & in poſſeſſionem
hæreditatis prædictæ fuit immiſſa, non obſtante
quod non nupſerit, ſed conditio fuit in illa facultate
nubendi, quatenus vellet nubere, ut nubat cum con-
36 ſenſu, & * proinde per ingreſſum non amiſit hæredita-
tem, ut in eodem ferè caſu conſuluit Cephal. *conſ.* 133.
vol. 1. *ſub n.* 33. *verſ. & ſic non obſtant, cum pluriv. ſe-
quentibus.*

Ex quibus apparet reſponſio omnibus, quæ in
contrarium adduci poſſent, & propterea non obſta-
bit doctrina *Rip. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, ff. ad*
37 *Trebell.* * quod per Sacerdotium ſubito purificatur
conditio, *ſi deceſſerit ſine filiis*, quia fundatur ex *conſ.*
100. Alex. *in lib.* 4. qui hoc non dicit, & ideò rectè
improbatur à *Mantic. in d. lib.* 11. *tit.* 7. *n.* 23. ea ratio-
ne, quia poſſet fideicommiſſarius prædecedere gra-
vato, & ſic expiraret fideicommiſſum, & quamvis
videatur, quod in caſu noſtro Hoſpitale non poſſit
deficere, attamen alia ratio traditur à *Peregr. art.* 28.
nu. 87. & eſt, quia duplicem legatum, vel fideicom-
miſſum habet conditionem, alteram ſcilicèt filio-
rum, & hæc purificata eſt per ingreſſum, alteram verò
38 mortis, † quæ etiam dicitur conditio, cùm dies mortis
ſit incertus, *l.* 1. *ff. de condit. & demonſtr.* & dies incer-
tus in teſtamento conditionem facit, *l. dies incertus,*
39 *eod. tit.* * & proindè ante mortem naturalem non dici-
tur eveniſſe conditionem, & hanc opinionem tenuit
etiam Alex. *conſ.* 87. *ſub n.* 19. *verſ. nec obſtat quod ul-
timò dicebatur*, Ruin. *conſ.* 85. *n.* 4. *vol.* 2. Gom. *in d. l.* 40.
Taur. ſub num. 66. *verſ. ſi verò majoratus*, Capyc. *dec.*
10. *n.* 9. Dec. *in d. c. in præſentia, de probat. num.* 290. &
ibidem Augoſt. Berous *num.* 554. Jul. Clar. *l.* 4. *recept.
ſent. qu.* 78. *§. teſtamentum*, Bald. *in auth. niſi rogati, ad
Trebel.* communem dixit *Caval. d. qu.* 97. *n.* 9. & hanc
opinionem magis late ſupra fundavimus, quod pro-
cederet, etiam ſi ſit ſubſtitutum Hoſpitale, vel alia
pia cauſa, & ſi gravatus ingreditur Monaſterium
40 capax † in communi, nam adhuc eſſe expectandum
tempus mortis naturalis, poſt alios, quos allegat, te-
nuit *Joſeph. Seſſe in dec. Regni Aragon.* 44. *nu.* 17. licèt
41 contrarium teneat in Monaſterio omninò incapaci

n. 6. qui quamvis loquatur in conditione, *ſi ſine filiis
deceſſerit*, attamen, quod tanto magis debeat proce-
dere † in conditione nuptiarum, dixit *deciſ.* 45. *n.* 21. 42
& n. 24. ubi tradit, quod validè argumentatur de ma-
trimonio * carnali ad ſpirituale, quam opinionem 43
duranta vita ingreſſi ab omnibus receptam refert *Ma-
ſtril. dec. Sicil* 65. *d.* 3. ubi DD. congerit, & contra-
rius reſpondet, *Reg. Tapia in d. auth. ingreſſi. nu.* 49.

Ex quibus apparet, quod cùm non ſit factus * caſus 44
fideicommiſſi, vel ſaltem adhuc non venit dies mor-
tis naturalis Paulæ Mariæ, fruſtra prætendit Hoſ-
pitale expeditionem præambuli, & ſequeſtrum,
ſiquidem reſpectu capitalium, remanent jam ſe-
queſtrata, reſpectu verò tertiorum, ſeu fructuum,
quatenus eſſent bona Horatii Groppalli, quod
negatur, eſſent Paulæ Mariæ vel ejus fideicom-
miſſariorum, vel Monaſterii Sancti Sebaſtiani de
Paula de Janua, & quod Hoſpitale liberas ædes
habent pupilli, * quæ exceptio quamvis ſit de jure 45
tertii, tamen quia eſt excluſiva juris agentis, opponi
poteſt, *Cjum. in l. cum ſervum, in fin. C. de ſerv.
fugit.* Bart. *in l.* 2. *ff. de except. rei judic.* Theſaut. *de-
ciſ.* 4. ubi alios caſus enumerat, in quibus de jure ter-
tii opponi poteſt, Joſeph. Ludov. *dec. Lucenſ.* 69. *n.* 46
25. Guid. Pap. *ſing.* 622.

Verùm ulterius erit conſiderandum quod re vera
hi annui introitus, quamvis ſint empti per Horatium
Groppallum, attamen fuerunt empti de pecunia hæ-
reditaria * Baptiſtæ patris, quod quidem in termino 47
probabitur, & pro nunc urgentiſſima adeſt conje-
ctura, quia tota ferè hæreditas Baptiſtæ remanſit in
pecunia & in tot nominibus debitorum, ut apparet
ex eodem * teſtamento Baptiſtæ, qui juſſit, eam poni 48
in emptionem, quæ aſſertio facta à teſtatore in teſta-
mento in quo reliquit fideicommiſſum, probat con-
tra hæredem, *Marzar. in ſua epitome fideicommiſſ.
quaſt.* 53. Cephal. *conſ.* 385. *n.* 29. mors autem Bap-
tiſtæ fuit de anno 1608. & prædictæ emptiones an-
nuorum introituum fuerunt factæ de anno.... & ſic pa-
rum poſtea, immò idem Horatius non ſupravixit
Baptiſtæ ejus patri, niſi per annos quinque.

Et de jure, quod habet filius, præſumitur ad pa-
trem pertinere, niſi probetur, eſſe de rebus ad pa- 49
trem non pertinentibus, *l. ejus, C. de patr. poteſt*, ubi
Bald. ſic ſummat, *Fulgoſ Cravetta*, & alii notati per
Marzarium in ſua Epitome in materia fideicommiſſaria,
q. 58. *par.* 3. *& Zaſius conſ.* 5. *nu.* 9. dicit debere
præſumi * bona à patre fuiſſe perventa, ubi non con- 50
ſtat, aliundè filium acquiſiviſſe, quæ præſumptio
per quam * maximè dicit procedere, quando filius abſ- 51
que inventario in hæreditate patris ſe intruſit, nam
eo caſu, ea, quæ poſſidet, à parentibus deſcendiſſe
præſumitur, optimè per Surd. *in dec.* 5. *nu.* 10. ubi ex
iſtis * ſic deciſum refert, & antè eum Menoc. *conſ.* 52
207. *n.* 12. maximè quando emptiones ſunt factæ in-
frà modicum tempus, Petr. *de fideic. q.* 12. *nu.* 13. &
68. ubi poſt * *Alciat.* dixit, quòd decennium dicitur 53
modicum tempus, ſequitur Surd. *d. deciſ.* 15. *n.* 11. vi-
dendus, quia plura ad propoſitum adducit, & con-
trariis reſpondet, & licèt Peregrin. *de fideicommiſſ.
art.* 44. * *n.* 21. videatur contrarium tenere, attamen li- 54
mitat in caſu, quando teſtator reliquiſſet patrimo-
nium mercaturæ, & trafici, & non eſſet veriſimile,
quod hæres ex ſua perſona tantum acquiſiviſſet, nam
res empta præſumeretur ex pecunia hæreditaria, &
ante eum hoc tenuit Soc. *conſ.* 249. *n.* 27. *in fin.* quod
tantò magis eſt præſumendum, quando conſtat, * hæ- 55
reditatem conſiſtere in pecuniis, & aliis effectibus
explicatis, quod probat in ſimili, quod quamvis ſo-
lutum creditoribus * hæreditariis, præſumatur ſolu- 56
tum de pecunia hæredis, & non de pecunia hæredi-
taria, tamen ſecus eſt, quando conſtat, in hæreditate
remanſiſſe pecunias, vel de diſtractione mobilium,
unde pecunia conflari potuerit, adducit Bart. *in l.*

ſum proponis, *C. pro ſocio*, ſeqoitur Socin. ſen. *conſ.* 16. *n.* 1. *dub. vol.* 3. & Peregr. *de fideic. art.* 35. *n.* 34. & pars deberet exhibere inventarium hæreditaria patris, ſi illud per Horatium fuit factum, alias maxima eſſet
57 præſumptio † contra hæredem gravatum. Immò nonnulli tenuerunt, deferendum eſſe fideicommiſſario juramentum in litem, ut per Peregr. *de fideicom. art.* 35. *n.* 87. & licèt alii contrarium teneant, tamen non negant, quod poſſet Judex hoc caſu ex conjecturis, & ex qualitate perſonarum votum animi ſui informare ut *n.* 88. nec de deſcriptione aliquorum bonorum, quæ adest in actis, eſt habenda aliqua ratio, quia non adſunt requiſita inventarii, nec ſolemnia.

58 Nec partis reſponſio, quòd Horatius habebat bona antequam adiret patris hæreditatem, ſatisfacit, quia hoc pars non probavit, immò quia erat filius-
59 familias, in ejus patris beneficium,* & non ſoo acqui-
60 ſiviſſet, * *l.* 2. Cod. *de patria poteſtat.* & quamvis filius naturalis non ſit in patris poteſtate, ut notat Bart. *in l.* 3. *ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. jur.* attamen quia legitimatus per Principem, ſtatim effectus fuit ſub patris poteſtate, *§. generaliter*, *in aut. quib. mod. natu. effic. ſui*, ſicuti etiam in legitimato per ſubſequens
61 matrimonium, † *§. fin. in auth. de nuptiis.* Immò licèt ſtipulatio filii conferatur in tempus exiſtentiæ ſui juris, nihilominus patri quæritur, *l. fin. ff. de ſtipo. ſerv.* latè de materia per Bart. & *Doctores in l. frater à fratre*, *ff. de condit. indeb.*

Remanet ergo firmatum (ut credo) nullum jus competere Hoſpitali ſaltem ante mortem Paulæ Mariæ, nec ſequuta morte aliquod jus habere ſuper prædictis annuis introitibus, dum dependent ex hæreditate Baptiſtæ, quia non poſſunt aliquid prætendere, niſi in bonis poſtea per Horatium quæſitis, ſi adſunt, ex quo quamvis Horatius fuerit hæres Baptiſtæ pro tertia parte, tamen ipſo abſque filiis decedente fuit ſobſtituta Paola Maria, quæ habebat prædicta bona, non ut bona Horatii, ſed ut bona remanſa in hæreditate Baptiſtæ.

62 Huic * motivo dupliciter pars reſpondet. Et primò quod eſt impoſſibile, quod prædicti annui introitus ſint empti de pecunia remanſa in hæreditate Baptiſtæ, ſiquidem idem Baptiſta in ſuo teſtamento mandavit, quod emptiones fierent ſub nomine ipſiuſmet teſtatoris in Monte Sancti Georgii de Janua, emptiones autem prædictæ fuerunt factæ in faciem Horatii, & in Civitate Neapolis, & ſic non fuerunt de pecunia hæreditaria, ſed de pecunia propria Horatii. Secundò quia dato millies, quod iſta eſſent bona Baptiſtæ, de portione tamen ſpectante ad Horatium nullum jus competit prædictis pupillis, cùm ipſi non ſint vocati, niſi ad beneficium medietatis hæreditatis portionis, in qua fuit inſtituta Paula Maria, quæ fuerunt duæ tertiæ partes, quæ eſt ſexta pars, in alia verò tertia parte, in qua fuit inſtitutus Horatius, fuit Paulæ Mariæ ſubſtitutus Mons ſob nomine ipſius teſtatoris, & ſic malè fuit expeditum decretum præambuli per M. C. V. pro quarta parte.

Ad primum reſpondetur, quod quamvis à teſtatore ſic fuerit juſſum obſervari, attamen non fuit factum, ſed Horatius non ſolùm hæres pro tertia parte, ſed adminiſtrator, ſive, ut ipſi vocant, fideicommiſſarius hoc teſtatoris præceptum neglexit, & pecuniam prædictam exiſtentem, & exactam ex effectibus hæreditariis, in proprios uſus convertit, facien-
63 do * emptiones in ſui faciem, quod probatur con-
64 trario non* probato, quamvis enim voluntas teſtatoris omnino ſervanda erat, *§. diſponat*, *in authen. de nupt. l. fideicommiſſa*. *§. item ſi quis*, & *l. quiſquis*, *ff. de leg.* 3. & *l. pen. ff. de lega.* 1. tamen non fuit obſervata, & onus demonſtrandi, emptiones eſſe factas modo ordinato per teſtatorem, eſſet Hoſpitalis, dum prætendit eſſe hæredem Horatii, certum eſt enim, quod Horatio decedenti abſque filiis fuit ſubſtituta Paula Maria, * & ſicuti hæres tenetur fideicommiſſa- 65
rio reſtituere pecuniam inventam in hæreditate teſtatoris, Soc. jun. * *in conſ.* 130. *n.* 150. *vol.* 1. Pariſ. *conſ.* 66
85. *nu.* 89. *vol.* 8. ita tenetur etiam rationem reddere de omnibus rebus in hæreditate inventis, *l. cùm tale*, *§.* 1. ubi Bart. *ff. de cond. & dem.* Oldr. *conſ.* 134. *n.* 8. Mantic. *de conjectur. ult. vol. lib.* 7. *tit.* 6. *n.* 8. Peregr. *art.* 10.
n. 27.* & uti adminiſtrator debet etiam rationem red- 67
dere totius hæreditatis, ut habetur *tot. titul. de adminiſtratione tutor. vel curat.* & latiſſimè poſt alios per Munnoz de Eſcobar *de ratiociniis*, *cap.* 2. & ſic omni modo debet Hoſpitale nedum judicare, ubi ſunt emptiones factæ de pecunia hæreditaria, juxta teſtatoris præceptum, ſunt rationem de omnibus reddere, dum prætendit, eſſe hæredem Horatii, & quamvis pars dicat, quod plures fuerunt Adminiſtratores, tamen certum eſt, quod poterat adminiſtrata abſque ipſo Horatio. Immò in termino probabitur, quod ipſe ſolus diſpoſuit de tota hæreditate ad ſui libitum, & quilibet ex Adminiſtratoribus
poteſt * conveniri ad rationem reddendam, Bart. *in l.* 68
cum alicui, *n.* 3. & 4. *ff. de negot. geſt.* & prius qui ad-
miniſtravit, * quam qui non adminiſtravit, *Rot. Gen.* 69
dec. 46. *gloſ. in l.* 1. *§. nunc tractemus*, *in verb. alterius*, *ff. de tut. & ration. diſtrah. l.* 8. *C. ſi tut. non geſſerit*, Boër. *deciſ.* 60.

Et quamvis hodiè non tractetur judicium redditionis computorum, tamen ex iſtis poteſt S. C. Conſ. inſpicere mentem litigantium, nam anhelatur pro his paucis annuis introitibus per pupillos poſſeſſis tempore, quo omnia alia bona ſunt penes hæredem Horatii, qui hucuſque eſt Paula Maria, ſive ſuæ hæreditatis Adminiſtratores, & Hoſpitale, quod cum illis non potuit obtinere in Civitate Januæ, quia revera non eſt factus caſus fideicommiſſi, inquietat hos pauperes pupillos in hac Civitate, ut coacti ſint adire Judices Civitatis Januæ, à quibus nullum juſtitiæ complementum potuerunt habere in exequendo proviſiones S. C. & propterea de iſta redditione computorum fuit etiam exceptum per ipſos per inſtantiam particularem.

Secundum objectum reſolvitur, tum ex facto prænarrato, tum etiam ex lectura teſtamenti Baptiſtæ, in quo inſtituta Paula Maria pro duabus partibus, & Horatio pro tertia parte, Paulæ Mariæ in certis caſibus ſubſtituit Horatium in totum, & in certis caſibus in certa parte hæreditatis. Verùm voluit in caſu, quo tempore mortis Paulæ Mariæ non ſupereſſent Horatius, vel ejus filii, quod ea pars, quæ eidem Paulæ Mariæ reliquit, implicaretur in emptionem tot locorum Divi Georgii in faciem teſtatoris, & medietas fructuum diſpenſaretur in beneficium hæredum, & ſucceſſorum Barbaræ, & Catharinæ ejus ſororis, alia verò medietas in Multiplico, Horatio autem ſubſtituit Paulam Mariam, ea autem non vivente inſtituit Multiplicum in his verbis.

Nel reſto della detta parte hereditaria ſpettante al detto Magn. Horatio, eſſo teſtatore vuole che ci ſuccedano detta Maria Pellegrina, ò li ſuoi figlioli, & heredi, quando ve ne ſiano, & quando eſſa non viveſſe, ò vero non vi ſiano figlioli di detta Maria Pellegrina, in tal caſo vuole, che in detto reſiduo li ſucceda, & debbia ſuccedere il detto Moltiplico ſopra ordinato, &c.

Ex quibus verbis prætendit fundare, quod non poſſint pupilli deſcendentes ex Catharina Gioppalla habere, niſi fructus medietatis aliarum duarum tertiarum partium hæreditatis relictæ Paolæ Mariæ, ſive Mariæ Pellegrinæ, ex quo in iſta tertia parte relicta Horatio ſuccedit Mons.

Sed benè perlectis, & conſideratis verbis teſtamenti prædicti contrarium apparebit, ſiquidem in duobus caſibus diverſis duæ fuerunt factæ ſubſtitutiones, altera ſcilicèt, quando Horatius decederet,

Paula

Digitized by Google

Paula Maria, vel ejus filiis viventibus, & in hoc caſu voluit, ut ſuccedere debeat ipſa Paula Maria, altera vero dicta Paula Maria, & ejus filiis mortuis, & in hoc caſu ſubſtituit Multiplicum, modò primus caſus evenit, quia Paula Maria ſupervixit Horatio, & propterea hæreditas Horatii fuit delata Paulæ Mariæ, ſed illi non fuit ſubſtitutus Mons ſimpliciter, ſed pro medietate ad beneficium deſcendentium ex Catharina, & Barbara, & alia medietas ad beneficium Montis, & ſic tota hæreditas per mortem Horatii fuit unita in Paula Maria, per cujus Monachatum in integra medietate ſuccedit Mons, & alia integra vadit ad beneficium Barbaræ, & Catharinæ, & ſic quarta pars totius hæreditatis Baptiſtæ ad beneficium deſcendentium ex Barbara, alia vero quarta pars ad beneficium deſcendentium ex Catharina, & ſic optime fuit expeditum præambulum per M.C.V. quæ tamen ex abundanti fuerunt dicta, quia in hoc nullum habet intereſſe Hoſpitale, cum nihil prætendere poſſit ſuper hæreditate Horatii reſpectu bonorum eidem perventorum a Baptiſta, ſtante fideicommiſſo paterno, & illi, cujus non intereſt excipere, hæc ex-
70 ceptio de jure tertii non conceditur, † *l. ille, à quo, §. ſi de teſtamento, ff. ad Trebell.* Alex. & Dec. *in l. in ex conventione, n. 2. C. de pactis.* Cephal. *conſ. 133. nu. 39. volu. 1.*

Et hoc onus pars adverſa gratis aſſumpſit, ſicuti etiam nec ejus intereſt dicere, quod annui introitus non ſunt benè deſcripti in faciem ipſorum pupillorum, ſed quatenus ad eos ſpectabunt, debent accipere ab Adminiſtratoribus, per illa verba: *Per volere delli frutti d'eſſi diſpenſare per la meta nelli heredi, & ſucceſſori di Barbara, & Catarina ſue ſorelle.* Verùm advertatur, quod fuit modus loquendi, nam toto perlecto teſtamento apparebit, quod nunquam declaravit, per quos debeat diſtribui dicta medietas in beneficium ipſarum ſororum, ſed tantùm aliam medietatem, in qua fundavit Multiplicum, voluit eſſe diſtribuendam per ejus conſanguineos magis conjunctos in operibus ordinatis, & re vera nulla cadebat in prædicta medietate adminiſtratio, ſiquidem fuit relicta pro hæredibus, & ſucceſſoribus prædictarum Barbaræ, & Catharinæ in perpetuum, & pro adimplemento voluntatis teſtatoris non erat neceſſarium, niſi deſcribi in faciem vocatorum, cum capitali tamen vinculato, quod fuit factum per M. C. V. & dubium propoſitum potiùs conſiſtit in verbis, quam in fructu, ſiquidem, vel perveniant uno modo, vel alio, ſemper debent pervenire ad ipſos pupillos.

Reſtat, ut aliqua diſcurramus de ſequeſtro, in quo pars tantoperè figit pedes, & quamvis ex ſupra ponderatis ſatis appareat, nullum jus Hoſpitali competere, attamen ad partis ſaturitatem conſideratur, quod pupilli jam per tres annos fuerunt in poſſeſſione percipiendi hos annuos introitus, mediante decreto Magnæ Curiæ Vicariæ, & de hac non poteſt dubitari, cùm ſint productæ partitæ exactionis, dum
71 ergo conſtat * Judici de poſſeſſione in beneficium pupillorum, in ea ipſos debet confirmare, *l. 3. §. miſſum, ff. de carbon. edict.* Ripa *in l. naturaliter, §. ni-*
72 *hil commune. n. 39. ff. de acquirend. poſſeſſ.* * & licèt quando inter duos litigantes contenditur de poſſeſſione, Judex debet procedere ad ſequeſtrum, ne partes veniant ad arma, ex vulgata *l. æquiſſimum, ff. de uſufructu*, tamen quando Judici conſtat, quod unus ex
73 litigantibus poſſidet, * & alter ad poſſeſſionem aſpirat, tunc quouſque lis ſit terminanda, debet Judex eum, qui poſſidet in poſſeſſione conſervare, ita Bald. *in l. ordinarii, in fin. C. de rei vendic.* Jacob. Butrigar. *in l. incerti, Cod. de interd.* Berous *conſ. 46. n. 6. vol. 3.* optimè ex aliis, quos allegat hoc fundat Jo. Bapti-
74 ſta Aſinius † *in tract. de executionibus, cap. 121,* ubi quòd debet alteri parti inhibere, ut lite pendente in poſſeſſionem non accedat *& in c. 124. num. 2.*

Sequeſtrum verò * regulariter nunquam concedi 75
ſolet, *l. 1. C de prohibit. ſequeſtr. c. 2. de ſequeſtr. poſſeſ. & fruct. c. 1. ut lite pendente*, niſi concurrentibus requiſitis traditis Minſinger. *ſing. obſer. cent. 2. q. 11* & in caſibus poſitis à Gayll *obſerv. 147. lib. 1.* per Franciſc. Curtium *in tract. de ſequeſtr.* per Tiraquell. *l. 3. variar. reſolut. tit. de ſolution. reſolut. 12.* & per D. *de Ponte conſ. 79. lib. 2.* qui quidem non concurrunt in caſu noſtro, cùm illi pupilli poſſideant authore Prætore, mediante decreto Mag. Cur. Vic.

Nec vis eſt facienda de * caſu poſito à Franchis 76
deciſ. 204. quia *ibi* duo concurrebant, quæ in caſu noſtro deficiunt. Primò, quia tàm ſoror, quàm fratres litigantes habebant pro ſe decretum præambuli expediti per Mag. Cur. Vic. omnes habebant actum apprehenſionis poſſeſſionis, immò fratres habebant aliquarum parvarum quantitatum fructuum perceptionem. Secundò, fratres dicebant, non egere termino, niſi dietum, in quibus prætendebant impugnare codicillos, & fuit potiùs per modum proviſionis, quàm per juris tramites ſequeſtrum factum

Et demum advertant, obſecro, circumſpectiſſimi Judices, quod totum patrimonium Baptiſtæ eſt in Civitate Januæ præter hos paucos annuos introitus poſſeſſos per ipſos pupillos, & certum eſt, quod ex hæreditate Baptiſtæ ſpectabit portio ad pupillos, & ſic in omni caſu cautum eſt Hoſpitali in bonis in Civitate Januæ exiſtentibus, nedum pro paucis fructibus percipiendis, ſed in ſatis majori quantitate, quos effectus in Civitate Januæ * Hoſpitale ſeque- 77
ſtrari facere poterit ad ſui libitum. Niſi dicamus, hoc ſequeſtrum peti ab Hoſpitale, non in ſui juris conſervationem, ſed cauſa calumniæ, vel æmulationis, quo caſu illud minimè eſt concedendum, *l. Imperator, §. fin. ff. de appellation. gloſ. in l. 1. C. de prohib. ſequeſtr. & c. dilectus, de ſequeſtr. poſſ. & fruct.* & notant Gayll. & Minſyng. *in locis* ſupra citatis, & proindè denegandum ſpero ab optimis, & eminentiſſimis Dominis Judicibus.

Sequitur Additio doctiſſimi, & eruditiſſimi Jo. Camilli Cacacii Præſid. R. C. S. & tunc Advocati famigeratiſſimi.

Doctiſſime ſcripſit Dominus Hector Capycius Latro, Doctor eruditiſſimus pro pupillis de 78
Valderatio, contra Hoſpitale, quod vocant de Pammentone, ut verè nihil addendum ſuperſit, ut tamen Domino Franciſco Antonio Moſettullæ pro pupillis privignis anxiè requirenti morem geram, poſt copioſiſſimas D. Hectoris allegationes, hæc breviſſima volui indicare.

Exiſtimo igitur, Hoſpitale prædictum à petita immiſſione, vel ſequeſtro omninò eſſe repellendum, ea unica ratione, quia, inquit, agere uti hæres ſubſtitutus, ſeu fideicommiſſarius quondam Groppalli. At talis non eſt, quia minimè fideicommiſſariæ ſubſtitutionis factus eſt caſus.

Inſtituit enim Horatius hæredem univerſalem Paulam Mariam Groppallam hoc addito. *Con queſto pero, &c. & non altrimente, che la detta Maria Paola debbia maritarſi con marito carnale in contentamento, guſto, & volunta della detta Signora Lelia moglie di eſſo teſtatore, & delli detto Signor Paolo Serra, ò di quello, che di loro ſopraviveſſe, quando l'altro fuſſe paſſato à miglior vita, in maniera, che ſe la detta Paola Maria non ſi maritaſſe come ſopra con lo detto conſentimento delli detti Signori Lelia, & Paola, ò vero moriſſe innanzi il ſua maritare, ſia, & s'intenda inſtituito herede d'eſſo teſtatore, come s'inſtituiſce, & di ſua propria bocca nomina l'Hoſpedale di Pammentone per qualſivoglia ſperanza, ò intereſſe, che poteſſe havere nel'heredità d'eſſo teſtatore prima che per le ſottoſcritte coſa*

venga

venga il caſo della ſua ſucceſſione nella heredità ſudetta non ſi poſſi intromettere nell'heredità d'eſſo teſtatore, ne adminiſtrare li ſuoi beni.

Ex his verbis ea oritur differentia, nam Hoſpitale prætendit, duo eſſe à teſtatore Paolæ Mariæ injuncta, alterum, ot carnali marito nubat, ſecundum, ut hoc eum conſenſu uxoris Leliæ, & Pauli Serræ
79 affinis fiar, * quæ duæ ſunt conditiones inſtitutioni appoſitæ, quarum una ſi deficiat, relictum amittitur, ſeu hæreditas cenſetur adempta, & ad ſubſtitutum Hoſpitale devolura, ad text. *in l. ſi it, qui ducenta, §. unum ff. de rebus dub* deficit tunc utroque, quia per profeſſionem in Monaſterio emiſſam non poreſt amplius nubere carnaliter, meritò locus eſt ſubſtitutioni.

80 At pupilli Valdetarii unam tantùm † impoſtare conditionem contendunt per ea verba, *che la detta Maria Paola debbia maritarſi con marito carnale in contentamento, guſto, e voluntà della detta Signora Lelia moglie di eſſo teſtatore, & de. detto Signor Paolo Serra, &c.* nec duo, ſed unum tantùm eſſe præceptum à teſtatore, ita ut teſtatot non ſimpliciter voluerit, vel mandaverit Paulæ Mariæ carnales nuptias, ſed quatenus nubere carnaliter elegerit, id cum illorum conſenſu facere debuiſſet, undè dicetur contraventum, non ex omiſſione carnalium nuptiarum, ſed benè quando illæ contractæ fuiſſent abſque uxoris, & conſanguinei conſenſu; Talem autem mentem teſtatotis, & diſpoſitionem fuiſſe ex infra ſcriptis apetre concludo.

80 Primò, * quia ſi duæ hic conditiones adeſſent, illæ quidem copulativè eſſent appoſitæ, at conditiones, quæ copulativè apponuntur in oratione, ſolent cum copula apponi, & ita recti ſermonis exigit uſus, ut optimè *glo.* 1.per illum tex.*in l. ſi à reo 71. ff.de fidejuſſ.* facit tex. eum *gloſ.in l ſi quis ita 129. ff. de verbor,obligat.in l. ſi haredi 5. ubi gloſ. ff. de condit. inſtitut.& in §.*
82 *ſi. Inſtitut. de hared. inſtitut.** Cùm igitur nulla in hac Horatii diſpoſitione legatur copula, non poteſt in ea duplex eſſe conditio, vel præceptum, ſed unum tantùm, vel una, nempe nubendi cum duorum illorum conſenſu, ſuppoſito quod nubendum eſſet, non
83 cum præciſa * neceſſitate nubendi, quod confirmatur ex ſubſequentibus verbis, quibus in caſu contrafactionis adimit hæreditatem, ait enim, *In maniera che ſe la detta Paela Maria non ſi maritaſſe come di*
84 *ſopra con lo detto conſentimento,* * *&c.* hic etiam ſoluta oratione otitur, & abſque copula, quod ſi duo illa matrimonium carnale & hoc cum illorum conſenſu mandara fuiſſet, ita fuiſſet teſtaror loquutus, *non ſi maritaſſe come di ſopra, ne col detto conſentimento &c.* illa enim dictio, *ne.* copulativa copularet utrumque, ſed quia unica tantùm erat conditio, unicum præceptum, nec in donatione, nec in ademptione
85 hæreditatis * copula ulla tam affirmativa, quàm negotiva ponitur, cujus natura eſt poni inter duo,*l.ſi quis ita, ff. de condit. inſtit. l. ea lege, ff. de lega. 3.gloſ. in rubr. ff. de jur. & fact. ignor.* Menoc. *conſ.* 56. *n.* 35.

Secondò hoc clariſſimè ſuadetur ex aliis verbis ſubſequentibus, cùm enim dixiſſet, *In maniera che ſe la detta Paola Maria non ſi maritaſſe, como di ſopra con lo detto conſentimento di detti Signori Lelia, e Paolo*, ſubdit immediatè, *o vero moriſſe prima del ſuo maritare*, Hæc verba clarè oſtendunt minimè in antecedenti caſu matrimonium carnale à teſtatore fuiſſe injunctum: Nam ſi cum duabus conditionibus * fuiſſet Paula Maria ab Horatio ad ſuam hære-
86 ditatem vocata, videlicèt nubendi carnaliter,& cum duorum illorum conſenſu, cùm utraque conditio impleri debuiſſet, *l. heredi plures, ff.de condit.inſt.*dum teſtator in ademptione poſtea dixit, *& non maritandoſi come di ſopra*, id eſt, carnaliter, hic eſſet defectus primæ conditionis, nempè matrimonii carnalis, ſubdit, *col conſentimento delli detti, &c,* hic defectus ſecundæ conditionis, in defectu autem primæ con-
ditionis, * *non maritando ſi come di ſopra*, comprehen- 87
deretur etiam caſus, quando antè nuptias moreretur, tunc enim etiam conditio dicitur deficere. *l. legatum, C. de condit. inſert.* nam illa verbo, *non maritan-*
doſi, * non tantùm comprehendunt caſum nolentiæ, 88
ſed etiam impotentiæ, id eſt, ſi nubere carnaliter non potuerit, *l.cum proponas, C. de hared. inſt. §. 1.ubi gl. 1. Inſt. de vulg.* Bart. *in l. miles, §. ſi pro parte, ff. de legat.* 2. & alii apud Galganett. *in tract. de condit. & demonſtr. p. 1. c. 18.n.18* Non ergò erat neceſſe,teſtatorem addere verba illa, *ò vero moriſſe prima del ſuo maritare*, quæ ſatis in præcedentibus continebantur, & fuiſſent ſuperflue *repetita: Cùm ergò ea ſub- 89
jungit, cum dictione alternativa, *ò vero*, ad ſuperfluitatem evitandam, oportet dicere, eſſe alium caſum diſtinctum à præcedenti, nempe ut teſtotor in altero duorum caſuum tantum Hoſpitale ſubſtituerit, videlicèt, vel quando Paula Maria nuberet carnaliter ſine conſenſu duorum, quos teſtator deſtinaverat, vel quando moreretur, antequam matrimonium
contraheret. * Quia ergò alternativa, *ò vero*, cadit in- 90
ter diverſa, *l. ſub diverſis, ff. de condit. & demonſtrat.* Bald. *in l. filia, C. famil. erciſcund.* Menoc. *c.* 24. *nu.* 2.*l.*2.3. ideò dicendum eſt, in primis verbis unam tantùm conditionem contineri, nempe nubendi cum conſenſu, &c. nam illa eſt interpretatio fugienda,
quia diceretur teſtatorem in caſu † ſuperfluo, & non 91
neceſſario providiſſe, Crovett.*conſ.*149.*n.* 12. Menoc. *de arbitr. Jud. lib.* 2 *caſu* 199. *n.*12.*& conſ.*399 *n.*28, *l.* 5. *poſt* Bald. *conſ.* 35. *lib.* 2.

Tertiò in dubio * facienda illa eſt interpretatio, ut 92
minus cenſeatur à teſtotore hæres gravatus, *l. unum ex familia, §. ſi rem, ff. de leg.* 1. Ruin.*conſ.*76.*n.*9.*lib.*2.
Menoc.*conſ.* 151.*n.*45.*l.*2.†& cùm conditio ſit onus, 93
quo paucioribus conditionibus hæres ad ſucceſſionem vocatur, eò minùs gravatus cenſebitur.

Quartò † non eſt præſumendum, teſtatorem eam 94
conditionem voluiſſe in ejus diſpoſitione apponere, quæ à jure eſt improbata, & non ſcripta habetur, ad notata *in l.haredes mei, §.cum ita, ff.ad Trebell.*
Menoc.*conſ.*31.*nu.*09.*& conſ.* 312.*nu.*4.*At ſi teſtator 95
expreſsè inſtituiſſet Paulam Mariam ſub ea conditione, ſi Religionem non ingrediatur, certe rejiceretur hæc conditio tanquam turpis, & improba, rettahens à bono Religionis, & pura remaneret inſtitutio Abb. *in d. cap. in præſentia, de probat. & in cap.* Eccleſ. S. *Mariæ, de Conſt. Ang. &* Dec. *in l. fin. C. de pact.* Aret. *Nicolaus de Ubal. & Matth.* quos citat, & ſequitur Galganett, *de cond. & demonſtr. par.* 2.*c.*45. *ſub n.* 1. ex text. *in auth. ſed hoc præſenti, C. de ſanctiſſ. Epiſc.* ſi autem voluiſſet, ut Paula Maria carnale matrimonium contraheret, idem eſſet, ac ſi illi Religionis vetaret ingreſſum, quem neceſſario ad carnale matrimonium conſequatur, meritò in dubio huc non præſumitur, voluiſſe, &c.

Cùm autem unica tantùm ſit conditio nubendi, 96
cum conſenſu illorum. Hæc quidem impleta non eſt, quia iſta conditio tunc implenda erat, cùm illa carnaliter nuberet, quod cùm nec factum ſit, nec fieri ampliùs poſſit, meritò defeciſſe dicitur conditio, *d. l. legatum, C. de condit. inſer.* & proindè totaliter Monaſterium dicitur excluſum.

Nec * poterit admitti ex alio caſu, dum dicitur, *ò* 97
vero morendo prima del ſuo maritare, tunc quia adhuc Paula Maria naturaliter vivit, ante cujus obitum nullo modo ſubſtitutum Hoſpitale poteſt admitti, ut latè D. Hector. *in allegationibus* fundavit, & innumeros noviſſimè congerit *Fuſar. qu.* 430. *n.* 1.*in tract. de fideic. ſubſti.* tum etiam, quia jam nupta eſt ſecundò per profeſſionem Monachalem, adeò ut non poteſt evenire conditio, ut ante nuptias decedat, & quod teſtator in hoc ſecundo caſu noluerit ſpirituales nuptias excludere, ex ſuo ſuadetur, quia ſimpliciter

ciſer dixit, *merendo inanzi del ſuo maritare*, non ad-
98 didit, *carnalmente*, aut dictionem *come di ſopra*, ut in
præcedentibus fecerat, quod ſignum fuit, noluiſſe in
hoc ſecundo caſu ſe ad carnale matrimonium reſtrin-
gere, &c. ſed juris relinquere diſpoſitioni.

Ex quibus currenti calamo exaratis pro Valdeta-
riis pupillis ad excluſionem Hoſpitalis concludo.
Laus Deo, Beatæ Mariæ Virgini.

99 *Hac cauſa pluries fuit diſcuſſa, & * licèt non fuerit
deciſa, attamen filii Joan. Andrea Valdetarii ſemper in
poſſeſſione bonorum extiterunt, & hoſpitale judicium poſt
hac ſcripta ampliùs proſequutum non fuit.*

OBSERVATIO IN CONSULT. LXIII.

A R G U M E N T U M.

Conditio, *ſi ſine liberis*, num dicatur deficere per ingreſſum Monaſterii, quod, an, & quando habeatur loco filii exiſtentibus verbis naturalitatem importantibus. Referuntur deciſiones tàm antiquæ, quàm recentiores. Conditio, *ſi ſine liberis*, duplicem continere videtur conditionem, alteram ſcilicèt filiorum, alteram verò mortis. Celebratur, & tranſcribitur celebre Reſponſum *D. Conſil. Franciſci Andrea.*

S U M M A R I U M.

1 *Legatum pro maritagio nùm debeatur pro Monacatu.*
2 *Et quid ſi verba ſubſtitutionis dicant*, ſi legataria deceſſerit ſine liberis?
3 *Conditio*, ſi ſine liberis, *duplicem continet conditionem*, *n. 6. & 18.*
4 *Laudatur* Reg. Conſil. D. Franciſcus Andreas.
5 *Facti ſeries.*
7 *Legatum continens duas conditiones conjunctim, non debetur, ſi una tantum conditio fuerit impleta, dum utrique eſt parendum.*
8 *Interpretatio* text. in l. ex facto, 17. §. ex facto, ff. ad Trebell.
9 *Ponderatur* tex. in l. Statios Florus, 48. §. Cornelio Felici, ff. de jur. fiſc. *& n. 10. 11. & 12.*
13 *Declaratur* Oldrad.
14 *Explicatur* Gulielm. de Benedictis.
15 *Reprobatur* Gama.
16 *Declarantur* Boër. & Fuſat. *& n. 17.*
19 *Sequeſtrum an, & quando poſſit fieri contra poſſeſſorem, & n. 20.*

VUlgatus Articulus emerſit diſputandus in hac *Conſult.* nùm per ingreſſum religionis per ſubſtitutum gravatum ſub conditione, *ſi ſine liberis*, deficiat, vel verificetur dicta conditio, adeò quod Monaſterium loco filii ſuccedat.

Conſiliar. Staiban † ex recentioribus Scriptoribus
1 *reſ. 187. & in obſervat. ad eandem reſol. à n. 1. ad 22.*
firmat, legatum factum pro maritagio deberi etiam
pro Monachatu, niſi contrarium deduceretur ex vo-
luntate teſtatoris expreſſa, vel tacita, nempè ſi ad-
jeciſſet ſubſtitutionem; *ſi legataria deceſſerit ſine filiis
legitimis, & naturalibus*, * quia tunc Monaſterium
2 redderetur incapax, & non poſſet ſucceſſionem præ-
tendere, juxta *Maſtrill. dec. 152. ſub nu. 28. lib. 2;
Praſ. de Franch. dec. 29.* quas deciſiones dicit funda-
ri in dictis verbis naturalitatem importantibus, quæ
nullo modo poſſunt adaptari, nec congruere Mo-
naſterio ſucceſſionis capaci, ſivè incapaci, addu-
cendo deciſionem noviſſimè factam de anno 1670.
in Aula, in qua ipſe præſidebat in cauſa D. Proſpe-
ri Suardi contra Monaſterium Sanctæ Mariæ Don-
næ Reginæ.

Quæ ſubſtitutio ſub conditione, * *ſi ſine liberis*, 3
duplicem continere videtur conditionem, alteram
ſcilicèt filiorum, alteram verò mortis, quæ quam-
vis ſit certa, dies tamen ejus dicitur incertus, &
per conſequens conditionem importat, juxta *text. in
l. 1. & l. 1. & l. dies incertus, ff. de condit. & demon-
ſtrat.* & habetur ex *Reg. Latr.* hic *numero* 37. ſuper
quo non intendo ſumere laborem, quia non mi-
nus doctè, quàm magiſtraliter diſſeruit † *D. Con-
ſil. Franciſcus Andreas* pro D. Antonia de Angelis 4
Principiſſa Biterti contra Principem Meſſapiæ, &
D. Flaminium de Angelis, ideò ſat erit tanti Viri
reſponſum hic tranſcribere pro reſolutione dicti Ar-
ticuli.

De excluſione Dominici de Angelo, ſeu Conradi D. Flaminii ejus filii à petitione legati ducatorum centum mille; Quod non ſit impleta conditio mortis Principis Meſſapia, ſub qua fuit relictum.

ET quod attinet * ad primum, res videtur om-
nis dubitationis incapax. Nam ſi legatum fuit 5
relictum Dominico de Angelo, in caſum quo Prin-
ceps Meſſapiæ moreretur abſque filiis maſculis, ut
ex teſtamento *fol. 149. in fin.* Quis feret, vivente
adhuc Principe, conditionem poſſe dici impletam?

Nam quod aiunt conditionem obitus Principis abſque filiis maſculis accipiendam de filiis ex matrimonio contracto cum Principiſſa D. Victoria, ac ideò pro impleta habendam, quod ex eo tamquam ſoluto per mortem uxoris, impoſſibile ſit ullos exoriri liberos, id nocere quidem poſſet Principi Meſſapiæ, ejusque filiis ex ſecundo matrimonio, at non ideò prodeſſe Dominico de Angelo, aut ejus filiis.

Noceret Principi Meſſapiæ, quatenùs ex hac re 6
ſequeretur, non poſſe ipſum prætendere ſe, tam-
quam poſitum in conditione fuiſſe vocatum, & eò
minùs ejus filios ex alia uxore, uti nedum non vocatos, ſed nec etiam poſitos in conditione. Non prodeſſet Dominico de Angelo, quia conditio, quamvis impleta quoad defectum liberorum, non ideò poſſet pro impleta haberi quoad mortem Principis.

Cùm certiſſimi * juris ſit, conditionem mortis ali-
cujus ſine filiis, duplicem continere conditionem; 7
alteram mortis, alteram ut nulli extent filii, ut poſt
Rum. & Alexand. docuit *Mantic. de conject. lib. 11.
tit. 7. n. 23. Peregrin. de fideicomm. art. 28. num. 83.
Flores de Mena ad Gamam dec. 160. Boër. dec. 364.
num. 13.* Idemque *Peregrin. conſ. 28. n. 3. & 5. tom.*

Cùmque * ſi plures conditiones conjunctim datæ ſint, omnibus ſit parendum, *l. ſi haredi plures, 5. ff. de condit. inſtit. & §. ſi plures, Inſtit. de hared. inſtit.* ex regula, ut ubi verba conjuncta ſunt, non ſufficiat alterutrum eſſe factum, *l. in eo, 110. §. ubi verba, ff. de regul. jur.* pernecesse ſequitur, ut ſi ex duabus conditionibus altera ſit impleta, altera non, legatum non debeatur.

Ut in propriis terminis ſubſtitutionis * factæ ſub
conditione, *ſi gravatus deceſſerit ſine filiis*, docemur 8
ex *text. in l. ex facto, 17. §. ex facto, ff. ad
Trebell.* ubi cùm filius fuiſſet rogatus à matre,
ut ſi ſine liberis decederet, reſtitueret hæreditatem fratri ſuo, isque fuiſſet deportatus, antequam liberos ſuſciperet, quamvis conditio quoad defectum liberorum jam fuiſſet impleta, cùm filii poſt deportationem nati non faciant, ut deficiat conditio, *ſi ſine liberis*; Attamen quouſque deportatus viveret, non fieret locus ſubſtituto, quia non poſſet dici impleta conditio obitus, ac ideò interim bona, cùm ſua cauſa manſura

eſſent

eſſent penes fiſcum, ibi: *Maximè cum bona jure ſua quodam modo cauſa fiſco ſint vindicanda.*

9 Dicuntur * autem vindicari cum ſua cauſa, ſcilicèt cum aodem onere reſtitutionia in caſum, quo impleretur conditio mortis, ut proindè ſi pendante vita gravati ſubſtitutus moraretur, caduca fieret ſubſtitutio, ut *text.* aſt expreſſus in *l. Statius Florus*, 48. *§. Cornelio Felici*, *ff. de Jur. fiſc.* ibi: *Sed ſi non dum dies fideicommiſſi veniſſet, quia poſſet prius ipſe mori, repulſus eſt interim à petitione.*

10 Ex quo * *text.* docuit ibi *Bart.* ſi rogatus reſtituere hæraditatem ſub conditione, *ſi decederet ſine filiis ex corpore*, ingrederetur Religionem, quo caſu verior opinio eſt, Monaſterium non habari loco filii, adhuc expectandam eſſe illius mortem naturalam, & prædecedente ſubſtituto tamquam non impleta conditiona, ſubſtitutionem evaneſcere, quod notavit *Peregr. de fideicomm. dict. art.* 28. *n.* 81. quia ut inquit *n.* 83. fideicommiſſum relictum ſub conditione, *ſi ſine filiis deceſſerit*, duas habet conditiones, alteram mortis, alteram ſi ſine filiis, & licèt hæc ſecunda poſſit videri purificata, non tamen verificata eſt altera, & quamvis certum ſit hæredam gravatum moriturum, quia tamen dias mortis incertus eſt, & antè eum fideicommiſſarius poſſet decedere, ideò incertitudo diai operatur effectum conditionia quoad impediendam tranſmiſſionem, quod aptius ad rem noſtram tradidit *dict. conſ.* 28. in quo propriè agebatur da ſubſtitutione facta alicui, ſub conditione, *ſi alius deceſſiſſet ſine filiis.*

11 Hæredem enim ſcripſerat * Pater filium maſculum, eidemque decedenti abſqua maribus ſubſtituerat maſculos naſcituros ex Narciſſa ipſiuſmet teſtatoris filia; Ipſa verò Narciſſa decedente abſque filiis maſculis vocaverat natos ex ſororibos.

Cùm deceſſiſſet filius abſque maſculis, ſicque factus eſſet caſus primæ ſubſtitutionis in beneficium filiorum Narciſſæ, ſi adfuiſſent, ex ea verò nulli eſſent nati liberi, nec ſpes eſſet ullos oriri poſſe, quia ſexagenaria, petebant filii ſororum admitti ad fideicommiſſum, quaſi pro impleta habenda eſſet conditio obitus Narciſſæ ſina filiis maſculis.

12 Conſuluit * *Peregr.* nullo modo potuiſſe illos vivanta adhuc Narciſſa aſpirare ad ſucceſſionem, quia interim, inquit, *n.* 12. dum Narciſſa vivit, nulla eſt illis nata actio, *l. ſi*, *cui*, *ff. de action. & obligat. l. Statius Florus*, *§. Cornelio Felici*, *ff. de Jure fiſci*, *l. unica*, *§. ſin autem ſub conditione*, *C. de caducis tollea.*

Nec obſtare ait *n.* 5. quod ex Narciſſa nulli oriri poſſent filii, quia cùm conditio illius obitus abſqua filiia duplicem contineret conditionem, alteram defectum liberorum, alteram mortis, hujuſmodi conſideratio videbatur inepta; Undè *n.* 5. Nec quidquam obeſt, quod ipſa D. Narciſſa ſit, ut proponitur, ſexagenaria; adeò ut filios procreare non poſſit, & non ſit expectanda ajus mors naturalis, attenta mante teſtatoris; Quæ ſanè conſiderationes ineptæ ſunt: nam iſti ſunt ſubſtituti, & vocati ſub duabua conditioonibus, altera mortis dictæ Narciſſæ, cùm dies mortis faciat conditionam, *l. dies incertus*, *& l. hæres meus*, *ff. de condit. & demonſtrat.* altera conditio eſt, *ſi ſine filiis maſculis*, ideòque quamvis proponamus conditionem iſtam non poſſe deficere, attaman expectanda eſt alia conditio mortis dictæ Narciſſæ.

Nec pro contraria ſantentia meruarunt allegari *Oldrad. conſ.* 139. *n.* 3. *Gulielm. de Bened. in cap. Raynutius verb. ſobolem. n.* 64. *de teſtam. A. Gama dec. Luſit.* 160 *num.* 4. *& Faſar. de fideicomm. ſubſtit. q.* 415. *num.* 3.

13 *Oldrad.* enim locutua fuit de re † longè diverſa, ſcilicèt de donatione, quæ facta ſit alicui in caſum, quo donator moreretur ſine liberis, & quærit quo tempore dicatur purificari donatio, viventa ſcilicèt donatore, an poſt ejua mortem? Atque non vidari expectandum tempus poſt mortem, ſed ſtatim atque donator ad eum ſtatum pervenit, ut certum ſit eum abſque liberis moriturum, ſicque in ipſo actu moriendi, donationam dici purificatam, & jus in donatarium tranſlatum: anticipat enim, inquit, hic exiſtentia conditionis actum moriendi, licèt uſque tunc dies protrahatur; nempè quia vivens quis moritur, *ad text. in l. ult. ff. de condit. inſtit. & in l. ult. cum concordant*, *ff. quando dies legat. cedat*, ubi id notant communiter *DD.* & ideò addit; Habet enim iſta conditio pro conditiona, id quod eſt liberos non exiſtere, mortam autem pro dia, *l. in illa*, 8. *D. de V. O.* Tali igitur conditioon infallibiliter exiſtente, dudum antè mortem retrovidetur dominium, & omnis poſſeſſio eſſe tranſlata, quod quam longè abſit à ta, de qua agimus, nullua eſt, qui non videat; Conditio enim certò extitura, ot eſt conditio mortis, in teſtamentis ſolum conditionis vim habet, quia dies incertua in teſtamentis pro conditiona habetur, *d. l. dies incertus*, *de condit. & demonſtrat.* & ideò ſi legatarius antè deceſſerit, ad hæredem ejua legatum non tranſit, quia non ceſſit dies vivo eo, quamvis certum fuerit moriturum, *l.* 1. *§. dies autem*, *eod. tit.* quod non ità eſt in contractibua, in quibus conditio certò extitura, dies eſt non conditio, ut notant *DD. in l. cedere diem*, a 13. *ff. de verbor. ſignificat.*

Gulielm. de Benedict. in d. cap. † *Raynutius*, *verb.* 14
& ſoboles, *num* 64. non aliud agit, quam referra præcitatum *Conſ. Oldrad.* & ferè per eadem verba, eoque uſus fuit pro ratione dubitandi ad aliam quæſtionem, nam cum *n.* 63. docuiſſet, fœtum in utero non haberi pro nato, quando non ageretur da ejus commodo, ac ideò arguiſſet inſtitutum ſub conditione, *ſi Titius deceſſerit ſine liberis ex ſe natis*, admittendum ad hæreditatem, ſi Titius deceſſiſſet partu exiſtente in utero, quia hoc caſu, inquit, non agitur de commodo ventris, cui nihil fuerat relictum; inquit poſtmodum *n.* 64. contra vidari facere *conſilium Aacharan.* 355. ubi inſtituto Titio, ſi maſculus non naſceretur, conſuluit conditionem haberi pro impleta, ad finem nè impediatur tranſmiſſio quotieſcumque antè mortem inſtituti, ex vehementi conjectura appareret, partum fore fœmineum, prout in ſimili addit conſuluiſſe *Oldrad. d. conſil.* 139. ut ad purificationem donationis in caſum mortis ſina liberis, non ſit neceſſe expectare punctum mortis, imò cenſeri conditionem exiſtera, quam primum donator ad eum ſtatum pervenerit, quod incipiat certum eſſe ipſum ſine libaris moriturum, cujuſmodi doctrina, ut prædiximus, nihil facit ad rem, quam tractamua.

Antonius Gama deciſ. 160. * proprius ad rem acceſ- 15
ſit, dùm ex præcitatis doctrinis arguit, ut ſubſtitutus in caſum mortis ſina filiis poſſit tranſmittera fideicommiſſum ad hæredes, eo ipſo, quod gravatus ad eum ſtatum pervenerit, ut certum, aut ſaltem veriſimila ſit, eum filios non habiturum, cujuſmodi tamen doctrina falſa eſt, & juris principiia diſſona, ut ibi advertit *Flores de Mena*, cùm inquit, hoc taman dictum licèt ſingulariſſimum ſit, verum non eſt, quia conditio, *ſi ſine liberis decedat*, implicat duas conditiones, unam de liberia, alteram de tempore mortis, quia dies incertus eſt, & pro conditione habetur, & ideò licèt prima ſit impleta ex dicta naturali impotentia, non tamen ſecunda, quia poteſt ſubſtitutus antè mori, ut *Author* hic conſiderat; ità cum *Ruin. & Alex.* conſiderat, & tenet *Mantic. de conjectur. lib.* 11 *tit.* 7. *num.* 23. facit *Menoc.* cum *Fulgoſ. & aliis lib.* 4. *de præſumpt.* 169. *à num.* 12.

Qua ratione † apud *Boer*, *dicta deciſ.* 354. cùm Pater 16
inſtituto

inſtituto filio, eidem ſine liberis decedenti ex legitimo matrimonio, ſubſtituiſſet ſororem, & fuiſſet dubitandum, an ſoror decedens, poſtquam hæres fuerat ad Sacerdotium promotus, potuiſſet ſpem fideicommiſſi ad ſuos hæredes transmittere, quamvis referat deciſum pro transmiſſione, inquit tamen in fine illius *deciſionis*, quod ſi cauſa delata fuiſſet ad Cameram, omnes fuiſſent contrariæ opinionis, quia ſubſtitutio, inquit *numero* 3. fuit facta ſub duabus conditionibus, ſcilicèt, *ſi accederet*, & *ſi ſine liberis in matrimonio procreatis*, & quamquam ante mortem ſubſtitutæ, prima evenerat, quia non poteſt habere liberos, non tamen ſecunda, quæ eſt mors illius, quod prius requirebatur, antequam diceretur impleta, *l. ſi hæredi plures*, *ff. de condit. inſtit.* vide *Fuſar. qu.* 490. *n.* 12.

17 *Fuſar. quæſt.* 415. † nedum nihil pro Adverſariis, ſed ipſis potius adverſatur; propoſita enim quæſtione, an conditio, ſi filios non habuerit, dicatur impleta, ſtatim atque certum ſit gravatum filios habere non poſſe, inquit cùm caſus accidiſſet, & cauſa bis fuiſſet deciſa pro ſubſtituto, ſententiam bis fuiſſe reſciſſam Venetiis per *Conſilium quadraginta Virorum*, donec ſubſtitutus acquièvit, ſed de hac re, inquit, nullum eſſe dubium, quando conditio non reſpexiſſet ſolum defectum liberorum, ſed etiam caſum mortis, ſcilicèt ſi fuiſſet concepta his verbis, *ſi deceſſerit ſine liberis*, quia tunc, ait, requiritur implementum utriuſque conditionis, mortis ſcilicèt, & defectus liberorum, ex *Peregrin. d. conſ.* 28.

En igitur ut apertè docet, in conditione *obitus ſine filiis*, duplicem contineri conditionem, alteram mortis, alteram defectus liberorum, ut ideò, niſi utraque ſit impleta, dies legati nec ceſſiſſe, nec veniſſe dicatur, *d. l. cedere diem*, 213. *de verbor. ſignificat.*

18 Igitur ſi verba ea, * *in caſo che il Sig. Principe di Miſagna moriſſe ſenza figli maſcoli legitimi, & naturali di ſuo corpo*, duplicem continent conditionem, alteram mortis, alteram defectus liberorum, & primam non poteſt prætendi fuiſſe impletam, cùm Princeps vivat, nil opus eſt quærere, de quibusnam liberis teſtator ſenſerit, an primi, an cujuſlibet matrimonij, ut cognoſcamus de implemento ſecundæ, cùm ſana ſit, unam non eſſe impletam, dùm utrique eſt parendum, *d. l. ſi hæredi plures*, *ff. de condit. inſtit.* & *d. §. ſi plures*, *Inſtit. de hæred. inſtit.*

Franciſcus Andreas.

19 Tangit hic *Reg. Latro numero* 37 * materiam ſequeſtri, & firmat non poſſe fieri, uno ex litigatoribus poſſidente, onde ad ejus concluſionem comprobandam addimus *Camill. Borrell. in ſumm. deciſ. cap.* 37 *num.* 32. 33. 34. 35. & 36. & *Reg. Revert. deciſ.* 46. ubi *Reg. de Marinis in obſervat.*

20 Limitanda tamen venit hæc concluſio, * quando poſſeſſio unius ex litigatoribus eſſet vitioſa, nempè ſi fuiſſet capta vigore præambuli ab inteſtato, exiſtente teſtamento, *Reg. Latro deciſ.* 10. *numero* 20. vel ſi fuiſſet attentata, quia tunc Judicis officio poteſt fieri ſequeſtrum ex *Rot. deciſ.* apud eundem *Borrell. numero* 73. Octo alios caſus, in quibus poteſt fieri ſequeſtrum contra poſſeſſorem, habebis apud D. *Maradei in ſua noviſſ. prax.* quæ exiſtit ſub prælo *de præſentat. inſtrumentorum cap.* 26. *à numero* 13. *ad* 25.

A R G U M E N T U M.

De novi operis nunciatione, & ejus effectu, & ao, & quando ille, qui habet domum ſupra viam vicinalem, vel publicam, quæ non habet exitum, niſi ad domos privatorum poſſit ſupra proprium murum ponere tectum, quod habeat ſtillicidium in via prædicta, & quæ dicatur via vicinalis, vel publica.

SUMMARIUM.

1 *Judex in judicio nunciationis novi operis interponit decretum, quod nihil novi fiat, & in hoc caſu à præcepto poteſt incipere, nu.* 2. *etiam abſque cauſa cognitione, n.* 3. *& nunciatus ab ædificando deſiſtere debet quamvis nuncians de ſuo jure non probaſſet, ibid.*

4 *Ædificium demolitur, ſi nunciatus contravenit præcepto Judicis, & non examinatur, ſi jure vel injuria factum ſit, n.* 5. *&* 8. *etiam ſi nuncians jus nunciandi non habet, n.* 6. *&* 9.

7 *Nunciatio eſt tanti momenti, ut noceat etiam juſtè ædificanti, & impedit ædificium fieri.*

10 *Nunciandi forma triplex eſt, verbalis, per jactum lapilli & per Prætorem.*

11 *Nunciatus non debet damnum reficere nuncianti, quamvis ſuccumbat, & non via facti, ſed juris ſe tueri debet, adeundo Judicium, an tollat mandatum, n.* 12.

Et debet expectare terminum trium menſium, intra quem nuncians poſſit jus ſuum producere, n. 13.

Et in termino prædicto non debet audiri etiam ſi efferat cautionem de demoliendo, n. 14.

Contrarium, n. 31

Limita, n. 32

Intellige, ut n. 33. *&* 34. *& elapſis verò tribus menſibus licet ædificium complere cum cautione de demoliendo, n.* 36.

15 *Via vicinalis poteſt eſſe privatarum perſonarum, & quæ dicatur, num.* 17. *& quando dicatur publica, num.* 19.

16 *Nunciatio novi operis fieri poteſt tam ſi ædificatur in via vicinali, quam in publica.*

Et quid ſi via vicinalis ſit communis, n. 18.

Et poteſt fieri à quolibet, quando damnum in publico, vel privato loco infertur, n. 20.

21 *Stillicidium poteſt fieri in via publica ex conſuetudine, non tamen permittitur ſi fiat cum damno vicini, n.* 22. *& de ratione, n.* 23.

23 *Statutum, ſive licentia Principis, vel conſuetudo de ædificando ſupra ſolum publicum, intelligitur ſine damno vicini.*

24 *Teſtis plenè probat contra producentem.*

25 *Via vicinalis ſi non conſtat, fuiſſe confectam ex agris privatorum publica in dubio eſt præſumenda, & n.* 28. *ſive habeat exitum ad mare ſive ad flumen, & tam ad viam conſularem publicam, quam ad viam prætoriam, quia ſunt ſynonyma, numero* 26. *ac etiam ſi ad fundum vicini, numero* 27.

29 *Actore non probante, reus abſolvitur.*

30 *Conſuetudo, vel ſtatutum faciendi ſtillicidia in via publica eſt attendenda.*

35 *Nunciatio quando ſperni poteſt.*

36 *Ædificium poteſt compleri elapſis tribus menſibus, præſtita tamen cautione de demoliendo.*

37 *Vicinus non poteſt facere aliquid in re communi, quando damnum afferat alii vicino.*

38 *Socius, qui habet curtim, vel viam communem cum alio ſocio, vel habet ſervitutem ſuper fundo alte-*

rius ſi emat domum, vel prædi m juxta ſuum, ad quod erabit uſum via, ſeu curtis communis, aut ſervitutem, non poteſt aliquid facere in præjudicium ſocij, ſeu vicini, & ratio adducitur numero 39.

Diſtingue, ut numero 42. 43. 44. & 49. & non poteſt prædium ſerviens amplius operare, & numero 40.

41 *Uſus licitus ſi eſt inſeparabilis ab illicitis, an poſſit prohiberi.*

45 *Teſtis, qui non deponit, de cauſa ſcientiæ, ſed de ſuo judicio non probat.*

46 *Damnum non præſumitur, niſi probetur, & onus probandi ſpectat ad allegantem.*

47 *Stillicidium non poteſt ſe protendere ultra murum pluſquam dimidium palmi, vel circa.*

48 *Teſtes numero majores, ſenes, & reddentes cauſam ſcientiæ præferuntur aliis teſtibus in minori numero non deponentibus de cauſa ſcientiæ.*

50 *Privilegium Principis ſemper intelligitur abſque tertij præjudicio conceſſum. Limita ſi in modico tertius lædatur, n. 53*

51 *Exempla licèt regulam non reſtringant, nihilominus illam declarant.*

52 *Doctor eſt intelligendus ſecundùm legem, quam allegat.*

54 *Deciſio Cauſæ refertur.*

Pro Gabriele de Angelis, contra Marianum de Silveſtro.

CONSULTATIO LXIV.

DUm Gabriel de Angelis ejus domum in proprio ſolo ampliare, & ædificium cooperire imbricibus intendaret, quorum tamen ſtillicidium ad quandam viam, ubi non erat exitus, niſi ad viam publicam, & ad d ctam domum, & ad aliam Marianii de Silveſtro aditum habebat, Marianus adiit M.
1 C.V. obtinuit ſolitum decretum, * ut nihil novi fieret, quod fundatur ex *text. in l. 1. ff. de oper. nov. nunciat. &*
2 *ex l. Prætor ait. 20 §. interdictum,* * *& §. ait Prætor. eod. tit.* poteſt enim hoc ſolu Iudex à præcepto incipere, *Gayll. obſer 16 ſub n 11. Doct. in l. de pupillo, §. meminiſſe, ff eod. tit. de nov. oper. nunc & l. 4. in princip. ff. de fideic. lib. Borgnin. Caval det. 25. de contract. part. 2.*
3 *n.6.* quod Judex facere poteſt abſq; * cauſæ cognitione, & nunciatus ab ædificando deſiſtere debet, quamvis nuncians de ſuo jure non probaſſet, *Fachin. contr. jur. lib. 8. c. 44.* & ſi nunciatus contraveniret, *
4
5 demoliendum erit, * *l. 1. in print. & tot. tit. ff. quod vi, aut clam*, nec examinandum erit, ſi jure, vel injuria
6 factum fuerit, † *Surd. conſ. 154. n. 1.* quod procederet
7 etiam ſi nuncians jus nunciandi non haberet, † quia tanti momenti eſt nunciatio, ut etiam juſtè ædificanti noceat, & ædificium fieri impediat, *Gayl. d. obſer.*
8 *16. lib. 1. in print.* qui ex * *text. in d. l. 1. ff. de oper. nov. nunc.* & aliis d cit, quod ſi ſpreta nunciatione ædificare quis pergat, opus factum demoliri teneatur, nam nunciatio, ſive jure, ſive injuria facta ſit, ſperni non
9 debet, * & ædificans poſt nunciationem quamvis in ſuo proprio loco ædificaſſet, & nuncians nullum jus habuiſſet, debet demoliri totum illud, quod ſuperædificavit ſuis expenſis, *Magon. deciſ. Lucenſ. 29. &*
10 *Gayl. obſ. 16.* qui *& n.* 11. tradit, * quod triplex eſt nunciandi forma, verbalis ſcilicet, per jactum lapilli, & per Prætorem, *d. l. 1. §. in operis, ff. de nov. oper. nunciat.* ubi etiam * *Jaſ. & l. de pupillo, §. meminiſſ, ff. eo-*
11 *d. tit.* nec ſi poſtea vincat nunciatus, debet ei damnum ſarciri *Franch. dec. 331. in fin.* quia ſpreta Judicis authoritate vim facit, *Magon. d. dec. 29.*

Verùm quia is, cui factu eſt nunciatio, juris, non facti via tu[...]ſe debet, propterea debet Judicem adire, & tolli [...]ndatum inſtare, ut advertit idem *Gayl. loco ſupra citato. n. 2.* ideò Gabriel de Angelis coram eodem Judice inſtitit, mandatum relaxari, ut ipſi ſuper ſuo ædificare liceret, offerendo, quatenus opus eſſet cautionem de demoliendo, & facto acceſſu ſuper loco prætendebat Marianus nunc ans, quod ipſe habeat jus prohibendi, & præſertim, ne Gabriel protendere poſſet ſtillicidium ſuper viam, quam propriam eſſe aſſerabat, & quo ipſe ſolus januam ejus domus in ea habebat, & ad hoc magis probandum inſtabat pro termino, qui jam fuit datus, & interim mandatum bene firmum remanere, ſaltem durante termino trium menſium, cùm de jure nunciatus debeat * poſt denunciationem expectare di- 13
ctum terminum trium menſium, intra quem poteſt ſuum jus producere, *d. l. 1. ubi Bart. & cæteri, ff. de nov. oper. nũciat. Put. deciſ. 129. lib. 2* intra quod tempus non debet audiri nunciatus, † offerendo ſatiſdationem 14
de demoliendo, *Put. ubi ſupra, Creſcent. deciſ. 1. alias 266. tit. de oper. nov. nunciat. Gomez Leo in deciſ. 7. Gayll. d. obſer. 16. num. 17.* ubi etiam *Bernard. Graveis nu. 18. Fachin. controv. jur. d. lib. 8. cap. 48.* & eſt *text. in cap. fin. de oper. nov. nuntiat. & in l. unica, C. eod. tit.*

Inſuper dicebat Marianus, quod ex nunc dicta via, aut erat, judicando privata ipſius, * vel vicina- 15
lis, quæ etiam poſſet eſſe privatarum perſonarum, *Afflict. deciſ 62.* vel publica, & in omnibus dictis caſibus prohibere poterat, * ne in ea aliquid novi 16
fieret, ſi enim propria judicabitur, & ex propriis agris confecta, & tunc nulli dubium eſt, quod nemo præter Domini voluntatem poterit ædificare, vel ſervitutem imponere, *l. fin. §. Lucius, ff. de ſervit urban. præd. Franciſ. Marc. quæſt. 120. & 582. part. 2. Cravett. conſ. 94. Cepol. de ſervit. urban. præd. cap. 41. nu. 2.* ſi via erit vicinalis, * quæ dicitur, quando una 17
pars ejus in vias publicas exitum habet, alia verò pars abſque ullo exitu intermoritur, *l. fin. ff. de locis, & itiner. public.* & etiam dicitur via vicinalis, quæ in vicis eſt, vel in vicis ducit, * *l. 2 §. viarum,* & ibi 18
gl. ff. 2. ne quid in loc. publ. & tunc ſi dicimus, viam vicinalem eſſe communem inter Marianum, & Gabrielem, poterit etiam Marianus prohibere, cùm in re cõmuni alter ſine conſenſu alterius aliquid novi facere non poſſit, potior enim eſt conditio prohibentis, *l. ſancimus 28. ff. comm. divid.* * & ſi hæc via vicinalis 19
eſt publica, quæ ex collatione agrorum privatorum facta ſit, quando memoria hominum non extat, etiam publicarum numero eſt *l. fin.* & ibi *gl. ff. eod. tit. de locis, & itiner. public. & d. l. 2. §. viarum, ff. ne quid in loc. publ.* * & in loco publico ne aliquid fiat per 20
quod publico, vel privato damnum inferatur quilibet prohibere poteſt *l. 1. & l. 2. ff. eod. tit. ne quid in loc. publ.*

Rurſus dicebat, quod quatenus Gabriel prætenderat, viam eſſe publicam, & quod ei liceret ex conſuetudine loci facere tectum in ejus domo, * quæ pro- 21
tenderet ſtillicidium ſuper viam prædictam, ut habetur ex *Cepoll. in d. tract. de ſervit. urban. prædior. cap. 41. de ſtillicidio, ſeu tecto,* * adhuc id facere non 22
poſſet cum damno vicini, quia ſtatutum, ſive licentia Principis, † vel conſuetudo de ædificando ſupra ſolũ 23
publicum, intelligitur ſine damno vicini, *l. 2. §. ſi quis à Principe, & §. meritò, ff. ne quid in loco publ. Cepoll. ubi ſupra, ſub nu. 2.* ubi *in fine* ſic dicit vidiſſe judicatum Veronæ.

Pro Gabriele dicebatur, quod non debebat expectari terminus trium menſium, quia jam Marianus ſuas fecit probationes, & nedum non probavit, viam eſſe propriam tanquam ex ſuo agro confectam, ſed totum contrarium, nam primus teſtis examinatus, & per eum productus dicit, quod ſe remittit ad quæ in alia diſpoſitione ſua depoſuit ubi dixit, viam publicam eſſe, qui tanquam teſtis à parte productus plene probat contra producentem, * *Jaſ. in rubr. ff. de* 24
jur.

jur. jur. in 6. lim. Soc. jun. conſ. 69. n. 11. lib. 1. Burſat. c.
340. *n.* 13. *l.* 3. & alij per *Farinac. de oppoſit. contr. perſ.*
teſt. quaſt. 62. *n.* 226. tantò magis, quia pro Gabriele
ſtat juris præſumptio fundata ex dicta *l. fin. ff. de loc.*
& itin. publ. & ex l. 2. §. via vicinales, ff. ne quid in l.
publ. & utrobiq. glo. & DD. Rimin. conſ. 431. *n.* 20. *vol.*
3. *Surd. deciſ.* 42. *& ibi moderna additio Hodierna*, qui
alios citat, *Cepoll. de ſervit. ruſtic. prædior. cap.* 3. *de*
25 *ſervit. via, nu.* 23. quotieſcunq; enim non conſtat, †
viam vicinalem fuiſſe ex privatorum agris confe-
ctam, publica judicari debet, prout ſemper in du-
bio eſt præſumendum, *Maſcard. de probat. concluſ.*
26 1411. & hoc tam ſi habeat exitum ad mare, † quam
ad flumen, ſive ad viam conſularem publicam, ſive
ad prætoriam, ſunt enim ſynonyma *Napod. in Conſuet.*
27 *Ubi domus, de jure congr. n.* 56. & etiam ſi † habeat exi-
28 tum ad fundum vicini idem * *Maſcard. loc.* citato, *n.*
2. & in prædicta via verificari ſtatutum de via publi-
ca, probat *Bart. in d. l. fin. & Angel. in conſ.* 18. inci-
piente *reperitur, Joan. Longa. in repetit. l. Imperium,*
ff. de juriſd. omn. judic. num. 2. & ſic ex regula actore
non probante, * & cæt. ſtatim quod non fuit pro-
29 batum, viã fuiſſe ex proprio agro confectam, Gabriel
habet intentionem fundatam, quod via ſit publica.
Tamen ad majorem cautelam ipſe pleniſſimè per
quinque teſtes probavit, viam prædictam à tanto
tempore, cujus non extat memoria, publicam fuiſſe,
evidenter ex uſura loci apparuit, quòd nedum ipſe
Marianus habet januam in dicta via, ſed etiam Ga-
briel, licèt ad præſens ea non utatur, cùm ſit fabri-
cata, quia aliam in via conſulari aperuit, & teſtes
deponunt, quod ea uſus fuit, imò quod cùm adeſſet
molendinum, ſive centimolum conjunctum domui
prædicti Mariani, unuſquiſque qui ad molendum
frumentum in dicto centimolo accedebat, ibat per
dictam viam uſque ad domum Mariani, & hæc
veritas jam ex ore ejuſdem adverſarij manifeſta ap-
paret, qui dum per prius videns negare non poſſe,
Gabrielem in dicta via habuiſſe januam, negare non
potuit eſſe publicam, ſed quod terminabat in domo
quondam Joannis Baptiſtæ de Angelis, Gabrielis
patria, & hodie in primo articulo viam prædictam
finire in janua ipſius, quæ eſt in fine viæ prædictæ,
quibus ſtantibus cùm controverti non poſſit, eſſe
publicam, & conſuetudo ſit bene probata taliter
faciendi ſtillicidia via publica, & in iſtis viis vicina-
libus, illa eſt attendenda, quod etiam teſtatur idem
Cepoll. in loco proxime citato, † ubi dicit, quod ſi eſſet
30 conſuetudo, vel ſtatutum taliter faciendi ſtillicidia
in via publica, ſicut communiter in his partibus eſt,
attendenda illa eſt, *l.* 1. & ibi notata, *C. quæ ſit long.*
conſuet. l. an in totum, C. de ædif. privat. quod in hac
Civitate, & locis convicinis certiſſimum eſt, & in-
controvertibile.

31 Nec ſemper eſt * expectandus terminus trium
menſium, quia oblata fidejuſſione de demoliendo,
inhibitio novi operis extinguitur, *l. Prætor ait* 20. *§.* 1.
32 *& §. ſi quis, ff. de oper. nov. nunciat.* * & quamvis di-
cta concluſio limitari ſolet quando nunciator ſe of-
fert intra trium menſium ſpatium ſuam probationem
adimplere, *l. fin. ff. eod. tit. & l. unic. C. eod. Gayl. dicta*
obſervat. 16. ubi etiam *Gravet, Fachin. controv. jur. d.*
l. 1. 8. *c.* 48. quod probatur ex *cap. penult. de nov. oper.*
nunciat. tamen hoc intelligi debet, * quando tempus
33 non eſſet damnoſum nunciato, veluti quando ab
initio fuiſſet facta inhibitio antequam nunciatus
expenſas in cœmentis feciſſet, & quando periculum
eſſet in mora, aliave ex cauſa hoc Judici expedire
videtur, quam ſublimitationem quamvis non pla-
cuerit *Fachin. in loc.* proxime cit. *verſ. ſexta oppoſitio,*
tamen ſecundùm eam ita fuiſſe judicatum ex *Soc. jun.*
Rimin. & alia in Senatu Pedemontano refert *Theſ.*
deciſion. 204. quam ſententiam etiam ſequitur *Gayl.*
& ibi Bernard. Gravet in dicta obſerv. 16. *lib.* 1. *ſub nu.*
19. ad quod probandum adducit etiam *deciſ. Fr. uch.*
Marc. 106. *& Borgnin. Cavalcan deciſ.* 25. *de contract.*
par. 2. qui loquitur † quando à principio non apparet 34
de aliquo jure nunciantis, & *in fine* ex *Vinc. Carocio*
dicit, dictam opinionem eſſe amplectendam tan-
quam magis æquam, ob frequentes vicinorum æmu-
lationes, & deciſum in Rota Romana refert *Creſcent.*
in dec. unica, alias 20. *de nov. oper. nunciat. Gomez*
Leo dec. 7. † quòd tanto magis eſt admittendum in ca- 35
ſu noſtro, in quo certum eſt, ex probationibus factis
nullum jus competiiſſe Mariano nunciandi, quia eo
caſu nunciatio ſperni poteſt, *l.* 1. *§. fin. cum l. ſeq. l. de*
pupillo, § ſi plurium dominorum, ff. de nov. oper. nunciat.
Gayl. dicta obſervatione 16. *num. quarto,* * & demum 36
in hac cauſa omnia ceſſare debent, cùm à die
denunciationis jam tres menſes ſint elapſi, quo
caſu abſque dubio cum fidejuſſione demolien-
do licere, ait, ædificium complere, *ſub numero*
17.

Videns pars malam fovere cauſam in dicto arti-
culo, ad alium convolavit, dicens ſi prædictum ſtil-
licidium in dicta via vicinali protenderet, eſſet val-
de ſibi damnoſum, † quo caſo non licet vicino aliquid 37
facere in re communi, ad quod probandum produ-
xit duos teſtes deponentes, quod ex ipſo ſtillicidio
tranſitus per dictam viam impediretur, pro qua con-
cluſione fundanda adducit forſan id, quod dixit
Lucas de Penna in l. Parphippum. C. de curſu public. lib.
12. ubi ponit quæſtionem de duobus, * qui habe- 38
bant curtim, ſive viam communem, vel detur alte-
ri ſervitus per fundum alterius, ſi unus emit aliam
domum, ſeu prædium juxta ſuum, ad quod trahit
uſum viæ, ſeu curtis, communis, aut ſervitutem, an
poſſit, & dicit quod non, ex argumento *dicta l. Par-*
phippum, cum concordantibus, & *l. item quæritur §.*
2. *& §. illud tamen. ff. de ſervit. ruſtic. prædior.* non enim
poteſt uſum dilatare, * perducere, exaggerare, aut de- 39
primere, † *l.* 3. *§. penult. ff. de itin. actuque privat.* nec 40
poteſt prædium ſerviens amplius onerare, *l. cujus ff. de*
ſervit. urban. præd. l. ſervitutes §. ſi ſtillicidium, ff. de
damn. infect. & amplius dicit; † quod ſi uſus licitus eſt 41
inſeparabilis ab illicito, poteſt etiam à licito prohi-
bere: debet enim propriam tenere menſuram. Verùm
reſponſio oritur ex eademmet doctrina, & ex his,
quæ dixit * *Roffred. in libell. de confeſſorio, verſ. licet il-* 42
lud quæritur, quod aut opus, quod facere vicinus in-
tendit in via, ſeu curti communi, affert aliquod præ-
judicium vicino, vel illi prædio, ubi habet ſervitu-
tem, & hoc facere non valet, aut verò nullum affert
præjudicium, & tunc prohiberi non poteſt, licet
enim facere in ſe communi quod prohibentis non
intereſt, *gl. in l. Sabinus, ff. comm. divid.* ſequitur *Boer.*
dec. 322. *n.* 12. *Cravett. conſ.* 376. *Surd. conſ.* 41. *per tot.*
maximè quando adeſſet conſuetudo, * quam eſſe at- 43
tendendam dixit *Cepol. de ſervit. urban. præd. tit. de pa-*
riet. nu. 30. *Gaſpar. Ant. Theſ. q. forenſ. lib.* 2. *q.* 99.
qui licèt in uno caſu, * in quo quidam in via vicinali 44
ædificare intendebat, quæ ſerviebat, domibus vicino-
rum, circum circa exiſtentium, & facere poteſtatem
afferat, quod ei non fuit permiſſum, hoc fuit, quia
non erat probata conſuetudo, & intendebat occupare
aerem ſuperius. tamen *in fine* dicit, in alia cauſa Tau-
rinenſi Procuratoris Fiſcalis Facij, & Rainerij fuiſſe
contrarium deciſum, quod quando nullum affertur
damnum, niſi quoad aerem tunc non poteſt prohi-
beri ædificium illi, qui habet parietem ab utraque
parte.

Secundò reſpondetur, quod nullum damnum fuit
verè probatum per dictum Marianum, quod ipſi
evenire potuiſſet ex dicto ſtillicidio, * cùm teſtes exa- 45
minati nullam cauſam ſcientiæ afferant, niſi de eo-
rum judicio, * & quia damnum non præſumitur, niſi 46
probetur. & onus probandi ſpectet ad allegantem,
deficit in ſalutari ſuo adverſarius, dicta enim prædi-

ctorum teſtium ſatia inveriſimilia eſſe ex planta, &
47 acceſſu appaiuit, † via etenim ampla eſt, & ſtillici-
dium non poteſt ſe protendere ultra mutum pluſ-
48 quam dimidium palmi, * vel circa, & hi duo teſtes
repelluntur ex dictia quinque teſtium Gabrielia, qui
ſunt ſenes, & omni exceptione majores, & reddentes
cauſam ſcientiæ, qui omnes concludenter depo-
nunt, dictum ſtillicidium minimè damnoſum fore
Mariano, ex latè congeſtis per *Gabriel. comm. concl. libro primo, titul. de teſtib. concluſione 6. Farinac. queſtione 62. limitatione 13. numero 309. cum ſequentibus.*

Tertiò prædicta opinio de damno vicini eſſet in-
49 telligenda, † prout eam intelligit *Cepolla in tract. de ſervit. urb. præd. c. 41. de ſtillicid. ſeu tecto,* ſcilicet quã-
do ſtillicidium vicini caſitaret intua feneſtiam, ſivè
aperturam, quæ erat in penu ſubterraneo ipſius vici-
ni, ex qua apertura recipiebat lumen, eo enim caſu
ſtillicidium eſſet valdè damnoſum vicino, quia aqua
caderet in domo propria illius, quo caſu bene dicit,
non licere, ad quod probandum allegat *text. in l. 2. §. merito, & in §. ſi quis à Principe, ff. ne quid in loco*
50 *publio. & in l. nec avus, C. de emancip. liber.* * in quibus
juribus benè probatur, quod privilegium conceſſum
à Principe, ſemper intelligitur abſque tertij præjudi-
51 cio, * quod ex argumento extendit etiam in hoc caſu,
& quamvia exempla regulam non reſtringant, ta-
men illam declarant, vulgata *l. regula, §. fin. ff. de jur. & fact. ignor.* & ideò *Cepolla* quamvis generaliter lo-
quatur, tamen exemplificat in caſu prædicto, & ſic
concluſio eſt intelligenda, or procedere poſſit in illo
caſu, vel ſimili, Doctor enim intelligendus eſt ſecun-
52 dùm legem quam allegat ſecundum * *Bort. in l. non ſolùm, §. ſi liberationis verba, ff. de liber. legat.* & pro-
pterea dum ad probandum ſuam concluſionem fun-
dat in dictia juribus, quæ loquuntur in privilegiia à
Principe conceſſis, dico quod vera eſt regula poſita
53 in dictis juribus, tamen limitatur, * quandò ex privi-
legio Principia in modico tertius læderetur *text.* eſt
expreſſus *in l. 2. C. de precib. Imper. offer. DD. in cap. quo in Eccleſiarum, de conſtit.* & præcipuè *Dec. & Felin. glo. in d. l. nec avus, C. de emancip. liber. Afflict. de jur. protom. in princip. verſ. octavò Princeps, Lucas de Penna in l. quicunq. C. de fide inſtrum. l. 10. Theſ. in deciſ. 91.* & propterea dato millies, quod in aliquo damnificaretur via ex dicto ſtillicidio, quod tamen nullo modo admitto, qoia illa aqua, quæ cadit in dicta via vicinali, erit ſatia pauca, ut ex viſura loci apparuit, & ſtatim fluit ad viam publicam, & ut diximus, via lata eſt, ſic nullo modo nec in minimo damnificati poteſt, & quidem ſi tale damnum eſſet in conſideratione, conſuetudo protendendi ſtillicidia ſuper viam, quæ obſervatur non ſolùm in Civitate Neapolis, ſed ubique, ſerviret nobis de vento, & tamen contrarium ſervatum fuit, quia in omnibus viia tam publicis, quàm vicinalibus ſemper aquæ, quæ in tecto domus recipiuntur, in viam cadunt, & propterea omni jure debet Gabriel obtinere.

Fuit deciſum licere Gabrieli tectum, ſivè imbrices ponere ſuper viam prædictam per dimidium palmi, ad relationem D. Regentis Fabij Capycij Galeota tunc Judicis M.C.V. quod fuit etiam confirmatum per Sacrum Conſilium.

OBSERVATIO IN CONSULT. LXIV.

ARGUMENTUM.

De nunciatione novi operis, ejuſque effectu, *Card. de Luca* laudat locum hunc *Reg. Latro.* Per oblationem ſatiſdationis de demoliendo, &c. num nunciatus perficere valeat ædificium cœptum. Inſignis *D. Emanuel Gonzalez* proponit tres caſus. *Card. de Luca* pariter inclinat ad circumſtantias caſuum; Et de intellectu *text. in l. unic. C. de oper. nov. nunciat. Fachinaus* reprobat *deciſ.* 204. *Theſaur.* cujus meminit *Faber in ſuo Codic.* Recenſentur *Authores* ad copioſiorem ornatum *Conſultat.* prout quoque tranſcribitur *Allegatio D. Jacobi Mariæ de Rubeis in Romana Cur. Advocatis;* Et ibidem reprobata *dec.* 92. *R. Rovit.* conſtabilitur *Pragmaticam 3. ſub tit. de Monial.* nullatenus eſſe extendendam ad Monaſteria Religioſorum. Quam *Pragmaticam* pluries quoque approbavit *Sac. Rot. Rom.* Æmulatio an, & quandò præſumatur in conſtruente novum opus? Et nonnulla expenduntur de Beneplacito præſumpto. Poſtremò ediſſeruntur plura de via vicinali, vel publica, & de ſervitute ſtillicidij, relato *D. Pecchio in noviſſimo Tractat. de ſervitut.* cum aliis.

SUMMARIUM.

1 *Inhibitio pro nunciatione operis cuicumque petenti eſt concedenda.*
2 *Inhibitio, tam in terminis nunciationis novi operis quàm generalibus, ſivè juſta, ſivè non juſta ſemper eſt timenda.*
3 *Ædificium factum poſt nunciationem novi operis, indiſtinctè eſt demoliendum juxta* Reg. Latro.
4 *In contrarium ſtat doctrina* Bartoli.
5 *Oblatio ſatiſdationis de demoliendo, &c. quid operetur in nunciatione novi operis?*
6 *Satiſdatio de demoliendo, &c. in terminis nunciationis novi operis, quomodò intelligenda?*
Et diſtinguuntur plures caſus per Gonzalez.
7 *Senſus* Card. de Luca.
8 Fachinæus *taxat* Theſaurum.
9 *Adducuntur remiſſivè* Authores *ad materiam.*
10 D. Jacobus Maria de Rubeis *laudatur ejuſque Allegatio tranſcribitur.*
11 *Facti ſeries.*
12 *Ædes ſuas quilibet extollere poteſt uſque ad Cælum.*
13 Cyni *doctrina in* l. altius, C. de ſervit. & aqu. *explicatur. Et n.* 14.
15 *Religioſorum Monaſteria nequeunt impedire ædificia vicinorum, etiamſi ex illis habeatur proſpectus ad cellas, & clauſtra Monaſterij.*
16 Pragmatica 3. de Monialib. *de Monaſteriis Monialium loquens nequit applicari Monaſteriis Religioſorum; Nec etiam ex identitate rationis, ut num.* 17. *Et ita decidit* Sac. Rot. Rom. *ut num.* 18.
19 Rovit. deciſio 92. *reprobatur; Ejuſque doctrina ad ſummum quandò procedere poſſet? n.* 20
21 *Ædificium, quod fit ad meram æmulationem, & abſque utilitate, omninò eſt impediendum.*
22 *Æmulatio non præſumitur in jure.*
23 *Æmulationis ſuſpicio omninò ceſſat concurrente utilitate.*
24 *Fabricam extollendi facultatem habenti non eſt præſcribendus modus; Et num.* 25.
26 *Remedium apponendi cancella lignea, vel alia inſtrumenta in feneſtris Religioſorum juxta* Bullam Urbani VIII. *practicatam in Civitate Neap.*
27 Pragmaticam 3. de Monial. *pluries approbavit* Sac. Rot. Rom.
28 *Chartula nullam fidem meretur.*
29 *Servitus altius non tollendi in loco Monaſterij nequit conſtitui abſque Aſſenſu Apoſtolico.*

30 *Beneplacitum*

30 *Beneplacitum præſumptum fuit redditum prorſus inutile per* Conſtit. Urbani VIII. *requirentem curſum* 100. *annorum.*

31 *Beneplacitum præſumptum non ſuffragatur non concurrente utilitate cauſa.*

32 Deciſio Sac. Rot. Rom.

33 *Viæ vicinales quæ dicantur?*

Viæ vicinales quando publicæ evadant? Eod. numero 33.

34 *Adducuntur remiſſivè DD. tractantes de viis vicinalibus, vel publicis.*

35 *Stillicidium duarum Ædium, caſitans in illo ſpatio, facit præſumere idem ſpatium eſſe utriuſque pro ſua portione.*

1 OCcurrit materia nunciationis novi operis, ejuſque effectus; Et *Reg. Latr. in hac conſult.* 64. laudatur per *Card. de Luca de ſervit. diſcurſ.* 7. *num.* 1. ubi quod novi operis nunciatio fieri dicitur cum conſueta inhibitione, quam cuicumque petenti concedendam eſſe advertitur in ſpecie apud *Reg. Latro* plura notabilia inferentem in hac materia.

2 In terminis hujus * inhibitionis motivatum tradit *Card. de Luca nos ſupra num.* 8. quod examinandum non ſit, an jure, vel injuria inhibitio facta fuerit; quia inhibitio ſivè injuſta, ſivè juſta eſt timenda; neque in Partium arbitrio repoſitum eſſe debet aſſumere partes Judicis, atque ſub prætextu prætenſæ injuſtitiæ Superiorum præcepta ſpernere, ut in his terminis *Surd. conſ.* 154. *numero* 1. *Gaill. lib.* 1. *obſerv.* 16. *in princip. Reg. Latro numero* 4. *cum ſeqq. Card. de Luca de ſervit. in ſupplem. diſc.* 89. & generaliter in terminis inhibitionis habetur *deciſ.* 76. 132. *&* 275. *pag.* 11. *recent.*

3 Cui fundamento innixus † *Reg. Latr. à nu.* 4. *ad nu.* 9. firmavit, ædificium factum poſt nunciationem eſſe demoliendum, non examinato, an jure, vel injuria facta fuerit inhibitio.

4 In contrarium ſtat doctrina * *Bartol. in l.* 1. *in princip. nu.* 6. *ff. de nov. oper. nunciat.* latè *Surd. conſil.* 154. *nu.* 20. ubi teſtatur *Bartoli* opinionem eſſe communem, nec ab ea eſſe recedendum, tàm in conſulendo, quàm in judicando; & ad materiam videndi ſunt *Bald. conſ.* 245. *nu.* 1. *vol.* 2. *Ruin. conſil.* 138. *num.* 32. *vol.* 5. & idem *Reg. Latro conſultat.* 1. *num.* 115. *Molfeſ. ad Conſuetud. Neapolitan. pag.* 1. *de nov. oper. nunciat. q.* 3. *numer.* 6. *tom.* 3.

5 Subinquiritur quoque per † *Reg. Latro* quid operetur oblatio ſatisdationis de demoliendo, num ſcilicèt per oblationem talis ſatisdationis nunciatus valeat proſequi novum opus. De qua re eruditiſſimus Gonzalez *in cap. is cui,* 4. *de nov. oper. nunciat. nu.* 2. in ratione dubitandi ita diſcurrit: *Augetur tandem hæc dubitandi ratio ex eo; nam ſi is, cui novum opus nunciatum eſt, paratus ſit ſatisdationem pro ſe, & hæredibus ſuis præſtare de eo opere ſuis ſumptibus demoliendo, & id, quod nuncianti intereſt ſolvendo, ſi appareat ædificantem jus ædificandi non habuiſſe, remiſſa nunciatione conceditur ei facultas ædificandi, l. de pupillo,* 5. *§. ſi is cui nunciatum, & in l. non ſolum,* 8. *§. ſi cum poſſem, & §. ſciendum. l. Prætor,* 20. *§. ſi quis parietem, §. interdum, & §. deinde, §. hoc autem, l. ſtipulatio,* 21. *§. ſi quis autem, h. t. Ergò non rectè in cap. penult. & final. h. t. docetur etiam cautione illa oblata non poſſe intra tres menſes eum, cui opus novum nunciatum eſt, ædificare.*

6 Hanc dubitandi rationem reſolvit idem * *Gonzalez, num.* 8. diſtinguendo plures caſus, his verbis: *Nec tandem obſtat, quod de ſatiſdationis oblatione dicebamus; nam licèt olim ſatiſdatione præſtita, vel oblata, reus poſſet cœptum ædificium conſummare; quia plerumque in proprio ſolo ædificanti valdè injurioſum, & damnoſum erat, ſi jam paratis, & aſportatis lignis, conductiſque fabris opus ſiſteretur; tamen novo jure leg. unic. hoc tit. quod ſequuti fuerunt Honorius III. & Gregorius IX. in cap. penult. & final. h. t. ſtatutum eſt, ut nunciator novi operis non compellatur intra tres menſes ſatiſdationem accipere, ſed intra illud tempus cauſam dirimere Judices curent, & opus ceſſet. Conſonat lex* 9. *tit.* 32. *partit.* 3. *Sed adhuc juxta eam Conſtitutionem, & jus antiquum tres caſus ſunt diſtinguendi. Primus eſt cùm ædificans offert ſatiſdationem, & nunciator eam recipit: quo caſu juxta jus antiquum ædificium perfici poteſt, non expectato trium menſium ſpatio. Secundus eſt, in quo nunciator non vult ſatiſdationem admittere, nec offert ſe ad probationem alicujus juris, quod impedire poſſit opus, & in hoc etiam caſu ille, cui nunciatum eſt, poterit ſtatim ædificare, quia malitiosè, & cauſa vexandi Adverſarium nunciaſſe videtur. Tertius eſt, quando nunciator cùm ſatiſdationem non admittit, vult tamen probare cauſam, quam ſibi aſſerit competere ad opus novum impediendum, in quo locum habet nova deciſio text. in d. l. unic. approbata in c. penult. & final. hoc tit. ut trium menſium ſpatium præſtetur, intra quod ab ædificio ſuperſedeatur. Illo autem elapſo, ſi nondum lis deciſa fuerit,* (hoc tamen intelligendum eſt, ſi ex malitia, & culpa nunciatoris deciſio non fuerit ſequuta) *præſtita ſatiſdatione ædificium perfici valeat, etſi controverſia nondum deciſa fuerit.*

Et * *Card. de Luca de ſervit. diſc.* 5. *num.* 10. *& ſeq.* monet iſtud proviſionale remedium ſatiſdationis de demoliendo, &c. eſſe decidendum juxtà caſuum circumſtantias; nam ſi res celeritatem deſideret, atque aliqua calumniæ, ſeu æmulationis vehemens ſuſpicio urgeat, admittenda eſt ſatiſdatio. Secus autem è converſo, ubi agitur de novo opere merè voluntario ad luxum, vel majorem commoditatem, nullo periculo, nullaque neceſſitate imminente; Et è contra agitur de gravi alterius vicini præjudicio, ut in ſpecie advertit *Abbas in eod. c. final. in fin.* ubi exemplificat in clauſura portæ, vel feneſtræ. Durum enim videtur, ut qui per tot ſæcula paſſus eſt retinere ſuam domum in eo ſtatu, non poſſit expectare tempus neceſſarium ad terminationem cauſæ ſervatis ſervandis. Et è converſo, quod qui in propria domo talem libertatem, ac majorem commoditatem tam diuturno tempore poſſedit, ita de facto cum proceſſu executivo ſpoliari debeat. 7

Cæterum * *Fachinaus controv. jur. lib.* 8. *c.* 48. advertit nullam diſtinctionem fieri in allata Conſtitutione *Juſtiniani in d. l. unic.* & allata *dec.* 204. *Theſaur.* ita eam rejicit: *Sed cùm nulla fiat à Juſtiniano Imperatore hujus diſtinctionis mentio, imò verba legis generalia refragari videantur, vix eſt, ut huic ſententiæ acquieſcendum putem. Tribuit enim Judicis arbitrio, quod ſatis clarè ipſa lege comprehenſum eſt, licèt ubi mora periculum allatura ſit, à regulis juris diſcedendum fore non dubitem, ut in d. §. ſi quis rivos.* Ejuſdemque *dec.* 204. *Theſaur.* meminit quoque *Faber in ſuo Codic. lib.* 8. *tit.* 5. *de nov. oper. nunciat. deſinit.* 3. 8

Alia in hac materia * nonciationis novi operis congerunt *Riſicanus de ſtat. homin. in Republic. tom.* 1. *tit. de architectur. c.* 2. ubi fuſiſſimè. *Billon. in Tractat. de poteſt. cor. quæ in continenti ſiunt, cap.* 133. *D. Marades in ſua prax. imprimenda, cap.* 15. *num.* 63. *& ſeqq.* 9

Et quia in hac eadem materia † nunciationis novi operis noviſſimè compoſuit doctam allegationem celebris in Romana Curia Advocatus *D.* 10

Jacobus Maria de Rubeis, ideò illam hic imprimendam curavi.

R. P. D. MUTO

NEAPOLITANA FABRICÆ

PRO

RR. Patribus S. Aloyſij Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula Neapolis,

CONTRA

RR. Patres S. Spiritus Ordinis Prædicatorum ejuſdem Civitatis.

Rev. Pater.

CUpientibus RR. PP. S. Franciſci de Paula Ordinis Minimorum Neapolis fabricam in viridario eorum Conventus S. Aloyſij, propè Regale
11 Palatium, * continuare uſque ad illud ipſorum ædificium, eamque altiùs pro majori utilitate extollere; RR. PP. Ordinis S. Dominici Monaſterij S. Spiritus inhibitionem nunciationis novi operis à Tribunali R. Nunciaturæ præfatæ Civitatis, reportarunt; Quapropter, inſtructo in eodem Tribunali judicio, fuit electus judicialiter Peritus, qui recognito ſitu fabricæ elevandæ, retulit eam non poſſe impediri, ex conſuetudine illius Urbis, ob viæ latitudinem palmorum 48 ÷, quæ intercedit inter viridarium PP. S. Franciſci de Paula, Principalium, ac Monaſterium Adverſariorum, *Summ. n.* 1. Quæ conſuetudo explicatur latè per *Rotam in una Neapolitana ædificij penes Celſum decis.* 376. *num.* 3. *& coram Ubigo decis.* 92. *num.* 4 quod ſi *Pragmatica*, ſeu *Conſuetudinis*, *Si quis*, ſub *tit. de Servitutib.* qua cuilibet permittitur ædificare in proprio ſolo, quotieſcumque inter unum, & alterum ædificium interſecat ſpatium 12. palmorum.

Attenta dicta relatione, & cognito, quod *PP. Principales* ædificabant in proprio ſolo, non ad æmulationem, ſed ad nimiam ſui Monaſterij utilitatem, tandem Reverendiſſimus Nuncius ad ſententiam diffinitivam devenit, pronunciando, inhibitionem abolendam eſſe, ac licere, & licuiſſe noſtris principalibus conſtruere fabricam prædictam, pro uſu, & habitatione ſæcularium. *Summ. numero* 2.

Placuit tamen in eadem ſententia injungere, quod feneſtræ aperiendæ deberent eſſe depreſſiores feneſtris Conventus S. Spiritus, quodque aſtrica fierent abſque pectoralibus, & ſcala per quam ad ea poſſit haberi aſcenſus. *Summ. eodem num.* 2.

Ab hac ſententia provocarunt *PP.* Adverſarij: Et devoluta cauſa ad hanc Curiam, R. P. D. Orighius illam confirmavit. *Summ. num.* 3. Iterumque ad hoc Sacrum Tribunal provocantibus, diſputari hodiè contingit præinſertum dubium, ex ſequentibus affirmativè reſolvendum.

Siquidem ſententia Reverendiſſimi Nuncij, ejuſque confirmatoria A. C. in ea parte, qua permittitur Principalibus ædificare, eſt valida, & juſta.

12 Validitas apparet ex revolutione actorum, † juxta vulgatam *dec.* 260. *p.* 2. *coram Caputaquen.* Juſtitia eſt manifeſta: Etenim legibus omnibus ſancitum eſt, quemlibet poſſe altius uſque ad Cœlum ſuas ædes extollere, *l. altius*, *& l. ædibus*, *C. de ſervitut. & aqua*, etiamſi vicino præjudicetur, *l. Proculus*, 26. *ff. de damno infecto*, *l. cum ea*, 8. ibique *Bartol. ff. de ſervitut. urban. præd. Hondod. conſ.* 80. *numer.* 35. *vol.* 1. *Rota coram Duran deciſ.* 450. *& coram Celſo deciſ.* 375. *utrobique numero* 1. *& alibi paſſim.*

Nec obſtat, * quod fabrica, de qua agitur, 13
conſtruatur pro uſu ſæcularium, ac proindè impediri debeat ejus proſequutio, nè PP. Adverſarij ſubjiciantur incommodo, & ſcandalo, quod eis cauſaret poſſet proſpectus ſæcularium, tàm juxta doctrinam *Cyni in d. l. altius*; quàm juxta diſpoſita in *Pragmatica* 3. *Regni*, *ſub tit. de Monialibus.*

Nam doctrina *Cyni*, † & aliorum procedit quo- 14
tieſcumque ex novo ædificio grave immineret Monaſterio Adverſario præjudicium, quod in caſu noſtro nequidem leviſſimum adeſſe conſtat ſtante dicta ſpatioſa Via palmorum 48 ÷ inter utrumque Monaſterium, ut benè conſiderat *Rot. coram Coccin. deciſ.* 2209. *num.* 28. *& ſeqq. & coram Celſo d. deciſ.* 375. *num.* 3.

Et quod Monaſteria Religioſorum † non poſ- 15
ſint impedire vicinorum ædificia, etiam ſi ex illis habeatur proſpectus ad eorum Cellas, & Clauſtra, eſt communis opinio, quam tuentur *Bald. in cap. cum Eccleſia, de electione, in princ. verſ. Sed quid ſi mixta conſideratione*, *Padill. in Comment. ad d. l. altius*, *num.* 19. *& ſeqq. Dec. conſ.* 373. *num.* 3. *Alex conſ.* 174. *num.* 3. *&* 4. *lib.* 2. *Covarr. var. reſol. lib* 3. *cap* 14. *num.* 8. *verſ. ultima prioris ſententiæ argumentatio*, *Capoll. de ſervitut. urban. præd. cap.* 62. *num.* 2. Maximè quando, prout hic, adeſt via publica in medio, *Padill. ubi ſupra*, *Gomeſ. in l.* 46. *Tauri*, *num.* 60. *Rovit. in d. pragmatica* 3. *num.* 2. *&* 3. *Julius Capon. diſcept. forenſ. cap.* 173. *num.* 45. *lib.* 3. *Muta deciſ.* 8. *cum aliis mox citandis.*

Pragmatica verò non loquitur * de Monaſteriis 16
Religioſorum, vel Monachorum maſculorum, ſed tantum de Monialibus, ibi: *Ad inſtanza delle Donne Monache*, ratione earum honeſtatis. Undè tamquam jus irregulare, à jure communi exorbitans, non eſt extra ſuum caſum Monialium ad Monachos extendenda, *ad textum in cap. cum dilectus*, *§. Quia nobis*, *de conſuetud. Dec. conſ.* 444. *numero* 11. *Surd. dec.* 56. *numero* 4. & in puncto *dictæ pragmaticæ* firmant *Julius Capon. diſcept. for. cap.* 181. *numero* 23. *lib.* 5. *Card. de Luca de ſervitut. diſc.* 22. *ſub numero* 5. quem noviſſimè ſequuta eſt *D. Franciſcus Maradei* Advocatus eximius Neapolitanus in ſuo libro, cui titulus: *Singularia rerum practicabilium, & judicatarum ſuper Reg. Pragmaticis obſerv. ad ſingularia* 237. *&* 238. *numero* 3.

Nec prætendi poteſt hujuſmodi * extenſio ex 17
identitate rationis publicæ honeſtatis. Quoniam hæc ceſſat in Monachis, & Religioſis maſculis, qui cùm quotidiè per Civitatem ambulent, & cum laicis converſentur, nulla eſt inhoneſtas, nulluſque inconveniens in eorum Cellis à ſæcularibus videri, ut in puncto oſtendunt *Berous conſ.* 135. *numero* 9. *&* 10. *vol.* 3. ubi quod videre Religioſos non eſt in jure prohibitum, *Urſell. concluſ.* 62. *ſub numero* 70. *Julius Capon. diſcept. forenſ. cap.* 173. *numero* 45. *tom.* 3. *& cap.* 581. *numero* 19. *& ſeqq. tom.* 5. ubi plures affert caſus, in quibus per Sac. Conſil. Neapolitanum fuit deciſum, *Pragmaticam* prædictam non habere locum in Religioſis maſculis, *Card. de Luca de ſervitut. d. diſc.* 22. *ſub numero* 5. ubi rejecto argumento deſumpto, ab aſſerta identitate rationis honeſtatis, per hæc verba loquitur: *Quia Viri Religioſi exire poſſunt de clauſura, atque aeris beneficium obtinere eodem modo, quo obtinent Laicè, ideoque inducenda non ſunt privilegia à jure exorbitantia*, *Gob. conſul.* 232. *numero* 59. *Pacichell. de diſtant. cap.*

cap. 6. memb. 4. numer. 26. D. Advocatus Maradei ubi ſupra num. 3.

18 † Et hanc ſententiam amplexum eſt etiam Supremum hoc Auditorium, ut videre eſt penes *Add. ad Buratt. deciſ. 631. num. 28. & in Romana Tramontana Jun. 1623. coram Pirovano, impreſſa penes Fenzon. ad Statut. Urbis poſt cap. 104. nu. 46. uſque ad 52.* repetita apud *Theodoſ. Rub. in ſuis ſingular. p. 1. fol. 518. cum ſeqq. & coram Coccino d. deciſ. 2209. num. 30.*

19 * Nec præmiſſis ſolidiſſimis rationibus, & auctoritatibus contraponi meretur *deciſio 92. Roviti* extendens ſupra-dictam *Pragmaticam* etiam ad Religioſos maſculos.

Quoniam ultra, quod ab omnibus ſupra adductis auctoritatibus expreſsè reprobatur, præſertim à *Julio Capon. Pacichell. ac D. Marades in locis mox citatis*, qui contrariis ſingulis *Roviti* rationibus uno ore fatentur, illum loqui contra aperta jura.

20 * Poſſet ejus doctrina ad ſummum procedere, quando ædificaretur, non ad utilitatem, ſed ad æmulationem, ut teſtatur ipſemet *Rovit. in eadem deciſ. ſub num. 23. verſ. nec diffiteor, & ſuper d. Pragmatica num. 2. & 3.* Vel quando via intermedia eſſet nimis arcta, non autem ubi adeſſet, prout hic, maxima viæ latitudo, quia tunc ceſſant omnia inconvenientia per *Rovitum* conſiderata, prout ponderat *Card. de Luca de ſervitut. d. diſcurſ. 22. nu. 5. verſ. tum etiam.*

21 † Nec valet replicatio, quod PP. Principales fabricam conſtruant ad æmulationem, & abſque ulla eorum utilitate, ſicque fabrica impediri debeat, ad *Text. in l. opus novum, ff. de operibus publicis.*

22 Etenim ultra quod æmulatio in jure noſtro non præſumitur, *Gloſ. in l. flumınum. in fine, ff. de damno infecto, Buratt. deciſ. 631. numer. 6.* ibique *Add. num. 25. Card. Celſus d. deciſ. 375. num. 27.* Maximè in Religioſis fabricantibus, *Rot. deciſ. 587. nu. 14. par. 5. tom. 2. recent.*

23 † Ceſſat in facto omnis amaritudo, attenta notabili, & evidenti utilitate, quæ ex penſionibus domorum conſtruendarum in loco tam conſpicuo prope Regale Palatium poſſet annuatim retrahi. Maximè, quia in eadem conſtructione per noſtros PP. impl[e]catur pecunia, quam in Bancis Neapolis pluribus ab hinc annis retinent otioſam. Qua utilitate concurrente, ceſſat æmulationis ſuſpicio, ad tradita per *Gratian. cap. 745. num. 36. Rot. coram Coccin. d. deciſ. 2209. nu. 12. uſque ad finem.* ubi, quod id procedit, etiamſi utilitas eſſet modica. *& deciſ. 611. nu. 13. part. 5. & deciſ. 31. n. 3. par. 17. rec.*

24 * Probato igitur, quod liceat PP. Principalibus fabricam extollere: clarè conſequitur, quod modus præſcriptus in dd. ſententiis aperiendi feneſtras depreſſiores illis Conventus PP. Adverſariorum, aſtrica faciendi abſque pectoralibus, ac non apponendi ſcalam pro aſcendendo ad illa ſit revocandus; Cum omnibus licitum ſit fabricare modo ſibi plus benè viſo, ac commodiorem habitationem reddente, ad *Textum in l. cum eo, 8. ff. de ſervitut. urban. præd. Capoll. eodem tit. capit. 62. n. 1.*

25 * Nec modus iſte ſuſtineri poteſt, uti impeditivus ſcandali, & proſpectus ſæcularium in Cellas Adverſariorum. Tum quia ſunt Religioſi maſculi, in quibus, ut diximus, ceſſat honeſtatis ratio, ac ſcandali timor. Tum, quia inter fabricam conſtruendam, & Monaſterium Adverſariorum mediat maxima viæ latitudo palmorum 48 ÷ deſtructiva, ſeu attenuativa proſpectus; qui proindè non remanet conſiderabilis pro impedienda libertate aperiendi feneſtras, faciendi pectoralia, ac apponendi ſcalas modo magis benè viſo ædificanti in proprio ſolo, *Card. de Luca de ſervitut. d. diſc. 22. ſub numero 5. Rot. part. 5. recent. d. deciſ. 611. numer. 2.*

† Tum denique, quia habent remedium apponendi cancella lignea, vel alia apta inſtrumenta in feneſtris, ut à vicinorum proſpectu eximantur, prout in ſimilibus caſibus tale temperamentum eſſe adhibendum cavetur in *Bulla 3. f. m. Urbani VIII. cap. 6. Regular. tit. 1. §. 7.* quam in Civitate Neapolis practicatam refert *Julius Capon. d. diſceptat. 173. nu. 46. tom. 3.* 26

* Et in omnem caſum ſatis eſt dicere, quod, cùm non verſemur intra 12. palmos præſcriptos à *d. Conſuetudine, Si quis, ſub tit. de ſervitut.* ſed in palmis 48 ÷ latitudinis viæ, non poſſunt propterea PP. Principales, fabricando in proprio ſolo, adſtringi ad faciendas feneſtras depreſſiores, aſtrica conficienda abſque pectoralibus, & ſcala, per quam ad illa habeatur aſcenſus; cùm *d. Conſuetudo* liget etiam Eccleſias, & Eccleſiaſticas perſonas, ut in puncto firmat *Rota coram Ubago deciſ. 92. num. 4. & deciſ. 277. n. 4. par. 19. rec.* 27

Et profectò, ſi in magna Neapolis Urbe habendus eſſet in conſideratione proſpectus in Cellas, & Clauſtra Religioſorum, certe major ædificiorum pars deſtruenda veniret; In tantam enim ibi Populus excrevit multitudinem, ut *d. Pragmatica 3.* vix pro Monialibus reddita ſit practicabilis, ut eſt notorium.

Cognoſcentes Adverſarii vim, & efficaciam ſupra-dictarum rationum, ut eam effugiant, recurrunt ad quamdam cartolam, ſeu folium extractum à quodam libro eorum Conventus, in quo inter PP. Adverſarios, & noſtros Principales aſſeritur inita conventio de non elevando fabricam, de qua agitur, niſi ad palmos 24.

† Sed pro adæquata reſponſione ſatis eſt dicere, quòd, cùm non appareat ſcripta, & annotata propria manu à PP. noſtri Conventus, nullam fidem meretur: *Iniquum enim eſt*, inquit *Textus in l. inter cartulas, 5. Cod. de conven. Fiſci debitor. libr. 10. ut ſub propria annotationis manu unuſquiſque ſibi faciat debitorem*, cui conſonat *l. exemplo, 7. C. de probat.* benè *Rot. coram Ludoviſ. deciſ. 159. numer. 2.* ubi, quod nemo in hoc privilegiatus, ut ejus ſcripturæ ad ſui favorem ſtetur, *Purpurat. in l. admonendi, num. 191. ff. de jur. jur. Rot. deciſ. 225. nu. 6. par. 18. tom. 1. rec.* 28

† Et dato per hypotheſim, quod prætenſa conventio re vera interceſſiſſet, nec minus poterant PP. S. Aloyſii in præjudicium ſui Monaſterii ſervitutem altiùs non tollendi in ejus viridario conſtituere, abſque expreſſa Sedis Apoſtolicæ auctoritate, ut in ſpecie probat *Jacob. Pignatell. tom. 4. conſult. 128. n. 11. verſic. cumque ſervitut.* 29

† Nec recurri valet ad Beneplacitum præſumptum ex curſu 30. annorum, & ultra; Quia cùm agatur de actu læſivo, & præjudiciali noſtro Monaſterio, tale præſumptum Beneplacitum eſt prorſus inutile, ob ſuperventam notoriam *Conſtitut. Urbani VIII. 157.* requirentem curſum centum annorum, *Card. de Luca de alienat. diſc. 1. num. 94. Add. ad deciſ. 12. nu. 30. cum ſeqq. part. 3. Rot. deciſ. 219. n. 5. part. 10. & dec. 298. n. 21. part. 12. rec.* 30

† Ultra quod ſemper ſubſiſtit. Quod cùm in hac conventione non adſit pro noſtro Conventu utilitas cauſæ, quæ cumulative cum beneplacito Apoſtolico eſt neceſſaria, Beneplacitum Apoſtolicum numquam ſuffragatur, ad tradita per *Card. de Luca de alienat. d. diſc. 1. num. 8. Pignatell. conſult. 19. nu. 7. & 8. tom. 2.* 31

Jacobus Maria de Rubeis Advoc.

Quare &c.

32 * Hæc cauſa fuit poſtmodum deciſa per *Sacr. Rot. Roman coram eodem R. P. D. Muto, ut in deciſ.* 24. imprimenda poſt *prax. D. Maradei.*

33 * Poſtremo nonnulla de via vicinali, vel publica ſunt tangenda. Vias vicinales ita perbellè explicat *D. Manſ. conſult.* 228. *num.* 14. *& ſeqq.* ibi: *Via autem vicinales dicuntur, quæ initium habent à via publica, & finem in bona privata, ut in l.* 2. *§. viam. verſ. vicinales, & §. privata, ff. ne quid in loc. public. Capoll. de ſervit. ruſtic. prædior. cap.* 85. *nu.* 23. *Surd. dec.* 42. *num.* 5. 6. *&* 7. *& hæ via vicinales, ſi ſtrata non ſint ex collatione bonorum privatorum, ſed ex ſolo jam publico, tunc publica fiunt, & loco publicarum habentur, Gloſſ. in l. final. & in v. numero ſunt, ff. de loc. & itiner. public. & eſt quoque text. in l.* 2. *§ viarum, verſ. has quoque, ff. ne quid in loc. public. Gloſſ. in ead. l.* 2. *in v. privata via, in v. publicas. Capolla d. cap.* 85. *num.* 23. *verſ. Nam quadam, &c. Prout eodem modo habentur, quando facta ſunt ex collatione agrorum privatorum, abſque eo tamen quod extet talis collationis memoria, ut in d. l.* 2. *§. viarum, verſ. via vicinales, Bart. in l.* 1. *ff. de loc. & itiner. public. Capoll. d. cap.* 85. *num.* 21. *ver. vicinales, quæ ex agris, &c. & hujuſmodi via quoque privata interdum dici poſſunt, ſed haberi pro publicis, duplici enim ratione conſtitui ſolent, nempe ut ſint in agris aperta, impoſita eis ſervitute, ut ad agrum tantùm alterius ducant; Vel ad agros quidem ducant, ſed omnibus etiam per eas commeare liceat, & hæ publicarum naturam retinent, ut explicat idem text. in d. l.* 2. *§. privata, ff. ne quid in loc. public. Capoll. d. c.* 85. *num.* 33. *verſ. privata via.*

34 * Alia de viis vicinalibus, vel publicis congeruntur per *cit. D. Manſ. in d. conſult.* 228. *per tot. Annnez de Portugal de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 3. *D. Pecch. de ſervitutib. tom.* 3. *cap.* 9. *quæſt.* 7. *& quæſt.* 19.

35 * Remanet nunc, ut de ſtillicidii ſervitute adnotetur, quod ſtillicidium duarum ædium caſitans in illo ſpatio, facit præſumere idem ſpatium eſſe utriuſque pro ſua portione, *Pecch. de ſervit. tom.* 2. *cap.* 8. *quæſt.* 5. *n.* 13.

A R G U M E N T U M.

Agitur de pœna exigenda à Bajulia, quanta eſſe debeat, & an poſſit excedere damnum, & quid in locis, ubi viget conſuetudo vivendi per capitula, an ſint ipſa obſervanda, an verò Regia Pragmatica, & an & quando Regius Fiſcus, qui vendidit Bajuli juriſdictionem alicui Baroni, teneatur, vel teneri poſſit de evictione, & an cauſa prædicta ſit remittenda ad Regiam Cameram Summariæ.

S U M M A R I U M.

1 *Pœna Bajulorum non poteſt excedere unum auguſtale, ſecundum* Reg. Pragm. *ac etiam ſervata forma* Conſtitut. & Capit. Regn. *numer.* 3. *etiam ſi damnum ſit ultra auguſtale, num.* 4. *& ſic judicatum traditur num.* 5. *& non poteſt exigi, niſi præcedat damnum, num.* 7. *& ſic deciſum refertur n.* 8.

2 *Auguſtale importat carolenos quindecim.*

6 *Baro non poteſt alterare pœnam unius auguſtalis pro damno dato in banno Contrarium, num.* 13. *Si qualitas temporis id exigat, num.* 14. *Intellige, ut num.* 15.

9 *Conſuetudo attenditur in ſolutione pœnæ pro damno dato.*

10 Pragm. 1. de offic. Bajuli *obſervari debet ubi eſt uſu recepta, ſed ubi adeſt uſus contrarius, illa non ſervatur, & in Regno generaliter non eſt derogata, ſed in illo loco ubi contrarius uſus fuit obſervatus, eam poteſt lex generaliter, & particulariter abrogare, n.* 11.

12 *Bajulus eſt manutenendus in poſſeſſione, in qua reperitur, exigendi pœnam ſecundum conſuetudinem tanto magis ſi ſit Baro illius terra, & habeat merum, & mixtum imperium, & n.* 27.

16 *Juriſdictio Bajulationis quando ſpectat ad Univerſitatem, an intelligatur, conceſſa privative ad Baronem, an verò cumulative.*

18 *Fiſcus, author laudatus pro re per ipſum vendita non debet defendere emptorem coram Judice, ubi lis cœpta eſt, ſed cauſam prædictam trahit ad ſuum Judicem num.* 21. *&* 23. *& de ratione vide num.* 24.

19 Text. in l. venditor. ff. de judic. *non limitatur in Fiſco. Contrarium n.* 22.

20 *Clericus author laudatus tenetur ſequi forum emptoris.*

23 *Emptor, vel cauſam habens à Fiſco, poteſt petere remiſſionem cauſæ ad Judices Fiſcales.*

24 *Fiſcus re evicta tenetur emptori ſaltem ad pretii reſtitutionem, & quotieſcunque comparet pro ſuo intereſſe, ad ſuum Judicem cauſam trahit, nu.* 25. *&* 30. *Maximè in Regno, nam quando eſt actor, vel reus, vel author laudatus, tunc cauſa remittitur ad Regiam Cameram, vigore* Regiarum Pragmaticarum, *n.* 25. *non tamen ex omni intereſſe cauſam trahit ad Regiam Cameram, nu.* 26. *& non ſufficit quale quale intereſſe, ſed in illis caſibus, in quibus expreſſe eſſet de evictione obligatus, ex* Pragmat. 13. & 26. de offic. Procur. Cæſar. *nu.* 27.

28 *Fiſcus an trahat cauſam ad ſuum judicem, ſi unus ex litigantibus ſit ipſius Fiſci debitor, an verò debeat aſſiſtere coram Judice, ubi lis cœpta eſt, ubi plures deciſiones adducuntur, & non debet eſſe facilis ad ſuſcipiendum onus judicii, quando fuit author laudatus, quia tacite cenſetur fateri, quod teneatur de evictione, & aperirent via fraudibus, per quas omnes cauſæ deberent remitti ad Regiam Cameram, n.* 29.

31 *Verba,* omnium ejus membrorum, jurium, juriſdictionum, & pertinentiarum, *continent omnia, quæ per prius erant vendita, & omnia, quæ tempore venditionis exigebantur tam de jure, quàm de conſuetudine & n.* 41.

32 *Venditor non tenetur de evictione, niſi emptor careat re vendita, tenetur tamen ſive tota, ſive pars rei vendita fuerit evicta, num.* 33.

34 *Venditor juris univerſalis, puta hæreditatis, ſi ſingula res evicta ſint, an de evictione teneatur, & n.* 35. 38. *&* 39. *Intellige, ut n.* 40.

36 *Generalitas in venditione vel locatione poſita citra ſpecialem, & particularem expreſſionem, venditorem, aut locatorem obligare non poteſt, & de ratione num. ſeq.*

37 *Hæreditas ſine ullo corpore juris intellectum non habet.*

42 *Pretii quantitas arguit, quæ corpora veniant in venditione, quando illa non ſunt ſpecificata, ſic etiam an venditio ſit facta ad corpus, vel ad menſuram, n.* 44.

43 *Deceptio, & dolus non ſunt admittenda, maxime in contractibus bonæ fidei.*

45 *Venditio facta* cum omnibus juribus, & pertinentiis, *quamvis cum clauſula,* ſi quæ, vel ſi qua ſunt, *comprehendit ea, quæ tempore venditionis per venditorem poſſidebantur.*

46 *Clauſula,* ſi quæ, vel ſi qua, *intelligitur reſpectu eorum, quæ in genere aſſeruntur, non autem reſpectu eorum, quæ tempore venditionis poſſidebantur.*

47 *Evictio*

47 *Evictio debetur ex omni, quod evincitur, alias eſſet fruſtratoria promiſſio illius, quod procedit etiam ex veriſimili mente contrahentium, maxime in contractibus bonæ fidei, n. 48.*

49 *Venditor præſumitur vendidiſſe rem cum corporibus poſſeſſis per ipſum, ſic etiam quod emptor voluit emere rem cum corporibus poſſeſſis per venditorem, nu. 50. & ſic deciſum refertur. n. 51.*

52 *Emptor reſciſſa venditione an poſſit agere ad pretium, an verò actione quanti minoris, quid quando venditur univerſitas rerum, & evincantur res particulares, n. 53.*

54 *Deciſio cauſæ refertur, & D. Petrus Fernandez de Caſtro Comes de Lemos laudatur.*

Pro Illuſtr. Duciſſa Neritoni vidua q. Illuſtr. Ducis Nucum, Comitis Converſani, cum Univerſitate Civitatis Neritoni.

CONSULTATIO LXV.

EMit in anno 1501. Don Belliſarius Aquavis, tunc Neritoni Comes à Regia Curia jurisdictionem Bajulationis dictæ Civitatis cum *omnibus ſuis juribus, membris, redditibus, introitibus, ac cum banco juſtitiæ cauſarum civilium, aliiſque rationibus, juriſdictionibus, pertinentiis, quovis modo tam de jure quam de conſuetudine, ac cum derogatione privilegiorum, conceſſionum, literarum, & Regiarum Pragmaticarum*, cum promiſſione evictionis in ampla forma.

Conſtat in facto, quod hæc Univerſitas pro dicta Bajulatione exercenda habebat capitula ab anno 1373. cum certis pœnis, à quo tempore uſque hodie ſemper fuerunt dicta capitula obſervata, prout ad præſens obſervantur.

Quibus ſtantibus Univerſitas ab aliquibus vaſſallis inſtigata prætendit, quod non poſſint exigi pœnæ ſervata forma dictæ capitulationis, ſed ſervata forma *Regiæ Pragmaticæ primæ, de officio Bajuli*, per quam ſtatuitur, ut pœna Bajulorum non poſſit excedere unum Auguſtale, * quod importat ducatum
1
2 unum cum dimidio, & ſic carolenos quindecim, † quod etiam habetur in *Conſtitution. Regn.* incipiente,
3 *Ad officium Bajulorum, & in cap. Regn.* incipiente. * *Item ad inquiſitionem*, quod procedere debet, quam-
4 vis damnum ſit ultra auguſtale, * Niger *in cap. Regni*
5 *Gravamina, nu.* 93. & ſic fuiſſe judicatum in Sacro Conſilio in cauſa Univerſitatis Lauri, cum Barone, refert Capiblanc. *de Baronibus Pragm.* 8. *par.* 1. *num.* * 381. *& tom.* 2. *cap.* 45. *ſuper eadem Pragm. n.* 2. No-
6 var. *de gravam. vaſſall. lib.* 1. *gravam.* 50. *n.* 3. *& in dict. Prag.* 1. *num.* 8. nec Baro poterit in Banno dictam pœnam alterare, *Gramm. dec.* 67. *in* 4. *dubio*, *Lanar. conſ.* 98. Anna *ſingul.* 138. *Reg* Rovit. *d. Prag.* 1. *de offic. Bajuli. n.* 10. nec dicta pœna exigi poteſt, niſi præcedat Bannum, ut dixit Anna *d. ſingul.* 138. &
7 fuit judicatum in cauſa Univerſitatis Sanctæ Aga-
8 thæ cum ejus utili Domino, & in dicta terra Lauri cum Marchione ejus utili Domino, *Epiſcop.* Ric. *collect.* 103. Gallup. *in methodo feud. per.* 5. *cap.* 3. *de jur. paſcend. num.* 26. *tom.* 2. Lanar. *dict. conſil.* 98. Thorus *in compen. deciſ. tom.* 1. *in verbo damnum.*

Ex adverſo prætendit Illuſtr. Duciſſa, quod nedum in dicta Civitate Neritoni, ſed in tota Provincia Terræ Hidrunti hæc *Reg. Pragmatica* non eſt uſu recepta, ſed pœnæ Bajulationis regulantur ſecundum capitula ſuper hoc emanata, prout fuerunt productæ fides Civitatis Lycii, Gallipolis, Brunduſij, & Hoſtuni, & terrarum Miſanei, Caſalis Movi, Martingani, Francavillæ, & Galatenæ, & poſſent etiam aliæ produci, & quod in hujuſmodi præſtationibus attendi debeat conſuetudo, habetur ex *text. in l. domini prædiorum. C. de agric. & cenſit. lib.* 11. Afflict. *in Conſtit. Regn. Cum per partes Apuliæ*, Burſat. *conſ.* 330. *vol.* 3 9
Franch. *in dec.* 301. quos refert, & ſequitur *Reg.* Rovit. *in dict. Pragm.* 1. *nu.* 83. & poſt ipſum Novar. *in d. lib.* 1. *de gravam. vaſſall. gravam.* 41. *n.* 2. ſic etiam *Rend. de paſc. foreſt. & aquis, titul. de Baron. fol.* 112. & in propriis terminis, * quod hæc *Pragmatica* obſervari
debeat, ubi eſt uſu recepta, & quod ubi adeſt uſus 10
contrarius, de illa non ſit tractandum, dixit de Ponte *conſ.* 53. *in fine*, quod optimè fundat *per totum conſilium*, & præcipuè *n.* 18. *&* 19. ubi quod dicta *Regia Pragmatica* non generaliter in Regno derogata, * ſed in illo loco, ubi contrarius uſus fuit ob- 11
ſervatus, eamque poteſt lex abrogare generaliter, & particulariter, ut per *gl. in l. de quibus, ff. de legib.* Felin. *in cap.* 1. *ante n.* 16. *de treuga & pac.*

Et licèt ex prædictis, & aliis tempore expeditionis cauſæ latiùs adducendis ſperet Illuſtr. Duciſſa obtinere contra Univerſitatem, ita ut in poſſeſſione, in qua reperitur, ſit manutenenda, tantò magis, quia ipſa etiam eſt utilis Domina dictæ Civitatis, & ha- 12
bet merum, & mixtum imperium, ut late fundat idem de Ponte *in dicto conſil.* 53. *ex num.* 4. *cum pluribus ſequentibus, & de poteſt. Proreg. tit. de proviſ. fieri ſolit.*
* §. 2 ante ipſum Avendan. *de exequend. mand. cap.* 13. 13
n. 3. *p.* 1. & quod Baro poſſit pœnam augere probat
* etiam Dec. *conſ.* 198. Aviles *in cap. Prætorum, in gloſ.* 14
emendar. n. 82. ubi quod poſſit pœnam augere, ſi qualitas temporis id exigat, ſequitur *Reg.* Rovit. *d. Pragm.* 1. *n.* 11. Cancer. *var. reſol. lib.* 3. *cap.* 13. *nu.* 79. licèt contrarium defendat Capiblanc. *de Baron. to.* 2. *c.* 45. *n.* 3. ubi dicit, quod hæc opinio non eſt ſimpliciter intelligenda, quia eſſet dare anſam Baronibus, 15
augendi has pœnas ad libitum, & proinde ipſe intelligit poſſe procedere in eo caſu, quando damnum eſſet doloſe vel culpoſe illatum, cum qua opinione videtur tranſire Novar. *de gravam. vaſſall. d. gravam.* 56. *nu.* 3. *&* 4. qui tamen ſub *num.* 5. negare non potuit, quod quamvis opinio contra dictum *conſilium* de Ponte ſit magis æqua, tamen de juris rigore prævalet opinio ad favorem Baronum, pro qua opinione etiam conſiderat prædicta *Pragm. de offic. Bajuli*, * & noviſſime Donatus Antonius de Marinis *reſolut. quotid. lib.* 1. *cap.* 813. tractat articulum, an, & 16
† quando juriſdictio Bajulationis ſpectet ad Univerſitatem, ſi intelligitur conceſſa privative ad Ba- 17
ronem, an verò cumulative, & *n.* 11. tenet opinionem pro Barone, licèt dicat contrarium ſervari, quæ quidem quæſtio hic non cadit, quia juriſdictio Bajulationis fuit à Regia Curia Baroni vendita, & ſic tanquam Baro, & tanquam Bajulus poterit pœnas augere.

* Tamen cautius agendo Illuſtr. Duciſſa laudavit 18
in authorem Regium Fiſcum, à quo cauſam habet, & qui evictionem promiſit, & propterea Regius Fiſcus petiit, cauſam ad Regiam Cameram eſſe remittendam; fundatur inſtantia prædicta ex *Reg. Prag.* 12. *&* 62. *de offic. Procur. Cæſar.* quamvis enim maxima de jure communi fuerit controverſia, an Fiſcus author laudatus pro re per ipſum vendita, debeat coram Judice emptoris, & ubi lis eſt cœpta eum defendere, ex diſpoſitione *text. in l. venditor, ff.*
* *de judic.* & quod dicta *venditor* non limitetur in 19
Fiſco, dixit Bal. *in l.* 3. *C. de jur. Fiſc. col.* 8. *verſic. item non obſtat.* Angel. Aretin. *in rub. de except. num.* 17. Corn. *conſ.* 79. *lib.* 4. *in fine*, Cagnol. *in dicta l. venditor*, Rebuff. *in dicta l.* 3. & alii allegati à Theſaur. *deciſ.* 213. *ſub n.* 3. *verſ. contrarium*, qui etiam fuit hanc ſententiam ſequutus, ita refert, judicatum fuiſſe in Senatu Sabaudiæ, & hanc quæſtionem latiſſime tractat Socin. ſen. *conſ.* 91. *n.* 14. *lib.* 3. ubi argumenta pro utraque parte affert, & eam late probat Scaccia *de appell. quæſt.* 7. *n.* 183. *verſ. move tor ſecundò*, Covar. *practic. quæſt. c.* 8. *ex n.* 3. Caballin. *de evict.* §. 3. *ſub n.*

124.

224. *to.6.tract p.1.*& idem procedera in Clerico, qui
laudetus in authorem tenetur ſequi ſorum emptoris
Covar.*pract.quaeſt.d.cap.8.ſub n.3.* Geyl. *pract. obſerv.
li. 1. obſerv.37.n.* 7.Caballin.*in d.tract.de evict.§. 3.q.*
20 2.* *ſub n. 119. tom.6.tract.part.*1. latiſſime etiam *Con-
ſiliarius* Carleval. *de judicus. lib* 1. *tit.* 1. *q.* 2. *n* 67.
Barbat. *de aſſiſt. glo.* 9. *nu.* 8. Cancer. *var. reſol. par.*
2. *cap.* 16.
21 * Contrariam tamen opinionem, quod Fiſcus ad
ſuum Judicem trahere debeat cauſam prædictam. &
22 † ſic quod diſpoſitio *d. l. venditor.* limitetur in Fiſco
voluerunt Bart. *in l. 3. ubi glo. magna, C. de jur. Fiſci,*
ubi etiam Joannes de Platea, Peul. de Caſtr. *in d. l.
venditor, n.*3.Cagnol. *n.* 16. Capyc. *deciſ.* 198.*n.*4.*&*
Socin. ſan. *conſ.* 46. *lib.* 4. Peregr.*de jur. Fiſc. li.*7.*tit.* 1.
*n.*9.Cancer.*var.reſol.par.*2. *cap.*26.*n.* 44. Alfar. *de offic.
Fiſc. gl.* 16.*n.* 23.Franch.*dec.* 117.*n.*2.*gl.in d. l.*3.*C.de
jur. Fiſc. lib.* 10. *Regens* Rovit. *in d. Pragm.* 12. *&* 63.
de offic. Procurat. Caſar. & alii allegati per dictum
Regium Conſiliarium Carlevel *de judicus l.* 1. *diſput.*
2. *num.* 703. ubi late hanc etiam opinionem fundat
23 * Novat.*in prax. elect.for.quaeſt.*40. *ſect.* 4. *num.* 3.† &
revere hæc opinio eſt magis communiter recepta,
quod etiam extenditur ad emptores, & cauſam
habentes è Fiſco, qui pro re ab eo proveniente poſ-
ſunt petere remiſſionem cauſæ ed Judices Fiſcales
l. fin. & ibi Doct. & præcipuè Paul. de Caſtr. *C. ſi ad-
verſ. Fiſc. & in l.* 1. ubi Angel.*C.de fid.inſtrum.l* 10.
Franc. Lucan. Evaterd. Boſſ. Peregr. & alii allegati à
Farinac. *fragmentorum criminalium, par.* 1. *verſus fi-
nem,* ubi de Fiſco plenè tractat *n.* 182. *fol mihi* 146.
24 *& n.* 183. dat rationem, † quia Fiſcus emptori ra
evicta, ſaltem tenetur ad pretij reſtitutionem, *l. ſi
procurator, ff. de jur. Fiſci* Pariſ. *conſ.* 101.*nu.* 14.*lib.*1.
de Ponte *de poteſt. Proreg. tit. de regal.impoſit.* §.4.*n.*
25 2.& ideò inter regula generalis † quod quoteſcunq;
Fiſcus comperet pro ſuo intereſſe, ad ſuum Judicem
cauſam trahit, *l. ſi minori, & ibi* Joannes de Plet.*C.de
jur. Fiſci lib.* 10. Peregr. *de jur. Fiſci lib.* 7. *tit.* 1. *n.*
9.& propterea Farin. dixit, ite paſſim vidiſſe obſer-
vari per quinque annos tempore, quo fuit Fiſcalis in
Camere Apoſtolica, hanc etiam opinionem ſequitur
Mang l. *de evict. quaeſt.* 7. *nu.* 4. poſt Cagnol.*in dict.
l. venditor, ſub n.* 17. qui da receptiori teſtatur, &
aam latè etiam fundat Alfonſ. de Guzman *de evict.
quaeſt.* 8.*per tot.* quod quidem in Regno eſt abſolu-
tum, quia quando Fiſcus eſt actor, vel reus, vel au-
thor laudatus, tunc cauſa debet in Regia Camera
Summariæ, & ſic apud Judices fiſcales tractari, ut
cautum reperitur per *dictas Regias Pragmatic.* 12. 62.
& 63. *& ibidem Reg.* Rovit.

Quod quidem negari non poterat per Univerſi-
tatem, ſed dicebat, quod ipſa non inficiet, Bajulario-
nis jurisdictionem ſpectare, & ſpectaviſſe ad dictam
Illuſtr. Duciſſam, ſed tantùm de modo exigendi
pœnes interceptionum, & ſic nulla cadere poteſt
evictio, & quamvis aliquod intereſſe Fiſci conſi-
26 deretur,† tamen non ex omni intereſſe cauſam trahe-
re poteſt ad ſuos Judices, ſed poteſt, ſi ſua putaverit
intereſſe, aſſiſtere, ut habetur ex Franch.*deciſ.*117.nec
ſufficit in Fiſco authore laudato quale quale intereſ-
27 ſe, * ſed in illis caſibus, ubi expreſsè eſſet de evictio-
ne obligatus, ut clarè dictant verba *Reg. Pragm.* 13.
*eod.ti.*ibi *è che ancora quelle cauſe, nelle quali il Regio Fi-
ſco foſſe obligato expreſsè de evictione*, quod etiam ad-
vertit *Regens* Rovit. *in d. Prag.* 12.*in fine,* ſic etiam ha-
betur in *Pragm.*61. *eod. tit. in prin.* ut ibi, *Et in quelle,
done il Regio Fiſco è attore, ò reo convento, ò vero doue
foſſe obligato expreſſe de evictione, & n.*7.& ideò quam-
vis alias fuerit dubitatum, ſi unus ex litigantibus ſit
28 * Fiſci debitor, an poſſit cauſam trahere ad Regiam
Cameram, & quod ſua interſit defendere ſuum de-
bitorem, ad hoc ut ipſe facilius exigere poſſit, & hæc
quæſtio tangitur per Paul.de Caſt.*in l.*2.*C.nè Fiſc.&c.*

& dicit, quod in hoc caſu Fiſcus poteſt aſſiſtere, ſi
vult, ſequitur Peregr. *de jur. Fiſc. lib.* 4. *tit.*6.*in fine,*
ex *text.in l.ſi cui, C.de non numer. pecun.* per quem fuit
deciſum in S.C. in anno 1615. in cauſa Victoriæ
Puderico cum Dominico Spinola, facta relatione in
Collaterali Conſilio, quod liceat Fiſco aſſiſtere in
S. C. ſi vult, & cùm fuiſſet dictum de nullitate,
fuerunt rejectæ, ut teſtatur Rovit. *in dict. Pragm.*62.
n. 2. Carleval. *in d. lib.* 1. *de judic. diſput.* 2. *q.* 6. *ſub
n.* 705.in Novar. *in Praxi elect. for. ſect.* 2. *q.* 25. *n.*3.
Conſil. Mercian. *in conſ.* 5. *n.*15.idem Novar.*in collect.
ad d. Reg.Prag.*62.*n.*4. *Reg.* Jo.Franc. Sanfelic. *in dec.*
70. *ſub nu.* 23. quæ fuit facta in eadem cauſa, in qua
ſcripſit Marc.*d.conſil.* 5. quod etiam refert doctiſſimus
Reg. Fabius Capyc.Galeot. *lib.* 1. *contr.* 24.*per tot.*ubi
plura exempla affert, in quibus non obſtante intereſſe
Regij Fiſci, cauſæ non fuerunt remiſſæ, *& n.*69.refert
etiam cauſam dictæ Victoriæ Puderico, & *in fin.* re-
fert deciſionem *ſua controverſia*, quæ fuit in cauſa
Mutij Pinelli, ubi Ego etiam uti Advocatus inter-
veni, & hodie, quod hæc exprimuntur, fuit hoc idem
judicatum inter Aſtorgium Agneſe uti adminiſtra-
torem hæreditatis Sororis Mariæ Magdalenæ Cetra-
fæ olim Duciſſæ Cerzæ Majoris, & Regium Fiſcum,
& hæredes Portiæ Caracciolæ, ac relationem *Reg.*
Sanfelicii, quam deciſionem refert ipſe idem *Regens
in* 2. *vol. deciſ. in addit. ad d. deciſ.* 70.*impreſſ.in* 1.*vol.*
in qua Ego etiam interveni, ex quibus prætendebat
Univerſitas Neritoni, quod quamvis Regius Fiſcus
fuiſſet in authorem laudatus, tamen quia intereſſe
non erat certum, quia non dubitabitur, juriſdictio-
nem Bajulationis non eſſe Illuſtr. Duciſſę, ex hoc
Regens Rovit. dixit *in d. Pragm.*12.*de offic. Proc. Ca-
ſar. verſ. finem,* * quod non debat eſſe tam facilis ad 29
ſuſcipiendum onus judicij, quando fuit author lau-
darus, nam præjudicet Fiſco quaſi tacitè cenſeretur
fateri, quod ipſe teneatur de evictione, & eſſet ape-
rire viam fraudi, per quem omnes cauſæ deberent
remitti ad R. C. S.

Quæ tamen non obſtare in hac cauſa facilè de-
monſtrabitur, quia Regius Fiſcus ſuſcepit judicium,
& pro remiſſione cauſæ ad Regiam Cameram in-
ſtitit, quod quidem zelantiſſimus, & oculatiſſimus
Fiſci Patronus non feciſſet, niſi omnibus conſidera-
tis, & hoc ſolum ſufficeret ad obtinendum, cùm ſu-
mus in caſu è jure, * & *Regia Pragmatica* expreſſo, & 30
ſtatim quod Fiſcus comparet pro ſuo intereſſe cau-
ſam trahit ad ſuum Judicem, *d. l. minori C.de jur. Fiſc.
lib.* 10. Anchar. *in cap.ea,quæ qu.*17. *de regul. jur.* Pe-
regr. *de jure Fiſci. d lib.*7. *tit.* 1. *art.*9. *Regens* Tapia in
d. Prag. 12. *fol.* 202. Verum, ut videant Domini Ju-
dicantes, quod ex juſtiſſima cauſa Regius Fiſci patro-
nus ad dictam inſtantiam faciendam ſe movit, con-
ſiderent, quod promiſſio evictionis facta per Re-
gium Fiſcum in venditione dictæ Bajulationis, ne-
dum fuit dictæ Bajulationis, * ſed etiam *omnium ejus* 31
*membrorum, jurium, juriſdictionem, & pertinentiarum
ſuarum*, ſub quibus verbis dubitari nequit, quod con-
tinentur omnia ea, quæ per prius erant vendita, &
in ſpecie modus exigendi pœnas, prout tempore
venditionis exigebantur, & prout tam de jure, quàm
de conſuetudine ad ipſam Bajulationem ſpectabat, * 32
& ſi enim verum ſit, quòd venditor non tenetur de
evictione, niſi emptor careat re vendita, *l. ſi ſervus,
§. Julianus, ff. de evictiou.* Mangil.*de evict. q.* 104.*n.*15.
tamen de evictione tenetur venditor, ſive tota, * ſive 33
pars rei venditæ evicta fuerit, *l. vacca emptor* 43.*ff.
de † evictionib.*quamvis enim vendito aliquo jure uni- 34
verſali, putà hæreditate, rebus ſingulis evictis, de evi-
ctione venditor non teneatur, ut probaverunt *Do-
ctores in dict. l.*1.*ff. de evict.* & ſigmenter Hugo Donell.
in comment.jur. civil. lib. 8. *Codicis tit.* 46. *de evict.*An-
ton. Gomez *var. reſol. cap.*2. *ex n.* 44. Caldas Pereira
*in tract. de empt. & vend. cap.*31. *ex num.* 48. Caſtill.
quotid.

Digitized by Google

quotid. controv. lib. 4. cap. 42. n. 37. Stephan. Gratian.
diſcept. forenſ. to. 4. c. 787. n. 9. ubi, quod in caſu, quo
competit dicta evictio, non poteſt retineri pretium,
niſi pro parte rei, ſuper qua ſunt moleſtationes, Jo.
Andr. *ad Specul. de empt. & vend. §. 1. n. 8. in ver. quia*
iſte in fi. Marius Muta *dec. Sicil.* 24. Caball. *de evict.*
§. 5. n. 3. & alij allegati à Guzman *de evict. qu. 45.*
35 *in princ.* hoc tamen procedit, * quando quid incer-
tum fuit venditum, veluti jus aliquod, vel hæreditas,
vel etiam feudum, etiam ſi adeſſent verba, *cum ſuis*
juribus, cenſibus, redditibus, præſtationibus, aliiſque rebus
36 *in genere ad dictum feudum ſpectantibus,* † quia dicta
generalitas in venditione, aut locatione poſita citra
ſpecialem, & particularem expreſſionem, vendito-
rem, aut locatorem obligare non poteſt, Papon.
lib. 11. tit. 4. arreſt. 17. Eſtque ratio, quia hæredi-
37 tas ſine ullo corpore juris intellectum habet, * *l. hæ-*
38 *reditas,* * *ff. de petit. hæred.* & ideò jure univerſali ven-
39 dito, jurium ſingularium evictionem non præſtari, †
habetur ex Afflict. *deciſ. 334.* Urſill. *ad eundem Afflict.*
deciſ. 81. n. 3. 4 & 6. ubi concludit, quod dum ali-
quid ſit in hæreditate, venditor non tenetur de evi-
ctione rerum ſingularium, *Cardin. Tuſc. pract. quæſt.*
concluſ. jur. tomo tertio, liter. E. concluſione 366.
numer. 22. Caſtill. de Sotomajor *ubi ſupra num. 67.*
in fine.

Verùm prædictis replicatur, quod ea procedere
poſſunt, * quando hæreditas, vel feudum eſſent in
40 genere vendita, in caſu autem, de quo agitur, ne-
dum vendita fuit Bajulatio *cum ſuis membris, redditibus,*
& introitibus, & cum banca juſtitiæ, ſed *cum juribus, &*
pertinentiis, quovis modo, tam de jure, quàm de con-
ſuetudine ſpectantibus, ac cum derogatione privilegio-
rum, & literarum Regiarum, & Pragmaticarum, * &
ſic omnia ea, quæ tempore venditionis, & eo mo-
41 do, & forma, prout per Reg. Cur. nunc poſſidebantur,
& conſtat, quod Bajulatio exercebatur cum capitulis
ab anno 1373. cum alio capitulo, ut pœnæ remitti
non poſſint ſub pœna ſolutionis dupli, & in anno
1468. Rex Ferdinandus voluit, & mandavit, ut ultra
damnum pœna exigeretur, & in ſpecie fuit data po-
teſtas exigendi pœnas, ſervata forma capitulorum, in-
ſuper capta informatione tempore venditionis redi-
tus prædictæ Bajolationis, fuit repertum, aſcendere
ad un 1aa v g nti rres, tarenos tres, & grana tria,
& propterea adhoc fuit taxata in ducatis quadragin-
ta unius, & tarenis duobus, & granis decem & octo
cum dimidio, ad quod fundandum adducitur doctri-
na Cæſaris Urſilli *ad deciſ. Afflict. 81. ſub n. 6.* qui ponit
caſum ſatis magis difficilem in venditione Bajulatio-
nis Civitatis Neapolis, facta à Scipione Carrafa Co-
42 miti Caſertæ, * *cum juribus ſuis,* non ſpecificatis cor-
poribus, & tenet, quòd quamvis corpora non ſint
ſpecificata, ex quantitate pretij conſiderari poteſt,
quod poſſeſſa per Baronem in venditionem veniant,
& per conſequens ipſum teneri de evictione, nam
alias hic emptor non eſſet empturus & ſatis eſt de-
monſtrare * per venditorem poſſideri tempore ven-
43 ditionis, aliàs fuiſſet maxima deceptio, & dolus,
quæ non ſunt admittenda, maximè in contractibus
bonæ fidei, * *l. ſi dolo, C. de reſcind. vend.* ſicuti etiam
44 dicimus, quòd ex quantitate pretij colligitur, ſi ven-
ditio fuit facta ad corpus, vel ad menſuram, ad nota-
ta per eundem Urſill. *in deciſ. Afflict. 68.* in venditio-
45 ne enim facta, † *cum omnibus juribus, & pertinentiis,*
quamvis adeſſet clauſula, *ſi qua vel ſi qua ſunt,* ve-
nient ea, quæ tempore venditionis per venditorem
poſſidebantur, & illa clauſula, *ſi qua, vel ſi qua,* erit
46 intelligenda reſpectu eorum, † quæ in genere aſſerun-
tur, non autem reſpectu eorum, quæ tempore ven-
ditionis poſſidebantur, & propterea re illa evicta, te-
nebitur venditor de evictione, ut voluit *Præſidens*
Amatus *conſ. 67. n. 1.* nam ſi omne, quod evincitur non
47 † veniret in evictione, fruſtratoria fuiſſet evictionis
promiſſio, *l. ſi quando 112. ff. de leg. 1. l. 1. ff. ad mun cip.*
* Bald. *in rubr. C. de contrah. empt. quæſt. 9.* quod etiam 48
ex veriſimili contrahentium mente eſt intelligen-
dum, maximè in contractibus bonæ fidei, *l. fin. Cod.*
quæ res pign. oblig. poſſ. gloſſ. in l. ſi in venditione 7. ff. * 49
comm. præd. in fine, cum aliis ſimilibus, & propter-
ea credendum eſt, venditorem feudum vendidiſſe
cum corporibus per ipſum poſſeſſis, † *l. 1. ff. de evict.*
& ita pariter emptorem emere voluiſſe, *l. fed & ſi* 50
quid 15. §. 1. ff. eod. ex quibus, & aliis refert Amatus
fuiſſe per Reg. * Cameram condemnatum vendito- 51
rem ad evictionem ſecundatum cauſarum in cauſa Ho-
ratii Trani utilis Domini Terræ Turini, cum Mar-
chione Speculi, penes Actuarium Conſtantinum, ſe-
quitur etiam *Epiſcop.* Ricc. *collect. 2825. in 6. amplia-*
tione.

Remanet tamen difficultas, * an poſſit emptor re- 52
ſciſſa venditione agere ad pretium, an verò quanti
minoris, de quo articulo per Gratianum *deciſ.* 54.
nu. 30. latè Guzman *de evicton. quæſt.* 113. *num.* 115.
Cæſar Barz. *deciſ.* 62. & Giurb. *deciſio.* 113. & in ſpe-
cie, * quando venditur Univerſitas rerum, & res par- 53
ticulares evincuntur, Guzman *de evictione cap. 45.*
per totum, quod tamen non eſt præſentis ſpeculatio-
nis, ſufficit enim fundaſſe intereſſa Regij Fiſci autho-
ria laudati ad obtinendum cauſæ remiſſionem ad
Regiam Cameram Summariæ.

* *Ea propterea juxta allegata per bina decreta facta* 54
relatione in Collaterali Conſilio etiam cum præſentia
nunquam ſatis laudando quondam Comitis de Le-
mos Don Petri Fernandez de Caſtro, tunc Prore-
gis fuit cauſa remiſſa ad Regiam Cameram Summa-
riæ.

OBSERVATIO IN CONSULT. LXV.

ARGUMENTUM.

Pragm. 1. de offic. Bajul. num ſublata dicatur per
contrariam conſuetudinem, quæ proponitur ad-
eſſe in Provincia Hydruntina. Opinio *Reg. Latr.*
in hac *Conſult. 65. & 141.* in dubium revoca-
tur; Examinatur articulus, ſi ſtylus poſſit ſub-
ſiſtere contra legem, tam in judicio plenario,
quàm poſſeſſorio ſummariſſimo, & quando lex
poſſit tolli per ſimplicem non uſum; & quæ re-
quirantur ad legem tollendam? Poſſeſſio Baro-
nia ſemper præſumitur extorta contra vaſſallos
habentes Jura aſſiſtentiam. Expenditur *Pragm.*
16. de Baronib. cum deciſ. 77. Reg. Latr Baju-
li an, & quando poſſint fidare animalia in ter-
ritoriis appatronata Civium, ſecatis ſegetibus?
Affertur praxis proviſionum, quæ expediri ſo-
lent per Tribunalia Superiora cum deciſionibus
tam antiquis, quàm recentiſſimis, quas cumu-
lat *D. Maradei in obſerv. ad ſingul. ſui Genitoris*
53. à numer. 3. ad 5. cujus verba fideliter
tranſcribuntur. Controvertitur quando vendi-
tor fundi teneatur de evictione: Expenditur
text. in l. ſervi, 5. ff. de evict. & l. 1. C. eod.
quæ Jura accommodantur ad praxim receptam
apud *Urſill. Conſil. de Meſa, & Cardin. de Lu-*
ca. Examinatur vis clauſulæ, *ſi qua, vel ſi qua,*
quæ adjici ſolet in venditione feudi, & num
cenſeatur non appoſita in privilegiis, & conceſ-
ſionibus Regalibus.

SUMMARIUM.

1 Pragm. 1. de offic. Bajul. *an ſit in obſervantia in Provincia Hydruntina?*
2 *Stylus an poſſit ſubſiſtere contra legem in judicio plenario,*

plenario, & poſſeſſorio ſummariſſimo?

3 *Lex ad hoc, ut poſſit colli per non uſum, qua requirantur?*

4 *Poſſeſſio Baronis præſumitur extorta à vaſſallis habentibus Juris aſſiſtentiam, & refertur praxis obſervari ſolita à Regiis Tribunalibus; Et n. 5.*

6 *Baro an poſſit exigere pœnam contumaciæ pro arbitrio voluntatis, non obſervata forma Capitulorum Regni.*

7 *Baro ad hoc, ut tueri poſſit in poſſeſſione lite pendente contra vaſſallos, requiritur allegatio, & productio tituli.*

8 Pragm. 1. de offic. Bajul. *procedit reſpectu Civium.*

9 *Bajuli an poſſint fidare animalia in territoriis appatronatis ſecatis ſegetibus.*

10 *Afferuntur deciſiones antiqua propugnantes cum recentioribus, & laudatur* D. Maradei, *qui illas reduxit ad concordiam; Et nu* 11.

12 *Praxis proviſionum, qua expediri ſolent pro excarceratione animalium interceptorum in locis appatronatis vaſſallorum, refertur.*

13 *Evictio an, & quando ſit præſtanda de ipſo corpore feudi venditi, vel de ſingulis corporibus venditis ſub verbo*, ſignanter.

14 *Venditio facta de corporibus feudalibus cum clauſula*, ſi quæ, vel ſi qua, *comprehendit evictionem corporum poſſeſſorum tempore venditionis.*

15 *Clauſula*, ſi quæ, vel ſi qua, *ſemper intelligitur expreſſa in contractibus factis per Regiam Curiam.*

PUnctus difficultatis hujus *Conſultationis* 65. & 141. quæ ſimiliter prodiit in hac eadem cauſa Duciſſæ Neritonis cum Univerſitate ejuſdem Civitatis in eo reſidere videtur, *Pragm. 1. de offic. Bajul.* per quam ſtatuitur, ut pœna pro damnis datis non poſſit excedere carolenos quindecim, ſit ne obſervanda, vel potiùs contraria conſuetudo, quæ proponebatur adeſſe in d. Civitate, & tota Provincia Hydruntina; Et reſolvit *R. Latr.* eſſe obſervan-
1 dam * conſuetudinem, & non Regiam Pragmaticam, quæ in dictis locis non eſt recepta, cùm lex per contrarium uſum poſſit abrogari, ex *Reg. de Ponte conſ.* 53. *n.* 18. & 19.

Dubitat *Capibl. de Baronib. in Pragm.* 8. *num.* 381. ſi dictus ſtylus contra dictam *Reg. Pragm.* ſubſiſtere poſſit in judicio plenario, ſeu petitorio, & ſemper contra Baronem judicatum vidiſſe teſtatur, ſed
2 Ego etiam dubitare cogor in poſſeſſorio † ſummariſſimo de non obſervantia *Reg. Pragm.* quia ſemper illa præſumitur eſſe in viridi obſervantia, nec poteſt tolli per ſimplicem non uſum, donec pro-
3 betur, & quod † in contradictorio judicio contra illam fuerit judicatum, *Reg. Merlin. controv. forenſ. cent. 2. cap. 70. nn.* 16. & 17. *Conſil. Arias de Meſa var. reſol. lib. 2. cap.* 18. *à n.* 4. maximè quia in caſu *Conſultationis* fuerat judicatum in anno 1597. & 1598. pro obſervantia *Reg. Pragm.* ut teſtatur idem *Reg. Latr. cit. conſult.* 141. *n.* 4. & 5.

4 * Fortiùs dubitarem contra Baronem, quia ejus poſſeſſio ſemper præſumitur extorta contra vaſſallos habentes juris aſſiſtentiam, undè quando proponuntur ſimilia gravamina ſolent Suprema Tribunalia decernere, quod *capiatur informatio, & interim*
5 *Baro ſe abſtineat*, * juxta praxim quam tradit *Reg. de Ponte conſ.* 97. *à nn.* 19. *ad* 26. cùm ſubintrare videatur diſpoſitio *Pragm.* 16. *de Baronib.*

6 † Hinc cùm in anno 1636. conqueſta fuiſſet in S. C. Univerſitas Civitatis Vici Æquenſis, quod Princeps Sattiani ejus utilis Dominus, & ejus Officiales procedebant ad taxationem pœnæ contumaciæ pro arbitrio voluntatis, non obſervata forma Capitulorum, & Conſtitutionis Regni, fuit per S. C. deciſum, quod *Capiatur informatio, & interim circa exactionem pœnarum contumaciæ obſerventur Conſtitutiones, & Ritus M. C. Vic.* ut habetur apud *Reg. Latr. deciſ.* 77. *nu.* 31. *in fine.*

† Ad hoc itaque, ut Baro conſervetur in poſſeſſione lite pendente requiritur, ut alleget titulum, illumque in prompto exhibeat, *Capiblanc. de Baron. ſuper Pragm.* 8. *cap.* 61. *num.* 14. & *cap.* 77. *n.* 13. latè *Fulv. Lanar. in addit. ad Patr. in repet.* §. *ſi quis per* 30. *num.* 71. *cum ſeqq. Hocat. Montan. de Regal.* §. *Flumina navigabilia, nu.* 8. ubi hoc intelligit verum eſſe Adverſario non poſſidente. 7

* Declaratur *Reg. Pragm.* ut procedat reſpectu Civium, non autem reſpecto exterorum, à quibus exigitur integra fida, & diffida, & nechon ut non habeat locum in damno illato in de.eulis, *Conſil. Roc. reſp.* 5. *num.* 15. 16. & 19. *tom.* 2. 8

† Difficultas ſæpius contingere ſolet, ſi Bajuli poſſunt fidata animalia in feudis, territoriis, & agris particularium, ſecatis tamen ſegetibus, & in hoc *DD.* & deciſiones non ſunt concordes; Siquidem in anno 1539. fuit deciſum per S. C. quod Bajuli Civitatis Conſentiæ ſe abſtineant, * & de anno 1681. fuit deciſum, quod Archiepiſcopus Salernitanus manuteneatur in poſſeſſione exercendi juris Bajulationis etiam reſpectu pœnarum diffidæ ſuper omnibus territoriis, quas deciſiones noviſſimè refert *D. Maradei in obſervat. ad ſing. ſui Genitoris obſerv.* 55. *à n.* 3. *ad* 5. cujus verba hic tranſcribendo duximus ad hoc, ut verò *Auctori*, qui diligens fuit in colligendis dictis deciſionibus, & in illis conciliandis debitus honor tribuatur, verba ſunt, quæ ſequuntur. 9 10

* *Hinc affine eſt illud, quod à S. C. definitum fuiſſe comperimus, non poſſe Barones exercere jus fida in locis appatronatis privatorum, in quibus nullum jus fidandi animalia exterorum habere poſſunt, niſi ex præſcripta Conſuetudine centenaria, juxta Capibl. placitum cap.* 74. *tom.* 2. *de Baron. & Reg. Marcian. diſput.* 24. *num.* 21. *lib.* 1. *& ultra antiquas deciſiones in cauſa Comitis Simbaris apud Staib. in conſ.* 91. *nu.* 7. *&* 17. *& in cauſa Caſalium Civitatis Conſentia, cum illis de Sancto Blaſio, quas retulimus in obſervat.* 263. *habemus alias noviſſime factas in cauſa Univerſitatum S. Georgii, & Polyſtina cum earum Illuſtr. Marchione Sancti Georgii, in qua referente D. Conſiliario Caravita ſub die* 22. *Junii* 1669. *fuit proviſum, quòd Bajuli prædicti Marchionis ſe abſtineant ab exactione fida, & diffida, in terris appatronatis; & contraria deciſiones juſtificantur attenta conſuetudine, in qua conſtiterit Baronem extare, prout fuerunt illa noviſſima, qua prodierunt in cauſa Archiepiſcopi Salernitani cum Univerſitate Montis Corvini, referente D. tunc Regio Conſiliario Ill. Duce Campimellis.* 11

† *Undè quoties contigerit intercipi animalia in dictis locis appatronatis vaſſallorum, inolevit praxis in Tribunalibus Superioribus, in quibus recurſus habetur, mandando* ut animalia excarcerentur præſtita cautione de ſolvendo quidquid fuerit judicatum circa ſolutionem fidæ, & diffidæ, *juxta Capyc. deciſ.* 45. *Quod non ſervatur, quando animalia reperiuntur in demanialibus Baronum, quia tunc animalia retinentur, donec fida non fuerit ſoluta, vel factum reale depoſitum, quomodo in puncto explicat Capibl. ſuper Pragm.* 11. *de Baron. à num.* 112. *& Barbat. de diviſ. fruct. p.* 1. *c.* 6. *num.* 94. *ubi tradit praxim proviſionum, qua in dies expediuntur per Superiores etiam ex cauſa immoderata fida, & diffida, quarum formula eſt,* quod facto depoſito alicujus certæ quantitatis per ipſum Judicem arbitratæ ſecundum numerum animalium interceptorum, ac præſtita cautione de ſolvendo, quidquid plus fuerit judicatum, animalia excarcerentur, & conſignentur ipſorum dominis, ne macerentur 12

eerentur in Stabulo; *quidquid in contrarium ſubtiliſſime argumentis, circa articulum principalem, probare tentaverit Reg. Revit. ſuper Pragm. 1. de offic. Bajul. à num. 13. cujus opinio etiam intelligenda eſt in caſu præſcriptæ Conſuetudinis, prout intelligit idem Barbat. cit. loc. numero 78. & 79.* Hucuſque *D. Maradei.*

13 * Veriſſimam profitemur illam concluſionem, quam tangit *Reg. Latro numero* 40. nempè denegari evictionem rei particularis, ſeu de ſingulis membris, ſeu corporibus in feudis, quæ Univerſitatem bonorum conſtituere dicuntur, & ſolum evictionem præſtari de ipſo corpore feudi, quemadmodum practicatur in venditione hæreditatis, juxta *text. in l. ſervi. 5. ff. de eviction. & l. 1. C. eod. tit.* tamen hæc concluſio recipit limitationem, niſi corpora fuerint ſpecificata, & expreſſa ſub verbo, *ſignanter*, juxta praxim, quam paſſim receptam videmus poſt *Urſill. ad Afſl. dec. 81. nu. 6. Conſil de Meſa lib. 2. var. reſol. cap. 32. num. 28.* ex recentioribus *Cardin. de Luca de feudis diſc. 32. num. 3.*

14 † Verum facta venditione feudi cum illa ſolita clauſula, *cum ſuis juribus, membris, corporibus, præſtationibus, aliiſque ad dictum feudum ſpectantibus, ſi qua, vel ſi qua*, tenebitur venditor ſolùm de evictione, quoad membra poſſeſſa tempore venditionis, ſecus quoad non poſſeſſa juxta opinionem, & deciſionem R. Cam. quem refert *Præſ. Amat. conſ. 67. numero 1.* quem laudat *Reg. Latr. à numero 45. ad 51.* quamvis contrarium ſubſtinere voluerit *Cardin. de Luca in cit. diſc. 30. n. 5. verſ. in propoſito.*

15 * Hæc tamen clauſula, *ſi qua, vel ſi qua ſunt, vel ad Regiam Curiam pertinent*, ſemper intelligitur appoſita in privilegiis, conceſſionibus, & in feudationibus, etiamſi illa expreſſa non legatur ut ex *Alex. & Urſill. ad Afſl. deciſ. 334. ſub nu. 6. & dec. 338.* advertit *Galeot. in dec. ad controv. 53. à nu. 32. & 33.* ubi dicit, hoc eſſe expreſsè proviſum ex *Pragm. 16. de Baron.*

A R G U M E N T U M.

Agitur de immunitate à ſolutione Gabellorum, ſive juris Plateæ, & an producens privilegium confirmans, obtinere debeat ſaltim in poſſeſſorio, ſi non producit privilegium confirmatum, & quid operetur confirmatio, & an eo uti poſſit contra alium, qui habet privilegium anterius.

S U M M A R I U M.

1 *Sententia probat poſſeſſionem tam in antiquis, quàm in non antiquis.*

2 *Poſſeſſor vigore decreti non eſt turbandus in poſſeſſione, ſaltem lite pendente, tam in poſſeſſorio ordinario, quàm in petitorio, etiam ſi juris præſumptio ei reſiſtat, num. 3. Limita, ſi ſuit intentatum remedium recuperandæ poſſeſſionis, quia tunc etiam ſi probaverit poſſediſſe, lite pendente manutenendus non eſt, num. 4. & ratio eſt, nam jure communi refragante requiritur titulus ad præſcribendum, n. 5. ac etiam ad juſtificandam poſſeſſionem, num. 6.*

Intellige, ut nu. ſeq.

7 *Titulus præſumptus ſufficit ad manutentionem poſſeſſionis, ſi jus commune reſiſtat, eo magis ſi adſit titulus verus cum poſſeſſione, n. 8.*

9 *Privilegium anterius quando tollatur per privilegium poſterius & num. 17.*

10 *Privilegium confirmans non probat, niſi producto privilegio confirmato, & n. 15.*

11 *Confirmatio nihil novi tribuit, ſed tantùm confirmat quæ antea reperiebantur conceſſa, & addit vim actus confirmata, non tamen illud extendit, nu. 12. & facit ut confirmans non poſſit actum confirmatum improbare, n. 13.*

14 *Confirmatio, differt à nova conceſſione.*

16 *Verbum,* placet, *in privilegio confirmatorio quid importet.*

17 *Privilegium confirmans aliud privilegium, ſi non producatur illud privilegium confirmatum non præfertur alio privilegio poſteriori dicto privilegio confirmanti.*

18 *Princeps in privilegiis, & reſcriptis non præſumitur voluiſſe uni auferri, & alteri dare, & non poteſt de plenitudine poteſtatis auferre jus tertio quæſitum, niſi adſit legitima cauſa, num. 24. quæ cauſa debet eſſe ratione publica, non privata utilitatis, num. 25.*

19 *Privilegia quantumvis ampla, nunquam tertio præjudicare poſſunt, & ſtrictiſſimè interpretantur, etiam impropriando verba, quamvis quod taliter impropriata viderentur otioſa, & ſuperflua, n. 20. nec tollunt jus tertio quæſitum n. 21.*

22 *Privilegium ſecundum nunquam tollit primum, niſi in ſpecie mentionem faciat de primo, & requiritur ſpecifica, & individua mentio, nec ſufficiunt clauſulæ generales derogatoriæ derogatoriarum, quantumvis ampla in tertii præjudicium, num. 23.*

26 *Baro licèt habeat privilegium poſterius cognoſcendi cauſas de delictu commiſſis per ſuos vaſſallos extra territorium, non præfertur Baronis habenti juriſdictionem ordinariam ex privilegio anteriori, & ſic deciſum traditur per Sacrum Conſilium in duabus cauſis.*

27 *Poſſeſſio nihil operatur circa manutentionem, quando initium eſt vitioſum, ſic etiamſi eſſet invalidum, numero 29. etiamſi poſſeſſio ſit centenaria, & ſic deciſum traditur pluries per Regiam Cameram, num. 30.*

28 *Advocati cauti allegant titulum, & probant poſſeſſionem.*

31 *Poſſeſſio non ſolvendi non acquiritur, niſi quando ſolutio ſit denegata, & ratio adducitur, n. 33.*

Et quæ requirantur ad acquirendam exemptionem, & immunitatem à pedagiis, & gabellis numero 32.

33 *Præſcriptio non currit in juribus negativis, niſi à tempore contradictionis.*

34 *Scriptura privata fidem non facit, etiam ſi ſit confecta manu Notarii ſi ſolemnia ad ſcripturam publicam attinentia non habet.*

35 *Suſpicio falſitatis pro veritate habetur in civilibus.*

36 *Conductor gabellarum, & exactor non exigentes non præjudicant, quin ſucceſſor exigere non poſſit.*

37 *Libri Gabellariorum ſeu Exactorum collectarum plenè probant quando illi ſunt à publico deputati, quod procedit ſive illi gabellas Superiori reddant, ſive eas conduxerint, n. 38.*

Probant etiam negativam, quod quis non ſolvit gabellam, num. 39.

Et magis probant, quam teſtes, numero 40. & probant etiam ad beneficium Scribentis, numero 41

Intellige omnia prædicta, ut n. 42. 43. & 44.

45 *Promittens obſervare privilegia, intelligitur de privilegiis validis.*

46 *Nemo præſumitur velle jactare ſuum*

47 *Exitus cauſæ narratur.*

Pro Eadem Illuſtriſſima Dveiſſa Neritoni, cum Univerſitate Civitatis Gallipolis.

CONSULTATIO LXVI.

UNiverſitas Civitatis Gallipolis pretendit, ejus
Cives eſſe immunes à ſolutione juris Plateæ
in Civitate Neritoni, allegat plura privilegia de anno
1463. de anno 1484. & de anno 1497. & dicit, in hac
poſſeſſione immunitatis fuiſſe, & eſſe, quod proba-
re intendit. Primò ex fide negativa ſubſcripta à non-
nullis particularibus, & authenticata per Notarium
Franciſcum Nocigliam. Secundò ex literis miſſivis
q. Ducis Neritoni, ex quibus elicitur, quod inten-
debat obſervare privilegia. Tertiò ex proviſionibus
Regiæ Cameræ, in quibus cavetur, eſſe immunes tra-
ctandos, ſervata forma privilegiorum, & demum ex
decreto dictæ R. C. ſub die 24. Novembris 1600.
facto, audito procuratore Illuſtriſſ. Ducis Neritoni,
ubi providetur obſervantia dictarum proviſionum,
1 * ex quo decreto probari poſſeſſionem ſequutam ex
dicto privilegio, nam ſententia probat poſſeſſionem,
nedum in antiqua, ſed etiam in negotio non anti-
2 quo † probat Alba *conſil.* 54. *num.* 5. & eum ſequi-
tur Menoch. *conſ.* 725. *n.* 8. & ſic dicebat, in hac
poſſeſſione non eſſe turbandam, ſaltem lite pendente,
tam in poſſeſſorio ordinario, quam in petitorio, non
enim turbandus eſt qui poſſidet, † etiam ſi juris præ-
ſumptio ei reſiſtat, ut poſt Innoc. dixit Abb. Panormit.
in c. 1. *ult. pendent.* & deciſum refert Capyc. *deciſ.* 189.
Anna *allegat.* 84. *n.* 6. de Ponte *conſ.* 97. *n.* 26. 1. *vol.* &
conſ. 31. *n.* 8. *vol.* 2. Menoch. *de retin. poſſeſſ. remed. ult.*
n. 21. Joan. Franciſc. del Caſtill. *dec.* 12. *n.* 46. Valaſc.
dec. Luſit. 79. *n.* 18. quod tamen non procedit, quando
non * fuiſſe intentatum remedium recuperandæ poſ-
4 ſionis, ſed retinendæ, quia tunc ex quo fatetur, non
poſſidere, etiam ſi probaverit poſſediſſe lite penden-
te, manutenendus non eſt, ut probat Anna *d. alleg.*
84. & quamvis prædicta opinione ſatis dubitet Co-
5 varov. *pract. qq. c.* 17. *ſub n.* 6. † quia jure communi re-
fragante, non poterit obtinere, niſi oſtenderit titulum
idoneum ad præſcribendum, tamen ſub *eodem num.*
6 *verſ.* 2. *oportet.* tenet. quod etſi præſumptio juris †
communis ſit contra poſſidentem, & agentem hoc
interdicto, & propterea quod requiratur titulus ad
juſtificandum poſſeſſionem, ex diſpoſitione text. *in d.*
7 *cap. cum perſona*, * *de privileg. in* 6. attamen erit ſatis
ſufficiens aliquis titulus præſumptus, qui robur ad-
dat ipſi poſſeſſioni, quod probatur ex *cap. cum veniſ-*
ſent, de inſtitut. & notat Franc. *in d. cap. cum perſona,*
8 *§. ult. col.* 1. * & propterea cum in hac cauſa nedum
aderat titulus præſumptus, ſed etiam verus ex di-
ctis privilegiis cum poſſeſſione, debebat omnino ob-
tinere, nedum in judicio ſummario, ſed etiam in
judicio plenario, & etiam proprietatis.

9 * In contrarium verò pro Illuſtr. Ducisſa, & Co-
mitiſſa Converſani dicitur, quod de dictis aſſertis
privilegiis nulla eſt habenda ratio, ſiquidem ipſa pro-
duxit habere privilegium anterius, quod quamvis
ſit de anno 1583. & Univerſitas Gallipolis producat
prædictum privilegium de anno 1463. tamen de eo
non poteſt haberi ratio, ſiquidem in dicto privilegio
nihil de novo conceditur, ſed tantum continet ſup-
plicationem Civitatis Gallipolis, in qua petit con-
firmationem privilegiorum, ſcripturarum, gratia-
rum, & immunitatum conceſſarum per Regem Al-
phonſum, Principem Tarenti, & alios prædeceſſo-
10 res, * cum Regia decretatione, *Placet*, & ſi ex eo ni-
11 hil ad ſui beneficium elicitur, † niſi producatur privi-
legium confirmatum, in quo immunitas prædicta eſ-
ſet, conceſſa, nam confirmatio nihil novi tribuit, ſed
tantum confirmat quæ antea reperiebantur conceſ-
ſa, Dec, *in l. more majorum, n.* 31. *ff. de juriſd. omn. jud.*
& *in rubr. ext. de confirm. util. vel inutil.* Rubeus *conſ.*
146. *n.* 6. Oldrad. *conſ.* 164. *in fine,* * Menoch. *conſ.* 12
75. *n.* 32. & 191. *nu.* 46. ubi quod confirmatio addit
vim actui confirmato, non tamen illud extendit, Pa-
riſ. * *conſ.* 19. *n.* 4. *lib.* 1. & *conſ.* 33. *n.* 50. *lib.* 3. & facit, 13
ut confirmans non poſſit actum confirmatum impro-
bare, * Menoch. *conſ.* 378. *n.* 39. magna enim con- 14
ſtituitur differentia inter confirmare, & de novo da-
re, * *l. & quia, ff. de juriſd. omn. jud.* & propterea niſi 15
hæc immunitas prætenſa ex aliis privilegiis appareat,
dictum aſſertum privilegium nullum jus tribuit di-
ctæ Univerſitati, *cap. praceptis* 11. *diſtinct. cap. inter*
dilectos, de fid. inſtrum. c. quia diverſitatem, de con-
ceſſ. peaben. Menoch. *conſ.* 2. *n.* 6.

Nec enim curandum de aſſertis privilegiis, quia
privilegium * Regis Ferdinandi de anno 1484. ultra 16
quod non continet immunitatem platearum, ſed fun-
daci, & Dohanæ, etiam de novo aliquid non concedi-
tur, ſed Rex conceſſit per verbum *Placet*, ſi, & prout
in poſſeſſione fuerunt, & hæc poſſeſſio nunquam fuit
probata, & privilegium de anno 1484. aliud non con-
tinet, niſi confirmationem Regum prædeceſſorum, &
ſignanter Regis Ferdinandi patris, & ſic etiam aliud
privilegium de anno 1497. in quo dicitur, quod ſint
immunes, ſicut Liparoti.

Verùm quatenus ex dictis privilegiis aliqua immu-
nitas à dicta exactione plateæ reſultaret, * adhuc re-
ſpectu Illuſtr. Duciſſæ Neritoni nihil ei præjudicaret, 17
cum dempto primo aſſerto privilegio, quod non con-
tinet niſi meram confirmationem aliorum privilegio-
rum, quæ non producuntur, omnia alia ſunt poſte-
riora privilegio conceſſionis dictæ exactionis platea-
rum ab omnibus, qui emunt, & vendunt in dicta Ci-
vitate Neritoni conceſſo anteceſſoribus dictæ Illuſtr.
Duciſſæ in anno 1483. & propterea quando Rex po-
ſtea conceſſit privilegium, quatenus dicta immunita-
tas competeret, quod non admitto, tamen Princeps
in privilegiis, & reſcriptis non præſumitur voluiſſe
† uni auferre, & alteri dare, *l.* 3. *§. meritò,* & *§. ſi* 18
quis à Principe, ff. ut quid in loc. public. c. quamvis,
de reſcript. in 6. & verba privilegii quantumvis am-
pla, * nunquam tertio præjudicare poſſunt, Ruin.
conſ. 88. *vol.* 4. Rovit. *in Pragm.* 2. *n.* 12. & 13. *ubi de* 19
delict. agi oport. ubi ex multis probat, quod debent
* verba privilegii in præjudicium tertii ſtrictiſſimè in-
terpretari etiam verba impropriando, & quod taliter 20
impropriata viderentur otioſa, & ſuperflua, *c. ſuper.*
eodem, extra de offic. deleg. ubi Dec. *in* 1. *limit. verſic.*
& *hoc intelligendum*, Clapper. *in cent. cauſ.* 8. *q.* 2. *n.*
1. *cum ſequentibus,* * nunquam enim privilegium tollit
jus tertio quæſitum, Gomeſ. latiſſimè *ſuper Reg.* 21
Cancel. *de jur. quaſ. non tollend.* Menoch. *conſ.* 36. *n.* 58.
quod in tantum eſt verum, * ut nunquam privilegium 22
ſecundum tollat primum, niſi in ſpecie mentionem
faciat de primo, *cap. cæterum, de reſcript.* Federic. *de*
* Sen. *conſ.* 233. *in princ.* ubi etiam quòd requiritur, ut 23
fiat ſpecifica, & individua mentio, nec ſufficiant
clauſulæ generales derogatoriæ derogatoriarum,
quantumvis amplæ in tertii præjudicium, Gonzal. &
Gomeſ. *in dicta regul.* Cancell. *de jur. quaſ non tollend.*
poſt Calderin. *conſ.* 126. aliàs 11. *de privileg.* Cornel.
conſ. 140. *n.* 14. *lib.* 1 Covarr. *in ſecund. part. relect.*
cap. poſſeſſor, de reg. jur. n. 4.

Quod neque facere poſſet Princeps de plenitudi-
ne poteſtatis, * cum non poſſet auferre jus tertio quæ- 24
ſitum, niſi tamen adſit legitima cauſa, quæ non intel-
ligitur, * niſi quando illa eſt ratione publicæ utilitatis, 25
non privatæ, ita Fulgoſ. Rom. Corn. Jaſ. & *alii Scri-*
bentes in l. ſi teſtamentum, C. de teſta. ſequitur Rovit.
in d. Pragm. 2. *ubi de delict. quis conven. debeat, nu.* 20.
ubi hoc etiam fundat ex *text. in l.* Lucius, *ff. de evict.*
Peregr. *de jur. fiſc. lib.* 5. *tit.* 2. *n.* 49. Bart. Oldr. Crav. de
Ponte, & alii allegati per Rovit. *in loc.* proximè citato,
2. 21. Ex quibus apparet, quod non poteſt ſe Univer-
ſitas

ſitas fundare in dictis privilegiis præſentatis, cùm
ſint poſteriora privilegio dictæ Illuſtr. Duciſſæ Ne-
26 ritoni, † quod in ſimili fuit pluries deciſum in Sacro
conſilio in Barone, qui habebat privilegium de de-
lictis commiſſis extra territorium, quod non pote-
rat præjudicare Baroni, qui quamvis non haberet
hoc privilegium, ſed tantùm juriſdictionem ordi-
nariam in ejus vaſſallos ex privilegio anteriori pri-
vilegio prædicto, ut fuiſſe judicatum in cauſa Illuſtr.
Ducis Acerolæ utilis domini Terræ Caſtelluzii ha-
bentis privilegium anterius, cum Illuſtriſſimo Prin-
cipe Collis, ubi quamvis per Magnam Curiam Vi-
cariæ eſſet remiſſus vaſſallus dicti Illuſtriſſimi Ducis
ad dictum Illuſtriſſimum Principem Collis, attamen
in cauſa appellationis fuit judicatum per S. C. eſſe
remittendum prædicto Duci, qui habebat privile-
gium anterius, & fuit hoc idem judicatum in cauſa
Illuſtriſſ. Marchionis Braciliani, cum Alfonſo An-
tinoro, tunc Barone Caſtri Siani, quod Caſtrum per
me hodie poſſidetur, & Ego etiam tunc Advocatus
ſcripſeram pro dicto Barone, quam *Conſultationem*
ponam. (Deo dante) *in ſecundo volumine*, & hac
etiam ratione ſuccubui, quamvis Baro Siani præve-
niſſet, & viſa mihi fuit magna deciſio, & de ea etiam
mentionem facit *Navarius in dicta Pragmat. collect.*
2. num. 8. quas deciſiones refert *Reg.* Rovit. *in dicta*
Pragm. 1. ſub nu. 33. ubi de delict. agiopor, quod etiam
fundatur ex Foller. *in prax. crimin. in verbo audian-*
tur excuſatores, nu. 106. ex quibus debet etiam ſuc-
cumbere Univerſitas Civitatis Gallipolis, nedum in
poſſeſſorio, ſed etiam in petitorio, quantumvis enim
eſſet in poſſeſſione immunitatis à ſolutione dicti ju-
ris Plateatum in Civitate Neritoni, tamen quia con-
27 ſtat de initio vitioſo,* probatio poſſeſſionis nihil ope-
ratur, *c. dudum*, ubi DD. & præcipuè *Ant. de Butr. ex-*
tra de decim. & *Ego* dixi in *Conſultatione 2. nu.* 21. ubi
alios retuli, hinc ortum fuit illud vulgare dictum,
28 quod *tanti Advocati allegant titulum, & probant*
poſſeſſionem, ut habetur ex Camill. de Curtia *in ſuo do-*
ctiſſimo diverſorio feudali, in 2. parte cap. 17. fol. 78. à t.
in fine, in quo loco latè tractat de præſcriptione cen-
tenaria, vel immemoriali, & *n. 11.* dicit, quod quando
29 conſtaret de originali titulo conceſſionis, † & ille ti-
tulus eſſet invalidus, præſcriptio, & uſus immemo-
rialis ex vi illius tituli nihil operatetur, ex Paul. de
Caſtro *conſ.* 433. Ægid. Bellem. *conſ.* 10. Pariſ. *conſ.*
30 66.† *n.* 128. *vol.* 1. Affl. *in cap. 1. §. ſi quis per triginta,*
hic finit lex, & alii per ipſum allegati, & *n. 12.* refla-
tur, quod ex his in Tribunali Regiæ Cameræ quam-
plures centenariæ cum omnibus requiſitis judicatæ
fuerunt nullius roboris.

Quæ ſi procedunt, ubi fuit probata poſſeſſio cen-
tenaria, vel immemorialis, quantò magis procedere
debent in præſenti caſu, ubi nulla poſſeſſio fuit pro-
bata, dato enim (abſque veri præjudicio) quod ali-
quando Cives prædictæ Civitatis Gallipolis præ-
dictum jus Plateæ non ſolviſſent, * non per hoc fuit
31 Univerſitati, & Civibus illius quæſita poſſeſſio non
ſolvendi, requiritur enim, quod ſolutio ſit denega-
ta, *cap. querelam, extra de elect.* Alex. *conſ.* 136.
nu. 29. *& conſ.* 196 *n.* 14. *& ſeq. lib.* 2. Felin. *in cap.* 1.
n. 10. *verſ. quarta declaratio, de treug. & pac.* Gabr.
conſ. 84. *n.* 60. *lib.* 2. *Eminentiſſimus Cardin.* Tuſc *lit.*
L. concluſ 257. *n.* 4. *& concluſ.* 371. *lit V. per totum*, &
iterùm *concl.* 552. *nu.* 10. *liter. E.** ubi quod nonnul-
32 la requirantur ad acquirendam exemptionem, & im-
munitatem à pedagiis, & gabellis, & Primò, quod
fuerit requiſitus ſolvere gabellam, & illam non
ſolverit, contradicendo ſe eſſe immunem, & exem-
ptum. Secundò, requiritur bona fides. Tertiò, quod
in contradictorio obtinuit, ut non teneatur ſolvere.
Quartò allegatio tituli. Quintò ſcientia, & patientia
eorum, contra quos præſcriptionem non ſolvendi
acquirere vult qui ſe immunem præſumit, & eſt de

† prædictis ratio, quia in iſtis juribus negativis, non 33
currit præſcriptio, niſi à tempore contradictionis,
Grammat. conſ. civil. 69. Calcan. *conſ.* 149. *col.* 2. *Jaſ.*
conſ. 110. *in fine, lib* 2.

Et ex hoc apparet, quod nullam probationem fa-
cit illa fides negativa in actis producta,* tum quia ei 34
non eſt credendum, cùm non habeat ſolemnia ad
ſcripturam publicam attinentia, licèt fuerit confecta
manu Notarii, Gratian. *deciſ. March.* 104. Maſcard.
de probat. concluſ. 1300. *n.* 8. & alii per *Genuam lib.* 1.
qu. 4. *n.* 18. *de ſcrip. privat.* tum etiam, quia Nota-
rius, & illi, qui ſe dictæ ſcripturæ privatæ ſubſcripſe-
runt, fuerunt à Notario circumventi, & ex hoc fuit
de falſo inquiſitus, & remiſſus ad Ducalem Curiam
Neritoni, ut conſtat Domino cauſæ Commiſſario,
qui fuit etiam Commiſſarius in gradu appellationis
dictæ inquiſitionis, & falſitatis ſuſpicio pro veritate
habetur in civilibus, † Farinac. *deciſ.* 452. *in poſthum.* 35
tum & demum, quia quatenus verum eſſet, quod
aliquid non ſolviſſent, quia exactio fit non ab utili
Domino prædictæ Civitatis, † ſed à Conductoribus 36
gabellarum, ſive Exactoribus, qui non exigendo non
præjudicant, quin publicanus, ſive arrendator ſuc-
ceſſor exigere poſſit, ex vulgato *text. in l. licitatio*,
alias *locatio, §. earum, ff. de public. & vectig.* Franch.
dec. 397 *n.* 9. Bart. *in l.* 2. *C. de ſervit. & aqua, nu* 42.
Imol. *n.* 6. Caſtr. *n.* 2 Fulgoſ. *col.* 1. & idem Bart. *in l.*
2. C. de paſc. public. lib. 10. Florian. de Sancto Petro
conſ. 10. *n.* 19. latè *Card.* Tuſc. *lit. E. concl.* 552. *in*
fine, conferunt etiam dicta per Joſeph. Ludovic, *de-*
ciſ. Peruſ. 62. *n.* 26.

Verùm ex abundanti dicitur, quod nedum fides,
ſeu cartula privata non eſt vera, ſed fuit productum
contrarium, cùm ex libris Plateæ appareat, Cives
Gallipolis ſolviſſe plateam, quod vulgò dicitur ibi,
havere annizato, prout in effectu ſemper ſolverunt * 37
nedum jus plateæ, ſed etiam jus fundaci, & libri eo-
rum, qui deſtinantur ad recipiendas gabellas, ſeu
collectas, maximè quando ſunt à publico deputati,
plenè probant, Bart. *in l. quadam, §. nummularium*,
ubi etiam Jaſ. *in fine, ff. de eden.* Imol. *conſ.* 37. *nu.* 4.
Dec. *conſ.* 596. *n.* 5. Alex. *conſ.* 36. *n.* 2. *lib.* 2 cum
aliis per Maſcard. *concluſ.* 837. *in princ. &* 976. *n.* 39.
Surd. *conſ.* 429. *nu.* 38. *volum.* 3. & Marc. Anton. de
Amat. *deciſ. March.* 24. *n.* 15. Fulvius Pacian. *de*
probat. lib. 1. *cap.* 63. *n.* 96. Rutgerus Rulant. *de com-*
miſſionibus, lib. 5. *cap.* 10. *nu.* 4. & alii per Nicolaum
Genuam *de ſcrip. privat. lib.* 4. *de libris rationum Ga-*
bellarii, * *n.* 1. & 2. ubi infra dicit, hoc procedere, 38
ſive ii gabellas Superiori reddant, ſive eas conduxe-
rint, ut hodiè ferè ubique, * præſertim in Italia fieri 39
conſuevit, & *n.* 3. hoc ampliat, quod ex dictis libris
probatur etiam negativa, quod quis non ſolvit ga-
bellam, ut per Bart. & communiter *Scribentes in l.*
Titia Textores, ff. de leg. 1. Afflict. *dec.* 400. *n.* 9. ubi ſic
deciſum refert, * Maſcard. *concl.* 834. *n.* 37. *& d. concl.* 40
976. *n.* 40. *& concl.* 316. *n.* 6. ubi, quod magis fides
eis adhiberetur, quàm teſtibus, latiſſimè de materia
Cardinalis Tuſc. *concl.* 13. *in verſic. ſextò diſceptatur.*
imò probant, * etiam ad beneficium ipſiuſmet Scri- 41
bentis, Maſcard. *dict. concl.* 976. *n.* 35. Scacc. *de judic.*
cauſ. civil. &c. cap. 11. *n.* 115. Menoch. *de arbitr. lib.*
2. caſ. 91. *n.* 15. *in fine*, & dicunt plenè *Doctores in dict.*
l. quadam, §. nummularium, Lanar. *conſ.* 43. *n.* 9. *item*
Nicol. Genua *dict. lib.* 4. *de ſcript. privat. tit. de libris* 42
rationum à publico deputatis nu. 35. ubi dicit, quod
licèt per libros Præpoſitorum gabellis probetur ſo-
lutio, vel non ſolutio Gabellæ, non tamen ex dictis
libris plenè probatur, ſi de eo principaliter agitur,
Alex. *conſ.* 36. *li.* 5. Decius *in cap. cùm cauſam nu.* 3.
de probat. Socin. *conſ.* 28. *lib.* 2. * quia plena probatio 43
ex dictis libris reſultat, quatenus concernunt ſolum-
modò munus dictorum Officialium, Peregr. *conſ.* 92.
n. 1. *&* 3. *vol.* 2. & ſic cùm contractus probatio non 44

ſpectet ad ipſos, non potaſt ex dictis libria probari, reſpectu verò ſolutionis vel non ſolutionia gabellæ, quia ad hoc ſunt deputati, ut ſcribant ſolventes, propterea oritur pleniſſima probatio.

Nec demùm obſtabunt prætenſæ literæ Illuſtr. quondam Ducis non verificatæ, quæ tamen aliud non continent, niſi quod intendebat obſervare pri-
45 vilegia, quia quatenus eſſent veræ, * intelligi debet de privilegiis, * nemo enim præſumitor velle ja-
46 ctare ſoum, *l. cum de indebito 25. verſic. qui non ſolvit. ff. de probation. Tiraquell. in l. ſi unquam, in verbo donatione largitus, num. 206.* cum *ſequentibus, C. de revocand. donat.*

Ex quibus apparet, Illoſtr. Duciſſam Neritoni eſſe in poſſeſſione exactionia prædictæ Plateæ, & conſervandum etiam eſſe à Civibus Civitatis Gallipolia.

Hac cauſa tractabatur in Sac. Conſ & coram Regio Conſiliario Joanne Baptiſta Melvore, cauſa Commiſſario, non tamen bene recordor, ſi fuerit deciſa, verùm audio, quod hodiè quoque ſit in hac poſſeſſione exigendi Illuſtr. Comes Convetſam Dux Neritoni, & Nuc[illegible] ejus filius, & hæres.

OBSERVATIO IN CONSULT. LXVI.

ARGUMENTUM.

Poſſeſſorii materia primo loco proponitur per *Reg. Latr. in hac Conſult. 66. Textus in vulgat. c. cum perſonæ, de privileg. in 6.* plures habet limitationes; Et adducuntur nonnullæ notabiliores quæſtiones ad ornatum ejuſdem *tex. Author* ſupplet *textus* non allegatos per *Reg. Latr.* Privilegij confirmantis via, & poteſtas latè diſcutitur in pluribna caſibus; & præcipuè in caſu productionia ſolita privilegij confirmantia; Et ponderantur plures clauſulæ laudaria *Conſil. de Georg. Surdo, aliiſque.* Exornatur *Conſult. 133. tom. 2. Reg. Latro.* Cautela peritorum Advocatorum, ut allegent titulum, & poſſeſſionem probent, extollitur per doctiſſimum *Horatium Montan. in Tractat. de Regalib. Textus in l. licitatio* aliàs *locatio, §. earum ff. de publican. & vectigal.* explanatur tranſcriptis verbis *Card. de Luca.* Libri Gabellariorum, & ſimilium Exactorum, an, & quam probationia ſpeciem inducant? *Cardin. de Luca* laudat *Conſult. 66. Reg. Latro.* Commiſſio de obſervandis privilegiis qoomodo intelligenda? Cum aliis.

SUMMARIUM.

1 *Poſſeſſor vigore decreti non eſt turbandus in poſſeſſione ſaltem lite pendente, tam in poſſeſſorio ordinario, quàm in petitorio juxta* Reg. Latr.
2 *Recuperanda poſſeſſionis remedium intentans, etiamſi probaverit poſſediſſe lite pendente, manutenendus non eſt.*
3 Text. in cap. cum perſonæ, de privileg. in 6.
4 *Juriſdictionis uſus in una ſpecie num tribuat jus utendi in aliis ſpeciebus, ſeu capitibus?*
5 *Baron an ſufficiat docere de poſſeſſione juriſdictionis ad hoc, ut dicatur eſſe in poſſeſſione cognoſcendi de aliqua præminentia?*
6 R. Galeota, Conſ. Rocc. *adducuntur pro intellectu* text. in c. cum perſonæ, de privileg. in 6.
7 *Privilegium confirmans an probet non producto privilegio confirmato? Et ſuppleneur tradita per* Reg. Latr. cum num. ſeqq.
8 *Privilegii confirmatio ſufficit, nec tenetur vaſſallus exhibere primas inveſtituras, ad quas ſe refert privilegium confirmans; Et n. ſeqq.*
9 *Ampliatur concluſio.*
10 *Clauſula* ex certa ſcientia *vis, & potentia in privilegio confirmante.*
11 *Clauſula* de novo concedimus *vis, & potentia ſimiliter in privilegio confirmante; Et maximè ſi fuerit ſupplicatum pro confirmatione, ac nova conceſſione.*
12 *Tenore privilegii confirmati inſerto in privilegio confirmante, opus non eſt ut producatur privilegium confirmatum; Et ampliatur n. 13.*
14 *Tenor privilegii confirmati ſufficit, quod ſit expreſſus, & relatus in ſubſtantia in privilegio confirmante; Et maximè quando confirmatio fuit facta ex certa ſcientia, ut n. 15.*
16 *Privilegium confirmans aliud valet tanquam ex confirmante, etſi non valeat ex confirmato ſtante clauſula,* quod de novo concedit, quatenùs opus ſit.
17 *Exornatur* Conſultatio 133. tom. 2. Reg. Latr.
18 *Titulum allegant cauti Advocati, & probant poſſeſſionem.*
19 Text. in l. licitatio, *aliàs* locatio, *§.* earum, ff. de poblican. & vectigal. *explicatur.*
Conductores gabellarum, ſeu exactioni præpoſiti non exigendo, an præjudicium inferant? Eod. n. 19. & ſeq.
20 *Tabellaris, vel Appaltatores Procaciorum, nullum præjudicium inferre valent Principi, ſive ejus Curſori majori, non exigendo, aut aliud ſimile faciunt tentando in præjudicium Principis, ſeu ejus Curſoris majoris.*
21 *Libri Gabellariorum, & ſimilium Exactorum an, & quam probationem inducant?*
22 *Commiſſio de obſervandis privilegiis quomodo intelligenda, & in quo judicio?*

QUotidiana poſſeſſorij materia primo loco *
proponitur per *Reg. Latro in præſenti Conſult.* 1
66. à num. 2. ad 8. ubi firmatur, quod poſſeſſor vigore decreti non eſt turbandus in poſſeſſione ſaltem lite pendente, tam in poſſeſſorio ordinario, quàm in petitorio, etiamſi juris præſumptio ei reſiſtat, ex *Capyc. dec. 189. Ann. Reg. de Ponte, aliiſque.*

* Limitatur concluſio, ot non procedat, ſi fuit
intentatum remedium recuperandæ poſſeſſionia, 2
quia tunc etiamſi probaverit poſſediſſe lite pendente, manutenendua non eſt juxta *Reg. Latr. n. 4.* ex *Anna alleg. 84.*

* Diſpoſitio *text. in cap. cum perſona, de privileg.*
in 6. plures habet limitationes allàtas per *Reg. La-* 3
tro dec. 77. à n. 17. ubi refertur practicata diſpoſitio eii. *text.* io poſſeſſorio ordinario, non autem in poſſeſſorio ſummariiſſimo.

* Accedit etiam *dec. 313. Revertera*, ibique *Reg.* 4
de Mariu. in obſerv. à num. 1. ad n. 8. ubi quærit, num ex uſu juriſdictionis actus in una ſpecie tribuatur jus utendi

† Et an ſufficiat Baroni docere de poſſeſſione ju- 5
riſdictionis ad hoc, ot dicatur eſſe in poſſeſſione cognoſcendi de aliqua præeminentia, nempè delictorum Officialium, vel contra pupillos, & viduas? Negat *Montan. controv. 69. in fin.* Contrarium tradit *D. Capon. diſcept. forenſ. tom. 3. cap. 191.*

† Plura alia pro pleniori intelligentia ejuſdem
text. in c. cum perſona, acutiſſimè perpendunt *R.* 6
Galeot. contr. Illuſtr. tom. 2. contr. 53. n. 6. & ſeqq. & *Conſ. Rocc. de offic. rubric. 17. §. 7. nu. 19. & ſeqq.*

* Adductis per *Reg. Latr. à num. 10. ad 25.* ad-
dendua eſt *text. in cap. penult. de confirmat. util. vel* 7
inutil. & in cap. examinata, & in c. porrecta, ubi *Abb.*

Abb. n. 5. & 6. eod. tit. Carol. de Graſſ. de effect. Clericat. effect. 2. n. 158. Cabed. dec. Luſitan. 2. a. 3. p. 2. Reg. Reverter. dec. 287. ubi latiſſimè *R. de Marin. in obſerv. à n. 1 ad 6.*

8 * Privilegij confirmatio ſufficit, nec tenetur vaſſallus exhibere primas inveſtituras, ad quas ſe refert in caſu relato per *Conſ. de Georg.* omninò videndum *allegat.* 6. ubi ſi fuit facta confirmatio, & de novo datio alicujus Comitatus cum titulo, & honore Comitatus, ea confirmatio ſufficit, *Speculat. in tit. de inſtrumentor. edit. §. 11. incip. nunc autem videndum, num. 2. & ſeqq.* plura cumulat *Grammat. dec. 59. n. 28. cum ſeqq. Jo: And. in addit. ad Speculat. tit. de feud. §. 1. v. inſtrumentum*, ubi adducit plura jura. *Oldrad. conſ. 121. nu. 84.*

9 † Imò etiamſi exhibeatur aliqua inveſtitura, qua fuerit facta conceſſio in Baroniam, nec etiam noceret, ſi ea confirmatio confirmat plures conceſſiones; nam exhibita una inveſtitura, licèt reſtrictiori, non reſtringitur confirmatio, *Conſ. de Georg. allegat. 6. num. 6. & ſeqq.* ubi refert *Reg. de Ponte conſ.* 58. qui ſic deciſum refert per Regiam Cameram, & Collaterale Conſilium in Comitatu Monrellæ, cujus confirmationem fecerat Rex Catholicus cum primis, & ſecundis cauſis, licèt fuiſſet exhibita inveſtitura cum primis tantùm.

10 * Et maximè ſtante clauſula, *ex certa ſcientia* in confirmatione, quæ clauſula purgat omnem maculam, *Georg. nu. 7. ex l. adeptio non jure facta, ff. de adopt. cap. quoties, extr. de pact. cap. 2. & 2. extr. de tranſact. cap. veniens, cum gloſ. v. confirmatam, eod. tit. Bartol. in l. more, ff. de juriſd. omn. judic. cum l. ſeq. Dec. conſ. 341. nu. 5 & conſ. 373. n. 7.*

11 * Conſtabilitur quoque dicta concluſio per clauſulam, *de novo concedimus, Conſ. de Georg n. 10. &* 11. & ſuiſſet ſupplicatum pro confirmatione, ac nova conceſſione, nam tunc ſi utrumque fuerit conceſſum, nullum remanet dubium, *Georg. nu.* 12. qui dicit non obſtare clauſulam *prout tempore dictorum Regum, & ſignanter Regis Federici ſteric in poſſeſſione*, quia verba prædicta non ſtant conditionaliter *ſi ſterit*, ſed cauſaliter *quia ſterit.*

12 * In privilegio confirmante, ubi eſt inſertus tenor confirmati non eſt opus, quod conſtet de confirmato, ſed tenor ille probat, ac ſi privilegium ipſum oſtenderetur, *Surd. conſ. 419. nu. 21.* ex *Specul. in tit. de inſtrum. edit. §. nunc autem videndum, in ver. item oppono. Abb. in cap. quia diverſitatem, de conceſſ. prabend. & in cap. inter dilectos, in 1. ſolut. de fid. inſtrum. Roman. conſ. 327. col. 2. Card. in cap. ſi Romanorum, col. 3. diſtinct. 19. Alberic. in l. 1. nu. 2. ver. & ſumitur argumentum, C. de Epiſcop. & Cleric.* ubi *Caſtrenſ. n. 4. Jaſ. in Auth. ſi quis in aliquo, nu. 8. ver. ſecundò quæro, C. de edend.*

13 † Imò etiam quandò confirmati privilegii tenor non eſt expreſſus, ſed Princeps confirmans vult, quod habeatur pro expreſſo, *Surd. ubi ſupr.* ex *Butr. conſ. 2. in fin. Ruin. conſ. 31. nu. 5. ver. præterea & ſecundò, vol. 1.*

14 † Et ſufficit, quod tenor privilegij ſit relatus in ſubſtantia, quia habetur, ac ſi totus tenor eſſet inſertus, *Surd. n. 21. ex l. 1. C. de Epiſcop. & Cleric.* ubi *Alberic.* & notat *Prepoſit. in c. ſi Romanorum, nu. 27. ver. & idem dicerem, 19. diſtinct. Ruin. conſ. 31. n. 7. vol. 1. & conſ. 231. num. 6. eod. vol. 2.*

15 * Maximèque quando confirmatio fuit facta ex certa ſcientia referenti creditur, etiamſi non conſtaret de relato; Præſumitur enim, quod Princeps antequam relatum Privilegium confirmaverit, voluerit illud videre, non autem inconſultè, & ſine debita cognitione proceſſerit, *Surd. n. 23.* ex *Innocent. & alios in cap. inter dilectos, de fid. inſtrumentor.*

16 * Privilegium confirmans aliud valet tanquam ex confirmante, etſi non valeat ex confirmato ſtante clauſula, *quod de novo concedit, quatenùs opus ſit, Surd. num. 25.* ex *Innocent. loc. cit. Ruin. citat. conſil. 31. numer. 6. & conſ. 231. num. 5.* quidquid in contrarium dixerit *Bertrand. conſ. 181. nu. 6. volum. 3.*

† *Reg. Latro nu. 26.* citat ſuam *Conſultationem* editam pro Barone Siani, quæ eſt *conſult. 133. in ord. tom. 2.* & de eadem cauſa *Reg. Sanfelicius* compilavit *deciſionem* 68. afferendo aliam deciſionem latam inter Principem Cariati, & Baronem Coccuri, quas deciſiones noviſſimè reaſſumit *D. Mareſca de legib. publicor. judicior. gloſ. 1. nu. 11. verſic. an autem, & D. Marades ſuper Pragmatic. ad ſingul. 396. num. 2.* 17

* Cautelam, quam tradit *Reg. Latro num. 28.* 18 quod cauti Advocati allegant titulum, & probant poſſeſſionem, extollit doctiſſimus *Horat. Montan. de regalib. nu. 31. verſ. quoties autem, in fin.* ſub his verbis: *Quoties autem conſtaret de titulo, & titulus ille eſſet invalidus, & nullus, ſeu vitioſus, conſuetudo illa immemorabilis ex vi illius invalidi nil operaretur, Paul. Caſtr. conſil. 443. damnata memoria Author in ſuo Tractat. de uſur. n. 192. Ægid. Bellamera conſil. 10. Afflict. in cap. ſi quis per triginta, ſupr. ſi de feud. defunct. milit Pariſ. conſ. 66. num. 128. vol. 1. Decian. conſ. 24. num. 114. vol. 1. & ſic pluries judicatum in Regia Camera teſtatur D. Camillus de Curte in ſuo diverſor. in cap. ſupereſt modò; Et ideò cautela eſt, ut allegetur titulus eo modo, ut ſupra, ſed non exhibeatur aliqua ſcriptura, & probetur immemorabili uſu, & tempore.*

† Conductores gabellarum, ſive exactores, haud 19 exigentes non præjudicant, quin publicanus, ſeu arrendator ſucceſſor exigere poſſit, *Reg. Latr. nu. 36.* per *text. in l. licitatio*, aliàs *locatio, §. earum ff. de publican. & vectigal.* Pro cujus *text.* intelligentia in caſibus reſpectivè *Card. de Luca de regalib. diſc. 82. num. 4.* ita loquitur: *Et quamvis pro Theſaurario Ego, & cæteri Scribentes replicaremus, dictam obſervantiam, quinimo & ipſum principium deductum ex præfato libro non eſſe ipſius Cameræ, eorumque Officialium, ſed Appaltatorum, quorum factum, vel negligentia juribus Cameralibus præjudicare non poteſt, ad text. in l. locatio, §. earum, ff. de publican. ubi omnes. Replicabatur tamen, & benè, id procedere, ubi ageretur de re clara, ita ut obſervantia eſſet potius præſcriptiva, ſeu deſtructiva jurium Cameræ competentium, quo etiam caſu ſtante lapſu longiſſimi temporis annorum 50. & ultra, & quod de aliquo initio, ſeu ſtatu contrario non conſtabat, adhuc poſſet ſatis dubitari; Secus autem in caſu dubio, & æquivoco; in quo obſervantia pro interpretatione magis attendenda eſt.*

* Ex eadem diſpoſitione *text. in §. earum*, cum 20 aliis *juribus* adductis per *Barſac. conſil. 190. num. 47. & ſeqq.*, ſi Tabellarij vulgariter dicti *Procacci, Staffette*, vel Appaltatores Procaciorum literas aſportatas conſignaverint abſque debita exactione, aut aliud ſimile facinus perpetravarint tentando præjudicium, fraudemque Principis, ſive ejus Curſoris majoris, nullum tamé præjudicium, aut damnum, & neq; etiam ex capite allegatæ præſcriptionis cauſatur Principi, ſive ejus Curſori majori, ut fuit ſolidiſſimè motivatum apud *Card. de Luc. de regal. diſcurſ. 46. numer. 16.* cujus verba ſunt, quæ ſequuntur: *Cum Officium* [Curſoris majoris] *ſit de Regalibus Principis, cujus intereſt eſſe magis, vel minus lucroſum, non potuerunt ejuſdem Officii pro tempore poſſeſſores, vel Appaltatores in præjudicium Principis ignari, & non conſentientis, hujuſmodi liberalitatem exercere, eodem modo, quo habemus de Arrendatoribus, ſeu conductoribus decimarum, & ſimilium præſtationum, non præjudicantibus locatori, ex eo quod ab aliquibus decimas, vel jura exigere negligant, Rot. deciſ. 22, part. 10, recent. & deciſ. 242. par. 11. & ſæpius.*

21 * Pergit *Reg. Latro in num. 37. & ſeqq.* tractare de libris Gabellariorum, & ſimilium Exactorum, an, & quænam probatio ex eiſdem libris inducatur; De qua re Ego nonnulla dicam in *obſerv. ad conſult.* 68. ubi *Reg. Latr.* iterum eandem materiam pertractat. Et utramque *Conſultationem* 66. & 68. ad hoc commendat *Cardin. de Luca de regalib. diſcurſ.* 151. *numer.* 14. & *de judic. diſcurſ.* 30. *n.* 11. *in fine*

22 * Concluſionem quam deducit *Reg. Latr. num.* 45. nempè quod commiſſio de obſervandis privilegiis intelligenda ſit de privilegiis validis; Ego intelligendam putaſſem in judicio petitorio, non autem in poſſeſſorio, in quo Univerſitas non eſt turbanda in conceſſione Capitulorum conceſſorum per Baronem, etiamſi Baro inſurgat adverſus capitulationem ex defectu aſſenſus, *Reg. Rovit. ſuper Pragm.* 1. *de privileg. Univerſit. conceſſ. num.* 17. 18. & 19.

ARGUMENTUM.

Agitur de jure tractarum pro frumentis, & aliis victualibus, quæ à Regno extrahuntur. Indulgentia conceſſa pro omnibus delictis, exceptis tamen delictis Officialium in officio commiſſis, an comprehendat delicta commiſſa per Barones.

SUMMARIUM.

1 *Rex habet jus tractarum pro frumento, & aliis victualibus, quæ à Regno extrahuntur.*

2 *Princeps habet curam utilitatis Populorum, & particularium circa neceſſaria ad victum, & propterea poteſt facere edictum, nè quis extra provinciam annonam deferat, num.* 3. *etiam cum pœna, & illud erit obſervandum, num.* 4. *quod etiam facere poteſt Præfectus Urbis, num.* 5. *ac etiam Barones, qui habent merum, & mixtum imperium, num.* 7. *Intellige, ut n.* 8.

6 *Cura annonæ carnis, & victualium ad Præfectum Urbis ſpectat.*

8 *Prohibitio de non extrahendo frumento extra Regnum non eſt ſemper, & omni tempore obſervanda.*

9 *Princeps poteſt concedere extractionem de eo, quod ſupereſt Regno, ſoluto tamen Regiæ Curiæ jure tractarum, alias extrahens incidit in pœnam, num.* 10.

11 *D. Franciſcus Antonius de Alarcon Eques D. Jacobi de Spata, olim in hoc Regno Viſitator Generalis laudatur.*

12 *Baro delinquens venit appellatione Officialium, & non gaudet Regio indulto, in quo excipiantur Regii officiales delinquentes in eorum officiis, & n.* 14. *Intellige, n.* 15. *& ſeqq.*

13 *Offendens Barones non gaudet Regia Indulgentia.*

15 *Baro extrahens frumentum, vel ſimile extra Regnum non dicitur delinquere in Officio, vel contemplatione officii, attentis verbis Indultus.*

16 *Officialis tunc ab indulto excluditur, quando in officio delictum commiſit. Intellige de Officiali, qui juriſdictionem habet, nu.* 18.

17 *Delictum non præſumitur in dubio commiſſum prætextu officii ad evitandam majus delictum.*

19 *Baro in Regno licèt habeat merum, & mixtum imperium, & dicatur Regius Officialis, tamen illud per ſe ipſum exercere prohibetur, num.* 20. *& propterea non poteſt ſe intromittere in exercitio juriſdictionis civilis, & criminalis, num.* 21. *Intellige de Baronibus hujus Regni ſecus Regni Siciliæ ultrà Pharum, n.* 23.

22 *Juriſdictio eſt adminiſtranda per Officiales deputatos per Barones.*

24 *Archiepiſcopus Salernitanus fuit Viſitator hujus Regni.*

Baro non poteſt viſitari de ejus delictis à Viſitatore generali, ibid. nu. 25.

26 *Officialis durante officio committens adulterium, homicidium, vel furtum, non dicitur delinquere in officio.*

27 *Notarius condemnatus pro delicto commiſſo extra officium, putà pro furto, vel homicidio, non privatur officio Notariatus, quia in illo non deliquit.*

28 *Officialis quando dicatur delinquere in officio.*

29 *Origo an attendatur.*

30 *Fructus à ſolo ſeparati ſunt burgenſatici, etiam quòd naſcantur ex territoriis feudalibus, & ſunt immunes à collectis, pedagiis, juribus paſſuum, & gabellis propter adhoam, quæ pro illis ſolvitur, num.* 31. *ſunt tamen obnoxii drictibus* Regiæ *Dohanæ ratione contractationis, n.* 32. *& ſic deciſum refertur per Regiam Cameram, n.* 33.

34 *Exitus cauſæ refertur.*

Pro Illuſtr. Duce Croſiæ.

CONSULTATIO LXVII.

HAbet Rex noſter Invictiſſimus inter alia jura
jus tractarum, quod exigitur pro frumento, &
* aliis victualibus, quæ à Regno extrahuntur, quod 1
quidem eſt jus antiquum, & de eo loquitur Ritus
Regens Cameræ *ſub titul. de jure exitura, in §. item jus*
victualium, & in §. Hic Rex liberaliſſimus, ubi etiam
Goffred. de Gaeta, Regens Moles *in ſuis deciſionibus*
manuſcriptis, in tit. de jure tractarum, ubi habetur,
quod diverſis temporibus fuit hoc jus auctum, &
quid obſervetur in Regia Camera: ad Principem
enim ſpectat, curam habere utilitatis populorum, &
particularium circa neceſſaria ad victum, * de Ponte 2
de poteſt. Proreg. tit. de abundantia Civitatis, in rub. n.
24. & ideò poteſt Superior facere edictum, nè quis
extra Provinciam annonam deferat, ut eſt *text. in* 3
l. cotem ferro, ff. de public. & vectigal. in l. ſi quis poſt,
C. de ædific. privat. & in l. 1. & 2. *C. quæ res exporti non*
poſſ. dixit Ripa *in tract. de peſte, in tit. de remed. ad*
conſervan. ubert. ſub num. 42. ubi quod poteſt pœna
apponi, * & edictum obſervandum ſit, & idem dixit 4
in titul. de remed. præſervat. contra peſtem, n. 162 imò
nedum Princeps hoc facere poteſt, * verùm etiam 5
Præfectus Urbis, cùm cura annonæ carnis, * & vi- 6
ctualium ad ipſum pertineat *l.* 2. *§. cura carnis ff. de*
offic. Præfect. Urb. l. annonam ff. de var. & extraordin.
cognit. Hieron. de Lauren. *dec. Avenion.* 40. *n.* 4. *Regens* Rovit. *in Prag.* 1. *ſub n.* 4. *verſic. an autem Pra-*
gmatica, ſub rub. de annona Civitatis Neapol. Aven-
dan. *de exequen. mand. cap.* 19 *ſub n.* 35. *in fin. verſ. &*
per ſupra-dicta, Mexia *in pragm. de tax. pan. conclaſ.* 1.
nu. 56. quod poſſe etiam fieri per Barones, quia ha-
bent merum, * & mixtum imperium, habetur ex 7
Alexand. *conſ.* 124. *vol.* 4. Rol. *conſ.* 3. *n.* 14. *vol.* 2. *Ho-*
modeo conſ. 108. *col. fin. &* Bovadill. *polit. lib.* 2. *cap.* 16.
num. 58. *ampliat.* 9. licèt ut benè advertit Dominus
Reg. Tapia *in tract. d'all Abondanza, in lucem edito in*
anno 1638. *p.* 3. *remed.* 4. iſta prohibitio de non extra-
hendo frumento non eſt ſemper, * & omni tempore 8
obſervanda, eſſe enim totaliter impedire commer-
cium, cum maximo damno Maſſariorum, qui viden-
tes, non poſſe illud vendere, ceſſarent à cultura, &
ideò ejus, * quod ſupereſt Regno poteſt Princeps
concedere extractionem, ſed hoc debet intelligi, 9
ſoluto Regiæ Curiæ jure tractarum, * ſivè extractio-
nis, alias enim extrahens incideret in pœnam. 10

Quibus

Digitized by Google

Quibus ſtantibus cùm Illuſtriſſ. Dux Croſiæ re-
periretur inqoiſitus de participatione in prætenſa
extractione frumenti à Provincia Calabriæ, cauſa
per S. E. commiſſa Regiæ Junctæ ſuper extractioni-
bus, in qua capot erat Don Franciſcus Antonius de
11 Alarcon Eques Divi Jacobi de Spata, * tunc in hoc
Regno Viſitator generalis, vir quidem non minus
probitate vitæ quàm doctrina, & nobilitate inſi-
gnis, fuit oppoſitum de Regio generali Indulto, per
Suam Majeſtatem ob felicem Principis noſtri na-
tivitatem benignè elargito, excipiebat Fiſcus, inter
12 cæteros, * qui ab indulgentia excluduntur eſſe Offi-
ciales, qui in eorum officiis delinquerunt, & proptet-
eà fuit dubitatum, utrum poſſet prædicta Regia
indolgentia gaudere, cùm uti Baro ſit Regius Offi-
cialis, & non debere Baronem gaudere, dixit Garl.
Maſtrill. *ad indult. gener. capit.* 4. *numera* 4. poſt
Marium Muram *in Conſuet. Panorm. cap.* 32. *n.* 13.
& cap. 3. *n.* 85. quod etiam dixit Capiblanc. *de Baron.*
13 *in rub. num.* 56. qui hoc ampliat, etiam reſpectu eo-
rum, qui Barones offendunt, ex eodem Maſtrill.
de magiſtr. lib. 4. *cap* 15

Verùm in caſu inquiſitionis, de qua agimus, con-
14 trarium ſpero judicandum: † Siquidem attenta pro
nunc opinione, quod Barones non gaudeant tan-
qoam Regij Officiales: attamen non poteſt per Re-
15 gium Fiſcum prætendi, quod ſit delictum in officio
commiſſum, vel quod favore, calore, authoritate,
prætexto, vel contemplatione officij ſit prætenſa par-
16 ticipatio in extractione patrata, * prout dictant ver-
ba indultus, cùm certum ſit, quod Officiales tunc
ab hac Regia gratia excludantur, quando delictum
in officio committitur, ut poſt Parid. de Put. *in tract.
de Syndic. in verbo Judices, fol.* 22. *à ter. & in verbo niſi
adulteraſſet. fol.* 221. Gulielm. de Cun. *in l. nulli, C.
quor. appell. non recip.* & alios late per Farinac. *de delict.
& pæn. quæſt.* 19. *n.* 44. Baiard. ad Jul. Clar. *quæſt.* 73.
numero primo. Maſtrill. *d. tract. ad indult. gener. cap.*
40. *nu.* 9. Catal. *de indult cap.* 42. *limit.* 14. *n.* 12.

Et in facto non habemus, extractionem frumen-
ti, ſive participationem in illius extractione fuiſſe
factam favore, calore, auctoritate, aut prætexto of-
ficij Baronis, & in dubio eſt præſumendum, * non
17 fuiſſe commiſſum delictum prætextu officij, ad evi-
tandum majus delictom Capyc. *dec.* 130. *n.* 12. Ba-
jar. ad Clar. *quæſt* 35. *nu.* 34. *&* Maſtrill. *loc.* pro-
xime allegato, *n.* 30.

Secundo, etiam ſi calore, vel prætextu officij
diceretur delictum patratum, adhuc non poſſet ab
18 indultu Dux excludi; † veriſſima enim eſt concluſio,
non comprehendi ſub hac limitatione, niſi Offi-
ciales, qui juriſdictionem habent, ut poſt Lanat.
Afflict. de Pont. & alios concludit idem Maſtrill. †
19 *dict. cap* 4. *limit.* 1. *n* 5. In Regno autem noſtro quam-
vis Barones habeant merum, & mixtum imperium,
& propterea dicantur Regij Officiales, ut per *Af-
flict. in Conſtit. Regn. Pœnam eorum ſub numer.* 37. *de*
Franch. *deciſ.* 211. *n.* 7. Andreas *in cap.* 1. *n.* 48. *quæ*
20 *ſint regal.* † Attamen illam per ſe ipſos exercere pro-
hibentur, ut dixit *Frecc. in* 13. *author. Baron.* Franc.
deciſ. 521. *Reg.* Rovit. *in prag.* 2. *&* 3. *de ſuſp. official.*
21 *n.* 14. † qui dicit, quod in cauſis gravaminum quo-
tidie expediuntor proviſiones à Regiis Tribunalibus,
quod Barones nullo modo ſe intromittant in exer-
22 citio juriſdictionis, † ſive civilis, ſive criminalis, ſed
libere permittant, illam adminiſtrari per Officiales
ab ipſis deputatis, Capibl. *de Baron. prag.* 8. *p* 5. *n.* 68.
23 * quod quidem non habent Barones in Regno Sici-
liæ ultra Pharum, ut annotavit Maſtrill. *de magiſt lib.*
4. *c.* 15. *in fine*, qoi dicit, hanc prohibitionem exer-
cendi juriſdictionem fuiſſe factam Baronibus in Re-
gno Neapolitano, & propterea ſi fuiſſet interroga-
tus, aliter reſpondiſſet reſpectu Baronum hujus Re-
gni.

Et tandem hoc Regia Sanctione fuit determina-
tum, cùm enim Archiepiſcopus Salernitanus hujus 24
Regni Viſitator de delictis Baronum uti Regiorum
Officialium vellet cognoſcere, Regia Majeſtas a
Prorege certiorata mandavit, quod Regius Viſitator
in hoc non ſe intromitteret, tanquam non compre-
henſum in ejus commiſſione, ut teſtatur de Pont. *de
poteſt. Prorog. tit. de elect. official.* §. 1. *nu.* 66. de quo
meminit Maſtrill. *de magiſt. lib.* 4. *cap.* 13. *num.*
† 226. *& cap.* 17. *n.* 51. ubi in terminis dixit, Ba- 25
rones non eſſe ſubditos Generali Viſitatori, & ſic ve-
rè non reputantur Regij Officiales, ità ut ab indultu
excludi poſſint.

Inſuper cùm dictus Illuſtr. Dux, non ut Baro, &
perpetuus ejus vaſſallorum Officialis, & Judex, ſed
ut quilibet privatus de aſſerta participatione inqui-
ratur, cùm nec annexa, nec dependentia ſint ab illius
juriſdictione. & propterea à Regia prædicta indul-
gentia dictus D. Dux non eſt excludendus.

Ad quod probandum adduco id, quod quærit
† Carav. *in rit.* 47. *n.* 27 quod ſi Officiales durante offi- 26
cio committat adulterium, homicidium, aut furtum,
nunquid dicetur deliquiſſe, in exercitio officij, &
dicit, quod non, ex doctrina Bart. *in l. eadem §. hac
lege, ff. ad leg. Jul. repetund. & in conſ.* 174. qui dixit
quod Notarius condemnatus pro delicto commiſſo
aliter quam in ſuo officio, * non privatur officio 27
Notariatus, quia in illo non deliquit, & Bal. *in l. ſi
quis ex argentariis,* §. 1. ubi etiam Ang. Alber. Paul. de
Caſt. Jaſ. & alij *ff. de eden.* dixerunt, quod ſi Notarius
committit homicidium, vel furtum, & fuerit con-
demnatus, quia non poteſt dici deliquiſſe in officio
non poteſt illo privari, quia delicta prædicta com-
miſiſſe dicitur ut quilibet privatus, * & propterea 28
concludit, qood Officialis delinquendo durante
officio, non dicitur in eo deliquiſſe, niſi tamen in
delictis prædictis, vel ſimilibus authoritas officij
eſſet in cauſa, ut committerentur, dat exemplum,
quando Officialis animo cognoſcendi aliquam mu-
lierem, mittat pro ea ſuam famulam, prætextu il-
lam examinandi, vel alio colore, ut ea traducta ad
ejus domum, illam cognoſcat; ut refert, & ſequitur
Caravit. *in d. Rit. M. C. V.* 49. *n.* 27. & dat rationem
quia Officialis dum adulterat, occidit, aut furatur
non exercet officium, ſed ut quilibet privatus fa-
ceret, quod ſecus tamen eſſet, quando authoritas
officij eſſet in cauſa, ut delictum committeretur.
Verùm cùm Illuſtr. Dux nec ratione, aut velami-
ne juſtitiæ extractionem feciſſe atringatur, puta vaſ-
ſallos concutiendo, vel ab illis prætenſas extractas
fruges extorquendo, ſive illos ad extrahendum
compellendo, nec etiam ad vehendum uſque ad
littus, ut præſupponitur, quod non eſt delictum nec
prohibitum, eſto quod fuiſſent fruges, & frumenta
à ſuis feudis obventa, cùm illarum origo non atten-
dator, † ad *l. non undè originem, C. ſi cert. pet.* & ſtatim 29
atque ſunt à ſolo ſeparati hi fructus, burgenſatici ſunt 30
etiam quod naſcantur ex territoriis feudalibus, *cap.*
1. *an agnatus Conſtit. Conſtit. Si quando, § fructus de pæn.
forjud.* Andr. *in cap.* 1. *in fin. duob. frat. de nov. ben. in-
veſt.* Camerar. *in repet. d. cap.* 1. *an agnatus, ultima* *
parte, q. 10. *nu.* 96. *verſ. & tertiò quæris,* & qoamvis 31
immunes ſint à collectis, pedagiis, juribus paſſuum,
& gabellis, ratione adhoæ, pro quo ipſius Regiæ Cu-
riæ ſolvitur, ex rationibus per Andr. *in §. & planſtro-
rum* n. 58. & *ibidem Afflict.* adductis, & *Scribentes
in cap. Reg.* Porrecta, & hac etiam ratione Lucas de
Penna *in l.* 1. *C. de excuſation. muner. lib.* 10. dixit, quod
cauſa contractationis d. tictibus Regiæ Dohanæ, * oti 32
diverſi, & ſeparati à ſolo fructos hi feudales ſint * 33
obnoxij, ut ex Bald. *in rub. C. de contrah. empt.* Joan.
de Amicis *conſil.* 8. teſtatur deciſum per Regiam
Cameram in anno 1570. cum Franciſco Balduino *Re-
gens* Moles *in ejus dec.* 58. *ſub rub. An fructus rei feu-*

talis ſint immunes à dirictibus Regiarum Dohanarum.
37 *Punctus non fuit decisus, ſed in Regia Juncta fuit tolerabili tranſactione finitus.*

OBSERVATIO IN CONSULT. LXVII.

ARGUMENTUM.

Suprema authoritas Principis circa annonæ curam recenſetur; Item de poteſtate, & facultatibus Præfecti annonæ. *Conſil. Rocc. in Tractat. de Offic.* plures ertat locum hone *Reg. Latro.* Atque etiam agitur de *jure Tractarum.* Laudatur *D. Ageta in annot. ad dec. Reg. Moles.* Indultus conceſſus pro omnibus delictis, exceptis tamen delictis Officialium in officio commiſſis, num comprehendat quoque delicta commiſſa per Barones? Barones non dicuntur Regij Officiales, nec conſiderantur uti tales, niſi tantùm circa exercitium juriſdictionis juxta *Reg. Merlin.* Barones num ſubjaceant Regiæ generali Viſitationi? *Authores* Feudatarij, quos inter *Reg. de Ponte Marchio Murtoni, Reg. Latro Marchio Torelli*, & noviſſimè *D. Gala Dux Diani* fortiter pugnant pro Baronum cœtu, contra quos ſtat *Author* cum doctiſſimis Juriſconſultis *Afflicto, Horatio Montano, aliiſque.* Chronologica ſerie illuſtratur quæſtio, additis etiam opportuna admonitione pro incolumitate Regis, & Regni juxta mentem Invictiſſimi, & immortalis memoriæ *Imperatoris Caroli V.* qui etſi continuis bellis eſſet implicitus, nihilominus totus fuit in extirpandis, & penitus comprimendis gravaminibus vaſſallorum; & ipſomet die ſui adventus ad Civitatem Neap. illicò deputavit Judices circa gravamina vaſſallorum. Panditur circumſtantia, ob quam in anno 1680. particulari Reſcripto Barones Regni hujus non fuerunt ſubjecti Regiæ generali Viſitationi ſub patrocinio famigeratiſſimi tunc Advocati, nunc Regii Conſiliarij *D. Flavij Gurgo.* Et poſtremò agitur de fructibus perceptis, & ſeparatis à territorijs feudalibus, quomodò ſcilicèt hi fructus ſint cenſendi; & an obnoxij dirictibus Dohanarum, & aliis? Tranſcribuntur verba *Reg. de Marinis.*

SUMMARIUM.

1 *Principis ſuprema authoritas circa annonam; Et num. 5.*
2 *Annona Præfecti poteſtas maxima; Et n. ſeqq.*
3 *Annona Præfecti peculiare eſt juſtitiam miniſtrare in concernentibus res annonales.*
4 *Præfecti annona alia facultates congeruntur per* Conſil. Roccum, *qui adducit* Reg. Latro.
5 *Annona regimen pluribus ex capitibus competit quoque Excellentiſſimo Pro-Regi.*
6 *Jus tractarum quodnam ſit, quando introductum, & quando poſtea adauctum?*
7 *Indultus generalis num comprehendat quoque delicta commiſſa per Barones?*
8 *Barones num dicantur Regij Officiales?*
9 *Officiales pro delictis patratis in officio excluduntur ab indultu generali, & nec etiam admittuntur ad compoſitionem.*
10 *Officiales peculiariter in extractionis facinore coercentur graviori pœna, quàm Principales; & deciſione Regia Juncta de anno 1667. & 1668.*
11 *Barones Regni hujus non ſubjacent Regia generali Viſitationi juxta* Reg. Latro, Reg. Caymum, & D. Cala.
12 *Antiqua praxis Regni circa viſitationem Provinciarum.*
13 *Viſitationis antiqua praxis penitus mutata; & extincta per conceſſionem meri, & mixti imperij factam Baronibus à Rege* Alphonſo I.
14 *Conceſſio meri, & mixti imperij facta Baronibus ab* Alphonſo I. *taxatur per inſignem Conſiliarium ſub Regibus Aragonenſibus* Matthæum de Afflict.
15 Imperator Carolus V. *ipſomet die, quo ingreſſus fuit hanc Civitatem, pro extirpandis gravaminibus vaſſallorum deputavit Judices contra Barones.*
16 Horatij Montani *aureus locus pro viſitatione Baronum.*
17 *Barones non fuerunt viſitati tempore viſitationis ann. 1680. ſub patrocinio celeberrimi tunc Advocati* D. Flavij Gurgo.
18 *Reſcriptum Supremi Italia de anno 1680. in materia Viſitationis Baronum, quomodò emanavit?*
Senſus Authoris, *ut in materia viſitationis Baronum omninò ſit ſervanda Chriſtiana politica* Imp. Caroli V. *pro Regis, & Regni incolumitate; Eod. n. 18.*
19 *Barones, qui inferunt gravamina vaſſallis, ſunt feudo privandi.*
20 *Fructus percepti, & ſeparati à territoriis feudalibus quomodò cenſendi; Et an obnoxij dirictibus Dohanarum? Tranſcribuntur verba* Reg. de Marin.

PRovida *Conſultatio* * anteponit Supremam Principis authoritatem, & prudentialia remedia circa curam annonæ. *Regentem Latro in hac Conſult.* plurice adducit *Conſ. D. Rocc. in Tractat. de Offic. rubric. 67. §. 7. de annona Præfect.* 1

Præfecti annonæ poteſtas maxima, * *Rocc. nu. 3.* Et *num. 4. cum ſeqq.* quod in cunctis negotiis ab ipſis Electis pertractandis intereſſe debet annonæ Præfectus, nec aliquid poteſt concludi abſque tali interventu, neque concluſiones executioni demandari abſque ejus authoritate, aut banna emanari abſque ipſius ordine, aut aſſiſia indiei ſine ejus ſcientia, *Reg. Sanfelic. in ſua prax. ſect. 65. num. 3. & dec. 290. & dec. 309. Reg. de Ponte de poteſt. Pro-Reg. tit. 2. de abundant. Civit. §. 6. Taſſon ad pragm. de antephat. ver. 2. obſerv. 3. n. 229. Capac. in lib. cui titulus, il Foraſtiero, fol. 639.* 2

Quinimmò ejuſdem annonæ † Præfecti peculiare eſt juſtitiam miniſtrare in concernentibus res annonales, delinquentes plectere, pœnaſque infligere & edictorum tranſgreſſores pœnis coercere, *Reg. Sanfelic. Reg. de Ponte, & Taſſon. loc. cit. Reg. Latro n. 5. & 6. Conſ. Rocc. num. 7.* 3

Aliæ facultates, † quibus decoratur annonæ Præfectus, cumulantur per *Conſil. Rocc. num. 67. & ſeqq.* Et *numero 68.* ita ſcribit: *Secundò ordinare poteſt, ne quis extra Provinciam annonam deferat, l. cotem ferro, ff. de publican. & vectigal. l. 1. & 2. C. quæ res aſportar. non poſſ. Rip. in Tractat. de peſt. tit. de remed. ad conſervand. ubertat. n. 42. Mexia in pragm. de tax. pan. concl. 1. nu. 56. Reg. Capyc. Latro conſult. 67. n. 3. & 6.* 4

Pluribus ex capitibus annonæ * regimen competit quoque D. Pro-Regi, *Conſil. Rocc. cit. §. 7. num. 80. & ſeqq.* ubi hæc habet: *Verùm enimverò quamquam ex ſupra dictis, cæteriſque recenſitis præcedenti §. patet annonæ curam Dominis Electis commendatam, & inter ipſos præſidere D. annonæ Præfectum; nihilominùs ejuſdem annonæ regimen* 5

ginem D. Pro - Regi competit ; nedum tanquam Regis noſtri vices gerenti, à quo juriſdictiones, cunctæque dignitates fluunt, & refluunt, ſed etiam uti Urbis Præfecto, ita Afflict. in conſtit. poſt natalem, in 1. notabil. de pac. tenend. ubi And. Reg. Rovit. in pragm. 1. ſub num. 4. ver. an autem Pragmatica, de annon. Civit. Mexia in pragm. de tax. pan. concluſ. 2. num. 56. Reg. Capyc. Latro conſult. 67. n. 6. tom. 1. Reg. de Ponte de poteſt. Pro - Reg. tit. de abundant. Civitat. in rubric. n. 24. Novar. ſuper Pragm. rubric. de annon. num. 3. & probat text. nimis clarus in l. 1. §. cura carnis, ff. de offic. Præf. Urb. l. annon. ff. de var. & extraordinar. cognit. Ratio duplex eſt. Prima quia Pro - Regi competit habere curam utilitatis Populorum, & particulariter circa neceſſaria ad victum, ut habetur in d. l. 1. §. cura carnis, & notant And. & Afflict. ſup. de Laurentio decif. Avenion. 40. n. 4. Avendan. de exequend. mandat. cap. 19. num. 3. ver. & per ſupra dictam, R. de Ponte, Reg. Capyc. Latr. l. c. & ejuſdem Pro - Regis onus etiam eſt, pacem, & quietem in Civitatem conſervare, Bartol. in l. ambitioſa, ff. de decret. ab ordin. faciend. num. 18. ſed annonæ penuria ſeditiones in Populo cauſat, ut plura exempla refert Marcus Ant. Surg. de Neap. illuſtrat. cap. 24. num. 9. cum nihil lætius ſit ſaturo Populo, nihil ſeditioſius jejuno, & famelico, & ideò annonæ regimen ad Pro - Regem quoque pertinet.

Reliqua attinentia ad ſupremam poteſtatem Pro-Regis circa annonæ curam habentur apud *Conſ. D. Rocc. à num. 88.*

6 Agit quoque * *Reg. Latro* de jure tractarum ; & noviſſimè de eodem jure adeundus eſt *D. Ageta in eruditiſſ. annotat. ad dec. Reg. Moles §. 15. de jure tractar.* ubi quod habet noſter Potentiſſimus Rex jus tractatum, quod exigitur de rebus, & victualibus, quæ extrahuntur extra Regnum ; Quod jus quandò fuit introductum, & quandò poſtea auctum, & ad quam rationem hodiernis temporibus ſolvantur, ponit *D. Aget. l. c.* ubi *n. 1.* inter alios meminit *Reg. Latro in hac conſul. 67.*

7 His diſcuſſis * *Reg. Latr. à n. 11.* incipit diſcurrere de ea quæſtione, num indultus conceſſus pro omnibus delictis, exceptis tamen delictis Officialium in Officio commiſſis, comprehendat quoque delicta commiſſa per Barones ?

8 Ultra tradita † per *Reg. Latro num. 12. & 13.* quod Barones non dicantur Regij Officiales, nec conſiderentur uti tales, niſi circa exercitium juriſdictionis, conſulendus eſt *Reg. Merlin. controv. forenſ. centur. 2. cap. 69. n. 20.*

9 In principali quæſtione traditis * per *Reg. Latr. à n. 16. ad n. 18.* accedunt latè ſcripta per *Conſil. D. Rocc. de offic. in tit. de compoſit. & tranſact. §. 13. à n. 49.* ubi nedum deducit, quod Officiales pro delictis patratis in officio excluduntur à generali abolitione per Principem conceſſa, ſed nec etiam admittuntur ad compoſitiones ; & adducit *text.* per *Reg. Latro* omiſſum, *in l. mancipia, C. de ſerv. fugitiv.* ibi : *Si ſollicitudine defenſoris non fuerit requiſitus, & revocatus, idem defenſor duo vicaria mancipia exigat, nec beneficio Principali valitura, &c.*

10 Immò noſtro Principi adeò * abſonum eſt crimen, aut fraus Officialis peculiariter in extractionis facinore, ut graviori pœna illos coerceri curaverit, quàm principales delinquentes, ut ex Regiis Pragmaticis demonſtrat *Rocc. num. 51.* qui *n. 54. & ſeqq.* refert plures deciſiones Regiæ Junctæ Contrabannorum de an. 1667. & 1668.

11 Occaſione prænarratæ quæſtionis * *Reg. Latro numero 24. & 25.* probat Barones Regni hujus non ſubjacere Regiæ generali Viſitationi ; Ita quoque docuit Regens Supremi Italiæ *D. Hieronymus Caymus Mediolanenſ. in ſuo doctiſſimo Tractat. manuſcript. de Viſit. artic. 2. in princip.* his verbis : *Dubitatum igitur fuit primo loco, an Viſitator poſſit in Regno Neap. inquirere Barones, & Feudatarios de exceſſibus commiſſis contra vaſſallos, quia & ipſi dicuntur Officiales Regij, Franch. dec. 211. numero 7. Maſtrill. ad Indult. cap. 40. & cap. 36. nu. 18. Joſeph de Seſſe poſt Afflict. quem allegat dec. Aragonæ 5. num. 18. & reſolutum fuit, quod hujuſmodi querela remittantur ad Pro - Regem, niſi forte ab aliquo Barone, & Officiali aliquid calore officij perpetratum fuiſſet, cùm re vera S. M. agat ſolùm de viſitandis Officialibus ſuis, qui juriſdictionis habent exercitium, non de Baronibus, ad quos proprietas juriſdictionis tranſlata fuit ; Igitur cùm proponeretur Baronem, & ſimul Officialem cujus locaſſe ſuam Baroniam, id eſt, ejus redditum, & ob ceſſam conductori facultatem creandi Judicem ordinarium in ea, quod eſt illicitum, dictum fuit hoc non fuiſſe factum auctoritate officij, prout in dubio præſumendum eſt, ad excludendum majus delictum, Maſtril. ubi ſupr. cap. 40. numero 10. & ad Pro - Regem culpam remittendam eſſe.*

Et noviſſimè non relatis * *Reg. Latro, & Reg. Caymo*, eandem ſententiam firmat *D. Hieronymus Cala Diani Dux, de viſit. magiſtr. diſſertat. 6. per tot. & numero 9.* tradit, quod ab Imperatore *Friderico* Suevo Siciliæ lege lata, cujus mentionem faciunt *Iſern. & Afflict. in Conſtit. Capitaneorum* cautum erat, ut quotannis ſtatutis temporibus, hoc eſt, Kalendis Maij, & Novembris bini M. C. V. Judices mitterentur, qui Provincias viſerent, & mores, modumque gubernandi Capitaneorum explorarent, & in Metropoleon plateis, ubi frequentior conventus erat Provincialium, ſolio innixi Regum inſtar, illorum querimonias exciperent, qui ſuam implorarent fidem, & Baronum injurias deprecarentur ; Quamobrem Barones in continuo metu verſabantur. Fuit id olim in more poſitum apud Romanos teſte *Tacito annal. lib. 10.* 12

Magna poſtmodum mutatio accidit tempore * Sereniſſimi Regis Aragonenſis *Alphonſi I.* qui Baronibus conceſſit merum, & mixtum imperium ; & exindè Capitaneorum, & Gubernatorum nomina de Baronibus uſurpari deſita, nec ſolemnes illas Curias ampliùs Regnum vidit ; Non enim ampliùs Judices, ut priùs cum maxima Regni utilitate, & Populorum felicitate conſueverant, in Provincias iverunt ad exquirenda, & debitis pœnis coercenda Baronum flagitia, ſed eorum Judices effecti fuere Pro - Reges, & Tribunalia ordinaria, *Reg. de Ponte de poteſt. Pro - Reg. tit. de elect. Official. Capiblanc. ad pragm. 3. de Baron. num. 45. & ſeqq. Novar. & alij. Cala n. 21.* 13

Ex cauſa conceſſionis meri, † & mixti imperij factæ Baronibus notabilis, & verè deplorabilis ruina ſubſequuta fuit. Et idemmet *Afflictus*, qui Judicis officio, & itidem Regij Conſiliarij ſub Regibus Aragonenſibus functus fuit, Alphonſi conceſſionem improbavit, & prudentiſſimè putavit meliùs actum iri cum Regibus, ſubditiſque, ſi vetuſtus ille mos repeteretur. Ita namque loquitur in *Conſtit. Capitaneorum, num. 6. Bis in anno certis temporibus, & locis debebant fieri ſolemnes Curia, in quibus proponebantur querimonia, quod ſi ſervaretur hodie, bonum eſſet pro ſubditis, & Regnantibus.* 14

Invictiſſimus Imperator * *Carolus V.* æternæ, & glorioſiſſimæ memoriæ, ipſomet die, quo ingreſſus fuit hanc Civitatem, pro extirpandis gravaminibus vaſſallorum deputavit Judices contra Barones. Cujus præclariſſimi facti ita verba facit *Piſanell. ad Pragm. 1. de ſalar. impreſſ. poſt ſingular. Ann. In ingreſſu Cæſarea Majeſtatis Neapolim anno 1535. in die S. Catharina de menſe Novembris,* 15

bris, *deputavit Judices circa gravamina Vaſſallorum in diſcuſſione multarum, cauſarum*, *in quibus Ego pro Baronibus*, *& Feudatariis interveni.* Pariter (ut plures alios brevitatis ſtudio prætermittam) *Jo: Vincentius de Anna ſingular.* 155. his verbis: *In adventu Suæ Majeſtatis Cæſareæ fuerunt conſtituti duo Regni Conſiliarij ſuper gravaminibus Baronum*, *& compilati ſunt proceſſus in Banca Bozzavoria.*

16 Ab eo tempore huc uſque † Regnum hoc caruit his ſuffragiis, ut verè, ſummoque jure exclamat doctiſſimus, & nunquam ſatis laudatus *Horatius Montanus in repetit. leg. Imperialem*, *§. præterea Ducatus*, *numero* 143. ibi: *Dixi malo noſtro fato*, *ſcimus enim quam dura ſit ſervitus vaſſallorum Baronalium*, *& in noſtris Tribunalibus ſunt plures Proceſſus gravaminum Baronum erga ſuos vaſſallos; ita quod non eſt Civitas Baronalis in Regno*, *quæ non litiget cum ſuo Barone.* Et paulò inferius: *Expertus ſcio quid loquor*, *ſed propter modeſtiam taceo*, *hoc tantùm dicam Domino meo Regi*, *quod Invictus ille Carolus V. etſi continuis bellis eſſet implicitus*, *nihilominus miſit Viſitatores Baronum ad ſublevandos ſubditos*, *qua viſitatione perſpecta*, *edidit optimas Pragmaticas*, *ut in tit. de Baronibus*, *& ab eo tempore huc uſque caruit Regnum his ſuffragiis; cùm Barones in donativis procurent Regni nomine peti*, *quod ſibi prodeſt*, *prorogationem ſcilicèt ſucceſſionis Feudorum: Et de his ſatis.*

17 Cæterum in anno 1680. * ſummæ probitatis vir D. Daneſius Caſatus Mediolanenſis Supremi Italiæ Regens, & Regni hujus generalis Viſitator cùm Regiæ Viſitationis cenſuræ ſubjicere intenderet etiam Barones, pro patrocinio totius cœtus Baronum, cum expreſſa tamen licentia, & approbatione D. tunc Pro-Regis Marchionis de los Velez fuit electus primi ordinis Advocatus celeberrimus *D. Flavius Gurgus*, nunc digniſſimus Regius Conſiliarius, qui illico conſuluit recurſum ad Clementiſſimum, & Potentiſſimum Dominum noſtrum Monarcham *Carolum II.* quem Deus longiſſima annorum ſerie pro Catholicæ Fidei incremento, & totius Orbis tranquillitate conſervare dignetur; atque adeò per eundem D. Regium Conſiliarium ſupplici libello efformato, eoque D. Regi tranſmiſſo, & præſentato, Barones per Supremum Italiæ Conſilium obtinuerunt Reſcriptum, quod impreſſum habetur apud *D. Cala cit. diſſert. 6. num.* 36.

18 Quod tamen † Reſcriptum (ut mihi retulerunt iidem *DD. Reg. Caſat. & Conſil. Gurg.*) emanavit procurante, imò totis viribus annitente ipſomet D. Pro-Rege Marchione de los Velez, habita etiam conſideratione, quod ob proximum præcedentem motum Meſſanenſium, non erat tunc tempus opportunum ſubjiciendi Barones debito examini Regiæ Viſitationis generalis. Quæ omnia explicare, & monere volui, ut etiam futuris temporibus manifeſta ſit circumſtantia, qua motus fuit Sapientiſſimus Rex noſter ad illud Reſcriptum in ea circumſtantia temporis concedendum. Ut proinde, particularibus circumſtantiis prorsùs remotis, ſemper ante oculos Supremorum Miniſtrorum eſſe debeat Chriſtiana politica Invictiſſimi Imperatoris *Caroli V.* omninò neceſſaria illis temporibus pro comprimendis, & penitus extirpandis innumeris gravaminibus vaſſallorum ferè per totum Regnum; & ut cum adminiſtratione juſtitiæ proſpiciatur Regis, & Regni incolumitati.

19 Et præcipuè in tempore * Viſitationis circa gravamina illata per Barones, eſt omninò practicanda notabilis doctrina *Jo: Vincentij de Anna in ſupr. cit. ſingul.* 155. ita eximiè ſcribentis: *Dominus malè tractans vaſſallos privatur*, *ut in tit. qualiter dominus propter. privetur*, *Paul. de Caſtr. in conſ. 4. & in conſ. 32. vol. 1. Boer. dec. 260. numero 15. Bald. in cap. 1. verſ. publici latrones*, *de pac. tenend. Jacob. de Roidis*, *col. 15. verſ. ſeptimò finitur*, *Grammatic. in conſ. crim.* 10.

Denique traditis per * *Reg. Latro num. 30. & ſeqq.* circa materiam fructuum perceptorum, & ſeparatorum à territoriis feudalibus, ut ſcilicèt hi fructus ſint reputandi burgenſatici, & obnoxij dirictibus Regiæ Dohanæ, ſuperaddenda ſunt verba *Reg. de Marin. reſol. jur. lib. 1. c. 169. n. 7.* ibi: *Verùm hic eſt bene obſervandum*, *quod ſi collectis fructibus ex feudo perventis*, *vellet Feudatarius illos ad Civitatem aliquam*, *ſive ad locum ſui domicilij aſportare*, *in cujus ingreſſu pro frumento*, *hordeo*, *oleo*, *vino*, *& ſimilibus ſolvitur gabella*, *licèt alias Regia Camera decreverit*, *ut pro fructibus feudalibus Baro tractetur immunis*, *ut in decretis latis ſub diebus 3. Junij 1538. & 30. Januarij 1555. & per D. Reg. Revertet. dec. 373. tamen noſtris temporibus eadem Regia Camera ad fraudes evitandas cenſuit*, *ut Barones pro fructibus provenientibus ex territoriis feudalibus ab onere*, *& jure ſolutionis gabellarum immunes reputentur; pro ea tamen quantitate*, *qua indiguerint pro uſu eorum*, *& familiæ*, *data notitia de quantitate bonorum*, *& fructuum*, *qui percipiuntur*, *ac numero eorum familiæ*, *prout in decretis latis ſub diebus 18. Novembris 1649. & 30. Maij 1654. Et ita alias provideri inſtantibus aliquibus Regni feudatariis*, *ſive eorum Baronalium introituum conductoribus*, *ut nullo pacto cogi poſſent ad ſolvendum dirictus in Regiis Dohanis pro fructibus rerum feudalium*, *qui inibi immittuntur*, *ex quo pro illis ſolvitur adhuc*, *propter quod diſpoſitum eſt*, *ut à collectis*, *ac ab aliis impoſitionibus*, *quæ inter cives imponuntur*, *ſint immunes*, *Re ad Regiam Cameram introducta*, *fuit per Supremum hoc Tribunal ſub die 18. Julij 1597.* (*hæc ſunt verba decreti*) *quod fiant ordines generales directi omnibus Dohanis Regni*, *ut quandò caſus contigerit immiſſionis fructuum rerum feudalium ad dictas Regias Dohanas*, *cogantur immittentes ad ſolvendum debitos dirictus*, *quia jus Dohanæ ſolvitur ex contractione*, *cuſtodia*, *& exitura; unde ita venduntur*, *& cuſtodiuntur fructus feudi*, *ſicut alij*, *eòque magis quia ſeparati à ſolo habentur uti burgenſatici*, *&c.* 20

ARGUMENTUM.

An, & quando Mercatores debeant conſervari in poſſeſſione immunitatis non ſolvendo gabellas, & ex quibus probetur dicta immunitas.

SUMMARIUM.

1 *Poſſeſſio libertatis non ſolvendi onera*, *qualiter amittatur*, *vel acquiratur.*
2 *Immunis præſumitur qui per multum tempus non ſolvit. Amplia*, *ſi ab aliis fuerit exactum*, *ab ipſo verò non*, *num.* 5.
3 *Immunitas ſolemniter conceſſa præſumitur propter temporis diuturnitatem.*
4 *Poſſeſſio immunitatis per longiſſimum tempus ad inſtar privilegij habetur.*
6 *Jus immunitatis 40. annorum ſpatio præſcribitur.*
7 *Exiſtente aliquo in poſſeſſione non ſolvendi*, *contra eum aliquid innovari non debet.*
8 *Poſſeſſio non ſolvendi ex libris probatur.*
9 *Tariffa*, *ſeu nota Fiſcalis probat*, *quem eſſe immunem*,

nem, & exemptum.

12 *Liber Gabellarij probat, quem eſſe exemptum ab onere ſolvendi.*

11 *Scriptura Fiſcalis circa ſolutionem tributorum plenè probat.*

12 *Officialis exigens ab eo, qui non reperitur deſcriptus inter ſolventes gabellas, gravamen infert.*

13 *Exactor aſtimi repelli poteſt ab eo, qui in aſtimi non eſt deſcriptus.*

14 *Proviſiones pro manutentione poſſeſſionis, etiam parte inaudita obtenta, juſtam, & certam poſſeſſionem tribuunt, & in ea erit is manutenendus, numero 24.*

25 *Lite pendente quis in poſſeſſione, in qua reperitur manutenendus eſt.*

16 *Lite pendente ſuper ſolutione onerum, & tributorum quis in poſſeſſione manutenendus eſt.*

Amplia, ut ſi quis turbaretur realiter captis pignoribus, debet judicium ſuper ſederi, donec agatur, an in poſſeſſione manuteneri debeat n. 17.

Item amplia, etiam ſi poſſeſſorium contra jus eſſet, nu. 18. Sed contrarium, num. 21.

Intellige, n. 22. 23. & ſeq.

19 *Exigens deticitur lite pendente, in poſſeſſione erit conſervandus.*

20 *Favorabilior eſt libertatis cauſa, quàm onerum inducentur.*

25 *Judicis authoritate poſſidens, manuteneri debet.*

26 *Immunitas quando per abuſum amittatur.*

27 *Poſſeſſio declarat privilegia immunitatum.*

28 *Immunitatis poſſeſſionum reſtringenda.*

29 *Publicanus omittens exigere gabellas num Fiſco prajudicet.*

30 Tex. in l. licitatio, §. earum, de public. & vectigal. *declaratur.*

31 *Immunis ſi ſolvit, ſibi non prajudicat in futurum,*

Limita ſi ſolverit per trigenta annos, n. 32.

33 Conſtit quadragenalem *explicatur.*

34 *Exitus cauſa adducitur.*

Pro Mercatoribus Belgis, cum Arrendatore majoris Fundaci Regiæ Dohanæ,

CONSULTATIO LXVIII.

MErcatores Belgi pro bonis immiſſis per mara Adriaticum in portu Fortoris, Barenſi, & aliis gabellam granorum ſex pro uncia nunquam ſolverunt, eaque tempore Caroli II. inſtituta ſemper hucoſque eos immunes, ac liberos habuit, imo facta mercium frequenti immiſſiona, & cognitis dictæ immunitatis viribus, tum ex nota fiſcali ex Regio Archivio deſcripta, (quæ Tariffa dicitur) tum ex proviſionibus Regiæ Cameræ, & Dohanæ Barenſis, etiam contradicente Arrendatore, & decretis ipſius interpoſitis declaratum fuit ſolitum dictæ immunitatis ſervandum, ipſiqua Mercatores Belgi, ut immunes, & liberi à dicta ſolutione exempti.

Cùm verò præſenti anno coram Reg. Dohanerio, Arrendatore inſtante turbarentur, & impeditis mercibus moleſtarentur in R. C. pro obſervantia aliarum proviſionum, ſervata forma ſoliti ſucceſſivis temporibus expeditarum inſtiterunt.

Dicebant in R. C. ipſos eſſe manutenendos in quaſi poſſeſſione immunitatis, & liberatis prædictæ, cùm in ea certò reperirentur.

Et cum ab aliis advenia fuerit exacta dicta Ga-
8 bella, * ab ipſis verò pro bonis in dictis partibus immiſſis nunquam, certè reſultat quaſi poſſeſſio libertatis, ut in ſpecie probat *Aym. conſ.* 111. *n.* 10. *poſt. Abb. conſ.* 94. *lib.* 1. & *conſ.* 26. *lib.* 2. & voluit punctualiter Alex. *conſ.* 135. *n.* 14. *lib.* 4. in advena, & extero, qui per multum tempus reperitur non ſolviſſe, præſumi exemptionem, per *text.* notabilem in *l. qui aliena*, §.
ſed & ſuum, de acq. hered. † immunis enim præſumitur 2
qui longiſſimo tempore non ſolvit, Surd. *conſ.* 234. *n.*
10. *vol.* 2. nam immunitas † ex temporis diuturnitate 3
præſumitur ſolemniter conceſſa, ita Roman. *conſilio*
253. *n.* 3. *in* 3. *dub. Caſſan. conſ.* 11. *n.* 84. *Barbat conſ.* 26.
col. 4. *vol.* 2. *Maſcard. de prob. concl* 884. *n.* 1. & *Surd.*
conſ. 262. *n.* 24. * etenim immunitatis poſſeſſio per 4
longiſſimum tempus privilegij inſtar habetur, *cap.*
ſuper quibuſdam, §. *præterea*, *de verb. ſignif.* cum aliis
apud. Ant. Fab. *in ejus Cod. tit. de Epiſc. & Cler. de fin.*
1. *n.* 3. & tributum, * ſive gabellam eſſe exactam ab ali- 5
is, ab ipſis verò non, tribuit ejus poſſeſſionem, & præ-
ſcriptionem exemptionis, ſi tempore legitimo ſic ſit
ſervatum, ut tradit latè Covar. *in regal. poſſeſſor*, *n.* 2.
§. 2. *n* 8. qui *Cora. Aym.* & complures refert, Garz. *de*
nobilit. & *exempt. Hiſpan. glo.* 19 *n.* 2. & *Marc. Ant.*
Engen. qui communem omnium refert *conſ.* 92. *n.* 25.
cum ſeq. ad quæ confert communis doctrina *Bart.*
Angel. & aliorum in *l. licitatio*, §. *earum, de public.* &
vectig. ubi quod jus dictæ immunitatis, † ſeu exēptio- 6
nis 40. ann. præſcribitur ſpatio, quod confirmant ci-
tati a Bald. *in tractat. praſcript.* 2. *part.* 5. *part. num.* 29.
Theſſaur. dec. 239. *n.* 3. & latiſſime *Engen. d. conſ.* 92. *n.*
25. poſt Bart. * *in conſ.* 19. *n.* 8. qui in puncto dixit, 7
quod ſtante dicto curſu temporis ſine ſolutione gabel-
læ, nihil poſſit innovari in præjudicium non ſolven-
tis, quod etiam procedere in Regno, non abſtante
Conſtit. Quadragenalem, infra fundabimus.

Indubitata redditur dicta quaſi poſſeſſio immu-
nitatis ex affirmativis actibus diverſis temporibus
reſultantibus ex ſcripturis præſentatis, * nam per li- 8
bros probatur poſſeſſio non ſolvendi datia, *Mand.*
conſ. 789. *n.* 2. † Primò enim nota fiſcalis, ſeu tariffa, in 9
qua ipſi mercatores, ut immunes à dicta ſolutione
deſcribuntur, exemptionem, & immunitatem poſſi-
dere probat, ut in fortioribus terminis dixit *Aym. d.*
conſ. 111. *n.* 13. *Curt. jun. conſ.* 106. *col.* 2. & 3. ſic ſi quis
reperiatur deſcriptus in libro uti immunis id videtur
ſufficere, * *Mandell. d. conſ.* 789. *n.* 18. ex quo immu- 10
nitas probatur ex inſpectione librorum Gabellæ, *Bar.*
& communiter *DD. in l. Titia Textores*, *ff. de leg.* 1. &
in l. quedam §. *nummularios*, *ff. de edend. Burſat conſ.* 16.
n. 35. ubi communem dicit, *Maſcard. de proba. concl.*
834. *n.* 36. & 315. *n.* 4. *Bertaz. conſil.* 71, *n.* 47. cum
aliis per *Gennam de ſcrip. privat. lib.* 4. *tit. ex lib. Ga-*
bel. n. 2. 3. & 4. *Hercalan. tract. de negat. prob. n.* 17. *Fer-*
rett. de Gabell. n. 542. 591. *Faſtaſ. tract. de aſtim.* 3. *p. q.* 8.
n. 29. 33. *cum ſeq. Anchar. d. lib.* 3. *q.* 11. *n.* 5. & *q.* 10. *n.*
10. *lib.* 2. Cœterum ſi non reperitur deſcriptus in libro
ſolventium onera, cenſetur in poſſeſſione non ſol-
vendi, idem *Mandell. conſil.* 115. *n.* 15. & *Genna ib. n.*
3. & fortius cùm ſit ſcriptura fiſcalis, * cui plena fides 11
adhibetur, ut in ſpecie ſolutionis tributorum pro-
bavit ex *Bal. Franc Viu. dec.* 184. *n.* 6. & 7. *lib.* 1. & *Dec.*
conſ. 5. *n.* 2. *Mandell. d. conſ.* 789. *n.* 20. & ſi in nota,
ubi deſcribuntur ſolventes gabellam * quis non de- 12
ſcribatur, quod oſtenſa tali nota non poteſt exigi ab
eo, & Officialis eum gravaret, ſi exigere veller, tradit
Affl. in tit. qua ſint regalia, *n.* 93. & 98. & facit *Bart.*
doctrina *in l.* 1. *C. de exact. trib. lib.* 10. nam qui non
eſt deſcriptus in libro æſtimi, † poteſt repellere exa- 13
ctorem, *Mandell. conſ.* 249. *n.* 18.

Proviſiones inſuper R. C. † pro conſervanda dicta 14
poſſeſſione diverſis annis ordinatæ, immò decreta
interpoſita etiam inaudita parte, poſſeſſionem cer-
tam, & juſtam reddunt, ita ut omni jure parietunt
dicti Mercatores, in ea manuteneri ſaltem lite pen-
dente ad inſtantiam Arrendatoris, ſeu Fiſci ſuper ju-
ſtitia immunitatis.

Quilibet enim lite pendente * eſt manutendus in 15
ſua poſſeſſione, in qua reperitur, ex juribus vulgaris
c. 1. &c. *laudabili* cum ſimilibus, *ut lite pendente*, la-
tiſſimè *Anton. Gabr. in ſuis concluſ. lib.* 5. *tit. de acquir.*

poſſeſ.

poſſeſ. concl. 6. & in ſpecie quando convenitur à Fiſco, tradit *Guid. Pap. dec.* 366. *num.* 3. *Ant. Gabr. ibid. n.* 6. & firmat *Covar. var. reſol. lib.* 1. *c.* 2. *num* 9. per *gloſ* optimam in *l. res, qua, ff. de jure Fiſc. Borgn. deciſ.* 23. *num.* 10. *par.* 2. *Rubeus dec.* 42. *n.* 11. & *dec.* 239. *num.* 11. *tom.* 2.

16 Et in puncto, quod in poſſeſſione juris immunitatum à ſolutione tributorum debeat manuteneri quis lite pendente, & ſic paſſim apud Hiſpanos judicati, refert *Covar. var. reſol. d. c.* 16. *lib.* 1. *n.* 10. *verſ. primò limita.* & latiſſimè articulum tuetur, & confirmat *Garz. de Hiſpan. nobil. & exempt. glo.* 11. *nu.* 51. & 52.
17 qui particulariter probat, * quod ſi quis eſt in poſſeſſione immunitatis, & perturbatur realiter capitis pignoribus pro ſolutione tributorum, quod poterit agere, ne privetur ſua poſſeſſione, & ſuperſedere judicium Fiſci, quia in poſſeſſione immunitatis eſt manutenendus, etiam quod ſit contra jus, ex doctrina *Paul. Caſt. in l. ficuti, §. ſed ſi quærebatur, ante n.* 10.
18 *ff. ſi ſerv. vendic.* * ubi etiam poſſeſſorem contra jus manutenendum lite pendente probat, & confirmat *Ludovic. dec. Peruſ.* 69. *n.* 18. *par.* 2. & *Gaſpar. Roderic. tract. de ann. reddit. lib.* 1. *qu.* 17. *n.* 28. nec proinde poſſeſſor lite pendente turbari debet, *Mant. deciſ.* 278. *n.* 6. & ſumma ratione fortius hæc procedunt cum conſervatione immunitatis, ſiquidem etiam poſſeſ-
19 ſor in exigendo gabellam, † ſeu alios dirictus debet manuteneri, & conſervari lite pendente, juxta tradita per *Capyc. dec.* 209. *n.* 7. & in terminis *Reg. de Pont. dec.* 5. *in fin.* & tantò magis eſt conſervandus poſſeſſor immunitatis, & libertatis dicti oneris, *Bertaz.*
20 *conſ civil.* 21. *n.* 32. & *conſ.* 41. *n.* 52. * quia favorabilior eſt cauſa libertatis, quam indictionis onerum, ut arguit *Alb. conſ.* 94. *lib.* 1. *Cravet. d. conſ.* 211. *num.* 10. *Bertazol. dict. conſ.* 42. *numero* 31. *Sperell. deciſione* 41. *numero* 14.

21 Nec potuit Fiſcus valide obeſſe, † dieendo, quod cum mercatorum poſſeſſio, & exemptio ſit contra justitiam, ſint in ea manutenendi, per *text. in cap. ad decimas de reſt. ſpoliat. in* 6. ex *Cyn.* doctrina *in l. ſi ſolemnibus, C. de fid. inſtr.* quia in hoc, in quo aliqua via conſiſtere videtur, plures adducuntur reſponſiones.

Prima ſit, quod allegata perſcriptione, & conceſſione immunitatis, Prout in caſo noſtro eam mercatores allegant, tunc etiam poſſeſſor contrarius eſt manutenendus lite pendente, concluſio enim contraria intelligitur, quando non allegatur conceſſio, ſeu privilegium, ut eſt communis omnium reſolutio per *Philip. Franch. in c. cum perſona, §. ſi verò, n.* 3. *de priv. in* 6. *Gemin. ibib. circa fi. Petr. de Anchar. n.* 6. *Abb.* optimè *in c.* 1. *n.* 4. & 8. *ut lit pend. Innoc. in cap. cum M. de conſtit. & in cap. dudum, de elect.* latè hæc reaſſumit *Alex. conſ.* 136. *lib.* 2. *nu.* 10. *cum ſeq. Bart. d. conſ.* 57. *nu.* 8. congerit *Eugen, d.* 92. *nu.* 25. *Anton. Gabr. ubi ſupra num.* 3.

23 Secunda ſit reſolutio, † quod ſi reus longam poſſeſſionem habet, tunc in ea eſt manutenendus lite pendente, etiam quod ſit contra jus, ut probavit *Abb. in cap. conſtitutus in fi. extra de elect. Franch. in cap. ad decimas, n.* 8. *de reſtit. ſpoliat. in* 6. *Innoc. in cap.* 2. *n.* 6. *cum ſeq. de reſtit. in integr. Bald. in l. ſive poſſiderit, col.* 2. *C. de probat. Imol. in clem.* 1. *verſ. ſi autem quærimus, de cauſa poſſeſ. & propriet. Barb. in addit. Abb. in c.* 1. *n.* 8. *ut lite pend.* latè *Capyc.* qui alios refert *dec.* 209. *n.* 18. & manutenenda eſt poſſeſſio etiam ſi ſit contra jus, quando eſt alicujus temporis conſiderabilis *Rot. in noviſſ. dec.* 85. *n.* 7.

Tertia, quod habita poſſeſſione etiam ordine, &
24 proviſione Superioris, * prout in facto fuit deductum tunc ſemper poſſeſſor eſt manutenendus, ut probat *Innoc. in cap. ex parte circa fi. de reſtit. ſpoliat. Imol. in clem.* 1. *de cauſ. poſſeſ. & propriet. Franc. in d. cap. ad decimas* & manutentio competit illi, quis Judicis
25 authoritate poſſidet, † & juſtè procedentis ad immiſſionem, eadem *Rota in noviſſim. deciſ.* 229. *numero* 1.

Nec his pro Fiſco objici poteſt, noſtram immunitatem reſpectu bonorum * Maris Adriatici tantum 26
prætendi, quo verò ad immiſſione in alia loca jus ſemper ſolviſſe, & per conſequens poſſeſſionem magis videri abuſum, nam hoc facile diluitur, ſi conſideretur conceſſionem, quæ pro his mercatoribus fundabitur, fuiſſe generalem immunitatis à tota gabella, * uſu poſtea interpretata reſpectu illorum loco- 27
rum, quæ uſus declaravit, & in quibus nunquam fuit gabella ſoluta, ut in terminis exactionis gabellarum, vel collectarum fundat *de Franc. dec.* 56. *n.* 7. & 397. *n.* 12. *Burſat. conſ.* 16. *n.* 36.

Nec inconvenit, * quod poſſeſſio dictæ immuni- 28
tatis reſtringatur ex ſuis actibus, ac operetur quoad alia tantùm loca in quibus non fuit verſata, licèt in aliis non adſit immunitas, ut in hac ſpecie ſcripſit *Garz. in d. tract. glo.* 7. *ante n.* 11.

Non inſuper Fiſcus inſtare potuit in terminis *text. in l. licitatio, §. earum, de publican.* dicendo ei non præjudicare circa exactionem, quod unus vel plures Publicani exigere omiſerint, nam pro reſponſione, & inevitabili fundamento hujus partis eſt advertendum, † tunc illud dictum procedere, 29
quando gabella, ſeu vectigal fuit exactum aliquo tempore, & poſtea Publicanus exigere omiſit, ſed ſi vectigal nunquam reperitur pro aliquibus mercibus exactum, tunc ille *text.* non procedit, & exactio eſt facienda, iis accidit quod ex mente *Cyn. & Salic.* notat *Camill. de medic. conſ.* 63. *n.* 5. quod immunis à datiis, ſi ſemel, & pluries ſolverit, ſibi in illo actu præjudicat, ſed non in futuris, *Reg. Lanar. conſ.* 27. *n.* 49. ex quo privilegium † immunitatis non tollitur per 31
unicam, vel plures ſolutiones, ſed requiritur, quod immunis ſolverit per annos 30. ut ſibi præjudicet. *Surd. conſ.* 416. *n.* 32. *vol.* 3. Imo hoc caſu, † quia non 32
reperitur ex exactione præterita quæſitum jus Fiſco præſcribitur immunitas non ſolvendi ſpatio triginta, vel quadraginta annorum, *Mandell. d. conſ.* 249. *n.* 5. *conſ.* 62. *n.* 38. & *conſ.* 408. *n.* 18. *Anchar. li.* 3. *q.* 11. *n.* 3. & *lib.* 2. *q.* 50. *n.* 1. *Alex. Rauden. conſ.* 54. *n.* 57. *vol. Maſcard. de probat. concl.* 884. *n.* 6. & 7. *Bertazol. d. conſ.* 42. *n.* 31. cum aliis innumeris citatis per Theſ. *jun. li.* 2. *qu. for. q* 8. *n.* 6. & *q.* 13. *n.* 4. *Andr. de Iſern.* omnino videndus * *in tit. quæ ſint regal. §. vectigalia, n.* 42. qui eo 33
caſu fundat, procedere dictam præſcriptionem 30. annorum, non obſtante *Conſtitut. Quadragenalem*, quæ non habet locum, niſi in quæſitis Fiſco, & loquitur in ſpecie juriſdictionis, & fundaci, quod pro certis mercibus nunquam ſit exactum, & ſequitur, & ſic refert deciſum *Vincent. de Franch. dec.* 397. *n.* 14. qui formaliter ſic reſpondet ad *d. §. earum.*

*Fuit cauſa in * R. C. in paritate votorum, verum* 34
diſputato articulo, quis erit actor, Arrendatores ad evitandum majus malum, contenti fuerunt, toc immunes ſervari à ſolutione prædicta gabella, licet hodiè relatum fuerit mihi, quod contrarium ſervetur in Regia Dohana, credo quod evenit incuria modernorum mercatorum.

OBSERVATIO IN CONSULT. LXVIII.

ARGUMENTUM.

Mercatores, an, & quando debeant conſervari in poſſeſſione, ſeu quaſi immunitatis non ſolvendo vectigalia; Et ex quibus probetur dicta immunitas? Commerciorum, & mercaturæ immunitatibus Magiſtratus omninò incumbere debent; Et in dubio ſemper eſt judicandum pro immunitate, & exemptione. Immunitas non

non ſolvendi etiam præſcriptione libertatis inducitur, ſufficitque ſpatium 30. vel 40. annorum. Titulo immunitatis non ſolvendi, opus non eſt ſtante præſcriptione longiſſimi temporis. Libris gabellæ quæ fides ſit adhibenda? *Card. de Luca* recenſendo *Reg. Latr. in hac Conſult.* 68. diſtinguit ſpecies librorum; Et ſenſus *Authoris.* Publicanis non eſt credendum; Et tranſcribuntur verba *Burſati.* Exornatur *Conſultatio* 68. *Reg. Latro*, adductis principalioribus caſibus immunitatis à præſtatione vectigalium ex ipſamet juris diſpoſitione; Et Jus correcturæ non ſolvatur, quandò tranſeunt immones aſportantes bona cum animalibus alienis, quorum domini non ſunt immunes? Laudatur *D. Ageta.* Cum aliis.

SUMMARIUM.

1 *Mercatores, an, & quando debeant conſervari in poſſeſſione, ſeu quaſi immunitatis non ſolvendo gabellas, & ex quibus probetur dicta immunitas?*
2 *Commerciorum, & mercatura immunitatibus omninò incumbendum.*
3 *In dubio eſt judicandum pro immunitate, & exemptione contra datia, & alia hujuſmodi.*
4 *Interpretatio ſemper fit in dubio contra gabellam, & gabellarios.*
5 *Immunitas non ſolvendi etiam præſcriptione libertatis inducitur; Et quodnam ſpatium ſufficiat pro præſcriptione libertatis non ſolvendi?*
6 *Præſcriptio libertatis contra onera eſt favorabilior, quàm cauſa inductionis onerum.*
Libertas non ſolvendi num præſcribatur etiam ab eo, qui ſcit ſe teneri, & non ſolvit; Eod. n. 6.
7 *Allegans immunitatem, ut à mala fide ſe liberet, debet quoque allegare titulum.*
Titulo immunitatis non ſolvendi opus non eſt ſtante præſcriptione longiſſimi temporis; Eod. num. 7.
Bona fides favore libertatis præſumitur; Eod. numero 7.
8 *Immunitatis privilegium in judicio allegatum ſtatim edi non oportet; Et ratio.*
9 *Immunitatis poſſeſſio probatur etiam teſtibus ſingularibus; Item publica ex voce, ac fama.*
10 *Tariffa, ſeu nota fiſcalis, in qua ipſi mercatores ut immunes à dicta ſolutione deſcribuntur, exemptionem, & immunitatem probat; Et ità etiam in libro.*
11 *Libris gabellæ quæ fides ſit adhibenda?* Card. de Luca *diſtinguit; Et num. ſeqq.*
12 *Senſus* Authoris.
13 *Solutiones deſcriptæ ſuper libris gabellæ non obſtant.*
Publicanorum genus peſſimum, & illis non credendum circa vectigalia; Eod. n. 13.
14 *Liber Gabellariorum à Publico deputatorum eo caſu, quo probaret, probaret tantùm in reſpicientibus ipſam gabellam, non autem in præjudicium tertii.*
15 *Immunitatis non ſolvendi poſſeſſio, ſeu quaſi reſultat, quando aliquis non reperitur deſcriptus in libro ſolventium onera.*
16 *Immunitas non ſolvendi certè reſultat, quando aliquis non reperitur deſcriptus in ipſamet tariffa, ſeu nota fiſcali ſolventium onera.*
17 *Negativa ſolutionis non eſt probanda ab eo, qui immunis eſſe contendat.*
18 *Actus dubii, & æquivoci non ſuffragantur publicanis pro poſſeſſione, ſeu quaſi juris exigendi contra eum, qui immunis eſſe contendit.*
19 *Vectigalia haud debentur in pluribus caſibus ex ipſa juris diſpoſitione.*
Vectigalium præſtationi non ſubjiciuntur res exercitui parata; Eod. n. 19.
20 *Naviculatii non præſtant vectigalia.*
21 *Vectigalia non præſtat, qui non ſolvere præſcripſit.*
22 *Curſores quoque ſeu Tabellarii apud Nos vulgariter dicti* Procacci, Stafette, *ſunt immunes à præſtatione vectigalium, aut pedagiorum.*
Pedagium aut vectigal nullum Curſores ſolvunt etiam ex conſuetudine Italiæ, Galliæ, & Imperii; Eod. n. 22.
23 *Officium Curſoris majoris Regni hujus ab antiquiſſimo tempore ſtuitur, & frui debet immunitatibus, & exemptionibus à præſtatione vectigalium, aut pedagiorum.*
Immunis eſt reputandus habens cauſam à Principe cum ſpecificatione conceſſionis cum eiſdem immunitatibus, & prærogativis, ſicut Princeps habebat; Eod. n. 23.
24 *Tabellarii pro aſportatione tàm literarum, quàm aliarum rerum commeantes, & remeantes indiſtinctè in toto hoc Regno pedagia non ſolvunt, etiam ex generali conſuetudine, quæ eſt attendenda.*
25 *Jus correctura ſolvitur quando immunes utuntur animalibus alienis; nam domini animalium propter induſtriam, quam faciunt in locatione animalium, non ſunt immunes pro illis animalibus oneratis tranſeuntibus.*

IMmunitatum eximia * diſpenſatrix eſt præſens *Conſultatio* 68. *Reg. Latro*; Agitur, an, & quando mercatores debeant conſervari in poſſeſſione immunitatis non ſolvendo gabellas, & ex quibus probetur dicta immunitas. 1

Commerciorum, & mercaturæ † immunitatibus Magiſtratus omninò incumbere debent, & ex propagatione commerciorum, Reipublicæ, & Populorum felicitas augetur, de qua re plura exempla congerit eruditus *Marquardus in Tractat. de jur. mercator. & commercior. lib.* 0. *cap.* 3. 2

Itàque pro immunitate, * & exemptione in dubio eſt judicandum, etiam contra datia, & alia hujuſmodi, ità innumeris relatis noviſſimè probat *Bondeu. collectat. legal. vol.* 2. *collect.* 34. *num.* 63. Et in dubio ſemper eſt facienda interpretatio pro non ſolutione, *Bartol. in l. ſi pupillus, ff. ad leg. Falcid. Angel. conſ.* 385. *n.* 1. *Dec. conſ.* 48. *numero* 5. *Cravett. conſ.* 3. *in fin. & conſ.* 231. *num. final. & de antiquit. tempor. p.* 4. *num.* 233. *Riminald. Jun. conſ.* 26. *nu.* 16. *& conſ.* 163. *n.* 12. *Oſaſcb. dec.* 154. *n.* 5. *&* 7. *Boſſ. in prax. tit. de vectigal. n.* 10. *Larrea alleg. fiſcal.* 7. *n.* 23. 3

Hinc in dubio ſemper * fit interpretatio contra gabellam, & gabellarios, *Corn. conſ.* 181. *n.* 16. *lib.* 3. *& conſ.* 199. *n.* 17. *lib.* 1. *Card. Tuſch. practicar. concluſ. jur. lit. G. concluſ.* 21. *num.* 4. ſemperque eſt contrà gabellarios, exactores, & datarios præſumendum, *l. quanta, ff. de publican. Aubaran. conſ.* 165. *Menoc. conſ.* a *Cardin. Tuſch. n.* 5. Nam jus commune potius aſſiſtit libertati non ſolvendi, *Bald. in l. ſi plures, n.* 14. *C. de condit. inſert. Bertachin. de gabell. p.* 1. *tit.* 26. *verſ. & omnis locus, Rot. Rom. poſt Tractat. Poſt. dec.* 646. *n.* 57. 4

Immunitas * non ſolvendi etiam præſcriptione libertatis inducitur, *Reg. Latro num.* 1. *& ſeqq.* cui addo *Riminald. Jun. conſ.* 413. *num.* 58. *& ſeq.* Sufficitque ſpatium 30. vel 40. annorum pro præſcriptione libertatis non ſolvendi, etiam reſpectu Principis, ejoſque Fiſci, *Bartol. in l. licitatio, §. earum, ff. de publican.* ibique *Angel. & Caſtrenſ. Corn. conſ.* 268. *num* 19. *vol.* 4. *Curt. Jun. conſ.* 61. *col.* 2. *Peregrin. de Jur. Fiſc. lib.* 6. *tit.* 8. *n.* 27. optimè *Reg. Latro num.* 2. *& ſeqq. & n.* 30. *cum ſeqq.* ubi quod ſtante curſu temporis ſine ſolutione nihil poſſit innovari in præjudicium non ſolventis, & hoc procedere etiam in noſtro Regno non obſtante Conſtitutione *Quadragenalem.* 5

6 Præſcriptio libertatis * contrà onera eſt favorabilior, quàm cauſa inductionis onerum, *Abb. conſ. 94. lib. 1.* quem ſequitur *Reg. Latro n. 20.* Et libertas præſcribitur etiam ab eo, qui ſcit ſe teneri, & non ſolvit, juxtà opinionem *Bald. conſ. 297. vol. 2.* per *text. in l. ſequitur, §. ſi viam, ff. de uſucap.* Et *Baldo* adhærent plores alii *DD.* quos rejicit *Riminald. jun. conſ. 298. num. 49. & ſeqq.*

7 *D. Ageta in annotat.* * *ad dec. Reg. Molet §. 2. de immunit. function. fiſcal. n. 28.* tradit, quod allegans immunitatem, ut à mala fide ſe liberet, debeat quoque allegare titulum, ità poſt alios *Burſat. conſil. 138. n. 43.* Bene verum titulo in præſcriptione longiſſimi temporis opus non eſt, *l. omnes, C. de præſcript. long. tempor. Lancellot. Gall. conſil. 54. n. 28.* Sufficitque jus commune, quod ſatis tituli præſtat, *Mynſinger. reſponſ. 19. n. 29.* Item quia bona fides favore libertatis præſumitur, *Menoc. de recuperand. poſſeſſ. remed. 13. nu. 72. Padill. in l. 1. 37. C. de ſervitut. & aqua. Gutierez practicar. quæſt. lib. 3. quæſt. 14. num. 19.*

8 Subdit *D. Ager. l. c. n. 29.* * quod privilegium immunitatis in judicio allegatum ſtatim edi non oportet; nam cùm tàm ex vero, quàm præſcripto titulo, ſeu præſcriptione libertas à ſolutione acquiratur, alterutrum præſtitiſſe ſufficit, *Theſaur. quæſt. forenſ. 76. num. 10.* qui *Senatum Pedemontanum* ità judicaſſe memorat.

9 Et *n. 30.* quod teſtibus * quoque poſſeſſio immunitatis probetur; Idque etiam ſingularibus, cùm poſſeſſio generis vice fungatur, quæ ex pluribus ſpeciebus conſtituitur, *Cravett. de antiquit. tempor. p. 4. §. ſiquidem, num. 11. Bertazzol. conſ. civil. 125. n. 36.* Quemadmodùm probatur publica ex voce, ac fama, argumento *l. 5. ff. de re militar. Natta conſ. 486. n. 6. D. Ager. ubi ſupr.*

10 *Reg. Latro n. 9. & ſeqq.* * firmat, quod tariffa, ſeu nota fiſcalis, in qua ipſi mercatores ut immunes à dicta ſolutione deſcribuntur, exemptionem, & immunitatem probat, ex *Cravett. conſ. 111. numero 13.* aliiaque. Sic ſi quis reperiatur deſcriptus in libro uti immunis, id videtur ſufficere, *R. Latr. n. 10.*

11 Quæ verò fides ſit adhibenda libris gabellæ, relato *Reg. Latr. in hac Conſult. 68.* explicat *Card. de Luca de regal. diſc. 151. n. 11. & ſeqq & de judic. diſc. 30. n. 10. verſ. ſuper, & nu. ſeqq.* ibi: *Super libris autem Dohaneriorum, & Gabellariorum, quæſtio cadere ſolet, an potius publici, quàm privati cenſendi ſint, ut ſub dicta regula cadunt; Atque de ſtricta juris cenſura proceditur cum diſtinctione inter illos libros, qui conficiantur per Officiales, qui à Principe, vel à Republica, ſive à Communitate deputantur, quamvis gabella locata ſit; & qui Offi iales Credenzerii dici ſolent; Et illos, qui conficiantur per Officiales, ſeu, Miniſtros, qui deputentur ab eodem Gabellario, ſeu conductore, ut ſcilicèt primis fides præſtanda ſit, non autem aliis; Quaſi quod iſto ſecundo caſu privatum negotium potius agant ipſius conductoris, qui eos præpoſuit, Gait. de credit. cap. 2. tit. 2. num. 66. Capyc. Latr. Conſult. 66. & 68. Genua de ſcriptur. privat. tit. de libr. Official. n. 19. & 20. & n. 37. & ſeq. Adhuc tamen, neque id generaliter procedit, quoniam inter cæteros, adeò ut ceſſet intereſſe ipſius Gabellarii, haberi ſolent de communi ſtylo pro libris publicis, quoties bene tenti ſint, eo modo quo teneri ſolent Officiales deputati à Publico, adeò ut ſola differentia ſit circà deputationem. Ac etiam eiſdem pro communi ferè uſu, deferri ſolet, ubi pariter benè, & ordinatè tenti ſint, etiam circà ea, quæ concernant ipſam gabellam; Tàm ſuper quantitate ſoluta, ad effectum convincendi fraudes; Quàm ſuper fide habita de ejuſdem gabellæ ſolutione; Aut ſuper actu affirmativo, vel negativo ſolutionis, ad effectum probandi obſervantiam ſuper franchitia, vel ſuper ſolutione; Ideòque in hoc locorum ſtylis deferendum venit, ipſorumque appaltuum capitulis, quæ pro lege haberi ſolent, Otthobon. deciſ. 170. Bich. dec. 495. & 503.*

Verior, * & tutior opinio eſt, nullam fidem libris prædictis eſſe adhibendam, cùm eis non credatur, niſi adſit conſuetudo, vel ſtatutum, de quo debet conſtare, *Cephal. conſ. 374. n. 43.* dicens, ità loqui omnes, *in l. admonendi, ff. de jur. jur. & cap. 2. extr. de fid. inſtrumentor. Gratian. dec. March. 137. n. 5.* Eò magis in præjudicium tertii, contrà quem quaſi poſſeſſio ex dictis libris non probatur, *Bartol. in l. exemplo, 7. n. 2. verſ. diſtingue, quod aut Curia, de probat. Gratian. cap. 310. n. 60.* 12

Quodque ſolutiones * deſcriptæ ſuper libris gabellæ non obſtent, quia non videntur extractæ ex libris fide dignis, dicit *Burate. dec. 289. num. 4.* Et publicanorum genus peſſimum, & illis non credendum circa vectigalia, exclamat *Menoc. conſ. 1174. nu. 29.* optimè *Burſat. conſ. 190. ſub n. 56.* his verbis: *Primo, quod fuerunt dicti Pontatici conductores, undè cùm de intereſſe; commodo, vituperioque ferè proprio tractetur pro conſervatione actus per illos illicitè geſti, parùm eſt illis credendum, l. 2. l. eos, l. omnibus, cum Gloſ. & ibi Bald. C. de teſtib.* 13

Imò eo caſu, * quo libri Gabellariorum à Publico deputatorum probarent, probarent tantùm in reſpicientibus ipſam gabellam, non autem in præjudicium tertii, *Jaſ. conſ. 103. lib. 1. Dec. conſ. 13. n. 5. Imol. conſ. 96. n. 3. Alex. conſ. 68. n. 3. & conſ. 68. n. 2. lib. 3. & conſ. 30. lib. 5. Menoc. conſ. 83. n. 19.* & ſic gabellam fuiſſe ſolutam, non autem quòd Perſona immunis ſolverit, hoc etenim modo probaretur qualitas, ac identitas Perſonarum; quo nil abſurdius. 14

Alter caſus * poteſt contingere, quandò ſcilicèt quis non reperitur deſcriptus in libro ſolventium onera, tunc etenim eſt reputandus in poſſeſſione, ſeu quaſi immunitas non ſolvendi, *Reg. Latr. l. c. n. 10.* referens *Mandell. & Gennam.* Quibus *Ego* addo *Riminald. jun. conſ. 413. num. 60.* 15

Fortiùs cùm is, * qui allegat immunitatem non reperiatur deſcriptus in ipſamet tariffa, ſeu nota fiſcali onerum, *Reg. Latro nu. 11. Riminald. jun. conſ. 413. nu. 40. & ſeqq.* ubi quod negativa ſolutionis benè probatur per inſpectionem liſtæ, in qua aliqui non reperiuntur deſcripti ex *Bartol. in l. fin. C. de reb. credit. Jo. And. in c. ſine Poſſeſſione, de regul. jur. col. penult. cum ſimilib.* cumulatis ab eodem *Riminald. jun. conſ. 39. n. 23. Socin. conſ. 46. nu. 37. & 41. vol. 4. Ploe. conſ. 13. num. 19.* 16

Cæterum † negativa ſolutionis non eſt probanda ab eo, qui immunem eſſe contendat, *Cern. conſ. 142. col. pen. verſ. prætereà hoc eſt certum, lib. 4. Cravett. conſ. 111. n. 10. D. Ager. loc. cit. num. 30.* 17

Quandò * actus, qui pro quaſi poſſeſſione juris exigendi à publicanis adducuntur, ſint dubii, & æquivoci, non ſuffragantur contra eum, qui de immunitate contendit, *Gratian. cap. 113. n. 67. Niger Cyriac. controv. forenſ. 10. n. 5. & controv. 389. nu. 89. Rot. Rom. dec. 607. in fin. dec. 727. n. 5. & dec. 729. nu. 3. p. 2. recentior.* & poſt *Tractat. Poſt. de manutenend. dec. 46. n. 5.* idem *Poſt. obſerv. 49. n. 5. & 6.* 18

Sunt plures caſus in jure, * in quibus vectigalia non deberi, conſtitutum eſt; & caſus principaliores congerit *Peregrin. de jur. fiſc. lib. 6. tit. 5. n. 23.* ubi quod res exercitui paratæ vectigalium præſtationi non ſubjiciantur, ex *text. in l. licitatio, §. rei, ff. de publican.* idem ſentit *Marquard. in Tractat. de jur. mercator. & commercior. lib. 2. cap. 3. num. 80.* addita ratione, ut ſcilicèt hac immunitatis illecebra publicum bonum per caſtrenſem commeatum promoveatur. 19

Item † navicularii excuſantur, *l. 1. C. de navicular.* ubi nullam vim naucleros annonariam ſpeciem deferentes ſuſtinere debere ſtatuitur, neque aliquod genus incommodi, ſed venientes, ac remeantes omni ſecuritate potiri, *Peregrin. loc. cit. Reg. Voloſ. de fugitiv. cap. 19. §. 3. n. 52. & ſeqq.* & præcipuè *n. 59.* 20

ubi

ubi explicando citat *text.* ità loqoitur : *Nullum genus incommodi, per qua verba concedi immunitatem à pedagiis, daciis, atque gabellis notavit Jo. de Platea* bic n. 3. Quibus addendus eſt *Ziegler. de jurib. Majeſt. lib. 2. cap. 8. n. 7.*

21 Ulteriùs excuſatur, qui non ſolvere præſcripſit, *Peregrin. loc. cit.* ex *Gloſ. in l. ſi publicanus, §. de rebus, ff. de publican.* quæ enumerat plurea caſua, & adducit *text. in l. licitario, §. earum, ff. eod.* ubi *Gloſ.* item tenoit; & ſequontur *Bartol. Albertc. Angel. Paul.* & cæteri Scribentes.

22 Curſores quoque ſeu Tabellarii † apud Nos vulgariter dicti *Procacci, Staffette,* ſunt immunes, & proindè nullum vectigal, aut pedagium ſolvunt, ut præclarè obſervat *Ludovicus Hornigk de regal. poſtar. jur. cap. 18. theorem.* 4. in hæc verba : *Vectigal, aut pedagium Curſores nullum ſolvunt, ſed terra marique ab hujuſmodi muneribus ambulant liberi.* Quæ immunitas omninò neceſſaria pro recto regimine Officii Curſoria majoris, & promotione publici commeatus, teſte eodem *Hornigk in not. ad cit. theorem.* 4. nedum ſervatur in Imperio, ſed in Italia, aut Gallia contrarium fieri hactenùs non fuit auditum.

23 Præcipue hac immunitate ab antiquiſſimo tempore fruitur, & frui debet Officium Curſoris majoris Regni hujus, etiam ex cauſa oneroſa (ut inter cæteros teſtatur *Trauchedin. conſult.* 54. *n.* 23.) remunerationis ingentium ſervitiorum, renunciationis Principatus Plumbini, & exburſationis maximarum quantitatum, conceſſum in perpetuum Excellentiſſimis DD. Comitibus de Ognatte, y de Villamediana, *& ſpecificè cum omnibus, & ſingulis immunitatibus, exemptionibus, præeminentiis, dignitatibus, prærogativis, & franchitiis, quibus fruebantur, & frui debebant ipſimet Sereniſſimi noſtri Reges concedentes, integrè, plenè, & abſque ulla diminutione* ; In quibus terminis, ſicut erat immunis ipſe Princeps, vel Fiſcus, ità etiam habens cauſam à Principe cum tali ſpecificatione, *Sylvan. conſ. 66. & 73. per tot. Berezzol. conſ. civil. 33. & 42. Reg. Cacacius allegat.* 87. *numero* 34. *inter allegat. Diverſor. tom. 3. Reg. de Marin.*

24 Et præcipuè in puncto pedagiorum * indiſtinctè practicatur in toto hoc Regno debita immunitas, ut ſcilicèt Tabellarii præd. pro aſportatione, tàm literarum, quàm aliarum rerum commeantes, & remeantes nullum pedagium ſolvant; Eademque res non ſit diverſo jure cenſenda, vulgar. *l. cum, qui ædes, de uſucap.*

Et in toto commeatu, & remeatu à Neap. ad Urbem, & ab Urbe Neapolim Tabellarii deputati à Curſore majore Regni hujus aſportantes tam literas, quàm bona pariter à tempore immemorabili vectigal nullum, aut pedagium ſolvunt, nullumque genus incommodi ſuſtinent; Quæ conſuetudo eſt attendenda, *l. ſi publicanus, §. in omnibus, ff. de publican. l. negotiatores, C. de excuſ. muner. Gloſ. in l.* 2. ubi *Jo. de Platea* notat, *C. de excoct. & tranſlat. militar. annon. Sylvan. conſ. 66. n. 21. Peregrin. & Ziegler. loc. cit.* Et in puncto exemptionum, & prærogativarum favore Officii Curſoris majoris, quod ſit attendenda conſuetudo, ſeu obſervantia, aliis omiſſis, tradit *Marta in conſil.* 53.

Jus tamen correturæ ſolvi debet, * quando li-
25 quido conſtet, quod Procaccia aſportent etiam bona, non quidem cum animalibus propriis, ſed (quod raro avenit) cum animalibus alienis. Nam in hoc ſecundo caſu licèt Procacia ſint immunia à præſtatione vectigalium, & pedagiorum, domini tamen animalium non ſunt immunes pro illis animalibus oneratis tranſeuntibus, per *text. in l. cum in plures, §. vehiculum, ff. locat. & Bartol. in l. 1. §. hic titulus, n. 5. ff. de public.* ſequitur *Novar. de gravaminib. vaſſallor. gravam.* 85. *n.* 18. *D. Aget. ad deciſ. Reg. Moles §. 14. de jurib. paſſ. qu. 4. num.* 19. ubi egregiè more ſuo cumulat alios *DD.* inter quos *Reg. Rovit. conſ. 42. num. 5. vol. 2. Card. de Luca de regal. diſc.* 138. poſt *n.* 14. *Praeſ. Maſturt. in not. ad Rit. Reg. Camer. rubric. 24. de jur. paſſag. fol.* 423.

A R G U M E N T U M.

An, & quando adverſus citationem ſuper tenore publici inſtrumenti liquidati petiti, ſervata forma *Ritus* M. C. V. 166. poſſit procurator citati audiri, producendo fidem infirmitatis ejus principalis quando in ea non adeſt dies, vel locus, & quid quando citatus commoretur in diſtrictu, vel ſuburbiis Civitatis.

S U M M A R I U M.

1 *Debitor citatus ſuper tenore inſtrumenti debet perſonaliter comparere, vigore* Ritua M. C. V. 166. *limita, ſi citatus ſit infirmus, & comparere non poſſit, quia tunc ejus procurator poteſt allegare infirmitatem per* Ritum *ejuſdem* M. C. V. 266. n. 2. *etiam abſentiam* per Ritum 266. n. 3. *intellige, ut procurator, qui fidem infirmitatis præſentat, debeat inſimul allegare quæ ſuo principali occurrunt adverſus liquidationem per* Prag. Regn. 7. de inſtrum. liquidat, *n.* 4.

Infirmitas probatur per fidem Medicorum in ſcriptis redactam.

8 M. C. V. *dum recipit ſcripturas Curia pro Tribunali ſedente præſentatas à debitore, vel ejus curatore, ſemper interponit decretum,* viſis ſcripturis, extra bancam providebitur, *& hoc ob multitudinem cauſarum, juxta decretum* M. C. V. *de anno* 1538. *n.* 16.

7 *Fides infirmitatis an debeat continere locum, ubi fuit confecta.*

8 *Inſtrumentum debet continere locum celebrati contractus, ſed hoc eſſe de conſuetudine nonnulli tenuerunt, n.* 9. *ratio adducitur, n.* 10. *Intellige de inſtrumentis publicis, non autem de ſcripturis, n.* 12.

10 *Notarius conficiens inſtrumentum ſine appoſitione loci, ubi poteſtatem conficiendi non habet, poterit illud reficere, & diem, ac locum apponere, & validum erit, dummodo fiat ex modico intervallo. Fallit ſi Notarius eſt mortuus, qui locum etiam & diem apponere non poteſt, quia licèt inſtrumentum dicto caſu erit ſine loci appoſitione, facit tamen ſemiplenam probationem, n.* 11.

12 *Locus in ſcriptura privata non requiritur, ſecus in inſtrumentis publicis. Fallit ſi de ſcriptura privata Notarius conficiat inſtrumentum, quia tunc requiritur locus nu.* 13. *non tamen requiritur, quoties ex ſerie facti apparet de loco, nu.* 14. *Sic etiam in teſtamento, nam ſi deficiat locus, intelligitur confectum in loco domicilii teſtatoris, n.* 15.

17 *Infirmitas ubi allegatur à Procuratore debitoris citati, commorantis in Civitate Neap. vel in diſtrictu illius, non eſt neceſſaria fides infirmitatis, ſed accidit Judex hebdomadarius ad domum infirmi juxta ſtilum* M. C. V.

18 Pragm. 7. de inſtrum. liquid. *loquitur in debitoribus, qui habitant extra Civitatem.*

19 *Habitans in Caſalibus, & Suburbiis dicitur eſſe in Ci*[illegible].

20 *Subu*[illegible], *& diſtrictus veniant appellatione Civitatis, etiam in materia correctoria.*

22 *Exitus cauſa narratur.*

Pro D. Violanta de Capua, contra Joliam de Aczia,
& Oliverium Caracciolum conjuges.

CONSULTATIO LXIX.

1 PEr *Ritum M.C.V. 166.* * fuit generaliter provi-
ſum quod debitor citatus ſub tenore inſtrumenti,
debet perſonaliter comparere, verùm prædicta ge-
neralis proviſio limitata fuit in aliquibus caſibus, ut
per Carav. *in dict. Rit. n. 15. cum ſeq.* & inter alios quan-
2 do citatus eſſet infirmus, & comparere non poſſet,
quin tunc Procurator poſſet allegare infirmitatem,
& condemnationem impedire, ut per *Ritum 269.* ſic-
3 uti † etiam poſſet allegare abſentiam per *Ritum 266.*
Verùm quia ex hoc ſequebatur magna dilatio
creditoribus, cùm debitores citati mittebant fides
Medicorum, ex quibus conſtabat de infirmitate, &
per multos menſes impediebatur liquidatio, ideò
ampliando rigorem circa inſtrumentorum liquida-
4 tionem * in anno 1608. tempore Præſidatus Comitis
Benaventi fuit promulgata *Reg. Pragm.* quod Pro-
curatores, qui fides infirmitatis præſentant, inſimul
allegare debeant, quæ ſuo principali occurrunt ad-
verſus petitam liquidationem, ut per Pragmat. 7. *in
tit. de inſtrum. liquidat.* de qua latè *Conſiliarius Mer-
linus lib. 1. controv. forenſ. c. 73.*
Sic fuit ſervatum, in hac cauſa Juliæ de Aczia, &
Oliverii Caraccioli cum D. Violanta de Capua,
quia comparuit in M. C. V. Franciſcus Sanfelicius
ejus vir cum màndato ſpeciali, & cum fide infirmita-
5 tis * facta per Medicum, infirmitas enim probatur per
fidem Medicorum in ſcriptis redactam, ut ex *Clar.
in §. fin. 34. verſ. dixi etiam* tenet *Thom. Actus in
tract. de infirmit. rub. 30. cap. 30. nu. 4. par. 1.* & relatis
aliis probat *d. p. 1. rub. 37. cap. 37. num. 1. 6. & 7.* præ-
ſentavitque ſcripturas, ex quibus conſtat, inſtrumen-
tum nedum eſſe illiquidum, ſed nulliter fuiſſe cita-
6 tionem * expeditam, & per ipſam M. C. pro Tribunali
ſedentem fuerunt ſcripturæ admiſſæ cum fide, & pro-
curatione, & interpoſitum ſolitum decretum quod
viſis ſcripturis extra Bancam providebitur.
7 Noviſſimè autem videns pars, † exceptiones alle-
gatas militare, oppoſuit ſcripturas eſſe rejiciendas,
ex quo in fide infirmitatis non fuit appoſitus locus,
& in procuratione benè non legitur.
8 Verùm prædicta * nullo quidem jure obſtare
poterunt, quamvis enim in inſtrumento locus cele-
brati contractus apponi debeat, *cap. quoniam contra
falſi de probat. l. optimam, in fin. C. de contrah. &
committend. ſtipul.* attamen multi tenuerunt, hoc
tantum eſſe de conſuetudine, ut tradidit *Specul. in tit.
de inſtrumentorum edit. §. incipiente, inſtrumenta,
num. 6.* poteſt enim eſſe, quod is, qui confecit, non
10 habuit * poteſtatem conficiendi in loco ipſo, ut dixit
idem *Specul. in loco* citato, *n. 5. v. poteſt enim*, quo etiam
caſu poterit Notarius iſtud reficere, & diem, & locum
apponere, & validum erit inſtrumentum, modò fiat
ex modico intervallo, prout optimè conſuluit idem
Specul. *in loco* citato, & eſt *text. in auth. de æqualit.
dotis, §. aliud, & in cap. præterea, extra de teſtib. co-
gend.*
Sed quando locus, vel ſimilis ſolemnitas deficit,
11 & * Notarius mortuus reperitur, & ſic non poteſt
diem, ac locum apponere, neque hoc caſu nullius
erit probationis, ſed adhuc ſemiplenam probatio-
nem facit, prout ſingulariter voluit Bart. *in l. admo-
nendi, ff. de jur. jurand.* quem ſequitur Alexand. *in l.
de pupillo, §. qui nunciat, numero 7. ff. de [illegible] nov. oper.
nunc.*
12 Rurſus prædicta dubitatio erit † tantum in inſtru-
mentis, & ſcripturis publicis, ſecus autem in ſcrip-
turis privatis, ut ſunt iſtæ atteſtationes Medicorum,
tunc enim nullo modo erit neceſſaria loci appoſitio,
ut probat *text. in l. 1. C. de apoc. public. lib. 10. glo. in c.
abbate ſanè, de re judic. in 6.* tenuit Rom. *in d. l. pupil-
lo §. qui nunciat,* per *tex. in dict. l. 1.* ſic etiam Joannes
Andreas, & alii *in d. cap. abbate ſanè,* Alex. *conſ. 132.
lib. 4. & in d. §. qui nunciat, num. 6.* ubi alios allegat &
infinitos alios adducit *Genua de ſcript. privat. lib. 1.
quæſt. 3. num. 10.* * tunc enim in ſcriptura privata locus 13
requiritur, quoties de illa Notarius conficeret publi-
cum inſtrumentum, ut poſt Menoc. *conſilio 288. n.
35.* probat Genua ubi ſupra, *numero undecimo.*
Limitatur * etiam concluſio prædicta, quod appo- 14
ſitio loci non requiratur, quando ex ſerie facti
appareat de loco, Gogliel. de Cun. *in l. comparationes,
C. de fid. inſtrum.* ubi Bald. & Anton. de Butr. *in cap. 1.
de fide inſtrum.* quod ſatis conſtat in re præſenti,
dum in procuratione fuit appoſitus locus, & proin-
de fides infirmitatis præſumitur facta in eodem loco,
quod maximè apparet ex alio, quia quamvis locus
non ſit appoſitus in fide prædicta infirmitatis, tamen
intelligi debet in loco domicilii, ad quod adducitur
*text. in l. qua conditio. §. fin. & ibi gloſ. ff. de condit. &
demonſtrat.* * ubi habetur, quod quamvis in teſtamento 15
apponi debeat non ſolum locus, ſed locus loci, atta-
men ſi non apponitur, intelligitur locus, ubi teſtator
domicilium habuit.
Hæc tamen, quæ ſupra fundata fuerunt, non erant
in hac cauſa neceſſaria, cùm Franciſcus Sanfelicius
uti vir, & Procurator D. Violantæ, præſentando præ-
dictam fidem Medici fuit admiſſus ad opponendum,
& ad allegandum ea, quæ ipſa D. Violanta allegare
potuiſſet, & præſentatis ſcripturis, Curia pro Tribu-
nali ſedente, fuit proviſum, quod *viſis ſcripturis
extra Bancam providebitur*, prout ſervatur in M.C.V. 16
ob cauſarum multitudinem per decretum in eadem
M. C. interpoſitum de anno 1538. relatum à *Caravit.
in Rit. 288. numero 27.* & ſic cùm fuerint ſcripturæ
admiſſæ, quæſitum eſt jus ipſi D. Violantæ, & pro-
pterea ex earum rejectione non poſſet tanquam con-
tumax condemnari, ſed tantum erit providendum
ſuper ſcripturis præſentatis extra Bancam, ſervata
forma decreti prædicti, & iſte eſt ſtilus ordinarius
M. C. V. prout Domini Judices ſe informare potue-
runt ab omnibus Actuariis.
Alias * enim ſequeretur maxima iniquitas, quia 17
cùm D. Violanta commoraretur in Caſali Chiaini,
quod eſt de diſtrictu hujus Civitatis, ſi fides infir-
mitatis ei admiſſa non fuiſſet per ejus excuſatorem
potuiſſet allegari tantum infirmitas, & in hoc caſu
debebat mitti Judex hebdomadarius ad domum
ipſius, prout de ſtilo ſervatur in M. C. teſtatur *Fran-
ciſcus Antonius de Judice Roberto in tractat. de liquid.
inſtrum. conſider. 4.* incipien. *Supereſt ultimo videre,
n. 19. D. de Franch. dec. 686.* alius refert Joſeph. Mele
ad Grazzarell. dec. 9. num. 14. verſ. ſi autem, quod non
fuit correctum per * *pragm. 7. de inſtrum liquid.* quia 18
loquitur in debitoribus, qui habitant extra hanc
Civitatem, † & quamvis dicat, extra Civitatem, non 19
debet intelligi eſſe extra Civitatem qui habitant in
Suburbiis, * & Caſalibus: appellatione enim Civitatis 20
etiam in materia correctoria, & odioſa veniunt
Suburbia, & diſtrictus Civitatis, *cap. ſi Civitas, de
ſententia excomm. in 6.* quod cùm per M. C. non ſit
factum, non debet nocere ipſi D. Violantæ, quæ
comparuit, & ſuam allegare fecit infirmitatem, ſed
omnino erit procedendum ad diſcuſſionem ſcriptura-
rum, ut videri poſſet, ſi rectè fuit expedita citatio,
cùm rei veritate nullo modo expediri poterat.
Ex quibus ſcriptis reſultat notaria juſtitia D.
Violantæ, & notoria partis verſutia, quæ cùm calli-
dè expediri feciſſet citationem, callidè etiam ſperat
ipſam ad non debitum condemnari.
*Et ſecundum prædicta fuit judicatum per M. C. V.
& confirmatum etiam facta regulatione in Sacro Conſi-
lio.*

OBSERVATIO

Digitized by Google

OBSERVATIO IN CONSULT. LXIX.

ARGUMENTUM.

Reaſſumuntur practicabilia circa liquidationem inſtrumenti, Explicatur *Pragm. 8. in §. 8. de inſtrument. liquidat.* cum deciſionibus Coll. Conſ. ad interpretationem ejuſdem *Prag. Authore Reg. Sanfelicio dec. 416. p. 3. & in addis. ad dec. 306.* Comprobatur praxis faciendi acceſſum per Judicem hebdomadarium M. C. V. ad domum debitoris infirmi exiſtentis intus Civitatem ejuſque ſuburbia. Excluditur comparitio de ſero non comparentibus perſonaliter debitoribus citatis ſuper tenore inſtrumenti.

SUMMARIUM.

1 *Fides infirmitatis num continere debeat locum, ubi fuit celebrata, quando in mandato procurationis locus fuit appoſitus?*

2 *Fides infirmitatis, & mandatum procurationis ad infirmitatem allegandam quomodo ſit conficienda in terminis* Pragm. 8. in §. 8. de inſtrument. liquidat.

3 *Infirmitate allegata pro parte citati ſuper tenore inſtrumenti exiſtentis extra Civitatem eſt dandus congruus terminus ad producendum mandatum ſpeciale, & fidem infirmitatis, & refertur formula decreti, &* Author *dicta praxis, numero 4. & 5.*

6 *Praxis ſervanda refertur allegata infirmitate pro parte debitoris exiſtentis intus Civitatem.*

7 *Et quid debitore exiſtente in Caſalibus, vel ſuburbiis ejuſdem Civitatis.*

8 *Debitoris comparitio de ſero non admittitur mediante perſona Procuratoris cum ſpeciali mandato, ſed tenentur debitores perſonaliter comparere.*

1 PLurima ad praxim * contingibilia circa liquidationem inſtrumenti deducuntur ex hac *Conſul. D. Regentis*, & præſertim, quod fides infirmitatis producta per Procuratorem cum ſpeciali mandato ad infirmitatem allegandam non debeat continere locum celebrati contractus, maximè quando in procuratione adeſt locus appoſitus, quia tunc fides infirmitatis, præſumitur facta in eodem loco juxta deducta per *Reg. Latra*, quem ſequitur *D. Maradei in praxi mox imprimenda de præſentat. inſtrument. cap. 4. n. 575.*

2 Immutata * videtur hodiè praxis allegandi infirmitatem per Procuratorem comparentem adverſus inſtrumenti liquidationem, quia mandatum, & fides infirmitatis debent eſſe ad formam *Pragm. 8. in §. 8. de inſtrument. liquidat.* qua expreſsè cautum eſt, ut mandata hæc ad infirmitatem allegandam non admittantur, niſi fuerint ſpecialia in ea cauſa, pro qua citatio ſuper tenore inſtrumenti emanata fuit, nec aliter ad aliam infirmitatem allegandam mandatum illud procurationis deſervire poſſit, & quantum ad fidem infirmitatis, non niſi in publicam formam redactæ recipi poſſint, & cum ſpeciali juramento à Medico præſtando coram Officiali juſtitiæ loci, in quo debitor citatus degit, & formola talis mandati procurationis, & inſtrumenti infirmitatis habetur apud *D. Maradei in prax. præſentat. inſtrument. cap. 2. num. 22. & 23.*

3 Hac infirmitate allegata * pro parte citati abſentis juxta praxim ſupra traditam, ſi debitor ob loci diſtantiam non valeat infra terminum citationis producere mandatum, & fidem infirmitatis ad formam *Reg. Pragm.* tunc cautela erit, ut pro debitore infirmo abſente compareat quis in Coll. Conſ. allegando infirmitatem, petendo congruum terminum, ut faciat de ipſa conſtare per publica documenta, & per Coll. Conſ. mandatur M. C. V. *quod provideat de congruo tempore ad producendum fidem infirmitatis, & mandatum ſervata forma Pragm.* & per M. C. interponitur decretum ſequentis tenoris:

Remaneat † condemnatus, verum ſi produxerit in- 4
ſtrumenta infirmitatis, & procurationis infra terminum &c. procedatur cum Procuratore, & deleatur à contumacia.

Author † hujus praxis fuit *Reg. Sanfelic. in dec.* 5
416. p. 3. & in addis. ad dec. 306. ubi quod cum hoc ſit caput omiſſum à *Reg. Pragm. 8. §. 7. de inſtrument. liquidat.* in qua nulla ſit mentio de termino dando ad præſentandam fidem infirmitatis cum ſpeciali mandato, remanet ſub diſpoſitione juris communis.

Debitore tamen † exiſtente infirmo intus Civita- 6
tem, tenetur Judex accedere ad ejus domum pro facienda liquidatione, ibique citato reperto infirmo ſit interrogatio, & necnon injongitur præceptum, *quod durante infirmitate non diſcedat à domo, præſtita cautione de ſe præſentando ad carceres, ſtatim poſtquam convaluerit abſque requiſitione*, Reg. Petra *ſuper Rit. 266. num 156.*

Hinc ſit, quod * *D. Regens* deduxit in hac *Con-* 7
ſultat. n. 17. quod dum D. Violanta de Capua citata ſuper tenore inſtrumenti commorabatur in Caſali Chiaiani de diſtrictu hujus Civitatis, ſi non fuiſſet admiſſa fides infirmitatis per Procuratorem, debebat mitti Judex hebdomadarius ad faciendum acceſſum juxta ſtylum ſervari ſolitum in M. C. in debitore infirmo exiſtente intus Civitatem, cujus appellatione veniunt ſuburbia, *l. qui ex vico, ff. ad municip. Camill. de Medicis conſ. 249. Reg. Merlin. controv. forenſ. cap. 99. n. 4. cent. 1. & cap. 72. num. 7. cent. 2.*

Modificanda † venit hæc praxis in debitoribus 8
comparentibus de ſero, qui non poſſunt admitti, niſi principalibus citatis perſonaliter comparentibus, non obſtante quocumque ſpeciali mandato ad comparendum etiam de ſero, & non obſtante, quod ſub prætextu infirmitatis petatur acceſſus Judicis ad locum, ubi degit citatus, ut extat proviſum ex decreto generali inſerto in *Pragm. 51. de Offic. Magiſtr. Juſtitiar.* & per *Reg. Sanfelic. dec. 32.* quod decretum eſſe in viridi obſervantia, & nunquam fuiſſe in dubium revocatum, teſtatur *D. Mucci in ſuis elucidat. ad eand. dec.* ubi reſpondet ad deciſionem factam in cauſa Principis Petræ Elcinæ, de qua teſtatur *D. Petra in Commentar. ad Rit. 206. n. 8. & D. Maradei in cit. ſua prax. cap. 2. num. 18.*

ARGUMENTUM.

Contractus uſurarius ex quibus conjecturis præſumatur, & quomodò probatur, & an, & quando reddat ipſum nullum, & multa ad explicationem *Reg. Prag. 1. & 2. de contract.*

SUMMARIUM.

1 *Tertius poſſeſſor poteſt opponere contractum, pro quo agitur eſſe uſurarium, & ſic deciſum refertur, n. 2.*

3 *Compromiſſum non poteſt fieri poſt ſententiam, niſi expreſsè res judicata ſit renunciatum, & num. 6. quod etiam procedit pendente appellatione, & ſtante ſtatuto de compromiſſo faciendo inter conſanguineos, nu. 4. ac ſimiliter ſi fuerit dictum de nullitate ſententiæ, n. 5. Intellige, ut lando non ſequuto, virtus ſententiæ reviviſcat, n. 7.*

8 *Contractur uſurarii fœneratitii, ac ſimulati ſunt difficilis probationes, & proinde præſumptionibus, & conſecturis probantur.*

9 *Conjectura dua ſufficiunt ad probandum contractum uſurarium, & numer. 49. imò relinquitur arbitrio Judicis numer. 10. quod reſpectu pœna criminalis nonnulli contradicunt, n. 11. & 27. ſed quoad annullationem contractus civiliter indiſtinctè admittitur numer. 12. ſed vigore Reg. Pragmaticæ una tantum requiritur, numero 50. & 53. & quæ ſint conjectura, referuntur num. 13. 17. 18. 21. 23. 25. & 51.*

14 *Contractus uſurarius probatur ex qualitate perſonarum recipientium, ac præſumitur factus ab eo, qui facere conſuevit, & quod ſit ſolitus ſimulationem committere, nu. 15. ac quando emptorer, ſive venditores ſunt in maxima indigentia, & paupertate conſtituti, n. 17.*

16 *Falſitas præſumitur ex qualitate perſonarum contrahentium.*

19 *Emptio diverſorum bonorum in confuſo, abſque expreſſione qualitatis eorum arguitur contractum uſurarium.*

20 *Forma inſolita contractus facit illum præſumi uſurarium.*

22 *Sequentia contractus attenduntur, quando conjunguntur cum principio.*

24 *Contractus præſumitur factus eo modo, quo fieri conſuevit in illo loco, ubi factus eſt.*

26 *Teſtes qui ſibi benè non concludunt additis aliis præſumptionibus conjunguntur, & pleniſſimè probat in materia uſurarum.*

27 *Probatio exacta non requiritur, quando agitur de detegendo contractu uſurario, ſed per conjecturas læſio manifeſtatur, maximè ſi non agitur criminaliter.*

28 *Contractus præſumitur ſimulatus, ac uſurarius ex his, quæ ſola, & ſeparata non poſſunt inducere ſuſpicionem, juncta tamen ſimul, & ſe invicem reſpicientia induunt præſumptionem.*

29 *Singula quæ non probant, juncta juvant.*

30 *Contractus in dubio potius judicandus eſt uſurarius, quàm juſtus, ut anima conſulatur.*

31 *Uſura eſt, ſi quis emat decem annua, & in ſolutum dat argentum in platta, & vaſis.*

32 *Contractus eſt reprobatus, & uſurarius, quando poſt venditionem, & traditionem mercium, ac ſupellectilium pro pretio eorum conſtituitur cenſus, idem procedit ſi intra ſex, vel octo menſes à tempore venditionis mercium contractur cenſus celebretur, numero 33.*

34 *Pecunia numerata requiritur in conſtitutione cenſus & n. 41. & licèt non ſit neceſſarium, ut numeretur coram Notario, ſufficit tamen quod conſignetur cedula bancaria, numero 35. dummodò tamen dicta cedula ſit acceptata à Campſore, numero 36. & de ratione nu. ſequent. & ideo requiritur quod conſtet, quod pretium realiter pervenit ad venditorem cenſus, nu. 38.*

37 *Cedula bancaria ante acceptationem non habet vim ſolutionis, ſed mandatum ad exigendum.*

39 *Numeratio pecuniæ quomodo probetur.*

40 *Confeſſio ſola receptionis pretii cenſus non ſufficit.*

42 *Contractus cenſus non erit validus, quando non pecunia ſed ſupellectilia, vel alia loco pretii ſint ſoluta, etiam ceſſante fraude, num illa, vel dolo exiſtente ſemper contractus erit injuſtus, numero 43.*

44 *Fraus quomodo detegatur.*

45 *Cenſus de jure communi ſuper pretio bonorum mobilium, vel nominum debitorum conſtitui non poteſt, ſic etiam vigore* Pragmat. 1, de contractib. *quid ſi venditor receperit aliquam partem pecuniæ, ac etiam bona mobilia, n. 46. & 48.*

47 *Uſurarius manifeſtus quis dicatur, remiſſivè.*

52 Pragmat. 1. & 2. de contractibus *non corrigunt jus commune, ſed illi ſunt conformes.*

54 *Contractus Cenſualis improbatur, ſi dantur bona, & parva pecuniæ quantitas.*

55 Pragmatica *licèt non extendatur de caſu ad caſum, tamen habet locum, quando viget eadem, vel major ratio, tunc enim non dicitur extenſio.*

Amplia, ſi Pragmatica *tendit ad favorem Reipublicæ, n. 56.*

57 *Contractus quando ſit uſurarius tam attento jure communi, quam municipali, & n. 59.*

58 *Cenſus conſtitui poteſt pro pecunia, pro bonis ſupellectilibus verò non.*

60 *Exitus cauſa narratur.*

Pro Fratribus Cerronis.

CONSULTATIO LXX.

QUidam Nobilis in anno 1571. vendidit duobus fratribus de Nauclerijs quædam ſuppellectilia cum parva quantitate auri laborata pro pretio duc. 296. quos promiſerant ſolvere infra breve tempus, quo elapſo infra paucos menſes fuit per dictos de Nauclerijs facta venditio annuorum introituum, pro quo credito eùm poſt multos annos tam pro ſorte principali, quam pro annatis decurſis, & intereſſe ipſarum ſe ſatisfieri prætendiſſet ſuper bonis ſtabilibus, quæ poſſidebantur per Fratres de Cerrone, fuit per conventos oppoſitum de invaliditate tam primi,
quam ſecundi contractus, † ex quo re vera contractus 2
fuit uſurarius, & vulgo dicitur *à partito*, quod opponi poſſe etiam à tertio poſſeſſore, habetur ex Avendan. *de cenſib. capit. 45. num. 22.* Felician. *de cenſibus, tom. 2. lib. 3. cap. ult. ſub nu. 1.* Gaſpar. Roderic. *de ann. redit. lib. 1. quæſt. 13. ſub num. 4.* Peter Duard. *de cenſibus tom. 2. quæſt. 16. nu. 16. §. 2.* & per ſententiam S.C. factis probationibus, & compilato proceſſu fuerunt
conventi abſoluti, à qua ſententia cùm fuiſſet recla- 3
matum, pendente reclamatione fuit inter partes compromiſſum, fuitque de juſtitia dictæ ſententiæ
coram Arbitris latè diſcuſſum,* difficultas erat, ſi poſt 4
ſententiam compromitti poterat, ex diſpoſitione text. *in l. poſt rem judicat, ff. de re judic.* ubi DD. & præcipuè Bald. *n. 1. c. expoſita,* ubi Summ. Pontifex loquitur in compromiſſo, *extra de arbitr.* niſi expreſsè rei judicatæ ſit renunciatum, *l. juris gentium. §. ſi paciſcar, ff. de pact. l. duob. ff. de except.* Cephal. *conſ. 518. n. 17.* Rot. *dec. 63. n. 2. in 1. par. in noviſſ.* Angel. *conſ. 66. & in l. cum lis, §. cum hi, ff. de tranſact.* Rom. *conſ. 174. in fine,*
latiſſimè Surd. *dec. 185. per tot.* † quod etiam procedere 5
in cauſa appellationis, ut ſtante ſtatuto de compromiſſo faciendo inter conſanguineos, quod non poſſit peti in cauſa appellationis, dixit Jaſ. *in l. ſi cauſa, col. 2. verſ. nota etiam diligenter, C. de tranſact.* Cardin. Put. *dec. 28. 2. part. num. 2.* qui etiam hoc ampliat in
nullitatibus, *quæ quidem difficultas fuit ſopita, quia 6
non dubitatur, quod quando pars, quæ pro ſe habuit
ſententiam, contentatur, * non obſtante ea, compro- 7
mittere, tunc ceſſat difficultas, Franc. Marc. *dec. 466. vol. 1.* & declarat Surd. *d. dec. 185.* & prædicti Fratres de Cerrone contenti remanſerunt, non obſtante ſen-
tentia* compromittere, dummodo laudo non ſequuto 8
virtute ſententiæ reviviſceret, quod etiam de jure procedit, ut poſt Bald. *in l. ſi diverſa parr, & in l. ſuper poſſeſſione, C. de tranſact. &* Jo. Corraſ. *in repet. in l. hæres, C. de impuber. & aliis ſubſtit. n. 31.* voluit Anna in *ſing. 113.* & propterea facto compromiſſo fuit diſputatum de juſtitia dictæ ſententiæ.

Pro cujus confirmatione infra ſcripta breviter ſubjiciam.

Et primò, quod primus contractus venditionis ſuppellectilium ſit de jure communi uſurarius, & injuſtus.

juſtus. Secundò, quod tantò magis procedit in hoc
Regno, ſtantibus *Regiis Pragmaticis*.
8 Erit * animadvertendum primò, quod licèt contra-
ctus uſurarii, fœneratitii, & ſimulati ſint difficilis pro-
bationis, & proindè præſumptionibus, & conjecturis
probentur, Bald. *in l. emptorem, C. plus valere, quod*
agitur, Calcan. *conſ.* 16. Dec. *conſ.* 123. Crav. *conſ.* 73.
n. 7. Dec. *conſ.* 105. *n.* 7. & 10. *vol.* 2. & *conſ.* 62. *n.* 16. *vol.*
3. Menoc. *de arbitr. caſ.* 247. & *de præſump. lib.* 3. *præ-*
ſumpt. 122. *n.* 7. & 40. Covar. *var. reſol. lib.* 3. *c.* 7. *n.* 3. *in*
fi. & *c.* 8. *n.* 4. & Gabr. *conſ.* 77. Joh. Baptiſta Lupus *de*
uſur. §. 1. *n.* 25. Maſcard. *de probat. concl.* 1129 *n.* 11. ta-
9 men duæ conjecturæ † tantùm ſufficiunt, Afl. *in Con-*
ſtit. Regn. de uſur. lib. 1. *rub.* 6. *nu.* 22. Rimin. jun. *conſil.*
118. *n.* 62 *vol.* 2. Hippolyt. Bonacoſſ. *comm. opin lib.* 1. *in*
verbo uſurarium crimen, Portius Imol. *conſ.* 30. *in fine*,
Plot. *conſ.* 8. *n.* 3.
10 Et quod non ſolùm duæ conjecturæ ſufficiant, ſed
quod Judicis arbitrio relinquatur, dixit Menoc. *de*
arbitr. caſ. 247. Farinac. *de ſimul. contr. q.* 162. *n.* 105. &
Rimin. jun. *dict. conſ.* 118. quod quidem licèt reſpectu
11 pœnæ criminalis * aliquem habuerit contradictorem,
tamen reſpectu annullationis contractus civiliter
12 hoc indiſtinctè † admittitur, ut tenuerunt Burſ. *conſ.*
320. & 321. *n.* 54. & 79. *lib.* 3. Menoc. *de præſumpt. lib.*
3. *præſumpt.* 127. Maſcard. *concl.* 438. *n.* 11. Joſeph. Lu-
dovic. *conc.* 45. Centolinus *in addit. ad dec.* 29. Proſper.
Farinac.
13 Prima conjectura ſumitur ex qualitate * ipſorum de
Nauclerio, qui erant ſoliti recipere bona ad parti-
tum ſub velamine alterius contractus, & ille Nobi-
lis ſolitus etiam erat ſimiles contractus partitatios fa-
14 cere, & quod ex qualitate † perſonarum recipien-
tium probetur contractus uſurarius, dixit idem Burſ.
in d. conſ. 320. *nu.* 13. *lib.* 3. *ex text. in l. fin.* ubi Doctor. *ad*
Maced. & meliùs per Roland. à Valle *in conſ.* 58. *n.* 20.
lib. 4. Menoc. *præſumpt.* 123. *ſub n.* 8. *lib.* 3. Maſcard.
de probat. concl. 445. *n.* 5. *cum ſeq.* & *concl.* 1254. *nu.* 96.
15 ubi firmat, † quod uſurarius contractus factus præſu-
mitur ab eo, qui facere conſuevit, & quod ſit ſolitus
16 ſimulationem † committere; Farinac. *d. qu.* 162 *n.* 169.
ſicuti in ſimili ex qualitate perſonarum præſumitur
falſitas, Bald. *in l.* 2. *C. de falſ.* Bart. *in l. quoties*, § 1. *ff.*
de hæred. inſt. Boſſ. *in tit. de falſ. ſub n.* 8. Maſcard. *con-*
cl. 740. *numero* 26. Cepoll. *de ſimul. contract. n.* 149.
& 155.
17 Secunda eſt præſumptio, * quando emptores, ſive
venditores, qui recipiunt pretium, ſunt in maxima in-
digentia, & paupertate conſtituti, nam ex hoc præ-
ſumitur contractus ſimulatus, & uſurarius, ut poſt
Abb. *in conſ.* 33. *vol* 2. Calca. *in conſ.* 26. *in fine*, &
alios tenuit Roland. à Valle *in conſ.* 40. *nu.* 37. & *per*
totum, Farinac. *d. q.* 162. *n.* 175.
18 Tertia † erit conjectura, quia apparet, venditionem
ſuppellectilium, & auri laborati fuiſſe factam unico
pretio, & abſque expreſſione qualitatis, & quanti-
tatis ſuppellectilium, neque in quo conſiſtebat au-
rum laboratum, * quæ forma emptionis in confuſo,
19 abſque expreſſione qualitatis arguit contractum uſu-
rarium, ita punctualiſſimè tenuit Natt. *conſ.* 198. *nu.* 8.
in fin. * communiter enim ſolent magis particulariter
20 deſcribi bona, quæ venduntur, & forma contractus
inſolita eum præſumi facit uſurarium, ut per Bald. *in*
cap. 1. *de feud. dat. in vim leg. comm.* Roland. *in d. conſ.*
40. *n.* 34. *vol.* 2. Natt. *in d. conſ.* 198. *nu.* 15. Pariſ. *conſ.*
82. *n.* 38. *lib.* 2. Afl. *dec.* 40. Menoc. *conſ.* 109. *n.* 21.
Quarta erit * præſumptio ad invalidandum primum
21 contractum venditionis ſuppellectilium contractus
ſequens venditionis annuorum introituum, quem
eſſe nullum, & uſurarium infra fundabimus, & ſe-
quentia contractus * attenduntur, quando conjungun-
22 tur cum principio, Bald. *in l. multum intereſt, C. ſi quis*
alter, vel ſibi, Beccius *conſ.* 52. *ſub num.* 51. Dec. *conſ.*
554. *n.* 18.

Quinta adeſt * præſumptio, quia in Civitate illo 23
tempore ſolebant fieri tales contractus ad partitum,
prout probatur ex verbis, *Pragmat. de ann.* 1571. eo
enim † caſu præſumitur eſſe actum quod in illo loco 24
fieri conſuevit, Bartholomæus Cepolla *de ſimul. con-*
tract. præſump. 21. *nu.* 147. *ex text. in l. quod ſi nolit*, §.
qui aſſidua, *ff. de ædilit. edict.*
Sexta, hoc etiam fuit probatum per plures teſtes 25
qui benè deponunt de conqueſtu poſt emptionem
factam, & de auditu fuiſſe venditas pro duc. octua-
ginta, vel centum bona empta pro ducatis 296. † qui 26
teſtes de per ſe nullis aliis adhibitis probationibus, &
conjecturis, quamvis non tam benè concluderent,
attamen additis aliis præſumptionibus, & conjectu-
ris in materia uſurarum conjunguntur, & pleniſſimè
probant, Cacher. *deciſ. Pedemont.* 72. *nu.* 5. Dec. *conſ.*
72. *nu.* 18 Alex. *conſ.* 72. *nu.* 3. *vol.* 1. * *in fine*. cùm enim 27
agatur de detegendo contractu uſurario velato non
requiritur probatio exacta, nam per conjecturas
etiam leves manifeſtatur, & maximè quando non
agitur criminaliter, ut poſt Paul. de Caſtr. *in conſ.* 109.
dixit Natt. * *in d. conſ.* 198. *nu.* 16. qui *n.* 18. ſubdit, quod 28
quæ ſola, & ſeparata non poſſunt inducere ſuſpicio-
nem, juncta ſimul, & ſe invicem reſpicientia indu-
cunt præſumptionem ſimulati contractus, & uſura-
riæ pravitatis, Innoc. & alii *in cap. ad noſtram, de*
empt. & vendit. † juxta illud vulgare dictum, * quod 29
quæ non probant ſingula, juncta juvant, *gloſ. in l.* 2. *in*
verbo legitimis, de excuſ. tut. & multa alia ad mate-
riam per Natt. * *in d. conſ.* 198. *per totum*, quem rogo 30
videri, quia etiam contrariis reſpondet, & quidem
in dubio, ut animæ conſulatur judicare debemus,
magis contractum eſſe uſurarium, quàm juſtum, Si-
mon de Prætis *conſ.* 189. *n.* 34. Berous *conſ.* 168. *n.* 27.
in fin. vol. 1. Burſat. *conſ.* 175. *num.* 8. *vol.* 2. Alciat.
conſ. 30. *nu.* 16.
Ex quibus ſequitur, primum contractum præten-
ſæ venditionis ſuppellectilium factum per dictum
Nobilem cum Fratribus de Nauclerits, fuiſſe plenè
per teſtes, & conjecturas probatum, eſſe uſurarium,
quoniam uſura eſt, * ſi aliquis emit decem annua, & 31
in ſolutione dat argentum in platta, & vaſis, *l. fru-*
menti, C. de uſur. Anna *in ſingul.* 588. *in verbo uſura.*
Quò verò ad ſecundum contractum, per quem
fuit facta venditio annuorum introituum, ſuf-
ficiat * allegare Gaſp. Roderic. *de annu. redit. lib.* 1. *qu.* 13. 32
poſt *Felician. de Solis lib.* 1. *c.* 4. *nu.* 10. Covar. Gomeſ. &
alios, quos allegat, ex quorum dictis *num.* 6. colligit
concluſionem, quòd quando poſt venditionem, &
traditionem mercium, vel ſuppellectilium, pro pre-
tio eorum conſtituitur cenſus, contractus eſt re-
probatus, * & uſurarius, & idem ſi infra ſex vel octo 33
menſes a tempore venditionis mercium procedere,
ait * *num* 8. eſtque ratio, quia de natura rei eſt, ut pre- 34
tium, quo emitur, & venditur annuus cenſus, conſiſtat
in pecunia numerata, eſt text. *in l.* 2. *ff. de contrah.*
empt. l. 1. *ff. de rer. permut.* cum concordantibus, prout
etiam obſervat Conſtantinus Harmenopulus *in*
epitome juris civilis, lib. 3. *tit.* 3. *Vacon. à Vacun. lib.* 5.
declarat. jur. civil. declaration. 68. *n.* 6. Ant. Padill. *in*
l. naturalis, §. *ſiquidem n.* 1. *ff. de præſcript. verb.* & hoc
expreſsè cavetur per *Bullam* felicis memoriæ *Pii*
V. circa cenſus creationes, ubi cavetur, in actu cen-
ſus creationis requiri veram pecuniæ numeratio-
nem, ne uſuris pateat aditus, Ludovic. Lopez *de con-*
tract. lib. 1. *c.* 59. Rot. Rom. *in dec.* 126. poſt *tract. Ludo-*
vici Cencis de cenſib. n. 8. & poſt *tractatum Duard. de*
cenſib. * ubi eadem deciſio tranſcribitur, licèt non ſit 35
neceſſarium, ut in actu ſtipulationis coram Notario
pecunia numeretur, ſufficit enim, ut conſignetur ce-
dula bancaria, ut *in dec. Rot.* 103. *num.* 6. poſt eodem
tractat. Scacc. *de commerc. & camb.* §. 1. *q. num.* 233. &
dixit idem *Cencius par.* 2. *q.* 1. *art.* 7. *poſt n.* 18. & melius
in addit. ad dictum articulum n. 3. * ubi declarat, quòd

tunc ſufficit, ſi conſignetur cedule bancaria pro ſo-
lutione cenſus, quando illa fuit à Campſore ac-
37 ceptata, † ut declarat Bellon. *conſ. 92. n. 19.* antè verò ac-
ceptationem non habet vim ſolutionis, ſed manda-
38 ti * ad exigendum, ut probat Rot. *in deciſ. 25.* impreſſa
poſt Zacch. *de ſocier. offic.* & ideò ſufficit, quòd con-
ſtet, quòd verè, & realiter pretium ad venditorem
annui cenſus pervenerit, ut *in dec. 92. nu. 6.* poſt dictum
39 *tractatum Cencii*, * ſed quomodò probetur iſta pecu-
niæ numeratio pro emptione annui cenſus, ſive re-
ditus habetur per Mantic. *de tacit. & ambig. convent.
lib. 18. tit. 6. nu. 10.* Maſcard *de probation. concl. 1112.* &
pleniſſimè per Cencium *in dict. tract. de cenſib. p. 2. c.
40 1. quæſt. 1. per tot.* * ubi etiam diſputat articulum, an ſo-
la confeſſio receptionis pretii ſufficiat, & adducendo
opiniones DD pro & contra, tandem, in negativam
reſidet ſententiam, & hoc ea ratione, quia requi-
41 ritur vera numeratio pretii in pecunia numerata, * &
propterea concludit Roder. *in loco* ſupra cit. quòd
42 non erit valida, * quando non pecunia, ſed ſupelle-
ctilia, vel alia hujuſmodi in locum pretii ſint ſoluta,
43 & hoc circumſcripta omni fraude, nam ſi fraus, aut
dolus adeſſet in contractu, tunc ſemper injuſtus
44 erit, * quæ fraus clarè detegitur, quia venditio ſuppel-
lectilium fuit facta die 22. Martii 1571. & venditio
annuorum introituum ſub die 8. Octobris ejuſdem an-
ni, & ſic poſt ſex menſes, & dies ſexdecim, ex quibus
concluditur, quod primus contractus erit uſurarius,
ſecundus verò nullus, etiam attento jure communi.

Videndum modò, quid per *Reg. Pragmaticas* de
anno 1559. 1571. ſit correctum, additum, ſive immu-
tatum, de quibus memor eſt Maſcatell. *in prax. cri-
min. rub. de uſur. num. 24. & Thorus in compend. deciſ.
par. 3. verbo Inſtrumentum an liquidari poſſit, f. 575.*
ubi refert caſum deciſum, ſi liquidari poſſit tale in-
ſtrumentum.

Et quidem † *Pragm.* de ann. 1559. quæ eſt *prima*
45 *de contract.* in uno caſu providit, quod de jure com-
muni cenſus ſuper pretio bonorum mobilium, vel no-
minum debitorum conſtitui non poterat per ſupra-
dicta, & ſic eos nullos, & invalidos virtute *Regiæ
Pragmat.* eſſe dixit Viv. *deciſ. 365.* Maſtrill. ad Petr. de
Greg. *ſuper Bulla Nicolai V. qu. 5. num. 124.* Duerd. *de
Cenſib. §. 8. q. 2. ſub n. 43.* & quia de novo fuit per peſ-
ſimæ conditionis * homines inventa alia ſpecies con-
46 tractus inſimul cum bonis mobilibus, vel nomini-
bus debitorum, aut ſimilibus, ut daretur alique parva
quantitas pecuniæ, ut cenſus conſtitueretur tam
ſuper pretio prædicto quàm ſuper parva pecunia-
rum quantitate, quam ſpeciem contractus, non diſ-
ponitur per *Regiam Pragmaticam* eſſe uſurariam,
nam hoc habuerunt Legiſlatores pro abſoluto, ibi
per eſſerno tali contratti illeciti, e feneratitii, ſed pro-
viſio *Pragmatica* fuit circa pœnam, nam declaravit,
eſſe ſubjiciendos taliter contrahentes pœnia uſura-
rii manifeſti, & aliis ad arbitrium Pro-regis, & ta-
men de jure communi taliter contrahentes non po-
terant dici uſurarii, neque mulctari pœnis uſurarii
47 manifeſti, * & quis dicatur uſurarius manifeſtus, habe-
tur per Menoc. *de arbitrar. caſ. 285.* & de ejus pœna
per *Clar.* & ad eum Addentes *in §. uſura, lib. 1.* fuit
etiam impoſita pœna Notario, qui ſtipulatur, pro
prima vice centum, pro ſecunda ducentum unciis,
& pro tertia privationis officii, & ſic *Pragmatica*
prædicta fuit emanata pro augmento pœnæ, & ha-
buit pro abſoluto, contractus prædictos eſſe uſura-
rios, * ideò per ſecundam *Pragmaticam* de anno 1571.
48 occurritur dictæ fraudi inventæ à malitiis homi-
num, prout diſponitur, ut diſpoſitio *Pragmatica*
præcedentis habeat locum, etiam quando ſolùm
venduntur bona cum dilatione temporis, & poſt-
modum conſtituitur cenſus, & ampliùs voluit, quod
ſicuti de jure † communi ſecundùm magis receptam
ſententiam requirebantur duæ ad minus conjectu-
ræ ad probandum contractum uſurarium per hanc
Pragmaticam * unica tantum ſufficiat, nempè quod 50
quis vendat bona illis, qui veriſimiliter non indi-
gent, * de qua conjectura per Farinac. *in dec. 10. nu. 2.* 51
par. unita cum *conſiliis*, & cum unica conjectura vo-
luit, poſſe mulctari criminaliter.

Et ſic * *Pragmaticæ* prædictæ nedum non correxe- 52
runt jus commune, imò ſunt conformes illi, ut ad-
vertit † *Reg. Rov. in pragm. 1. de contractib.* verùm etiam 53
obviandi malitiis hominum pœnas majores * indixe-
runt, & voluerunt, unicam præſumptionem ſuffi-
cere ad probandum contractum uſurarium.

Sivè ergò attendamus jus commune, ſive *Regni
Pragm.* ſufficientiſſime probatum eſt, contractus præ-
dictos fuiſſe uſurarios.

Imò etiam circumſcripto jure communi contra-
ctus erit uſurarius judicandus, quamvis ſecunda
Prag. fuerit emanata die 28. Julii 1571. & inſtru-
mentum primum die 22. Martii, ſecundum verò die
8. Octobris ejuſdem anni, quia hoc genus contra-
ctus ex vi comprehenſiva erat incluſum in *Regia
Pragmatica* * de anno 1559. per quam improbatur con- 54
tractus, in quo dantur bona, & parva pecuniarum
quantitas, & ſuper ea cenſus conſtituebatur, imò
pro abſoluto habetur, eſſe uſurarium, modo quam- 55
vis *Pragmatica*, non extendatur de caſu ad caſum,
tamen habet locum, quando viget eadem, vel ma-
jor ratio, quia tunc non dicitur extenſio, ut per De-
cian. poſt alios *in tract. crimin. lib. 7. cap. 32.* alios allo-
gat Rovit. *in Pragm. 1. de aſſaſſinio, num. 41.* qui *num.
42. & 43.* hoc comprobat maximè procedere, quan-
do † *Pragmatica* tenderet ad favorem Reipublicæ, nè 56
delicta remaneant impunita, ex Bart. *in l. quemadmo-
dum. Cod. de agric. & cenſit. lib. 11. num. 14.* quod pro
vero, & indubitato habet, quando à jure communi
non eſſet impoſita aliqua pœna, ſed ſi eſſet impo-
ſita, tunc ceſſaret illa ratio, quia delictum non rema-
neret impunitum, ut optimè explicat † *num. 56.* ſive 57
ergò dicamus de jure communi in ſpecie fuiſſe pœ-
nam impoſitam, & contractus erit uſurarius, ſive
verò jus municipale, & per *Pragm.* de anno 1559. eſt
pro uſurario habendus, *Pragm.* verò de menſe Julii
1571. & ſic intermedia non ſolùm non tollit pœnam,
ſed auget modum probandi, & declarat ea, quæ de
jure communi erant expreſſa.

Et quod vigeat major ratio, ut contractus dicatur
uſurarius, quando venduntur bona, & ſuper eorum
pretio cenſus conſtituitur, quam quando dantur
bona, & pecunia eſt indubitatum, quia pro pecunia
cenſus * conſtitui poteſt, pro bonis ſuppellectilibus 58
verò non, ut optimè per Roderic. *in dict. lib. 1. q. 13.
de ann. reditib.* * & ſic undique, ni fallor, remaneant 59
contractus probati uſurarii, & proindè ſententia
Sacri Conſilii exequenda è Doctiſſimis Dominis Ar-
bitris.

Hæc cauſa fuit potius per † Arbitros amicabili tranſ- 60
*actione finita, quam per juris tramites judicata, & ſic
fuit ad tollendas lites ordinatum, ut ſatis parva quan-
titas actori ſolveretur, & dicti conventi, ut ab expen-
ſis litis, & à vexationibus ſe liberarent, contenti re-
manſerunt.*

OBSERVATIO IN CONSULT. LXX.

A R G U M E N T U M.

Contractus venditionis annuorum introituum pro
pretio mobilium, dicitur contractus infectus,
& uſurarius, vulgò *di dare robbe à partito.*
Unica conjectura ſatis ſuperque ſufficiens re-
putatur ad reddendum contractum hunc illicitum,
& uſurarium in emptore indigente pecunia, non
autem

autem nominibus debitorum. Exornatur *Pragm. 2. & 5. de contract.* cujus diſpoſitio extenditur, & ampliatur in pluribus caſibus, & præſertim in cenſu conſtituto ſuper nominibus debitorum non aſcendentibus ad verum cenſus valorem. Laudatur *D. R. Latro Conſ. 125. à n. 37. ad 46. tom.* 2. Refertur noviſſima determinatio S. C. tàm in petitorio, quàm in poſſeſſorio in cauſa Principis Roccellæ cum Principiſſa Conchæ.

SUMMARIUM.

1 *Caſus Conſultationis deciſus per S. C. refertur.*

2 *Nullitas contractus, vulgò,* di dar le robbe à partito, *unica conjectura probatur, & quæ ſit iſta conjectura, n. 3.*

4 *Contractus locationis fructuum naſcendorum, an comprehendatur ſub prohibitione* Pragm. 1. de contract.

5 *Nullitas contractus procedit concurrente magno exceſſu pretii in bonis venditis, & concurrente dolo, & enormiſſima læſione, & quid in venditione annui cenſus facta partim pro pecunia, & partim in mercibus æſtimatis, n. 6.*

7 *Cenſus conſtitui non poteſt ex bonis mobilibus etiam extimatis.*

8 *Refertur caſus diſputatus in S. C. in cauſa Principis* Roccellæ *cum Principiſſa Conchæ.*

9 *Examinatur doctrina* Roderic. de ann. redit. q. 9. num. 9.

10 *Cenſus conſtitutus pro re extimata, ſi res deprehendatur minus valere, contractus redditur illicitus pro rata pretii deficientis, & num. 11.*

12 *Expenditur* text. in l. ſi pro mutuo, C. ſi cert. petat, *& n. 13. 14. & 15.*

16 *Cenſus conſtitutus dato nomine debitoris pro pretio, quod eſt minoris extimationis, num validus judicetur.*

19 *Examinatur* deciſ. Milanenſis dec. 2. à nu. 53. lib. 1.

18 *Examinatur* dec. Rovit. 33. n. 17. & 18.

19 *Cenſus emptus pro juſto pretio ſuſtinetur uſque ad legitimum modum, & rejicitur illud, quod legitimum modum excedit.*

20 *Deciſio S. C. tàm in poſſeſſorio, quàm in petitorio pro quæſtionis reſolutione adducitur.*

PEr ſententiam in S. C. in caſu hujus Conſultationis † fuerunt abſoluti conventi vigore con- 1 tractus venditionis annuorum introituum celebrati pro pretio ſuppellectilium, qui contractus vulgò dicitur, *di dare le robbe à partito*, & improbatur per *Prag. 1. 2. & 5. de contract.*

Ad probandam * uſurariam pravitatem talis con- 2 tractus unicam ſufficere conjecturam per hanc *Pragm.* probat *D. Reg.* hic *n. 51.* quamvis duæ requirerentur de jure communi, & ſex fuiſſent probatæ in caſu hujus Conſultationis, & conjectura requiſita ad reddendum contractum illicitum eſt, quod quia vendat bona veriſimiliter illis non indigentibus, vel quod emptor indigebat pecunia, non autem ſuppellectilibus, vel nominibus debitorum, *Thor. in compend. dec. verb.* * *contractus illicitus fol. 123. col.* 3 *2. in fine.*

Ampliatur, ut diſpoſitio * *Pragm.* procedat etiam 4 in contractu emptionis fructuum naſcendorum juxta ea, quæ deciſa habentur *in allegat. 22. & 23. diverſ. apud Reg. Salernit.* & apud D. *Maradei in obſerv. ad ſing. 110. n. 3.*

5 Recipiunt tamen declarationem deciſiones, ut intelligantur concurrente magno exceſſu pretii in bonis venditis, quia tunc contractus verè redditur uſurarius juxtà *dec. Rot.* 30. in recollectis per *Farinac. poſt 1. vol. conſilior. à n. 4. ad* 8. ubi fuit deciſum contractum non eſſe uſurarium, dum de magno exceſſu pretii non conſtabat, quamvis fuiſſet allegatum per emptorem, quod tempore contractus indigebat pecunia, & non tanta quantitate pannorum.

Intelliguntur ſimiliter hæ deciſiones * concurren- 6 te dolo, & enormi læſione, quia ſi contractus celebraretur data pecunia, & mercibus appretiatis per expertos à partibus electos, tunc non obſtaret *Reg. Pragm.* & inſtrumentum eſſet exequendum juxta deciſionem S. C. quam refert *Maſtrill. ad Capyc. dec. 175. n. 6. & 7. & D. Maradei in noviſſ. prax. de præſentat. inſtrument.* typis tradenda *cap. 4. n. 137.* Verum non procedit dicta deciſio reſpectu venditionis annui reditus ad formam *Bullæ*, nam bona mobilia licèt extimata nequeunt dari in cenſum, ut ex *Felician. de cenſib.* advertit *D. Maradei Pater in ſing. 110. in princip.* adeo quod ſi pretium cenſus ſolvatur partim in pecunia, partim in ſpecie æſtimata redditur vitioſa, & illicita conſtitutio annui cenſus, & neque ſuſtineri poteſt reſpectu pecuniæ numeratæ, cùm utile per inutile vitietur, *Leotard. de uſur. q. 43. à n. 24. ad* 28.

Concordat † cum hac Conſultatione alia Con- 7 ſultatio *D. Reg. 125. à nu. 37. ad 46. tom. 2.* in quibus locis firmat, non valere Conſtitutionem cenſus ſuper nominibus debitorum, & ad probandum talem contractum fuiſſe illicitum ſufficere probationem, quod emptor non indigebat nominibus debitorum, ſed pecunia, quemadmodum ſupra diximus.

Hinc * cùm in cauſa Ill. Principis Roccellæ cum 8 Principiſſa Conchæ fuiſſet initus contractus venditionis annuorum introituum ex tot effectibus Reg. Cur. non aſcendentibus ad verum cenſus valorem, fuit prætenſum pro parte Principis contractum eſſe contra formam *Bullæ, & Pragm. 1. de cenſib.* & per conſequens non teneri ad ſolutionem tertiarum, & capitalia aſſignata eſſe reducenda ad effectivum pretium deducto alagio, & ſuperfluum ſolutum cedere debere in cauſam capitalis, & quia de his articulis ſatis doctè differuerunt doctiſſimi Advocati Scribentes pro Principe Roccellæ, ideò ſequens Reſponſum hic inſerere exiſtimavimus cum deciſionibus, quæ prodierunt tàm in poſſeſſorio, quàm in petitorio.

CUm circa contractus nullitatem ſatis ſuperque ſuperioribus allegationibus deductum fuerit, vel ad minus æquiori ſententia, dubium, an veriori, reducendum eſſe ad jus, & juſtitiam pro vero pretii valore conſliterit, abſonum viſum fuit veſtigia ſæpiùs calcata repetere, ac pronas Judicum aures iiſdem rationibus, vix demum nova authoritate defatigare, quapropter cùm en rendere pars videatur, ni reductionem ſortis tantùm concedat, non annuorum introituum, operæ pretium duxi pauca, tam certè novam abſolvere, ac doctrinæ veritatem iiſdem penè authoritatibus in dubium revocare, cùm, ni fallor, potius contrarium aſſererent, ſi rectè, & ſecundum genuinum ſenſum examinentur.

Nec † abſurdum videri poterit, ſi hoc etiam pro- 9 ponatur, annuos introitus pro vera ſorte ad jus, & juſtitiam redactos, antequam fieret, Judicis ſententia, petita reductio, vel donec à creditore bona fides agnoſcatur, nullo modo peti poſſe, imò nec deberi, cùm ex *Roderici* ſententia apertiſſimè fundetur, quærit enim *lib. 1. de ann. red. q. 9. à n. 9.* à quo nimirum tempore intelligatur facta reductio, & loquitur in caſu, quando reditus eſſet exceſſivus, utpotè non ad rationem permiſſam, & reſolvit, quod ſi creditor initio contractus, vel paulò poſt, debitori reductionem offerat, agnoſcendo bonam fidem, reducendus ſit contractus ad rationem quindecimæ etiam invito debitore, niſi malit ſortem ſtatim reddere, ea præcipuè rationa,

ratione, quis cùm creditor velit bonam fidam agnoſcere, & purgando vitium, læſione ſublata, indemnem debitorem reddere, non debet debitor cum aliena jactura lucrari, ideòque concludit reductionem fieri non debere à die contractus, cùm juris rigore nullus cenſeatur, ſed ſolum à die bonæ fidei agnitæ per creditorem, & reductionis per eum, debitori oblatæ, temporia autem interim profluentia interuſurium, omninò creditori perire, nec teneri debitorem prævenire, cùm reductio creditoris commodum ſpectet, ideòque poteſt debitor ſinere tempus labi, & interim uſuram non ſolvere: Cùm igitur in propoſita ſpecie non ſolum creditor reductionem non obtulerit, ſed à debitore præventus, acerrimè recuſavit, non eſt cur petat præteriti temporis uſuras, non agnoſcendo bonam fidem, cùm fœnoris oblitus conventos annuos introitus etiam nunc prætendat.

80 Sed * ut aliquid de articulo delibemus, illud certum eſſe arbitramur adeſſe in contractu annuorum introituum taxationem, ac proindè reducto contractu pro ſorte, annuos introitus ad eandem rationem debere, ea præcipuè ratione, quia quando res, quæ datur extimata pro pretio cenſus, minus valeret, tunc contractus non eſſet ſimpliciter illicitus, ſed pro rata pretii majoris, ut per *Aloyſ. de ſeptimo de cenſib. n. 128. & ſeq. & ibid. Pancald. n.* 8. non igitur contractus reductus eſt novus contractus, ſed idem pro rata pretii minutis, ergò ſubſtantialia illius contractus remanent, nec citra novum partium conſenſum poſſunt alterari. Si igitur ſubſtantialia contractus ſunt pretium, & annui introitus pretio correſpondentes, cùm venditio annuorum introituum ſit contractus emptionis, & venditionis, merito illorum taxatio remanet pro ſuſtinendo contractu reducto, ut putà, ſi partes pro 30. milla, milla, & quingentum v.g. promiſerint, proportionabiliter reducto contractu ad 15. milla, ſeptingentum, & quinquaginta tantummodo, debeantur, cùm annuos introitus pretio correſpondere ad rationem quinque reciproco partium conſenſu pactum fuerit.

81 Cùm tamen maximè in * *Roderici* doctrina *de ann. red. lib. 1. qu. 13. n. 27. & 28.* ſuam pars fundat inſtantiam, ut ſcilicèt reducto contractu ad jus, & inſtantiam annuorum introituum non fiat diminutio, ſed tantummodo ſortis, ac proindè dummodo pro pretio ad quantitatem legitimam reducto, annui introitus, qui antè debebantur, rationem jure permiſſam non excedant, illorum non fiet diminutio, idcircò examinanda eſt illius doctrina, ut apertè innuamus noſtræ potiùs favere ſententiæ, quàm Adverſarii.

82 Propoſuerat * *d. c. Roderic. à n.* 19. an pro reditu ad rationem quatuordecimæ correſpondentia ſeptem pro centenario (quæ in Hiſpaniis tantum permittitur) poſſit dari ſuppellex extimata pro pretio communi extimatione, & poſſe videbatur fundari ex text. *in l. ſi pro mutua, C. ſi cert. petat.* ibi: *Si pro mutua pecunia, quam à creditore poſcebas, argentum, vel jumenta, vel alias ſpecies utriuſque conſenſu extimatas accepiſti, dato auro pignori: licèt ultrà centeſimam uſuram ſtipulanti ſpopondiſti: tamen ſors, quæ extimatione, placito partium definita eſt, & uſurarum titulo, legitima, tantùm rectè petitur,* attamen *n.* 22. contrarium reſolvit, cùm debeat creditor, qui velit reditum emere, & ad Supremum gradum quatuordecimæ, plenam, integram, & liberam ſortem dare debitori, alioquin impoſſibile eſt reditum currere, niſi pro rata ſortis, quæ libera remanet, & à tempore, quo libera venditori annuorum introituum remanſit, *l. eos in fine, C. de uſur.* undè cùm ſuppellex communiter non ſit idonea ad tantam pecuniam promptè comparandam, niſi amiſſa artificis ad minus extimatione, neceſſario, ut contractus ſubſiſtat, illud damnum, ſivè decrementum creditori imputari debet, & à ſorte deduci, in nihilo refragante diſpoſitione, *l. ſi pro mutua,* quia jus civile in hac præſertim parte ſuper uſuris in mutuo nimium indulſit, in quo merito, Pontificio jure correctum eſt, ità ut nec poſſit ab antiquis uſuris argui ad annuos reditus, ex latè deductis per eundem *Rodericum lib. 3. q. 3. per totam.*

His poſitis movet dubium dicto * *nu. 27. & 28.* 83 à parte citato, quid ſi de facto contractum ſit ad rationem ſupremam quatuordecimæ totius valoris ſuppellectilis ſine dicta deductione, & cùm pro ratione dubitandi propoſuiſſet, diſtinguendum videri, quod ſi decremento artificii deducto, reditus maneat impoſitus ad rationem decimæ, vel ultra, ſit reducendus infra quatuordecimam ad rationem ſcilicet quindecimæ, & non habita ratione ad ſortem conventam, & putativam, ſed ad veram ſortem, & reductam, ea ratione, quia ſuperfluum non eſt de ſorte, aut reditus ſit ſupra rationem decimæ, ſeù major decima, & nullus ſit ipſo jure judicandus, tamen *nu.* 28. hanc diſtinctionem plus juſto rigidiorem eſſe aſſeruit, quare aliter diſtinguendum, aut decrementum non excedit decimam ſortis conventæ, & tunc ſufficit reditum reduci ad rationem quatuordecimæ veræ ſortis, aut verò excedit, & reduci ad rationem quindecimæ veræ ſortis, nec ſonullari hæc *Roderic.* Sed nihil ad caſum, tiam in ſpecie propoſita annui introitus ſtipulati fuerant quo ſuppellectili ad rationem ſupremam quatuordecimæ, & ſic reducto ad jus, & juſtitiam contractu, debentur etiam ad taxatam rationem quatuordecimæ, non pro ſorte conventa, & putativa, ſed pro vera, & ad juſtitiam reducta. Si igitur pars intelligit annuos introitus, reducto contractu ad jus, & juſtitiam, remanere ultra rationem taxatam, dummodò decimam in Italia, & quatuordecimam in Hiſpania non excedat, ſed tantum ſorte fieri diminutionem, & hoc nautiquam in *Roderici* doctrina fundatur, ſed contrarium, cùm determinetur remanere annuos introitus anteà taxatos ad eandem rationem quatuordecimæ, non pro ſorte putativa, ſed pro vera. Aut intelligit remanere annuos introitus ad eandem rationem, ſcilicèt taxationem annuorum introituum factam pro ſorte conventa, & putativa, remanere pro vera, & hoc bene in allegata doctrina fundatur, ſed cauſam noſtram decidit, ubi cùm taxati fuerint annui introitus ad rationem ducatorum quinque, & tarenorum trium pro centum pro ſorte conventa, ſequitur reducta ad jus, & juſtitiam pro eadem, ad eandem rationem deberi.

Quod confirmatur * apertius ex eodem *Roderico* 84 loco à parte citato, qui etiam ſtante taxatione quatuordecimæ, ſi exceſſus, ſivè decrementum ſortis ſit ultra decimam, non ad rationem conventam quatuordecimæ, ſed infra ad rationem quindecimæ annuos introitus reduci debere aſſerit, cùm contrarium de jure conſtaret, tùm ex enixa partium voluntate, quæ quatuordecimam taxarunt, tùm ex eadem text. diſpoſitione in dicta *l. ſi pro mutua*, ubi ſi uſuræ ultra centeſimam ſtipulatæ fuerint, legitimæ, id eſt, centeſimæ ipſo jure debentur, ſi igitur hoc caſu aliud in venditione annuorum introituum determinatum fuit, etiam ubi concurrebat partium voluntas in taxatione, in pœnam ſortis integræ non datæ, à fortiori dicendum eſt, ubi reducta ſorte ad jus, & juſtitiam contra partium taxationem augerentur introitus, & dolus creditori in pretii valutatione prodeſſet, ut rationem annuorum introituum excedat citra alterius partis voluntatem.

Accedit * ponderanda *Franciſci Pantaldi* doctrina 85 ſuper *Balla de cenſib. num 8. & 9. & Joannis Aloyſii, de ſeptimo ibidem num. 28. & 29.* attamen nihil

pro

pro parte concludunt, cùm hoc tantum afferant, quod data re pro pretio, quæ ſit minoris valoris, contractum non annullari, ſed pro illo pluri ceſſare, ex notab. *Bald.* doctrina *in cap.* 1. *col. penult. extra de jure jur.* ubi vult, quod ſi excedatur decima emptionis, non annulletur in totum, ſed pro parte, ſi igitur pro parte remanet, ſcilicèt pro ſorte vera non poteſt alteram taxatio annuorum introituum, nam ſi fieret, eſſet novus contractus, & non idem, cum reducta ſorte annui introitus non ad rationem taxatam, ſed ad longè majorem deberentur.

16 Nec aliquid faciunt adducta per * *Maſtrill. à parte cit. in addit. ad Petr. de Gregorio de cenſ. q.* 5. *n.* 177. ubi movet quæſtionem, an ſi pro pretio conſua ſit datum nomen debitoris, valeat contractus, & valere aſſerit, tamen quia reſpectu extimationis debiti, vel propter litis impenſam, vel propter exactorum ſalaria, minus conſequi poterit venditor, aut cum effectu conſequitur, ut traditis per *Corn. conſ.* 37. *verſic. nec tamen* 2. *vol. Alex. de Nevo conſ.* 95. *n.* 3. & 6. *Maſcard. de probat. concluſ.* 661. dubitaodum, ſi debitoris nomen hic deductis aſcenderet ad uncias nonaginta octo in circa, ſi cenſus fuiſſet impoſitus ad rationem decem pro centenario, an eſſet pretium aoncadena unciarum decem annualium, & cum Bulla ſe fundet ſuper quantitate certa, contractus alio modo celebratus reſcindatur, & annulletur; ideòque putat, quod niſi cenſus ſit conſtitutus ad minus decem pro centenario, contractus ſapere uſuram. Nam ex hac doctrina non fundatur, ſolam ſortem reduci non ad annuos introitus, & quatenus vellemus inferre, tunc reduci dabere, ſi ad decimam ſic conſtitutus, cùm eo tantum caſu ſaperet uſuram, ſecus ſi ad minus, & ſic quando annui introitus, etiam reducta ſorte eſſent ad rationem permiſſam, illorum non fieret reductio, tamen præciſa veritate doctrinæ, magna adeſt in caſu propoſito diſparitatis ratio, non enim reducenda eſt ad jus, & juſtitiam ſora, cùm tantumdem à nomine debitoris debeatur, nec minuant ſortem ſalaria exactorum, & litis impenſæ, niſi periculum haberet, & maximam exactionis difficultatem, ubi ſors non tanti valeret, & reductio ſimiliter fieret, tàm reſpectu ſortis, quàm annuorum introituum, ſecus eſt in caſu noſtro, ubi non tanti res valet, quanti fuerit extimata.

17 Ad trutinam etiam revocanda * eſt citata *Milanenſis* doctrina *dec.* 2. *lib.* 2. *à n.* 53. & propriè 63. qui cùm eam ſpeciem propoſuiſſet, an celebrato ſubjugatorio contractu ad formam Bullæ ad rationem permiſſam decem pro centenario, & pretium non aſcendat ad onciaa centum, puta quia tes fuerunt datæ pro pretio, quarum valor aſcendat ad uncias octuaginta, an corruat contractus in totum, vel pro parte, & referendo cit. *Pancaldi ſeptimi*, & aliorum diſputantium pro validitate contractus, concludit *n.* 63. quod ex iiſdem doctrinis deducitur, ut quando res, quæ dantur loco pretii in contractu emptionis, & venditionis annuorum introituum non ſunt valoris, & extimationis decem pro una, tunc non annulletur contractus, ſed reducatur ad modum prædictum, ſcilicèt pro quanto eſt valor, ſeù extimatio rei, pro tanto ratiocinando ad rationem decem pro uno, contractus ipſe ſuſtinebitur, & valebit, quia ſi ementur annui reditus, ſeù cenſus decem, & dantur res, vel nomen debitoris valoris, & extimationis unciarum octuaginta, tunc reducetur contractus ad octo pro ſingulo anno, & annullabitur quoad reliqua duo. Ex hac igitur doctrina hoc tantum deducitur, contractum reduci ad jus, & juſtitiam, & non annullari, & annuos introitus remanere ad rationem in inſtrumento taxatam, ſcilicèt contractus ad rationem decem, pro ſorte reducta ad eandem rationem ſuſtinebitur, neutiquam partium taxationem alterando, & quamvis dicat reducta ſorte à centum ad unciaa octuaginta, annuos reditus ad rationem decem reducti ad octo pro ſingulis annis, & annullari quoad reliqua duo (hoc enim præterquam quod diminutionem continetet) non eſt alterata partium conventionem, imò confirmare, nam correſpondendo octo pro octuaginta ſortis reductæ, eſt correſpondere ad rationem decem conventam, eadem enim eſt proportio decem ad centum, quam octo ad octuaginta. Si igitur taxatio annuorum introituum alterari non debet, quemadmodum in caſu noſtro pro docatis 3 t. m. ſortis conventæ, ſtipulati fuetant annui introitus ad rationem quinque, & tarenorum trium pro centum, ad eandem rationem reducta ſorte ad jus, & juſtitiam debebuntur.

Sed major nobis res eſt cum * *Rovits* doctrina *dec.* 33. *n.* 17. & 18. ex cujus determinatione in caſu penè conſimili noſtram cauſam definiri pars aſſerit, ad terminos enim *Pragm. de mutat. monet.* tradit *Rovit.* fuiſſe ſtatutum debere deduci à ſorte principali quintam partem in caſu redemptionis, reſpectu verò introituum annuorum, ſi conventi fuiſſent ad rationem, octo pro centum, & deducta quinta parte ſortis principalis, non excederent decem permiſſa à *Nicolao Bulla*, ſic illorum ſolutio continuari deberet, non obſtante, quod ſtipulati fuiſſent ad rationem octo pro centenario, argô à ſimili licèt annui introitus in caſu noſtro pro ſorte conventa ſtipulati fuiſſent ad rationem quinque, & tarenorum trium, abſque deductione pro ſorte deducta debebuntur, dummodò rationem decimæ permiſſam non excedant. Nam apertè, ni fallor, contrarium demonſtratur. Primò, quia ſi aliàbi ab exemplo deciſio illa trahi poſſet, nulla authoritate conſtabit, cùm nec *DD.* ſententias addocat, nec alicujus text. diffinitionem. Secundò, quia quod ad publicum per leges generales diſpoſitum fuit, etiam juri tertio competenti præjudicando, non poteſt ad caſum particularem ſub illa non comprehenſum extendi, ubi centus ad formam Bullæ ſtatui debet, ac pretio annuos introitus correſpondere, primo enim caſu etiam citra partium voluntatem poteſt annuorum introituum taxatio alterari, quia ob bonum publicum, & per legem generalem, ſecus in ſecundo, ubi partium voluntas lex eſt, ac proinde nec minui, nec augeri pro arbitrio poteſt, quin jus partis abſque publico beneficio lædatur. Tertiò quia magna adeſt diſparitatis ratio, ibi enim cùm nullus emptoris cenſus, dolus verſetur, & ad permiſſam rationem ſtipulatus fuerit, & pretium, tunc temporis recepta pecunia, ſolutum fuerit, non eſt cur ſolus ſentiat damnum ex mutatione monetæ facta abſque ſua culpa ex Principis reſcripto, huc igitur voluit temperata *Pragm.* ut ſi quintam ſortis amitteret, annuos tamen introitus retineret ad rationem decem, quamvis ad octo ſtipulatus fuiſſet; ſecus autem eſt in caſu noſtro, ubi pretium annuis introitibus conſtitutum tempore conſtitutionis minoris valebat, & dolus ſolventis apertè manifeſtator, igitur non eſt cur in hujuſmodi contractu matam annuis introitibus præſcriptam excedamus.

Patet igitur, * vel partis aſſertionem citatis *DD* 19 ſententiis non fundari, vel apertè contrarium, quod apertiſſima, ni fallor, ratione confirmatur, nam licèt cenſum in juſto pretio emptum ſuſtineri uſque ad legitimum modum ſcriptorum maxima pars ſentiat, nec contractum omninò corruere, ſed corrigendum dumtaxat, & rejiciendum quidquid legitimum modum excedit ex *l. placuit*, & *l. pecuniæ de uſur.* cum concordantibus, addentes ad *Bullam Nicolai V.* & *Pragm. Regis Alphonſi*, *Cyriac. controv.* 545. *numero* 38. & 41. *Salas lib. de cenſib. dub.* 13. *numero* 4. *Guttier. pract. qq. p.* 2. *q.* 176. *n.* 6. & apud Gallos etiam ſervari teſtatur *Tiraq. de retract. lib.* 1. §. 1. *gloſ.* 6. *n.* 19.

ubi

ut hoc modo ſuccuratur debitori, & contractus ad jus, & æquitatem reducatur, tamen poterat ; & alio modo ad juſtitiam, & æquitatem reduci, ſi emptor cogatur, ut poteſt, juſtum pretium ſuppleta, & quod venditoris annuorum introituum interaſſet conſiſtente interim contractu, ut voluit *Ugolin. de uſur. cap. 51. n. 5. Covarr. var. lib. 3. c. 9. n. 6. Navarr. in Comment. de uſur. n. 78. Beninſignius de cenſ. cap. 5. n. 4. Salas de cenſib. dub. 23. n. 3. & 4.* & noviſſimè *Scertia ad ſelectas Conſtitutiones Pontificum theorem. 271. in fine*, æqualiter igitur debitori ſuccurrunt reductio contractus ad veram ſortem, & ſupplementum juſti pretii, his poſitis ; ſi reductio fieret tantum ſortis, & non annuorum introituum, non æqualiter debitori ſuccurreret, quam ſupplementum juſti pretii, quod abſurdum, etenim in caſu noſtro, poſito v. g. quod annui redditus debiti à Reg. Cur. aſſignati pro pratio contractus cenſualis, eſſent veri valoris ducatorum quindecim mille, pro ſupplendo juſto pretio tantumdem aſſignarentur, ut triginta mille veri valoris contineant, hoc igitur caſu habebit venditor annuorum introituum annuos introitus aſſignatos cum Regia Curia, tàm pro prima ſorta conventa, quàm pro ſupplemento, & tamen ſolveret eoſdem annuos introitus conventos, ſecùs eſſet in alio caſu, cum reducto contractu pro ſorte tantum abſque ullo beneficio, eoſdem annuos introitus correſponderet ; igitur hoc ſecundum remedium non æqualiter ſuccurreret, ac proindè quemadmodum dato ſupplemento ſortis fruitur venditor cenſus majoribus annuis introitibus aſſignatis pro pretio ſecundi contractus, ità reducto contractu ad jus, & juſtitiam pro ſorte vera proportionabiliter annuos introitus correſpondere debet, cum non iiſdem annuis redditibus perfruatur.

An autem ſuperfluum, quod fuit ſolutum minuat ſortem, non eſt præſentia inſpectionis, cum factam contractus reductionem requirat, ac proindè poſt latam deductionis, ſeù potius nullitatis ſententiam remittimus demonſtrandum. Hactenùs Advocati Principia Roccellæ.

20 In poſſeſſorio fuit dictum † *eſſe procedendum ad ea, quæ incumbunt, & interim Ill. Princeps Roccella continuet ſolutionem rerriarum*; ut refert *Conſil. Prat. diſcept. forenſ. t. 4. t. 30. n. 23.*

Inſtructo proceſſu fuit lata ſententia tenoris ſequentis referente *D. Conſiliario Hortenſio Pepi ſub die 24. menſis Januarii 1661.*

Per hanc noſtram diffinitivam ſententiam dicimus, decernimus, pronunciamus, ſententiamus, atque declaramus, de capitali ducatorum triginta unius mille ſexcentum decem, & novem, tarenorum quatuor, & granorum trium, contento in venditione annuorum introituum facta per Ill. D. Fabritium Carrafa Principem Roccella in beneficium q. Ill. D. Dorothea de Capua Principiſſa Caſpeli, fuiſſe, & eſſe deducendos, & deduci debere, prout præſenti noſtra diffinitiva ſententia deducimus ducatos quadragintaquinque pro quolibet centenario ex cauſa alagii, & pro remanenti capitali effectivo, deducto alagio, correſpondendum eſſe ad rationem ducatorum ſeptem pro quolibet centenario à die initi contractus, & ſuperfluum ſolutum ultra rationem prædictam ceſſiſſe, & cedere debere in cauſam capitalis, quando pervenit ad ſummam ducatorum quinque mille & ſolutum ultra duc. quinque mille fuiſſe, & eſſe compenſandum cum tertiis poſteà decurſis, & non ſolutis, penes Mag. Didacum de Mercatis Secretarium S. C. in regiſtro ſententiarum anni 1661. fol. 97. & in banca *Anelli de Fuſco Actor. Magiſtr.*

ARGUMENTUM.

Teſtamentum primum an, & quando revocetur per ſecundum, & quid ſi teſtator tempore ſecundi teſtamenti non poterit articulare loqui, ob morbi gravitatem, ſed nutu, & ſignis reſponderet ad interrogationem Notarii, vel alterius, & an legata pia relicta in primo teſtamento debeantur, ſi ſecundum ſit validum, ſed non fuerunt expreſsè revocata, & plura de requiſitis in teſtamento ad revocationem primi, & de clauſula codicillaris.

SUMMARIUM.

1 *Legatum factum Eccleſia debetur non obſtante ſecundo teſtamentu, & numer. 16. eò magis ſi ſecundum teſtamentum ſit nullum, & invalidum, numero 17. vel ſi in ſecundo legatum pium non ſit expreſſè revocatum, numero 18. & 54.*

2 *Teſtamentum ſecundum quando ſit validum, & quid ſi ſecundum ſit factum ad interrogationem viri, n. 3. 12. & 13.*

4 *Quilibet à natura præſumitur ſana mentis, maximè ad declarandum teſtamentum validum, quòd eò magis procedit, ſi Notarius in teſtamento aſſerat teſtatorem fuiſſe ſanæ mentis, cui aſſertioni ſtandum eſt, n. 5.*

6 *Prebatiogeneralis, quod teſtator non habebat intellectum ob morbi gravitatem non eſt ſufficiens ad invalidandum teſtamentum, ſic etiam ſi teſtes deponant, à ſex annis retro uſque ad mortem teſtatorem factum fuiſſe immemorem, & quod non multum erat in ſuo ſenſu, non ex hoc ſequitur, quod fuit ita ſtultus, & demens, ut teſtari ritè, & rectè, non potuerit, n. 7.*

8 *Teſtator in dubio præſumitur articulatè loqui potuiſſe, & bono intellectu, ac bona memoria præditum eſſe, & contrarium aſſerenti incumbit onus probandi.*

9 *Teſtamentum in dubio erit judicandum validum, & primum per ſecundum revocatur, & ſic etiam omnia in eo contenta, num. 10. etiam ſi aliquo jure ſpeciali ſecundum teſtamentum eſſet invalidum, num. 11. & valet, ſi fiat ad interrogationem alterius, num. 13. quicquid dicat in contrarium* Nicolaus de Mattatellia, *n. 14. & procedit, ſive fiat ad interrogationem Notarii, ſive privata perſona, num. 15.*

17 *Legatum pium relictum in primo teſtamento, debetur, ſi ſecundum teſtamentum ſit nullum, & invalidum, vel ſi expreſſè non ſit revocatum, numero 18.*

19 *Legata, vel fideicommiſſa licèt nutu relinqui poſſint, etiam ſi ad interrogationem Notarii teſtator nutu reſpondeat, num. 20. tamen ut valeant, duo concurrere debent, num. 21. Primo, ut teſtator ſit habilis ad loquendum, & ſi articulatè loqui non poſſit, numer. 22.* Contrarium, *num. 23. Sed prima opinio eſt communis; num. 24.* Secundo requiritur, *ut Notarius ſcribat; & ſi teſtator articulatè loqui non poterit, ob morbi gravitatem aſſentiat humeris, & annuat capite, nu. 25. quod non procedit in teſtamento, n. 26.*

26 *Teſtamentum ut ſit validum, requiritur, ut teſtator ſcribat propria manu nomen hæredis, vel proprio ore eum, nominet, & num. 10. & ratio adducitur, num. 27. & non valet, ſi ad interrogationem teſtator manum ſtringat, vel aliud ſignum oſtendat, n. 29.*

28 *Inſtitutio*

Digitized by Google

28 *Inſtitutio ſimplici nutu facta neque inter liberos valet.*
30 *Teſtamentum articulatam vocem, vel ſcripturam requirit, quod procedit ſive agatur de teſtamento militis, ſive patris inter filios, n. 31.*
33 *Miles neque nutu teſtari poteſt.*
34 *Teſtamentum ad pias cauſas nutu fieri poteſt, & eſt communis opinio, n. 34.*
35 *Teſtamentum eſt nullum, ſi teſtator ad interrogationem Notarij reſpondeat, quod ſic. Intellige de teſtamento in ſcriptis, ſecus de nuncupativo, numero 36. Contrarium, num. 38. Intellige, ut num. 39. 40 41. & 42.*
37 *Teſtator an voluerit teſtari in ſcriptis, vel per nuncupationem, colligitur ex lectura, & rubrica teſtamenti.*
43 *Teſtamentum nutu factum non valet quo ad hæredis inſtitutionem, etiam ſi adſit clauſula codicillaris per fideicommiſſum à venientibus ab inteſtato. Contrarium, numero 44. tamen prima opinio eſt magis recepta, num. 45. & de ratione, num. 46. quod procedit, etiam in terris Eccleſiæ. num. 47.*
48 *Teſtamentum conditum ob nimias vexationes, & preces viri, non valet, & primum non tollit, num. 49. Confectum à graviter ægrotante, ſi doceatur, non ſponte, ſed duris, aſperioribus verbis impulſum id feciſſe teſtatorem, non valebit, num. 50. eſt nullum, ſi fiat abſente teſtatore, numero 51. & 52.*
53 *Teſtamentum primum revocatum non cenſetur, ubi ſecundum eſt nullum, & inter liberos factum, etiam minus ſolemne, non revocatur per ſecundum ſolemne, niſi in ſecundo teſtator dicat, nolle valere tale teſtamentum, n. 56.*
55 *Legata pia in generali revocatione non veniunt, quod procedit favore piæ cauſæ, n. 57. & 58. & ſic deciſum traditur, n. 65. & 66.*
57 *Argumentum à favore liberorum ad favorem piæ cauſæ valet.*
59 *Teſtamentum, vel legatum ad pias cauſas non cenſetur revocatum per ſecundum teſtamentum, quamvis adſit clauſula*, caſſans, & revocans alia teſtamenta, *ſed requiritur expreſſa prioris teſtamenti ad pias cauſas revocatio, & ſic deciſum refertur, & num. 63. eſtque communis opinio, n. 64. licèt contrarium tenuerit* Anton. Faber *limita, ut n. 60.*
61 *Legata pia habent clauſulam derogatoriam à lege, ſic etiam teſtamenta inter liberos, n. 62.*

Pro Venerabili Monaſterio S. Auguſtini Majoris de Neap. contra hæredes q. Joannæ Punzæ.

CONSULTATIO LXXI.

LEgatum factum per q. Joannam Punzam in beneficium Venerabilis Monaſterij Divi Auguſtini debere ab hæredibus ſolvi, non obſtante ſecundo prætenſo teſtamento, quod præſupponitur fuiſſe
2 factum per dictam Joannam, † imò potius deberi illud nullum, & invalidum declarari, ex duobus fundatur. Et primò, quia in facto pleniſſimè probatum eſt, teſtatricem per menſem ante prædicti ſecundi teſtamenti confectionem loquelam amiſiſſe, & quod plus, in ipſomet actu, quod nullo modo loquebatur nec loqui valeret, ſed, quod Notarius interrogavit eam, tenens in manu teſtamentum ſcriptum, ut diceret ſibi, ſi illa erat ejus ultima voluntas, ad quam interrogationem nihil reſpondebat, erat enim ob morbi gravitatem, nedum privata facultate loquendi ſed etiam neque intellectu percipere poterat id, quod ſecum Notarius loquebatur. Verùm cùm ſatis importune eam pluries, & pluries fuiſſet vexata à 3
Joan. Antonio Ambdeo ejus viro, ut diceret quod ſic, ipſa tantum annuit capite, prout deponunt quinque teſtes, qui in aſſerto teſtamento interfuerunt, & hoc etiam licèt coactus, depoſuit Joſeph Punzus, unus ex hæredibus ſcriptis in dicto teſtamento.

Verùm pro hæredibus ſcriptis in dicto ſecundo teſtamento dicebatur, quod non ſufficiebat ad invalidandum teſtamentum id, quod teſtes depoſuerunt, * quia quilibet à natura ſanæ mentis præſumi- 4
tur maxime ad declarandum teſtamentum validum, prout ex *Bar. Bald. Zabar. Corn. Socin. Ruin.* & aliis voluit *Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 45. n. 28. Decian. conſ. 127. n. 29. lib. 3. Maſcard. de probat. concl.* 824. *n.* 5. quod tantò magis procedere * debet in teſta- 5
mento, in quo notarius aſſerit, teſtatricem fuiſſe ſanæ mentis, cui aſſertioni ſtandum eſſe dixerunt Zabar. *in conſ. 46. n. 11. in fin. Corn. conſ. 219. col. ult. l. 1. Socin. ſen. conſ. 42. n. 1. l. 2.* & alij per *Menoch. conſ. 683. num. 42.* nec illa probatio generalis, † quod ob morbi 6
gravitatem neque habeat intellectum eſt ſufficiens ad invalidandum teſtamentum, ut reſpondit idem *Menoch. dict. conſ. 685. ſub n. 3.* * ubi quamvis teſtes 7
depoſuiſſent, teſtatorem à ſex annis retro uſque ad mortem factum fuiſſe immemorem, & quod non multum erat in ſuo ſenſu, tenet, quod non ex hoc ſequitur, quod fuit ita ſtultus, & demens, ut teſtari rite, & recte non potuerit, ad quod allegat Corn. *conſ. 261. n. 21. lib. 4. & Boer. in qu. 29. n. 79.* † & in du- 8
bio teſtatorem articulate loqui potuiſſe, & bono intellectu, bonaque memoria præditum eſſe præſumitur, & qui contrarium aſſerit, probare debet. Gabr. *in ſuis commun. concl. tit. de teſtam. concl. 6. n. 5. Bald. conſ. 250. verſ. fin. vol. 4. Mart. in ſumm. ſucceſſ. legal p. 4. qu. 1. art. 3.* ubi etiam, * quod in dubio pro validitate teſtamenti judicandum ſit, * Grat. *conſ. 30. vol. 2. Man- 9
zar. in epit. de fideicomm. q. 49.*

Secundò, reſpectu excluſionis legatariorum, qui ex primo teſtamento veniebant, * dicebatur, habere 10
jus fundatum, quia eo ipſo, quod teſtatrix fecit ſecundum teſtamentum primum dicitur revocatum, & ſic etiam omnia in eo contenta, *§. poſteriore, Inſtitut. quib. mod. teſtam infirm. l. ſancimus. C. de teſtam. Maſcard. de probat. concl. 1282. Jul. Clar. in §. teſtamentum q. 94. Graſſ. in §. teſtamentum, q. 86. Franciſc. de Barry de ſucceſſ. lib. 10. tit. n. 2.* † quod procedere, 11
etiam ſi aliquo jure ſpeciali teſtamentum ſecundum eſſet invalidum, tenent Alex. *conſ. 146. numero 12. & conſ. 177. n. 1. lib. 2. Decius conſ. 164. n. 2. Covar. in rub. de teſtam. par. 2. n. 1.* & alij per *Menoch. conſ. 148. n. 1. & conſ. 857. n. 1.* * Nec etiam obſtare dicebatur, teſta- 12
mentum fuiſſe factum ad interrogationem viri teſtatricis, valet enim teſtamentum conditum ad alterius interrogationem, * *gloſ. in l. jubemus, §. oportet. C.* 13
de teſtam. ubi etiam *Cyn. & Jacob.* Butrig. *Bart.* Bald. & cæteri, reprobata opinione *Nicolai de Mattarellis* aliter ſentientis, * quod etiam ex multis compro- 14
bat Menoch. *conſ. 45. n. 1. 2. & 3. & num. 4.* ampliat, quod nedum ad interrogationem Notarij, * verùm 15
etiam ad interrogationem privatæ perſonæ, Corn. *conſil. 77. numero 4. lib. 4 Ruin. conſil. 2. numero nono libro 2.*

Pro dicto tamen Venerabili Monaſterio prætendebatur, † non obſtante dicto aſſerto ſecundo teſta- 16
mento legatum pium in ejus beneficium factum in primo teſtamento ipſi deberi.

Primò, † quia nulla poteſt haberi ratio prædicti ſe- 17
cundi teſtamenti, tanquam nulli, & invalidi, ſecundò, quia non fuit in eo, † quatenus validum eſſet le- 18
gatum, pium, revocatum, & quoad primum licèt de jure legata, vel fideicommiſſa nutu relinqui poſſint, * *l. nutu, ff. de legat. 3. & l. & in epiſtola, C. de fidei- 19
com. Mantic. de conject. ultim. volunt. l. 8. tit. 1. n. 2. &*

20 19. *Covar. in cap. cum tibi. num.3. de teſtam.* * & etiam-
ſi ad interrogationem Notarij nutu reſpondit, va-
lebit relictum, Corn. *conſil.* 267. *num.* 21. *volum.* 2.
& habetur per Doctores, & præcipuè per Joannem
21 Crot. *in l.* 1. *§. ſi quis ita, ff. de verb. oblig.* † & tamen
ut legatum valeat, duo debent concurrere. Primò, ut
22 teſtator ſit habilis ad loquendum, † & ſi articulatè lo-
qui non poſſit, Bart. *in d. l. nata, Alex. in l. jubemus. C.
de teſtam.* Imò Salic. *in dicta l. & in epiſtola* tenuit
23 quod non valeat legatum, * niſi eo tempore, quo te-
ſtatur reliquit, potuit articulatè loqui, licèt contra
24 ipſum ſit communis opinio, † quod valeat nutu reli-
ctum, licèt eo tempore articulatè loqui non poſſet
25 ut per Covar, * & Manticam *in locis ſupra* proximè
citatis. Secundò, neceſſe eſt, ut Notarius ſcribat, &
quia teſtator articulatè loqui non potuit ob morbi
gravitatem, ideò aſſenſit humeris, annuit capite, ut
voluit *gloſ. & Bart. in dict. l. nutu Odofred. in dict. l. &
in epiſtola, C. de fideicomm.* ubi etiam *Petr. de Bella-
pertic. Bal. Paul. de Caſtr.* & alij Gomez *var. reſolut.
tit. de legat. q.* 12. *n* 2.

26 In teſtamento autem ſecus eſt, * quia & ſi omnes
ſupra dictæ ſolemnitates adeſſent, adhuc ſuſtineri
non poteſt, neceſſarium eſt enim, vel ſcribere pro-
pria manu nomen hæredis, vel proprio ore eum
nominare, *l. jubemus, C. de teſtam. l. diſcretis, C. qui te-
ſtam. fac. poſſ.* ubi Bart. *gloſ. in dict. l. & in epiſtola*, ubi
communiter Doctor. Imol. & Aret. *in l. qui in pote-
ſtatem ff. de teſtam. Socin. jun. in l.* 1. *n.* 33. *ff. de leg.* 1.
*Paul. Æmil. Gall. in tract. de except. quæ oriri poſſunt
contra teſtam. com.* 2. *except.* 2. *par.* 2. *n.* 12. poſt *Roſſ. &
Jul. Clar. Ripol. var. reſol. c.* 13. *n.* 452. *Honded. conſ.* 37.
n. 11. *vol.* 1. *Simon de Prat. de interpret. ult. volunt. lib.*
2 *dubit.* 2. *n.* 5. *& ſeq. Linglois in dec.* 24. *q.* 7. *Gulielm.
de Bened. in cap. Rainnutius, de teſtam. verſ. in extre-
mis, n.* 29. *Calder. conſ.* 41. *tit. de teſtam. Galiaula in l.* 1.
§. ſi quis ita, n. 4. *ff. de verb. oblig. Becc. conſ.* 86. *n.* 20. *&*
30. *Chriſtophor. Mart. examin.* 10. *n.* 34. ubi *in fine* dat
27 rationem ad evitandum fraudes * quia ſi teſtamenta
nutu fieri valerent, cùm etiam & ipſa cadavera, &
mortui ſint capacia nutu ſi forte cubile ab aliquo
premeretur, vel agitaretur, Alex. *in dict. l.* 1. *§. ſi quis
ita, Gram. dec.* 73. *& Laur. dec. Aven.* 32. & ideò a. 36.
28 concludit, † quod juſtior ſibi videtur opinio eorum,
qui tenuerunt, quod neque inter liberos valeat inſti-
tutio ſimplici nutu facta, & cotas allegat *Theſaur. jun.
q.* 99. *l.* 2. *Marta de ſucceſ. legal. par.* 4. *q.* 1. *artic.* 3.
29 qui loquitur in eo † caſu, quando teſtator interroga-
tus, ſi vis me hæredem facere, manum ſtringe, & gra-
viter ægrotus manum ſtringat, vel aliud ſignum
oſtendat, quod nihilominus teſtamentum non valet,
30 quia illud articulatam vocem, * vel ſcripturam re-
quirit, *d. l. jubemus*, quod procedere in quacumque
31 ſpecie teſtamenti * ait, ſive militis fuerit, ſive patris
inter liberos, ſive ad pias cauſas *Mantic. de conject.
32 ultim. volunt. lib.* 6. *tit.* 1. *n.* 29. qui loquitur in milite, *
ut neque nutu teſtari poſſit, Jaſ. *in dict. l. jubemus, n.* 4.
licèt, quod attinet ad teſtamentum ad pias cauſas,
quod poſſit fieri nutu, voluit *gloſ. in cap. cum tibi, de
teſtam.* ubi etiam Covar. Bald. *in l.* 1. *C. de Sacr. Sanct.
Eccleſ. & in l. ſi poſt diviſionem, C. de jur. & fact. ignor.
Barbat. in conſ.* 43. *volu.* 3. *Clar. in §. teſtamentum, q.*
9. *n.* 7. cum aliis congeſtis per *Mart. p.* 4. *q.* 8. *n.* 10. *de
34 ſucceſſ. legal.* & hanc communem † eſſe opinionem di-
cit *Tiraq. de privil. pia cauſa privil.* 8. *verſ. ſed prima
opin. Æmil. Gall. de except. tit.* 2. *de except.* 2. *n.* 3. cum
aliis per *Mart. d. exam.* 10. *nu.* 10. *Anton. Trig. ſing.*
205. *Matth. Weſembec. conſ* 29. *n.* 9.

35 Et, * quod plus, etiam ſi ad interrogationem No-
tarij teſtator reſpondendo dixiſſet, quod ſic, adhuc
invalidum eſſet teſtamentum, quamvis enim *gloſ. in
36 d. l. jubemus* dicat, * tale teſtamentum valere, tamen
eſt intelligenda in teſtamento nuncupativo, ſecus in
teſtamento in ſcriptis, prout optime declarat Joan.
Andr. *in addit. ad Spec. in §. inprimis, de teſtam.* Bald.
in d. l. jubemus, Socin. *conſ.* 92. *vol.* 3. *Caſtr.* in propriis
terminis *in conſ.* 367. *& conſ.* 354. *Bertachin.* qui non-
nullos allegat *in repertor. in* 6. *part. in verb. teſtamen-
tum valet, fol. mihi* 193. & clarum eſt, ſecundum teſta-
mentum fuiſſe in ſcriptis conditum, prout apparet
ex illius lectura, & Rubrica, * ex quibus cognoſcitur, 37
ſi teſtator voluerit in ſcriptis, vel per nuncupatio-
nem teſtari, Afflict. *deciſ.* 143. *Joſeph. Ludovic. in
commu. concl. tit. de teſtam. concl.* 3. cum aliis relatis à
Fuſco *in ſingul.* 10. *litera T. Mandell. conſ.* 414. *Valde-
ſius in addit. ad allegat. primam* Roder. *Suar. ſub num.*
24 & quamvis * *Chriſtoph. Martius* in hoc caſu videa- 38
tur opinionem *gloſſæ* amplecti in eo caſu, quando
reſpondit, quod ſic, ut *dict. exam.* 10. *nu.* 49. & ab ea
non eſſe recedendum in judicando dicat *num.* 51. &
hanc etiam tenuerit opinionem *in deciſ.* 18. *per to-
tam*, tamen dubitari non poteſt, quod admodum
controverſa eſt opinio, † & contra eam tenent ultra 39
DD. ſupra allegatos *Pileus*, & alij allegati ab eodem
Martio dict. examin. 10. *n.* 50. *& Julius Clar. in dict.
§. teſtamentum, quæſt.* 47. dicit quod deberet lege Cæ-
ſarea prohiberi ſimilia teſtamenta ad interrogatio-
nem facta, & difficilem eſſe quæſtionem dixerunt Me-
noch. *dict. præſumpt.* 8. *lib.* 4. *& Theſ. jun. dict. quæ-
ſtion.* 99. & ideò quatenus † eſſet tenenda hæc ſecunda 40
opinio, non ita ſimpliciter eſſet ſequenda, ſed in illo
caſu, quando fuit Notarius à teſtatore rogatus, &
non ab aliis, Decian. *conſ.* 65. *num.* 13. poſt *Socin. conſ.*
92. *nu.* 19 *lib.* 3. *Mant. d. tit.* 1. *nu.* 10. *Rauden. de-
ciſion.* 45. *num.* 28. & quando apparet de mandato, * 41
& voluntate teſtatoris ſcriptum fuiſſe, *Colleg. Pata-
vin. conſ.* 1. *inter conſ. ult. volunt. Theſ. jun. d. quæſt.*
99. *nu.* 12. *&* 14. *Gabr. de teſtam. concl.* 2. *numero* 10.
& in eo caſu, quando de voluntate teſtatoris dubi-
tari non poteſt, * ut conſiderat Martius *in d. deciſ.* 42
18. quæ omnia in caſu noſtro deficiunt, quia nec
teſtatrix reſpondit, quod ſic, nec conſtat de verbo
ejus & voluntate teſtandi, & quod fecit ſcribere
teſtamentum, ex quibus mens ipſius elici potuiſ-
ſet.

Tertiò, in tantum eſt verum, ut teſtamentum
nutu factum non valeat, ut nedum non ſuſtineatur
quoad hæredis inſtitutionem, * etiam ſi adſit clau- 43
ſula codicillaris per fideicommiſſum à venientibus
ab inteſtato, quamvis enim Durant. *de art. teſtand.
tit.* 4. *caut.* 2. *in fin. & Cephal. conſil.* 456. *numero* 55.
Menoch. conſil. 45. *num.* 14. * videantur fuiſſe ſenten- 44
tiæ, tale teſtamentum ſuſtineri poſſe in vim fidei-
commiſſi ex clauſula codicillari, quos ſequitur Fa-
rin. *conſ. crim.* 97. *num.* 5. *libro* 1. † tamen contraria 45
opinio eſt magis recepta, quia ſi teſtamentum eſt
nullum ratione voluntatis teſtatoris deficientis, per
conſequens totum erit nullum, ita poſt Becc. *conſ.* 8.
in fine, Gamm. deciſ. Luſit. 46. *num.* 3. *Borrell. conſil.*
37. *num.* 26. *Theſ. d. quæſt. forenſ.* 99. *num.* 26. voluit
Chriſtoph. Mart. d. exam. 10. *num.* 39. qui addit † 46
quod ſi tale teſtamentum nutu factum ſuſtinere-
tur in vim fideicommiſſi, eſſet aperta via fraudibus;
quod tamen admittit in teſtamento inter liberos
Barbat. * *conſ.* 43. *vol.* 4. *& nu.* 42. idem *Mart.* dicit 47
nec etiam poſſe admitti tale teſtamentum in terris
Eccleſiæ, ex æquitate canonica, Abb. *in dict. cap. cum
tibi de teſtam. Colleg. Patavin. inter conſ. ult. vol. d. c.*
1. *num. ult. Theſaur. jun. d. q.* 99. *lib.* 2. *ſub n.* 3. cum
aliis per eum adductis.

Quartò, * in facto fuit probatum, prædictum ſe- 49
cundum teſtamentum fuiſſe conditum ob nimias
vexationes, & preces viri prædictæ Joannæ, prout
apparet ex ſupra dictis depoſitionibus, quo caſu
ſuccedit legis diſpoſitio, teſtamentum non valere;
Paul. de Caſtr. *in l. hac conſultiſſima, §. & cùm humana
fragilitas, C. de teſtam. Rain. conſ.* 63. *n.* 5. *& Urſil.
in addit. ad dec. Affl.* 69. † ubi in ſpecie dicit, teſtamen- 50
tum

tum factum ad preces, & inſtigationem mari-
ti, non tollere primum, multos eilegent Addenies
ad Dec. *in conſil.* c39. incip. *viſo teſtamento*, conferunt
prædictis allegata per Rod. Suarez *in d. alleg.* 1. *n.* 33.
ſicque teſtamentum à grevites ægrotante factum, ſi
50 doceantur non ſpontè, † ſed dutie, & aſperioribus
verbis impolſum id feciſſe teſtatorem, non velebit,
ita Daniel Moller. *ſemeſtr. lib.* 3. *capit.* 32. *& capit.*
43. *in princ.*
51 Ulcimò, * in facto apparet, teſtamentom fuiſſe fa-
ctum abſente teſtetrite, & ipſa penitus inſcie, cu-
jus præſentia neceſſerie eſt, & *Alexan. & Tob. Non.*
probas *Hieron. Pantzkman. de teſtam. qu.* c3. *num.* 4.
quia prædictus Amodæua vit ſe clauſit tum Notrio
in alia Camere, & ſcribere fecit teſtamentum, dein-
52 de introivit ubi aderet teſtatrix edmodum infirme, *
& eam interrogavit, & teſtementum taliter factum
minimè velere dixit Jo. Andr. *in addit. ad Specul. in
d. §. in primis, & Paul. de Caſtr. in d. conſ.* 376. & in
terminis idem probar *Ludovic. Bellus conſ.* 53. Ex qui-
bus omnibùs crederem, non eſſe dubitandum, præ-
53 dictum ſecundum teſtamentum nullum, * & inveli-
dum eſſe, & cùm ſecundum oon veleat, primum re-
vocatum non tenſetur, *gloſ. in l. fin, qui, ff. de teſtam.
& Oldrad in conſ.* 11.
Et prædicta eò magis procedere debent, cùm tra-
54 ctecur de revocatione legati pii in beneficium † Eccle-
ſiæ S. Auguſtini, quod neqoe fuit ſpecialiter in ſe-
cundo teſtamento revocatum, prout de jure requi-
55 ritur; * non enim ſufficit generalis edemptio, quia
legata pia in generali revocetione non veniunt, ita
Nicol. de Neap. *in l. libertis, §. poſthumis*, per illum
sext. *ff. de alim. & cibar. legat.* ſequitur *Rom. in auth.
ſimiliter, C. ad l. Falcid. & Tiraq. in tract. de privil.
pia cauſa, privil.* 19. innumeros pro hac opinione ef-
fers Surd. *in tract. de alim. tit.* 9. *qu.* 3. *Carroc. dec.* 85.
Muta dec. 41. *n.* 7. cum eliis epud Jo. Baptiſt. de Thoro
in ſumma privileg. piar. cauſ. privil. 206. *Ant. Fab. in
ejus C. tit. de ſacroſanct. Eccl. defin.* 30. *Petr. Greg. ſyn-
tagm. jur. univerſ. lib.* 44. *cap.* 1. *n.* 10. *Franc. de Barry
d. lib.* 10. *tit.* 1. *ſub num.* 6. latiſſimè etiam *Marta*, qui
alios effert *de ſucceſſ. legal. par.* 4. *art.* 61 *n.* 9. & ultre
ipſos, & alios ponderavi tex. *in auth. hoc inter libe-
56 ros, C. de teſta.* † ubi teſtamentum inter liberos factum
etiam minus ſolemne, non revocatur per ſecondum
ſolemne, niſi in ſecuodo teſtetor dicet, nolle velere
tale teſtamentum, & ſic in ſpecie revocatum aſſerit
57 *Mant. d. tract. lib.* 6. *tit.* 2. *n.* 3. † quod debet proce-
dere etiem favore piæ ceuſæ, velet enim argumentum
à fevore liberorum ad favorem piæ cauſæ, Paul. de
Caſtr. *in d. l. & in epiſtola, C. de fideicomm. Surd. in d.
tract. de Alim. tit.* 2. *q.* 15. *n.* 126. *Menoch. præſumpt.* 161.
58 *n.* 40. *lib.* 4. quod in * terminis favore piæ ceuſæ dixit
Maynard. lib. 5. *decif.* 21. ubi refert, Tholoſæ jodica-
tum fuiſſe, primum teſtamentum ed pias cauſes, purà
59 pro Xenodochio factum, * ſive ageretur de inſtitu-
tione, ſive de legato, non cenſeri revocatum per ſecon-
dum teſtementum, licèt poſterius contineret cleuſu-
lam generalem, *caſſans, & revocans alia teſtamen-
ta*, nam neceſſe eſt, ut teſtementum ſecondom conti-
neet ſpecialiter priorie ad pias caoſes facti revoca-
tionem, & eum ſeqoitur *Franciſ. de Barry de ſuc-
ceſſ. teſtam. d. lib.* 10. *tit.* 1. *n.* 27. obi dicit, cevendum
eſſe ab Ant. Fab. *in ſuo Codic. libro primo, tit. ſecundo
diffin.* 6. *&* 39. qui contrarium tenuit, duos caſus
enumerans, quod tamen limitari poteſt, quan-
60 do ſecundum teſtementum † eſſet factum poſt cor-
ſum decennii, *Mantic. de conject. ultim. volu. libro*
6. *tit.* 3. *numero* 46. *Maſcard. concluſ.* 1288. *n.* 7.
Vaſquez de ſucceſſ. creat. lib. 3. *§.* 22. *n.* 17. *Barry ubi
ſupra ſub d. num.* 27.
61 Et quidem probatur etiem, * qoia diſpoſitiones, &
legata pia habent clauſulam derogatoriam à lege,
prout per *Tiraquell.* in allegato *tract. de privileg. pia
cauſa*, ed ſimilitudinem teſtamenti inter liberos, * 62
prout in *d. auth. inter liberos, & in auth. de teſtam. im-
perfect. §. & ſi quidem, collu.* 8. Soc. jun. latè *in conſ.* 124.
n. 5. ex *Maynard. Montic. & Maſcar.* probat idem de
Thoro * *in d. ſumma in priv.* 35. & propterea per ſe- 63
cundum teſtamentum non revoceotur, niſi de eis ſpe-
cielis mentio fiat, imo habetur, ac ſi voluntatem non
motaſſet, commonis opinio eſt *Bart.* & aliorum *in l.
ſi quis, in princ. ff. de legat.* 3. † & commonem eſſe opi- 64
nionem teſtantor Alex. & Jeſ. *in l. ſancimus, C. de te-
ſtam. & in l. ſi mihi*, † *& tibi, §. in legatis, ff. de leg.* 1. 65
Soc. jun. in d. conſ. 124. concludo igitur teſtamentum
ſecundum legaris piis non officero, junctic aliis addu-
ctis per eundem Thorum *in* 2. *par. compendii deciſ.
verb. teſtamentum ſecundum*, ubi affert deciſionem
Sacri Conſilij.
Et Ego dum alies ennis præteritis ſimilis cauſa
tractaretoe in S. C. † inter templum Virginum di- 66
ctum *delle Papere*, & Eccleſiam SS. Apoſtolorum,
quæ Ego defendebam in S. C. corem Reg. Conſil. D.
Jo. Sances de Lune, obtinui, legete pse deberi non
obſtante ſecundo teſtamento, & ad prædicte legata
fuit condemnatus Doctoe Philippus Gajullus, quia
in ſecundo teſtamento non aderat ſpecielis revoca-
tio, in Banca Fabricij Romani, & copie ſententiæ ap-
paret in boc proceſſu, prout ex omnibus edductis ju-
dicandum puto in præſenti caoſa ad beneficium Mo-
naſterij S. Auguſtini.

*Fuit mihi relatum, quod partes ad concordiam de-
venerint.*

OBSERVATIO IN CONSULT. LXXI.

ARGUMENTUM.

Oſtenditor teſtamentum ad pias caoſas conditum ed interrogetionem, & nutu, non valere, maximè in teſtatore correpto morbo apoplectico, ob quod non poteret erticuletè loqui; Tranſcribitor Reſponſum *D. Franciſci Maradei*, brevius, & clarius reſpondenris in ſenſo veritatis pro reſolutione dicti articuli; Altius exeminantur termini clauſulæ derogetoriæ à lege, & ab homine, treditis quinque exemplis quibus inducitur ſpecielia revocatio dictæ clauſulæ; Et quid quando utrumque, vel plura teſtamente fecta proponuntur cum clauſulis derogatoriis ed piae cauſas; Articulos illuſtrator noviſſime deciſione *S. R. C.* quæ prodiit ſub die 20. Junij 1682.

SUMMARIUM.

1 *Caſus qui controvertitur in principio* Conſult. 71. D. Reg. Capyt. Latro *proponitur.*
2 *Reſponſum editum per* D. Franciſc. Meradei *adducitur pro declaratione hujus Conſultationis.*
3 *Facti ſeries.*
4 *Teſtamentum factum ad interrogationem alterius cum ſimplici nutu, vel ſignis num ſuſtineatur.*
5 *Et quid in teſtamento ad pias cauſas, vel favore libererum.*
6 *Et quid in teſtamento condito ab apoplectico.*
7 *Teſtamentum conditum num ad pias cauſas ſuſtineri poteſt, conſtituto liquido de voluntate teſtatoris, & quod idem poterat articulatè loqui, & num* 8.
9 *Mutus, & Surdus de jure teſtari non poſſunt.*
10 *Teſtamentum imperfectum ratione voluntatis num ſuſtineatur favore pia cauſa, vel inter*

liberes.
11 *Hares inſtitutus in teſtamento imperfecto ex defe-
ctu voluntatis num hareditatem tuta conſcientia
ſibi cetinere poſſit.*
12 *Teſtamenta, & legata ad pias cauſas num re-
vocentur per ſecundum teſtamentum non continens
clauſulam derogatoriam.*
13 *Aſſeritur diſtinctio inter clauſulam derogatoriam ab
homine, & à lege.*
14 *Clauſula derogatoria ab homine quomodo concipi
ſolet, refertur, & de ratione cur requiratur
ſpecialis derogatio, & cur apponi ſoleat à teſta-
toribus, & n. 15. & 16.*
17 *Specialis revocatio quomodo fieri debeat, aſſe-
runtur exempla, & numero 18. 19. 20. &
21.*
22 *Generalis derogatio primi teſtamenti, quando ſuf-
ficiat, & num. 23.*
24 *Clauſula derogatoria à lege eſt illa, qua tacite
ineſt in teſtamento inter liberos, & ad pias cau-
ſas.*
25 *Teſtamentum conditum inter liberos, vel ad pias
cauſas revocatur per ſecundum factum pro cau-
ſa profana cum ſimplici cauſa* caſſans, irritans,
& annullans omnia alia teſtamenta, *exiſten-
tibus conjecturis; quod teſtator ſuam mutaverit
voluntatem.*
26 *Teſtamenta plura, quando facta proponuntur ad
pias cauſas, num unum tollatur per aliud.*
27 Altograd. conſ. 65. à num. 15. ad 18. *adduci-
tur pro reſolutione quæſtionis.*
*Refertur caſus, qui incidit diſputandus in S. C. ſub
die Junij 1675. in quo quatuor teſtamenta facta
proponebantur, & refertur deciſio, qua prodiit
ſub die 20. Junij 1682.*

1 Contiovertitur in principio *Conſultationis* de
validitate teſtamenti conditi per teſtatorem
capite annuentem, tempore quo ob morbi gra-
vitatem non poterat articulate loqui, nec percipe-
re illud, quod ſibi à Notario dicebatur, &
quatnvis *num.* 31. limitare videatur concluſionem
favore piæ cauſæ, tamen quia hoc non tranſit
ſine maxima controverſia, & contrarium in ſenſo
veritatis, pro declaratione hujus *Conſultat.* ſatis
2 aperte, & brevius diſſeruit amiciſſimus meus * *D.
Franciſcus Maradei* in ſequenti ſuo juris Reſponſo,
ideò hic illud imprimendum curavimus.

3 Mortuo Rev. * D. Dominico la Regina de
Terra Mormanni in præſenti anno 1671.
morbo apoplectico, vulgò *goccia*, qui ei abſtulit
ſenſum, & loquelam, fuit delata ejus ſucceſſio
Rev. D. Rogerio de Loria, & aliis ejus Nepoti-
bus ab inteſtato venientibus, & licèt aliqui con-
tendant ſpectare ejus hæreditatem ad Ven. Cap-
pellam de Monte Carmelo ejuſdem Terræ ſub præ-
textu, quod dum dictus D. Dominicus jacebat
in lecto tali morbo correptus fuit interrogatus,
ſi intendebat inſtituere hæredem dictam Ven. Cap-
pellam, ejus imaginem oſculatus fuit, nihilomi-
nus quantum ſit vana, & inanis hæc prætenſio
ex ſequentibus juridicis concluſionibus demonſtra-
bimus.

4 Prima concluſio eſt; * Teſtamentum factum ad
interrogationem alterius cum ſimplici nutu, vel
ſignis non valere præſertim exiſtente infirmo in
ſtatu infirmitatis gravis, & lethalis, cùm tunc
præſumptio urgeat contra teſtamentum juxta com-
munem traditionem, *DD. in l. jubemus, C. de te-
ſtam.* firmatam per *Roman. conſ.* 306. *numero* 6.
verſic. ego verò pro veritate, Corneus conſ. 73. *nu-
mero* 5. *&* 6. *lib.* 1. *Menoch. conſ.* 45. *Spad. conſ.*
90. *numero* 8. *lib.* 1. *Mantic. dec.* 60. *Rota dec.*
288. *&* 346. *p.* 9. & alij apud *Cardin. de Luca
de teſtam. diſcurſ.* 39. quæ concluſio procedit etiam
in teſtamento ad pias cauſas, & favore liberorum,
ita quod ſi pater † ipſe loqui non valens ſolo 5
nutu, vel ſignis inſtitueret filios in ſuo teſtamen-
to, tale teſtamentum non valeret, & inſtitutio
filiorum corrueret, ſecundum *Bald. & Angel. in
l. jubemus, C. de teſtam.* ubi *Angel.* facit mentio-
nem hoc accidiſſe de facto Peruſij in Epiſcopo Pe-
ruſino, qui patri ſuo loqui non valenti, & in ul-
timis conſtituto dixit verba hæc: *Si vis, pater,
quod hæres tuus ſim, ſtringe manum meam*, cùm, &
pater ita ſtrinxit, & nihilominus fuit judicatum
teſtamentum hoc non valere, & hanc opinionem
ſequitur, & communem ait *Bertrand. conſ.* 129.
num. 44. *cum ſeqq. vol.* 8. *Angel. in l. ſeaudem, §.*
1. *de teſtament. milit.* ubi *Bald. Angel. & Jaſ. nu.*
4. *DD. in l. jubemus Tiraquell. de privileg. pia cau-
ſa in* 8. *privil. col.* 1. in terminis punctualibus te-
ſtamenti conditi ab apoplectico, ſeu paralytico nu- 6
tu capitis, & motu digitorum, vel brachiorum
illud nullo modo valere, vel ſuſtineri poſſe, de-
ciſum refert *Maynard. dec.* 7. *lib.* 5. *Renat. Cop-
pin. de Morib. Pariſior. lib.* 2. *tit.* 4. *numero* 21.
cum ſeqq.

Nec in hoc aliquid ſuffragatur favor piæ cauſæ,
ut bene per *Angel. de Peruſio in l. jubemus numero*
1. *C. quemad. teſtam. ordinen.* & licèt aliqui *DD.*
contrarium attentaverint, ut per *Tiraquell. de pri-
vileg. pia cauſa privil.* 8. & per alios congeſtos per
Mart. de ſucceſſ. leg. par. 4. *qu.* 8. *art.* 3. *numero*
10. quos refert *Reg. Capyc. Latr. Conſult.* 71. *nu.*
33. *&* 34. eorum tamen opinio recipit declaratio-
nem, ut vera ſit, ſi de voluntate teſtatoria liqui-
dò conſtare poſſit, ut declarat idem *Mart. in fine,*
laudando * *Covarr. in cap. cum ſibi, de teſtam.* & 7
in caſu quando teſtator poterat articulate loqui,
& non erat oppreſſus ſic gravi, & lethali infirmi-
tate, prout reperiebatur dictus de Regina, quia
tunc faciunt ad propoſitum verba *text. in l. jube-
mus,* 29. *C. de teſtam.* ibi: *Si enim talis eſt teſta-
tor, qui neque articulate loqui poteſt, mortuo ſimilis eſt,
& falſitas in elogiis committitur, & gloſ. in verb. com-
mittitur,* ibi: *Committeretur de facili, ſi permittere-
mus tales teſtari,* & explicat in terminis teſtamenti
ad pias cauſas idem *Tiraquell. cit. privileg.* 8. *ver-
ſic. an miles,* per quem *text. Cyn.* in puncto dicit,
quod ſi teſtator interrogetur, *an talem inſtituat hæ-
redem,* & reſpondeat, *quod ſic,* ſi teſtator articu-
latè loqui non poterat, nullum eſſet teſtamentum,
cùm mortuo aſſimiletur, † nam cum ſit extra me- 8
moriam, neſciat, quid loquatur, & ſi tunc quæ-
reretur ab eo interfeciſſe hominem, reſponderet *ſic,*
quod etiam firmavit *Bart. Alberic. Paul. de Ca-
ſtro,* & alii apud *Conſil. Hodiern. controv. forenſ.
cap.* 36. *num.* 27. 28. *&* 29. ubi adducit *Corneum
in conſ.* 73. *vol.* 4. *verſic. & ponderando, lib.* 1. *&
Laderch. Imol. in conſ.* 39. qui ſcripſerunt pro in-
validitate inſtitutionis uti voluntate carentis, ex
quo teſtator interrogatus, reſpondit annuendo ca-
pite, quia hoc modo oſtendebatur non intellige-
re, nec animum habere teſtandi.

Secunda concluſio eſt muros, * & ſurdos de 9
jure teſtari non poſſe ex *l.* 1. *& l. qui in poteſta-
te, §. ſurdus, ff. de teſtam. & qui teſtam. facer. poſſ.
& in l. diſcretis, C. qui teſtam. facer. poſſ.* nec etiam
ad pias cauſas, ut tenuerunt *Roman. & Jaſ. in
dicta l. diſcretis, Bald. in l.* 1. *C. de Sacroſ. Eccleſ.
Vaſq. controv. illuſtr. cap.* 103. *num.* 7. *Tiraquell.
de privileg. pia cauſa privil.* 9. *Michalor. de cæco,
ſurd. & mut. cap.* 57. *Zacchia qq. Medicolegal.
lib.* 2. *tit.* 1. *q.* 8. *num.* 28. Undè quomodò te-
ſtari poterat D. Dominicus la Regina, qui non ſo-
lum erat mutus per accidens, ſed oppreſſus ſic le-
thali

Digitized by Google

thali, & gravi apoplexia, vulgò *goccia*, per quam jacebat tanquam mortuus, in quibus apoplecticis habent locum omnia, quæ procedunt in mutis, & hominibus furioſis, aut mortuis ex eodem *Zacchia in cit. lib. 8. tit. 1. q. 14. n. 1. & 3.*

10 Tertia concluſio eſt, * teſtamentum imperfectum ratione voluntatis non valere, nec ex eo debetur hæreditas, nec legata, etiamſi eſſent ad pias cauſas, quoniam etiam favore piæ cauſæ non ſuſtinentur, ut latè *Covarr. in cap. relatum n. 9. C. de teſtam. Guid. Pap. dec. 583. Amat. conſ. 61. Gamm. dec. 321. nu. 3 Cancer. lib. 3. var. reſol. cap. 20. n. 4. 6.* & firmavit *Roman. in repet. Auth. ſimiliter col. 20. in 18. q. C. ad l. falcid.* & quod iſthæc ſententia ſit vera & de jure procedat tam ſecundum juris civilis rigorem, quàm ſecundum canonicam æquitatem, innuerunt *Anton. de Butrio, Ancharan. & Oldrad. in conſ. 129.* cum aliis cumulatis per *Viv. in dec. 83. n. 11. p. 1.* & per *Reg. Capyc. Latr. dec. 7. n. 29. Cardin. de Luca de teſtam. deciſ. 8. n. 6. & diſc. 11. n. 8.* ubi teſtatur de veriori, & magis recepta opinione aſſignando rationem, quod defectus voluntatis eſt defectus juris naturæ, cui privilegia per jus poſitivum piæ cauſæ conceſſa derogare non poſſunt, & de hac communiori ſententia teſtatur *Viv. opin. 880. n. 1.* ubi dicit fatuum eſſe ab ea recedere, & refellit *Abb. & Tiraquell.* tanquam ſine aliqua concludente ratione loquentes. Comprobat *Ricc. in addition. ad eund. Tiraquell.*

Imò nullo jure cautum reperiri teſtamentum imperfectum ratione voluntatis ſuſtineri inter liberos, vel favore piæ cauſæ, tradidit *Conſil. Hodiern. controv. 36. n. 79. & 80.* quare communis Canoni-
11 ſtarum, & Theologorum ſententia eſt, * quod hæres in teſtamento imperfecto ratione voluntatis inſtitutus hæreditatem prædictam in conſcientia retinere nequeat, ſed ab inteſtato ſucceſſoribus reſtituere teneatur, *gloſ. in cap. quæ in Eccleſiarum*, quam commendat *Bald. & Abb. in proœmio Decretal. num. 4. Gomeſ. in l. 3. Tauri. num. 123.* plenè *Menoch. de præſumpt. lib. 1. præſumpt. 9. & 8.*

Inſuper habemus in facto, quod cùm fuiſſet idem teſtator poſt intervallum quinque horarum interrogatus à Rev. Archipresbytero ejuſdem Terræ, ſi hæredem relinquere intendebat D. Rogerium de Loria ſuum Nepotem, pariter affirmavit per Nutum; Undè neſcio, quo pacto affirmari poteſt talem aeream diſpoſitionem, vel aſſertum teſtamentum, quod figuratur conditum ad favorem Ven. Cappellæ de Monte Carmelo eſſe perfectum, quando nec ratione voluntatis, nec ſolemnitatis tale dici poteſt, cùm voluntas per teſtatorem non fuerit declarata, nec poterat declarare verbis tacitis, neque expreſſis, dum reperiebatur ſenſibus deſtitutus, & tali morbo lethali, & apoplectico oppreſſus, qui ei demum vitam abſtulit.

Franciſcus Maradei.

12 Pergit ulterius * *Reg. Latro* diſputando à *num. 59.* cum primum teſtamentum, vel legata ad pias cauſas cenſeantur revocata per ſecundas tabulas non continentes clauſulam derogatoriam, ſed tantum illam generalem, *caſſans, & revocans alia teſtamen-*
13 *ta*, & in hoc non invenio *DD.* concordes, † ſed diſtinguentes plures caſus, nempè inter clauſulam derogatoriam ab homine, & clauſulam derogatoriam à lege.

14 Clauſula derogatoria ab homine eſt illa, * quæ opponitur in primo teſtamento, & concipitur non verbis generalibus, ſed ſpecialibus, prout ſi teſtator dixit, *quod ſi contingat me aliud teſtamentum facere nolo illud valere, ſed ei per hoc præſens derogatum, niſi in eo ad verbum ſcripta ſit tota Salutatio Angelica, etiamſi nominatim hujus teſtamenti meminero*, vel ſi dixerit teſtator, *nolo aliud teſtamentum faciendum per me valere, niſi in ejus principio ſit poſita oratio Dominica*, vel adfuerit clauſula derogatoria appoſita, *quod non intelligatur primum revocatum, niſi futura teſtamenta forent conſcripta vulgari ſermone, & in eis inſerta, & regiſtrata verba illa, gaudium cum pace*, ut fuit caſus, in quo ſcripſit, & obtinuit pro validitate primi teſtamenti *Cyriac. controv. 360. vol. 2.* in his enim caſibus non ſufficit generalis derogatio in ſecundo teſtamento, ſed requiruntur ſpecialis amplioribus, & efficacioribus verbis, ut conſiderat *Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 166.*

Ratio hujus concluſionis, * quia per talem proteſtationem palam fit poſterius teſtamentum carere defuncti voluntate, juxta *text. in l. aliena 6. ff. de acquir. hæred.* & ibi *Bart.* quia clauſula derogatoria ad futura teſtamenta reddit nos certos de conſenſu deliberato in eadem priori diſpoſitione, & de defectu voluntatis teſtatoris in ſequenti, *Decian. conſ. 582. Alex. conſ. 163. vol. 7. & conſ. 134. ſub num. 1. verſ. quinto vol. 1. Curt. jun. conſ. 169. Caſtrenſ. conſ. 206. & conſ. 184. vol. 1. Natta conſ. 639. Pariſ. conſ. 24. num. 9. vol. 2. & conſ. 10. n. 9. vol. 3. Cephal. conſ. 375. Rum. conſ. 5. & conſ. 22. & 145. vol. 3. Nevizan. conſ. 63. ſub num. 19. Gozad. conſ. 9. num 26. Durand. de art. teſtand. tit. 10. cautel. 8. ſub num. 2. Socin. jun. in dicta l. ſi quis in principio teſtamenti 22. num. 14. Didac. Spinus de teſtam. f. 413. num. 38.* 15

Ratio cur apponi ſolet à teſtatoribus clauſula * 16 derogatoria, & affectari ſolet ab hæredibus ea eſt, ne à conſanguineis inducatur ad aliud condendum teſtamentum, & ut per revocationem ſimpliciter faciendam apparenter ipſis ſatisfaciant per fictam, & ſimulatam poſteriorem diſpoſitionem, quam lex tunc præſumit fuiſſe factam ad ſuggeſtionem, ut conſiderant *DD.* & præſertim *Cyriac. controv. 360. n. 46. 47. 48. & 76. Cardin. de Luca de teſtament. diſc. 76. num. 6. & 7.*

Specialis revocatio * ſub quinque exemplis fieri 17 poteſt, ut tradit *Barri de ſucceſſ. lib. 10. de reſol. teſtam. tit. 8. num. 20.*

Primum exemplum erit, * ſi in ſecundo teſta- 18 mento dicat, *non obſtante clauſula derogatoria de oratione Dominica, illud primum teſtamentum meum revoco.*

Secundum exemplum, * ſi teſtator dixerit; *non* 19 *obſtante alio teſtamento à me facto, & clauſulis derogatoriis in eo adjectis.*

Tertium, ſi dixerit, * *non obſtantibus quibuſcum-* 20 *que verbis in primo teſtamento ſcriptis, etiam ſi de eis eſſet neceſſarium facere ſpecialem mentionem, quorum tenorem volo habere pro expreſſo.*

Quartum, ſi dixerit, * *non obſtante tali teſtamen-* 21 *to manu talis Notarij conſcripto*, & quamvis idem *Barri* refert *DD.* diſſentientes ab hac ſententia, nempè non ſufficere expreſſionem Notarij, & diſs. niſi adſit aliqua præſumptio oblivionis ipſius clauſulæ, tamen contrarium judicatum teſtatur *Arreſt. Tholoſæ menſe Auguſti 1595.*

Hocque exemplum, * & quintum potius con- 22 numerari poteſt inter generales derogationes, quam inter ſpeciales, quemadmodum ſi teſtator dixerit, *caſſans omne aliud teſtamentum à me factum, volo hoc ultimum valere*, vel ſi dixerit, *non obſtante quocumque teſtamento, & diſpoſitione prius facta*, vel *non obſtante teſtamento rogato à quocumque Notario, & quacumque verborum forma concepto*, hocque locum ſibi vindicabit etiam in caſu, quo teſtator proceſſerit ad revocationem teſtamenti rogati à tali

Notario juxta ſupra tradita à *Barri*, nam & ſi revocatio dici poſſit ſpetialis reſpectu teſtamenti, generalis tamen dicitur reſpectu proteſtationis, ob quam requiritur ſpecialis derogatio; Conſideratur enim teſtamentum dupliciter reſpectu formæ, & contextualitatis, reſpectu quarum dicitur unum, reſpectu verò materiæ, & contentorum in eo, dicitur multiplex, & conſideratur tamquam genus, quod prædicatur de ſingulis diſpoſitionibus in eo contentis, tamquam de ſuis ſpeciebus, & ſingulæ diſpoſitiones deindè prædicantur de ſuis individuis, ideò mentio de teſtamento ſemper dicitur generica reſpectu diſpoſitionum particularium, niſi revocetur ſpecialiter clauſula derogatoria juxta *Socin. in l. ſi mihi, & tibi* 12. *§. in legatis ſub numer.* 5. *& 6. ff. de legat.* 1. idem *conſ.* 163. *ſub num.* 6. *& 7. volum.* 2. ſequitur *Ruin. conſ.* 5. *ſub numer.* 4. *& 6. volu.* 2. *Mantic. de conject. ult. volunt. dicto lib.* 12. *tit.* 8. *num.* 9. *Rubens conſ.* 24. *ſub numer.* 4. & ante eos *Imola in l. ſi is qui* 25. *ſub num.* 9. *ff. de teſtam. fol.* 40. *col.* 4. *dicti folij & in cap. cum eſſes* 10. *ſub num.* 31. *extr. tod. tit. de teſtam. fol.* 231. *col.* 3. *dicti folij.*

23 † Sufficit nihilominus ſupra tradita generalis derogatio facta per teſtatorem condentem ſecundum teſtamentum, revocans præcedens rogatum à tali Notario, quando teſtator in primo teſtamento appoſuit generalem clauſulam derogatoriam ſimpliciter dicendo, *quod ſi faceret aliud teſtamentum, nolebat illud valere*, *Cyriac. controv.* 360. *n.* 72. *&* 75. ubi tradit hoc diſcrimen inter clauſulam derogatoriam generalem, & ſpecialem.

† Clauſula derogatoria à lege eſt illa, quæ ineſt
24 à lege, & ſubintelligitur in teſtamento facto inter liberos, & in teſtamento ad pias cauſas.

* Hinc eſt, quod facto teſtamento inter liberos,
25 & poſtmodum confecto ſecundo, in quo extraneus hæres inſtituitur cum clauſula generali, *non obſtante quocumq; teſtamento*, non revocatur primum, niſi adſit ſpecialis revocatio ſub illis verbis, *non obſtante quocumque teſtamento inter liberos condito*, juxta text. in *auth. hoc inter, C. de teſtam.* & ex *Mantica, de Peris, & Clar.* advertit *D. Barri de ſucceſſ. cit. lib.* 10. *tit.* 1. *n.* 27. & poſt *Viv. dec.* 29. alias deciſiones refert *Fontanella dec.* 203. *nu.* 3.

Neque teſtamentum ad pias cauſas revocabitur per poſterius factum ad cauſas non pias continens clauſulam generalem, *caſſans, & revocans alia teſtamenta* juxta deciſionem *Maynard.* relatam per *D. Barri, & D. Regentem* hic *n.* 59.

Verum ſi cum ſecundo teſtamento concurrant ſufficientes conjecturæ, ex quibus Judex induci poterit ad credulitatem, quod teſtator mutaverit primam voluntatem, & voluerit decedere cum prima diſpoſitione, hoc ſufficit pro ſpecifica derogatione primi teſtamenti, quamvis non ſit facta expreſſa mentio, & derogatio cauſæ piæ quemadmodum fuit habitum pro indubitato per S. C. apud *Rovit. dec.* 56. *à n.* 15. *uſque ad finem.*

26 * Major eſt difficultas, ſi utrumque teſtamentum ſit factum ad pias cauſas, & in hoc refert contradictionem inter *Mantic. & Maſcard. D. Barri ubi ſupra numer.* 28. *in fine*, verum caſus inibi propoſitus eſt de primo teſtamento condito coram ſeptem teſtibus, & de ſecundo coram duobus, & de primo teſtamento favore piæ cauſæ, & de ſecundo condito inter liberos, ſcripſit *Reg. Rovit. conſ.* 93. *tom.* 1. Undè quæſtionem melius reſolvere videtur *Altogr. conſ.* 65. *à numer.* 15. *ad* 18. ubi conſiderat attendendum eſſe, * quodnam
27 teſtamentum ſit favorabilius piæ cauſæ uti magis gravatum legatis, & *Authoris* verba ſunt hæc: *Nec dicatur, quod ſicuti hujuſmodi clauſula derogatoria ad ſequentia teſtamenta debebat ſubaudiri in ſecundo teſtamento ad pias cauſas, ita etiam ſubintelligenda eſſet in ultimo pariter piis loci favore emanata, nam contrarium verius eſſe, hoc eſt, dictam clauſulam derogatoriam ſubintelligi in poſteriori teſtamento contra primi etiam in liberos, aut favore pia cauſa, poſt Nate. quem allegat, ſcribit Aymon conſ.* 903. *num.* 3. *verſic. viceque contraria, & ideò ſi factum ſit primum teſtamentum inter liberos habens expreſſam, & tacitam derogatoriam ex authoritate legis juxta text. in auth. hoc inter liberos, C. de teſtam. in ſecundo quoque opus eſt exprimere hæc verba, ſcilicet, non obſtante quocumque alio teſtamento etiam inter liberos, & non obſtante clauſula derogatoria in eo contenta, tollendo ſic utramque derogatoriam expreſſam ſcilicet, ſi adſit, & tacitam, Caſtr. in auth. inter liberos nu.* 5. *C. de teſtam. Alex. conſ.* 163. *num.* 7. *lib.* 7. Ruin. *conſ.* 10. *nu.* 4. *lib.* 2. *Bardellon. conſ.* 44. *nu.* 1. *per tot. lib.* 1. *Menoch. conſ.* 170. *nu.* 1. 2. *optime Burſat. conſ.* 307. *n.* 123. *Jo: Botta dicto conſ.* 104. *nu.* 36. *idque præcipue in caſu noſtro locum habere debeat, cùm ultimum teſtamentum ſit minus favorabile uti magis gravatum legatis, ſecundum verò favorabilius ſit, uti legatis non tot, nec tantis refertum, Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 605. *numero* 28. *in hac autem quaſtione, & ad effectum, de quo agitur, attenditur quodnam teſtamentum ſit filiis, aut pia cauſa favorabilius, Rimin. ſen. conſ.* 110. *num.* 16. *Ruin.* *jun. conſ.* 235. *num.* 4. *&* 24. *Aymon. conſ.* 143. *numer.* 7. *Bapriſta de S. Blaſio conſ.* 148. *numer.* 1. *inter conſ. ult. volunt. Ambroſ. conſ.* 41. *n.* 37. *p.* 2. *Theſ. qq. forenſ. lib.* 1. *q.* 56. *num.* 15. *in fine, Gratian. dict. cap.* 605. *num.* 18.

† Quibus rationibus adhærere viſum fuit S. C. 28
in cauſa Franciſci Cuſani, in qua quatuor teſtamenta condita proponebantur; Primum ſub die 6. Junii 1675. in quo hæredem fecit Montem Mortuorum intus Ven. Eccleſiam S. Mariæ Majoris Civitatis Capuę cum clauſula derogatoria, ſub his verbis: *E dichiaro eſpreſſamente, e proteſto, che ſe per l'auvenire forſi da me ſi faceſſe altro teſtamento, ſe in fine di quello non vi ſara ſcritta l'Ave Maria di S. Anna, non dovrà detto teſtamento havere effetto alcuno, mentre non ſara mia volontà, ſiccome ex nunc pro tunc dichiaro, e ne proteſto, ma dovrà reſtare, ſiccome voglio, che reſti ferma, e nel ſuo robore queſto preſente teſtamento, come vera ultima mia volontà.*

Secundum ſub die ultimo Novembris ejuſdem anni 1675. in quo manu ejuſdem Notarii inſtituit eundem Sac. Montem Mortuorum, & in caſu, quo natus non fuiſſet poſthumus ex Matrona de Mauro ejus uxore, cum qua matrimonium contraxit poſt primum teſtamentum adjecta clauſula derogatoria per ſequentia verba: *Irritando, caſſando, & annullando ogni altro teſtamento, ò codicillo, ò donatione cauſa mortis, & ultima mia volontà etiam quoad legata ad pias cauſas per me fatti per il paſſato, ma ſolo il preſente voglio, che ſia nel ſuo robore, e ſortiſchi il ſuo debito effetto; Dichiarando, che per l'auvenire ſi trovaſſe altro mio teſtamento, nella fine del quale non vi ſaranno ſcritte queſte parole,* (Ave Gratia plena) *non ſe ne debba haver fede, nè ragione alcuna, mentre tal teſtamento non ſarà mia volontà, ſiccome ex nunc pro tunc mi proteſto, che facendoſi da me per l'auvenire altro teſtamento, nella fine del quale non vi ſaranno ſcritte le ſudette parole, non ſarà altrimente mia volontà, e voglio che di quello non ſe n'habbia haver ragione, ma ex nunc pro tunc lo dichiaro nullo, & invalido, come non altrimente mia volontà, ma che reſti fermo, & in piedi queſto mio ultimo ſolenne teſtamento, come mia ultima volontà.*

Tertium teſtamentum fuit conditum ſub die 16. Novembris 1676. manu Notarii Andreæ de Marſino

tino ejuſdem Civitatis, in quo fuit hæres ſcripta Ven. Cappella SS. Corporis Chriſti, & B. M. V. intus eandem Collegiatam Eccleſiam relicto uſufructu prædictæ ejus uxori, donec in viduitate extiterit, & cum onere celebrationis miſſarum pro ſumma ducatorum bis-mille quolibet anno caſſatis, & revocatis prioribus tabulis non per expreſſam clauſulam derogatoriam, ſed his generalibus verbis: *Caſſans dictus Franciſcus teſtator omnia alia teſtamenta, omnes codicillos, omnes donationes, omniaque legata etiam ad pias cauſas de præterito per eum facta, & factas, & ſignanter teſtamentum clauſum, ſive teſtamenta clauſa ſolemnia, & ſigillata, atque codicillos, quæ, & qui ad conſervandum conentur per Notarium Franciſcum Saldamarco, ita quod per præſens nuncupativum teſtamentum intelligantur teſtamenta ipſa, & codicilli, caſſa, irrita, & nulla, & ſint nullius vis, & valoris, ſed ſolum præſens cum omnibus in eo contentis valere voluit, & mandavit, tamquam ſua ultima voluntas.*

Quartum, & ultimum teſtamentum fuit confectum ſub die 10. Decembris 1676. in quo fuit ſolummodo inſtituta hæres univerſalis eadem Cappella B. M. Virginis in proprietate, & in uſufructu præfata Matrona teſtatoris Uxor, donec in viduitate permanſerit relicto legato ducatorum bis-mille pro celebratione miſſarum in beneficium Sacri Montis Mortuorum hæredis prius inſtituti.

Inſtantibus Gubernatoribus Sacri Montis Mortuorum hæredis inſtituti coram D. Gubernatore Civitatis Capuæ pro præambulo, & immiſſione vigore ſecundi teſtamenti rogati ſub die ultima Novembris 1675. obtinuerunt præcedente prius termino, & ſequeſtro bonorum, ut *fol.* 102. & demum deducta cauſa in S. R. C. per viam appellationis decrevit S. C. referente D. Conſil. Jannettaſio *ſub die* 20. *Junii* 1682. *malè appellatum, & benè judicatum per Regiam Curiam Capuanam*; Verum poſtulata in integrum reſtitutione adverſus ſententiam prædictam pro parte Ven. Cappellæ Collegiatæ Sanctæ Mariæ Majoris dictę Civitatis cauſa fuit compromiſſa, annuente S. C. præcedente ejus decreto, quod compromittere expediens erat ſervata forma informationis captæ, prout fuit initum compromiſſum, & diviſa hæreditas in duabus partibus inter dictam Ven. Cappellam, & Montem Mortuorum, patrocinium præſtantibus *Dominis Franciſco de Andrea, & Petro de Natale* pro Ven. Capella.

ARGUMENTUM.

Legatum factum puellæ, cum conditione nubendi cum perſonis certis, & alia de familia teſtatoris, an, & quando ſit validum, & quid ſi legetur aliqua pars ejuſdem legati ei, cum quo nubere juſſit, caſu, quo dicta puella matrimonium cum illo contrahere nollet, an, & quando ei quæratur, & quid quando adeſſet inter eos magna inæqualitas, ætatis, ſcilicet, vel paupertatis, & quid quando ipſa puella erat Monaſterium ingreſſa, licèt non profeſſa, & prætenſus ſponſus in habitu Clericali, ut matrimonium contrahi non poſſit ſine aliquo dedecore.

SUMMARIUM.

1 *Conditio nubendi cum certo genere perſonarum appoſita in legato eſt valida, non in pœnam, ſed ut ſpe lucri legatarius ad matrimonium invitetur. Contrarium, numero* 10. 11. 12. 13. 14. *&* 15. *Intellige, ut num.* 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. *&* 27.

2 *Legatarius quamvis non poſſit cogi metu pœnæ ad matrimonium contrahendum, poteſt tamen invitari ſpe lucri, quia conditio prædicta potius dicitur allectio ad contrahendum, quam impeditiva matrimonii, num.* 3. *Amplia etiam ſi teſtator dixerit ut nubat cum perſona conjuncta, cum qua requiritur Summi Pontificis diſpenſatio, nam donatarius vel legatarius tenetur petere, & procurare diſpenſationem, n.* 4. *&* 5.

6 *Conditio nubendi cum certo genere perſonarum eſt valida, ſi perſona, cum qua contrahi debet, eſſet ultra ſecundum gradum de jure Canonico, nam infra ſecundum gradum conditio non valet, num.* 7. *licèt contrarium teneat* Additionator ad Molinam, *n.* 8. *ea ratione, quia ſufficit, quod conditio non ſit omnino impoſſibilis, & quod Pontifex ſit ſolitus diſpenſare, n.* 9.

12 *Præceptum teſtatoris, ut nubat cum certa familia non valet, tanquam magis reſtringens matrimonii libertatem.*

13 *Legatum debetur, quamvis non fuit ſervata conditio nubendi in certa familia, & ſic deciſum refertur per S. C. ſic etiam ſtante prohibitione nubendi in Italia, & deciſio in hoc prolata per S. C. adducitur n.* 14. *ac etiam ſi legataria Monaſterium ingrediatur, n.* 15.

16 *Succeſſio patris, vel avi eſt quaſi debita filio, & numero* 19.

17 *Quis poteſt invitari ad adoptandum ſpe lucri, fallit in filio, qui, ſi non implet conditionem, non dicitur amittere lucrum, ſed damnum pati, n.* 18. *& de ratione, n.* 19.

29 *Legatarius quamvis non poſſit ſpe lucri invitari ad matrimonium, non tamen debet intelligi de tam magno lucro amittendo, n.* 21. *ratio adducitur numero* 22.

23 *Conditio nubendi cum certo genere perſonarum appoſita in legato, facit illud conditionale in eo, quod legitimam excedit, Intellige ut numero* 25. *ſecus verò, quatenus intra legitimam, quo caſu legatum eſt purum, nulla conditio admittitur, numero* 24.

24 *Legitima nullum recipit onus, vel conditionem.*

26 *Indignus quis dicitur ratione qualitatis perſonæ, reſpectu nobilitatis, ac etiam ratione bonorum fortunæ, quando non habet tantam quantitatem divitiarum, cum qua dignè nubere poſſit, numero* 27. *&* 34. *Intellige ſi ſit pauperior notabiliter. num.* 28. *niſi tamen exceſſus in divitiis aliunde compenſetur, n.* 30. *at etiam dicitur ratione ætatis, & quando, n.* 46.

29 *Pauper quis dicatur.*

31 *Uxorem indotatam ducere maximè pudendum, ſtultiſſimumque, ac miſerrimum eſt, imò extrema dementia, ac miſeria.*

32 *Æqualitas in Republica ſervanda eſt, maxima inter conjuges, n.* 33. *etiam reſpectu ætatis, n.* 43. *ac divitiarum, n.* 61.

35 *Nobilitas minor, diſſimilitudo morum, ætatis & ſanitatis ſunt juſta cauſa, quominus quis digne nubere poſſit.*

36 *Teſtator ſi alicui tenet centum, cum conditione, ſi* Seium duxerit uxorem, *non videtur voluiſſe, ut eam indotatam accipiat, quare ſi mulier dotem competentem non aſſignaverit, conditio habetur pro impleta, nu.* 37.

38 *Præceptum teſtatoris non eſt adimplendum, quando aliquid irrationale, ſive inhoneſtum continet & proinde ineptæ, & vanæ voluntates teſtatoris rejiciuntur num.* 33.

40 *Argumentum de perſonis certis, & determinatis, cum quibus legataria nubere debet, cum perſoni*

incertis, & indeterminatis, non valet.

41 Coſta in l. cum tale, §. ſi arbitratu, 6. conſiderat. ff. de condit. & demonſtrat. *declaratur ex traditis per* Cabed. dec. 31. n. 17.

42 *Conditio exorbitans, & injuſta, non eſt attendenda.*

44 *Maritus non debet uxorem ætate antecedere niſi annis decem, & ad plus viginti, & quando antecedit adeſt diſparitas, n. 63.*

45 *Diſparitas ætatis inter conjuges multa mala operatur.*

46 *Vir dicitur indignus ratione ætatis, ſi puella ſit annorum quindecim, & ipſe annorum quadraginta.*

47 *Conditio nubendi cum certo genere perſonarum eſt ſervanda quando honeſtè fieri poteſt, aliàs conditio rejicitur, nu. 48.*

49 *Mulier inhoneſtè nubit, quando ſecundùm mores Civitatis matrimonium honeſtè contrahi non poteſt, & honeſte nubere non poteſt, quando mores Civitatis repugnant, & numer. 50. & exiſtens in Monaſterio, ſi habitum Monachalem aſſumſerit, inhoneſtum judicatur, ſi velit exire à Monaſterio ante profeſſionem, & matrimonio ſe collocare, numero 51.*

52 *Conditio rejicitur à legato, ſi legataria non nupſerit perſonis à teſtatore deſtinatis, & Monaſterium ſit ingreſſa, & de ratione, n. 53.*

54 *Pœna quamvis apponi non poſſit ad impediendam libertatem matrimonij, tamen valida erit, quando conſiſtit in lucro non comparando, & non debetur à legataria, quæ nubere recuſavit, quando legatum adhuc non habuit, tunc enim remanet penes hæredem, n. 55. & 56.*

57 *Legatum ſive lucrum, quod debetur ei, cum quo nubenda erit puella, cui fuit relictum ſub conditione nubendi, debetur in vim fideicommiſſi, ſi talis conditio non adimpleretur.*

58 *Fideicommiſſarius quamvis ad finem obtinendi reſtitutionem poſſit cogere hæredem ad adeundum, tamen intelligitur re integra, ſecus verò, quando hæres renunciaſſet legato, num. 59. & 61. Item non procedit in fideicommiſſario particulari, numero 60.*

63 *Diſparitas inducatur, ſi vir ſit ætatis ann. 47. & mulier 23.*

64 *Exitus cauſæ inſeritur.*

Pro Domina Principiſſa Venuſij, contra Aloyſium Jeſualdum.

CONSULTATIO LXXII.

EGit in S. C. Aloyſius Jeſualdus, qui jam multis retro annis, & quaſi à nativitate in habitu clericali permanſerat, prout tempore litis quoque permanebat, prætendens ſibi debere à moderna Domina Principiſſa Venuſij ducatos quinquaginta mille vigore legati quondam Principis D. Caroli, ſtante quod ſe promptum, & paratum exhibuerit pro matrimonio contrahendo cum D. Eleonora Jeſualda, prædicti teſtatoris ex D. Emanuele unigenito filio præmortuo nepte, quæ tamen ante petitionem vitam monaſticam, religioſamque in Monaſterio Divæ Mariæ de Sapientia elegit, licèt poſt petitionem profeſſionem emiſerit.

Pro cujus prætentionis excluſione aliqua breviter, prout tempus expoſtulabat conſideravi, cùm cauſa adhuc eſſet in primo principio, & Primò, quia hoc legatum ducatorum centum mille factum in beneficium D. Eleonoræ, tunc poſthumæ, ſub conditione nubendi cum perſonis nominatis, & de familia teſtatoris, aliàs quod duc. quinquaginta mille

1 tantum eidem ſolvantur, † reliquum vero perſonæ, cum qua nubere debebat dicitur legatum factum cum conditione nubendi cum certo genere perſonarum, & utrum valida ſit hæc conditio, diſſentiunt Doctores, quamvis enim nonnulli teneant, validam eſſe, ex quo non in pœnam, ſed ut ſpe lucri ad matrimonium invitaretur, prout poſt Oldrad. in c. 16. tenuerunt *Doctores* allegati à Molin. *de primog. Hiſpan. lib. 2. c. 3.* ubi etiam *Additionator* Gilmon de la Mota Gutierr. *conſ. 2. & 18.* Melchior Pelaez de Meires *de majorat. par. 2. q. 5. n. 7. & q. 50.* Sanchez *de matrim. lib. 1. diſput. 35.* Marc. *de ſucceſſ. legat. p. 4. q. 18. art. 3. n. 45. & dec. ſen vot. 50.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 11. tit. 18.** ubi quod quamvis non poſſit quis ad matri-

monium cogi metu pœnæ, poteſt tamen invitari ſpe 2

lucri; Caſtill. *controv. jur. lib. 3. cap. 7. n. 31.* Joſeph. Ram. *conſ. 94. & 95.* Durand. *de cond. & mod. impoſſib. par. 2. cap. 3. n. 41. poſt dec. Rot. Rom.* Molino *de rit. nupt. lib. 2. differ. 7. n. 11.* Molin. *Jeſuita de juſt. & jur. tract. 2. diſput. 113.* Craſſ. *de ſucceſſ. §. legatum, q. 50.* Molfeſ. *c. 12.* Fontanel. *de pact. nuptial. part. 4. clauſ. 6. gl. 3. n. 5.* Gal-

† ganet. *de condit. & demonſt. 1. part. c. 18.* quia dicitur 3

potiùs allectio ad contrahendum, quam impeditiva matrimonij, ex *text. in l. Titio centum, §. Titio Genero* ubi omnes *Doct. ff. de cond. & demonſtr. & l. cum ità*

*legatum,** *§. videmus, ff. eod. tit.* quod ampliatur, etiam 4

ſi teſtator dixerit, ut nubat cum perſona conjuncta, cum qua requiritur Summi Pontificis diſpenſatio, quia donatarius, vel legatarius tenetur petere diſpenſationem, Molin. *de Hiſpan. primog. dict. cap. 13. n. 7. & 8. & in fine ſui operis nu. 11.* Pater Molin. *Jeſuita de juſt. & jur. diſput. 612. nu. 2.* Gutier. *canon. quæſt. li. 1. cap. 32. n. 23.* latè Sfort. N. ad. *conſ. 5. 2.* Pater Baſilius de Leon. *de matrim. lib. 3. c. 15. Gal. de except. 25. num. 54.* Molino *de rit. nupt. lib. 2. differ. x.* ubi latè articulum diſputat, noviſſimè *D. Marius Cutelli de donat. contemplat. matrim. tract. 2. diſcurſ. 1.*

eff. 6. n. 34. ubi ex veriori opinione dicit, * quod tene- 5

tur donatarius, vel legatarius diſpenſationem procu-

ratore, quod maximè procederet, * quando perſo- 6

na, cum qua contrahi debet, eſſet ultra ſecundum gradum de jure Canonico, idem Molin. *de Hiſpan.*

primog. dict. cap. 13. nu. 11. ubi tenuit, * infra ſecun- 7

dùm gradum non valere conditionem, licèt contra, quod ſemper etiam infra dictum gradum ſervari de-

bent, * dixit ſuus *Additionator*, quia ſufficit, quod con- 8

ditio non ſit omninò impoſſibilis, * & quod Pontifex 9

ſolitus ſit diſputare, *n. 12.* poſt Molinam *Jeſuitam*, & alios, quos allegat *diſp. 613. n. 3.* Pater Baſil de Leon. *dict. cap. 15.* Perez de Lara *in tract. de vita hominis, cap. 4. num. 33.*

Attamen nonnulli graviſſimi Authores contrariam opinionem tenuerunt, prædictam ſcilicet con-

ditionem * invalidam eſſe ita ſenſerunt DD. allegati 10

à Morot. *conſilio 97. &* Emanuel à Coſta *in l. ſi arbitratu, §. reſcriptum, ff. de condit. & demonſtr.* Vaſquez *controverſ. illuſtr. lib. 3. cap. 44. n. 14.* Menoch.

conſ. 425. & conſ. 1083. qui in materia ſtatuti, * ut filia 11

non nubat extra Civitatem, & ſine conſenſo patris, enumerat viginti primæ Claſſis Doctores, qui tenent, conditionem invalidam tanquam matrimonij impeditivam, inter quos ſunt Jo. Andr. Bal. Feder. Senis, Angel. Gemin. Anchar. Zabarel. Butrius, Abbas,

Alex. Felin. & alij, * & quod multò minus debet va- 12

lere præceptum teſtatoris, ut ſolummodò nubat in certa familia, tanquam magis reſtringens matrimonij libertatem, probat *nu. 18.* & pro hac opinione, quod legatum debeatur, quamvis non fuiſſet ſerva-

ta conditio de nubendo, * fuiſſe deciſum in Sacro 13

Conſilio in cauſa Ducis Seminariæ, cum D. Vincentio Spinello refert Mulfeſ. *in conſ. 12.* Paſchal. *de vir. patr. poteſt. par. 3. cap. 2. n. 18.* Ric. *collect. deciſ. 1568.* qui etiam alias deciſiones aliorum Senatuum affert, & *in fine* refert deciſionem S. C. de anno 1599. in cauſa D. Sancij Baſtidæ, * ut liceret ei matrimonium con-

trahere cum D. Beatrice Goroſtiola, filia quondam 14

Regen-

Regentis Marthos de Goroſtiola, non obſtante pro-
15 bibitione paterna, † ut non contraheret matrimo-
nium in Italia, & qood legatum debeatur, etiam ſi
Monaſterium ingrediatut, refert Capyc. *deciſ.* 204.
Camill. Salern. *in Conſuet. Si moriatur, §. eas antem in*
additione incipiente *Monialis non tranſmittit*, Man-
grel. ad Bart. *in auth. niſi rogati, C. ad S. C. Tre-*
bell. Aloyſiua de Leo *in l. Deo nobis, C. de Epiſc. & Cle-*
ric. Borgoin. Cavalc. *deciſ. Fivizan.* 13.3. *par. nu.* 10.
Zerola *in praxi Epiſcop. in verbo legatum*, Grammat. *in*
Conſt. In aliquibus, nn. 25. Vivius *in ſyl. comm. opin. in*
opinione 229. & deciſio Sacri Conſilij, in dicta cau-
ſa D. Vincentij Spinelli eum Duce Seminariæ eſt
punctual·ſſima, ex quo in caſu, quo matrimonium
non contraheretur cum D. Vincentio Spinello, fuit
eidem relicta medietas legati, & quamvia pro D.
Vincentio ſcripſiſſet Molfeſ. *d. conſ.* 12. tamen ſuccu-
buit, ut ipſemet teſtatur.

Quatenus tamen prima opinio eſſet attendenda,
16 * non poterat ſuſcitari in caſu prædicto, ex quo
patris vel avi ſucceſſio eſt quaſi debita filiis, *l. ſi quis*
legatum, § ultim. ff. ad l. Cornel. de falſ. l. 2. *ff. de bon.*
17 † *damnat.* Bar. *in l. ſi quis in teſtament. ff. de cond. inſtit.*
qoi ob id docoit, quod licèt quis invitari poſſit ad
adoptandum ſpe lucri. *dict. l. Titio centum, §. Titio*
18 * *genero, ff. de condit. & demonſtr.* tamen hoc non ha-
bet locum in filio, quia, ut dicit Bart. ſi filius non im-
plet conditionem, non dicitur amittere locrum, ſed
19 pati damnum, * cùm ipſius patria hæreditaa ſit ipſi
quaſi debita, & hoc argumento in terminis utitur Me-
noch. *in d. conſ.* 1083. *n.* 7. *&* 8. qui allegat etiam Ro-
der. Suarez *in l.* 2. *tit. de los caſamientos, n.* 17. & Aret.
Ruin. Cephal. & alioa.

20 † Secundò otitur Menochius *in dicto conſilio* 1083.
alio argumento, nam etiam attenta Oldradi opinione
pro validitate conditionis, negari non poteſt, quod
quamvis diceremos, ſub ſpe lueri poſſe aliquem ad
21 matrimonium invitari, * non tamen debet intelligi
de tam magno lucro amittendo, nam ex hoc ſatis
22 coarctaretur libera contrahendi facultas, * ne tam
grande luerum mulier amitteret, qood probavit ex
ſententia Jaſon. Cyni & Ancharani *in locis* per eum
allegatia, & hoc idem firmat idem Menoch. *conſ.* 425.
num. 6.

23 † Tertiò, opinio Oldradi, & aliorum procedit
in legato, quod legitimam, vel paragium non ex-
cedit, nam quamvis conditionale ſit legatum
cum conditione nubendi com certo genere perſo-
narum, id tamen intelligitur in eo, quod legiti-
mam excedit, quatenus verò intra legitimam, purum
dicitur, nec ulla conditio admittitur, Greg. Lopez
in l. tit. 4. *par.* 6. Sanchez *de matrimon. diſput.* 33. *num.*
10. Baſilius Pontius *de matrimon. lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 2.
Gilmon. de la Mota *in addit. ad Molin. c.* 13. *lib.* 2. *inr.*
lim. Gutierr. *de matrim. cap.* 10. *n.* 8. plenè probat Fon-
tanella *de pactis nuptialibus, clauſ.* 6. *gloſ.* 3. *par.* 3. Ma-
gon. *deciſ. Flor.* 14. Gomez. *in l. Tauri* 50. *num.* 29. qoa
opinione attenta videndum erit in facto, quæ quan-
24 titates debebantur D. Eleonoræ pro legitima, * ſeu
paragio in bonis Principis avi, nam non potuit con-
ditio prædicta apponi, nec ab ea legatum auferri,
& alij legari, cùm in legitima nullum poſſit apponi
onos, vel conditio Covar. 4. *decretal.* 2 *part. cap.* 3.
§. 3. *n.* 7. Mantic. *de conject. ultim. vol. lib.* 11. *tit.* 18.
num. 12. Molin. *de primog. Hiſpan. libro* 2. *cap.* 13.
num. 4.

In ea tamen qoantitate, quæ paragium, ſeu legiti-
mam forſan excederet † erit etiam cooſiderandum
25 quod iſta conditio nobendi cum certo genere per-
ſonarum, vel cum aliquo de familia, etſi ſeqoamur
opioionem Oldradi diceremus, validam eſſe, atta-
men rejiceretur, quando perſona, cum qua contrahi
deberet, eſſet indigna, quia tunc conditio habere-
tur pro oon ſcripta, *ut text. in l. cum ita legatum, ff.*
de cond. & demonſtr. probat Sanch. *de matrim. d. lib.* 1.
diſput. 33. *n.* 12. Footanel. *clauſ.* 5. *gloſ.* 2. *part.* 2. *nu-*
mero 83.

Indignus autem nedum dicitor ratione qoalitatis
perſonæ reſpectu nobilitatis, quia in hoc non inſi-
ſto, * familia enim Jeſualda, ex qua ortus eſt Aloyſius, 26
* omnibus eſt nota, ſed dicitur indignus ex bonis for- 27
tonæ, quando non habet tantam quantitatem divi-
tiatum, cum qua dignè nubere poſſit, Menoch. *præ-*
ſumpt. 189. *n.* 85. qood intelligitur, * ut ſit pauperior 28
notabiliter, Sanchez *de matrim. lib.* 5. *diſputation.* 26.
nu. 25. * & paoper dicitur qoi vivere non poteſt 29
decenter juxta ejus ſtatus conditionem, & qualita-
tem, Surd. *de alim. q.* 37. *n.* 2. Ramon. *d. conſ* 95. *n.*
47. niſi aliunde exceſſus in divitiis compenſetur, ve-
luti ſi pauperior nobilior ſit, hinc *Ariſtot. in problem.*
inquit, * maximè pudendum erit ducere uxorem in- 30
dotatam, ſtultiſſimomque, ac miſerrimum, & extre-
mam dementiam eſſe, * & miſeriam, & multa alia 31
ad propoſitum affert Fontanel. *de pact. nupt. clauſ. gl.* 1.
p. 1. *ex n.* 8. *cum plurib. ſeq.* & ſub *n.* 12. affert Hora-
tiom *in Epiſtolis* ubi dicit, præclarum eſſe reſponſom,
& ab omnibus laudanda Conſtitutio, quæ æqualita-
tem in Republica ſervari jubet, niſi aliud, * illudque 32
longè maximom lateret incommodum, evenit nam-
que inde, ut infrequentiora ſint matrimonia, quod
ipſe ſuis legibus impedire maximè conari ſunt, nemo
ipſum enim in deteriorem conditionem, & majora
incommoda facilè ſe conjiciet, videndi etiam ſunt
Neviz. *in ſylva nupt.* & alij allegati per eundem Fon-
tanell. *in loco* ſupra citato, qui optimè probat, æqua-
litatem eſſe ſervandam inter conjuges etiam in di-
vitiis, * & in propria terminis paupertatem eſſe 33
juſtam cauſam qoominus quis dignè nubere poſſit, * 34
ſicuti minori nobilitate, diſſimilitudine morum,
ætatis, & ſanitatis fundat Joan. Jacob. de Leonard.
inter conſilia Bruni, conſ. 114. *n.* 131. & alij allegati
* per Menoch. *conſ.* 425. *n.* 9. & maxima quidem inæ- 35
qualitas reſpectu divitiarum eſt inter Aloyſium Je-
ſualdum ſecuodogenitum q. Michaelis, & ſecun-
dum ſuam conditionem ſatis pauperem eum D.
Eleonora nepte ex filio primogenito q. Principis
Venoſit, cum dote ducatorum centum mille, nec
mirandum, quod teſtator juſſerit, nubere cum filio
primogenito D. Cæſaris Jeſualdi, & in ejus defectu
cum ſecondo, tertio, vel quarto genito, & in eorum
defectu cum filio Cæſaris Jeſualdi, qui fuerunt
perſonæ magis à teſtatore prædilectæ, & magis
divites, unuſquiſque enim ex prædictis habebat in
bonis ultra medietatem, vel tertiam partem prædictæ 36
dotis, quod non eſt in Aloyſio, hinc dicimus, quod
ſi alicui ſint relicta centum cum conditione *ſi Seiam*
duxerit in uxorem, non propterea videtur, teſtato-
rem voluiſſe, qood eam indotatam accipiat, Coſta *in*
l. cum tale § ſi arbitratu, in 6. *conſideratione, ff. de cond.*
& demonſtr. Georgius Cabed. *deciſ.* 3. 2. *part.* qui *n.*
14. ſubdit, * quod ſi mulier dotem competentem non
aſſignaverit, conditio habetur pro impleta, quaſi 37
quod per eam non ſtetit, quominus conditio im-
pleretur, ac ita locom habet diſpoſitio *text. in l.* 1. *C.*
* *de inſtit. & ſubſtit.* nec præcepto teſtatoris obtempe- 38
random eſſet, quando aliquid irrationabile, ſive in-
honeſtum præciperet, *l. pater familias, & l. nemo po-*
teſt, ubi Gutierr. *nu.* 87. *ff. de legat.* 1. Durand. *de*
condit. & mod. impoſſib. cap. 1. *n.* 9. *part.* 1. ubi etiam
quod ineptæ, & vanæ voluntates teſtatorum reji- 39
ciuntor.

* Inſuper non valet argumentum de perſonis certis
& determinatis, cum quibus legataria nobere debe- 40
bat, cum perſonis incertis, & indeterminatis, & ſi
enim quantitas relicti, & egeſtas perſonæ determina-
tæ, cui nubenda eſſet legataria, nota eſſet teſtatori,
& propterea interpretari poſſet, voluiſſe, ut legatum
ſufficeret tam pro viro, quam pro uxore, ut dixit
Coſta

Coſta *in loco* ſupra allegato, tamen hoc argumentum
41 † poſſet procedere reſpectu prædictorum ſpecialiter
nominatorum. Cæterum quando agitur de ducenda
perſona incerta, & quæ neſcitur, utrum ſit futura
dives, vel inops, non poteſt prædicta declaratio
Coſta applicari, prout in terminis tenuit *Cabed. in d.
dec. 31. nu. 17.* videndus, ſatis enim exorbitans, &
injuſta eſſet conditio prædicta, * & propterea non
42 eſſe attendendam conditionem exorbitantem, &
injuſtam, dixit *Rot. Rom. deciſione 17. coram* Ludo-
viſio.
43 * Erit etiam & alia conſideratio inæqualitatis cir-
ca ætatem, cùm D. Eleonora non ſit, niſi annorum vi-
ginti in circa, & Aloyſius annorum quinquaginta, &
plus, & quidem æqualitas conjugum in ætare ſer-
vanda eſt, *Cepolla in l. præcipimus, n. 7. ff. de ædil. edict.*
latè *Tiraq. de leg. connubial. leg. 6. gloſ. par. 6.* qui di-
cit; † quod noſtra ætate receptum eſt, quod mari-
44 tus non debeat uxorem ætate antecedere, niſi an-
nis decem, & ad plus viginti, ut *Tiraq. in loco* al-
legato *nu. 46. & 49.* ubi etiam latè diſcutit mala *
45 quæ in dies evenire ſolent ex tanta diſparitate ætatis
inter conjuges, & quod ex tali diſparitate rejiciatur
conditio nubendi, firmat Molfeſ. *in d. conſil. 12. n. 8.*
& optimè conſideravit Menoch. *in dict. conſ. 1083. ſub*
46 *n. 19.* & quod indignus dicatur vir ratione ætatis, †
quando puella eſt annorum quindecim, & vir anno-
rum quadraginta, dixerunt Patis *conſil. 30. num. 23.
vol. 3.* Maſtrill. *deciſ. 163. nu. 8.* & noviſſimè in pro-
priis terminis *Narbona de ætate, ann. 30. q. 10. n. 24.*
videndus.

Quibus etiam adſtipulatur, * quod hæc conditio
47 nubendi cum certo perſonarum genere ſervanda eſ-
ſet in eo caſu, qui honeſtè fieri poteſt, *l. uter ex fra-
tribus, ff. de condit. & demonſtr.* Mantic. *de conject. ul-
48 tim. volunt. lib. 11. tit. 18. n. 2.* * alias non conditio
rejicitur, ut latè comprobat Franciſc. Merlino *de rit.
nupt. lib. 3. qu. 29. nu. 26.* & propriè *num. 28.* Dicitur
autem mulier inhoneſtè nubere, * quando ſecundum
49 mores Civitatis matrimonium honeſtè contrahi non
poteſt, *l. at ſi quis, §. hæc actio, verſ. æquum autem, ff.
de relig. & ſumptib. funer.* Emman. Coſta *in d. §. ſi ar-
bitratu*; Tellius Fernandez *in l. 30. Tauri, nu. 9.* Nec
40 tantum dicitur honeſtè quem nubere non poſſe, *
quando mores Civitatis repugnant, ſed etiam quan-
do eſſet contra bonos mores Civitatis, prout fun-
dat Molin. *de rit. nupt. lib. qu. 50. n. 89.* etenim quæ
bonis moribus repugnant, impoſſibilia judicantur,
l. ſi ius, & l. conditiones, ff. de condit. inſtit. Joſeph.
Ramon. *d. conſ. 95. ſub nu. 28.*

Sed certum eſt, quòd ſecundum mores Civita-
51 tatis non valdè honeſtum judicatur. † Imò cum
quadam verecundia, ut qui habitum Monachalem
aſſumpſerit, illum etſi ante profeſſionem dimittat,
& matrimonio copuletur, propterea non licet ho-
die D. Eleonoræ habitum dimittere, & ſe matrimo-
nio copulare, nec poterat ante habitus aſſumptionem
ipſa cogitare de matrimonio contrahendo cum
Aloyſio Jeſualdo, cùm in habitu clericali ſemper
inceſſerit, prout hodie quoque nec dimiſit, nec re
vera habeat voluntatem illum dimittendi, ſed vi-
dens, quod D. Eleonora habitum Monachalem in
Monaſterio Divæ Mariæ de Sapientia aſſumpſerit,
& in dicto Monaſterio vitam Monialem elegerit, &
quod ſatis inhoneſtum ſecundum bonos mores Ci-
vitatis judicetur, illum abſque legitima cauſa dimit-
tere, prout pro certo habebat, nunquam illum per
D. Eleonoram eſſe dimittendum, & poſt tranſactio-
nem factam cum Domino Principe viro, & legiti-
mo adminiſtratore modernæ Principiſſæ ſororis,
cui omnia jura ceſſit, ſe promptum aſſeruit ad ma-
trimonium contrahendum, non ad finem, ut verè
matrimonium contraheret, ſed ut legatum conſequi
valuiſſet, quod non eſt prætermittendum, ex his, quæ
ſuperiùs adduximus.

Inſuper prædicta procederent, quando D. Eleo-
nora alii, quàm vocato nupſiſſet, vel nubere vellet,
* at in caſu noſtro dum Religionem intravit, aut di- 52
cimus, legatum integrum eidem deberi, non ob-
ſtante, quod non nupſit perſonis à teſtatore deſtina-
tis, ex eo, quia conditio rejicitur, ſtante ingreſſu
Monaſterii, ut plenè probat Menoch. *conſ. 555. vol.
6.* quem ſequitur Matt. *ſucceſſ. legal. p. 4. q. 18. artic. 3.
n. 5.* * omnibus contrariis ſatisfaciendo, Maſtril. *dec.* 53
153. ne plus habeat luxuria, quam caſtitas, juxta *text.
in leg. Titia ſi nupſerit, ff. de condit. & demonſtr.* quem
text. optime declarat Dec. *in cap. in præſentia, de pro-
bat.* Covar. *var. reſolut. lib. 1. cap. 19. n. 9.* Molin. *de pri-
mog. Hiſpan. lib. 2. cap. 13. nu. 34.*

Aut verò dicimus, legatum non deberi, & in hoc
caſu non quæri poteſt legatum in beneficium præ-
dicti Aloyſij, ſed remanebit penes hæredem, ſiqui-
dem omnes *DD.* tenentes pro invaliditate prædictæ
conditionis, * dicunt, quod quamvis non poſſit ad 54
impediendam libertatem matrimonij apponi pœ-
na, attamen valida eſt ea, quæ conſiſtit in lucro non
comparando, *leg. cum ita legatum ſit, §. ſi Titio nupſe-
rit ff. de condit. & demonſtrat.* Mantic. *de conject. ult.
volunt. lib. 11. tit. 18. nu. 2.* Lupos *in cap. per veſtras,
§. 21. notab. 3. n. 1. de donat. inter vir. & uxor.* Mie-
res *de majoratu qu. 50. part 1. n. 1.* Molin. *de juſtit. &
jur. tractat. 2. diſput. 207.* Sanchez *de matrim. tom 1.
diſput. 33. numer. 65. &* Franciſc. Molino *de rit. nupt.
part. 1. quæſt. 50. in principio.* * Hæc autem pœna non 55
poteſt auferri ab ea, quæ nubere recuſat, niſi in
eo caſu, quo legatum quæſierit, quando autem le-
gatum non adhuc habuit, tunc non poteſt alteri ap-
plicari, ſed remanet penes hæredem, juxta diſpoſi-
tionem *text. in leg. ſi pater Severinam, ff. de condit. &
demonſtr.* Sic ergo cùm nunquam hoc legatum D.
Eleonora habuit, ex quo vitam Monaſticam ele-
git, reliquum legatum penes hæredem debet re-
manere, ad quod adduci poteſt id, quod dixit Ra-
phael Cuman. *in d. leg. ſi pater Severinam*, qui po-
nit quæſtionem in relicto Fratribus Minoribus, * ut 56
faciant Annalia, ſeu Anniverſaria teſtatoris, & quod
ſi ipſi non fecerint, intelligitur relictum Majori
Eccleſiæ, ſi Fratres Minores non capiunt relictum
illud, non debetur Majori Eccleſiæ, ſed remanet pe-
nes hæredem, locus enim erit legato facto ad bene-
ficium Majoris Eccleſiæ, quando Fratres Minores
accipiunt relictum, & conditionem non implent, ſe-
cus verò quando relictum non accipiunt, nam eo
caſu pœna non eſſet legatarii adimplere debentis,
ſed hæredis inſtituti; & ſic in hoc non deficit con-
ditio, ſeu modus, ſed legatum, in caſu autem noſtro,
in quo D. Eleonora non habuit relictum ultra
quantitatem legitimæ, pœna eſſet Principiſſæ hære-
dis, non autem ipſius D. Eleonoræ, quod etiam com-
probatur, * quia tale legatum, ſive lucrum, quod 57
debetur ei cum quo nubenda erit puella, cui fuit re-
lictum ſub conditione nubendi, debeat in vim fi-
deicommiſſi, ſi talis conditio non impleretur, ut poſt
Bart. Paul. de Caſtr. Aret. Alex. *& alios* voluit Cra-
vet. *conſ. 1. n. 7.* Menoch. *conſ. 1088. n. 15.* qui loquitur
in his propriis terminis, confirmat Molfeſ. *in addit. ad
d. conſ. 11. in 2. par. n. 22. & 23.* Cùm ergo prædicti
ducat. 50000. nunquam ad ipſam D. Eleonoram per-
venerint, * & ſi enim fideicommiſſarius ad finem ob- 58
tinendi reſtitutionem poſſit cogere hæredem ad ad-
eundum, *l. quia poterat, & l. nam quod, §. ſi quis com-
pulſus, l. ſi legatus, & l. ſi omnes ff. ad Trebell.* Joſeph.
Ludov. *dec. Lucenſ. 40. n. 4.* Alex. Raudenſ *dec. Pi-
ſan. 38. num. 13.* tamen hoc intelligitur, re integra,
ſecus verò quando hæres renunciaſſet legato, *d. l.* 59
nam quod, §. 1. ff. ad Trebell. Peregr. *de fideicomm. ar.
2. num. 81.* Fuſar. *de fideicom. quæſt. 600. nu. 17.* *
item hoc non procedit in fideicommiſſario particu- 60
lari,

lari, Craſſ. *in* §. *fideicommiſſum, qu.* 3. *nu.* 2. Mant. *de conject. ult. vol. lib.* 7. *tit.* 11. *nu.* 2. & Fuſar. *in loc. allegato n.* 20. Cùm ergo hoc ſit legatum particu-
61 lare, † & petitio ſit facta poſt renunciationem factam ad beneficium Principiſſæ, non erit locus petito fideicommiſſo, ſeu legato.

Et denique erit conſiderandum, quod ſi Princeps D. Carolus hodie in humanis eſſet, non utique per-
62 mitteret, † hanc puellam ejus neptem matrimonio copulari cum prædicto Aloyſio, ſtante tanta ætatis, & divitiarum diſparitate, prout in ſpecie conſideravit Menoch. *in d. conſ.* 1083. *ſub n.* 19. *verſ.* 7. *& ult.*
63 * ubi magnam diſparitatem ætatis conſideravit inter virum annorum 47. cum muliere annorum 23. ut ſupra diximus, immo ex eo, quod vocavit Cæſarem Jeſualdum, & non ipſum Aloyſium ejus fratrem, ſeu ejus deſcendentes, conjectura elicitur, quod non nominando fratrem, cum odio habuit, & ex hac conjectura habetur, quod nullo modo tale matrimonium permiſiſſet. Ex quibus omnibus apertè concluditur, Aloyſium Jeſualdum ab hac vana prætenſione omnino eſſe excludendum.

* *Poſt has conſiderationes Aloyſius de cauſa non*
64 *fuit loquutus, & tandem in habitu Clericali deceſſit.*

OBSERVATIO IN CONSULT. LXXII.

ARGUMENTUM.

Controvertitur num validum ſit judicandum legatum factum puellæ cum conditione nubendi cum certis perſonis, nempè conjunctis, vel de familia Teſtatoris, vel de non contrahendo matrimonium in Italia, vel in alio certo loco. Conditio appoſita in fundatione Majoratus de contrahendo matrimonium cum perſonis Nobilibus Platearum hujus Civitatis, num poſſit adimpleri per æquipollens. Refertur caſus diſputatus in S. C. de anno 1690. Adducuntur pro deciſione controverſiæ, *Reg. Marcianus, Torre, Reg. de Marin.* & *Cardinalis de Luca*, cujus verba tranſcribuntur.

SUMMARIUM.

1 Reg. Marcian. diſputat. 27. lib. 2. diſput. for. *expenditur.*

2 *Legatum cum gravamine nubendi cum certo genere perſonarum, vel non nubendi extra Civitatem, an ſuſtineatur.*

3 *Legatum cum conditione contrahendi matrimonium cum conſanguinea, ſuſtineri num poſſit.*

4 *Referuntur verba* Cardinal. de Luca *pro reſolutione quæſtionis, numer.* 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. & 16.

17 *Conditio appoſita in fundatione Majoratus de contrahendo matrimonium cum perſonis Nobilibus de Plateis hujus Civitatis, num poſſit adimpleri per æquipollens, & n.* 18.

1 R*Eg. Marcian. diſput.* 77. *diſcept. forenſ. lib.* 2. * ſcripſit ad interpretationem diſpoſitionis ejuſdem D. Cæſaris de Jeſualdo, quemadmodum ſcripſit *Reg. Latro*, & firmavit eſſe ſuſtinendum Teſtatoris præceptum, ſemper quod legataria digna, & honeſtè in familia nubere poſſit, ſi minus dignè rejiciendum fore, & ponderat *text. in l. cum ita legatum* 62. *verſ. ſic videamus*, ff. *de condit. & demonſtrat.*

† *Torre de Majorat. Ital. q.* 49. *à num.* 8. *par.* 2.
2 ſuſtinet, ſubſiſtere legatum cum gravamine nubendi cum certo genere perſonarum, vel non nubendi extra Oppidum, vel Civitatem, non obſtante, quod tale onus videatur reſtrictivum libertatis matrimonij, inſequendo opinionem *Oldrad.* quem communiter ſequuntur Interpretes, inter quos laudat *D. Reg. Capyc. Latr. in hac Conſul.* qui *Author* pergendo ulterius reſpondit ad contraria argumenta, & ſignanter ad *text. in cap. gemma de ſponſal.* & ad regulam, quod metu pœnæ, quis non poteſt adſtringi ad nubendum, & ad *Cyriac. controv.* 451.

† *Reg. de Marin. lib.* 1. *ſuar. reſolut. cap.* 244. pro- 3
bat receptiorem ſententiam admittentem conditionem contrahendi matrimonium cum conſanguinea, tam ſi faciliter, quàm ſi difficulter poſſit Summi Pontificis diſpenſatio obtineri, quamvis in cauſa Principis Petræ Elcinæ cum D. Principiſſa Caſtilionis, in qua pœnalis prorſus ſe offerebat diſpoſitio, contrarium ſcripſiſſet, videnda ſunt, quæ *Ego* dixi in *meliorat. ad dict. reſolut.* ubi *numer.* 3. quid in legato facto puellæ, ut nubat cum conſenſu, aut licentia talis.

* *Cardinal. de Luca* diſtinguendo, & referendo 4
omnes *DD.* ſententias reſolvit hanc quæſtionem, ſub his verbis *Quò verò ad lucrum; iſte nuptiis affirmativè, ac negativè adjici ſolet, magna verò differentia eſt inter unum caſum, & alium: Ubi enim ponitur affirmativa, quia nempè relinquatur dos, ſi nupſerit in tali loco, tunc non intrat materia viduitatis, ſed altera libertatis matrimonii, proindeque circa iſtam conditionem (ad ſuperfluitatem vitandam) dicendum eſt idem, quod inferiùs habetur circa perſonas, vel ad certum perſonarum genus reſtricta ſit,*

† *Ubi verò ponatur negativè; Puta ſi non nupſerit* 5
in tali Provincia, vel Civitate, aut loco; & tunc regula eſt affirmativa, niſi locus ſit adeò amplus, ut fraus legi facta videatur; quia nempè alibi commodè mulier virum invenire non valeat, ad text. in l. hoc modo 63, ff. *de cond. & demonſtr. DD. in l. turpia,* ff. *de leg.* 1, *Acoſta d.* §. *ſi arbitratu ampliat.* 8. *num.* 1. *Sanch. d. q.* 34. *num.* 38. *Boſſ. d. cap.* 11. *num.* 575. *Surd. dec.* 30. *num.* 29. *& alii communiter, quoniam eſt concluſio plana; Dicto tamen temperamento accedente, in quo ſtat difficultas, quando ſcilicèt locus prohibitus dicatur talis, qui nuptiarum facultatem tollendo, indirectè viduitatem cauſet, necne.*

In hoc autem, certa, uniformis regula dari non poteſt, ſed totum pendet ex prudentis Judicis arbitrio, penſatis, perſonarum, loci, & bonorum circumſtantiis, ac etiam cauſa, ex qua Teſtator moveri potuerit ad ita mandandum, an ſcilicet congruam rationem contineat, an verò irrationabile odium nuptiarum juxta principium
conſtitutum, à quo tota hæc materia pendet; † *Pena-* 6
mur enim, quod aliquis Rex filia injungat, ne in ſibi ſubjectis Regionibus, neque in Regno ejus hoſtis nubat, utique iſta dicenda eſt juſta conditio, quoniam in locis ſubjectis nemo adeſt, cui dignè valeat copulari, dum in prohibito Regno ad unum, vel paucas perſonas de ſanguine Regio, prohibitio eſt reſtricta; Ac etiam urget ratio ſtatus, quæ ita dictat, dum non deſint in reſtantibus mundi partibus Reges, ac Principes, cum quibus commodè nuptia ſequi valeant.

E converſo autem ſi privata puella injungatur, ne in 7
propria Provincia, vel Regione nubat, id erit per indirectum prohibere nuptias in totum, quoniam moraliter extrà eam Regionem virum non inveniet, undè propterea perſonarum qualitas efficere potuerit, ut prohibitio, etiam ad unam Civitatem, vel locum reſtricta incongrua ſit; & converſò prohibitio totius Provinciæ, vel Regionis, congrua, & rationabilis veniat judicanda.

Si enim Hiſpanus, vel Gallus degens in Italia, injungat perſona ſibi conjuncta, ne in Italia nubat, iſtud rationabile videtur præceptum, utpotè continens regreſſum ad propriam Patriam, ſeu Provinciam,

ubi

ubi forte commodius viro æquali poterit nubere, ut in hic terminis declarato Riccio in prax. reſol. 107. benè obſervat Boſſ. d. c. 11. n. 577. Cum præſuppoſito tamen, quod commodus ad Patriam ſit egreſſus; ita ut totum pendeat à qualitate perſonarum, aliiſque facti circumſtantiis, ex quibus pendens Judex ſuum arbitrium regulabit.

8 * *Procedunt tamen hæc omnia cum præſuppoſito conditionis, vel præcepti invitativi ad lucrum; Secùs autem ſi pœnam contineat, eodem modo, quo infra notatur de perſonis, tam reſpectu diſpoſitionis, quàm legis, & Statuti, cùm ibidem de utraque tractetur, ut infrà.*

9 * *Quo verò ad perſonas, eorum qualitas pariter, affirmative, & negative poni ſolet in conditione; Verum utroq; caſu attendenda eſt in primis diſtinctio, an diſpoſitio ſit concepta per viam conditionis, ſeu aliàs invitativa ad lucrum, vel potius per modum pœnæ; Ubi enim eſt pœnalis, tunc certum eſt, ut ea non ſubſiſtat, quoniam matrimonii libertas, pœnarum ſubjectionem, nec affirmative, nec negative cognoſcit, ad text. in cap. Gemma de ſponſal. l. Titio centum, §. 1. ff. de condit. & demonſtrat. & Scribentes communiter, de quibus infrà.*

10 * *Ubi autem eſt per modum conditionis, ſeu invitationis ad lucrum, & tunc quamvis plerique matrimonii libertatem in diſcreto modo tuentes, adhuc hujuſmodi conditiones rejiciendas eſſe putent; Verior tamen magiſque recepta eſt ſententia, ut ſpe lucri poſſit quis allici ad matrimonium contrahendum, vel reſpuendum, ideoque conditio ſit ſervanda; ut in d. l. Titio centum, §. 1. & l. cum ita legatum, §. videamus, ff. de condit. & demonſtr. cap. de illis de ſponſal. Oldrad. famoſo conſil. 16. quem cæteri ſequuntur, de quibus Addent. ad Molin. de primog. lib. 2. cap. 13. nu. 1. & ſeqq. Capyc. Latr. Conſult. 72. num. 1. & 134. num. 3. Coſcia diſſert. 9. Marcian. diſput. 77. num. 7. Mantic. de conjectur. lib. 11. tit. 18. num. 2. Sanchez d. lib. 2. diſput. 33. num 6. (ubi dicit neminem de iſta concluſione dubitare) Rota in Venuſin. legati coram Coccin. impreſſ. par. 4. recent. tom. 2. dec. 493. nu. 2. in Anconitan. legati 30. Maij 1642. coram Bichio inter ſuas deciſiones 89. ubi de præcepto nubendi in Patria, & admittitur in Roman. ſeu Commend. hæreditatis 26. Julii 1647. coram Meltio, & aliis: ut etiam advertitur ſub tit. de Matrimon.*

11 * *Quamvis enim aliqui ſenſerint, ut de Jure Canonico, vel ex Sacri Concilii Tridentini diſpoſitione, iſta conditio, tamquam libertati matrimonii præjudicialis, adhuc vitioſa ſit, ex adductis per Cyriac. controv. 451. & Menoch. conſil. 1083. Attamen in contrarium eſt veritas, ut de utroque Jure concluſio procedat, ut etiam advertitur ſub d. tit. de matrimon.*

12 * *Difficultas verò, quæ forenſes quæſtiones producit, eſt in dignoſcendo, quando diſpoſitio dicatur inductiva pœnæ, vel allectiva ad lucrum: In hoc enim nimium diſcrepant Scribentes; Aliqui enim credunt, ut tunc dicatur pœna, quando ille ad cujus favorem concepta eſt diſpoſitio ita pactionata, paſſurus ſit damnum in re propria, ſuique patrimonii diminutionem: Secus autem ubi conditio ſit cauſa,* 13 * *ne lucrum ex diſpoſitione conſequatur, vel conſecutum in caſu contraventionis amittat, cùm ita ſemper contendit de lucro, neque proprium patrimonium diminuere, vel pauperior fieri dicitur; & hanc ſententiam tenent Oldrad. d. conſ. 16. Covar. de ſponſal. par. 2. cap 3. §. 3. numer. 7. & 8. Sanchez de matrim. lib. 1. diſput. 33. num. 7. Cancer. lib. 3. variar. cap. 7. num. 300. & 302. Molfeſ. conſ. 12. nu. 6. Coſcia diſſert. 9. n. 32. & ſeq. & n. 41. ubi multos cumulat Rota in d. deciſ. 89. Bich. & alii apud præmiſſos allegati.*

14 * *Alij verò ſentiunt, ut tunc dicatur agi de lucro, quando diſpoſitio concepta ſit per viam conditionis ſuſpenſivæ, quæ ſe opponat principio acquiſitionis, ita ut contraveniens nil amittat, niſi facultatem conſequendi, quia nempè adimplementum conditionis appoſitum fuerit à parte antea;* * *Secus autem ubi diſpoſitio contineat modum, vel conditionem, ita ut adimplementum ſit appoſitum à parte poſt, cùm tunc contraventio cauſet amiſſionem rei jam quæſitæ, & incorporatæ, ideòque dicitur contraveniens fieri pauperior, ac pœnam ſentire, maximè ubi tractetur de re gravi, cujus privatio, quamvis titulo lucrativo obveniat, pœna tamen dicitur Aretin. in l. Titia, ff. de verb. obligat. & alij. de quibus latè Maror. conſ. 97. Menoch. conſ. 425. Capyc. Latr. Conſult. 72. numero 16. & ſeqq. Cyriac. controv. 451.* 15

Quinimmò Jaſon in d. l. Titiò numer. 9. tenet, ut etiam ſi agatur de amiſſione facultatis conſequendi maximum lucrum, adhuc dicatur pœna, & metus, qui libertati matrimonij præjudicet, ac refert, & ſequitur Menoch. d. conſ. 425. nu. 7. & 1083. n. 19. Et de dicta diſtinctione inter modum, & conditionem, latè diſcurſ. 154. ſub tit. de fideicommiſſ.

Alia eſt ſententia diſtinguentium inter diſpoſitionem ad favorem filiorum, vel extranei, ut in ſecundo caſu conditio ſuſtineatur, ſecus autem in primo, quoniam, cùm patris hæreditas, ac bona videantur filiis quaſi debita, hinc proindè privatio ſapit potius amiſſionem Juris habiti, & conſequenter pœnam, quam impedimentum lucri, ut ex Aretin. Rum. Crot. & aliis plenè Menoch. d. conſ. 425. n. 4. & 1083. num. 7. Capyc. Latr. Conſult. 72. num. 20. Marcian. d. diſput. 77. nu. 11. & hanc diſtinctionem poſitive firmat Rota in d. Roman. ſeu Commend. coram Meltio.

* *Mihi verò indiſtinctè placet prima ſententia, quam rationabiliorem puto, quoniam licet in caſu modi, vel conditionis reſolutivæ, contraveniens, videatur de facto amittere rem quæſitam: Vere tamen eam amittere non dicitur, quoniam cum conditio inſit ipſi acquiſitioni, hinc proindè nunquam illam cenſere poteſt purè facta, dum ab initio eſt conditionalis, adeo ut juxta naturam conditionis reſolutivæ, eveniente caſu, habeatur, ac ſi nunquam res eſſet quæſita, ut ex Oldrad. Gutier. & aliis deductis per Marcian. id ſatis benè exprimentem dicta diſput. 77. num. 8. ponderatur etiam in d. dec. 89. Bichii.* 16

* Hic adnotandum puto caſum controverſiæ, qui ſe obtulit diſputandus in S. C. de anno 1690. in cauſa inter fratres D. Franciſcum, & D. Antonium de Januario; Inſtituit Majoratum Illuſtriſſ. Matthæus de Januario Archiepiſc. Civitatis Rhegij in contractu donationis in beneficium D. Marci Antonii de Januario, vocatis poſt ejus mortem, & D. Joannis ſine filiis dictis D. Antonio, & D. Franciſco cum expreſſa conditione contrahendi matrimonium cum familiis Nobilibus Platearum hujus Civitatis, qua conditione non adimpleta vocatio cenſeretur adempta, & fideicommiſſum delatum cæteris vocatis, ſub his verbis: *E ſe ſi troverà caſato con Signora, che goda nobiltà nelle piazze di queſta fideliſſima Città, goda ſimilmente il beneficio di detto fideicommiſſo per l'avvenire, & il medeſimo s'intende à riſpetto della nobiltà delle Donne, con le quali ſi caſaranno li chiamati;* Verùm *ſe prima di detta età ſi caſarà con perſona, che non goda detta nobiltà, dal giorno, che ſi contraherà detto matrimonio, reſti eſcluſo dal beneficio di detto fideicommiſſo, e ſi facci luogo all'altri chiamati più proſſimi, e ſe doppo detta età ſi riſolverà caſarſi, con perſona, che non goda nobiltà in dette piazze, ſimilmente ipſo facto dal giorno del matrimonio reſti eſcluſo dal detto fideicommiſſo, e ſucceda lo chiamato più proſſimo.* 17

18 * Per mortem D. Joannis ſine deſcendentibus cœpit D. Antonius poſſeſſionem bonorum majoratui ſuppoſitorum, ſed contendebat D. Franciſcus eſſe immittendum in poſſeſſionem excluſo ipſo D. Antonio ob matrimonium ab eo contractum, non adimpleta conditione cum dicta qualitate

injuncta

injuncta ab inſtitutore majoratus, quam ſubdebat non potuiſſe adimpleri per æquipollens, nempè contrahendo matrimonium cum perſonis æquè nobilibus, ſed extra Sedilis juxta deciſionem, quam refert *Merlin. dec.* 263. *n.* 11. 12. & 13. *to.* 1. ubi quod fieret extenſio de familiis ad familias, *Cravett. conſ.* 67. *n.* 1. & 2. & *n.* 6. & 7. *Decian. reſp.* 40. *n.* 28. *to.* 1. ſed in contrarium plura exempla adducebantur pro parte D. Antonii, & ſignanter apud *Gregor. Lopez ad l.* 3. *tit.* 13. *partit.* 6. *verb. mugeret col.* 4. *in fine, verſic. etiam quæſtio pulchra*, & apud *Fontanell. dec.* 211. *n.* 24. ubi deciſum refert, quod verba teſtatoris nolentis ſibi ſuccedere poſſe, niſi eos, qui eſſent de genere militari, verificari in alio de ſua familia, uti Cive honorato Barchinonæ in vim privilegii. Cauſa tranſactione finem recipit.

❀❀❀❀❀❀❀❀❀❀❀❀❀❀❀❀❀❀❀❀❀❀

ARGUMENTUM.

De aſſecuratione judicii, & quæ requiruntur, ad hoc ut quis poſſit cogi ad præſtandum cautionem de judicio ſiſti, vel de judicatum ſolvendo, & an, & quando inſtitor ſit nomine proprio obligatus ex geſtis per ipſum vel alium inſtitorem, & an, & quando Dominus remaneat obligatus ex facto ſui inſtitoris.

SUMMARIUM.

1 *Externus non poſſidens immobilia in loco, ubi convenitur, tenetur præſtare cautionem, ne judicium fiat eluſorium, Intellige ſi debitum ſit clarum, & liquidum, num.* 37. *& quomodo cavere debeat, numero* 42.

2 *Inſtitor eſt obligatus etiam finita negotiatione.*
Contrarium, nu 3.
Diſtingue, ut nu. 4.
Sed intellige, ut nu. 5. 19. 20. 21. 29. 31. 33. *&* 34.

6 *Inſtitor dicitur qui taberna, vel alii negotiationi ad emendum vel vendendum præponitur, ac qui præeſt negotiationi, n.* 7. *Sicuti etiam qui ſub ejus nomine ſocietas intitulatur, num.* 8. *& non præſumitur, niſi probetur, num.* 12. *& probatio non debet eſſe dubia, num.* 13.

9 *Societas intelligitur revocata cum illis pactis, & temporibus, ac modis, cum quibus à principio fuit ordinata, ſi non adeſt inſtrumentum, & durat, quouſque fuerit exactum omne id, quod ad dictam ſocietatem pertinet, nu.* 10.

11 *Allegans, aliquem eſſe talem, probare debet.*

13 *Probatio dubia non prodeſt.*

14 *Inſtitor poteſt eſſe aut verus, & expreſſus, aut præſumptus, ſive tacitus, & expreſſus quis dicatur, n.* 15. *&* 16. *& quis tacitus, nu.* 17.

18 *Actore non probante, reus abſolvitur.*

21 *Inſtitor, vel Dominus quando poſſint conveniri ad electionem creditoris.*

22 Text. in l. 1. §. eſt autem nobis electio, & in §. hæc actio, & in l. ſi cum, §. item ſi ſervus, ff. de exercitor. act. *habent locum tam in exercitoria, quam in inſtitoria actione.*

23 *Dominus quando obligetur ex facto ſui inſtitoris, & nu.* 24. 25. *&* 26.

27 *Socius non poteſt agere pro ſuo credito, niſi diſpunctis, ac liquidatis integris rationibus dati, & accepti, etiam ſi ſint liquida, clara, & confeſſa, quia pro partitis liquidatis executio fieri non poteſt, nu.* 28.

29 *Inſtitor obligatus inſtitorio nomine: non poteſt conveniri proprio nomine, & nominans ſe inſtitorem, non poteſt conveniri nomine proprio, nu.* 33. *etiam ſi ſimpliciter ſe obliget, nu.* 34. *etiam ſi ſtipulatio ſit interpoſita, num.* 35.

30 *Actio perſonalis non datur de jure civili contra eum, qui nobis non eſt obligatus, vel qui cum nobis non contraxit.*

31 *Inſtitor quando teneatur ad reddendam rationem & quod non differat à negotiorum geſtore, numero* 32.

35 *Stipulatio aſſumit naturam inſtitoriæ actionis, ſi fuit interpoſita ſuper contractu inſtitoris, & regulatur ſecundum naturam contractus, ſuper quo interponitur, num.* 36.

38 *Debitor non carceratur, quando debitum eſt incertum, & illiquidum. Fallit, ſi cauſa ſuſpicionis interveniat, poſt contractum, tunc enim capta informatione de fuga, ſaltem per duos teſtes, etiam parte non citata receptos poteſt capi pro aſſecuratione judicii, n.* 39. *& quæ requirantur ad finem carcerandi illum ſuſpectum de fuga, nu.* 40.

41 *Debitor quis propriè dicatur, & an ſuſpectus de fuga debeat cavere de judicio ſiſti tantum, vel etiam de judicatum ſolvendo, nu.* 42.

43 *Exitus cauſæ narratur.*

Pro Henrico Gardinerio Anglo, contra Samuelem Alanum.

CONSULTATIO LXXIII.

Diſſoluta ſocietate inter Samuelem Alanum, & Henricum Gardinerium prætendabat Samuel inter alia, eſſe creditorem in duc. duobus mille, & viginti quinque in duabus partitis dependentibus ex alia ſocietate jam extincta, quæ exercebatur in hac eadem Civitate inter ipſum Samuelem, & Jn. Slani, effectus cujus dicebat eſſe transfuſos in ſocietate, poſtea inita cum dicto Henrico, & quod illa finita omnia prætendebat perveniſſe in eundem Henricum, qui in dicta ſocietate ore tenus, & abſque aliqua ſcriptura facta dicebat, à Riccardo Fisbione, & Joanne Bronne mercatoribus Anglis, in Civitate Londini reſidentibus negotiationi prædictæ præpoſuiſſe. Primò, dictum Joannem Slani, & poſtmodum ipſum Henricum, inſtabat Samuel Henricum † arreſtari pro aſſecuratione judicii, & tanquam exterum, & non poſſidentem in Regno immobilia, ad hoc ut cautio per ipſum præſtaretur, ne judicium evaneſceret, ac fieret eluſorium, juxta diſpoſitionem *text.* ubi Bart. *& alii DD. in l. ſiendum, ff. qui ſatisd. cogant.* ac idem Bart. *& alii in l.* 1. *ff. ſi quis in jus voc. non ier.* Bald. *in l.* 2. *§ fidejuſſorem, ff. de jud.* Marant. *in ſuo ſpecul.* 6. *par.* 8. *membr num.* 2. Coraſ. *lib.* 4. *miſcellan. cap.* 10. *nu.* 4. Duenn. *in reg. utriuſque jur. lib.* 1. *reg.* 333. incipiente *fidejuſſor*. Afflict. *& ibi Addentes deciſ.* 88. Gramm. *deciſ.* 95. Cacher. *deciſion. Pedemont.* 48. Burell. *in ſumma deciſ. titul.* 13. *de fidejuſſor, n.* 18. * & quòd Inſtitor ſit obligatus, etiam finita negotiatione, adducebatur Doctrina *Pauli de Caſtro in l.* 1. *§. exercitorem, nu.* 4. *ff. de exercit. act.* ubi dicit, ſic reſpondiſſe de facto, & ponit caſum in quodam Hebræo, qui Venetiis degebat, & deputaverat quendam alium Hebræum in Civitate Piſauri ad faciendum præſtitum uſurarum, qui præpoſitus plura pignora acceperat à quodam milite. Cùmque remotus fuiſſet ab officio dictus præpoſitus, & miles contra eum ageret pro ſuis pignoribus, ipſe excipiebat * non teneri, quia contraxit tanquam factor, 3
ſive inſtitor, qui finita negotiatione ad nihilum tenetur, ut eſt *text. in leg. fin. ff. de inſtit. act.* Angel *in leg. eandem, de duob. reis*, ubi quòd moderni factores non tenentur † ex contractibus, quos gerunt, & tamen 4
contrarium concludit *Paulus de Caſtro*, quia hoc benè poteſt procedere, quando mercatores, qui præpoſuerunt, ſunt præſentes, ſecùs tamen in abſentibus, quia contrahentes non habuerunt reſpectum ad præponentem, ſed ad præpoſitum, cum

quo contrahebatur, argumento *text. in leg. eum, qui, Cod. ſi certum petatur*, ſic limitando *text. in dict. leg. fin.* quam ſententiam ſequutus fuit coram Socin. ſenior *in conſil.* 154. *ſub numer.* 16. *in fin. verſ.* 6. *& ultim. Maranta in ſua ſpecul.* 4. *par. diſt.* 9. *numero* 105.

5 Quibus * tamen non obſtantibus contrarium verius apparebit, & primo advertendum erit, quòd termini non ſunt adaptabiles ad caſum, de quo agitur, nam dato millies, quòd in caſu, quo inſtitor eſt præſens, præponens eſt abſens, obligetur inſtitor, ſeu præpoſitus, hoc debet intelligi in contractibus ab ipſomet geſtis, & cujus fidem is, qui contraxit fuit ſequutus, nulla enim lege poſſet unus inſtitor pro rebus ab alio inſtitore geſtis conveniri, cùm ergo Samuel prætendat, remanſiſſe creditorem tempore ſocietatis ſub nomine Alani, & Slani, non poteſt Henricus pro geſtis per dictum Joannem Slani remanere obligatum nomine proprio, ſecundùm terminos prædictos, imò dato pro nunc, abſque veri præjudicio, quòd dictus Joannes Slani tanquam inſtitor prædictorum mercatorum de Londino negotiaſſet, tamen non potuit eſſe ſolus inſtitor, ſed inſimul cum dicto Samuele, & ſic ipſe idem Samuel, qui primum nomen in di-
6 cta † ſocietate habebat, eſſet ſibimetipſi obligatus, & non Henricus, dicitur enim inſtitor qui tabernæ, vel alii negotiationi ad emendum, & vendendum
7 præponitur,* *leg. inſtitor eſt*, 18. *ff. de inſtit. act.* & dicitur is, qui præeſt negotiationi, *leg. in vim, ff. eod. tit.*
8 *de inſtit. act.** ac ij, ſub quorum nomine ſocietas intitulatur, *Rota Genua deciſ.* 71. *num.* Bart. *in l. Titium, & Mevium, §. ait, ff. de admin. tutor.* ac iidem Bart. & Bald. *in l. ſi patroni, C. comm. utriuſque judic.*

Et quatenus Samuel prætenderet, quod ipſe ſocietatem iniit, non cum dicto Jo. Slani, ſed cum dictis de Fiſsione, & Broune, qui tamen, quia non poterant in Regno Neap. reſidere, cùm domus haberent in dicta Civitate Londini, loco ipſorum præpoſuerunt Joannem Slani, & quod ſocietas per ejus diſceſſum non erat extincta, ſed renovata, mutando ſolùm dictum Joannem Slani, loco cujus poſuerunt
9 dictum * Henricum, & quando non adeſt ſocietatis inſtrumentum renovatio ſocietatis præſumitur cum illis pactis, temporibus, & modis, cum quibus à principio fuit ordinata, *leg. item quæritur, §. qui implere, ff. locati, l. Labeo. ff. de arbitr. l. in his §. uxor, ff. ſolu. matr.* & omnes effectus dictæ ſocietatis pervenerunt ad iſtam, & ideò quamvis creditum Samuelis ſit cum
10 dicta † prima ſocietate, tamen durant effectus ſocietatis, donec fuerit exactum omne id, quod ad ipſam pertinet, *Rot. Genuenſ. d. dec.* 71. *n.* 7.

Dicit Henricus, quòd dum pars aſſerit, Joannem
11 Slani inſtitorem fuiſſe * illorum de Londino, debet hoc probare, ex vulgata regula, quòd qui dicit, aliquem eſſe talem, id probare debet, *leg. non ignorat,* ubi Bart. *ff. de accuſation.* & in propriis terminis in-
12 ſtitoris, quòd non præſumatur, *niſi probetur tenent Bald. *in l.* 1. *Cod. de exerc. action.* & alii, quos refert *Rota Genuenſ. dicta deciſ.* 14. *num.* 37. ubi etiam, quod
13 probatio † non debet eſſe dubia, ſed certa, quia dubia probatio non prodeſſet actori, *cap. in præſentia, de probation. l. non hoc, C. unde legit.* & poſſet jure probare, quia poteſt inſtitor eſſe, aut verus, & expreſſus,
14 aut* præſumptus, ſeu tacitus, ut habetur ex Jaſ. *in d. l. ſi inſtitorem, de inſtit. act.* Expreſſus dicitur, quando
15 præponens diceret, * ego facio Titium meum inſtitorem, vel eum tali tabernæ, vel negotiationi præpono, Innoc. *in cap. quod quibuſdam, de fideic.* Alex. *in addit. ad* Bart. *in leg. cuicumque ff. de inſtit. act. lit. E.*
16 & alii per Rot. Gen. *d. dec.* 24. *num.* 39.* vel quando per ſcripturam apparet, Bald. *in l. ſed & ſi quis, §. quæſitum, ff. ſi quis caut,* ita ut oculis inſpici poſſint quæ ſcripta ſunt,* *l.* 1. *§. legi, ff. de his, quæ in teſta.* Tacitus verò dici- 17
tur, cùm pro inſtitore publicè ſe geſſerit, Domino ſciente, & patiente, Ronchegall. *in l. eandem, n.* 153. *ff. de duob. reis*, Rot. Gen. *d. dec.* 14. *n.* 42. Cùm neque de ſcri-
pturis, † neque alio modo fuerit uſque hodie hoc pro- 18
batum, quòd neque dictus Joan. Slani, neque ipſe Henricus ſint inſtitores dictorum de Londino, ſequitur, quòd ipſe Henricus nullo pacto poteſt eſſe obligatus ex geſtis per dictum Jo. Slani, quod cum non fuerit probatum, deficit in ſalutari ſuo.

Sed dato, & nunquam conceſſo, fuiſſe probatum
tàm Joannem * Slani, quàm ipſum Henricum in hoc 19
negotio fuiſſe inſtitores illorum, videamus quomodò Henricus remaneat obligatus proprio nomine, & quidem aut prætendit, prædictos mercatores Londinenſes eſſe debitores ſocietatis, tunc cantantis Alani, & Slani, aut verò ipſius Samuelis tantum pro dictis partitis duc. 1025. & 1000 exiſtentibus in libro f. 44. *per caſſa* nom. 48. eiſdem per Samuelem tranſmiſſis, & in hoc caſo, quia fuiſſet tractatum, non cum inſtitore, ſed cum Dominis, quibus fuerunt remiſſæ prædictæ pecuniarum quantitates, & inſtitor nullo modo poteſt remanere obligatus juxta terminos *text. in d. l. fin. ff. de inſtit. act.* & per ea, quæ dixit *idem* Paul. de Caſtr. & Soc. ſuprà allegati, qui contrahens non ſequutus
fuit * fidem inſtitoris, ſed Domini, nec poteſt inſtitor 20
teneri, niſi reſpectu contractus geſti per ipſum in officio, Abb. *conſ.* 16. *lib.* 1. quo caſu poſſunt tàm in-
ſtitor, * quàm Dominus conveniri, ad electionem 21
creditoris Bart. *in auth. hoc ita, C. de duab. reis*, & eſt *text. in l.* 1. *§. eſt autem nobis electio, & in §. hac actio, & in l. ſi cum, §. item ſi ſervus, ff. de exercit. act.* qui text. li-
cèt loquantur † in exercitoria actione, tamen locum 22
ſibi vindicant etiam in inſtitoria, Bald. *in d. l.* 1. *C. de exerc. act.* Verall. *dec.* 94. *p.* 2. *nu.* 3. & quamvis pro, & contra fuiſſe deciſum in arreſto Turonenſi dixeric Pappon. *lib.* 6. *tit.* 5. *arreſt.* 5. Maynard. *quæſt. jur. lib.* 2.
c. 15. † verum non ſemper Dominus obligatur ex facto 23
ſui inſtitoris, ſed tunc quando ſpecificè à Domino fuit præpoſitus, & is ad ipſius Domini utilitatem ejus nomine adminiſtravit, *d. l.* 1. *§. quod ſi ab initio, & l. ſi. ff. de exerc. act.* Menoc. *conſ.* 98. *n.* 94. *conſ.* 19. *n.* 12. *& conſilio* 296. & quando pecuniam acceperit in eam
cauſam,* in qua præpoſitus fuit, Rot. Gen. *dec.* 12. *n.* 12. 24
& eſt *text. in l. quicunque ff. de inſtit. act.* Dec. *in l. ſi inſtitorem, ff. ſi cert. pet. Conſil.* Marcian. *c.* 46. *n.* 4. tunc
obligat † præponentem, quamvis extra locum, ubi 25
præpoſitus fuerit, contraxiſſet, dummodo de negotiis ad dictam tabernam ſpectantibus contrahat, Medic. *conſ.* 121. *nu.* 27. per *text. in l.* 4. *ff. de inſtit. act.* & etiam
oportet, † ut cum eo contrahens ſciat eum talem eſſe, 26
& habeat animum Dominum obligandi, Natt. *conſ.* 567. *num.* 6. Bart. *qu.* 5. quod quidem nedum non fuit probatum ſed contrarium apparet ex libris prædictis mercatores ſcilicet Londinenſes eſſe creditores ſocietatis prædictæ Alani, & Slani in maxima pecuniarum quantitate pro mercimoniis tranſmiſſis dictæ ſocietati, & quando Samuel eſſet creditor, qui non eſt illorum, non poſſet ipſum Henricum moleſtare.

Aut verò prætendit, ipſum pro prætenſo credito habere obligatos effectus dictæ ſocietatis Alani, & Slani, & hoc caſo priùs erant diſcutienda computa
inter dictum * Samuelem, & dictum Alani per data, 27
& accepta, dicuntur enim individua, & connexa, maximè quando omnia ex eodem negotio proficiſcuntur, *Ripa in l. admonendi, num.* 124. *ff. de jur. jur.* & eſt *gloſ. in leg. etiam, §. ex cauſa ff. de minor.* Curc. jun. *conſ.* 20. Eſcobar. *de ratiocin. adminiſtr. cap.* 10 *ſub num.* 11. *& cap.* 13. *per totum.* quibus non diſpunctis, ac liquidatis integris rationibus, etiam ſi ſint clara, li-
quida, † & confeſſa, creditor dici non poteſt, quia exe- 28
cutio non partitis liquidata nec etiam fieri poſſet, *Regens Capyc. Galeota, contro.* 41. *num.* 8. *& 9. lib.* 1. &

quatenus

Digitized by Google

quatenus eſſet creditor dictæ ſocietetis, non per hoc poteſt dici, ipſum Henricum eſſe obligatum, qui non potuit tanquam inſtitor obligari, quia cum ipſo contractus non fuit geſtus, nec ejus contemplatione, ut ſuprà diximus, neque poterit eſſe obligatus, ex eo, quia effectus dictæ ſocietatis fuerint in hanc aliam ſocietatem tranſlati ſub nomine Alani, &
29 Gardinieri, † quia obligatus inſtitorio nomine, non poteſt conveniri nomine proprio, Marant. *in ſuo ſpeculo, 4. par. diſtinct. 9. num. 134.* nam jure civili re-
30 ceptum non eſt, * perſonali actione agere contra eum, qui nobis non eſt obligatus, vel qui cum nobis non contraxit, *§. 1. Inſtit. de act. l. ſi unus, §. ante omnia, ff. de pact.* Petr. Gregor. Tholoſan. *ſyntag. jur. lib. 2. cap.*
31 *12. ſub numer. 5.* † ad aliud enim inſtitor teneri non poteſt, niſi ad reddendam rationem, Socin. *conſilio 24. col. 14.* quem refert, & ſequitur Rot. Gen. *deciſ. 24. nu. 6.* ſicut quilibet adminiſtrator, *l. 2. in fi. ff. de neg. geſt. l.*
32 *ex mandato, ff. mand.* *nec in hoc adeſt differentia inter inſtitorem, & negotiorum geſtorem, *Berous conſ. 93. ſub num. 23. lib. 1.*

Nec demùm poteſt prætendere, Henricum eſſe obligatum, ex eo, qui in inſtromento celebrato die 13. Julii 1613. ſe nominavit factorem, & agentem prædictorum de Londino, non enim ex hoc poteſt
33 dici * eſſe nomine proprio obligatum, nam, ut dicit
34 Angel. *in dict. leg. eandem, in fi. ff. de duob. reis,* *inſtitores, ſeu factores, quamvis in mille Literis ſe ſcribant factores, & inſtitores, non propterea poſſunt nomine proprio convenire, etiam quod ſimpliciter poſtea ſe obligaverint, quia videntur uti inſtitores, & inſtitorio nomine contraxiſſe, ſequitur Dec. *conſ. 510.*
35 *numero 5.* ex *tex. in leg. fin. ff. de inſtit. act.* quod procedit, etiam ſi ſtipulatio fuiſſet interpoſita, quia illa aſſumit naturam inſtitoriæ actionis, *leg. ſi ſtipulatus, ff. de uſur. l. 1. §. belliſſimè, ff. ut leg. nom. cav.* Benvenut. Strach. *de mercatur. titul. de aſſecur. numer.* 83. qui ſe-
36 quutus * fuit diſtinctionem Alex. *in l. 1. ff. de pact. in fin.* quòd ſtipulatio reguletur ſecundùm naturam contractus, ſuper quo interponitur, ne in plus teneatur, ſed benè, ut efficacius propter vinculum ſtipulationis, quam communem ſententiam eſſe dixit Alciat. *in dict. rub. de verb. oblig. nu. 25.* & fuit opinio *Vulgari in eadem rubrica.*

Inſuper dicit Henricus, quòd aſſecuratio judicii
37 nullo modo * poteſt practicari in hoc caſu, nam non debet concedi, niſi quando debitum eſt clarum, & liquidum, ut dixit Bald. *in leg. apertiſſimi, in fin. Cod.*
38 *de judic.* † ubi dicit, quòd ad capturam perſonæ procedi non poteſt occaſione debiti incerti, & non liquidi, & eum ſequitur Dec. *conſi. 75. verſic. quinto ſua-*
39 *det* Urſill. ad Afflict. *in deciſ. 170. nu. 4.* † ubi etiam declarat, quod debet nova cauſa ſuſpicionis fugæ ſupervenire poſt contractum, nam tunc capta informatione ſaltem per duos teſtes, etiam parte non citata de mutatione perſonæ, & de ſuſpicione fugæ poteſt quis capi pro aſſecuratione judicii, latè etiam per Doctores, & præcipuè per Jaſ. *in l. ſi ab arbitro,*
40 *ff. qui ſatiſd. cog.* * ubi ſex enumerat requiſita ad finem carcerandi debitorem ſuſpectum de fuga, latè etiam
41 Mauſon. † *de cauſ. exequut. prælud. 2. ubi num. 16.* dicit, debitorem illum propriè dici, cui nulla competit exceptio, aut à quo eo invito exigere poſſumus, *gloſ. in leg. debitor, ff. de verb. ſignif.* ubi etiam Alciat. *& Rebuffus, l. 1.* ubi *DD ff. ſi cert. pet.* Caroc. *de excuſſ.*
42 *bonor. quæſt. 1. 2. par. num. 58.* *an autem debitor ſuſpectus de fuga debeat cavere de judicio ſiſti tantùm, ubi etiam de judicatum ſolvendo, Afflict. *dict. deciſ. 170.* Epiſcop. Ricc. *deciſ. Curiæ Archiep. 61.* verùm cùm nec Samuel ſit verus creditor, nec Henricus debitor, nec etiam de fuga ſuſpectus, cùm ipſe inſiſtat contra Samuelem, & Neapoli publicè negotiatur, apparet, quòd ſatis vana ſit ipſius Samuelis prætenſio, & potiùs hoc procurat ad alium finem, ſcit enim, non eſſe creditorem, ſed debitorem utriuſque ſocietatis, & potiùs hoc prætendit ad finem, ut Henricus à bona opinione per carcerationem cadat, quàm ut rei veritate idoneè caveat pro ſuo imaginario credito.

*Viſis his * ſcriptis non fuit ampliùs de aſſecuratione judicii loquutum, ſed fuit proceſſum ad diſcuſſionem partitarum ex libro dictæ ſocietatis, ex quibus potius debitor, quàm creditor remanebat Samuel, qui ſemper procuravit litem in longum protrahere, & ideò poſt multos annos litibus defatigatus Henricus litem deſeruit, & ad patriam reverſus fuit.* 43

❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋

OBSERVATIO IN CONSULT. LXXIII.

ARGUMENTUM.

Dominus remanet obligatus ex facto ſui inſtitoris adminiſtrantis ad ipſius domini utilitatem, quia contraxiſſe videtur nomine præponentis, ipſumque præponentem, & ejus bona propria obligat ſine ſpeciali mandato, periodè ac ſi cum ipſo contraxiſſet; Laudatur *Marius Giurba, & Cardin. de Luca*; & quid quando inſtitor exceſſit fines mandati; Complimentarius an dicatur propriè Inſtitor; Computis integrè adhuc non diſpunctis, an ſit locus viæ executivæ, & quid adminiſtratore recuſante reddere rationes. Aſſecuratio judicii quando venit practicanda contra debitorem de fuga, vel inopia ſuſpectum, & quid in Clerico reconvento coram Judice Laico pro redditione computorum; Refertur articulus diſputatus, ſed non deciſus apud *Reg. Capyc. Latr. dec. 141. to. 2.*

SUMMARIUM.

1 *Inſtitor obligat Dominum, qui ipſum negotiationi præpoſuit.*
2 Cardin. de Luca *diſtinctio inter famulum, ſocium, & inſtitorem refertur.*
3 *Et quid contrahendo contra formam præpoſitionis.*
4 *Mandatarius, ſivè Complimentarius num propriè dicatur inſtitor.*
5 *Via executiva contra ſocium num ſit locus computis adhuc non diſpunctis, ſeù liquidatis; Et quid adminiſtratore rationes reddere recuſante.*
6 *Aſſecuratio judicii an, & quando ſit practicanda contra debitorem de fuga, vel inopia ſuſpectum.*
7 *Et quid in Clerico reconvento pro redditione computorum.*

PLures * articulos aſſumpſit diſputandos *D. Reg.* 1
in præſenti *Conſult.* ſed principalis fuit, quando Dominus remaneat obligatus ex facto ſui Inſtitoris, & in hoc veriſſima eſt concluſio obligari dominum, quando ſpecificè à domino fuit præpoſitus, & ad ipſius domini utilitatem adminiſtravit juxtà concluſionem, quam veram fatetur *D. Regens Latro* hic *n.* 23. ubi allegat *tex. in l. 1. §. quod ſi ab initio, & l. fin. ff. de exercit. act. & Menoc. conſ. 98. 19. & 296.* & Ego addo *Betr. dec. 164. Rot. Gen. dec. 14. n. 1. Caſtrenſ. conſ. 20. vol. 2. Capyc. dec. 180. n. 3. Affl. dec. 64.* & alios, quos læto calamo cumulat *Giurb. dec. 88. n. 9.* ubi quod contraxiſſe videtur nomine præponentis, eumque, & propriè bona efficaciter obligat ſine ſpeciali mandato, perindè ac ſi cum ipſo contraxiſſet ex *l. ſi is qui ff. de pignor. & l. Prætor, §. ſi ſervus, ff. de edend. Cardin. de Luca de credit. & debit. diſc. 87. n. 13.* ubi tradit diſtinctionem inter famulum, * ſocium, & inſtitorem reſol- 2
vendo quæſtionem ſub his verbis; *Aut erat inſtitor, &*

pariter Dominus tenebatur pro debito contracto per inſtitorem in cauſam negotii, cui præpoſitus fuit ad text. in l. 1. ff. de inſtit. action. cum concord. coll. per Giurb. dec. 88. Addent. ad Buratt. dec. 85. ut pluries in præcedentibus de obligatione domini ex facto famuli, vel præponentis ex facto præpoſiti, ideòque unum de duobus dicere oportet, atque quomodocumque dicatur, idem reſultat effectus, dum aliàs fraudes nimium de facili committi poſſent, ac fides credentium eludi, ità (ut vulgo dicitur) colluſivè ponendo alios in medio.

3 Limitatur † concluſio, quando inſtitor exceſſiſſet fines mandati, nempè contrahendo contra formam præpoſitionis, quia tunc non obligat conſocios, neque ſocietatem juxta *text. in l. 1. §. non autem cum ſeqq. ff. de exercit. action. Hodiern. ad Surd. dec. 213. Reg. Sanfelic. dec. 177. n. 6. D. Manſ. Conſult. 294. numero 1.* & alii apud *D. Audit. Anſald. de comm. & mercat. diſc. 46. numero 11. & 12.* ubi cumulat Rotæ deciſiones loquentes, etiamſi contrahentes ignorent hujuſmodi prohibitionem contentam in capitulis ſocietatis. Doctiſſimus *Conſil. de Altimar. in ſuo tractat.* proximè typis tradendo, *de Nullitatib. Contract. rubr. 1. p. 2. q. 25. à n. 343. cum ſequentibus*, ubi plurimas tradit declarationes, & ampliationes.

4 Mandatum, ſeù complementum, quod † practicatur inter negotiatores, qui dant tale mandatum alicui perſonæ, ut eorum vices gerat, gerit quoque vices inſtitoriæ actionis, imò quod Complementarius propriè dicatur inſtitor dixit *Conſil. Rocc. de mandat. ſeù complement. n. 3.* ubi allegat *l. 3. cum gloſ. ff. de inſtitoria action.* ubi *n. 8.* tradit differentiam inter Complementarium, ſeù inſtitorem, & procuratorem.

5 Alter * articulus, qui ſe obtulit diſputandos fuit, ſi integris computis adhuc non diſpunctis, & liquidatis, eſſet locus viæ executivæ contra ſocium, vel ſocietatem, & in hoc vera eſt diſtinctio, quam tradit hic *D. Reg. n. 27. & 28.* & in *dec. 141. n. 11. 12. 13. & 14.* nullo modo eſſe locum viæ executivæ, niſi liquidatis prius integris rationibus ex Reg. *Galeot. contr. 41. n. 8. & 9. lib. 1. controv.* & ſolum procedi poſſet executivè in illo caſu, quo adminiſtrator rationes reddere recuſaverit, juxta doctrinam *Eſcobar. Coſt. & Cavalcz* & aliorum apud *Giurb. dec. 15. n. 10. Conſil. Carlev. de judic. diſp. 7. tit. 3. n. 13. tom.*

6 Poſtremò * accedendo ad ultimum articulum diſputatum circa aſſecurationem judicii concordimus cum *D. Reg. noſtro*, nullo modo poſſe practicari carcerationem contra debitorem de fuga, vel inopia ſuſpectum, niſi capta informatione de mutatione perſonæ; & de ſuſpicione fugæ, & conſtito de debito certo oriente ex publico inſtrumento juxta Rit. *M. C. V.* 170. & quod ſaltem oriatur ex ſcriptura privata trino teſte notata, *Mart. vet. 182. n. 2, & 3. Manſon. de cauſ. execut. q. 5. n. 14.*

7 Difficultas ſolum * adeſſe poſſet in hoc caſu, an eſſet præſtanda cautio tàm de judicio ſiſti, quàm de judicatum ſolvendo, quàm præſtandam eſſe etiam à Clerico reconvento coram Judice Laico pro redditione computorum, dicit Reg. *Latt. cit. dec. 141. n. 3. 4. 5. & 6.* & quamvis diceretur, Clericum eſſe de fuga ſuſpectum, & nihil in Regno poſſidere, nihilominùs articulus non fuit deciſus, ſed determinatum, *quod procedatur ad diſcuſſionem computorum ſalva proviſione facienda reſpectu prætenſæ aſſecurationis*, quam cautionem, neque in Romana Curia eſſe in uſu, teſtatur *Cardin. de Luca de credit. & debit. diſc. 114. à n. 5. cum ſeqq.*

ARGUMENTUM.

Agitur de feudo quaternato ſimpliciter, & mixto, ſeu ſecundum quid, & unde hoc nomen in hoc Regno originem ſumpſit, & an, & quando aſſenſus Regis, qui intervenit in alienatione, dicatur feudum quaternare ad interpretationem doctrinæ *Andreæ de Iſernia in Conſtit. Regni incipiente, ſi quis Baro, & in cap. 1. §. ſimpliciter, de capit. qui Cur. vendidit.*

SUMMARIUM.

1 *Feudum quaternatum de jure communi non eſt cognitum, ſed eſt ſpeciale in Regno, ut fuit habitum ab* Iſern. *nu. 2. & eſt illud, quod ad collationem Regis ſpectat, num. 3. 63. & 79. quamvis Baroni debeantur adoha, ſervitium, relevium, & omnia alia, præter collationem, n. 80. & unde originem ſumpſit, numero 4.*

5 *Quinterniones* Reg. *Dohanæ dicebantur liber doni, & pro majori parte ſunt deperditi, num. 6. & nonnulli conſervantur in Archivio* Regiæ Siclæ, *ubi conſervantur ſcripturæ,* Regium *patrimonium tangentes, n. 7. ſed illi poſtea fuerunt tranſlati in* R.C.S. *nu. 10. & differunt à libro cedulario, licèt aliter malè ſentiat* Loffred. *nu. 12. & in illis notantur conceſſiones feudorum, nu. 13.*

8 *Tribunal* R. C. S. *hodiè habet majorem partem juriſdictionis* Reg. *Siclæ, & in eo tractantur omnia, quæ ad* Regium *patrimonium pertinent, n. 9.*

10 *Feuda ad* Regis *collationem notantur in quinternionibus ſive Regiſtris* R. C. S. *& n. 13. & quæ ſint iſta feuda, ſupra n. 3. & infrà n. 79. & 130.*

11 *Clauſula,* quod privilegia regiſtrentur infra annum in quinternionibus R. C. S. *ſolet apponi in privilegiis à* Rege *factis.*

14 *Cedularium quid ſit.*

15 *Feudum quaternatum dicitur duplici modo. Primò ſimpliciter, & eſt feudum, quod immediatè, & in capite à* Rege *habetur, & feudatarius alium Dominum non recognoſcit, niſi* Regem. *Secundò feudum quaternatum mixtum, ſeu proprium, num. 16. quod ſapientes* Regni *vocant feudum quaternatum ſecundum quid, n. 17. & quale ſit, nu. 18. & nu. 20. 21. & 27. & fit pluribus modis, num. 19. & 20. ac regiſtratur in quinternionibus* R. S. C. *nu. 22.*

23 *Aſſenſus* Regis *quando dicatur feudum quaternare, variè de hac quæſtione Doctores* Regnicolæ *tam antiqui, quàm moderni loquuti ſunt ad intellectum verborum* Iſern. *num. 24. traditur opinio* Carrer. *num. 27. & 28. ac* Reg. de Pont. *num. 30. 31. & 34. quæ ab* Authore *amplectitur numer. 68. 69. 70. 73. & 75. & ſimiliter* Reg. Rovit. *numero 35. 36. 38. & 39. qui inſurgit contra* Reg. de Pont. *num. 52. non tamen ab* Authore *laudatur, num. 64. & tamen* Biloit, *num. 49. & 50. quæ non fundatur de jure ſecundum* Authorem, *numero 52. 57. 58. 62. & 63. quid ſi ſint appoſita verba,* ut ab eo, & ſub eo teneatur, *num. 28. 33. & 111.*

Intellige, ut n. 131.

25 *Baro quando quis efficiatur, & n. 26. 78. 83. 85. & 88. quid in Regno Franciæ, n. 84.*

27 *Conſenſus ſive aſſenſus* Regis *quando quaternet feudum & ſemper requiritur tam* Regis, *quàm Baronis in alienatione feudi quaternati, quia in dicto caſu dicitur feudum quaternatum ſecundùm quid, & num. 43.*

29 *Verba,* ut ab eo, & ſub eo teneatur *appoſita in aſſenſu quid operentur, & numero 38. 99. & 111.*

32 *Aſſenſus*

32 *Aſſenſus quando non eſt neceſſarius, nihil operatur, & regulatur ab actu, ſuper quo interponitur, Ibidem.*

35 Reg. Rovit. *impugnat diſtinctionem traditam per* Reg de Pont. *& novam diſtinctionem à ſe inventam tradit, & n.42. & 45. ubi in impreſſione anni 1616. eam ſub nomine incerti Authoris tradit ſed in impreſſione anni 1637. ſuam eſſe declarat, ubi etiam de ratione. Declara, ut n. 64. & ſeq.*

36 *Confirmans dat, & nu. 98.*

40 *Aſſenſus in Regno eſt neceſſarius, etiam in ſubinfeudatione, vigore* Conſtit. Divæ memoriæ, *licèt aliud ſit de jure communi feudorum, nu. 41.*

43 *Res domanialis feudi per Baronem conceſſa cum Regis aſſenſu, ſi iterum ad Baronem devolvatur, poterit de novo concedi abſque Regis aſſenſu, quia res ſemel validè alienata cum aſſenſu, efficitur ſemper alienabilis, n. 44. & 102.*

46 Julius Cæſar de Robeis *V. J. D. laudatur, & numero 132.*

47 Octavius Bancarius *V. J. D. optimus feudiſta laudatur.*

48 Andr. Capanus *V. J. D. commendatur, & nu. 143.* Conſil. de Georg. *reprobat diſtinctionem* Reg. de Pont. *ibidem.*

49 *Aſſenſus ſolus Regis quaternat ſecundum* Blottam, *quando fit ſubinfeudatio per Regem de re exiſtente in diſtrictu Terræ domanialis per ipſummet poſſeſſa, ſecus verò ſi ſubinfeudatio fit de re exiſtente in Terra Baronis, quia tunc ſimplex aſſenſus, imo plures nec quidem efficiunt feudum quaternatum, n 50. ſed requiruntur triginta anni ad præſcribendam illam qualitatem, nu. 51. ſed confutatur hæc diſtinctio, nu. 52. & ſeq.*

52 *Subinfeudatio de re domaniali exiſtente in manibus Regis non poteſt dari, quia penes ipſum non erit feudum de ratione nu. 53.*

53 *Fidelitas eſt de eſſentia feudi, quæ non poteſt dari, quando res, vel Caſtrum eſt penes Regem, nu. 54.*

55 *Actio, & paſſio non poſſunt concurrere in eodem ſubjecto.*

56 *Feudum devolutum ad Regem deſinit eſſe feudum.*

57 *Conceſſio facta per Regem, non facit rem eſſe ſubfeudum, ſed feudum quaternatum ſimpliciter.*

58 *Aſſenſus non requiritur in conceſſione quando poſſet dari ſubfeudum reſpectu Univerſitatis alicujus Baroniæ ad Regem devolutæ.*

59 *Aliud eſt concedere, aliud verò alienationi conſentire.*

60 *Aſſenſus Regis tollit ſolum obſtaculum, quando vaſſallus alienat, & dominium transfert, & n.65. & 103. etiam in actione ad feudum, nu. 66. & ſimpliciter præſtitus per Regem non concedit jus ſuum, nu. 61. & 104.*

62 *Aſſenſus non requiritur in conceſſione facta per Regem, & quare, nec facit feudum quaternatum ſimpliciter ſed conceſſio Regis, & ibi de ratione, niſi in conceſſione aliud dicatur, nu. 63.*

64 *Diſtinctio* Reg. Rovit. *non eſt undiquetuta, & reprobatur.*

66 *Actiones ſuper feudo feudales dicuntur.*

67 *Subinfeudatio de jure communi feudorum non eſt prohibita, ſed tantùm de jure Regni, n.68. 108. & 114.*

69 *Aſſenſus Regis in ſubinfeudatione facta per Baronem non facit feudum quaternatum, niſi quando ex conſenſu tam Baronis concedentis, quàm Regis aſſentientis conſtet de voluntate faciendi feudum quaternatum, & ſimpliciter præſtitus in conceſſione feudi plani, & de tabula non efficit feudum quaternatum, n. 70. & 109. & requiritur in omni alienatione feudi, n. 72. non tamen facit feudum quaternatum, & quare, num. 73.*

71 *Conceſſio Regis feudi plani non facit illud quaternatum, niſi dixerit.*

74 *Aſſenſus non facit feudum quaternatum, quando erat priùs quaternatum, & numer. 76. 77. 93. & 107. ſed tantum quando non eſt quaternatum, dummodò tamen Rex velit quaternare, ſecundùm diſtinctionem* de Pont. *ab* Authore *approbatam, n. 75. 94. 95. 96. 99. & 100.*

82 Capitula Papæ Honorii *circa poteſtatem conceſſam Baronibus conferendi feuda non ſervantur, ſed tantùm* Conſtitutio Regni, Poſt mortem, *num. 83.*

85 Andr. in Conſtit. Regn. Si quis Baro *loquitur de feudo, quod non erat quaternatum, non autem de feudo quaternato.*

86 *Verbum, illud, refertur ad proximum, non autem ad utrumque, ut conſideravit* Reg. Rovit.

87 Regens de Pont. *malè tranſcripſit verba* Andreæ, *dum dixit,* illud.

89 *Aſſenſus quando operetur, ut de feudo quaternato ſimpliciter efficiatur feudum quaternatum ſecundum quid.*

90 *Rex poteſt facere feudum quaternatum ſecundùm quid, ac planum, & de tabula, & etiam allodium, num. 91.*

92 *Natura feudi in expreſſis de conſenſu Baronis, & Regis alterari poteſt & n. 123.*

97 *Feudum ruſticum conceſſum abſque verbis,* ab eo, & ſub eo, *vel æquipollentibus per aſſenſum non efficitur quaternatum.*

102 *Verba,* quòd regiſtretur in quinternionib. R.C.S. *quid operentur, & nu. 127.*

105 Frecc. de ſubfeud. tit. de orig. Baron. num. 55. *declaratur, & nu. 107.*

106 *Caſtra omnia in Regno ſunt quaternata, etiam quòd à Barone teneantur, fallit tantummodò in Eccleſia.*

110 *Poteſtas donandi non venit in generali mandato.*

112 *Vicarius Regis, vel procurator cum libera, quæ ex tacita conſtituentis voluntate non poteſt alienare, an poſſit alienationi conſentire.*

113 *Verba,* ut detineat in vaſſallum, *quid operentur.*

115 *Feudum quaternatum non fit planum, & de tabula ſi adſint verba,* ita ut immediatè, & in capite teneatur ab eo, *& quare nu. 116.*

117 *Caſtrum ſi concedatur per Baronem alicui, non erit feudum planum, ſed quaternatum, aut ſi inſtar quaternati, ſic etiam ſi concedatur pars quotitativa Caſtri, & contraria opinio eſt periculoſa numero 120.*

118 *Relevium ſolvitur à poſſeſſore rei feudalis.*

119 *Solutio relevii eſt tantæ efficaciæ, ut ex ſola ſolutione acquiratur jus directo Domino, etiam quod poſtea non fuerit ampliùs ſolutum relevium.*

121 *Feudum quaternatum poteſt per Baronem fieri planum cum Regis aſſenſu, quando tamen conſtat voluiſſe mutare naturam feudi, & quando procedat, n. 122. & 127.*

124 *Feuda plana ſi alienantur cum Regis aſſenſu, non tamen fiunt quaternata.*

125 *Aſſenſus Regis requiritur, quotieſcunque Baro concedat aliquid de domanio feudi quaternati, dummodò non ſint excadentialia, & ſolita concedi, quod ab Ann. difficultatur, & 126.*

128 *Feudum quaternatum ſimpliciter dicitur, quando impetratur aſſenſus abſque alia expreſſione.*

129 *Subfeudatarius quis dicatur.*

131 *Feudum quaternatum, ſive de tabula ſemper remanet in ea primæva natura illi inſita à principio generationis feudi, niſi de conſenſu tàm Regis, quàm Baronis alteretur, vel niſi ex præſcriptione, & longævi conſuetudine conceſſio fuerit interpretata.*

134 *Extat cauſa narratur.*

Pro V. I. D. Julio Cæſare da Rubeis , cum Decio Miranda.

CONSULTATIO LXXIV.

1 QUia in hac *Conſultatione* venit diſcutiendus
articulus, an, & quando aſſenſus Regia fa-
ciat * feodum quaternatum, quod feudi nomen de
jure communi non eſt cognitum , ſed eſt ſpeciale
in Regno , quamvis enim de eo mentionem faciant
Alvarot. & Jaſ. *præl. feud.* tamen ut benè adver-
2 tit Capyc. * *in inveſt. feudal. in verbo quaternatum, fol.*
340. illud habuerunt ab Andr. *de Iſernia in cap.* 1.
de controv. feud. apud par. termin. & in Conſtit. Ut
de ſucceſſionibus, ibi , *vel aliis ſcilicèt in capite quoad*
quid. ut quaternatum, ideò prænotandum mihi duxi
pro faciliori articuli intelligentia , unde hoc no-
men originem ſumpſerit , & quid ſit hoc feudum
3 quaternatum , & quidem feudum quaternatum
aliud non eſt, niſi feudum, quod eſt ad collationem
Regis , & originem ſumpſit , ex quo omnia feuda,
4 quæ à Rege † concedebantur , deſcribebantur in
quinternionibus , ſive Regiſtria *Regia Dohana* , ut
habetur in *Conſtit. Regn.* incipient. *Juſtinians nomen*,
in Conſtitut. Poſt mortem , & in Conſt. Magna Curia
5 *& ibidem* notat Andr. * qui quinterniones diceban-
tur etiam liber doni , ut habetur ex *Jacobo de*
Ayello de jure Adoha , fol. 88. Camill. de Curte *in ſuo*
6 *diverſ.* * *feudal. par.* 1. *quæſt.* 13. *fol.* 41. *Omnia in cap. ſi*
aliquem Regni Siciliæ , numer. 4. qui quinterniones
7 pro majori * parte ſunt deperditi , licèt multi ex his
conſerventur in Archivio Regiæ Siclæ , ubi conſer-
vabantur ſcripturæ Regium patrimonium tangen-
8 tes, verùm cùm poſtea * fuiſſet erectum Tribunal Re-
9 giæ * Cameræ Summariæ, penes quod major pars Ju-
riſdictionis dictæ Regiæ Siclæ fuit tranſlata , in quo
hodie omnia ea , quæ ad Regium Patrimonium per-
tinent tractantur , fuerunt etiam in dicta Regia Ca-
10 mera † dicti quinterniones , & Regiſtra , in quibus
notantur omnia feuda , ad Regis collationem ſpe-
ctantia tranſlata , imò practica inolevit , ut in con-
11 ceſſionibus à Rege † factis ſoleat apponi clauſula in
Privilegiis , *quod infra annum regiſtrentur in dictis*
quinternionibus , ut dixit Capyc. *in loco* proximè cita-
to , Afflict. deciſ. 182. numero 5. Franch. de Amic. *de*
his , qui feud. dar. poſſ. verſ. ſed quia audivi , fol. 87. *Con-*
12 *ſiliarius de Georgio in ſuis reper. feud.* * *cap.* 7. *numer.* 2.
qui quinterniones ſatis differunt à libro Cedularii ,
licèt aliter , & male dixerit Loffred. *in dict. cap.* 1. *de*
13 *controv. feud. apud par.* * *termin.* quia aliud eſt liber
quinternionum , in quo notantur conceſſiones feu-
14 dorum , ut ſuprà diximus , aliud verò * *Cedularii*, ubi
notantur adhoæ , & ſervitia quæ Regi debentur ,
Camer. *in capit. Imperialem , fol.* 69. *à ter.* Jacob. *de*
Ayello , Capyc. Camill. de Curt. & alii in *locis* proxi-
me citatis Menoc. *conſ.* 226. *nu.* 169.

15 Dicitur † autem feudum quaternatum duplici mo-
do , vel ſimpliciter , & eſt feudum, quod immediate,
& in capite à Rege habetur , nec feudatarius alium
16 dominum † recognoſcit, niſi ipſum Regem, vel mix-
17 tum, * ſeu improprium , vel, ut Sapientes Regni , il-
lud appellaverunt feudum quaternatum ſecundum
18 quid , * eſt feudum , quod immediate , & in capite
tenetur à Barone , licèt mediate à Rege, ut poſt alios
declarat Camer. *in dict. cap. Imperialem , fol.* 69. Afflict.
dict. deciſ. 282. Iſern. *in dict. Conſtit.* Regni , *Ut de ſuc-*
19 *ceſſionibus , de Georgio in dict. capit.* 7. * quod feudum
quaternatum , ſecundùm quid ſit pluribus modis, de
quibus per Camill. de Curt. *in ſuo diverſor. part.* 2.
20 *capit.* 15. *numer.* 119. *fol.* 232. & * inter alios connu-
meratur quando Baro habens feodum illud , conce-
dit alii , vel ſubinfeudat, ea conditione , *ut teneatur*
immediatè , & in capite ab ipſo concedente , & media-
tè à Rege , & * conceſſioni Rex aſſentit , quia tunc ex 21
conſenſu utriuſque , hoc eſt, Baronis concedentis , &
Regis conſentientis , remanebit feudum quaterna-
tum ſecundùm quid , & regiſtratur in quinternio- 22
nibus Regiæ Cameræ , ut habetur ex Andr. de Iſern.
in Conſtit. Regni Siquis Baro. Afflict. *dict. deciſ.* 182.
Camer. *in dict. capit. Imperialem fol.* 69. Capyc.
Georg. & alii infrà citandi.

Quibus ſic prænotatis videndum erit in quibus 23
caſibus aſſenſus † Regius dicatur feudum quaternare ,
& quidem quæſtio eſt valde à noſtris Doctoribus
Regnicolis tàm antiquis , quàm modernis intrica-
ta , ita ut eam ſatis obſcuram , & involutam reddide-
rint , quare pro ejus elucidatione eorum opiniones
referre neceſſarium duxi , & quidem tota difficultas
oritur ex verbis * *Andrea in dict. Conſtit. Regni Si quis* 24
Baro , in cap. 1. *§. ſimiliter , numer.* 20. *de Capit. qui Cur.*
vendidit , & in capit. 1. *de controv. feud. apud par.*
termin. * in quibus locis quærit , quomodo quis poſſit 25
fieri Baro , & dicit , quod ſi Baro habeat plura feuda
quaternata , vel non , det unum alii cum conſenſu
Regis ut *ab eo & ſub eo teneatur* , & erit Baro , dat 26
rationem , *conſenſus enim Regis quaternabit feud , cum*
Rex confirmans videatur donare.

Cujus doctrinæ intelligentia cauſam dedit quæ-
ſtioni propoſitæ , *Camerar.* enim *in dict. capit. Impe-*
rialem , fol. 69. * dicit , quod ſemel feudo alienato cum 27
conſenſu Regis , ſemper in ejus alienatione requi-
ritur conſenſus utriuſque , & erit feudum quaterna-
tum ſecundum quid , & ſic quod aſſenſus ſemper
quaternat , & hanc etiam opinionem videtur ſequi
Lipar. *in d. cap.* 1. *§. ſimiliter , ſub numero* 20. *in verbo*
conſenſus , Maſtrill. ad Petr. de Gregor. *de conceſſio-*
ne feud. par. 1. *quæſt.* 2. *in verbo quaternata.* † Alii verò 28
fuerunt in opinione , quod non ſemper aſſenſus Re-
gius feudum quaternat , ſed quando in aſſenſu adſunt
illa verba poſita per Andr. *in dicta Conſtit. Regn. Si*
quis Baro , ſcilicèt , *ut ab eo , & ſub eo teneatur* , quæ
verba aliud non important , niſi * ut teneatur feu- 29
dum mediatè à Rege , & immediatè à Barone , ſivè
Comite , ut refert Capyc. *in ſua inveſtitura , in verbo*
feudales aſſenſus , verſ. effectus , ibi *quidam intelligunt*
Andream , & hanc opinionem ſequitur Afflict. *in d. de-*
ciſ. 282. *& in cap.* 1. *de controv. feud. apud par. termin.*
ſub nu. 52. Frecc. *de ſubfeud. lib.* 1. *tit. de origin. Baron.*
num 39.

Et ideò has opiniones conciliando *Regens de*
Ponte in præludiis feud. lect. 1. *nu.* 75. † *cum ſequentibus*, 30
diſtinguit , quòd aut feudum ſubinfeudatum eſt pla-
num , & de tabula , aut verò de per ſe feudum qua-
ternatum , * primo caſu quamvis in alienatione aſſen- 31
ſus domini interveniat , ſi eſt ſimpliciter præſtitus,
nihil de novo inducit , nec naturam propriam mu-
tat ; ſed tantùm removet obſtaculum prohibitivum
alienationis , ut poſt Bald. *in cap. quæ in Eccleſiarum,*
de conſtit. dixit Capyc. *in ſua inveſt. in d. verb. feudales*
aſſenſus , verſ. effectus, Franc. *de Amicis de his , qui feud.*
dar. poſſ. in cap. ſecundo autem , * *n.* 2. quandò verò non 32
eſt neceſſarius , nihil operatur , ac ſi eſſent appoſita
verba , *arma virumque cano* , Andr. *in cap.* 1. *§. ſed nec*
alia juſtior , n. 38. *quæ ſit prim. cauſ. beneſic. amitt.* Reg.
de Ponte d. lect. 1. *feudal. numero* 76. *de* Medic. *conſ.* 85.
nu. 31. regulatur enim ab actu , ſuper quo interponi-
tur , unde ſi opus non eſt , ad nihilum obeſt , *de Me-*
dis. ibid. n. 21. *Conſ.* Marcian. *conſ.* 16. *n.* 3. ſed tunc
tantum aſſenſus * quaternat , quando ſunt in eo ap- 33
poſita verba , ex quibus apparet , quod aſſenſus vult
facere feudum quaternatum , vel mens aſſentientis
ex æquipollentibus elicitur , ut ſunt illa verba , *ab eo*
& ſub eo , quando verò feudum , quod ſubinfeudatur
erat jam * quaternatum , tunc non eſt aſſenſus qui 34
quaternat , quia erat jam quaternatum , ita intelli-
gendo dictam doctrinam *Andreæ in dict. Conſt. Regni*
Si quis Baro , & in dict. §. ſimiliter

Reg.

Reg. Rovit, in comment. ad Regias Pragmaticas, in
35 *rubrica de feud. numero* 58. † dictam diſtinctionem non
admittit, ſed aliam tanquam novam à ſe inventam
36 tradit † quòd aut aſſenſus aliquid de novo tribuit in
beneficium directi domini, & tunc quaternat, quia
videtur in dicto caſu, feudum eſſe refutatum in ma-
nibus domini directi, quia per aſſenſum habetur,
ac ſi de novo illud conceſſiſſet ad beneficium novi
acquiſitoris, & hoc caſu aſſenſus videtur habere
vim novæ inveſtituræ, ut dixit Andreas *in dicto*
cap. Imperialem, poſt numer. 13. & tunc militat ratio
pluries allegata per *d. Andr.* quod qui confirmat
37 dat, † vulgata *l. obvenire, ff. de verb. ſignif.* & ſic ſentit
38 *Rovit.* quòd * tam ſi ſit feudum quaternatum, quàm
non quando Baro illud concedit cum illis verbis, *ab*
eo, & ſub eo, cum aſſenſu domini efficitur feudum
quaternatum, ad quod ponderat illa verba Andr. *in*
d. Conſtit. Si quis Baro, in quibus puriſicat, quòd ſit
feudum quaternatum, vel non, & ſic concludit,
39 quòd tunc * aſſenſus facit feudum quaternatum, quan-
do habet vim novæ inveſtituræ, alias enim nihil
aliud facit, niſi quòd removet obſtaculum impedi-
40 tivum * alienationis, qui aſſenſus in Regno eſt ne-
ceſſarius, etiam in ſubinfeudatione, ex *Conſtit. Re-*
41 *gni* * incipiente *Conſtitutionem divæ memoriæ*, licèt
aliud ſit de jure communi feudorum, *d. capit. Impe-*
rialem, ubi Andr. & alii, *de prohi. feud. alien. per Fe-*
der.

Ex quibus inſurgit *Rovit.* contra *dictum Joannem*
42 *Franciſcum de Ponte in locis* ſupra † citatis, dùm dixit,
quòd ſi Baro ſubinfeudat rem domanialem feudi
quaternati, quòd pars quotativa illius habeat etiam
naturam feudi quaternati, & proinde ea alienata
cum aſſenſu Regis ſimpliciter præſtito, non muta-
tur ejus primæva natura, licèt illa qualitas ex acti-
bus poſſeſſivis ſubſequutis declarari poſſit, nam di-
43 cit † *Rovit.* quotieſcumque res domanialis feudi per
Baronem conceditur cum Regio aſſenſu, ſi iterum
ad Baronem devolvatur, poterit de novo concedi
44 abſque Regio * aſſenſu, quia res ſemel validè cum
aſſenſu alienata, efficitur, ſemper alienabilis, ad
quod allegat Afflict. *in dict. Conſtit. Regni, Conſtit. Divæ*
memoriæ, & Capyc. *in d. cap. imperialem, cap* 24. *col.* 2.
in verſ. nam Baro, & in deciſ. 56. quam opinionem
45 dicit eſſe novam, * & quamvis in impreſſione de an-
no 1616. eam non tanquam ſuam, ſed ſub nomine
incerti Authoris tradiderit, tamen in ultima impreſ-
ſione de anno 1637. animum aperiendo, ſuam eſſe
declarat, quod quidem credo eveniſſe, quia in dicto
ann. 1626. erat Commiſſarius hujuſmet cauſæ Julii
Cæſaris de Rubeis, in qua inter alia veniebat hic
articulus decidendus, ut eſt videre in allegatione;
46 quam idem * de Rubeis in cauſa propria ſatis doctè
47 compilavit, † quam unà cùm allegationibus contra-
riis V. J. D. Octavii Bambacarii optimi feudiſtæ im-
primi curavit morigeratus, & doctus vir Andr. *Ca-*
48 *panus* * *in tractat. de jur. adhoa, à fol.* 71. *ad* 95. quam
opinionem *Roviti* ſequutus fuit *Conſiliarius de Geor-*
gio in dictis repet. feudal. cap. 8. *nu.* 6. ubi etiam diſtin-
ctionem traditam per *de Ponte* reprobat.

Alia etiam, & noviſſima diſtinctio traditur à *Bi-*
49 *lotta in concluſionibus feudalibus* * *concluſ.* 44. *num.* 9.
quod quando fieret infeudatio per Regem de re exi-
ſtente in diſtrictu terræ domanialis, per ipſummet
poſſeſſa, & tunc ſolus Regis aſſenſus quaternat, ſed
ſi ſubinfeudatio * fieret de re exiſtente in terra Ba-
50 ronia, tunc ſimplex aſſenſus, imò plures non effice-
rent feudum quaternatum, ſed requirerentur trigin-
ta anni * ad præſcribendum illam qualitatem, tam
51 reſpectu domini, quàm reſpectu tertii, ut *in capit.* 1.
§. ſi quis per triginta ſi de feud. defunct. milit. fuer. con-
trov. Iſern. *in cap.* 1. *col.* 1. *de controv. feud. apud par.*
termin. nu. 12.

Quæ quidem diſtinctio, tradita à *Bilotta* non vi-
detur * in jure fundata, nam non poteſt dari ſubin- 52
feudatio de re domaniali exiſtente in manibus Re-
gia, * quia penes ipſum non erit feudum, cùm de ip- 53
ſius eſſentia requiratur fidelitas Camer. *in cap. Im-*
perialem, fol. 36. *col.* 3. *de Ponte in l. feudal. lect.* 2. *n.* 35.
quæ non poteſt dari, † quando res, vel caſtrum eſt 54
penes ipſum Regem, quicquid dicat Afflict. *in præ-*
lud. Conſtit. quæſt. 25. *& in Conſtit. poſt mortem*, nam
contrarium tenuit Frecc. *in* 5. *p. author. Baron. num.* 7.
Reg. de Ponte lect. 7. *nu.* 10. & late hoc noviſſime fun-
davit *Præſid.* Fulvius Lanar. *in addit. ad repetit. feu-*
dal. in §. 1. *de his, qui feud. dar. poſſ. Regent.* Lanar.
ejus Patrus, n. 101. *&* 102. * quia concurreret actio, & 55
paſſio, quod fieri non poteſt, *l. Uranius, ff. de fidejuſſ.* &
ideò * eo ipſo, quòd feudum devolvitur ad Regem, 56
deſinit eſſe feudum, & ſic facta conceſſione per
Regem, non eſſet ſubfeudum, ſed * feudum quater- 57
natum ſimpliciter, ut infrà fundabimus, & quando 58
poſſet dari ſubfeudum reſpectu Univerſitatis alicu-
jus Baroniæ, ſeu Comitatus ad Regem devoluti, in
conceſſione non eſſet * neceſſarius aſſenſus, aliud 59
enim eſt concedere, aliud verò alienationi conſen-
tire * nam dominus aſſentiendo nihil aliud facit, niſi 60
tollere obſtaculum, quando vaſſallus alienat, & do-
minium transfert abſque aliqua mutatione naturæ
ipſius feudi, Camer. *in dict. cap. Imperialem, fol.* 43. *lit-*
ter. P. poſt Bald. *in l. ſi ut proponis, C. de ſerv. pign. dat.*
de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de reſut. feud. §. 3. *nu.* 24.
quod * tantum eſt verum, quòd Rex aſſentiendo 61
ſimpliciter, nunquam videtur jus ſuum conceſſiſſe,
ut poſt Andr. *in §. ſed nec alia juſtior, num.* 39. *verſ. ſi*
verò alienatio, dixit *de Ponte de aſſenſ. Reg. §.* 3. *n.* 16.
& * ſic implicat in objecto, quòd Rex concedat, & 62
ipſe idem aſſentiat, & ideò cùm Rex concedit, cer-
tum eſt, quòd erit feudum quaternatum ſimpliciter, 63
ſed non eſt aſſenſus, qui quaternat, ſed qui omnia,
quæ ad collationem Regis ſunt, dicuntur feuda qua-
ternata, niſi in conceſſione aliud exprimatur.

Nec * etiam diſtinctio tradita per *Rovit.* (ſalva 64
pace tanti viri) mihi videtur undique tuta, & ſi enim
verum ſit, quòd non ſemper aſſenſus faciat feudum
quaternatum, multoties † enim interponitur ſolum 65
ad removendum obſtaculum, prout ſemper fit in
alienationibus, * nedum rerum feudalium, verùm 66
etiam actionum ad ipſum feudum, quia etiam feu-
dales reputantur, Iſern. in *Conſtit. Regn. Honorem no-*
ſtri diadematis, Frauch. *deciſ.* 41. 75. *&* 593. & ideò
hæc quæſtio practicari ſolet in conceſſione, vel ſub-
infeudatione, quæ fit per Baronem alicui tertio,
quamvis * enim de jure communi feudorum ſubin- 67
feudatio non erat prohibita, ut ſuprà diximus ex *d.*
cap. Imperialem, de probi. feud. alien. per Fed. & ibid.
Scribentes, * tamen fuit in Regno introductum per 68
Conſtit. Regn. incip. *Conſtit. Divæ Memoriæ*, ut fieri
non poſſit abſque conſenſu Regio, & in hoc cadit
difficultas, quando ex aſſenſu præſtito per Regem
fiat feudum quaternatum, & quidem etiam in hoc
caſu non ſemper fit feudum quaternatum per aſſen- 69
ſum Regis, niſi quando ex conſenſu tam Baronis
concedentis, quàm Regis aſſentientis volunt feu-
dum * quaternatum fieri, unde aſſenſus ſimpliciter 70
præſtitus in conceſſione feudi plani, & de tabula
non efficeret feudum quaternatum, ut dixit Afflict. *in*
cap. 1. *ſub nu.* 52. *&* 53. *de controv. feud. apud par. ter-*
min. verſic. & tibi dico unum dictum, & in d. deciſ.
282. *ſub num.* 4. qui etiam *Joannes Angelus Piſanel-*
lus in addit. * qui dicit, quòd ſi Rex concedit feudum 71
planum, non facit illud quaternatum, niſi hoc dicat,
quamvis † enim in omni feudi alienatione requira- 72
tur Aſſenſus Regis: ut per Andr. *in d. cap. Imperialem,*
de prohibit. feud. alien. per Feder. in princ. & per Frec.
in lib. 1. *de ſubfeud. titul. de origin. Baron. ſub num.* 4.
tamen non ex hoc redditur feudum † quaternatum, 73
alias omnia feuda eſſent quaternata, ut dicit Afflict.

74 in lec. † ſuprà citat. quando autem feudum erat jam
quaternatum, tunc non eſt aſſenſus qui quater-
nat, quia jam erat quaternatum, prout bene dixit
75 de Ponte in dict. prælud. feudor. lect. 1. & * ideò puto,
verum eſſe diſtinctionem per ipſum traditam, quòd
aſſenſus Regius quaternat feudum non quaternatum,
76 quando Rex vult facere † feudum quaternatum, ſecus
77 autem in feudo, * quod erat jam quaternatum, ad
quam opinionem fundandam pondero eandem An-
dreæ doctrinam in d. Conſtit. Regn. Si quis Baro, ubi
78 principaliter * non diſputat, quando aſſenſus quater-
net, ſed quomodo poteſt fieri Baro, & dicit, quòd
oportet, ut ejus ſubfeudatarius habeat ſubfeudum
79 quaternatum, & nobile, nam feudum quaternatum
ſpectat ad collationem Regis, ut habetur in d. Con-
ſtit. Regn. poſt mortem, & ibi Andr. Camer. in d. cap.
Imperialem, fol. 69. Rex enim confert tenendum à
Barone, Iſern. in cap. 1. poſt n. 21. de lege Corradi, licèt
80 Baroni debeatur adhoe, ſervitium, & relevium,
& omnia alia præter collationem, Camer. in d. cap.
Imperialem, f. 70. lit. K. & f. 73. lit. E. & licèt per
81 Capitula Papæ Honorii * videatur conceſſa poteſtas
Baronibus illa conferendi, tamen in hoc non ſervan-
82 tur, * ſed dict. Conſtit. Regni poſt mortem. ubi dixit ibi-
dem Andreas, & Camer. in d. cap. Imperialem, f. 69.
& ſic dat formam Andreas, quomodo qui habent plu-
83 ra feuda, poſſit fieri in hoc Regno * Baro, ſicuti in
84 Francia dicuntur * Barones qui habent ſub ſe decem
feudatarios, Caſſaneus in Catalogo gloriæ mundi, in 5.
par. 46. conſiderat. col. 3. Frecc. in loco proximè citato,
nu. 43. dicit ergo Andreas, quod ex feudis poſſeſſis
quaternatis, vel non, det unum alii, conſenſus enim Re-
85 gis quaternabit iſtud. † Ex quibus verbis clarè elicitur,
quòd dum Andreas loquitur, quando aſſenſus qua-
ternet, non loquitur de feudo jam quaternato, ſed
86 de illo, * quod non erat quaternatum, & ideò dicit,
conſenſus Regis quaternabit iſtud quod verbum iſtud,
refertur ad proximum, quod eſt iſtud verbum non,
nec poteſt intelligi de utroque, prout ſenſit Revert.
quia dixiſſet, quaternabit illa, in numero plurali, hoc
eſt tam feudum quaternatum, quàm non, ſicuti
87 etiam erravit * in hoc de Ponte dum referendo in
dict. lect. 1. in prælud. num. 80. & 89. dicta verba An-
dreæ, male ea tranſcripſit, dum dixit, conſenſus Re-
gis quaternabit illud, quia ſi diceretur, illud deberet
intelligi de feudo quaternato, contra ea, quæ ipſe
idem tenuit, quòd aſſenſus illud non quaternat,
qui erat jam quaternatum; & illa particula, de
feudo quaternato, vel non, quæ notatur à Revert. in
loc. ſuprà cit. quando in aſſenſu adſunt illa verba,
ab eo, & ſub eo, non eſt intelligenda, quod ſimili
modo quaternat tàm unum, quàm aliud, quia, ut ſu-
88 prà diximus, principaliter non tractat de hac quæ-
ſtione, ſed quomodo poſſit effici Baro, illa verba
ſunt intelligenda, quod ſicuti in conceſſione feudi
plani, & de tabula factæ per Baronem faciunt, ut
conſenſus Regis illud quaternet, ita hæc eadem ver-
ba operantur, ut feudum quaternatum, quòd penes
Baronem erat quaternatum ſimpliciter, quia tene-
batur immediatè, & in capite ab ipſo Rege aſſenſus
89 facit, ut * de feudo quaternato ſimpliciter fiat feu-
dum quaternatum ſecundum quid, ut dixit de Ponte
in d. lect. 1. nu. 98. quod poſſe fieri per Regem, non
poteſt dubitari, quia ejus voluntas eſt illa quæ in
90 feudis dominatur, Camill. de Curt. † in d. part. ſuis di-
91 verſ. d. cap. 5. ſub nu. 120. ubi quòd non ſolum poteſt
facere feudum quaternatum ſimpliciter, vel ſecun-
dum quid, ſed etiam feudum planum, & de tabula,
92 & etiam allodium, * nam natura in expreſſis de con-
ſenſu tàm Baronis concedentis, quàm Regis aſſen-
tientis alterari poteſt, cap. 1. ubi Andr. de feud. non
habent. propr. nat. feud. Afflict. in dict. cap. 1 ſub nu. 52.
de controv. feud. apud par. termin. & ſic firma, ni fal-
lor, remanet concluſio, quod quæſtio, quando aſ-

ſenſus quaternat non cadit in feudo jam ex ſua pri- 93
mæva natura quaternato, ſed in feudo plano, & de
tabula, vel * antenatiæ, & ita dictam doctrinam in- 94
tellexerunt Affl. & alii Domini de Conſilio in dict.
dec. 282. ſub nu. 4. ubi dicit, quòd ſi Rex concederet
feudum, quod antiquitus erat antenatiæ, vel planum,
& de tabula alicui, non † efficeretur feudum quater- 95
natum ex ſolo Regis * aſſenſu, niſi quando apparet, 96
quod voluit facere illud quaternatum, ut quandò
adſunt illa verba, ab eo, & ſub eo, hoc etiam dixit
idem Afflict. in dict. cap. 1. numer. 52. & 53. de controv.
feud. apud par. termin. * ubi etiam, quòd ſi feudum 97
ruſticum concedatur, & non exprimantur dicta ver-
ba, vel æquipollentia, per aſſenſum non fieret qua-
ternatum, & ſic etiam Affl. intelligit Joannes Ang.
Piſanel. in d. deciſ. 282. quia dicto caſu habetur, ac ſi
feudum fuiſſet renunciatum in manibus Regis, &
ipſe concederet cum illa nova natura, ut poſt Bald. in
c. 1. §. ſi facta num. 1. ubi etiam Præpoſitus, ſi de feud.
fuer. controv. dixit de Georg. in repetit. feud. c. 6. ſub
nu. 20. & hoc etiam bene declarat Reg. Lanar. † in re- 98
pet. d. §. 1. de his, qui feud. dar. poſſ. n. 118. & 119. & in
hoc bene procedit regula, quod qui confirmat, dat,
d. l. obvenire ff. de verb. ſign. * & nedùm ex dictis ver- 99
bis, ab eo, & ſub eo, efficeretur feudum planum, &
de tabula quaternatum, verùm quotieſcunque ap-
paret, quod * adfuit intentio taliter feudi naturam 100
mutandi, & etiam quando aliquid de novo conſti-
tuitur ad beneficium Regis, ut poſt Andr. in cap. 1.
col. 4. verſ. & alii dicunt, qui ſucceſſores teneantur, di-
xit Lanar. conſil. 8. num. 12. & ſequitur Regen. Revert. in
dict. rub. de feud. nu. 67. & n. 78. † dicens, quod idem 101
operentur verba poſita in aſſenſu, ut regiſtretur in
quinternionibus Reg. Cam. licèt valde dubitarem de
ejus dicto * num. 74. dum tenet, quod per aſſenſum 102
præſtitum alienationi feudi quaternati factæ per Ba-
ronem, res efficiatur ita alienabilis, ut eo poſtmo-
dum reverſo ad Baronem, alienari denuò poſſit abſ-
que Regis aſſenſu, quia ſi aſſenſus feudi quaternati 103
eſſet ſimpliciter præſtitus, tunc non aliud operare-
tur niſi tolleret obſtaculum, nam Rex ſimpliciter
aſſentiendo non videtur ſuis * juribus præjudicare 104
voluiſſe, ut poſt Andr. in d. cap. Imperialem, nume. 15.
Afflict. Capyc. & Camer. dixit idem de Pont. de poteſt.
Proreg. titul. de aſſenſ. Reg. §. 3. num. 116. nec Doctores
per ipſum allegati probant, nam Frecc. de ſubfeud.
in titul. de origin. Baron. num. 55. nihil aliud dicit, niſi
quòd ſi † Rex donet Caſtrum, quod poſtea feudata- 105
rius alteri daret in feudum, & Rex aſſentiret, quod
non eſſet feudatarius Regis, ſed inveſtiti, licèt non
crearetur Baro, neque crearetur feudum quaterna-
tum, allegando dictam doctrinam Andreæ in d. Con-
ſtit. Si quis Baro, ex quibus verbis, neque crearetur
feudum quaternatum, aſſumit Revert. forſan à contra-
rio ſenſu, quòd dum non efficitur feudum quater-
natum, fieret feudum planum, & de tabula, ſed qui-
dem nullo modo poteſt doctrina Frecc. ita intelli-
gi, ſed eſt intelligenda, quòd non crearetur feu-
dum quaternatum, qui jam erat per prius, & non
crearetur Baro, quia non ſufficit habere ſubfeuda-
tarium cum feudo quaternato, cùm oporteat, ut
habeat plura feuda, & quod probandum optimè al-
legat dictam doctrinam Iſern. in dict. Conſtit. Si quis
Baro, ubi utrumque probatur, ut ſuprà dixi, aliàs
enim * intelligendo Frecc. eſſet errare in terminis, 106
quia cùm loquatur de Caſtro, certum eſt, quòd in
Regno omne Caſtrum eſt feudum quaternatum,
etiam quòd à Barone teneatur, fallit tamen in Ec-
cleſia, ut dixit Andr. in d. cap. 1. num. 10. de controv.
feud. apud par. term. & in d. cap. 1. § ſimiliter de Capit.
qui cur. vend. numero 15. & in dict. Conſtit. Regn. Poſt
mortem & Conſt. Juſtitiarii nomen, Capyc. in Inveſt.
in verbo quaternatum, Camer. omnia verba Andreæ
colligendo in dict. capit. Imperialem, fol. 72. à ter. Affl.
in

Digitized by Google

in *Conſt. Regn. Violentias*, *num.* 20. ac idem Frec. *de ſubfeud. in different. int. feud. quatern. & feud. plan. & de tabul. nu.* 34 & meliùs *in* 29. *auth. Baron. Paris de reintegr. feud. tit. de melior. fact. in bon. feud. num.* 22 *de* Ponte *in dict. lect.* 1. *in præl. feud. n.* 64. Camill. de Medic. *conſ.* 6. *n.* 9. *Regens Capycius Galeota controv.* 72. *tom.* 2. Petr. de Gregor. *de conceſſ. feud. par.* 1. *quæſt.* 2.
107 *nu.* 7. Biloct. *in d. concl.* 44. *nu.* 5. Cùmque Frecc. loquatur de Caſtro, neceſſariò eſt dicendum, quòd aſſenſus non quaternat, quia de per ſe erat quaternatum, idem etiam probatur ex ſubſequentibus verbis, ibi, *ipſo conſentiente tollitur obſtaculum nova le-*
108 *gis Regni*, quæ eſt *Conſtitutio Divæ memoriæ*, per quam, ut ſuprà diximus, fuit reſtricta illa poteſtas ſubinfeudandi, quæ de jure communi feudorum erat permiſſa, *gl.* Andr. & alii *in cap.* 1. *§. præterea, de cap. Corrad.* Curt. *de feud. par.* 4. *tit. an vaſſall. poſſit ſine licentia domini alium de feud. in feud.* Petr. de Gregor. *de conceſſ. feud. part.* 1. *q.* 2. Mareſcott. *var. reſol. lib.* 1. *reſol.* 95. Menoc. *dict. conſ.* 226. *Gizrba de ſucceſſ. feud. §.* 1. *gloſ.* 5. *num.* 37. & proinde hanc legem novam appellat *gloſ. in d. Conſtit. Divæ memoriæ, in*
109 *verbo licentia*, * licèt id, quod dixit, quòd ſolus conſenſus Baronis ſufficiat, reprobatur ab Iſern. *in eodem verbo licentia, ibi hodie utimur, ut Rex conſentiat per hanc Conſtitutionem, & ſic quod requiratur conſenſus utriuſque*, quæ quidem *Conſtitutio* loquitur de feudis quaternatis ſimpliciter, vel ſecundum quid, idem Iſern. *in d. cap. Imperialem nu.* 9. *verſ. Verùm putamus*, Intrigliol. *de feud. cent.* 1 *q.* 45. *nume.* 52. *Dominus Regens Tapia in rub. de prohibit. feud. alienat. & aſſenſu præſtando, nu.* 3. *fol.* 129. *in* 6. *vol. jur. Regni*, probatur etiam hoc ipſum ex eodem Frecc. *ibidem*, ubi infe-
110 rius dicit * *fortè Vicarius Regis non poſſet aſſenſum præſtare, puta quoad hoc videtur donare, quod non venit in generali mandato*, de quo articulo latè per Camer. *in dict. cap. Imperialem, fol.* 77. *à ter.* & ſic non poteſt intelligi, niſi quòd in alienatione Caſtri cum conſenſu Regis aſſenſus non quaternat, quia jam erat
111 quaternatum, * verùm ſi ponentur illa verba, *ab eo, & ſub eo*, vel æquipollentia, de feudo quaternato ſimpliciter fieret quaternatum ſecundum quid, ut ſuprà fundavimus, & probat etiam *de Ponte in d. lect.* 2. *in præl. nu.* 99.

Nec etiam probat hanc *Roviti* opinionem doctrina *Camerarii in d. cap. Imperialem fol.* 77. *lit.* Q.
112 nam *ibi* * ſolum diſputat, ſi Vicarius Regis, vel Procurator cum libera, qui ex tacita voluntate conſtituentis non poteſt alienare, poſſit alienanti conſentire, nec etiam *fol.* 73. *lit. F.* ſuam intentionem probat, imò potiùs contrarium, dum poſita regula, quòd debet uterque conſentire in feudo quaternato ſecundum quid, declarat, hoc debere intelligi, ſiva conſideres unum Caſtrum, quod ſubdit alicui Curti principali, ſeu Comitatui, ſiva conſideres aliquod Caſtrum per ſe ſolum, quando alienata eſt quota pars cum aſſenſu Regio, cum qualitate, quod retineat hoc feudum in vaſſallum, & ſic parificati quando totum Caſtrum eſt ſubinfeudatum, & quando pars quotativa ipſius, & quod in utroque caſo requiritur conſenſus utriuſque, non ergo valet conſequentia, quòd ſi non eſſet dictum, *ut detineat feudum in vaſſallum*, ergo erit feudum planum, quia incideremus in idem, nam cùm loquatur de Caſtro, nunquam poteſt eſſe feudum planum, ſed ſemper
113 quaternatum, * & illa verba, *ut detineat feudum in vaſſallum*, operarentur ut ex feudo quaternato ſimpliciter fieret quaternatum ſecundum quid, ſecundum ea, quæ ſuprà ex Iſern. *in d. Conſtit. Regni Si quis Baro* fundata † fuerunt, nunquam enim credendum eſt,
114 Regem, niſi expreſsè dicat, jura ſua remiſiſſe, & hanc opinionem contra *Rovit.* ut bona domanialia feudi non efficiantur excadentialia, vel alienabilia per unicam infeudationem cum aſſenſu Regis, ex *Camerario*, & aliis latè fundat *Reg. Lanzeius* à me poſt hæc ſcripta viſus in *loco* ſuprà citato *num.* 102. *cum pluribus ſequentibus*, & hoc etiam probat in caſu ſatis magis arduo *Conſiliar.* Theodor. *in allegation.* 84. *num.* 12. ubi quòd vendita Terra Policaſtri per Regem * Federicum in anno 1496. Andreæ Carrafæ unà 115
cum feudis, & ſubfeudis, *ita ut immediatè, & in capite teneatur ab eo*, non per hoc feudum quaternatum fieret † planum, & de tabula, quia non videtur 116
ſe privare voluiſſe juribus directi domini, ſed tantùm transferre, & ſubjicere jura utilia, ex Camer. *in d. cap. Imperialem, f.* 71. *col.* 3. *lit. M.* & in terminis hoc etiam tenuit Intrigl. *in cent.* 1. *de feud. q.* 45. in quo loco differentias colligit inter feudum quaternatum, & planum, & de tabula, *& num.* 133. dicit, quòd ſi Baro * infeudaret aliquem de Caſtro, non eſſet feu- 117
dum planum, ſed quaternatum, aut ad inſtar quaternati, & nedum quando infeudaret Caſtrum, ſed aliquem partem quotativam ipſius, ut loquitur *de Ponte in conſ.* 74. *vol.* 2. *n.* 4. de quàdam defenſa, quæ erat in territorio Gravinæ, & fuerat duobus vaſſallis conceſſa, dicit, quod aut erit feudum quaternatum ſimpliciter, aut ſecundum quid, ad quod demonſtrandum * adducit *num.* 2. quòd de ea fuit ſolutum rele- 118
vium, quòd non ſolvitur, niſi à poſſeſſore rei feudalis, quæ ſolui 9 relevii, dicit * eſſe tantæ efficaciæ, 119
ut ex unica ſolutione acquiratur jus directo Domino, etiam quòd poſtea non fuerit ampliùs ſolutum, Affl. *in cap.* 1. *n* 097. *ex quib. cauſ. feud. amit.* ubi etiam refert deciſionem S. C. Fab. de Ann. *conſ.* 29. & *Ego* latiùs dixi *in deciſ.* 93. & ſic opinio *Roviti*, quòd facta * ſubinfeudatione per Baronem de Caſtro, ſeu 120
parte illius cum aſſenſu Regis, quod efficiatur planum, * & de tabula, eſt valde periculoſa, non tamen 121
nego, quòd poſſet Baro cum Regis aſſenſu de feudo quaternato facere feudum planum, ut ſuprà dixi, ſed quando * apparet, quod voluit naturam feudi mu- 122
tare, veluti quando in ſubinfeudatione exprimeretur, *quod feudum teneatur in capite ab ipſo Barone, vel quod tollatur à Regiſtro, ſeu quinterno*, vel aliud ſimile, † quia ex conſenſu utriuſque Baronis ſcilicèt, & 123
Regis poteſt natura feudi mutari, ſicuti è converſo feuda † plana ſi alienantur cum Regis aſſenſu, non 124
per hoc fierent quaternata, *de Ponte in d. lect.* 1. *n.* 74. & 75. & ideo concluditur, quòd quotieſcunque Baro * concedit aliquid de domanio feudi quaterna- 125
ti, requiritur Regius aſſenſus, ut per Affl. *in d. Conſtit. Regni Divæ memoriæ, nu.* 89. Franch *dec.* 154. Frecc. *in* 1. *author. Baron. nu.* 1. Parif. *de reintegr. feud. in cap. incipiente Domanialia, fol.* 3. *& in cap. Benemeritis, fol.* 116. Capyc. *de Inveſtit. in verbo feudorum aſſenſus*, dummodo * tamen non ſint excadentialia, & ſolita 126
concedi, quod etiam difficultatur ab Anna *in c.* 1. *n.* 77. *&* 198. *de vaſſall. decrep. ætat.* & quotieſcunque fuiſſet * in aſſenſu ordinatum, *ut regiſtretur in quin-* 127
ternionibus Regiæ Cameræ, efficeretur feudum quaternatum ſecundùm quid, ut notat Afflict. *in d. Conſtit. Poſt mortem, num.* 4. & quando in feudatione aſſenſus * impetraretur, abſque alia expreſſione, non 128
eſſet * ponere os in Cœlum, ut dici poſſet feudum 129
quaternatum ſimpliciter, nam ſubfeudatarius dicitur etiam is, qui Curiam Regis recognoſcit, quando poſſidet † feudum quaternatum, cujus collatio ad 130
Regem pertinet, licèt feudum exiſtat in terra Comitiva, vel Baronia, & ei ſervitium militare, & relevium perſolvatur, ut poſt *Cam. in cap. ſi aliquem, in verb. ſubfeudatarius*, voluit Intrigl. *de feud. cent.* 2. *art.* 64. *in fi.* & propterea ex his omnibus concludo, quod * feudum ſive quaternatum, ſive planum & de 131
tabula, ſemper remanebit in ea primæva natura illi inſita à principio generationis feudi, niſi de conſenſu utriuſque tàm Regia, quàm Baronis alteraretur, vel niſi ex præſcriptione, & longæva conſuetudine conceſſio fuerit interpretata.

Hoc

132 *Hæc notavi * in dicta cauſa V. I. D. Julii Caſaris, de Rtben amici mei, verum quia in ea veniebant etiam diſcutiandi articuli, propterea in cauſa propria ipſe idem omnia facis erulitè compilavit, licèt multa ex prædi-*
133 *ctis deficiant, * ut eſt videre in dicta ejus allegatione noviſſimè impreſſa per* Andream Capanum in *allega-*
134 *co* tract atu da jora adhoæ, * *qua cauſa hodie quoque remanet indeciſa.*

OBSERVATIO IN CONSULT. LXXIV.

ARGUMENTUM.

Feudom planum, & de tabula, quando per Regis aſſenſum efficiatur feudum, quaternatum mixtum, vel ſecundum quid; Afferuntur diſtinctiones *Reg. Rovit. in rubr. de feud. n. 59.* quas everſera conatur *Reg. Latro*, ſed defenduntur per *Conſil. de Georgio in repetit. feudal. cap. 8. num. 5.* & ſub brevi compendio reaſſumuntur per *Reg. de Marinis cap. 126. ſuar. reſolut.* Alrios examinatur principalis articulus, qui emerſit diſputandus in hac *Conſultat. ſi Conſtit. Diva memoria*, habebat locum in feudis planis, & de tabula, & in quaternato mixto, & num Regis aſſenſus potuiſſet impetrari poſt mortem venditoris; de quo non inquirit *Reg. Latr.* ſed *D. Bambacar. & D. Capan. de jure adhoa qu. 7. nu. 21. 22. 23. & 24.* laudatis *Affl. Parid. de Puteo, & Reg. de Ponte*, cujus argumenta confutantor per *Horat. Montan.* & afferuntur rationes, quibus innititur *Montan.* Cautela ſatis proficua proponitur, ad hoc ut aſſenſus poſſit impetrari poſt mortem feudatarii feudum alienantis, & laudantur *Reg. de Ponte, Reg. de Marinis, & D. Maradei*, & de aliis notabilibus ad feudalem materiam pertinentibus.

SUMMARIUM.

1 *Articulus, qui incidit diſputandus in hac* Conſultat. *refertur.*
2 *Feudum quaternatum, ſivè planum, & de tabula num remaneat ſemper in ſua primeva natura illi tradita à principio.*
3 *Clauſula exprimenda ad finem quaternandi feudum, ſunt illa* immediatè, & in capite, vel ab eo, & ſub eo, *qua explicantur per* Horat. Montan.
4 *Clauſula aſſenſus* fidelitate, & feudali ſervitio, ſivè adhoa ſemper ſalva, *num idem importet, quod* immediatè, & in capite à Regia Curia.
5 *Aſſenſus præſtitus in ſubinfeudatione an, & quando habeat vim novæ inveſtituræ, & efficiat feudum quaternatum ſecundum quid vigore ſupra traditarum clauſularum.*
6 *Diſtinctio* Reg. Rovit. ſuper rubr. de feudis, *quam* Reg. Latr. *noſter recipiendam non putavit, recipitur* Conſil. de Georgio, *& per* Reg. de Marinis.
7 Conſtit. *incip.* Conſtitutionem Divæ memoriæ, *num praſcribat ſibi locum in feudo plano, & de tabula.*
8 Horat. Montan. verba de Regalib. n. 47. in princip. *afferuntur pro reſolutione quæſtionis affirmativa ſecundum communem opinionem.*
9 *Revocatio alienationis feudi vigore* Conſtitut. Conſtitutionem Divæ memoriæ, *num procedat in feudo quaternato mixto, ſeu ſecundum quid, & num aſſenſus Regis poſſit impetrari poſt mortem venditoris, n. 10.*
11 *Aſſenſus Baronis impetratus ſuper alienatione ſubfeudi num evaneſcat, ſi pendente impetratione Regii aſſenſus feudatarius venditor feudi moriatur.*
12 *Aſſenſus num poſſit impetrari favore dotis poſt mortem feodum alienantis.*
13 *Et quid reſpectu Viri petentis aſſenſum ſuper bonis feudalibus pro dote ſibi à defuncto obligatis.*
14 *Et quid in venditione neceſſaria facta ſub haſta.*
15 *Heredes defuncti feudatarii poſſunt cogi ad ratificandum contractum initum cum defuncto feudatario, ad hoc ut ſuper illo novo contractu poſſit Regius aſſenſus impetrari, & hæredibus parere recuſantibus poteſt Judex injungere Actuario cauſa,* ut procedat ad ſtipulationem contractus illorum nomine.

ARticulus * emerſit diſputandus in hac *Conſultatione*, num aſſenſus Regius in ſubinfeudatione facta per Baronem reddat feudum quaternatum, in quo contrarias edidit allegationes *D. Octavius Bambacarius* maximus feudorum Interpres, ut patet apud *Capan. de jure adhoa q. 7. fol. 87.* 1

Conatur *D. Regens* tradere interpretationem ad doctrinam *Andr. in Conſtit. Regni ſi quis Baro*, & evertere fundamenta diſtinctionis traditæ per *Reg. Rovit. in Commentar. ad Reg. Pragm. in rubr. de feudis n. 59.* quam dicit non eſſe undique turam, & demum in fine concludit, * quod feodum, ſive quaternatum, ſivè planum, & de tabula, ſemper remanebit in ſua primæva natura illi inſita à principio generationis feudi, niſi de conſenſu utriuſque tàm Regia, quàm Baronia alteretur, vel niſi de præſcriptione, vel longæva conſuetudine conceſſio fuerit interpretata. 2

In propoſita quæſtione * *Horat. Montan.* ſtare viderut pro opinione *Bambacarii* ſui Præceptoris *in cap. Imperialem, §. firmiter num. 44.* ubi dicit eſſe attendendam cauſam finalem aſſenſus, & verba expreſſa ad finem quaternandi, quæ ſunt clauſulæ illæ *immediatè, & in capite*, vel clauſula *ab eo, & ſub eo*, quam idem operari dicit *in verſic. eſt igitur difficultas*, ubi in fine explicando dicta verba ſubdit: *Id eſt, ut teneas immediatè à Caio, & ſub Caio, mediatè autem à Rege, & ſic erit quaternatum ſecundum quid, dum enim Rex dixit, do tibi in feudum, evidenter demonſtravit, velle hunc in vaſſallum, dum immediatè dixit, ut teneas à Caio, & ſub Caio, non eſt præſumendum, quod in totum reſpuerit fidelitatem illius, confert pro hac opinione, quod ſi in qualitate alterante requiritur aſſenſus ſpecificus, ut dictum eſt in præcedenti clauſula multo magis in qualitate extinguente in totum vaſſallagium quoad Regem, cæterum cogitent acutioris ingenii homines.* 3

Clauſula appoſita in aſſenſu, * *fidelitate tamen noſtra, & feudali ſervitio, ſivè adhoa ſemper ſalva*, idem importat, quod clauſula illa *immediatè in capite, & à Regia Curia*, & utramque conſtituere feudum quaternatum, ſimpliciter diximus *de aſſenſu q. 129. n. 3.* 4

Reg. Rovit. * voloit, aſſenſum Regium præſtitum in ſubinfeudatione facta à Barone habere vim novæ inveſtituræ, & quaternare feudum ſecundum quid, ſemper quod Rex aſſenſum præſtat cum clauſula, *ut ſubfeudatarius illud teneat ab ipſo Rege, & ſub ipſo Rege*, ſeù *in capite à nobis, vel à noſtra Regia Curia*, quod procedere voluit, etiamſi in conceſſione Baronis adfuiſſet in ſui favorem appoſita conſimilis clauſula, *quod teneatur in capite ab ipſo Barone, vel ab ejus Baronali Curia*, quas clauſulas dicit non eſſe repugnantes, ſed compatibiles, quas diſtinctiones, quamvis recipiendas non putaverit *D. Regens Latro*, tamen illas inſecutos fuit *Conſ. Georgio in repetit. feud. cap. 8. nu. 5 & Reg. de Marinis lib. 1. ſuar. reſol. cap. 126. num. 84. 85. & 86. & ad Reverter. obſervat. ad dec. 186. à nu. 1. lib. 1.* & *Ego* pariter *de aſſenſ. general. q. 58. n. 3.* & dum hæc ſcribo obſervavi noviſſimas *Obſervationes D. Franciſci Maradei* imprimendas 5

imprimendas *ſuper Pragmaticis prætermiſſis*, *qui ſuper Pragm. 34. de feudis*, tangit hunc *articulum*, inſequendo *Revir.* diſtinctionem *verſic. verum ſemper*, *quod loquimur de feudis quaternatis.*

7 Principalis * articulus diſputatus in præſenti *Conſultatione* erat, ſi revocatio vigore *Conſtit. Conſtitutionem Divæ memoriæ* præſcribebat ſibi locum in feudis planis, & de tabula, ex quo in alienatione non intervenerat Regius aſſenſus; & quamvis de hoc non inquirat *D. R. Latr.* inquirit tamen *D. Bambacarius in ſua Conſult. n.* 13. ubi concludit, non dari in feudis planis revocationem vigore dictæ legis Regni, laudando pro ejus ſententia *Affl. in eadem Conſtit. nu.* 23. *Marin. & Jo. Thom. de Marinis in locis citatis*, quibus addo ego *Affl. in dec.* 243. *nu.* 8. ubi refert ſic deciſum, & ità ſemper fuiſſe interpretatam dictam Conſtitutionem, *Anna in repetit. Conſtit. Divæ memoriæ n.* 216. & 243.

Horat. Montan. de Regalib. nu. 47. *in princip.* qui omiſit pertractare hanc quæſtionem *in repet. l. Imperialem*, cumulat plurima argumenta contra hanc Regnicolarum ſententiam, reſpondendo nominatim ad *Jo. Vincent. Ann.* tamen teſtatur ſibi diſplicere, non poſſe cum hac ſententia firmare pedes, cùm obſtet contraria communis opinio, cujus tanti *Autho-*
8 *ris* verba ſunt: † *Diſplicet tamen mihi non poſſe firmare pedes in hac opinione affirmativa, cùm contraria opinio, ſecundum quam judicatum fuiſſe teſtatur Affl. in dec.* 243. *ſit communis, illam enim ſequuntur Jo. Vincent. Ann. loc. cit. Grammat. dec.* 77. *num.* 3. *Reg. Lanar. conſ.* 92. *num.* 25. *Marin. Frec. in* 13. *limit. ad illam Conſtit. in qu. pluribus autem modis, Camerar. autem in l. Imperialem fol.* 40. *lit. B. non diſcutit articulum, ſed loquitur perfunctoriè, & D. de Franchis dec.* 126. *num.* 4. *dicit articulum eſſe difficilem, & non fuiſſe deciſum; Conferunt pro opinione affirmativa, quæ ſcripſi in §. præterea ſi quis inſeudatus ſub numero* 43. *lit. V. verſic. Nec compoſitio hac ad duplicatum relevium.*

9 Sed difficultatem hujus † *Conſult.* non in hoc puncto ego agnoſco fuiſſe repoſitam, ſed in alio, nempè quod ſubfeudum, de quo agebatur, jam fuerat effectum quaternatum, dum in anno 1549. fuerat conceſſum Felici de Rubeis cum onere adohæ, & ſuper conceſſione fuit impetratus Regius aſſenſus, ut colligitur ex traditis per eundem *Bambacar. n.* 3. & quamvis *D. Capan. in ſuis addit. ad dictas allegationes nu.* 21. 22. 23. & 42. *verſ. tertio*, ſuſtinuerit etiam dato, quod feudum eſſet mixtum, vel ſecundum quid, adhuc ceſſare revocationem, & aſſenſus Regius, quatenùs foret neceſſarius poſ-
10 ſet * impetrari quandocumque etiam poſt mortem venditoris, laudando *Affl. & Parid. de Puteo*, quos refert, & ſequitur *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. in tit. de aſſeaſ. nu.* 22. *cum ſeqq.* quorum argumenta reaſſumendo dicit, neminem diſſentientem vidiſſe, ſed parcat mihi *D. Capan.* quia inveni diſſentientes, inter quos ſufficit inveniſſe *Horat. Montan. qui eſt alter Bartholom. Camer. in materia feudali in repetit. l. Imperialem n.* 92. *lit. A. & lit. B. verſic. nunc ad quæſtionem*, qui totus eſt in refellendis argumentis *D. Reg. de Ponte*, & firmat pedes *n.* 96. poſſe hæredem feudatarii revocare vigore *Conſtit.* contractum celebratum ſuper feudo quaternato mixto, ſeù ſecundum quid ob defectum Regii aſſenſus, non obſtante, quod contractus fuerit roboratus aſſenſu Baronis, quia dictus aſſenſus nullam firmitatem tribuit contractui ſine Regio aſſenſu, & iſte caſus eſt virtualiter incluſus in dicta *Conſtit.* adeò quod non eſt recurrendum ad jus commune Romanorum.

Rationes, quibus innititur *Montan.* ſunt, quia contractus cum aſſenſu unius ex Dominis non ſunt ab initio nulli, nec contra legem, ſed præter legem, dum pendent à confirmatione futuri Regis aſſenſus, undè cùm feudatarius venditor moriatur, antequam adveniat confirmatio, evaneſcit ſubjectum confirmabile, quod eſt contractus feudatarii mortui, & per conſequens * corruit quoque aſſenſus 11
Baronis, quia non poteſt amplius operari effectum confirmandi, non in contractu venditoris mortui, quia evanuit, non in futuro contractu hæredis, qui eſt novus, & novo indiget aſſenſu etiam Baronis, qui aſſenſerat ſuper contracto Titii celebrato, qui non extenditur ad contractum hæredis Titii celebrandum.

Hæc principalis concluſio * prohibitiva impetra- 12
tionis aſſenſus poſt mortem feudum alienantis reſtringitur favore dotis, dummodò bona feudalia, quæ vir dum vivebat, uxori obligaverat, reperiantur exiſtentia penes hæredem viri tempore petitionis aſſenſus, juxtà *text. in l. ſi ego, §. ſi res, ff. de Jur. dot.* concludunt *D. de Franchis dec.* 86. & 610. *n.* 7. *D. Reg. de Marinis ad Reverter. in obſervat. ad dec.* 110. *à n.* 2. *ad* 6. *in ſigno manus*, ubi refert *DD.* contrarium aſſerentes in antephato, & à dicto *n.* ad 9. ubi concludit contrarium in viro petente aſſenſum ſuper bonis feodalibus à dotante defuncto † ſibi obligatis pro dote promiſſa, & non 13
ſoluta, & ex *Anton. Capyc. in cap. Imperialem in* 4. *notab. verſic. limita ſecundo fol.* 40. *in fine de prohib. feud. alienat. per Frideric.* aſſignat diſcriminis rationem inter unam, & alteram hypothecam, ſiquidem illa tacita, quam habet uxor ſuper bonis viri, eſt cum privilegio prælationis juxta *text. in l. aſſiduis, C. qui potior. in pign. habeant.* ſed illa, quam habet vir ſuper bonis dotantis, nullum habet privilegium prælationis.

Secundò reſtringitur * concluſio in venditione ne- 14
ceſſaria facta ſub haſta, in qua aſſenſus impetrari poteſt poſt mortem feudatarii debitoris, nec erit locus revocationi, *Reg. Merlin. controv. cent.* 2. *cap.* 81. & alii longa manu relati per *D. de Marinis ad Reverr. obſerv.* 228. *num.* 5. & 6.

Ad hoc tamen, ut non evaneſcat contractus factus à feudatario, qui in vita aſſenſum non habuit, nec poſt mortem haberi poteſt abſque novo hæredis contractu, cautela à peritioribus fuit excogitata, ut cogantur hæredes per novum contractum ratificare inſtrumentum initum cum defuncto ad finem impetrandi aſſenſum ſuper illo novo contractu, quam cautelam docuit *R. de Ponte de poteſt. Proreg. tit.* 6. *§.* 1. *n.* 22. quod adeò eſt in praxi receptum, quod ſi hæredes ordinibus S. C. ità mandantibus parere non curant, poſt idem S. C. injungere Actuario cauſæ, *ut dictorum hæredum nomine contractum ratificet, vel procedat ad ſtipulationem novi contractus ad finem impetrandi aſſenſum*, quemadmodum plures practicaſſe teſtatur *D. Reg. de Marinis lib. ſuar. reſol. cap.* 43. *n.* 8. & 9. & *ad Revert. obſerv. ad dec.* 79. *à nu.* 7. & 8. & proſequitur *D. Franciſc. Maradei in ſuis appendicibus*, quam primum imprimendis *ad cap. ſuar. obſerv. Reg. Pragm. in appendic. ad obſerv.* 162. & 163. *verſic. addere non erit omittendum.*

A R G U M E N T U M.

Filia feudatarii ſuperſtes feudo paterno ſpolianda non eſt prætextu incapacitatis, quia fœmina, ſed vel manutenenda eſt in poſſeſſione, vel in eam immittenda, dum pendet deciſio articuli, an filia ſit capax ſucceſſionis feudi, ſive Dominus feudum poſſideat, ſive agnatus, & ab inteſtato, item ſive feudum ſeculare ſit, ſive Eccleſiaſticum,

ad

ad materiam *Capit. ex præſumptuoſè*, quod circa ſequeſtrandam feudi poſſeſſionem in Regno, mortuo feodatario, quando, & quomodo procedat, explicetur latè. In petitorio autem an, & quando fœmina ſuccedat in feudo, et in eo recipienda ſit, vel non, latiſſimè tractatur, dilucidata ferè tota conceſſionum formula, & cauſe, cùm mediante pecunia, vel pro ſervitiis fiat alicui, *pro ſe, & filiis maſculis, deſcendentibus, hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque ac pro ſe, & quibus dederit*, ad finem agnoſcendi proprietatem feudi, ejuſque improprietatem, ac admittendi, vel ne fœminas, extraneos, & uxorem in illius ſucceſſione, concurrentibus maſculis, ſive iis deficientibus, & ad excluſionem Domini ſolùm qui quando debeat ex æquitate inveſtire fœminas deſcendentes, quæ ſecundùm inveſtituræ formam non eſſent comprehenſæ, illæque conqueri poſſint, niſi inveſtiantur, maſculis deficientibus, ponitur conjecturis aliquot in medium allatis, quibus ex mente concedentis fœminæ à feudi ſucceſſione incluſæ, vel ſecus videri poſſint.

Aſſenſus an, & quando operetur obſtaculi remotionem, vel habeat vim novæ inveſtituræ, & alienatio feudi valeat etiam poſt mortem alienantis, abſque legitimo ſucceſſore, clariſſimè aperitur, relatis, ac elucidatis *Conſtitutionibus Pii V. Innocent. IX.* & aliorum Pontificum de prohibitione alienandi, & infeudandi Civitates, Terras, Oppida, & Loca S. R. E. & ex quibus iis derogatum appareat, & an valida ſit revocatio illarum, dato præſertim jurejurando revocantis de illas obſervando, ſi poſtea contraveniat, & an tunc perjurus dici Pontifex poſſit, ſeque ipſum abſolvere, additis multis de Summi Pontificis poteſtate.

SUMMARIUM.

1 *Spoliare poſſeſſorem dicitur, quoties quis eo non vocato mediante Principis reſcripto poſſeſſionem ingreſſus eſt.*

2 Text. in l. meminerint. C. unde vi, & in l. fin. C. ſi per vim *diſpoſitio refertur.*

3 *Spoliatus ante omnia eſt reſtituendus, etiam quòd fuerit ſpoliatus authoritate Principis.*

4 *Sequeſtrum eſt prohibitum de jure Cæſareo, & Pontificio.*

5 *Fiſcus lite pendente non ſolum prohibetur ſibi incorporare bona, de quibus eſt lis, ſed nec ea poteſt ſequeſtrare, & nu. 11. quid tamen ſit de jure Regni, nu. 7. & ſeq.*

6 *Reus non debet ejici de poſſeſſione, donec lis finiatur.*

7 *Mortuo feudatario in hoc Regno abſque legitimo ſucceſſore, poteſt Fiſcus feudi poſſeſſionem ingredi, ut illud penes ſe loco ſequeſtri habeat, donec ſummariè lis infra annum à die mortis feudatarii terminetur.*

8. Cap. Regni ex præſumptuoſè *diſpoſitio refertur.*

9 *Ejus diſpoſitio loquitur tantùm de feudis quaternatis.*

10 *Non habet locum in feudis planis, & de tabula, ſed in his ſervatur jus commune.*

12 *Feudum, ſi ſit conceſſum ad tempus, & eo finito Titius poſſidet, non debet de facto ſpoliari, ſed poſſeſſor eſt citandus.*

13 *Feudatario mortuo filia non ſolum eſt conſervanda in poſſeſſione, ſed in eam eſſet immittenda, ſi nulla adeſſet poſſeſſio; quando etiam ſciatur, rem eſſe feudalem, ſed dubitetur, an filia ſit capax, & quare, nu. 14. & n. 17. & 24. quod an procedat in feudis Eccleſiaſticis nu. 18.*

15 *Amplia etiam agnato poſſidente.*

16 *Etiam ab inteſtato, item ſive controverſia ſit inter filiam, & agnatum, ſive inter filiam, & Dominum, qui prætendat, conceſſionem eſſe finitam, n. 19.*

18 *Fœmina an ſuccedat in feudis Eccleſiaſticis.*

20 *Caducitas præſumitur remiſſa ex tolerantia Domini, & receptione cenſus, ac ſervitii.*

21 *Feudum quando incipit à fœmina, tranſit ad alias fœminas, quamvis in conceſſione fœmina expreſsè vocata non ſint.*

22 *Clerici ſunt incapaces feudorum, ut mulieres.*

23 *Clerici æquiparantur mulieribus in materia ſucceſſionis feudorum.*

24 *Filia donec de feudo probetur, & judicetur, non ſolum debet in poſſeſſione permanere, ſed quatenus non eſſet in illa, debet immitti.*

25 *Camera Apoſtolica ex communi ſtilo Curiarum, ac Principum Italiæ deficiente linea ejus, cui feudum fuit conceſſum, ſolet poſſeſſionem Caſtrorum apprehendere, ſaltem ſub ſequeſtro, donec de juſtitia cognoſcatur.*

Quod an, & quando procedat, nu. 26.

26 Conſilia Collegii Petavini, & Octavii Zoboli, relata à Peregrin. conſ. 2. 3. lib. 1. *explicatur.*

27 Deciſ. Guid. Pepæ 366. *declaratur.*

28 *Rota Romana authoritas terret, prout authoritas S. C. Neapol.*

29 *Fœminæ regulariter ſunt incapaces ſucceſſionis feudorum, & qua ratione, n. 30.*

Declara tamen, ut n. 35. ubi limitationes remiſſivè, & nu. 37. & nu. ſeq.

31 *Quid cùm conceſſio facta ſit,* pro ſe, & hæredibus quibuſcunque, *& n. 52. & 54.*

32 *Verba conceſſionis quantumvis generalia reſtringi debent ad perſonas habiles ad ſuccedendum, ſed vide nu. 52. & 54.*

33 *Feudum ſi ſit conceſſum,* pro ſe, & hæredibus quibuſcunque *an poſſit legari, & ad fœminas, præſertim uxorem tranſire, & nu. 52.*

34 *Diſpoſitio qualibet, vel legis, vel ſtatuti tantum habiles comprehendit.*

36 *Verba* pro ſe, & hæredibus quibuſcunque *& aliis,* & quibus dederis, *appoſita in conceſſione feudi quid operentur præſertim cum in conceſſione adeſſet verbum,* hæredibus maſculis, *nu. 40. vel verbum,* deſcendentibus, *nu. 42.*

38 *Feudum conceſſum,* pro ſe, & hæredibus quibuſcunque *eſt merè hæreditarium.*

39 *Dicitur tamen, ex pacto, & providentia, vel ſaltem hæreditarium mixtum, in quo ſuccedere maſculi ſolum poſſunt, ſed cum qualitate hæreditaria ſi in conceſſione adeſſet verbum,* maſculis.

41 *Feudum ſi concedatur pro ſe, & fratre ut facere poſſint quicquid vellent, an poſſit alienari in fœminam.*

43 *Conceſſio feudi ſi fiat,* pro ſe, & omnibus, & quibuſcunque hæredibus, *an comprehendat fœminas, & quid cùm eſt facta* pro hæredibus legitime deſcendentibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque, *numero 44. & nu. 52.*

45 *Legis, & teſtamenti una pars declarat aliam.*

46 *Inveſtituræ una pars aliam interpretatur.*

48 *Feudum ſi ſit conceſſum,* pro ſe, & filiis maſculis legitimis, & naturalibus deſcendentibus, *quamvis poſtea dicatur,* ac hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque *conceſſio debet intelligi de filiis maſculis deſcendentibus à primo acquiſitore, maximè quando à principio ſit mentio maſculinitatis, & quare, ibid. & n. 48. & ſeq.*

48 *Agnationis conſideratio arguitur ex ſola vocatione maſculini generis.*

49 *Conceſſionis una pars declarat aliam.*

50 *Conceſſio feudi ſi fiat alicui pro ſe, & deſcendentibus per lineam maſculinam, continet fœminam deſcendentem ex maſculo.*

51 Deciſ. Farinac. 780. in poſthum. tom. 1. & Buratti 206. *explodunter.*

53 *Feudi*

53 *Feudi naturam excedere contrahentes voluiſſe præſumitur, & ea tranſire, etiam ad extraneos, & fœminas ex dictionibus univerſalibus,* pro te, & hæredibus quibuſcunque, *vel* quibus dederis, *vel* ſucceſſoribus univerſis.

54 *Opiniones contrariæ circa admiſſionem, vel excluſionem fœminarum in ſucceſſione feudi conceſſi*, pro te & hæredibus, ac ſucceſſoribus quibuſcunque & pro te, & cui dederis, *conciliantur.*

55 *Clauſulam in conceſſione feudi*, pro te, & quibus dederis, *æquiparatur clauſula*, pro te, hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque *& ſub n. 61.*

56 *Feudum non habens propriam feudi naturam, quod dicatur.*

57 *Fœmina ſuccedit in feudo, non extantibus tamen maſculis, nedum quando conceſſio fuit facta*, pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque *vel* pro ſe, & cui dederit, *ſed etiam quando fuiſſet facta*, pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus, & *nu. 68. 70 & 74.*

58 *Hæredis, vel ſucceſſoris appellatione, licèt de jure communi feudorum veniant maſculi, tamen ſi verba*, pro hæredibus, & ſucceſſoribus, *jungantur ſimul in conceſſione faciunt, ut in ſucceſſione feudi, non ſolum veniat filius maſculus, ſed etiam fœmina & quare.*

59 *Fœmina excluſa per maſculos admittitur, illis non extantibus in feudo, excluſo domino directo, etiam ſi in conceſſione ſint vocati filii maſculi legitimi, & naturales, deſcendentes, ac hæredes, & ſucceſſores quicunque & n. 129. maximè ſi feudum ſit conceſſum abſque onere juramenti fidelitatis, nu. 96.*

60 *Dictio*, ac, *idem eſt quod dictio*, &, *quæ ſtat augmentativè, & nu. 65.*

61 *Copula*, &, *ponitur inter diverſa, non inter ea, quæ ſunt eadem.*

62 *Feudum ſi ſit conceſſum*, pro ſe, & ſuis hæredibus, & quibus dederit, *amittit propriè feudi naturam, & tranſit ad quoſcunque hæredes, etiam extraneos, n. 64. ad n. 149.*

63 *Hæredis ſui appellatione in materia feudali veniunt tantum filii, & deſcendentes maſculi, cum tamen verbis*, ſuis hæredibus, *in conceſſione feudi junguntur*, & quibus dederis, *veniunt quicunque hæredes, etiam extranei, & quare n. 65.*

65 *Copula*, &, *nedum cadit inter diverſa verum etiam auget quod prius dixeras, & ejus natura eſt augere, ac præcedentibus adjicere, & n. 125. quando tamen non ponatur argumentativè, ſed conjunctivè, n. 124. ita quod requiratur concurſus plurium qualitatum, nu. 121. & num. 124. & duobus ſeq.*

66 *Verbum*, maſculis, *in conceſſione feudi operatur, ut in ſucceſſione maſculi præferantur fœminis, & quare, num. 67.*

69 *Hæredum appellatione in materia inveſtituræ rei feudalis, ſi non exprimantur maſculi deſcendentes, tamen veniunt tantum hæredes maſculi, & non hi, qui de natura feudi non ſunt ſucceſſibiles prout ſunt extranei, & fœmina, ſed declara, ut n. 79.*

71 *Fœmina ſuccedit in feudo quod eſt improprium, quia pro eo non debetur ſervitium, ſed annuus cenſus & poteſt ſe in poſſeſſione tueri, n. 77.*

72 Crot. conſ. 399. vol. 3. *redarguitur.*

73 Tex. in cap. ſi cui militi, in novis Capitulis feudorum, *eſt apocryphus.*

75 *Hæredes omnes etiam extranei ſuccedunt in feudo improprio, quia ſit conceſſum ab Eccleſia*, pro ſe, & hæredibus, & cui dederit, *& in feudo, pro quo ſolvitur annuus cenſus, una ſpalla Porci, vel unum par Caponum.*

78 *Fœmina eſt capax feudi conceſſi*, pro ſe, filiis, nepotibus, pronepotibus, & deſcendentibus maſculis legitimis, & naturalibus, & aliis quibuſcunque hæredibus, & ſucceſſoribus.

79 *Clauſulam*, & quibus dederit, *in conceſſione feudorum reſtringere ad nominatos in inveſtitura, eſt illam deſtruere, de ea plura qui ſcribat, nu. 82.*

81 *Copula*, &, *ampliat diſpoſitionem.*

83 *Fœmina ſuccedit in feudo improprio.*

84 *Fœmina an ſuccedat in feudo hæreditario.*

85 *Fœmina ſuccedit in feudo conceſſo cum clauſula univerſali, veluti*, pro omnibus hæredibus, *vel* pro quibuſcunq; hæredibus, *vel* pro ſe, & cui dederit.

86 *Fœmina ſuccedit in feudo conceſſo ob remunerationem ſervitiorum, niſi in illo adjiciatur onus, vel pactum repugnans honeſtati fœminarum, etiam ſi tunc feudum eſſet conceſſum pro maſculis tantum, n. 101.*

87 *Item, quando feudum fuit conceſſum, nulla adjecta obligatione præſtandi ſervitia militaria, ſeu alia perſonalia, maximè quando non tenetur præſtare juramentum fidelitatis n. 88. & n. 91. & 95. & quare, n. 92. & ſeq.*

89 *Fœminæ ſunt capaces honorum.*

90 *Fœmina non ſolùm eſt capax ſimplicis feudi, ſed etiam feudi dignitatum.*

92 *Fœminarum excluſionis à feudo ratio principalis eſt forma juramenti fidelitatis.*

93 *Juramentum fidelitatis non poteſt per fœminam explicari.*

94 *Juramenti fidelitatis forma refertur.*

97 *Fœmina ſuccedit in feudo, pro quo ſolvitur annuus cenſus, vel Cratera argenti, & quare, n. 98.*

98 *Feudum pro quo ſolvitur cenſus, magis accedit ad naturam emphyteuſis, quam feudi.*

99 *Feudum quando eſt conceſſum in forma larga, & in conceſſione adeſt verbum*, in perpetuum, *junctum verbo*, hæredibus, *tranſit ad hæredes etiam extraneos.*

100 *Fœmina ſuccedit in feudo cùm nullus ſupereſt maſculus ex deſcendentibus inveſtitis, neque aliquis de eorum agnatione, & quatenus in eo ſecundum formam inveſtituræ fœmina non ſuccederet, debet ſaltem de æquitate inveſtiri, & niſi fœmina deſcendens inveſtiatur poteſt conqueri, & appellare.*

102 *Fœmina ſuccedit regulariter in feudo Eccleſiaſtico, etiam quod conceſſio ſit facta à Summo Pontifice, num. 103.*

104 *Fœminam eſſe admittendam ad feudi ſucceſſionem, in dubio eſt judicandum, præſertim maſculis non extantibus, & quare, n. 109. & ſeq.*

105 *Conſtitutiones feudales, quæ fœminas excludunt, à feudis, ſunt derogatoriæ juris communis, & odioſæ*

106 *Interpretatio capienda eſt quæ ſit benignior, & minùs deroget juri communi.*

107 *Conceſſio alieni de feudo facta*, pro ſe, & filiis maſculis legitimis, & naturalibus, ac hæredibus, & ſucceſſoribus, *an requirat concurſum utriuſque qualitatis, quòd ſcilicet ſint filii, & deſcendentes maſculi, & etiam quod ſint hæredes, & ſucceſſores.*

108 *Verbum*, ſucceſſor, *operatur de jure prætorio, & verbum*, hæres, *operatur de jure civili in conceſſione, in qua quid operetur verbum*, quibuſcunque hæredibus & ſucceſſoribus, *& n. 127.*

109 *Conjectura quibus eruitur, concedentem feudum voluiſſe excludere fœminas, recenſentur à n. 111. an ſit conjectura ſufficiens, quòd concedens feudum fuerit concedere pro ſolis filiis maſculis, n. 115. vel quod ſit prohibita alienatio n. 116. 135. & 137. item ſi fuerit aliàs conceſſum, non obſtante quòd adeſſent fœminæ deſcendentes, & ſit in conceſſione dictum*, nullis ſuperſtitibus maſculis, *nu. 117. præſertim ſi conceſſionarius feudum poſſediſſet per plures annos, & fœminæ non fuiſſent conqueſtæ, n. 118. Immò conceſſionarius contendiſſet, fœminas ſuperſtites non fuiſſe comprehenſas in conceſſione, n. 119.*

110 *Mens concedentis declaratur ex proœmio conceſſionis, & n. 142. ſecus tamen eſt quando ex diſpoſitio-*

vel aliter appareret, num. 141. vel verba appoſita in inveſtitura eſſent inutilia, n. 143.

111 Poſterorum appellatione in materia feudali continentur maſculi tantum, non fœminæ, declara tamen, ut nu. 146.

112 Feudi mixti erectio ex quibus appareat.

113 Succeſſoris appellatio, ut contineat tantùm maſculos deſcendentes, an habeatur quòd pluries concedens junxerit verbum, hæredibus ac ſucceſſoribus.

120 Dictio, &, vel ac poteſt ſtare copulativè, & ampliativè, ſæpius tamen ſtat ampliativè, n. 121. immò de ſui natura cadit inter diverſa, n. 123.

126 Legatum ſi fiat mercatoribus, & artificibus, debetur mercatori, vel artifici, quamvis artifex non ſit mercator, aut mercator artifex.

128 Verbum hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunq; poſitum in conceſſione feudi, de ſui natura comprehendit non ſolum maſculos, ſed etiam fœminas.

130 Donatio an, & quando quæratur etiam fœminis, quando non ſunt expreſſè excluſæ, nec vocantur maſculi addita ratione, ſeu cauſa, ut bona permaneant in familia, ſed ſimpliciter, & abſolute.

131 Qualitas maſculinitatis quid intereſt ad excluſionem, vel incluſionem fœminarum, quod in donatione ponatur in conditione vel in diſpoſitione, & quando dicatur poſita in conditione, vel in diſpoſitione.

132 Conceſſio feudi ut requirat concurſum qualitatis filiationis, & hæreditatis in ſucceſſore, ſufficit quòd ſit facta alicui pro ſe, filiis, hæredibus, & ſucceſſoribus, abſque verbo, quibuſcunque, n. 134. & an tunc ſufficiat, quod filius ſit hæres in quota, vel in re particulari, ut poſſit ſuccedere.

133 Verbum omne, vel etiam ſyllaba ſi, accipi debet, ut ſtet cum aliquo effectu operativo.

136 Bona feudalia ſunt de per ſe inalienabilia, maximè abſque conſenſu Domini directi.

137 Feudum an efficiatur improprium, & arguatur alienabile, quia ſit conceſſum cum prohibitione alienandi, & pacto, quòd non poſſit tranſire ad extraneos ſine conſenſu domini directi, & n. 138.

139 Alienationis prohibitio ſi eſt facta certis perſonis, eſt perſonalis, & non egreditur perſonas, quibus fuit alienatio prohibita, quid tamen ſi ſit veſtita ab aliqua cauſa, per quam prohibitio efficeretur realis, n. 140.

144 Liberorum appellatione propriè maſculi, & fœminæ continentur.

145 Poſterorum appellatione etiam fœminæ continentur.

147 Feudum impropriatum propter verba in inveſtitura judicatur prout de allodio.

148 Dominus concedens non poteſt per ſecundam inveſtituram præjudicare primæ in præjudicium ſucceſſorum.

146 Inveſtitura, pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque in Statu Mediolani non comprehendit extraneos, & quare, nu. 150. non comprehendit fœminas, n. 151. quos ibi comprehendat, n. 153.

150 Decreti, meminimus, editi, à Joanne Galeatio Duce Mediolani diſpoſitio refertur circa comprehenſionem extraneorum in conceſſione feudi, pro hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcunque.

152 Idem decretum interpretatur.

154 Conceſſio quamvis ſit larga tamen regulatur ex lege municipali ſuper illa re edita.

155 Aſſenſus Domini an, & quando ſolùm operetur, ut obſtaculum removeatur, vel poſſit habere jura, etiam nova inveſtitura, n. 157. 158. 159. 163. & ſ. n. 175.

156 Aſſenſus regulariter non eſt actus ſtans de per ſe, ſed confirmatio contractus rei feudalis, ita ut non dato confirmabili, quod eſt contractus, non habeat, ubi figat pedes.

160 Dominus feudi non revocat alienationem, cui conſenſit, ſi jam fecit feudatarius, qui non habebat liberos, & mortuus eſt ſine hærede legitimo, & quare, n. 161. etiam ſi noſcebat alienantem carere, vel poſſe carere legitimo ſucceſſore, & quare, num. 169.

162 Reſoluto jure datoris quando non reſolvatur jus acceptoris.

164 Dare videtur qui confirmat, & n. 176.

166 Clauſula, fiat dummodo habeat ſucceſſores, ad quid ponatur in aſſenſibus, pro alienatione feudorum.

167 Feudum maſculinum ex prima inveſtitura, ſi cum aſſenſu transferatur in fœminam, ampliatur ſeu declaratur ſucceſſio, etiam ad fœminas.

168 Feudum dicitur novum per novam qualitatem, vel novam formam inveſtituræ, ſaltem in eo, in quo fuit alterata.

169 Conceſſio feudi cùm incipit à fœmina, pervenit ad fœminam.

170 Maſculi ſi in inveſtitura ſint vocati ſucceſſores, præferuntur fœminis, ipſis verò deficientibus fœminæ non ſunt excluſæ.

171 Fœmina abſque dubio ſuccedit in feudo, quod ab ea ſumpſit originem.

172 Feudum emptum pecunia dicitur improprium.

173 Fœmina ſuccedit in feudo empto pecunia, ſive emptum fuerit à Domino, ſive à vaſſallo, qui feudum tenet cum aſſenſu Domini, & quare. n. 175.

176 Aſſenſus ſuper venditione facta, habet vim inveſtituræ, & n. 177.

178 Conſtitutio 35. Pij V. declaratur, & n. 181. ejus diſpoſitio refertur, & declaratur, nu. 214.

179 Prohibitio in uno caſu non extenditur ad alium, & quare, nu. 180.

180 Prohibitio ut odioſa eſt reſtringenda.

181 Prohibitio loquens de alienatione vel infeudatione non impedit, quominus quis conſentire poſſit tranſlationi dominii utilis.

182 Feudatarius alienans feudum cum clauſula in aſſenſu, quoad ea bona, in quibus habet ſucceſſorem, ſufficit ut tempore aſſenſus præſtiti ſucceſſorem habeat, & quamvis deinde ipſe illo careat, valet aſſenſus, & feudum Fiſcus vendicare non poteſt.

183 Prorex prohibetur aſſentire alienationi feudorum in caſu quo alienans ſucceſſore careat.

184 Papa in caſu dubij, an fœmina ſit capax ſucceſſionis feudorum, declarat illam capacem, ſi tranſlationi feudi in fœminam conſentiat.

185 Papa dicitur habere peritiam totius juris in ſcrinio pectoris.

186 Clemens VIII. fuit vir doctiſſimus, & in legali ſcientia verſatiſſimus, fuit Rotæ Romanæ Auditor per plures annos.

187 Clauſula, motu proprio, & ex certa ſcientia, in contractu Principis latè operantur in ſui præjudicium, & contra legem, ad utilitatem ipſius Principis promulgatam.

188 Idem operantur, quod clauſula, non obſtante.

189 Clauſula de plenitudine poteſtatis, operatur ut nihil opponi poſſit contra ea, quæ Princeps facit.

190 De hujus clauſulæ effectu qui tractent.

191 Dictiones, ſemper, & in perpetuum, denotant temporis perpetuitatem.

192 Derogatio Bullarum quibus ex clauſulis in contractu Pontificis appoſitis reſultet.

193 Pontifex poteſt conſtitutiones Summorum Pontificum revocare, etiam quoad effectus antea productos, num. 195.

194 Papalis authoritas quanta ſit circa ea, quæ ſimpliciter ſunt juris poſitivi enucleatur remiſſivè.

196 Papa eſt ſupra leges.

197 Papa eſt contra jus, ſupra jus, & extra jus, omnia poteſt.

198 Papa non ſubjicitur conſtitutionibus ſuis, nec ſuorum prædeceſſorum, nulla lege ligatur, aut decreto, quotieſcunque conſtat de ipſius mente, n. 199. ſufficit quod faciat actum ex certa ſcientia, vel motu proprio, n. 200. neque hoc caſu ligabitur juramento, n. 201.

202 Papa etſi homo privatus ligetur juramento, tamen

ut

ut Papa non poteſt facere injuriam ſua ſedi Papali, potius debet augere, quam diminnere ſuam Pontificalem poteſtatem.

203 *Papa etſi ligetur juramento, tamen ſi eo non abſtante faciat id quod juravit non facere, actus valebit, licèt ipſe ſit perjurus, & n. 205. & 213.*

224 Text. in cap. intelligendo de jur. jur. *explicatur.* *Rex quòd res ſua corona alienata non poſſit contra formam juramenti, quomodo intelligatur. Ibid.*

205 *Papa circumſcriptis Bullis* Pij V. & Innocentij IX. *poteſt infeudare terras Eccleſia. & ſi id faciat contra juramentum de non infeudando actus valet, ſed ipſe an ſit perjurus, ibid. & n. 206.*

206 *Jurans regulariter non poteſt ſeipſum à juramento abſolvere, & quare, fallit tamen in Pontifice, n. 207.*

207 *Pontifex Romanus ſi juret, poteſt ſemetipſum à juramento abſolvere.*

208 *Jurans in materia diſpenſabili ſi non habet Superiorem, quamvis ipſe inferior ſit à Papa, poteſt ipſemet ſecum diſpenſare.*

209 *Papa qui juravit aliqua in Conclavi, & vovit qua non ſervavit, an, & quando poſſit dici perjurus, & teneatur obſervare qua vovit, aut juravit, & n. 212.*

210 *Juramentum præſtitum in continenti poſt Pontificis aſſumptionem non ligat.*

211 *Innocenti que fiunt, cenſentur ineſſe.*

215 *Caducitatis pœna cenſetur remiſſa ex tolerantia Domini, & receptione ſervitii.*

Pro Domina D. Olimpia Aldobrandina Principiſſa Roſſani, cum Rever. Cam. Apoſtolica.

CONSULTATIO LXXV.

SCripſeram pro D. Olimpia Aldobrandina Principiſſa Roſſani in cauſa Comitatus Maldulæ, & Sarſinæ de ordine Excell. Protagra, verùm quia audivi, cauſam jam fuiſſe per Doctiſſimos Dominos ſatis ſeſtinanter deciſam, meas lucubrationes non curavi tranſmittere, tantò magis, quia pro certo habui, alios eximios Jureconſultos jura ejuſdem Dominæ luculenter, & narvosè fundaſſe, ita ut mea ſcripta eſſent noctulas ad Athenas aſſerre, attamen quia Dominus Princeps ejus vir, poſt cauſam duabus vicibus vulneratam, mediantibus ſententiis Rotæ Romanæ prolatis, una ex eis in die Lunæ 20. Decembris 1638. alia verò die Veneris 1. Julij 1639. coram bonæ memoriæ Reverendiſſimo Cocrino Decano, mihi, ut meas in hac cauſa notulas factas mitterem injunxit, libenter mandatis obtemperavi, quippe qui cùm diu antequam ad Supremi hujus Regni juſtitiæ Senatum à S. M. fuiſſem effectus, pro Domina Principiſſa D. Olimpia avia, ac Domino Principe patre patrocinium in hoc Regno ſuſtinuiſſem, par erat, ut in cauſa tanti ponderis meam quoque proferrem ſententiam, & ideò eaſdem lucubrationes, qualeſcunque fuerint, aliquibus addiris pro reſponſione ad motiva, quibus Domini fuerunt moti ad judicandum in favorem Cameræ Apoſtolicæ, oculis Dominorum Judicantium ſubjiciam.

Prænotaveram, quòd in hac cauſa de petitorio minimè erat tractandum, ſed quòd ante omnia mandatum ſequeſtratívum dictorum Caſtrorum de facto ad inſtantiam Fiſci patroni Reverendæ Cameræ factum relaxaretur, & propterea Dominam Principiſ-
1 ſam in priſtinam poſſeſſionem eſſe reintegrandam, * quotieſcunque enim non vocato poſſeſſore quis mediante Principis reſcripto poſſeſſionem ingreſſus fuit, dicitur poſſeſſorem ſpoliare, & poteſt practicari
2 *text. in l. meminerint, C. unde vi,* * *& in l. fin. C. ſi per vim.* Menoch. *de recuperan. poſſeſſ. remed.* 8. *n.* 69.
3 nam ſpoliatus, † etiam Principis authoritate, ante omnia eſt reſtituendus, Afflict. *deciſion.* 361. *nu.* 35. Bald. *conſ.* 135. *libr.* 2. Jaſ. *conſ.* 38. *lib.* 3. & alij per Menoch. *dict. rem.* 8. *n.* 50. nec poteſt Fiſcus dicere, quòd ipſa non ſpoliavit, ſed tantùm in ſequeſtro poſuit, cùm ſequeſtrum ex Imperiali reſcripto ſit pro-
hibitum, * *l. unic. C. de prob. ſequeſtr.* quod etiam pro- 4
cedit de jure canonico, *clement. unic. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct.* Nec de jure Fiſcus in hoc privilegiatus reperitur, *& Imola* poſt Bart. *in l. defenſionis, & in l. fin. ff. de requir. reu* tradit, quòd ſicuti Fiſco inhibe-
tur lite pendente incorporatio, * ita etiam & ſeque- 5
ſtrum, quod etiam notat Lucas de Penn. *in d. l. defenſionis, & in l. fin. C. de bon. vacant. libro decimo,*
* nec reus debet de poſſeſſione ejici, donec lis finia- 6
tur, Guid. Pap. *deciſ.* 366. Covar. *var. reſolution. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 9. Lanar. *conſ.* 14. *n.* 9. & poſt ipſos Peregrin. *de jur. Fiſci, libr.* 7. *titul.* 3. *nu.* 10. quod
adeò verum eſt, quod in hoc Regno, * particulari 7
oportuit ſanctione provideri, quod mortuo feudatario abſque legitimo ſucceſſore, poſſit Fiſcus poſſeſſionem ingredi, ut illam penès ſe loco ſequeſtri habeat, donec ſum variè ha infra annum à die mortis
feudatarij retinentor, quod eſt *Capitulum Regni,* * in- 8
cipien. *Dalùn,* quod communiter allegatur *ex præſumptuosè,* & quia *capit. Regni* loquitur tantùm de feudis quaternatis, ideò pluries deciſum fuit, dictum
Capitulum non habere locum in feudis planis, & de 9
tabula, ſed quod in ipſis ſervetur jus commune feudorum, ut voluit *Freccia de ſubfeud. libro tertio, in differentiis feud. quaternati, & feudi plani, & de ta-
bula, num.* 20. *verſicul.* 15. & poſt eum Bimbarar. *in* 10
cap. 1. *nu.* 50. *ſi de feud. defunct. milit.* Jo. Anton. de Nigris *in dict. cap. ex præſumptuosè, in fin. in addition.* Urſill. ad Affl. *dec.* 196. & ſic practicari in Regno tradidit de Ponte *de Poteſtat. Proreg. titul.* 4. *§.* 6.
n. 43. * quæ limitatio in Regno firmat regulam in 11
contrarium, & ideò ex *text. in cap. licet Epiſcopus, de prebend.* dixit Affl. *in Conſt. Reg. Pacis cultum, n.* 27. *in
fine,* † quod ſi feudum fuit conceſſum ad tempus, ſi eo 12
finito Titius poſſidet, non debet de facto ſpoliari, ſed oportet ipſum citari, ipſoque audito feudum reivendicare, de poſſeſſione autem Dominæ Principiſſæ non ambigitur, nedum ex illius adeptione, ſed etiam ex ſolutione cenſus per duos annos poſt mortem patris, quinimo & ſi nulla adeſſet poſſeſſio, adhuc
filia eſſet immittenda, * & ſi non dubitetur, feudum 13
eſſe, ſed an filia ſit capax, habetur *in capit.* 1. *§. inter filiam, ſi de feud. defunct. milit.* cùm in petitorio poſ-
ſit filia fundare, ſe eſſe capacem, * cujus ſententiæ 14
antaſignanus fuit Joann. Andreas *ad Specul. in tit. de teſt. in.* §. *penult. in fine,* quam doctrinam ſequuti fuerunt Dec. *conſil.* 242. *n.* 11. & 467. *n.* 9. Ruin. *conſ.* 18. *n.* 20. *vol.* 1. Surd. *conſ.* 252. *n.* 12. Jo. Franch. de Ponte *conſ.* 24. *nu.* 22. *vol.* 2. Gozadin. *conſ.* 7 *n.* 13. Cæſar Argel. *de acquir. poſſ. quæſt.* 3. *nu.* 555. *& de legit. contrad. q.* 19. *nu.* 50. Beroua *conſ.* 176. *numer.* 51. Socin. jun. *conſ.* 75. *n.* 28. Menoch. *de adipiſc. poſſ. rem.* 4. *n.* 379. Cacharan. *dec. Pedemont.* 26. *n.* 13. *& deciſion.* 23. *n.* 36. Randenſ. *conſ.* 26. *n.* 6. *lib.* 2. Roſenial. *de feud. cap.* 7. *concl.* 49. Hartman. Piſtor. *lib.* 2. *q.* 39. *ex nu.* 32. qui dicit, hanc eſſe communem, & receptiſſimam ſententiam, Joan. Andre. de Georg. *allegat.* 12 *n.* 3. & Vivius *deciſ.* 409. quòd
procedere etiam agnato poſſidente, * elicitur ex Bru- 15
no *in dict. conſ.* 1. *nu.* 4. & Roland. *conſil.* 2. *num.* 31.
vol. 3. & habere locum etiam ab inteſtato, * dicit Ro- 16
ſenral. alios congerens *dict. cap.* 7. *concl.* 50. ubi affert deciſionem Imperialem in cauſa Montisferrati, Vul-
teius *de feud. cap.* 9. *nu.* 59. quando enim dubitatur, † 17
ſi fœmina ſit capax, vel non, in dubio debere admitti in poſſeſſorio, voluerunt Decian. *conſ.* 25. *n.* 125. *vol.* 1. *& conſ.* 58 *n.* 53. *vol.* 2. Surd. *conſ.* 407. *n.* 7. Garzonius, qui quamvis ſucceſſioni fœminarum in feudis acriter adverſetur, attamen in caſu prædicto, in

poſſeſſorio eſſe edmittendae , latè probet in *tract. de*
fœmin. ad feud. recipien. vel non, limit. 26. quod atiam
corroborat *limit.* 46. *& Vivius in dict. deciſ.* 409. *nu.*
19. *lib.* 3. videndus, latè etiam *Intrigliol. de feud. cent.*
2. *art.* 2. *n.* 320. & de commoni teſtatur Curt. jun.
conſ. 30. *n.* 10. Decius *conſ.* 424. ubi deciſionem re-
fert, Burſat. *conſ.* 234. *n.* 25. *lib.* 3. & licèt Menoch. *de*
18 *adipiſc. poſſ. rem.* 4. *num.* 38. * limitet concluſionem
prædictam in feodis eccleſiaſticis , & dictam limi-
tationem ſequutus fuerit *Intrigliol. loco* ſuprà citato,
tamen ea cefellitur à Roſental. *dict. cap.* 7. *concluſion.*
53. ubi dicit, quòd non vidit, quomodo hæc diffe-
centia ſit conſtituenda, quoniem dicta feuda eccle-
ſiaſtica hodiè ſæpius reperiuntur fœminina , Burſat.
19 *conſ.* 92. *num.* 19. * quod procedere, nedum qoan-
do controverſia eſt inter filiam , & agnatum, ſed
etiam quando eſt lis cum domino , qui prætendit ,
conceſſionem eſſe finitam , ut per Gaizon. *in dict. li-*
20 *mit.* 26. & in promptu etiam dicitur, * quòd quate-
nus fuiſſet locus devolutioni ex illa præſlatione per
tot annos annoi cenſus crateris argentei , cum tole-
rantis Pontificie , & receptione ſervitij , præſumi-
tur caducitatem remiſiſſe, ita Jaſ. *conſ.* 117. *verſ. fin.*
lib. 4. tantò magis quæ in promptu producitur, em-
ptionem factam eſſe prædictorum feudorum à qoond.
Domina D. Olimpia ſeniore cum conſenſo Summi
Pontificis Clementis VIII. & quando feudi conceſ-
21 ſio Incipit à fœmina , † ex magis communi ſententia
tranſire ad alias fœminas , quamvis expreſſis verbis
vocatæ non fuerint , pro abſoluto , tradit Menoch.
22 *conſ.* 331. *n.* 25. * Inſuper foit etiam venditio fa-
cta Petro Cardinali Eminentiſſimo , & etiam in di-
ctis feudis ſucceſſerunt Cardinales Silveſter , & Hip-
polytus , qoi tanquam clerici ſimiliter erant feudo-
23 rum incapaces , * nam in materia ſucceſſionis feu-
dalis mulieres , & clerici æquiparantur , *cap.* 1. *an*
mutus, vel alius imperf. Cephal. *conſ.* 1. *num.* 5. *lib.* 1.
& ſic in promptu apparet , quod in feudis prædictis
ſuccedunt etiam ij , qoi de jure commoni ſunt in-
capaces , & ideò nedum filia , donec de feudo pro-
24 betur, * & judicetur , debet in poſſeſſione permane-
re, ut voluit Dec. *conſ.* 467. *num.* 10. *&* 186. *&* 588.
n. 10. ſed qnatenus non eſſet in poſſeſſione , deberet
immitti , ut fundat idem Decius *d. conſil.* 467. *nu-*
mer. 11.

25 † Video tamen , quòd Domini moti fuerunt, ex
qoo juxta aſſertam Cameræ conſuetudinem ex com-
muni ſtilo Curiarum , ac Principatuum Italiæ, defi-
ciente linea ejus, cui feudum fuit conceſſum, ſolet poſ-
ſeſſionem Caſtrorum apprehendere , ſaltem ſub ſe-
queſtro, donec de juſtitia cognoſcatur , juxta ea, quæ
defendit *Collegium Patavinum inter conſil.* Peregr. *conſ.*
2. *lib.* 1. *cum conſil. ſeq. Octavij Zoboli pro Sereniſſimo*
Duce Parmæ.

26 * Verum (ſalva pace tantorum virorum) mihi vi-
datur , quod termini non ſunt pares , loquuntur
enim, non in Romana Curia, ſed in alijs Principati-
bus , & quatenus dicta conſuetudo eſſet attendenda,
cùm contrarium in feudo ad tempus conceſſo , te-
neat Afflict. *in dict. Conſtit. Regni Pacis cultam,* n. 27.
eſſet intelligenda in eo caſu , qoando in totum li-
nea eſſet finita , vel quia non adeſſent ſucceſſores,
vel quia eſſet finita tempore, & in hoc caſu loqui-
tur Bald. *in capit. quæ in Eccleſiarum ſub numer.* 31.
extra de conſtit. & alij allegati per *Collegium Pata-*
vinum ſub nu. 18. hic autem non ſumos in linea fi-
nita , ſiquidem eut loquimur de conceſſione facta
de ann. 1531. Leonello, & certum eſt, quod Ro-
dulphus ex eo deſcendens feuda prædicta alienavit
cum Summi Pontificis conſenſu in anno 1597. dictis
Dominis Aldobrandinis , qoi poſt alienationem
obiit, relicta filia fœmina , eut verò loquimur de
conceſſione facta , ſive potius de venditione Domi-
nis Aldobrandinis , & ſupereſt D. Olimpia , & ſic
non ſumos in terminis, quod conceſſio temporis,
vel quod linea ipſa ſit finita , ſed tractatur articulus,
ſi venditio facta per Rodulphum cum aſſenſu tunc
Summi Pontificie , fuerit valida poſt mortem ipſius,
relicta filia fœmine, & ſi fœmina ſit capax ſucceſ-
ſionis iſtorum feudorum , qoæ omnia reſpiciunt
petitorium , * interim non poteret Domina Prin- 27
cipiſſa ſua poſſeſſione privari, & de facto ſpoliari,
& ſic etiam loquitur *Octav.* Zobol. *in d. conſ.* 7. Pe-
regr. 1. *vol. nu.* 109. ubi *deciſ. Gaudon. Pap.* 366. ſuprà
allegatam intelligit, quaodo non adeſſet legitimus
contradictor.

Quod eo fortius procedit in hac cauſa , in qua
Domini reſolverunt , feuda ſpectare ad Cameram
per mortem Rodolphi abſque maſculis, poſt cujus
mortem per plures annoe fuerunt feuda poſſeſſa per
Dominos de Aldobrandino , qui cenſum ſolverunt
Cameræ Apoſtolicæ , & per multum temporis ſpa-
tium Rever. Camere Apoſtolica à poſſeſſoribus cen-
ſom recepit.

Verùm qoia video, quòd omiſſo poſſeſſorio, pe-
titorium bis fuerit per Romanam Aulam judicatum,
* terret me tanti Senatus authoritas , ut de noſtro S. 28
C. Neapol. dixit Dec. *in cons.* 379. attamen quia au-
divi, peritiſſimoe Judices , non omnes foiſſe concor-
des , ideò non omittem meam ſententiam ſuper ju-
ſtitia petitorij diſcurrere , omnia tamen Senatorum
purgatiſſimo judicio ſobjiciendo.

Tota igitur vis hojus cauſæ , qoatanus reſpicit
proprietatem , in his tribus concluſionibus (ni fallor)
conſiſtit, & Primò, ſi conceſſione facta ſub illis ver-
bis, *pro te, filiiſque tuis maſculis , legitimis & naturali-*
bus , deſcendentibus, & hæredibus , & ſucceſſoribus qui-
buſcunque fœminæ ſint capaces , maſculis non exi-
ſtentibus.

Secundò , num ex defectu lineæ maſculinæ in
perſonam Rodulphi , qui feuda prædicta alienavit
Dominis da Aldobrandino ſint Comitatus Meldu-
læ , & Saſſinæ aperta, & devoluta ad Rever. Came-
ram, ſtante, quod tempore mortis ipſius reperieban-
tur alienata dictis Dominis Aldobrandinis cum aſſen-
ſu Apoſtolico , & an habeat vim novæ inveſtituræ,
& an ex illa ſint fœminæ factæ capaces, quatenus ex
antiqua non eſſent.

Tertiò, & ultimò , dato pro vero , quod habeat
vim inveſtituræ, & quod ex illa fœminæ fuerint fa-
ctæ capaces , an obſtet *Bulla* recolendæ memoriæ
Pij V. cum declaratione Innocentij IX. & an obſtet
juramentum de dictis *Bullis* obſervandis.

Et quoad primum, quamvis regulariter fœminæ
feudorum ſucceſſione ſint incapaces, *cap.* 1. *de ſuc-* 29
ceſſ. feud. cap. 1. *an mutus, vel ſurd. cap.* 2. *de alie. feud.*
pater. Capyt. *deciſ.* 10. & alij per Flamio. de Rubeis
conſ. 77. n. 125. Rationes ſunt multæ , quas refert 30
Jacobin. de Sancto Georgio *in §. & fœminis, n.* 5. *& in*
§. Marchio , n. 4. *de feud. &* Jo. Ferrar. Moot. *in uſib.*
feud. lib. 3. *cap.* 8. Roland. *conſ.* 41. n. 2. *lib.* 2. *& conſ.*
41. n. 11. *lib.* 4. Roſental. *de feud. lib.* 7. quod am-
pliari poteſt ſecundum aliquos, * etiam ſi conceſſio
facta fuerit *pro ſe, & hæredibus quibuſcunque* , quia 31
intelligi debet de habilibus , ſecundum opinionem
Bald. *in cap.* 1. *§. donare , qualiter olim feud. alien. po-*
terat, & in l. cum virum, C. de fideic. ubi videtur, te-
nuiſſe, * quod illa verba , quantumvis generalia, re-
ſtringi debent ad perſonas habiles ad ſuccedendum, 32
& ideo concludit, † quod non poſſit feudum legari,
nec ad fœminas, præſertim uxorem tranſire, & eum 33
ſequuntur Præpoſit. *&* Martin. Laudenſ. *in d. §. do-*
nare, Aretin. l. Gallus, §. etiam , ff. de liber. & poſth.
Dec. *conſ.* 185. *n.* 4. Alexand. *conſ.* 30. *nu.* 11. *vol.*
1. ubi *Additio* dicit, quod quanto plures legit Do-
ctores , tanto minus diſcernit, quæ crebrior ſit ſen-
tentia , tamen idem Alexand. *in l. ex facto, §. ita, ff.*
ad Treb. crebriorem eſſe teſtatur , & in *conſil.* 30.
vol.

vol 5. nu. 15. & conſ. 195. vol. 6. num. 4. & conſ. 7. n.
7. & hanc eſſe communem opinionem dixit *idem*
Dec. *conſ.* 294. & *conſ.* 395. *num.* 11. & *conſil.* 599.
Com. *conſ.* 39. *vol.* 1. & 199. *vol.* 2. & opinionem
Bald. amplexus fuit etiam Ruin. *conſ.* 150. *n.* 8. *vol.* 4.
Socio. *inter conſilia Bruni, conſ.* 10. & *conſ.* 19. *n.* 4. *vol.*
1. & *conſ.* 257. *in fin vol.* 2. Andreas Barbat. *in l. cum*
acutiſſimi, C. de fideicom. & *conſ.* 63. *vol.* 1. Pariſ. *conſil.*
4. *num.* 4. *lib.* 1. Menoch. *conſ.* 1. *nu.* 456. Marius
Anguiſſola *conſil.* 46. *num.* 11. traditur ratio, quia
34 quælibet diſpoſitio, * vel legis, vel ſtatuti tantùm
habiles comprehendit *l. ut gradatim* 11. §. *fin ff. de mu-*
ner. & honor. gl. Bar. Bald. & Jaſ. & *in l.* 1. *C. de ſa-*
croſ. Eccleſ. & hanc opinionem etiam ſequuntur alij
allegati per Schrader. *de feud. par.* 2. *cap.* 3. *nu* 33.
& per Hieronym. Garzonium, qui in hac materia in-
tegrum edidit *tractatum de fœmin. ad feud. recip. vel*
35 *non,* † & ponit regulam excluſionis fœminarum, eam-
que duabus, & quinquaginta limitationibus reſtrin-
git, & tandem concludit, quod fœmina nonquam
ſuccedat, niſi expreſsè ſit vocata in ſucceſſione,
quod etiam comprobat Menoch. *conſ.* 931. ubi *nu.*
13. & 14. pluribus modis reſpondit ad illud verbum,
36 † *quibuſcunque,* & inter alia, quod operetur, ut fieri
poſſit alienatio inter omnes deſcendentes, & hoc
idem firmat *conſ.* 997. loquens de verbis, & *quibus*
dederit, licèt opinio prædicta habeat ſuos contradi-
37 ctores, de quibus infrà, ita ut Garzon. *in loco* ſupra †
allegato *limit.* 20. dicat, quod articulus adeo eſt du-
bius, & incertus, quod trahit DD. in varias opi-
niones, & quod per utramque partem argumenta
recipit ingenii acumen, æmulatio, aori emongen-
di cupido, adulandi ſtudium, diſputandi ratio, &
mala conſcientia, & propterea ſi quis in hac con-
tentione inciderit, orandus eſt Deus, ut quemad-
modum cor Judicis in manu habet, ſic rectum
judicium illi tribuat, ut ad viam veritatis incli-
net.

Secundò, & fortius pro Rever. Cam. dici poteſt,
quod hæc DD. controverſia procedere poteſt, quan-
do abſolutè eſt facta conceſſio, *pro ſe, & hæredibus*
38 *quibuſcunque,* † quo caſu dicitur feudum merè hære-
ditarium, de quo loquuntur Clar. *in* § *feudum, q.* 9.
in princ. & alij allegati per Menoch. *conſ.* 931. *nu.* 2.
qui & hoc utitur argumento, ſecus verò ſi in con-
39 ceſſione deeſſet verbum, *maſculis,* prout eſt in caſu,
de quo agitur, nam tunc vel dicitur feudum ex pa-
cto, & providentia, prout tenuerunt viginti duo
DD. ab eodem Menoch. allegati, *num.* 3. vel ſaltem
non poteſt dici hæreditarium merè, ſed mixtum, &
ſic in eo maſculi tantùm ſuccedere poſſunt, ſed cum
qualitate hæreditatis, ut voluerunt Jacob. de Beluiſ.
Bald. Alexand. Rimin. Dec. Pariſ. & alij allegati per
eundem Menoch. *d. conſ.* 931. *ſub num.* 5. quod etiam
voluit Socin. *inter conſ.* Bruni *conſ.* 10. *n.* 4. ubi quod
illud nomen, *maſculis,* additum conceſſioni factæ, †
40 *pro ſe. & hæredibus quibuſcunque* reſtringit nomen,
hæredibus, & dicto caſu verbum, *quibuſcunque* dicit
Menoch. *n.* 11. operari poteſt, quod feudum tranſ-
eat ad deſcendentes, ad quos aliàs non tranſiret,
veluti ad inſtitutos in re certa, vel ad filium, cui hæ-
reditas reſtituitur ex fideicommiſſo, vel etiam ad
legitimatum, & ſic etiam illud verbum, *quibuſcun-*
que referri poteſt ad omnes deſcendentes, non au-
tem ad extraneos, ut *nu.* 13. & ad hoc probandum
adducit etiam Signor. de Homod. *conſil.* 10. *num.* 8.
41 ubi ait, † feudum conceſſum pro ſe, & fratre, * ut fa-
cere poſſint, quicquid vellent, non potuiſſe alienari
in fœminam, quia inhabilis à lege, vel poteſt intel-
42 ligi, * quod iſta clauſula, & *quibus dederis,* vel, *pro*
hæredibus quibuſcunque quando adeſt verbum, *de-*
ſcendentibus reſtringatur, ut alienari poſſit inter ipſos
deſcendentes, ut voluit Cravett. *conſil. ult. nu.* 359.
lib. 6. & ante eum Gozadin. *conſ.* 84. *num.* 13. *verſ.*

6. & fuſius idem Menoch. *conſil.* 61. *lib.* 1. quod etiam
comprobat *conſ.* 987. ſcripto in eadem cauſa, pro
quo ſcripſit *conſ.* 931. quod probat etiam Garzon. *in*
d. tract. de fœmin. ad feud. recip. vel non part. 2. *re-*
ſtrict. 2. *circa medium,* * ubi dicit, quod in conſcien- 43
tia ſua illi verba, *omnibus & quibuſcunque* non ope-
rari poſſunt in prima ſucceſſione, niſi in renuncia-
tionibus eadem verba repetantur, & propterea quod
debet regulari ex qualitate conceſſionis, quia ex
illa colligitur mens concedentis, & Walther. *miſ-*
cell. libro 2. *cap. penult.* tenet, nullo modo fœminas
admitti, ſed quod quatenus eſſent ſequenda, eſ-
ſet communis concluſio admittens fœminas, * ta-
men hoc non poteſt procedere, quando eſt facta, 44
pro hæredibus legitimè deſcendentibus, & ſucceſſori-
bus quibuſcunque: nam licèt illud verbum, *legitimè,*
ſe referat ad quoſcunque ſucceſſores, tamen de-
bet intelligi de legitimis, & habilibus ſecundum
leges feudales, quod etiam probat Ruin. *conſ.* 39. *vol.*
4. & ideò cùm ex forma inveſtituræ appareat, hæc
feuda eſſe conceſſa, *pro ſe, & ejus filiis maſculis legi-*
timis, & naturalibus, deſcendentibus, & hæredibus ſuc-
ceſſoribus quibuſcunque concludi poſſet ex ſupra di-
ctis non poſſe fœminas venire, nam ſicuti una pars
legis * aliam declarat, *l. utrum, ff. de petit. hæredit.* & 45
una pars teſtamenti aliam explicat, *l. qui filiabus,* *in*
princ. & l. ſi ſervus plurium, ff. de leg 1. ita etiam una
pars inveſtituræ aliam interpretatur, * ut dixit Me- 46
noch. *dicto conſ.* 61. *num.* 33. & propterea cùm feu-
dum ſit conceſſum, * *pro ſe, & filiis maſculis, legitimis,* 47
& naturalibus deſcendentibus, quamvis poſtea dica-
tur, ac *hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque,* debet
intelligi de filiis maſculis deſcendentibus ab ipſo
primo acquiſitore feudi, nam illa qualitas maſculi-
nitatis cenſetur repetita, ut probant Doctores lon-
ga ſerie allegati *in Fuſario de fideicommiſſaria ſubſtit.*
q. 303. *num.* 1. maximè quando à principio ſit men-
tio maſculinitatis, Peregr. *conſ.* 41. *nu* 41. *lib.* 1. nam
per illa verba apparet fuiſſe conſideratam agnatio-
nem ex ſola maſculini generis vocatione, * Joan. 48
Andr. *ad Specul. in tit. de ſucceſſ. ab inteſt. verſ. eſt*
ſciendum, & alij allegati per Molin. *de primogen.*
Hiſpan. lib. 3. *cap.* 5. *n.* 250. *cum ſeqq.* ubi etiam latè
Balthaſar. Guimon de la Mota *in addit.* qui alios re-
fert, & per Surd. *conſ.* 475. *n.* 18. Mantic. *tit.* 15. *n.* 2.
& ideò quando conceſſio eſt facta, *pro ſe, & filiis*
maſculis deſcendentibus, † intelligi debet de deſcen- 39
dentibus maſculis, nam una pars conceſſionis aliam
declarat, Paol. *conſil.* 72. *n.* 34. *lib.* 4. Menoch. *conſ.*
331. *n.* 33. licèt ſecus eſſet in conceſſione facta, * *pro* 50
ſe, & deſcendentibus per lineam maſculinam, quia
in dicta formula fœmina ex maſculo deſcendens
contineretur, Alex. *conſ.* 24. *nu.* 11. *in fin. lib.* 1. &
conſ. 160. *nu.* 3. *lib.* 2. Menoch. *dict. conſ.* 331. *n.* 14.
& *num.* 16. ubi allegat Loffred. *conſ.* 39. *n.* 9. & 14.
Gozadin. *conſ.* 9. *n.* 57. & *conſ.* 10. *n.* 38. qui loqui-
tur in conceſſione feudi facta maſculo, *pro ſe &*
ejus deſcendentibus.

* Tertiò opponitur de deciſione Sacræ Rotæ Ro- 51
manæ relata per Farinac. *deciſ.* 780. *tom.* 1. *in poſthum.*
quæ eſt eadem cum *deciſ.* 206. Buratti, quæ loqui-
tur de eadem met conceſſione Comitatus Meldulæ,
& Sarſinæ, in perſonam Alberti, & Leonelli Pij à
Leone X. & Clemente VII. ubi tenere videtur Com-
pilator dictæ deciſionis, quòd in dicto Comitatu
maſculi tantùm ſuccedant, contrariis, quæ adduci
poſſent reſpondendo.

Quibus tamen non obſtantibus contrarium in
iſtis feudis fœminas, ſcilicet eſſe capaces, & per hoc
* debere dictam Dominam Principiſſam in petitorio 52
abſque ullo dubio obtinere, clariſſimè, ni fallor, ap-
parebit, ſatis enim ab omnibus magis communi
DD. calculo eſt approbata, & recepta illa opinio,
quòd per illa verba in conceſſione poſita, *pro hære-*

dibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque veniant nedum
fœminæ, ſed etiam omnes extranei, legatarii, & in-
habiles, & primus omnium fuit idem Bald. ſibi
contrarius *in capit. Imperialem, de prohib. feud. alien.
per Federic. num.19. & in l.1.q.34.45.& 48.ff.de rer.
diviſ. & in cap. in præſentia, de probat.* idem etiam
Laudenſ. ſimiliter ſibi contrarius *in d. cap. Imperia-
lem, n. 36.* Felin. *in dict. cap.in præſentia, n. 36.* & hanc
opinionem plures alios allegans tenuit Bertazol.
clauſ. 4. gl. 38. Afflict. *in d.cap.1. §.donare,n.14.* & eſ-
ſe magis communem teſtatur Curt. *part. 3. membr.2.
de ſucceſſ.maſcul. nu. 63.* Borcholt. *de feud.c.8. nu. 76.*
Nicolaus Mozzius *in tract. de feud. tit.de ſubſt. feud.ca-
pit.8.n.95.& de natur. feud. n. 83.* Jaſ. *in prælud. feud.
n. 47. & 128. & in l. quædam, § nihil intereſt.n.3.ff.de
eden.& in l. Gallus, §.etiam ſi parente, n. 4.* ubi etiam
Claud. Seyſel. *n. 13. ff. de liber. & poſthum.* Socin. jun.
conſ. 42. vol.1. idem Jaſ. *in l. cum filio-familias, §.& ſi
parente, n. 84. ff.de leg.1.* Brun. *conſ. 9. n. 7.* Afflict. *in
Conſtit. Regni Comes & Baro, n. 98.& dec. 380. nu.5.*
Joannes Thomas de Marin. *de gener.& qualit.feud. in
rub.de feud. mere hæreditario, n. 5. & 6.* Villalob. *in
comm. opin. lit. F. n. 22.* ubi quod tranſeat etiam ad
fœminas, Suar. *in comm.opin. litera F. concl. 34.* Becc.
conſ.18. n. 18. Jacob. de Sancto Georg. *in verb. & cum
pacto, il terzo n. 11.* Socin. *in l. quidam relegatus, verſ.
5.ff.de reb.dub.* Ruin. *conſ.20.n.103.lib. 3.* Roland. *conſ.
5.n. 45. & conſ. 79. nu. 35. lib. 2. Tiraq. de utroq; re-
tract. part. 1.§.1.glo. 7.n. 21.* Natta *conſil. 159. n. 6.*
Crot. *conſil. 177. n. 14. lib. 2.* Berous *conſ. 65. nu. 54.*
Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 19. n. 22.* Go-
zadin. *conſ. 27. n. 22.* Rodulf. Schrader. *de feud. par.
7. cap. 3. n. 1.* Cacher. *dec. 26.n. 18.* Gayll. *libr. 2. ob-
ſerv. 154.n.9.* Vultc. *c. 9.n.35.* Graſſ. *de effect. cler. effect.
4.n.235.* Carolus à Kecherberg. *de feud. ex pacto, &
provid. cap. 4. n.6.* Surd. *conſ.153.* de Pont. *conſ.15. nu.
23. Reg.* *Tapia de Conſtit. Princip. 1. cap.1. num. 40.*
Ant. Monach. *de recta feud. interpret. cap. 38. nu.11.*
Andreas Knichen. *de inveſtiturar.pact. cap.5.n.55. cum
ſequentibus, & n. 57.* quòd ex dictionibus ita univer-
53 ſalibus videtur † contrahentes voluiſſe excedere na-
turam feudi, & ipſum ad extraneos tranſire, & pro-
pterea quòd deferatur ad quemcunque ſucceſſorem
extraneum, & fœminas dixerunt de Ponte *conſ.2. nu.
170. & Anna allegat. 127. ubi Ann. filius Vivius deciſ.
441. n. 12.* Rimin. jun. *conſ.63. n. 20. vol.1.* Menoch.
conſ. 724. n. 2. vol. 8. Cacher. *dec.191.* Theſaur. *dec.
227. n. 9.* loques in conceſſione facta, *pro ſe, & hære-
dibus & ſucceſſoribus univerſis*, & de communi te-
ſtatur *Intrigl. de feud. cent. 2. art. 2. n. 173.* & quod
ſit verior, & communior opinio teſtatur *Additio ad
Alex. in dict. conſ. 30. lib. 1.* & hanc opinionem eſſe
magis communem, & in praxi ſervari teſtatur Bur-
ſat. *conſ. 22. n. 2.* & de communi etiam Roſental. *in
ſynopſi feudali, cap. 2. concluſ. 35.* ubi *in lit. C.* quam-
plures DD. cumulat, quos tranſcribere omiſi, & hæc
opinio pluribus etiam DD. authoritatibus compro-
bat Piſtor. *quæſt. jur. lib. 2. q. 1. n. 39.* ubi quòd hanc
ſententiam longe maxima Interpretum pars ample-
ctitur & *in fine* teſtatur, eſſe receptiſſimam, quæ
quidem opinio præcipuè nititur ea ratione, ob ge-
neralitatem verborum inveſtituræ, *pro hæredibus
quibuſcunque*, ut poſt alios advertit idem Piſtor.
54 † Verùm hæc controverſia communiter concilia-
tur, quod prima opinio procedat in diſpoſitione
legis ad evitandam aliarum legum correctionem,
ut dixit Bald. *in dict. cap. Imperialem, nu. 29. &
in l. fin. Cod. ſine conſ. vel reliq. & in l. cum virum,
num. 21. in fin. Cod. de fideicom. & gloſ. in l. quod
ait Prætor, in verb. facultas, ff. qui ſatisd. cog.* ſecun-
da verò opinio procedit in diſpoſitione hominis,
quia tunc ceſſat ratio, nè inducatur legum cor-
rectio, *Natt. dict. conſ. 159. volum. 1. numero 6.*
quæ diſtinctio fuit originalis Bald. *in dict. l. fin. C.
ſine conſ. vel reliqu.* ea ratione, quia ſi reſtringe-
retur ad deſcendentes, eſſet contra vim verborum,
& etiam quia per talem conceſſionem videtur do-
minum velle recedere à propria natura feudorum,
quam diſtinctionem poſt alios tenuit *Marta de
clauſ. p. 2. clauſ.45.& 46.* ubi dicit, idem eſſe, quando
conceſſio fuit facta, † *pro te, & cui dederis*, æquipara-
tur clauſulæ *pro te, hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſ- 55
cunq;* Camerar. *in cap. Imperialem, fol. 19. de prohib.
feud. alien. per Federic.* ſequitur Surd. *conſ. 465 n.25.*
* & hoc propriè dicitur feudum non habens propriam 56
feudi naturam, de quo in *c. 1. de feud. non habent. pro-
pr. nat. feud.* ubi etiam Afflict. & Menoch. *conſ. 331.
n. 43.* * immò fœmina venit ad feudi ſucceſſionem, 57
non extantibus tamen maſculis, nedum quando con-
ceſſio fuit facta, *pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus
quibuſcunq;* vel *pro ſe, & cui dederit*, ſed etiam quan-
do fuiſſet facta, *pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus*
* licèt enim appellatione hæredis de jure communi 58
feudorum veniant maſculi, & ſic etiam appellatio-
ne ſucceſſoria, tamen ubicunque dicta verba ſunt
ſimul juncta, id eſt, *pro hæredibus, & ſucceſſoribus*, fa-
ciunt, ut in ſucceſſione feudi non ſolùm veniat fi-
lius maſculus, ſed etiam ex proprietate verborum
veniat filia fœmina, ut aliquid operetur dicta con-
junctio, Suar. *in Theſaur. recept. ſent. lit. F. n. 57.* Ro-
ſent. *in ſynop. feud. cap. 2. concluſ. 24.* & de commu-
ni teſtatur Rol. *conſ. 10. n. 18. col. fin. vol.3.& conſ.
55. n. 3. eodem vol.* & alii allegati per *Intrigliol.* qui
eandem opinionem ſequitur *de feud. cent. 1. quæſt. 48.
tit. quid ſit feud. hæred. n. 33. cum ſeq.*

Secundò, quatenus dicatur, * quod in hac conceſ- 59
ſione ſint vocati filij maſculi legitimi, & naturales
deſcendentes, ac hæredes, & ſucceſſores quicun-
que, tamen per dicta verba fieri feudum impro-
prium, habetur ex *text. in c. 1. de feud. non habent.
propr. nat. feud.* in quo fœmina per maſculos exclu-
ſa, ipſis deficientibus, admittitur ad ſucceſſionem,
domino directo excluſo, Pariſ. *conſilio 23. nu. 55.
lib. 1. Thob. Non. conſ. 1. nu. 41.* Menoch. *dict. conſ.
331. n. 57.* & in feudo plano, & de tabula habe-
tur ex Franch. *dec.7.* Vivi. *in ſylva comm.opin.opi.812.
num. 42.* Coſta *de remed. ſubſid. prælud. 1. num. 15.*
Covar. *var. reſol. cap. 5. verſ. 6. ex his*, Capiblanc. *de
Baron. in prælud. num. 32.* quod etiam probatur ex
illa dictione, *ac*, quæ idem eſt, quod dictio, * *&*, 60
quæ ſtat augmentativè, quaſi dicat, non ſolum fi-
lij maſculi legitimi, & naturales deſcendentes, ſed
etiam hæredes, & ſucceſſores quicunque, alias enim
nihil operarentur verba prædicta, & certum eſt,
quòd copula, * & ponitur inter diverſa, non inter 61
ea, quæ ſunt eadem, *gloſ. in rubr. D. de jur. & fact.
ignor. & in l. ſi duo, C. per quas perſon. nob. acquir.* * 62
Surd. *in dict. conſ. 475. num. 28.* ubi utitur hoc eo-
dem argumento, & ſubdit, quod non egemus ar-
gumentis, cùm expreſsè hoc probet *text. in dict. cap.
1. de feud. non habent. propr. feud. naturam*, in quo
ſtatuitur, quòd ſi feudum fuit conceſſum, *pro ſe,
& ſuis hæredibus, & quibus dederit* quamvis illa ver-
ba, * *& ſuis hæredibus*, in materia feudali inclu- 63
dant tantùm filios, & deſcendentes maſculos, *gloſ.*
& alij *in c. 1. §. ſimiliter, ubi Affl. de leg. Corrad.* at-
tamen quia copulantur illa verba, *& quibus dederit*,
quæ verba idem important, quæ illa, *& hæredi-
bus & ſucceſſoribus quibuſcunque*, ut ex communi, * 64
& aliis ſuprà fundavimus, feudum taliter conceſ-
ſum amittit, propriam feudi naturam, & tranſit ad
quoſcunque hæredes, etiam extraneos, quia co-
pula, &, nedum cadit inter diverſa, ut etiam dixit
Dec. *conſ. 227. n. 7.* Pariſ. *conſ. 92. n.13. lib. 2.* Ve-
rùm etiam auget quod prius dixerat, & ſi ſtat aug- 65
mentativè, cùm de ſui natura ſit augere, & præce-
dentibus adjicere *l. ea tamen adjectio, ff. de leg. 4.* ubi
Bart. dicit, quòd debet intelligi de aliis, in præ-
cedenti-

Digitized by Google

aedentibus, & ſic de extraneis, quod etiam fatetur
66 * *Menoch. conſ. 987. num.* 11. & licèt *nu.* 14. conetur
reſpondere, tamen reſponſio non eſt ad caſum no-
ſtrum applicabilis, & ideò illud verbum, *maſculis*
non poteſt ampliùs operari, niſi, quod ipſi ad ſuc-
ceſſionem fœminis præferantur, ut per *Menoch.*
67 *conſ.* 986. *num.* 19. * non enim egreditur mentio de
maſculis in aliqua parte illum gradum, in quo fue-
runt poſiti, neque fœminæ in ulteriori gradu rema-
nent, ipſis non extantibus, excluſæ, *Ludovic. Bellus
conſ.* 17. *num.* 12.
68 Ad quod etiam in puncto reſpondat † *Corn. conſ.*
16. *lib.* 1. ubi conſuluit, quòd Summus Pontifex con-
ceſſerat quædam Caſtra in feudum nobile, *pro ſe*,
& ejus hæredibus, *& ſucceſſoribus*, ſub annuo cenſu,
& dubitabatur, ſi in ea ſuccedere poſſet fœmina, &
69 quamvis in dicta * inveſtitura non exprimabantur
maſculi deſcendentes, tamen in materia feudali ap-
pellatione hæredum veniunt tantùm hæredes maſ-
culi, & non hi, qui de natura feudi non ſunt ſucceſ-
ſibiles, prout ſunt extranei, & fœmina, ut eſt *text.* in
cap. 1. *§. penult. de leg. Corrad. & in c.* 1. *§. & ſi clien-
talus, de alienat. feud* & probat idem *Co neus in dict.
conſil.* 16. *num.* 1. nihilominus quia in dicta inveſti-
70 tura non ſolum erat facta conceſſio, * *pro ſe, & hære-
dibus*, ſed *pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus*, quam-
vis non adeſſet dictio, *quibuſcumque*, tamen ne illud
71 verbum *ſucceſſoribus*, ſtaret otioſè, * ſed quòd aliquid
operaretur, & etiam quia pro dicto feudo non de-
bebatur ſervitium, ſed annuus cenſus, conſuluit,
quòd feudum erat improprium, & quòd propterea
fœmina erat ſucceſſibilis, omnibus contrariis re-
ſpondendo, quod etiam corroborat *in conſ.* 139. *eod.
lib.* in eadem cauſa in conceſſione facta à Summo
Pontifice Comiti Ugolino, & licèt contra prædi-
ctam conceſſionem ad excluſionem fœminarum
72 ſcripſerit * *Crotus conſil.* 399. *vol.* 3. pro Univerſitate
Urbavetana, tamen ejus dicta non reſolvunt moti-
va ſupra adducta, & nititur præcipuè ex generali
regula excluſionis fœminarum, pro qua Univerſitate
73 etiam ſcripſit * *Corn. conſ.* 139. *lib.* 1. qui *ſub num.* 5.
dicit, *text. in d. l. ſi cui militi*, eſſe apocryphum, ex do-
74 ctrina *Bald.* quæ concluſio, * quod conceſſione facta,
pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus, veniant fœmi-
næ, ex pluribus fundat etiam *Hieron. Scurph. conſil.*
840. *numero* 16. *cum ſeq.* ubi de communi teſtatur, &
ab ea non eſſe recedendum in judicando, nec in
conſulendo, & pluribus etiam DD. authoritati-
75 bus eam comprobando ſequitur * *Cacher. conſ.* 38.
numero 36. & in feudo conceſſo ab Eccleſia *pro ſe, &
hæredibus & cui dederit*, quod ſuccedant extranei,
quia dicitur feudum improprium, conſuluit *Jaſ.
conſ.* 155. *vol.* 2. poſt *Bal. & Angel. in l. càm eſ-*
76 *ſent. §.* 1. *ff. de ſervit. ruſtic. prædior.* & alios, * quos
allegat, ubi etiam *in* 5. *argumenta* dicit, quod in feu-
do, pro quo ſolvitur annuus cenſus, ſuccedunt om-
nes hæredes, etiam extranei, & adducit *Bal.* qui lo-
quitur in feudis Eccleſiarum Lombardiæ, pro qui-
bus ſolvitur una ſpalla Porci, vel unum par Capo-
num, quia non ſunt propria feuda, ſuccedunt etiam
extranei, * & ſequitur etiam *Dec. conſ.* 424. *num.* 14.
77 ubi dicit ampliùs, quòd fœmina poteſt ſe etiam tue-
ri poſſeſſione feudi, & idem tenuit *Bald. in ti-
tul. de pace conſtant. in verbo libellariæ*, *& in l. li-
berti, libertæque in fin. C. de oper. libert. Aretin. &*
alij *in l. Gallus. §. & ſi parente, ff. de liber. poſthum.*
latè ſequitur *Silvan. conſ.* 50. *num.* 11. *Rain. conſ.* 24.
num. 7. *& conſ.* 55. *n.* 2. *vol.* 1. *Pariſ. conſ.* 12. *nu.* 21.
& in puncto in feudo conceſſo à Summo Pontifice
Nicolao V. in perſonam * Matthæi Porani de Caſtro
78 Pediſluci *pro ſe, filiis, nepotibus, pronepotibus, & deſcen-
dentibus maſculis legitimis, & naturalibus, & aliis
quibuſcumque hæredibus, & ſucceſſoribus*, pro annua re-
cognitione unius crateræ argenti Sedi Apoſtolicæ,

quod fœminæ ſint capaces, præcipuè ex illis verbis,
& alij quicumque hæredes & ſucceſſores, conſuluit
Peregr. conſil. 5. *n.* 8. *vol.* 1. quod optimè probat etiam
Surd. conſ. 475. *n.* 17. *vol.* 4. ubi dicit, † quod ſi in- 79
gera clauſulam illam, * *& quibus dederit*, ad ſupra no- 80
minatos in inveſtitura, nihil aliud eſſet, quam illam
penitus deſtruere, illud enim operatur illa copula, *&*,
quæ ampliat diſpoſitionem, † *d. l. ea tamen adjectio*, 81
& ideò poſtquam dixerunt *pro deſcendentibus maſcu-
lis*, & addiderunt, *& quibus dederit*, non poteſt dici,
quod illa clauſula, *& quibus dederit*, intelligi debeat
de eiſdem perſonis, quæ ſupra fuerunt vocatæ, quod
etiam pluribus Doctorum authoritatibus, & ratio-
nibus corroborat, * de qua clauſula plura etiam per 82
Simon. de Prat. de interpret. ult. vol. libr. 2. *dub.* 4. *col.*
2. *n.* 10. *fol.* 167. & quod in feudo * improprio fœminæ 83
ſuccedant, poſt *Albert. Brun. Pariſ. Gozadin. Dain-
nas, Cephal. Curt.* & alios tenuit *Borell. de magiſtr. edict.
lib.* 1. *c.* 2. *n.* 100. *& in ſumma deciſ. tom.* 1. *tit.* 34.
de feud. n. 195. *& n.* 196. ubi etiam, * quòd in feudo 84
hæreditario fœmina ſuccedat, ex *Napodano, Decio,
Pariſio, Capycio*, & alios comprobat, & licèt contra-
rium tenuerit *Sigiſmundus Loffred.* & eum ſequitur
Camer. in cap. 1. *de natura*, *n.* 40. tamen prædictam
opinionem communi DD. calculo eſſe probatam,
& pluries deciſam refert idem *Borell. numero* 198. *Hie-
ron. Garzon. de fœm. ad feud. recipien. vel non*, *in* 10.
vol. tract. p. 2. *in* 2. *reſtrict.* ubi loquitur * in feudo 85
conceſſo cum clauſula univerſali, veluti *pro omnibus
hæredibus*, vel *pro quibuſcumque hæredibus*, & in *reſtrict.*
20. quando adeſt clauſula, *& cui dederit*, ex quibus
opinio pro incluſione fœminarum ſatis remanet
fundata, & magis communi D. calculo appro-
bata.

Verùm in conceſſione, de qua agitur, plura con-
currunt, ex quibus omnes, ſi quæ eſſent amaritudi-
nes, diluuntur, quæſtionem indubiam reddunt.

Et primò quia hæc feuda fuerunt † primo loco 86
conceſſa Alberto in remunerationem ſervitiorum
maximi ponderis, quæ in conceſſione prædicta aſſe-
runtur, nam quamvis de ſui natura feudum ad fœ-
minas tranſire non ſoleat, tamen in eo ſuccedere
valent, quando fuit conceſſum ob remunerationem
ſervitiorum, *cap.* 1. *quæ feud. ad fœmin. pertin. Ripa* 6.
80. *n.* 63. cum aliis relatis à *Surdo conſil.* 140. *nu.* 42.
Franciſc. Anton. Caſta conſil. 80. *num.* 17. quod etiam
admittit *Dec. conſil.* 169. quando non adjicitur onus,
vel pactum repugnans honeſtati fœminarum, & ita
etiam tenuerunt *Pariſ. conſil.* 4. *num.* 67. *vol.* 1. ſequi-
tur *Decian. conſ.* 58. *vol.* 2.

Secundò hoc feudum fuit conceſſum, † nulla adje- 87
cta obligatione præſtandi ſervitia militaria, ſeu alia
ſervitia perſonalia, quo caſu fœminam ſuccedere vo-
luerunt *Bald. in cap.* 1. *§. & quia de hic, qui feud. dar.
poſſ. nu.* 19. *Cujac. lib.* 1. *de feud. tit.* 2. *penult. Piſtor.
lib.* 1. *p.* 1. *qu.* 34. *n.* 31. *Fachin. controv. jur. lib.* 7. *c.* 4. *n.*
39. maximè quando non tenetur præſtare juramen-
tum fidelitatis, * prout paulò infra dicam, *Garzon. in* 88
d. tit. de fœmin ad feud. recipiend. vel non, *reſtr* 3. nam
fœminæ ſunt bonorum capaces, * ut dixit *Bald. in d.* 89
§. & quia vidimus, ubi etiam *Afflict. nu.* 13. & fun-
datur ex *text. in c. ſi cui militi*, *in capitulis extraordina-
riis feudorum* & apud *Cujacium lib.* 4. *tit.* 104. cujus
verba referuntur à *Fachin. in loco* ſuprà allegato, qui
etiam concluſionem prædictam probat à ratione ceſ-
ſante, *Surd. conſil.* 384. *n.* 10. *& conſil.* 407. *n.* 19. &
ita, etiam voluerunt multi apud *Curt. jun. in tract.
feud. in* 3. *par. in princ. limit.* 5. *Ruin. conſil.* 18. *nu.* 13.
vol. 1. *Decian. d. conſ.* 58. *nu.* 48. *vol.* 2. *Flam. de Rub.
conſ.* 77. *nu.* 176. *Bologn. conſil.* 5. *nu.* 70. & fœminam
non modo ſimplicis feudi, * ſed etiam dignitatis eſſe
capacem, dixit *Brau. conſil.* 145. *per tot. lib.* 1. *Clar. in* 90
d. §. feud. q. 73. *verſ. ſed quæro*, *Curt. jun. d. tract. feud.
part.* 3. *qu.* 2. *n.* 3. *Flam. de Rub. ubi ſupra, n.* 77. & ita

obtinuiſſe dicit *Jacob. de Belviſ.* in *cap. 1. Epiſc. vel Abb.* & licèt contrarium videatur ſentire *Iſern. in cap. 1. §. fin. ex quib. cauſ. feud. amitt. Zaſ. de feud. par. 8. num. 49. Alexand. conſ. 9. lib. 5.* tamen à prima opinione non eſſe recedendum, voluit *Piſtor. lib. 2. cap. 9. & 34. n. 37. Clar. in dict. quaſt. 73. n. 8. in §. feudum. Vulteius in cap. 9. num. 48. lib. 1. de feud. Gallup. de feudis, par. 3. c. 2. ſub n. 8. Intrigliol. de feud. centur. 1. art. 2. nu. 295. Graſſ. de effect. cleric. effect. 4. n. 152. Regens Lanar. de ſucceſſ. feud. in capit. 1. num. 103. per plures columnas fol. 219.* ubi etiam *Fulvius Nepos* digniſſimus *Regia Camera Præſidens fol. 271. nu. 51.*

91 Tertiò, * hoc feudum fuit conceſſum abſque onere præſtandi juramentum, *Pariſ. conſ. 4. n. 15. vol. 1. Menoch. conſil. 65. nu. 18.* & hoc à ceſſante ratione,
92 quia principalis ratio excluſionis † fœminarum eſt
93 forma ipſius juramenti fidelitatis, † quod non poteſt per fœminam explicari, ut poſt alios fundat *Facbin. in d. lib. 7. controv. jur. cap. 4.* * ubi inſerit formam jura-
94 menti, * & propterea fœminam eſſe hujuſmodi feudi,
95 abſque onere jurandi capacem, probatur in *c. 1. de form. fidelit.* ubi omnes ferè DD. & *in cap. 1. de nova form. fidel. Alexand. conſil. 9. n. 6. vol. 5. Decius conſ. 139. num. 3. verſic. etiam obſtant allegata*, quod pluribus DD. authoritatibus, & rationibus comprobat *Dec. d. conſ. 58. n. 45. & Garzon. in d. 3. reſtrict. Rimin. jun. conſil. 65. num. 20. lib. 1. Clar. in §. feudum, verſic. quaro.*

96 Ulterius, * quod in dicto feudo fœmina per maſculos excluſa, illis deficientibus ſuccedat excluſo directo Domino, *Pariſ. conſil. 23. num. 55. lib. 1. Thobias Non conſ. 6. num. 42. Franch. deciſ. 7. nu. 2. Menoch. conſ. 331. c. 57.*

97 Quartò, * fœmina ſuccedit in feudo, pro quo ſolvi-
98 tur cenſus, † quia magis accedit ad naturam emphyteuſis, quàm feudi, *Dec. conſil. 139. n. 7. & 269. n. 4. Alexand. in l. etiam ſi filius, in fine. ff. ſolut. matr. & c. 9. vol. 5. & conſ. 136. n. 3. volum. 1. & conſil. 18. vol. 2. Pariſ. d. conſ. 4. num. 13. Menoch. conſ. 65. n. 16. Decian. d. conſ. 58. num. 46. Garzon. in loco* ſupra allegato *reſtrict. 5. Jacob. de Belviſ. Bald. & alij in cap. 1. §. quin etiam, Epiſc. vel Abb. Gozadin. conſil. 8. n. 82.* & in ſpecie, quòd ſuccedat in feudo, pro quo ſolvitur annuus cenſus unius crateræ argenti, prout eſt in conceſſione, de qua agitur, *Regens Lanar. in d. c. 1. nu. 8. de ſucceſſ. feud. fol. 217. & n. ſeq.* allegat *Socin. conſ. 257. vol. 2. & Corn. conſil. 16. lib. 1.* qui omnes conſuluerunt in eodem caſu conceſſionis feudi ſub annua præſtatione unius crateræ argenti.

99 Quintò, * hoc idem corroboratur ex illo verbo *in perpetuum*, adjuncto verbo, *haredibus*, quia hæredes etiam extraneos tranſire, quando feudum eſt conceſſum in forma larga voluit *Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. par. 6. qu. 6. Intrigl. de feud. cent. 1. qu. 48. quod ſit feudum hareditarium, n. 57.*

100 Sextò * conſidero cum *Soc. jun. conſil. 76. nu. 21. in princip.* cum *Bero conſ. 67. n. 31.* & poſt ipſos cum *Decian. d. reſponſ. 58. num. 32.* quod in præſentiarum nullus ſupereſt maſculus ex deſcendentibus inveſtitis, neque aliquis de eorum agnatione, quo caſu facilè tranſit feudum in fœminas, & quatenus in eis ſecundùm inveſtituræ formam non ſuccederent, deberent ſaltem ex æquitate inveſtiri, & quod plus, dicit *Bero. loco* ſupra citato, quòd alias ipſa fœmina deſcendens poſſet conqueri, & appellare, per *text. in l. 1. §. permittitur*, ubi *Bart.* & alij *de aqua pluv. arc.* quod etiam conſuluit *Celſus Ugo conſ. 93. num. 16.* loquens in Ducatu, Marchionatu, vel Comicatu, dato,
101 quòd fuit conceſſum pro maſculis tantùm, * maximè quando nullum adeſſet præſtandum ſervitium, quòd à fœminis præſtari non poſſet.

102 Et demum erit conſiderandum, † quod ſumus in feudo Eccleſiaſtico, in quo regolariter fœmina ſuccedit, ſecundùm opinionem *Jaſ. in conſ. 117. n. 5. vol. 4. Alex. conſ. 10. ſub n. 17. lib. 5. Cacheran. dec. 87. n. 17. Burſ. conſ. 63. n. 84. Bardellon. conſil. 92. n. 19. lib. 1. Caphal. conſ. 560. n. 81. l. 4. Intrigl. de feud. cent. 2. art. 2. nu. 285.* & noviſſimè *Ludovic. Bellas conſ. 1. n. 28.* videndus, & *conſ. 3. n. 9. & conſil. 17. n. 36.* &
licèt aliqui contrarium tenuerint, * maximè quando 103
eſt facta conceſſio à Summo Pontifice, tamen *Garzon. in loco ſupra* citato *limit. 19.* dicit quòd rationes concludunt etiam in Summo Pontifice.

Cùmque unaquæque per ſe ex dictis limitationibus ſit ſufficiens, ut ſit locus ſucceſſioni fœminarum, abſque ſcrupulo, cùm omnes concurrant, cauſam in petitorio indubiam reddunt, & quatenus eſſemus in aliquo dubio, quod nullo modo admitto, tamen in
dubio judicandum eſt, * fœminas præſertim maſcu- 104
lis non extantibus eſſe admittendas ad feudi ſucceſ-
ſionem, * quia conſtitutiones feudales, quæ fœmi- 105
nas excludunt, ſunt derogatoriæ juris communis, & odioſæ, ut notant *DD. in l. maximum vitium, C. de*
lib. praeter. & ideò capienda eſt * interpretatio in du- 106
bio, quæ benignior ſit, & quæ minus deroget, prout in terminis voluit *Decian. d. reſponſ. 58. nu. 53. vol. 2. poſt gloſ. in cap. ſtatutum, de prabend. in 6. & Jaſ. in authent. quas actiones, Cod. de ſacroſanct. Eccl. & Pariſ. conſil. 21. n. 31. vol. 1.* qui eadem utitur concluſione, & *n. 55. cum pluribus ſequentibus*, omnibus quæ in contrarium adduci poſſunt reſpondit.

Reliquum erit, ut motivis in contrarium adductis ſatisfaciamus, & quidem Primò affertur, quòd quamvis in inveſtitura conceſſio appareat facta, nedum pro ipſo Leonello recipiente, *pro ſe, & ſuis filiis maſculis legitimis, & naturalibus*, ſed etiam additum fuit, *& haredibus, & ſucceſſoribus quibaſcumque*, tamen quòd illa verba ſunt ſub eadem oratione, & conſti-
tuunt unam periodum, † & propterea verba, *haredi-* 107
bus, & ſucceſſoribus, & omnia ſubſequentia regulantur ab illo verbo, *filiis*, tanquam principale ſubſtantivo, ad quod omnia ſequentia referuntur, & ſic debent illa verba, *ac eorum haredibus, & ſucceſſoribus*, intelligi de filiis maſculis, & propterea requiritur concurſus utriuſque qualitatis, quòd ſcilicèt ſint filij & deſcendentes maſculi, & quòd ſint etiam hæredes, & ſucceſſores, juxta doctrinam *Bald. in l. 1. num. 14. C. de jur. emphyt.* cum aliis coageſtis per *Seraphin. in deciſ. 604. num. 5.* neque hæc diſpoſitio alteratur per
verbum, * *ſucceſſoribus*, quia illud operatur de jure 108
prætorio, verbum, *haredibus* & de jure Civili, *Alex.* poſt alios *in l. quadam §. nihil. ff. de edend. Dec. conſil. 208. num. 3.* nec etiam illud verbum, *quibuſcumque* quia intelligitur poſitum, ut poſſit comprehendere omnem ſucceſſionem, ſive de jure civili, ſive de jure prætorio, ut poſt alios habetur ex *Menoch. conſ. 999. num. 7.* & ex *Ludovic. Sacca. Alex. Anguiſſola*, & aliis qui ſcripſerunt pro Sereniſſ. Duce Parmæ in cauſa cum Alexandro Pallavicino de feudo Florentiolæ, & aliis.

Secundò, ad magis prædicta demonſtrandum; quòd ita hæc conceſſio ſit intelligenda, ut fœminæ
ſint ab iſtis feudis penitus excluſæ, * nonnullæ con- 109
jecturæ ponderantur, & Primò, quia cùm ex proœ-
mio concedentis declaretur ipſius intentio, * pon- 110
derantur verba poſita in conceſſione facta à Leone X. Alberto Pio, ibi, *ac ſperantes quod nobilitas tua, & poſteri tui, qua illis circa regimen hujuſmodi committenda*
duxerimus, &c. ponderando illud verbum, *poſteri* 111
tui, quorum appellatione in materia feudali maſculi tantùm, non fœminæ continentur, ex *Menoch. conſil. 443. num. 48. Roſt. Mantic. & Rot.* tam *in deciſ. 663. par. 1. in recentior.* quàm coram Buratto *deciſ. 886. n. 19.* inſuper ponderantur verba ſequentia, ſcilicèt, *ſollicitè, diligenter, & prudenter exequi curabitis*, quæ non poteſt conſiderari in extraneis, & in fœminis.

Tertiò, conſiderantur verba poſita in eadem con-
ceſſione ibi, * *haredibus, & ſucceſſoribus pradictis*, 112
&

Digitized by Google

& inferius, *hæredum & ſucceſſorum tuorum ſeu alicu-*
113 *jus eorum*, * ex quibus apparet voluiſſe feudum mixtum erigere, & etiam quòd ipſi ſucceſſores, & hæredes eſſent de deſcendentibus maſculis: ponderatur etiam, quod tribus vicibus verbum, *hæredes*, ſimul
114 conjungit, * ex quibus arguitur, quod copula, *&*, fuit poſita, non augmentativè, ſed conjunctivè.

115 Quartò conjectura deſumitur ex obſervantia, * & conſuetudine Bonifacij IX. Pauli II. & Sixti IV. qui feuda in Vicariatum conceſſerunt pro ſolis filiis maſculis.

116 Quintò, * quia idem Leo Pontifex in inveſtitura Alberto facta, alienationem prohibuit, ex qua arguitur noluiſſe ad fœminas, & extraneos transferri.

117 Sextò, † quia per mortem Alberti abſque filiis maſculis fuerunt per Clementem VII. dicta feuda conceſſa Leonello, ipſius fratri, ponderando illa verba, *nullis ſuperſtitibus maſculis*, ex quo arguitur, fœminas filias Alberti non fuiſſe capaces.

118 Septimò, * quia Leonellus per viginti annos virtute dictæ conceſſionis feuda prædicta poſſedit pacificè, & quietè, nec dictæ filiæ fœminæ Alberti conqueſtæ fuerunt.

119 Poſtremò, * quia deſcendentes Leonelli, à quibus cauſam habent Domini Aldobrandino adverſus fœminas, filios Alberti, & eorum deſcendentes acriter impugnaverunt fœminarum comprehenſionem.

Quæ quidem conjecturæ & ſi prima facie videantur comprehenſioni fœminarum adverſari, attamen re bene perpenſa facile diluuntur, & quoad
120 primum non negamus, * dictionem, *&* vel, *ac*, poſſe ſtare copulativè & ampliativè, nam *in l. ſi habeat, §. hæredi plures, ff. de condit. inſti. & in l. ſi quis ita ſtipulatus fuerit decem aureos ff. de verbor. obligat.* & alibi
121 ſtant conjunctivè, * ita ut requiratur concurſus utriuſque qualitatis, & in his terminis loquitur *Bart.*
122 *in l. 1. n. 34. Cod. de jur. emphyt.* * ſæpiùs tamen ſtat ampliativè, juxta *tex. in d. l. ea tamen adjectio, ff. de legat. 3. actianis, l. alienationis, & l. etiam, ff. de verbor. obligat. l. 2. ubi gloſ. & DD. C. teſtib.* Imo de ſui na-
123 tura dictio iſta, † *&*, cadit inter diverſa, ut habetur ex *deciſ. Rotæ Romanæ*, relata per *Statil. Pacif. de Salv. interdict. deciſ. 97. numero 3.* quod etiam probatur ex *rubr. de jur. & fact. ignor.* & ex *text. in cap. querelam, de ſimon. idem Pacif. de Salv. interd. inſpect. 3. cap. 1. n. 19. DC. in l. 2. ff. de jur. & fact. ignor.*

124 Dubium itaque erit videre, † ſi in hac conceſſione ſtet copulativè, vel ampliativè, & quidem in hac facti ſpecie non videtur, poſſe ſtare copulativè, ſed potiùs ampliativè, ſiquidem quamvis unica oratione, tamen videtur potiùs comprehendere duos caſus, Primus eſt, quando adſunt deſcendentes maſculi, ſecundus verò ipſis deficientibus, & propterea voluit concedens, quòd ſtantibus filiis feuda eſſent ex pacto, & providentia, maſculis autem deſcendentibus non exiſtentibus, voluit, ut feuda ad fœminas, & extraneos pervenirent, & ſic iſto caſu illa verba, *& hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque* ſtant ampliativè, hoc eſt, nedum *pro te, & filiis tuis maſculis legitimis, & naturalibus deſcendentibus*, ſed *hæredibus,*
125 *& ſucceſſoribus quibuſcunque*, * cùm hæc dictio, *&* potiùs de ſui natura augere ſoleat, ut poſt *Albert. in dictionario, in dictione, &*, reſpondit *Alex. conſ. 130. n. 8. lib. 1. Menoch. conſ. 625. n. 17. & conſ. 677. n. 4. & 753. n. 19.* hinc *Butrigarius* relatus ab *Albertic. in*
126 *loco* ſupra allegato, † dixit, quòd ſi teſtator legavit mercatoribus, & artificibus, non eſt neceſſe, ut ſit legatarius mercator, & artifex, ſed ſufficit, quod ſit mercatur, vel quòd ſit artifex, quia illa dictio, *&*, auget.

Illa autem interpretatio, quæ in motivis in con-
127 trarium traditur, † quod illa verba, *hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque*, operetur comprehenſionem quorumlibet ſucceſſorum, ſive ſint hæredes univerſales, ſive particulares, vel fideicommiſſarij, inſtituti in re certa, vel legatarij, apertè contradicit li-
teræ, * cùm de ſui natura verba, *hæredibus, & ſucceſ-* 128
ſoribus quibuſcunque comprehendant nedum maſculos ſed etiam fœminas, ut contra opinionem *Bald. in d. cap. 1. §. donare, qualiter olim feud. alien. pot.* & aliorum ſuprà allegatorum, voluerunt magis communiter DD. poſt eundem *Bald.* parum ſibi conſtantem in *cap. Imperialem, n. 19. de prohib. feud. alien. per Feder.* & alij longa ſerie ſuprà congeſti, ad quam opinionem ultra adductos ſufficeret allegare *Menoch. in conſ. 999.* in motivis in contrarium † allega- 129
tis, qui loquitur in conceſſione feudi facta à Summo Pontifice *Nicolao V.* ſub his verbis, videlicet, *teque quandiu vixeris cedente, vel decedente, tuas, filios, & nepotes, & alios ex te deſcendentes maſculos legitimos, & naturales ſeu legitimatos, & alios quoſcunque hæredes, & ſucceſſores*, ut habetur ex facti ſpecie *dict. conſilij*, & iterum ſub *nu. 12. verſic. 1.* ubi probat, quòd quamvis eſſent maſculi tantùm vocati, tamen concludit, *n. 13.* quòd per illa verba ſequentia, *hæredes & ſucceſſores*, quæ ſunt communia, & apta comprehendere tam maſculos, quàm fœminas, authoritate, *Dec. Gozadin, Alexand. Rui. Burſ. Gabriel.* & aliorum concludit, fœminas eſſe incluſas, quamvis ſit facta conceſſio bonorum, quæ de ſui natura ad fœminas non tranſirent, traditur autem ratio per eundem *Menoch. in conſ. 926. n. 30.* quod † quando in do- 130
natione fœminæ expreſsè non ſunt excluſæ, nec vocantur maſculi, addita ratione, ſive cauſa, ut bona in familia remaneant, ſed ſimpliciter, & abſolutè, tunc fœminæ non ſunt excluſæ, niſi maſculis exiſtentibus, ad quod etiam probandum innumeros allegat *Marcus Salon Burgas Paz conſ. 29. n. 41.* quod validis argumentis ſtringit idem *Menoch. in d. conſ. 999.*
ſub n. 32. conſtituendo differentiam, * quando quali- 131
tas maſculinitatis eſt poſita in conditione, veluti ſi Cajus abſque filiis deceſſerit, ſuccedat Mævius, de quo caſu loquitur *Bart. in l. cum avus, n. 4. ff. de condit. & demonſtr.* vel quando qualitas iſta maſculinitatis eſt poſita in diſpoſitione, veluti quando donator vocavit filios maſculos, nam tunc illa dictio, *maſculis*, operatur, ut priori loco dicantur vocati maſculi, deinde fœminæ, & ſic maſculis datur prælatio, ſed ipſis non extantibus fœminæ non ſunt excluſæ & ita poſt *Rain. in conſ. 98. n. 10. lib. 1. Bart.* declarat *Menoch. lib. 4. pr. 84. n. 2.*

Corroboratur hæc concluſio, * quia alias illa di- 132
ctio, *quibuſcunque* eſſet ſuperflua, ad hoc enim ut requiratur concurſus utriuſque qualitatis in conceſſione feudi, ſufficit ut conceſſio ſit facta, *pro ſe, filiis, hæredibus, & ſucceſſoribus*, ut probant Doctores allegati à *Menoch. d. conſil. 999. nu. 7.* & à *Peregrin. de fideic. art. 32. n. 12. & nu. 21.* ubi quod ſufficit, quod ſit hæres in quota vel in re particulari, * omne autem 133
verbum, etiam ſyllaba ſic accipi debet, * ut ſtet cum 134
aliquo effectu operativo, *l. ſi quando ff. de leg. 1. cap. ſi Papa, de privileg. in 6.* & alij per *Peregrin. d. art. 32. n. 13.* neque requiritur illud verbum, *quibuſcunque* & ſic nihil in hoc caſu operaretur.

Quod quidem convincitur, ni fallor, ex ipſamet conceſſione, & ex illiſmet motivis in contrarium adductis, & propriè ex illis verbis in quarta conjectura ponderatis, * ibi *alienationes tamen quorumcunque* 135
bonorum immobilium, & pretioſorum mobilium Civitatis, & ſingulorum Caſtrorum, & Terrarum, & Villarum hujuſmodi tibi, ac filiis tuis penitus interdicta, niſi, ut præfertur, de noſtro conſenſu, & certum 136
eſt, bona feudalia eſſe de per ſe inalienabilia, & maximè abſque conſenſu Domini directi ſunt jura aperta *in cap. 1. de prohib. feud. alien. per Federic.* † ſi ergo 137
feuda prædicta fuiſſent conceſſa ſub propria feudi natura, non opus eſſet inhibere, ut Albertus, & ejus filii non alienarent abſque conſenſu Pontificis, verùm

rum quia ex illis verbis in conceſſione poſitis eri-
gatur feudum non habens propriam illius naturam,
quod alienari poterat abſque aſſenſu, juxta diſpoſi-
tionem *text. in cap. 1. de feud. non habente propriam
feud. nat.* ideo fuit neceſſarium, ut expreſſa fieret in-
hibitio dicto Alberto, & ejus filiis.

Colligitur etiam ex eiſdem verbis, & alia ur-
gens, non dicam conjectora, ſed magis vera proba-
tio quod concedens * voluit providere in duobus ca-
138 ſibus, & Primò, quando adeſſent deſcendentes maſ-
culi, quo caſu voluit, ut feudum ad extraneos perve-
nire non poſſet abſque aſſenſu directi domini, ipſis
autem deficientibus voluit, nedum ad fœminas, ſed
ad quoſcunque extraneos pervenire poſſe, quod pro-
bat, quia illa inhibitio non alienandi fuit facta ipſi
139 conceſſionario, * & filiis ſuis, & ſic fuit perſonalis, &
propterea non egreditur perſonas, quibus fuit alie-
natio prohibita, ut probat *text. in l. cum pater, quin-
decim, ff. de leg. 3. Bart. in l. peto, §. fratre, ff. de leg. 2.*
ubi etiam *Cuman. Petr. de fideicom. qu. 2. nu.* 36. licèt
ſecus eſſet veſtita ab aliqua cauſa, † per quam efficie-
140 retur realia, *Beca. conſ. 24. n. 24. Rim. jun conſ. 279.
n. 85. vol. 3.* quicquid in contrarium dixerit *Rurſat.
conſil. 51. in fine*, ut advertit *Petra dict. quaſt. 2. nu-
mero* 20.

Neque conjecturæ in contrarium ponderatæ
concluſionem firmatam perturbare poſſunt, nam
quamvis vera ſit concluſio, * quod ex proœmio de-
141 claretur intentio concedentis, ut de inveſtitura dixit
Alexan. 80. lib. 5. & eum ſequitur *Purpur. in l. cùm
quid, verſ. & in præfatione legis, num. 110. ff. ſi cert.
pet.* quid tamen hoc limitat, † quando ex diſpoſitione
142 aliter appareret, *ibid. verſ. ſecundo declarant*, & eum
ſequitur *Menoch. in d. lib. 6. præſumpt. 3. n. 16.* * Se-
143 cundò, hoc caſu illa verba in inveſtitura appoſita, *&
hæredibus, & ſucceſſoribus*, eſſent inutilia, quo caſu
non poſſe argui ex præfatione antecedenti, habetur
in l. Titia, §. idem reſpondit, ff. de verb. oblig. & dicunt
alij allegari per eundem *Menoch. dict. præſumpt. 2. in
fine.*

Verùm nec illa verba, *ſperantes, quòd nobilitas
144 tua, & poſteritas*, † fœminas excludunt, appellatio-
ne enim liberorum propriè maſculi, & fœminæ con-
145 tinentur, † *leg. ſed & ſi has, §. liberis, & l. 1. ff. de in jus
voc.* ſicuti etiam intelligitur de poſteris, ut etiam il-
lorum appellatione fœminæ contineantur, & deſcen-
dentes ab eis, *l. Juriſconſultus, §. parentes, ff. de gra-
dib. l. quod his verbis, §. fin. de legat. 3. Dec. conſ. 7. n.*
30. *Craſ. in §. fideicommiſſum, qu. 15. n.* 5. *Peregrin. de
fideicomm. art. 22. n. 37.* cum aliis adductis per *Fuſar.
de fideicommiſſ. ſubſtit. qu. 330. nu.* 5. & *Mantic. de
tacit. & ambig. lib. 22. titul. 14. n. 20. & 21.* & quam-
146 via hoc limitari ſoleat in feudis, * ut poſt alios pro-
bat idem *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 24. tit. 17.
147 n. 13.* attamen hoc erit intelligendum, † quando in
conceſſione, ſive inveſtitura non adſint verba talia,
quæ feudi naturam improprient, tunc enim idem ju-
dicandum erit, prout de allodio, ut habetur ex *Can-
net. in extravag. Volentes Regni Siciliæ, in cap. quaro
ſubſequenter, n. 35. Intrigl. cent. 2. art. 5. n.* 1020.

Tertiò poſſet etiam reſponderi, quòd illa verba
fuerint poſita in conceſſione facta per *Leonem X.* Al-
berto, Rodulphus verò, à quo cauſam habent Do-
mini de Aldobrandino, non poſſedit ex conceſſione
facta Alberto, ſed ex conceſſione facta Leonello, in
qua talia verba non leguntur, ſed ſimpliciter fuit
conceſſa ſub illa forma inveſtituræ ſupra expreſſa, *
148 & quamvis Dominus concedens per ſecundam inve-
ſtituram non poſſit primæ præjudicare in præjudi-
cium ſucceſſorum, ut *Ego* dixi *in dec. 70. nu.* 19. &
plenè probat *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 2.*
attamen hodie non veniunt deſcendentes ex Alber-
to, quia renunciaverunt in beneficium Dominorum
de Aldobrandino, ſed ipſemet concedens.

Aut verò loquimur de proprietate, & certum eſt,
quòd in dicta cauſa principale motivum pro Sereniſſi-
mo Duce Parmæ erat, † quia quamvis ſervatâ forma 149
inveſtituræ, *pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſ-
cunque* feuda pervenire debuiſſent ad quoſcunque
etiam extraneos, * tamen quia erat facta contra for- 150
mam decreti *meminimus*, editi à quondam *Joanne
Galeatio Duce Mediolani*, virtute cujus licèt eſſent
comprehenſi extranei ex verbis inveſtituræ, tamen
ex dicto decreto * reſtringitur conceſſio ad naturam 151
feudorum Mediolanenſium, per quod nec ad extra-
neos, neque ad fœminas tranſit, ut habetur ex *Con-
ſilio Almi Collegij Ticinenſis*, cum ſubſcriptione *Sfor-
tiæ Oddi, Georgij Ripa, & aliorum* in eadem cauſa *in
qu. 2. artic. 2. verſ. quoad ſecundum autem acquiſito-
rem*, qui reſpondent ad *conſ. Menoch.* 378. qui in ea-
dem cauſa ſcripſit pro Pallavicino, † dum dixit, quod 152
dictum decretum *meminimus*, debet intelligi in
conceſſionibus gratuitis, non autem oneroſis, quia
contrarium fuit judicatum in Senatu Mediolanenſi,
ut habetur per *Boſſium in tit. de Principe, numero* 323.
quod etiam dixit *Sacca conſ. 1. ſub num. 170. & 182.
Colleg. Patav. ubi ſupra, nu.* 27. ubi movetur ex dicto
decreto, * *meminimus*, de anno 1490, ubi fuit deter- 153
minatum, feuda in Principatu, & Ducatu Mediola-
nenſi non tranſire, niſi ad filios acquiſitoris, &
deſcendentes maſculos de legitimo matrimonio na-
tos tantùm, & non ad alios extraneos, ac etiam deſ-
cendentes ex fœminis, quamvis enim conceſſio ſit
larga, * tamen regulatur ex lege municipali ſuper illa 154
re edita, *de Ponte de poteſt. Proreg. in dict. tit. de refut.
feud. §. 5. num.* 11.

Quò verò ad ſecundum articulum, dato, ſed nun-
quam conceſſo, quòd in inveſtituris factis tam Al-
berto, quàm Leonello, fœminæ non eſſent incluſæ,
certum eſt in facto, quod Rodulphus ultimus maſcu-
lus prædicta feuda mediante Summi Pontificis aſ-
ſenſu, vendidit Dominis de Aldobrandino, & præ-
cipuè D. Olimpiæ fœminæ, & Petro Cardinali, & ſic
erit videndum de effectu aſſenſus Apoſtolici, an ſci-
licèt ſolùm operetur, ut obſtaculum removeretur, an
verò poſſit habere jura etiam novæ inveſtituræ, †
quatenus tamen antiquæ aliquid addatur, vel dimi- 155
nuatur, * & quamvis regulariter aſſenſus non ſit actus
ſtans de per ſe, ſed confirmatio contractus rei feu- 156
dalis, ita ut non dato confirmabili, quod eſt contra-
ctus, non habet ubi figat pedes, *Bald. in leg. falſus, C.
de furt. de Pont. conſ. 5. & de poteſt. Proreg. titul. de
aſſenſ. Reg. § 9. n. 7.* nam vaſſallus, † qui alienat, tranſ- 157
fert dominium, Dominus autem aſſentiendo contra-
ctui venditionis, tollit tantùm obſtaculum, *Camer.
in cap. Imperialem, de prohib. feud. alien. per Federic.
fol. 43. à ter. lit. P. poſt Bald. in l. ſi ut proponis, C. de
ſerv. pign. dat. Iſern. in d. cap. Imperialem, nu. 11. de
Ponte de poteſt. Proreg. titul. de refutat. feudor. §. 2. n.
24. & §. 8. n. 9.*

Tamen hoc intelligitur, † quando ſimpliciter do- 158
minus dat ſuum conſenſum ſuper alienatione facienda
per feudatarium, quia tunc talis licentia operatur, ut
poſſit diſponere de jure, quod habet, & eo modo,
quo habet, neque intelligitur, dominum ſibi velle
præjudicare in jure, quod habet, & ideò linea fini-
ta poterit feudum vendicare, nec videtur contempla-
ta acquiſitio emptoris in aſſenſu non nominati, ſed
contemplata tamen eſt perſona alienantis ad tol-
lendum obſtaculum, & tunc quia aſſenſus fuit con-
ceſſus ad unum, non operatur duo, hoc eſt, validare
actum, & remittere jus devolutionis proximum, pro-
ut in puncto docuit *Andr. de Iſern. in cap. 1. §. ſed
nec eſt alia juſtior. n. 38. quæ ſit prima cauſ. benef. amitt.*
quem ſequitur *de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de refut.
feud. §. 5. n. 16. cum ſequent.*

Quando verò vaſſallus * ſucceſſore carens alienat 159
feudum Titio, & dictæ venditioni Rex, vel Summus
Pontifex

Pontifex conſenſit, tunc nedum removunt obſtacu-
lum, ſed videtur jus ſuum proximæ ſuturæ devolu-
tionis remiſiſſe, nec poſt mortem alienantis poſſet
ab emptore feudum revocare, eſt punctualis doctri-
na *Andreæ de Iſern. in cap. 2. ſub n. 6. verſic. ex præ-
miſſis, qui ſucceſſores teneantur*, ubi ponit quæſtio-
nem, quam dixit eſſe agitatam inter magnos juris pe-
160 ritos, * ibi, *Rex dominus feudi conſenſit alienationi,
quam feudatarius ſuus non habens liberos fecit in Ti-
tium de feudo, deinde moritur venditor ſine hærede le-
gitimo, an revocabit dominus feudi ab emptore Titio*,
& diſputato articulo tenuit, quod non, quæ quidem
deciſio eſt ab omnibus recepta, nam eam ſequuti fue-
runt *Lucas de Penna in l. ſi quos 59. C. de decur. lib. 10.*
& clariùs *Camerar. in cap. Imperialem, fol. 75. à ter.
in magnis, lit. L. in princip. de prohib. feud. alien. per*
161 *Federic.* qui tenet, † quòd hoc caſu aſſenſus operatur
duo, alterum, ut alienatio valeat, alterum verò, ut va-
162 leat etiam poſt mortem alienantis, † & ſic aſſenſus
diſpenſat contra ipſum Regem, & reſoluto jure
datoris non reſolvitur jus acceptoris, contra *c. 1. §.
rurſus quib. mod. feud. amitt. Afflict. in dec. 112. num. 7.*
ex doctrina *Ande. in d. cap. 1. qui ſucceſſ. ten. & in c.
1. §. & ſi clienculus, de alien. feud. & in c. 1. §. quid er-
go, de inveſtitur. de re alien. fact.* cum aliis per ipſum
163 allegatis, * quod etiam admittit *ibidem Urſill. num. 9.*
niſi in aſſenſu dicatur, *ſalvo jure meo, Epiſc. Liparulus
ad Iſern. in d. c. 1. qui ſucceſſ. teneant.* ubi alios allegat,
quod etiam explicat *Montan. in repetit. d. cap. Impe-
rialem, ſub nu. 37. lit. Q.* & fuſius *de Ponte in d. §. 5. de
reſut. feud. nu. 14. & de ſucceſſ. feud. lect. 11. n. 12.* in
quibus locis ex mente *Andreæ* dat rationem, quia
Rex aſſentiendo, ut Titius emat, cenſetur dare Titio,
& ſic videtur conſentire, nedum pro venditore, ſed
164 pro receptore, † & pro ſuis liberis, ſicuti ſi principa-
liter Titio feudum conceſſiſſet, nam qui confirmat,
videtur dare, *l. lege obvenire, ff. de verbor. ſignificat.*
165 *Camer. in d. cap. Imperialem, fol. 79.* † nec poteſt dice-
re Rex quòd neſciebat, alienantem caruiſſe, vel care-
re poſſe legitimo ſucceſſore, qui debebat ſe infor-
mare, ut poſt *Camer.* dixit idem *de Pont.* in allegato
tit. de reſut. feud. §. 20. ſub n. 23. verſ. ſinem, ubi dicit,
166 quòd ex hoc in noſtra Regia Cancellaria * praxis in-
olevit, ut in præſtatione Regiorum aſſenſuum dicat
Protex, *fiat dummodo habeat ſucceſſores*, de qua etiam
clauſula in aſſenſibus apponi ſolita in hoc Regno
habetur per *de Pont. in dec. 4. Collat. Conſil.* & per
*Reg. Urſinum de ſucceſſ. feud. par. 2. quæſt. 9. art. 1. nu-
mero 11.*

167 Ex quibus & tertia concluſio elicitur, * quia cùm
hæc feuda fuerint tranſlata in D. Olympiam Aldo-
brandinam, ſequitur, quamvis prima inveſtitura
eſſet maſculina, tamen ex dicto aſſenſu Apoſtolico
fuit ampliata, ſivè potiùs declarata ſucceſſio etiam
ad fœminas, cùm per novum pactum, ſive novam
formam conceſſionis, dicatur receſſum ab inveſtitu-
ris antiquis, *cap. 1. an agnat. vel fil.* ubi *Afflict. num.*
168 *61. cap. 1. ubi etiam* * *Afflict. de eo, qui ſin. ſoc. agnat.*
per novam etenim qualitatem, vel novam formam
dicitur feudum novum, *Afflict. d. dec. 112. n. 5.* ubi
Urſill. num. 7. ſaltem in eo quod fuit alterata, *Cardin.
Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 23. tit. 21. n. 15.*
169 ubi totas colligit, † & cùm conceſſio inceperit à fœ-
mina, ad fœminas poſſe pervenire non dubitatur,
*Bald. & alij in cap. 1. de feud. fœm. Affl. in cap. 1. nu.
88. de nat. ſucceſſ. feud. Pariſ. conſ. 23. n. 3 vol. 1. Menoch.
conſil. 65. n. 59. & alij* per *Garzon. in 15. reſtrict.* ubi
170 *in fine* ait, * quòd ſi in inveſtitura fuerint vocati maſ-
culi ſucceſſores, in ipſa ſucceſſione maſculi præferun-
tur fœminis, ipſis autem deficientibus, fœminæ non
ſunt excluſæ, ex notatis *in capit. 1. de eo, qui ſibi, &
hered. ſuis*, quod etiam voluit *Roland. conſ. 76. nu. 3.
Curt. jun. in d. tract. de feud. par. 3. quæſt. 1. nu. 3.* ubi
171 dicit, * quòd abſque dubio fœmina ſuccedit in feudo,
quod à fœmina originem ſumpſit, ſequitur *Flam. de
Rubeis in conſilio 77. num. 278.*

Quarta elicitur concluſio, † ex quo feudum fuit à 172
Dominis Aldobrandinis pecunia integro pretio em-
ptum, dicitur improprium, ut habetur ex *Curt. jun.
in tractat. feud. par. 1. quæſt. 6. numero ſeptimo*, & ideò
fœmina in eo ſuccedit, † *Bald. in cap. ſignificavit, in* 173
*princip. de reſcript. Roman. conſil. 36. numero 12. Dec.
conſil. 269. num. 4. & 424. num. 14. & 298. num. 2.
verſic. præterea, & 836. num. 1. Fachin. controverſ.
jur. lib. 7. cap. 37.* innumeros adducit *Surd. conſ. 384.
num. 16. Menoch. conſil. 498. Pariſ. conſ. 4. nu. 38. vol.
1.* & communem eſſe dicit *Clar. quæſt. 73. verſicul. ſed
quid in feudo empto, Gozadin. conſ. 9. num. 55. Flamin.
de Rub. d. conſil. 77.* & tradit *Iſern. in cap. 1. §. hoc au-
tem, qui feud. dar. poſſ.* & licèt *Beun. conſil. 15. nu. 12.
volum. 1.* velit, † hoc procedere, quando fuit emptum 174
à domino, ſecus verò quando à vaſſallo, qui feudum
tenet cum Domini aſſenſu, tamen etiam hoc proce-
dere in caſu prædicto voluerunt *Pariſ. conſil. 4. n. 19.
Curt. conſil. 48. Beun. conſ. 34. nu. 2. & conſ. 8. n. 9.
& conſil. 102. num. 4. Jaſ. Dec. Gozadin.* & alij allegati
à *Deciano d. reſponſ. 58. num. 4.* qui & ipſe hanc etiam 175
opinionem ſequitur, † & eſt ratio, quia aſſenſus ſuper
venditione facta habet vim inveſtituræ, *Rovitus in
pragmat. Regn. 23. nu. 10. in tit. de feud.* & colligitur
ex *Andr. in c. 1. §. ſciendum, quib. mod. feud. conſt. poſſ.
Frecc. de ſubfeud. lib. 2. auth. 2. in 17. quæſtion. num. 12.
Lanar. conſ. 18. n. 6.* ex regula, qui confirmat, dat, *d.
l. lege obvenire 130. ff. de verbor. ſignificat.* * *Ande. in* 176
cap. 1. n. 9. in fine, & 10. qui ſucceſſ. teneant, & quòd
habeant vim inveſtituræ, * voluit etiam *Afflict. in* 177
*capit. Imperialem, §. præterea ſi quis, in princ. verſ. &
eadem ratione, de prohibit. feud. alienat. per Federic.
& deciſion. 112. ante num. 6.* quod etiam pluribus DD.
authoritatibus confirmat *Anell. Amat. conſ. 100. num.
87. & ſeqq.*

* Nec tandem obſtabit *Conſtitut. 35. Pij V.* edita 178
in anno 1567. incipiens *Admonet.* cum declaratione
Innocentij IX. quia non loquitur de præſenti caſu,
ſed de prohibitione alienandi, & infeudandi Civi-
tates, Terras, & Oppida, & Loca Sanctæ Romanæ 179
Eccleſiæ, non autem de aſſentiendo venditioni fa-
ciendæ per feudatarium, & prohibitio in uno caſu
non extenditur ad alium, *Alban. conſil. 7. numer. 8.
Petr. Anton. Petr. de fideicomm. quæſt. 5. n. 151.* quia uti
odioſa eſt reſtringenda, * *Cyn. in leg. voluntas, & ibi* 180
Bald. & Salic. Cod. de fideicomm. latiſſimè *Fuſar. de
fideicomm. ſubſt. quæſt. 678. per tot.* cùm ergo Bulla *Pij
V.* loquatur de alienatione, * vel infeudatione, non 181
poteſt trahi, ut non poſſet conſentire tranſlationi
dominij utilis, tantò magis, quia non erat certum,
Rodulphum Pium abſque legitimo ſucceſſore eſſe
moriturum, nec quia caſus evenit, debet trahi in
conſequentiam, cùm etiam attenta forma noſtræ
Regiæ Cancellariæ, in qua, ut ſupra diximus, poni-
tur in aſſenſu clauſula, * *quoad ea bona, in quibus habet* 182
ſucceſſores ſufficit, ut tempore aſſenſus præſtiti ſuc-
ceſſorem habeat, quamvis deinde ipſo ſucceſſore
careat, nam non ideò poſſet ab emptore Fiſcus feu-
dum vendicare, *Camer. in dict. capit. Imperialem, fol.
30. 2. columna, lit. P. de Ponte in dec. 4. Coll. Conſil. n.
20. & 21.* ubi latè; ſufficit ergo, ut tempore venditio-
nis Rodulphus potuerit habere ſucceſſorem, quo
tempore fuit impetratus aſſenſus, licèt poſtea non
habuerit, & ſi hoc procedit in aſſenſu præſtito à
Regio Vicario, † qui expreſsè per Regiam Sanctio- 183
nem, quæ eſt *Pragmat. dicta delli nove capi, de Ponte
d. lect. 11. de ſucceſſ. feud.* prohibetur aſſentire in ca-
ſu, quo alienans ſucceſſore careat, tanto magis in
Summo Pontifice, qui abſque dicta clauſula vendi-
tioni conſenſit.

Dicimus ſecundò, quod dictæ *Bullæ* ex alio non
poſſunt caſui noſtro applicari, * quia *Clemens VIII.* 184
Sum-

Summus Pontifex, quatenus aliquid dubii fuiſſet, an
fœminæ eſſent capaces, attenta forma inveſtitura-
rum factarum Albarto, & Leonello, eas declarare
potuit, judicando, fœminas eſſe habiles, quod fatis
dicitur declaraſſe, dum tranſlationi factæ in D. *
185 Olympiam, conſenſit, Papa enim dicitur habere
peritiam totius juris in ſcrinio pectoris, *cap. licèt, de
conſtit. lib. 6. Tiraq. de nobil. cap. 20. nu. 41. & c. 31.
n. 537. Valaſ. conſult. 50. nu. 6. Gonzal. in regul. Can-
cell. 8. §. 4. in proœm. n. 85.* † quod tanto magis erit di-
186 cendum de *Clemente VIII.* qui fuit vir doctiſſimus
in legali ſcientia verſatiſſimus, cùm per plures
annos fuerit Romanæ Rotæ Auditor, nec in men-
tem alicujus cadere poteſt, aliter intellexiſſe, aliàs
enim, duc. 647. mil. expendi per ejus nepotes non
permiſiſſet, ſi fructus feudorum vita tantùm Rodul-
phi durante ſe percepturos cogitaſſet.

Rurſus, quatenus dictæ *Bulla Pij V. & Innoc. IX.*
aut aliorum Pontificum confirmationes in aliquo
dicto Summi Pontificis aſſenſui obſtarent, negari
non poteſt, fuiſſe derogatas ex clauſulis ampliſſimis
in dicto aſſenſo contentis, noluit enim Summus Pon-
tifex, ut ad partium poſtulationem præſtitus intelli-
187 geretur. * ſed *motu proprio, & ex certa ſcientia*,
quæ clauſulæ latæ operantur in ſui præjudicium, &
contra legem ad utilitatem ipſius Principis promul-
gatam, *Afflict. in Conſt. Regn.* incip. *Monarchiam, rub.*
188 *32. tit. in quibus cauſis pugna locum habet*, * ubi quòd
idem operatur, quod clauſula, *non obſtante*, ſequitur
Gabriel. comm. opin. tit. de clauſ. concl. 1. n. 24. his ac-
189 cedat clauſula, *de plenitudine poteſtatis*, * quæ clau-
190 ſula operabitur, ut nihil opponi poſſet adverſus ea
quæ Princeps facit, *Bald. in proœm. decret.* ubi cotas
allegat, *Decius conſ. 197. ſub n. 2.* de cujus effectu latè
per *Celſum Hugon. in tract. de clauſ. pag. 390. Ludov.
Rodulph. de ſuprema, ſive abſoluta Princip. poteſt. c. 5.
& 6. & alij per Barboſ. clauſ. 19 & in collect. ad text. in
c. venerabilis. ne conformat, utili, vel inutili*, ubi DD.
colligit. Adſunt etiam dictiones, *ſemper, & in perpe-
tuum*, quæ denotant temporis perpetuitatem, *l. ſer-*
191 *vitus, ff. de ſervit. l. 1. ff ſolut. matrim. ubi DD. Socin.
conſ 66. vol. n. 5. & 54. numer. 10. vol. 4.* & alij per
Gratum de diction. dict. 236. & dict. 97.

192 * Et nedum adſunt clauſulæ, & dictiones prædi-
ctæ, ex quibus reſultat derogatio *Bullarum*, aliàs
enim non poſſent ſemper & in perpetuum conſerva-
ri dicta feuda in domo Dominorum de Aldobran-
dino, ſed in ſpecie adeſt derogatio *Bulla Sixti Papæ
V.* loquentis de alienatione bonorum feudalium,
aliiſque Conſtitutionibus Apoſtolicis, quæ non poſ-
ſent verificari, niſi in dictis *Bullis Pij V.* cum confir-
mationibus & declarationibus aliorum Summo-
rum Pontificum ſucceſſorum, nec poteſt dubitari de
voluntate Summi Pontificis *Clementis VIII.* dum
alienationi conſenſit ad beneficium ſuorum nepo-
tum, ut etiam in *Bulla* exprimitur, nec de poteſtate,
193 * cùm poſſit Pontifex conſtitutiones Summorum
Pontificum revocare, ut eſt *text. in clem. unic. de*
194 *immun. Eccleſ.* ubi *gloſ. in verb. pro infectis*, * notat,
quanta ſit Papalis authoritas circa ea, quæ ſimplici-
195 ter ſunt juris poſitivi, ut poſſit revocare, † etiam
quoad effectus antea productos, * quod optime de-
196 clarat * *Sanchez de matrim. lib. 8. diſp. 7. nu. 4.* cùm
Papa ſit ſupra leges, *Pariſ. conſ. 5. n. 70. lib. 4. Viv.
comm. opin. opin. 369. nu. 2. Mantic. de juram. par. 4. ef-
fect. 192. nu. 16. & Bald. in cap. ſuper, de cauſ. poſſ. &
propriet.* dixit, * quòd Papa eſt contra jus, ſupra jus, &
197 extra jus, & omnia poteſt, *Decius conſil. 588. nu. 5.
Specul. in tit. de legato, §. nunc oſtendendum. verſ. 89. in*
198 *fine*, * Papa enim non ſubjicitur conſtitutionibus
ſuis, nec ſui prædeceſſoris, *cap. propoſuit, de conceſſ.
prabend. Joannes de Selva de beneſ. part. 4. quaſt. 8. nu.*
199 *18.* * & quotieſcunque conſtat de ipſius Pontificis
mente, tunc non ligatur aliqua lege, ſive decreto,
Menoch. conſ. 83. n. 25. qui *n. 26.* dixit, * quòd ſuffi- 200
cit, quòd faciat actum ex certa ſcientia, vel motu
proprio, ex *Lapo, Franche, Probo, Geminiano*, & aliis
* neque hoc caſu ligabitur juramento, quia & ſi Pa- 201
pa ut privatus homo juramento ligetur, † tamen ut
Papa non poteſt facere injuriam ſuæ Sedi Papali, 202
quia potiùs augere, quam diminuere debet ſuam
Pontificalem poteſtatem, ut in puncto tenuit *Andr.
Barbat.* videndus *in conſ. 1. in fin. vol. 1.* ubi lariſſimè
examinato articulo ita concludit, & quamvis non
me lateat, † Summum Pontificem ligari juramento, 203
ut ex pluribus probat *Gutier. de juram par. 1. cap. 69.
n. 2. & Mancin. de juram. eff. 200.* tamen ſi non ob-
ſtante juramento faceret id, quod juravit, non facere,
actus valebit, erit tamen perjurus, *Jacobat. de concil.
lib. 9. artic. 11.* quod etiam generaliter conſtituitur,
quando juramentum non habet concomitantiam
juris communis, *Felin. in capit. ſi diligenti, de foro
compet. n. 32. & 33. Silveſt. in ſumm. in verb. jura-
mentum 4. n. 22. Bellon conſ. 6. n. 52.* cum aliis con-
geſtis per *Mancin. de juram. par. 4. effect. 22. n. 8. Boer.
deciſ. 204. nu. 17. Abb.* & cæteri *DD. in capit. intelle-
cto,* * de jur. jur.* ubi latè de materia, ex quo *text.* licèt 204
probetur, quòd Rex res ſuæ Coronæ contra for-
mam juramenti alienare non poſſit, quod etiam vo-
luit *Bald. in Extravag. de Pace Conſtant. in verbo ſuc-
ceſſorum*, hoc eſt intelligendum, quando eſſet cum
magna Regni, vel Imperij diminutione, ſecus tamen
eſt, quando eſſet parva, quia arbitrio ſuo diſponere
poteſt, *Bart. in leg. prohiberi, §. planè. ff. quod vi, aut
clam. Soc. conſ. 7. lib. 7.* & ita eſſe intelligendum di-
ctum *text. in cap. intellecta* dixit *Tiraq. de judiciis in
rebus exiguis, nu. 83. verſ. 74.* & alij longa ſerie re-
collecti per *Barboſ. in collect. ad dictum cap. intellecto
33. de jur. jur. n. 2. in 1. tom. fol. 580.* Cùmque dubita-
ri non poſſit, * quòd de jure circumſcriptis *Bullis* 205
Papa potuit infeudare dictas terras, prout jam illas
infeudavarunt tam *Leo X.* quàm *Clemens VII.* ſe-
quitur quòd per juramentum de non infeudando,
quatenus de novo infeudaſſet, non invalidaretur
actus, ſed infeudans eſſet perjurus.

† Sed neque perjurus fuiſſet *Clemens Pontifex* 206
VIII. quia quamvis regulariter jurans non poteſt
ſemetipſum à juramento abſolvere, cùm non poſſet
ſibimet authorari, *clem. unic. de reb. eccl. non alien.*
debet enim eſſe diſtinctio perſonarum inter abſolven-
tem & abſolvendum, *Gutierr. de juram. confirmat.
part. 1. cap. 79. n. 9.* tamen hoc fallit in Pontifice Ro-
mano, * ut voluit *Anchar. in cap. venerabile de elect.* 207
ubi dicit, quòd ſi ille, qui juravit in materia diſpen- 208
ſabili non habet ſuperiorem, poteſt ipſemet ſecum
diſpenſare, loquendo in inferiore à Papa, quod tan-
tò magis procedere debet in ipſo Pontifice, & ita in
terminis tenuit *Jacobat. de Concil. lib. 7. art. 5. nu. 114.*
* qui in toto dicto *artic.* latè examinat quæſtionem,
utrum Papa, qui juravit aliqua in conclavi, & vovit
quæ non ſervavit, poſſit dici perjurus, & arguit pro, 209
& contra, ſed tandem *n. 197.* dicit, quòd quando
id, quod facere juravit, non tendit in diminutionem
Pontificalis dignitatis, teneatur ea obſervare, non
quòd ſit adſtrictus juramento, ſed ex quadam de-
centia, & dat rationem *n. 104.* quia ſi diceremus,
quòd Papa teneretur ad obſervantiam Capitulorum,
& non poſſet ſe abſolvere, ſequeretur contradictio,
quia haberet poteſtatis plenitudinem reſtrictam, &
eſſet Papa, iſta autem, quod ſit Papa, & non habeat
liberam poteſtatem, ſunt inter ſe pugnantia, *Abb. in c.
ficut,* * *il primo, de jur. jur.* quod ampliat *Clader. conſ.* 210
3. quod non liget juramentum præſtitum incontinenti
poſt Pontificis aſſumptionem, quia ea, * quæ incon-
tinenti fiunt, dicuntur ineſſe, *lege lecta ff. ſi cert. pet.* & 211
proinde *dict. nu. 197.* concludit † *Card. Jacobat.* quod
juramentum tenet eo caſu, quando jurat id, quod 212
de neceſſitate obligatur, & quando contrafaciendo
offenderet

213 offenderet Creatorem, † & in terminis, quod actus factus à Papa contra juramentum valeat, & teneat, voluit Alex. *conſil.* 224. *lib.* 6. in propria materia loquendo.

214 Sed hæc quidem † ex abundanti dicuntur, cùm rei veritate dictæ *Bulla Pii V. & Innoc. IX* non loquantur, niſi de eo caſo, in quo Pontifex feuda devoluta, vel devolvenda concederet, ex nunc, pro tunc, adveniente tempore devolutionis, non autem quando feudatarius feudum, cujus utile habet dominium alienat cum conſenſu Pontificis, & ſi poſtea caſus evenit, ut alienans abſque legitimo ſucceſſore decedat, quia valida fuit tempore contractus alienatio, non poſſet revocari, ut ſupra fuit fundatum.

Ex quibus, ni fallor, motivis in contrarium allegatis fuit ſatisfactum, & undique juſtitia D. Principiſſæ fundata remanet, quod tanto magis ſperatur in hac cauſa judicandum, cùm per tot annos poſt mortem Rodulphi fuerit ita obſervatum, & conceſſio prædicta practicata, cum receptione annui cenſus, & etiam poſt mortem Principis Joannis Geor-

215 gii, & ex illa tolerantia Papæ, & * receptione ſervitii cenſetur in caſu caducitatis illam fuiſſe remiſſam, Jaſ. *conſ.* 117 *verſ. lib.* 4.

Pro majori eorum, quæ in *præſenti Conſultatione* dicta fuerunt explicatione, volui hic ſubnectere deciſiones, & rationes, quibus doctiſſimi Domini Rotæ Romanæ Senatores moti fuerunt ad judicandum ad beneficium Rever. Cameræ Apoſtolicæ, & ſunt quæ ſequuntur.

SUMMARIUM.

216 *Feudum devolvitur per extinctionem lineæ maſculinæ.*

217 *Verbum*, filiis, *quando in inveſtitura dicatur principale ſubſtantivum.*

218 *Qualitas maſculinitatis, ac legitimitatis hæredum quando inſimul concurrere debeat, ut filius ſuccedat ex inveſtitura.*

219 *Emphyteuſis conceſſio cenſetur mixta, quando fit alicui*, pro ſe, filiis, & hæredibus.

Etiam ſi verbo, hæredibus, *in conceſſione ſint addita verba*, & ſucceſſoribus quibuſcunque *num.* 220.

221 *Verbum*, ſucceſſor, *quo jure operetur, & quo verbum*, hæres.

222 *Verbum univerſale*, quibuſcunque *conjunctum cum verbo*, & hæredibus, & ſucceſſoribus, *vel cum uno ex illis, comprehendit quoſlibet ſucceſſores, ſive univerſales, ſive particulares fideicommiſſarios, inſtitutos in re certa, & legatarios.*

223 *Dictio*, quibuſcunque, *quid operetur, & numero* 320.

224 *Concedentis feudum voluntas ad excluſionem hæredum extraneorum, & fœminarum colligitur ex conjecturis.*

225 *Conjectura ſimul ponderandæ, cùm invicem corroborentur, & dubia declarentur, ac vivificentur.*

226 *Concedentis intentio declaratur ex proœmio conceſſionis.*

227 *Excluſio fœminarum, & extraneorum reſultat ex inveſtitura verbis*, ſperantes, quòd nobilitas tua, & poſteri tui, &c. fideliter, ac prudenter, *& quare n.* 229. *&* 321. *ſeqq.*

228 *Poſterorum appellatione in materia feudali veniunt ſolum deſcendentes, non extranei, nec fœminæ.*

230 *Filii ſolent ut plurimum imitari virtutes paternas, & num.* 314.

233 *Copula*, & *addita in diſpoſitiva non tanquam copula ordinis ſeu ſeparationis, quid importet, & numero* 264.

234 *Heredes ac ſucceſſores ſi ſæpius nominentur in inveſtitura abſque dictione*, quibuſcunque *intelligitur de illis, qui ſunt filii & deſcendentes maſculi, & numer.* 318.

235 *Conceſſiones Pontificum in Vicariatum intelligi debent pro ſolis filiis maſculis, & quare.*

Regulari debet ex conſuetudine, & ſolito prædeceſſorum Pontificum, nu. 236. *præſertim ſi in eis fiat mentio præcedentium inveſtiturarum, num.* 239. *etiamſi facta non ſint deſcendentibus primi acquirentis, & feudum tranſiverit in aliam familiam, n.* 237. *ubi tamen verba non eſſent clara, ſed ambigua, numero* 238.

240 *Prohibitio alienationis an, & quando excludit extraneos, & fœminas à conceſſione, quamvis facta hæredibus, ac ſucceſſoribus quibuſcunque & numero* 320.

241 *Conceſſio habens vim tacitæ declarationis à Principe emanata maximopere debet attendi ad comprehenſionem, ſeu excluſionem prætendentium in inveſtituris,*

242 *Fœminarum excluſio ab inveſtiturâ probatur ex longa poſſeſſione feudi in maſculis, fœminis non contradicentibus, aut reclamantibus.*

243 *Præſcriptio non cenſetur interrupta per litem, quæ poſtea derelicta ſit, & num.* 333.

244 *Fœminarum excluſio ab inveſtitura probatur, ſi maſculi impugnaverint earum comprehenſionem, & pro illis excludendis ſuſtinuerint diuturnam litem.*

245 *Succeſſor illius, qui approbavit teſtamentum, & ex eo poſſedit, non poteſt idem teſtamentum impugnare.*

246 *Confeſſionem ſui authoris circa devolutionem impugnare non poteſt habens cauſam ab inveſtito ex capite devolutionis.*

247 *Maſculinitatis facta mentione in inveſtitura maſculi deſcendentes ſolum includuntur, fœminis excluſis.*

248 *Feudum conceſſum pro maſculis devolvitur ad dominum ob extinctionem maſculorum.*

249 *Feudum idem non eſt inconveniens, ut reſpectu aliquorum ſit ex pacto, & providentia, reſpectu verò aliorum ſit merè hæreditarium.*

250 *Copula*, & *poſita inter hæredes & ſucceſſores an, & quando ſtet ampliativè, ita ut comprehendat etiam extraneos præſertim in emphyteuſi Eccleſiaſtica, & feudis.*

251 *Dictio*, quibuſcunque, *adjecta verbo*, hæredibus, *aut verbo*, ſucceſſoribus, *an, & quando reddat feudum tranſitorium tam ad extraneos, quam ad fœminas.*

Debet interpretari, ut ex ea natura feudalis lædatur, quantò minùs fieri poſſit debetque referri ad habiles & capaces feudi mixti, nu. 262. *maximè cùm poteſt operari aliud quàm extenſionem ad inhabiles, nu.* 253. *etiam in contractibus, num.* 254.

255 *Pronomen*, tui, *in inveſtitura an, & quando ſeparet filios ab hæredibus, & ſub num.* 337.

256 *Feudi mixtura reſultat ex duabus qualitatibus, filiationis ſcilicet, & ſucceſſionis hæreditariæ.*

257 *Inveſtitura prima attendenda eſt, & quid exprimi debeat, ut ſecunda videatur receſſum ab ea.*

258 *Inveſtitura nova ſemper conceſſa cenſetur cum pactis, modis, & conditionibus contentis in prima, etiam quod expreſsè id non dicatur.*

259 *Inveſtitura ex novo, ne non cenſeatur alterata antiqua ſufficit ſola ſimplex mentio prioris.*

260 *Relatio fit ſemper ad proxima, & immediata.*

261 *Relatio non debet fieri ad ea, quæ non ſunt ejuſdem naturæ, & conditionis, & in quibus nedum militat diſparatio, ſed facta fuit ſpecialis proviſio, & determinatio.*

262 *Feudi pretium veluti ipſi feudo ſubrogatum pertinet ad heredem in eo jure hæreditario.*

263 *Verba inveſtituræ*, & alios quoſcunque hæredes, *comprehendunt extraneos, & fœminas, & quare.*

265. Text. in cap. 1. de feud. non hab. propr. feud. nat. *explicatur.*

266 *Feudum conceſſum in recompenſationem meritorum, vel venditum, an ſit propriè ſeudum, vel impropriè, & abuſivè, & num. 269. & quid cùm pretium ſolutum fuit vaſalla, non domino, num. 271.*
267 *Feudum in dubio præſumitur proprium, ac rectum, & ex quibus id conjiciatur, num. 268.*
270 *Juramentum fidelitatis in ſeudo reſervatum cenſetur, cùm non fuit remiſſum.*
272 *Feudum remanet proprium in aliis, data ejus impropriatione in aliquibus, & num. 307.*
273 Conſtitutio Piaoa *non tollit jus proveniens ex inveſtitura.*
274 *Facultas alienandi cum conſenſu an, & quando inducat in domino neceſſitatem præſtandi conſenſum.*
275 *Verba inveſtituræ*, ut præfertur *quid importent.*
276 *Papa num poſſit, vel videatur derogare* Conſtitotioni Pianæ de non alienandis, &c. *ſi ſe priùs non abſolvat à juramento.*
277 *Clauſula*, ſine præjudicio jorium Cameræ, *vel,* ſalvis juribus, *in aſſenſu quid operentur.*
278 *Canonis per receptionem an, & quando fiat præjudicium devolutioni, maximè non probata ſcientia devolutionis.*

Deciſio Sacræ Rotæ Romanæ coram Reverendiſſ. D. Coccino Decano in cauſa Sarſinatenſi Feudi.

Luna 20. Decembris 1638.

ARticulo mature diſcuſſo, eoqoe in doas inſpectiones diviſo, reſolutum fuit. Primò, feudum iſtud per extinctionem lineæ maſculinæ fuiſſe apertom Cameræ. Secundò, id eveniſſe propter defectum ejuſdem lineæ in Rodulpho de Piis.

Quòd enim juxta primam inſpectionem, ſe-
216 quuta * ſit feudi iſtios devolorio per extinctionem
lineæ maſculinæ, firmarunt Domini ex verbis illis inveſtiturarum, *pro te, filiisque tuis maſculis legitimis, & naturalibus, deſcendentibus, & hæredibus, ac ſucceſſoribus quibuſcunque*, quæ ut conſtituuot onicam periodum, ſeu orationem complexivam, habentem ſuum principiom, & finem ſub unius verbi terminatione, juxta doctrinam Bart. *in leg. Prator. 4. §. eritque differentia, ante num. 1. verſ. nam*
217 *cùm omnia, ff. de vi bonor. rapt.* ſic etiam * manifeſtè
convincunt, qoòd in eadem oratione verbum, *filiis*, eſt principale ſubſtantivum, ad quod ſubſequenda omnia verba tanquam adjectiva referuntur, ut ſcilicèt dictæ orationis verus intellectus, ac germanus ſenſus ſit, ad feodum iſtud vocatos fuiſſe filios ulteriores quoſcunque in infinitum deſ-
218 cendentes, qui ſint maſculi, ac legitimi, ſimulque
hæredes, aut ſucceſſores, vel oniverſales, vel particulares, proindeque harum qualitatum ſimultaneoa concurſus requiratur, nec una ſuffragetur ſine aliis, juxta doctrinam Bald. *in l. 1. num.* 14. Cod. *de jur. emphyt.* ubi, quòd qualitas copulata qualitati, ſicuti eſt filius, & hæres, reſtringit reſoluta in unom effectum, & ideò non ſufficit, quòd ſit filius, niſi ſit hæres, nec quod ſit hæres, niſi ſit de liberis, cùm oratio ſit complexiva quia copulat quantitates, non per modum demonſtrationis, ſed per modum ut ex omnibus ſit unum, quam doctrinam refert, & ſequitur Alex. *in leg. quod dicitur* 130. *numer.* 17. 18. & 21. *ante fin. ff. de verb. oblig.* & cum illa in effectu concordat Bart. *in leg. ut jurisjurandi, §. ſi liberi, num. 4. ff. de oper. liber.* quem ſequuntur Alex. *in dict. leg. quod dicitur & ibid. etiam* Imol. *nu.* 8. *col.* 2. *illius, num. ad fin. verſ. interdum, & col. 3. circa med. verſ. & ſecundum hoc*; Et magis communiter alii relati per Covar. *variar. reſol. lib. 2. cap. 18. nu.* 3. Clar. *in §. emphyteuſ. quæſt. 37. num. 2. verſ. aut eſt conceſſa, Rota apud* Seraph. *dec.* 604. *n.* 5. & coram Me *in Romana Menſa nummularia, quæ eſt deciſ.* 663. *nu. 17. par. 2.*
recent. Ideòqoe * tàm in feudo, qoàm io emphyteuſi 219
inferunt Doctores, conceſſionem mixtam cenſeri, quando ſit alicoi, *pro ſe, filiis & hæredibus*, juxta Jacob. de Belviſ. *in cap. 1. de eo, qui ſibi, & hæredibus,* Matth. de Afflict. *in cap. 1. col. 4. an agnat. vel fil. ubi etiam* Bald. *num. 8. Aym. conſ. 256. num. 8. verſ. hic tamen,* Clar. *in §. feudum, quæſt. 9 numer. 4.* & alii relati per Menoc. *conſ.* 1043. *num.* 3. & 4. Morot. *conſ* 83. *num.* Peregr. *conſ.* 7. *nu.* 6 *lib.* 1. Oſach *dec.* 161. *nu.* 1. Ludov. Sacca *conſ. 9. inter conſ. Acad. Illuſtr. num. 35. & ſeqq. vol.* 3. quod eſt 3. *inter illius conſ. vol.* 1. Mant. *de tac. lib. 23. tit. 3. num. 32. & 36. verſ. & quamvis,* Roſentall. *de ſeud. cap. 2. concl. 24. in fi. & concl. 26.* latè Giurb. *de feud. prælud. 4. num. 35. verſ. expoſitis*, & maximè *nu. 47. & ſeqq.* Camil. *de Laratha in Theatr. jur. feudal. part. 9. diluc.* 59. & ſentit *Rota in Florentina Parochialis à Sala* 10. *Junii* 1635 *coram R.P.D. meo Panzirole.*
Quod * procedit etiamſi verbo, *hæredibus*, addita 220
ſint verba, *& ſucceſſoribus quibuſcunque*, quæ circa aliquam mixturam alterationum, ſuum operantur
effectum, cùm verba, * *& ſucceſſoribus*, operentur de 221
jure prætorio, verbum autem, *hæredibus*, de jure civili intelligatur, ut poſt Imol. probat Alex. *in l. quadam, §. nihil, numer. 2.* obi etiam Jaſ. ante *numer. 5. ff. de eden.* Rub. Alex. *conſil.* 174. *numer.* 9. & benè Dec.
conſ. 208. *numer. 3. verſ.* * *verbum enim*: Verbum verò 222
univerſale, *quibuſcunque* coojunctum, vel cum uno, vel ambobus præfatis verbis, *& hæredibus ac ſucceſſoribus*, operatur comprehenſionem quorumlibet ſucceſſorum, ſive univerſalium, ſive particularium, nempe fideicommiſſariorum, inſtitutorum in re certa, & legatariorum, ut per Jaſ. *in dict. §. nihil, nu.* 51. *& ibidem* Alex. *num. 2. & conſ. 44. num. 2. verſ. poteſt*
etiam, lib. 1. * Et circa virtutem operandi hujus di- 223
ctionis, Franc. Arer. *in leg. Gallus, §. etiamſi à parente, num. 56. colum. 3. circà med. verſ. quia quando*, juncto *verſ. poteſt etiam comprehendere*, ubi etiam Socin. *n. 6. col. 3. poſt princ. verſ. ſed hic poterat aliquid, ff. de lib. & poſthum.* Bald. *in cap. Imperialem numer. 19. de prohib. feud. alien. per Federic.* Dec. *in c. in præſentia, num.* 150. *de probat.* Mandell. *conſ.* 382, *numer.* 10. & 11. Et hanc intelligentiam in terminis controverſiæ vertentis inter Sereniſſimum Ducem Parmæ, & Marchionem Pallavicinom ſuper feudo Florentiolæ conceſſo ſub verbis illis, *tibi & filiis tuis hæredibus, ac ſucceſſoribus quibuſcunque inter dd. conſ. Academ. Illuſtr. vol.* 3. probarunt tres inſignes DD. *in conſil. 43. verſ. quo caſu*, & viginti tres alii *Doctores. Papien. in conſ. 44. numer. 5. verſ. non dubium*, Alex. Anguiſſol. *conſ. 41. verſ. quibus ſtantibus ſ.* 191. Ludov. Sacc. *dict. conſ. 9. num.* 53. *& Nicol. Supranum in conſ. edito in eadem cauſa*, quod habetur ſeparatum, *col.* 23. *verſ. rurſus habet locum*, & io fortiori caſu Menoc. *conſ. 999. num. 7. 8. & ſeqq.*

Quæ licèt ſatis clara viſa fuerint, Domini tamen, ea magis, & ſine difficultate procedere cenſuerunt, ſtantibus conjecturis, ex quibus idem iotellectus mixturæ feudalis ad extraneorum, fœminarumque excloſionem redditur clarior, prout in hac materia conjecturæ, & adminicula ad aſſequendam concedentis † voluntatem plurimùm ſuffragii tenuerunt 224
Dec. *in dict. cap. in præſentia, num. 150. verſ. ſecunda concluſio de probat. & in dict. conſ. 208. num. 6. verſ. & iſta.* Ruin. *conſ. 39. num. 11. verſ. quamvis ergo, & num. 13. verſ. ſecundo reſpondeo, lib.* 1. Morot. *dict. conſ.* 83. *num. 7. & ſeqq.* Decian. *reſp. 2. num. 179. lib. 4.* Mandell. *dict. conſ. 382. num. 24. & ſeqq.* Menoc. *conſ. 61. n. 25. poſt med. & conſ. 391. nu. 29. verſ. reſpondeo ſecundo*, Schrader. *conſ. 1. nu. 258. & ſeqq. lib.* 1. Alexius Anguiſſol. *inter prædict. conſil. Academ. Illuſtr. par. 3. dict. conſ. 43. num. 5. verſ. propterea ad med.* Roſenthal. *de feud. cap. 2. conſ. 37. num.* 5. Mantic. *de tac. dict. lib. 23. tit. 28. n. 16. in fin.* Theſſaur. *dec. 99. n. 22. verſ. idemque ſine dubio*, & aliis relatis *Rota in Bononien. de*

Malvetiis

225 *Malvetiis* 14. *Junii* 1621. *coram R. P. D.* † *meo Pirovano*. Quas etiam conjecturas ſimul eſſe ponderandas,
cùm invicem corroborentur, & dubiæ declarentur,
ac vivificentur ex certis, advertit in ſimili *Rota coram
Me in Viterbien. Caſtrorum, quæ eſt dec.* 194. *numero*
105. *par.* 5. *recent.*

Prima igitur conjectura reſultat ex proœmio In-
226 veſtituræ † Leonis X. à quo quidem proœmio de-
claratur intentio concedentis in tota inveſtitura, ex
relatis per Menoc. *præſumpt.* 2. *num.* 9. *lib.* 6. Petr. de
Greg. *de conceſſ. feud. part.* 1. *qu.* 7. *n.* 24. Angel. de Ubald.
apud Crot. *conſil.* 399. *n.* 41 & 42. Alex. Anguiſſol. *dict.*
227 *conſ.* 41. *n.* 5. *in fi. v. ſecunda conjectura*, & *n.* 6. * etenim
ex verbis illis, *ac ſperantes, quod nobilitas tua, & poſteri
tui, quæ illis circa regimen hujuſmodi committenda duxerimus, ſollicitè, diligenter, fideliter, ac prudenter exequi curabitis, &c.* evidens reſultat extraneorum, fœminarumque excluſio, nedum quia Papa committit
hoc regimen Alberto affini ſuo, illiusque poſteris,
228 quorum † appellatione in materia iſta feudali ve-
niunt ſolùm deſcendentes, non verò extranei, nec
fœminæ, Ruin. *conſ.* 40. *num.* 6. *verſ. & pro hac parte
lib.* 2. Menoc. *conſil.* 443. *num.* 42. *& ſeq. Ruſtic. in
leg. cùm avus, lib.* 2. *cap.* 5. *numer.* 7. Mantic. *de tacit.
dict. lib.* 23. *tit.* 17. *n.* 13. *Rota dict. dec* 663. *n.* 19 *part.*
229 1. *recent.* & in puncto * hujuſmodi inveſtiturarum
apud Buratt. *dec.* 106. *nu.* 19. ſed etiam, quia in eodem
Alberto, illiusque poſteris conſiderat ſollicitudinem, diligentiam, fidelitatem, ac prudentiam, quæ ut
in extraneis minus prævideri, & in fœminis plurimùm deſiderari conſueverunt, ſic clarè innuunt,
concedentem contemplatum fuiſſe ſolos deſcendentes maſculos, in quibus qualitatum hujuſmodi
perpetuitatem ſeparare poterat, Ang. de Ubald. apud
Crot. *dict. conſ.* 399. *num.* 41. *& ſeqq. Rota dict. deciſion.*
230 663. *num.* 9. *part.* 1. *recent.* * cùm filii paternas virtutes, ut plurimùm ſoleant imitari, ut bene Grammat.
deciſ. 18. *numer.* 1. *& ſeqq* Roland. *conſil.* 1. *num.* 40. &
231 42. *lib.* 3. * ex quibus colligitur, etiam Dominum habuiſſe confidentiam in vaſſallo, illiusque poſteris,
proptereaque videri eorum induſtriam elegiſſe,
Abb. *in cap. fin.* § 1. *num.* 8. *de offic. deleg.* Roman. *conſ.*
330. *num.* 4. *verſ. tertiò quia* Menoc. *de arbitr. qu.* 68.
num. 12. *verſ. accedit*, & in his terminis *conſ.* 54. *num.*
42. *verſ. ſecundus caſus eſt, & numer.* 44. ubi quòd
ideò feudum non tranſit in extraneos, Afflict. *deciſ.*
320. *numer.* 2.

232 Secunda conjectura * colligitur ex clauſulis ejuſdem inveſtituræ Leonis, & primò nedum in verbis
illis, quibus concedit inveſtito facultatem apprehendendi liberè ac propria authoritate poſſeſſionem bonorum feudalium, ibi, *& tibi, nec non hæredibus, & ſucceſſoribus prædictis, &c.* ſed etiam inferius,
dum certis Epiſcopis literarum mandat publicationem, ibi, *pro parte tua, nec non hæredum, ac ſucceſſorum
tuorum, ſeu alicujus eorum fuerint requiſiti, &c.* ex
quibus verbis ſi non admitteretur mixtura, ſed ſepararentur deſcendentes ab hæredibus, induceretur
maximum abſurdum, quòd hujuſmodi facultas, &
commiſſio extraneis, & fœminis dumtaxat cenſeretur conceſſa, filiis autem, & aliis ulterioribus deſcendentibus maſculis negata, ut benè abſurdum
ſimile ponderat Alexand. *in dict. leg. quod dicitur,
num.* 17. *in fin. ff. de verbor. obligat. & Rota dict. deciſ.*
663. *n.* 17. *verſ. maxime quia part.* 2. *in recent.* & in iſtis
inveſtituris apud Buratt. *dict. dec.* 206. *num.* 14. &
facit Alexand. Anguiſſol. *in dict. conſ.* 41. *num.* 5. *verſ.
primo deſumitur ex verbis ipſis, vol.* 3. *fol.* 592. *& alii
tres Doct. ibid. conſ.* 43. *numer.* 17. *verſ. & confirmatur,
fol.* 640. & 23. *Doct. Papienſes conſil.* 44. *colum.* 5. *verſ.
convincitur, fol.* 669. Secundò dum tribus vicibus
verbum, *filios*, & verbum *hæredes*, ſimul conjungit, nulla copula interpoſita ibi, *tibique ac mandatis tuis, nec non filiorum hæredum, ac ſucceſſorum tuorum*, & ibi, *quod ſi tu aut filii tui, hæredes, & ſucceſſores, &c.* nec non ibi, *ſeu ipſi filii tui, hæredes, & ſucceſſores, &c.* ſignum evidens, * quòd copula, & fuit ad- 233
dita in diſpoſitiva, non tanquam copula ordinis,
ſeu ſeparationis, ſed conjunctionis qualitatum ad
conficiendam unicam orationem, ac periodum
complexivam, & ſic ad inducendam mixturam.
Tertiò, ac tandem dum in progreſſu inveſtituræ 234
nominando ſæpius hæredes, ac ſucceſſores, omittit
dictionem illam, *quoſcunque*, ut indicet, quòd proferendo illam in diſpoſitiva principali, non intellexit
de quibuſcunque hæredibus, & ſucceſſoribus extraneis & fœminis, ſed de quibuſcunque hæredibus,
ac ſucceſſoribus, qui eſſent filii, & deſcendentes
maſculi, ut bene arguit Ruin. *dict. conſ.* 39. *nu.* 9. *verſ.
præterea qualitas, l.* 1. *& Sacca dict. conſ.* 9. *alias* 3. *n.*
62. & 63.

Tertia conjectura deſumitur ex conſuetudine, &
ſolito Summ. Pont. Bonifacii IX. Pauli II. & Sixti
IV. qui præcedentes conceſſiones in Vicariatum
fecerunt *pro ſolis filiis maſculis*, cum quibus † con- 235
ceſſionibus poſteriores * etiam iſtæ Leonis X. & 236
Clementis VII. cenſentur in hoc ſe conformare, ut
per Bart. *in l. ſi mihi, & Titio* 110. *num.* 7. *ff. de verbis
oblig.* Alexand. *conſ.* 107. *num.* 3. *lib.* 1. Dec. *conſil.* 185.
num. 4. *verſ. & hoc ſaltem*, Menoc. *conſil.* 191. *nu.* 39.
etiam ſi inveſtituræ iſtæ non fuerint conceſſæ deſ-
cendentibus † primi acquirentis, ſed feudum tranſi- 237
verit in aliam familiam, adhuc enim penes illam
cenſetur primævam naturam retinere, ut benè declarat Afflict. *tit. quid ſit inveſtitura, § præterea, num.*
7. & 8. Luc. de Penn. *in leg. unic. n.* 11. *col.* 3. *in princip.
verſ. in quibus patet.* Cod. *de imponend. lucr. deſcript.
lib.* 10. Ruin. *conſ.* 15. *num.* 3. *ad med. verſ. nec obſtat.
lib.* 1. Bero *conſil.* 77. *numer.* 27. & 45 *lib.* 1. Menoc.
conſil. 104. *num.* 55. *ad fin.* cum aliis, quos refert Surd.
conſil. 440. *num.* 6. & 7. qui *num.* 37. *verſ. quod verò*, id
ſolùm negat, ubi verba novæ inveſtituræ haberent
ſuam formam † claram, & explicatam, at ſecus ſentit, 238
ubi verba eſſent ambigua, poſt Calder. & alios relatos per eum *numer.* 25. 49. & 50. & tenuit *Rota in
Mediolanen. bonorum* 12. *Junii* 1634. *coram R. P. D.
meo Merlino*, præſertim data, ut hic, in eadem inveſtituræ * mentione, & ſic notitia præcedentium in- 239
veſtituram, ut admittitur Surd. *loco* proximè citato
num. 48. & Becc. *conſil.* 101. *num.* 81.

Quarta conjectura deducitur ex eo, quod idemmet Leo in ſua hac inveſtitura bonorum feudalium
alienationem † prohibuit in hæc verba, *alienatione* 240
*tamen quorumcunque bonorum immobilium, & pretioſorum nobilium Civitatis, & ſingulorum Caſtrorum,
terrarum, ac Villarum hujuſmodi ſibi, ac filiis tuis penitus interdicta, niſi, ut præfertur, de noſtro conſenſu,
&c.* quæ prohibitio alienandi ſatis demonſtrat concedentis intentionem non fuiſſe in præcedentibus
verbis illis, *& hæredibus, ac ſucceſſoribus quibuſcunque*
deſignare extenſionem inveſtituræ, ac tranſlationem bonorum ad extraneos, ac fœminas, ne dicamus per viam ſubitæ correctionis, ſtatim abſtuliſſe,
quod conceſſerat: Immò ut tantò minus ex vi dictionis illius, *quibuſcunque*, talis extenſio, ſeu tranſlatio
argueretur, ſuper addidit Leo d. alienandi prohibitionem, à qua virtus dictæ dictionis univerſalis, eo
magis ad excludendam dictam extenſionem, ſeu
tranſlationem enervaretur, ac evacuaretur, ut in
fortioribus de ſimili prohibitione adjecta clauſulis,
& quibus dederit, & quicquid placuerit, &c. tradunt
Dec. *conſ.* 171. *num.* 3. *verſ. quarto & ultimo*, Curt. jun.
conſil. 150. *num.* 6. *verſ. præterea & num.* 7. Corbul. *de
privat. ac alien. irreq. domin. limit.* 2. *num.* 4. *& limit.* 3.
num. 2. Oſaſc. *deciſ.* 164. *numer.* 5. & ſæpius reſolvit
Rota in deciſ. 154. *in fin. part.* 2. *div. & in aliis coram
me cumulatis in deci.* 86. *part.* 5. *recent & in Foroſempron. emphyteuſis* 28. *Novembris* 1631. *coram R. P. D.*

meo Merlino, quibus non adverſantur aliæ, quæ poſ-
ſent in contrarium allegari, quoniam illæ procedunt
in terminis, in quibus diſpar ratio militabat.

Quinta conjectura deſumitur ex eo, quòd defun-
cto ſine filiis maſculis Alberto, Clemens VII. præ-
via narrativa, quod idem Albertus nullis ſuperſtiti-
bus filiis maſculis legitimis, & naturalibus deceſſe-
rat, & quod Leonellus erat frater germanus Alberti
& proximior maſculus, eundem Leonellum de feu-
do iſto inveſtivit, *pro ſe ſuiſque filiis maſculis legiti-
mis*, &c. Unde qui aliàs, nedum expreſſio obitus Al-
berti ſine maſculis remaneret otioſa, & inepta, ſi fœ-
minæ quoque in dicta Leonis inveſtitura fuiſſent
comprehenſæ, ſed ponderatio proximitatis, & maſ-
culinitatis Leonelli redderetur irrelevans, & quia
denique excluſio filiarum Alberti fuiſſet injuſta,
241 conceſſio iſta * veluti habens vim tacitæ declaratio-
nis a Principe emanatæ, maximè debet attendi, ut
in fortioribus tradit Corn. *conſ.* 239. *n.* 7. *verſ. & licèt
ſuper his*, *lib.* 1. Mandell. *d. conſ.* 382. *n.* 17. 24. *& ſeqq.*
Surd. *conſ.* 502. *num.* 21. Scrader. *conſ.* 1. *num.* 259. *l.* 1.
& quod Principis declaratio pro comprehenſione,
ſeu excluſione prætendentium in inveſtituris potiſ-
ſimè attendatur, Roſenthal. *de feud. cap.* 7. *concluſ.* 46.
num. 16. Mant. *de tacit. lib.* 23. *tit.* 20. *num.* 17. *verſ. ſed
poteſt replicari.* Quæ declaratio tantò magis exten-
denda eſt, quia emanavit à Clemente VII. veroſi-
militer informato, nedum de mente Leonis, cujus
Principatui tanquam conſanguineus adſtiterat, præ-
ſertim circa inveſtituram cui Clemens ipſe ſubſcri-
pſerat, ſed etiam de ſuperexiſtentia filiarum Alberti,
Leoni affinitate conjunctarum, & de familiis nobi-
liſſimis, juxta allegata per Jo. Franc. *à Ponte conſ.* 2.
n. 56. *& ſeqq.*

242 Sexta conjectura † ad majorem ſuperioris confir-
mationem deducitur ex eo quòd Leonellus poſt
conceſſam ſibi à Clemente inveſtituram per 30. &
ampliùs annos, in quieta, ac pacifica feudi iſtius poſ-
ſeſſione permanſit, non contradicentibus, nec recla-
mantibus fœminis, Becc. *d. conſ.* 101. *num.* 49. Silven.
conſ. 65 *num.* 17. Surd. *conſ.* 345 *nu.* 31. *verſ. ſi verba*
Menoc. *conſ.* 104. *num.* 13. *Rota dict. deciſ.* 206. *nu.* ee.
apud Buratt. Et licèt poſtea ſupervenerit lis, & con-
tradictio, quæ pluribus annis, ineni tamen exitu,
perduravit, non inde tamen elidi potuit vis præce-
dentis declarationis jam inductæ per obſervan-
243 tiam, maximè cùm * poſtea dicta lis remanſerit de-
relicta, quod ſufficeret etiam, ad hoc ut præſcriptio
non cenſeretur interrupta, ut per Surd. *conſ.* 500 *nu.*
7. Simon de Præt. *conſ.* 132. *n.* 89. Grat. *diſcept.* 2. *n.* 43.
& ſeqq. Put. deciſ. ultima, *lib.* e. Seraph. *dec.* 1085. *n.* 6.
& deciſ. 1027. *num.* 14. & confert *text. in leg. reſcrip-
to*, *§. fin. in princ. ff. de mun. & honor.*

244 Septima tandem, & ultima, ex * qua adhuc magis
duæ præcedentes corroborantur, elicitur ex eo,
quod authores DD. de Aldobrandino ſemper im-
pugnarunt fœminarum comprehenſionem, & pro
illis excludendis diuturnam litem ſuſtinuerunt, ad
text. in leg. cùm à matre, *C. de rei vendic.* Soc. *conſ.* 8e.
num. 3. *verſ. ſecunda concluſio*, juncto *numer.* 4. *lib.* 3.
Aym. *conſ.* 29. *num.* 1. Ruin. *conſ.* 52. *ſub num.* 13. *lib.* 1.
245 *Rota deciſ.* 776. *num.* 1. *part.* 2. *diverſ.* † prout in ſimili
quòd ſucceſſor illius, qui approbavit teſtamentum,
& ex eo poſſedit, non poſſit idem teſtamentum
impugnare, dixit *Rota coram me in Romana de Sancto
Petro* 23. *Februarii* 1615. & in fortioribus termi-
nis, † quod habens cauſam ab Inveſtito ex capite de-
246 volutionis, non poſſit impugnare confeſſionem ſui
auctoris circa dictam devolutionem, pariter dixit
Rota coram Me in Romana Domus 4. *Februarii ejuſ-
dem anni* 1615. & tenuit etiam Odd. *conſ.* 6. *num.* 30.
Ex quibus cùm negari poſſit, quin mixtura
iſtius feudi remaneat concludenter probata, ſequi-
tur perneceſſe, tam extraneorum, quàm fœminarum
excluſio, Menoc. *conſ.* 906. *num.* 16. *Vulteius de feud.
lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 58. Hartm. Piſtor. qui alios cumu-
lat *lib.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 47. Giorb. *de feud. prælud.* 4.
num. 38. * concurrente præſertim mentione maſcu- 247
linitatis facta in inveſtitura, per quam maſculi tan-
quam deſcendentes includuntur, & fœminæ rema-
nent excluſæ, ex allegatis per Decian. *reſp.* 3. *nu.* 180.
& 189. *& ſeqq. lib.* 4. Menoc. *dict. conſ.* 999. *num.* 5. *ad
fin. verſ. & hac quidem*, *& Rota dict. dec.* 206. *n.* 4. *co-
ram Buratto*, † & conſequenter quòd per maſculo- 248
rum extinctionem feudum ſit devolutum ad Came-
ram, Caſtr. *conſ.* 68. *nu.* 1. *verſ. ſimiliter, lib* e. Clar. *§.
feudum*, *quæſt.* 66. *in princ.* Corbul. *de cauſ. privat. ob
lin. fin. num.* 2. *& ſeqq.*

His porro firmatis Domini cenſuerunt, ea non
officere, ex quibus prætendebatur, eadem verba, &
hæredibus, *ac ſucceſſoribus quibuſcunque* ſcindi debe-
re, ac ſeparari à contexto præcedentis orationis,
ad effectum, ut de per ſe ſubſtantivè conſiderata am-
plient * conceſſionem illam, extendendo ultra per- 249
ſonas nominatas ad extraneos, ac fœminas, cum
non ſit inconveniens, ut idem feudum reſpectu deſ-
cendentium maſculorum ſit ex pacto & providentia,
& reſpectu extraneorum, ac fœminarum ſit merè
hæreditarium, ut poſt *Camerar. in repet. cap.* 2. *nu-
mero* 44. *& ſeqq. titul. ad agnat. vel fil.* impreſſ. poſt
conſ. & deciſ. Minadoi tradit Peregr. *conſ.* 1. *num.* 46,
lib. 2.

Primò enim * quantum attinet ad copulas præce- 250
dentes verba, *hæredibus*, *ac ſucceſſoribus*; Quamvis
quandoque hujuſmodi copulæ ſtare poſſint amplia-
tive, juxta *text. in l. ea tamen adjectio ff. de legat.* 3. cum
aliis vulgatis. Nihilominus animadvertebant Domi-
ni, Primò, id non procedere in materia de ſui na-
tura non ampliabili ad hæredes extraneos, ut in
emphyteuſi Eccleſiaſtica, ac, ut hic, in feudis diſtin-
guendo ſenſit Imol. *in dict. leg. quod dicitur* 130. *num.*
8. juncto *num.* 13. *ff. de verb. oblig.* ubi etiam Alex. *nu.*
18. *idem* Alex. *conſ.* 120. *numer.* 2. *verſ. ſaltem quando-
ſumus*, *vol.* 1. Covar. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 3. *in* 6.
concl. in princ. verſ. at ſi quæratur, *Marcabrun conſ.*
100. *num.* 4. *Cald. de nomin. emphyt. quæſt.* 24. *nu.* 38,
Peregr. *de fideicomm. art.* 12. *num.* 12. *&* 14. & in iſtis
terminis loquitur Bald. *in d. l. numero* 14. Cod. *de jur.
emphyt.* Bart. *in dict. l. ut juſjurandi*, *§. ſi liber. n.* 4. *ff.
de oper. libert.* & alii ſuprà allegati. Secundò ponde-
ratum fuit, hujuſmodi copulas tantò minus operari
poſſe effectum prætenſæ ampliationis, cùm ſint po-
ſitæ inter verbum, *deſcendentibus*, quod nulla copula
præcedit verba, *hæredibus*, *ac ſucceſſoribus*, illa jux-
ta lecturam magis conſentaneam reciproce copu-
lando tanquam adjective ordinata ad principale
ſubſtantivum, *filiis*, ſecundum *gloſ. in cap.* 1. *in verbo*,
& contra juſtitiam, ubi DD. *de re jud. in* 6. Bart. *in d. l.
Gallus*, *§. etiamſi à parente*, *num.* 6. *ff. de liber. & poſth.*
& in leg. ſi n, *qui ducenta*, *§. utrum*, *nu.* 5. *verſ.* 2. *caſu*,
ff. de reb. dub. Alex. *conſ.* 9. *numer.* 4. *vol.* 2. & advertit
Franc. Aretin. *in d. l. quod dicitur*, *n.* 8. *verſ. præterea*,
ff. de verb. oblig. Bero. *conſ.* 119. *n.* 3. *lib.* 2. & benè
etiam ponderavit *Rota in dict. Florentina Parochialis à
Sala* 10. *Junii* 1633. *coram Rever. Patr. Dom. meo Pan-
zirolo.*

Secundò, quantum attinet ad dictionem illam 251
univerſalem, *quibuſcunque*, licèt dictio iſta adjecta
verbo, *hæredibus*, aut verbo, *ſucceſſoribus*, reddere ſo-
leat, feudum tranſitorium, tam ad extraneos, quàm
ad fœminas, ut prætenditur eſſe communiorem
ſententiam. Attamen omiſſo, quòd opinio iſta non
careat contradictoribus, & quidem pondere, nume-
roque graviſſimis, adeò ut Add. ad Alex. *conſil.* 30.
litera B. volum. 2 aſſerat, quòd in hoc puncto quantò
plura legit, tantò minus diſcernere potuit, quæ ſit
crebrior opinio, adeò Doctores Doctoribus, immò
iidemmet ſibi ipſis contradicunt, & Curt. jun. *de*

feud.

Digitized by Google

feud. par. 3. in 2. quæſt. numer. 62. fateatur quæſtionem hanc reddi multum dubitabilem, prout agnoſcunt etiam Pinell. in l. 1. p. 3. num. 88. Cod. de bon. matern. Mandell. dict. conſil. 382. num. 8. Herman. Vulteius de feud. lib. 1. cap. 9. num. 29. ad fin. verſ. hac controverſia, Henric. Bocer. de ſucceſ. feud. cap. 3. quæſt. 39. per tot. Hartm. Piſtor. obſerv. ſingul. cap. 22. numer. 9. & per tot. ubi latè opinionem iſtam contra extraneos, fœminaſque defendit, dicens num. 54. opinionem contrariam eſſe falſam, nec urgenti ratione firmari, Rovit. conſ. 79. num. 1. vol. 1 & tres Doctor. inter conſil. Academ. Illuſtr. dict. tom. 3. conſ. 43. num. 17. firmiter reſponſum fuit opinionem contrariam procedere, ubi nulla facta mentione de filiis, fit conceſſio alicui pro ſe, & hæredibus, vel ſucceſſoribus quibuſcunque ut diſertis verbis explicat Bald. author primarius iſtius opinionis in l. 1. numero 27. verſ. 34. quæritur, ff. de rer. diviſ. ſecus verò ubi, ut in caſu iſto, verbum illud, filiis, præcedit, ut advertunt Silvan. conſil. 30. num. 29. verſ. nec obſtat. Oſaſc. deciſ. 29. nu. 19. verſ. hac accedit, Peregr. conſ. 3. numer. 29. cum ſeq. libr. 1. Bero. conſ. 95. num. 4. verſ. præterea, libr. 1. Ruin. d. conſ. 39. n. 11. lib. 1. Alciat. conſ. 26. n. 11. lib. 6. Menoc. dict. conſ. 999. nu. 8. 9. & ſeq. Ludov. Sacc. d. conſ. 3. n. 31. cum pluribus ſequentibus lib. 1. & Academ. Illuſtr. dict. conſ. 43. ſub num. 17. verſ. & quod magis eſt, & ibidem etiam Doct. Papien. conſil. 44. ſub n. 2. verſ. ſecundò dicimus, cum verſ. ſeq. ubi quod non adducitur Doctor in terminis, quando facta eſt expreſſa mentio de filiis, prout etiam agnoſcit Nicol. Superanus in dicto conſ. edito pro Sereniſſimo Duce Parmæ. colum. 25. verſ. etenim, ubi quod omnes loquuntur, quando feudum fuit conceſſum nulla penitus facta mentione filiorum, ac proinde tantò minus applicantur ad caſum noſtrum, in quo nedum facta eſt mentio filiorum, ſed ulterius fuerunt additæ aliæ qualitates maſculinitatis, legitimitatis, & deſcendentiæ, & quod plus eſt, accedunt etiam pro extraneorum, fœminarumque excluſione tot aliæ conjecturæ ſuperius ponderatæ, in quibus terminis dictio iſta univerſalis, quibuſcunque, cum ita debeat interpretari, ut ex ea natura feu-
252 dalis * lædatur, quantò minus fieri poſſit, referri debet ad habiles, & capaces feudi mixti, ut in puncto Bald. in l. cùm virum, num. 21. in fin. verſ. quia forte, & in leg. liberis, num. 32. C. de fideic. & in conſil. 207. nu. 5. libr. 5. prout etiam in capit. 1. §. donare, n. 4. qual. olim. pot. feud. alien. quem ibidem, ſequitur Præpoſit. n. 5. Jacobin. de Sancto Georgio de feud. in Verbo, & quibuſcunque hæredibus, n. 2. Affl. in c. 1. §. naturalis, in fin. § ſi de feud. fuer. controv. Zaſ. in epitom. feud. par. 8. n. 71. Socin. in d. l. Gallus, §. etiamſi à parente, n 6. poſt med. ver. tam ratione ſubjectæ materiæ, ff. de lib. & poſthum. & inter conſil. Brun. conſ. 10. nu. 3. lib. 1. Alex. dict. conſ. 30. nu. 11. ubi Add. & conſ. 2. num. 10. verſ. 8. ubi Bald. conciliat lib. 2. & conſ. 106. n. 4. lib. 4. Dec. in dict. cap. in præſentia, n. 150. de probat. & in conſil. 171. n. 5. & 6. conſ. 192. num. 5. verſ. & ad hoc, prout etiam in Doctor conſ. 208. ante n. 7. verſ. 2. reſpondeo, Calcan. conſ. 51. in 2. dub. Ruin. d. conſ. 39. nu. 9. lib. 2. conſ. 105. num 11. & conſ. 109. ante numer. 28. lib. 3. Gozad. conſ. 26. num. 33. Barbat. conſil. 63. ſub n. 8. vol. 1. Berous conſ. 66. nume. 13. & 14. lib. 1. Bellon. conſ. 33. num. 5. Celſus Ugo d. conſ. 26. n. 45. verſ. & quod ſuccedero, Cephal. conſil. 2. n. 16. Menoc. dict. conſ. 61. nu. 25. conſ. 391. nu. 4. & dict. conſ. 999. n. 10. Ludov. Morot. dict. conſil. 83. n. 7. ver. verùm reſpondeo, Marin. Frecc. de jure feud. qu. 13. n. 6. l. 2. par. 1. cap. 3. n. 18. Janus de Arcedura concl. feud. cap. 4. concl. 3. n. 21. Hæc que relatio ſeu reſtrictio dictionis iſtius univerſalis ad habiles eo magis facienda eſt, quando, ut in caſu iſto, ex ſuperius deductis, poteſt eadem dictio aliud operari, quàm extenſionem ad
253 inhabiles, juxta text. notabilem quem ibi * ad hoc ponderat Bart. in l. 2. §. quod ait Prætor, ff. qui ſatiſd. cogant. & eſt gloſ. ordinaria, quod ibi approbat idem Bart. in l. 3. in verb. quibuſcunque Cod. de fid. inſtrum. & jur. haſt. fiſc. libro 10 & alia gloſ. in l. 1. in verb. unuſquiſque & ibi Bald. Cod. de fid. inſtrum. Menoc. dict. conſil. 61. numer. 20. conſil. 931. numero 9. & 10. & dict. conſil. 999. numero 10. & 11. Mandell. dict. conſ. 382. n. 10. & 11. Socin. jun. conſ. 103. numer. 28. ad finem verſ. & licèt, lib. 2. & rationem iſtam in his terminis eſſe ſubſtantialem fatetur Socin. in d. l. Gallus, §. etiamſi à parente, num. 6 verſ. 2. limita, ff. de liber. & poſth. quam etiam ponderant omnes Conſulentes inter dd. Conſil. Academ. Illuſtr. locis præcitatis. Hincque ceſſat objectum illud, quòd reſtrictio ad habiles procedere poſſit in verbis univerſalibus legis, ſecus autem in verbis univerſalibus contrahentium. Quia, ut benè reſpondet Celſus Ugo d. conſ. 26. n. 45. dictio iſta, quibuſcunque, * etiam in contractu inter- 254
pretatur de habilibus, quando, ut hic, ex ſuperius latè deductis, poteſt aliud operari, & hanc ſententiam tenet Menoc. conſ. 110. num. 5. & hoc caſu concluſionem eſſe certiſſimam dicit Ludovicus Sac. d. conſ. 9. numer. 48. prout in effecto præſupponunt omnes Doctores ſuperiùs relati de dictione iſta loquentes.

Tertiò, quod attinet ad verba Inveſtituræ Leonis ibi, ut ſe, ac filios tuos, dictoſque hæredes, & ſucceſſores tuos præfatos, &c. & ibi, quodque ſi tu aut filii tui hæredes, & ſucceſſores tui prædicti, &c. Quamvis ex illis prætenſa ſeparatio videatur poſſe coadjuvari, ponderando ex primis verbis, nedum relativas illas dictiones, dictos, & præfatos, hæredibus, ac ſucceſſoribus, ſingulariter appoſitas, quaſi cum myſterio eoſdem hæredes, ac ſucceſſores, contra diſtinguendi à filiis, verùm etiam pronomen illud, tuos nedum primò adjectum filiis, ſed ſecundò etiam appoſitum ſucceſſoribus, quod etiam fuit obſervatum in poſterioribus verbis, ita ut verba illa, hæredes, & ſucceſſores non videantur poſſe conjungi adjectivè cum filiis maſculis ad faciendam conceſſionem mixtam, ſed ex ſe ſeparata illam efficere poſſint merè hæreditariam; Nihilominus omiſſo quòd in iſtamet Leonis inveſtitura extant plura alia verba mixturam apertè ſuadentia, ut in ſecunda conjectura fuit ſuperius ponderatum; Animadvertebant Domini, dictiones illas relativas, dictos, & præfatos, potiùs re-
torqueri †, cùm appoſitè referantur ad deſcendentes 255
ſuperiùs expreſſos, quorum reſpectu nulla poteſt conſiderari contradiſtinctio; Quo verò ad pronomen illud, tuos, & tui, non poteſt inſervire intellectui prætenſæ ſeparationis ad immutandum feudi naturam, cùm citra hujuſmodi mutationem ſuum poſſit operari effectum; Nam reſpectu utriuſque
qualitatis, † filiationis ſcilicet, & hæreditariæ ſuc- 256
ceſſionis, ex qua oritur mixtura, dictum pronomen ſatis operatur, quia vocati verè dicuntur, & filii tui, ſimulque hæredes, ac ſucceſſores tui, quem etiam intellectum ſubjecta materia, & conjecturæ ſuperius relatæ apertius ſuadent.

Quartò, quod attinet ad verba conceſſionis Clementis VII. ibi, & nihilominus pro potiori cautelâ Civitatem, &c. in Comitatum de novo erigimus, &c. illaque nec non Caſtrum Sancti Felicis præfatum, tibi, tuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque, &c. Reſponſum fuit Primò, quòd licèt verba iſta hic de per ſe poſita ſine verbis illis, filiis, &c. reperiantur, non ideò tamen cenſeri debent disjuncta, ac ſeparata à contextu verborum, de quibus in conceſſione Leonis, ita ut poſterior iſta conceſſio Clementis intelligenda ſit non ſimpliciter, ſed relativè facta pro iiſdem hæredibus, ac ſucceſſoribus, eo modo, quo dicti hæredes, ac ſucceſſores in primæva Leonis conceſſione comprehendebantur, ut benè Dec. conſil. 184. numer. 4. Alex. dict. conſil. 30. numer. 5. & ſeqq. lib. 1. Zaſ. de feud. part. 7. numer. 22. & ſeqq. Silvan. de feud. recogn. quæſt. 39. Kirchov. de feud. lit. I. verbo inveſtitura, cum aliis

per Camill. *de Laratha in Theatr. jur. feudal. tom.* 1.
par. 4. *dilucidat* 58 *numer.* 4. Vulgatiſſima enim eſt
257 in jure concluſio, * primam inveſtituram eſſe at-
tendendam, Bald. *in cap.* 1. *ſub numer.* 22. *de eo, qui*
ſibi, vel haeredibus ſuis, Dec. *dict. conſ.* 184. *numer.*
3. *ante fin. verſ. primò, quòd prima*, Aldobrand. *in*
conſ. 15. *numer.* 13. *& ſeq. lib.* 1. Imò nò ad effectum, ut
cenſeatur receſſum ab antiqua inveſtitura opus eſt,
ut in nova expreſsè dicatur, ſecundam inveſtituram
aliter factam eſſe à prima, Caſtr. *conſ.* 142. *numero* 3.
verſ. non autem, lib. 2. Dec. *conſ.* 390. *numer.* 3. *& dict.*
conſ. 148. *ante numer.* 4. Curt. jun. *conſ.* 108. *num.* 18. *in*
tract. de feud. par. 2. *principal. quaeſt.* 1. Natt. *conſ.* 505.
num. 17. *& conſ.* 506. *num.* 40. latiſſime Menoc. *conſ.*
2. *num.* 214. *& conſ.* 378. *num.* 55. *& praeſ.* 92. *lib.* 3. & fuit
reſolutum *in Imolen. bonorum* 21. *Maii* 1593. *coram*
bon. mem. Cardinale Pamphilio, & coram eodem in
Bononien. bonorum emphyteoticorum 18. *Aprilis* 1597.
ubi etiam quòd nova inveſtitura ſemper cenſetur
258 conceſſa cum † pactis, modis, & conditionibus in
prima contentis, etiam quod expreſsè id non dica-
tur. Et quòd citra quamcunque difficultatem verba
conceſſionis Clement. VII. intelligenda ſint juxta
contextum, ſeriem, & ordinem prioris inveſtiturae
Leonis, convincit voluntas ejuſdem Clementis
clariſſimè expreſſa. Primò dum ad favorem Leo-
nelli confirmans conceſſionem Leonis utitur eiſ-
demmet verbis, & tamen ſufficiebat ſola, & ſimplex
mentio prioris inveſtiturae, ad effectum, ut illa ex
nova non cenſeretur alterata, Alexand. *conſ.* 9. *nu.*
31. *vol.* 1. *& conſil.* 55. *num.* 20. *vol.* 4. Roland. *conſil.* 2.
num. 4. *vol.* 3. *& conſ.* 1. *n.* 62. *volum.* 4. Surd. *conſ.* 410.
num 49. Secundò, dum in nova ad cautelam conceſ-
ſione adhibet verba illa, *eiſdem modo, & forma, quibus*
dicto Alberto per praefatum noſtrum Praedeceſſorem con-
ceſſa fuerunt concedimus, &c. quae verba oſtendunt
omnimodam relationem, ac repetitionem conten-
torum in Leonis inveſtitura, Bald. *conſ.* 331. *num.* 1.
verſ. praeterea hoc contingit, l. 5. Pariſ. *conſ.* 17. *num.* 19.
conſ 25. pariter *num.* 19. *& conſ.* 106. *n.* 9. *lib.* 1. Menoc.
conſ. 187. *numer.* 32. *& ſeqq.* Aym. *conſ.* 25. *num.* 10. latè
Ludov. de Caſanat. *conſ.* 4. *num.* 145. *& conſ.* 45. *n.* 150.
& ſeqq. Sfort. Odd. *conſ* 67. *num.* 34. Honded. *conſ.* 78.
num. 19. *lib.* 1. Secundò fuit reſponſum, quod qua-
tenus etiam verba iſta diſcretive à forma conceſſio-
nis Leoninae poſſent conſiderari, in omnem even-
tum potiùs eſſent referenda ad Caſtrum S. Faelicis
proximè enunciatum. Tum quia admiſſa hac rela-
tione evitatur inſulſa correctio, & contrarietas, quae
incontinenti ſequeretur, & quae omninò vitanda
eſt, Alexand. *in conſ.* 170. *n.* 1. *&* 2. *lib.* 6. *& conſ.* 48.
numer. 6. *&* 9. *lib.* 1. Cravett. *conſ.* 70. *ſub nu.* 3. Seraph.
dec. 1500. *num.* 2. tum quia relatio ſit ſemper ad pro-
ximis, & immediata, *leg. ſi idem, §. fin. ff. de ju-*
riſd. omn. Jud. Cravett. *conſ.* 147. *numero* 8. cum vul-
gatis.
260 Tùm † demum, quia ratio diſcretivae iſtius forma-
litatis militat particulariter in iſto Caſtro tan-
quam non comprehenſo in erectione, ac conceſſio-
ne Comitatus, prout diſcretiva eadem formalitas
obſervata etiam reperitur per Leonem in ea parte,
in qua idem Caſtrum ab omni cenſus ſolutione
eximitur, ideòque relatio iſtorum verborum non de-
bet fieri ab ea, quae non ſunt ejuſdem naturae, &
conditionis, Crav. † *conſ.* 151. *n.* 8. Menoc. *c.* 120. *n.*
76. & in quibus nedum militat diſparatio, juxta alle-
gata per Surd. *conſ.* 43. *nu.* 64. *&* Rot. *deciſ.* 228. *num.*
5. *par.* 1. *diverſ.* ſed ſpecialis proviſio, & determinatio
facta fuit, Cravett. *dict. conſil.* 70. *num.* 2. Menoc. *de*
praeſumpt. lib. 4. *praeſumpt.* 281. *nu.* 6. *& ſeqq.* Immò ad-
miſſo intellectu diſcretivae iſtius formae, illiuſque
relationis ad ſolum Caſtrum S. Faelicis eadem verba,
& haeredibus, ac ſucceſſoribus quibuſcunque juxta
conceſſionem Leonis prolata reſpectu Comita-
tus Sarſinae appoſitae retorquerentur adverſus com-
prehenſionem extraneorum, ac foeminarum, pon-
derando, quòd Clemens eiſdem verbis ſub diverſa
forma utendo percepit etiam, ac innuere voluit di-
verſam illorum efficaciam, ac vim operandi, quae ut
plenior, latiorque reſpectu Caſtri S. Faelicis favore
extraneorum, foeminarumque extenderetur, ſi re-
ſpectu Comitatus Sarſinae ad ſolos deſcendentes, ac
haeredes ſanguinis maſculos contraherentur.

Quintò quod attinet ad reſolutionem Rotae
apud Buratt. *dicta deciſ.* 206. Reſponſum fuit, Rotam
non † firmare ſimpliciter, pretium iſtius feudi, ve- 262
luti ipſi feudo ſubrogatum pertinere ad Mariam
tanquam mere haereditarium, ſed ſolum in *princ. &*
num. 1, concludit quod quatenus ad illam pertineat,
non poteſt alio jure pertinere, quàm haereditario,
quod quidem jus ipſam Mariam non eximebat à
ſolutione aeris alieni haereditarii, de quo illic age-
batur. Et in omnem eventum reſolutio iſta tanquam
emanata inter partes de pretio contendentes non
poteſt nocere Camerae Apoſtolicae, quae non erat in
cauſa, & devolutionem ignorabat, Cephal. *conſilio*
409. *num.* 54. *in fin. & nu.* 55. Menoc. *conſ.* 337. *nu.*
39. Bertazol. *conſ.* 122. *nu.* 18. *& ſeqq.*

Authoritas autem Rot. & Cam. Apoſtol. ac Juriſ-
conſultorum, qui in ſimilibus inveſtituris hujuſmo-
di ſeparationem pro extraneorum, foeminarumque
comprehenſione, deficientibus maſculis videntur
agnoviſſe, ſingulis rectè perpenſis, viſa fuit Dominis
nihil officere.

Etenim reſolutiones Camerales, & Rotae *in cau-*
ſa Interamnen. Pediſinci, & Doctores, qui in eadem
cauſa reſponderunt, procedunt in terminis inveſti-
turae conceptae per verba, *teque quandiu vixeris ce-*
dente, * *vel decedente, tuos filios, nepotes, vel alios ex* 263
te deſcendentes, maſculos legitimos, & naturales, ſeu le-
gitimatos, alios quoſcunque haeredes, & ſucceſſores in
perpetuum, &c. in quibus terminis mirum non eſt, ſi
dicta verba, *& alios quoſcunque haeredes, ac ſucceſſo-*
res, cenſeantur à praecedentibus verbis disjuncta,
ac ſeparata ad effectum comprehenſionis extraneo-
rum, ac foeminarum, ultra prius nominatos: Nam
verba illa, *& alios quoſcunque*, diverſas perſonas com-
plectebantur, *l.* 1. *ff. de dolo, l. quadam* 16. *ff. de reb. dub.*
Butr. *conſil.* 30. *num.* 1. *verſ. quanquam*, latè Curt. jun.
conſ. 38. *num.* 7. *verſ. vel aliter & ſecundò*, Caputaq.
dec. 296. *num.* 6. *par.* 1. & in his terminis; ubi ſcilicèt 264
vocantur perſonae diverſae à praenominatis benè pro-
cedunt tradita per Camerar. *in d. cap.* 1. *num.* 45. *ver.*
reſpectu etiam, tit. an agnat. vel fil. In noſtro autem
caſu nedum deficit praedicta dictio, *Aliis*, ſed copu-
la, † *&* ſtat media inter duo illa adjectiva, ſcilicèt,
deſcendentibus, & haeredibus, illa copulando relativè,
ſeu qualificativè ad filios maſculos, ut ſuperiùs de-
ductum fuit, quae relativa, adjectiva, ſeu qualifica-
tiva copulatio non poteſt conſiderari in caſu praeci-
tatae inveſtiturae *Interamnen.* cùm praedicta dictio
alios, praecedente copula, jure occupet locum ſub-
ſtantivi habilis ad inducendam ſeparationem, non
adjectivi ad faciendam conjunctionem, & mixtu-
ram, quae in caſu noſtro conjecturis ſuperius ponde-
ratis manifeſtè etiam comprobatur.

Silvan. conſil. 30. *à num.* 25. *verſ. accedit, uſque ad*
num. 31. incluſivè, ubi firmat, quod verba inveſti-
turae, de qua loquitur, faciant feudum merè ac ſim-
pliciter haereditarium, ita ut quilibet extraneus, ac
etiam foemina in eo admittatur, ſed tenet duntaxat
efficere mixtum ad excluſionem agnati, non haere-
dis, & incluſionem deſcendentis maſculi haeredis,
licèt illegitimi.

Alciat. quoque *conſ.* 20. *num.* 1. *& ſeqq. tom.* 2. *lib.*
1. potiùs retorqueretur, dum firmat in caſu ſuo, feu-
dum non tranſire in filios, niſi ſimul ſint haeredes, &
ſic mixturam agnoſcit.

Surd.

Surd. verò *conſ.* 475. *num.* 8. 27. *&* 28. *& conſ.* 551.
num. 1. *&* 6. quatenus loquitur juxtà terminos *tex.in*
a.c. de feud. non hab. propr. natur. feud. non applicarut
ad caſum * noſtrum, ex duplici ratione. Prima eſt,
quia *textus* ille loquitur de clauſula, *& quibus dede-*
265 *rit, &c.* quæ ex ſui natura non ita facile reſtringi po-
ceſt ad prænominatos, prout verba, *& heredibus ac*
ſucceſſoribus quibuſcunque, de quibus in caſo noſtro,
quæ ex ſui natura ad inducendam mixturam bene,
& apposite per modum qualificationis referuntur
ad perſonas expreſſas ex deductis: quemadmodum
differentiam iſtam bene ad hunc effectum ponde-
ranc Motor. *conſ.* 30. *ſub num.* 20. Mandell. *dict. conſ.*
382. *num.* 13. Alex. Anguiſſol. *inter dd. conſ. Academ.*
Illuſtr. conſ. 41. *num.* 7. *verſ. ex prædictis, & Doctores*
Papienſes ibid. conſil. 44. *num.* 1. *verſ. ſecundò princi-*
paliter. Altera ratio eſt, quia in eodem *textu* præce-
dunt verba, *pro ſe, & ſuis heredibus*, quæ habent na-
turam æquivocam, & indeterminatam ut per Vegg.
conſ. 28. *nu.* 60. In noſtra autem conceſſione præce-
dunt verba, *filius maſculis deſcendentibus*, quæ cùm
pro extraneorum, fœminarumque excluſione non
ſint æquivoca, & indeterminata, ſed clariſſima, be-
ne apta ſunt declarare etiam ſubſequentia illa, *&*
heredibus, &c. quæ ſunt æquivoca, ex allegatis per
Gratian. *diſcept.* 58. *num.* 27. & ſi verba ſubſequentia
poſſunt declarare antecedentia, ut in his terminis
admittunt Motor. *dict. conſ.* 83. *numer.* 7. *& ſeq.* Me-
noc. *conſil.* 931. *num.* 5. *verſ. nec huic*, Surd. *conſ.* 475.
num. 7. *verſ. de primo quidem* & alii relati per Giurb.
de feud. præl ud. 4. *num.* 50. utique multò magis præce-
dentia poterunt declarare ſubſequentia, cùm verba
præcedentia magis influant in ſequentia, quàm è
contra, ut expendit Vegg. *dict. conſ.* 28. *num.* 60. *&*
ſeqq. & innuit Buratt. *dict. dec.* 206. *num.* 10. *verſ. quaſi*
dictum fuerit, & bene confert Ruin. *dict. conſ.* 39. *nu.*
9 *volum.* 1.

Alii verò Doctores in contrarium allegati nulla
indigent reſponſione, cùm ex ſola ipſorum inſpe-
ctione conſtet, ipſos in longe diverſis caſibus lo-
qui.

Sextò eandem non obſtat, quòd conceſſio iſta
velut emanata * in recompenſationem meritorum
266 Alberti, & ſub ſolutione annui cenſus, nec non
tranſlata in DD. Aldobrandinos per viam emptio-
nis, reddat feudum illud improprium, ac abuſivum,
cujus extranei, fœminaque ſunt † capaces. Nam
267 Primò fuit reſponſum, quòd imò iſtud feudum eſt
proprium, ac rectum, prout in dubio præſumitur,
Menoc. *præſumpt.* 94. *num.* 7. *lib.* 3. Scrader. *de feud.*
par. 2. *capit.* 3 *num.* 31. Roſent. *de feud. cap.* 2. *concl.* 54.
quæ præſumptio corroboratur * nedum ex conje-
268 cturis ſuperiùs ponderatis, ſed etiam ex erectione
illius in titolum, ac dignitatem Comitatus, à qua
propterea fœminæ excluduntur, ut per Ruin. *conſil.*
99. *num.* 8. *libr.* 1. Gabr. *conſ.* 79. *nu.* 3. 4. 16. *&* 17. *lib.* 2.
& alios relatos per Montepic. *conſil.* 100. *num.* 57. *&*
Rot. *in dicta dec.* 206. *num.* 17. *coram Buratto*, & ex
maſculinitatis expreſſione, ex qua etiam deſignatur
propria natura feudi, Bald. *in d. l. cum virum, ſub*
num. 21. *C. de fideicomm.* quem ſequitur Barbac. *in l.*
cùm acutiſſimi, num. 160. *C. eod.* Alex. *in d. l. Gallus,*
§. etiam à parente, num 4. *ubi etiam* Franc. Aretin.
numero 57. *verſ. dicit tamen ff. de liber. & poſthum.*
nec non, quod maxime relevat, ex feudalis ſervitii
reſervatione, Menoc. *conſ.* 391. *num.* 8. *& conſ.* 443.
num. 46. non ſolum quatenus imponuntur onera,
quæ per alios Comites ſupportari conſueverunt in-
ter quæ connumeratur comitari Dominum in bel-
lo, ut poſt alios tradit *Cumia in d. præl ud. cap. ſi ali-*
quem, num. 193. ſed etiam dum injungitur manuten-
tio, cuſtodia, ac defenſio fortalitiorum, ad tradita
per Menoc. *conſ.* 391. *num.* 8. ac denique ex devo-
tione, ac fidelitate ſub pœna nullitatis inveſtituræ
perpetuo injuncta, Angel. de Ubald apud Ciur. *d.*
conſ. 399. *num.* 43. *verſ. octavum*, Franc. Aret. *in con-*
ſil. 163. *num.* 3. *verſ. præterea*, Cort. jun. *conſil.* 21. *n.*
8. *verſ. & eo maxime lib.* 1.

Quibus ſtantibus modicum videntur relevare me- 269
rita * Alberti narrata in inveſtitura, quia juxta ve-
riorem opinionem non ſunt apta feudum impro-
priare, ut ad excluſionem fœminarum ponderant
Curt. ſen. *conſ.* 49. *num.* 6. Albertus Brun. *conſ.* 18. *num.*
9. Ubert. Zuccard. *conſil.* 7. *num.* 32. Scrader. *de feud.*
par. 7. *cap.* 4. *num.* 59. ubi dicit, contrariam opinio-
nem eſſe falſiſſimam, quam ideò rejecit *Rota in*
Meliten. feudi 27. *Novembris* 1634. *&* 2. *Martii*
1635. *coram R. P. D. meo Merlino*, prout etiam non
eſt attendenda præſtatio annuæ crateris argenti
unius libræ, nam ultra quòd habeat relationem ad re-
ditus feudales, iſte cenſus dicitur minimus, quo ca-
ſu non attenditur ad feudum impropriandum, ut
poſt alios tradunt Becc. *dict. conſ.* 101. *num.* 84. Rau-
denſ. *de analog. cap.* 21. *num.* 99. *&* Giurb. *dicto præl ud.*
2. *num.* 51. *in fin.* ceſſat difficultas in illo caſu, in quo
concurrit ex ſupra deductis reſervatio tàm ſervitii,
quàm fidelitatis feudalis, nec juramentum fuit re-
miſſum, ac proindè non poteſt hinc deduci aliqua
impropriatio, aut abuſus quoad cætera, Becc. *dict.*
conſ. 101. *num.* 85. Aldobrand. *conſ.* 1. *num.* 283 *lib.* 1.
Pancir. *conſil.* 122. *num.* 16. *& ſeqq.* Fachin. *controv.*
jur. lib. 7. *num.* 16. *& ſeqq.* Fachin. *controv. jur. libr.* 7.
cap. 40. *per tot.* Schrader. *dict. cap.* 4. *nu.* 57. Roſen-
tall. *de feud. c.* 7. *concl.* 33. *num.* 26. *ubi in liter. L.* alii
plures cumulantur, Giurb. *d. præl ud.* 2. *num.* 31. *verſ.*
niſi ultra, & dixit *Rota in d. Meliten. feudi* 2. *Martii*
1635. *coram D. meo Merlino*, * nec ad iſtum effe- 270
ctum opus eſt, ut concurrat expreſſa reſervatio ju-
ramenti fidelitatis, ſed ſatis eſt, non fuiſſe remiſſum,
ut de jure requiſitum cenſeatur, Corn. *d. conſil.* 239.
num. 6. *verſ. videtur autem dicendum, lib.* 1. Menoc.
conſ. 845. *num.* 55. *ad med. & ſeqq.* Schrader. *de feud.*
part. 6. *capit.* 7. *num.* 7. Roſentall. *de feud. capit.* 2. *con-*
cluſ. 55. *num.* 1. *& in gloſſ. lit. A.*

Nec denique habenda eſt in conſideratione trans-
latio iſtius conceſſionis in Dominos Aldobrandinos
mediante emptione. Tùm quia feudum iſtud non
ideò redditum fuit emptitium in familia Domino-
rum de Piis, omninò attendenda ex his, quæ proxi-
me deducentur in ſecunda inſpectione. Tum quia
pretium ſolutum fuit vaſſallo, non autem Domino,
prout ad effectum iſtum requiritur, Mantic. *de tac.* 271
libr. 23. *titul.* 15. *num.* 52. Roſental. *cap.* 7. *concl.* 34. *nu.*
2. *in litera C* Giurb. *præl ud.* 3. *num.* 56. *&* 57. Secun-
dò fuit reſponſum, quòd quando etiam poſſet con-
ſiderari aliqua impropriatio, non tamen attendenda
eſſet ad effectum includendi extraneos, & fœminas,
quibus reſiſtit tenor inveſtituræ, nedum in verbis
maſculos tantùm comprehendentis, ſed ſtante mix-
tura ſuperius firmata, tam fœminas, quàm extraneos
excludentis, ut per Clar. qui loquitur in feudo em-
ptitio *quæſt.* 73. *num. d. ver. quod tamen*, Mantic. *de*
tac. dict. titul. 15. *num.* 54. data enim impropriatione 272
in aliquibus, adhuc * remanet feudi proprietas in
aliis ex inveſtitura, vel de jure competentibus, juxta
latè tradita per Giurb. *d. præl ud.* 2. *n.* 48.

Quòd verò, juxta principalem ſecundam inſpe-
ctionem, ſequuta ſit feudi iſtius devolutio propter
defectum lineæ maſculinæ Dominorum de Piis in
Rodulpho, patet ex eo, quòd licèt idem Rodulphus
feudum iſtud ſub conſenſu, ac confirmatione ſan.
me. Clem. VIII. alienaverit in Dominos de Aldo-
brandino, qui illud ſimiliter acquiſiverunt, *pro ſe,*
filiiſque maſculis legitimis, & naturalibus deſcenden-
tibus, & heredibus, ac ſucceſſoribus quibuſcunque,
quo caſu ex juris communis diſpoſitione attenden-
da eſſet linea, in quam feudum fuit tranſlatum, jux-
ta doctrinam Bald. *in auth. ſi quas ruinas, num.* 7. C.

de Sacroſ. Eccleſ. & aliorum relatorum per Corbul. *de cauſ. privat. ob lin. fin. na. 78. & ſeqq. & Rotam in Romana Domus ea. Februarii 1633. coram R.P. D.meo Panzirolo.* Nihilominus viſum fuit Dominis, alienationem iſtam quatenus prætendatur illam continere permutationem lineæ DD. de Piis, cum linea DD. Aldobrendino, ita ut extendatur, vel prorogetur conceſſio ultra jus, & vitam venditoris, non potuiſſe ſuſtineri, cùm eſſet prohibita ex *Conſtitutione* ſan, me. *Pii V.* 35. juxta declarationem fælicis recordationis Innocent. IX. quæ eſt illius *Conſtitut.* 1. prout ſimilium prorogationum, ac extenſionum, &c. prohibitiones fuerunt etiam innovatæ, nedùm per ipſummet Clementem VIII. ut in illius *Conſt.* 1. ſed etiam per ſucceſſivas regulas Cancellariæ Leonis XI. Pauli V. Gregorii XV. ac Sanctiſſimi Domini Noſtri, quæ hujuſmodi prorogationes, ac extenſiones revocarunt; Ac proindè ſi feudi illius inveſtitura nullatenus extendi, aut prorogari potuit, immò juxta præfatam Innocentii declarationem cenſebatur ad hunc effectum facta incorporatio uſque à die *Conſtitutionis Pianæ*, ſub illius clauſulis, & decretis, utique ſequitur, ad effectum iſtius devolutionis attendendam eſſe extinctionem lineæ Dominorum de Piis in Rodulpho, non verò Dominorum de Aldobrandino in bonæ memoriæ Hippolyto Cardinali.

Nec dicatur, quòd dicta *Conſtitutio Piana* non
273 tollet * jus proveniens ex inveſtitura, ut in ſimili reſolvit *Rota apud* Seraph. *dec.* 1321.*numer.*6.*& dec.* 1158. *num.* 1. Ideòque cùm Leo X. interdixerit alienationem, niſi cum conſenſu à contrario dictam alienationem ſub eodem conſenſu cenſeatur conceſſiſſe: Quia tripliciter fuit reſponſum. Et Primò, quòd quicquid ſit, ſi dicta facultas alienendi cum conſenſu fuiſſet per Leonem verbis affirmativis con-
174 ceſſa, † cùm verbis negativis concepta fuerit ibi, *interdicta*, *&c.* non induc t in Domino neceſſitatem præſtendi conſenſum, Afflict. *in cap. feudum ea lege, nu.* 10. *verſ. iſtud dictum, ſi de feud. fuer.controv. inter dom. & agn.* Boſſ. *de public. bon. num.* 54. *verſ. & ad conſ.* Dec. ſed ſolum exprimit, quod tacite inerat ex diſpoſitione juris, juxta *text.in cap.* 1. *de alien. feud. probib. per Federic.* bene advertit Menoc. *conſilio* 906. *num.* 26. Cùm igitur Pius V. facultatem de novo inveſtiendi, ac prorogandi ſuſtulerit, vetuit etiam deri arbitrium in concedenda licentia alienationis per quam ſequeretur nova inveſtitura, juxta *text. in l. oratio, ff: de ſponſalib.* cum vulgaribus, & ſic dici non poteſt, quod facultas iſta alienendi proveniat ab inveſtitura. Secundò reſponſum fuit, hujuſmodi conſenſum tantò minus poſſe ſuffragari ex eo, quòd cùm verba illa, *niſi ut præſertur*, adjecta dictæ prohibitioni, alium intellectum magis conſentaneum recipere non poſſunt, niſi ut referantur ad modum, & ſolemnitatem, quibus Leo ſuam feceret conceſſionem, nempe conſiſtorialiter, ac habita prius cum S. R. E. Cardinalibus matura deliberatione, & de illorum conſilio, ac unanimi conſenſu, ut per *gloſ. in cap cupientes, §. ad hæc*, ubi Gemin.*num.*6.*de elect.* in 6. ſequitur ex prædictis verbis, *ut præfertar*,
275 inductam fuiſſe formam, * modumque præſcriptum, ad tradita per Bart. *in l. quibus, §. Termilius, num.*2. *ff. de cond. & demonſtr.* ita ut conſenſus extra dictam formam, modumque præſtitus, non poſſit conſiderari tanquam jus proveniens ab inveſtitura, cujus limites egreditur, ſed tanquam factum cadens ſub dicta *Conſt. Pii V.* Vulgatis enim eſt regulæ quòd limitata cauſa limitatum producit effectum, *l. in agris ff. de acq. rer. dom.* nec formæ illius obſervantia præteriri potuit exemplo Clementis VII. qui ſua in conceſſione illam omiſit: Quia animadvertendum eſt, quòd forma iſta fuit per Leonem præſcripta in alienatione per vaſſallum facienda de conſenſu Domini, de qua in caſu noſtro, non autem in nova conceſſione per Dominum ſolummodò facienda, de qua in caſu Clementis VII. Tertiò, ac deniqua fuit reſponſum, quòd in omnem eventum dicta facultas alienandi erat reſtricta ad maſculos deſcendentes, aliosque habiles de familia Dominorum de Piis, ideòque ſolùm poterat cum conſenſu Papæ fieri alienatio inter deſcendentes maſculos eorundem DD. de Piis, non autem in alios, juxta allegata per Menoc. *conſ.* 391. *num.* 14. *& ſeqq.*

Nec prætendi poteſt, eundem ſan. me. Clement. VIII. voluiſſe derogare dictæ *Bulla Pii Quinti*, dum derogavit *Conſtitut. Sixti V. de bonis feudalibus ſine
beneplac. Apoſt. non alien.* † nec non eius quibuſcon- 276
que Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis cum ampliſſimis clauſulis derogatoriis. Quia omiſſo, an prædictæ clauſolæ generales, quamvis ampliſſimæ, ſufficiant. Reſponſum fuit. Primò, Sanctiſſimum hunc Pontificem noluiſſe derogare dictæ *Bulla Pii V.* nam ſi illi derogare voluiſſet, ſe prius abſolviſſet à juramento: quod pro ejuſdem Conſtitutionis obſervantia pluries præſtiterat, nec non, de eadem *Bulla* mentionem feciſſet, prout Summi alii Pontifices conſueuere, quæ tantò facilius procedunt, attenta pietate, zelo, ac religione, quibus Pontifex ille pollebat, præſertim circa obſervantiam ejusdemmet *Conſtitutionis Pianæ*, pro qua, ut dictum eſt, ſuam primam ediderat Conſtitutionem, & certum eſt, quod ad aſſequendam alicujus voluntatem, qualitates ipſius potiſſimum attendontur, *l. plenum, §. equiti, de uſu & habit.* Secundò reſponſum fuit hujuſmodi derogationem ſatis operari, nedum in ſuſtinenda dicta tranſlatione in DD. de Aldobrandino, ſed etiam in admiſſione D. Olympiæ ſororis durante linea maſculina DD. de Piis. Unde præfata derogatio venit reſtringenda quod ea, quæ dictæ tranſlationi, ac admiſſioni poterent obſtare Bald. *in l. unic. §. fin. in fi. C. de lat. libert.toll.* Felin.*in cap. nonnulli, num.* 23. *concluſ.* 16.*de reſcript.* Roman. *conſ.* 57.*num.* 1.& fuit dictum in Imolen.*decim.*9.*Junii* 1587. *coram Orano*, & appoſitè fuit etiam ponderatum in *dec.* 103. *num.* 5. *par.*2. *recent.* & confert communis regula, quòd derogatio tanquam ſtricti juris non præſumitur, ubi poteſt evitari, Gemin.*conſ.*35. *num.* 2. Ita ut tantum, & non plus derogatum cenſeatur: quantum de neceſſitate infertur, *l. ſancimus C. de teſtam.* Aym. *conſ.* 26. *n.* 7. *Rota deciſ.* 23. *nu.* 19. *& eo par.* 1. *recent.*

Et prædicta omnia certiora viſa ſunt Dominis ex eo, quòd nedum idemmet Clemens ad præfati conſenſus præſtationem videtur fuiſſe inductus cum præſuppoſito, quòd Rodulpho jus alienandi ex inveſtitura, ac etiam ex auctoritate Congregationis Baronum competeret, ſed quia etiam ſatis declaravit, habuiſſe voluntatem, ac mentem à jure regulatem, hoc ipſo, quòd adjunxit ſalutarem, ac præſervativam clauſulam illam, *ſine præjudicio jurium Ca-
mera*, * ex vi eujus clauſulæ d. conſenſus, & confir- 277
matio nihil operantur reſpectu jurium ipſius Cameræ, ſed tantum reſpectu contrahentium, *Jacobin. de Sanct. Gregorio in verbo cum pacto de non alienand.* Ubert. Zuccat. *conſ.* 4. *numero* 75. *& ſeqq. Burſat. conſ.* 171. *numero* 18. *& ſeqq.* Octav. Corſet. *conſ.* 23. *numero* 27. *& ſeqq.* Jo. Franc. à Ponte *conſ.* 3. *numero* 1. *& ſeq. lib.* 1. Guid. Turrian. *apud dd. Academ. Illaſtr. conſ.* 8. *nu.* 87. *verſ. & ut incipiamus, uſque ad numer.* 95. *tom.* 3. *&* in ſpecie de clauſula, *ſalvis juribus Cameræ*, in aſſenſo Domini poſita tradunt Affl. *in c.* 1. *§. donare, numero* 9, *qual. olim feud. alien. poterat*, Lauden. *in c.* 1. *§. quid ergo, num.* 15. *& ibid. Prapoſ. num.* 2. *verſ. quaero inſuper de inveſtit. de re alien. fact.* Zaſ. *in epit. feud. par.* 6. *rubr. qual. feud. conſtit. num.* 18. *& par.* 9. *rubr. de alien. feud.*

Et

Et quamvis Domini de Aldobrandino durante
278 ſua linea † maſculina, canones continuò ſolverint,
& Miniſtri Camerales eoſdem canones ſemper receperint; Adhuc tamen circa devolutionem jure ipſo per Rudolphi obitum ex dicta *Bulla Pii V.* & interpretatione Innocentii IX. inductam, jura Cameræ remanſerunt illæſa, attenta præſertim *Conſtit.* ſan. mem. *Greg. XIII.* 63. *§. ſecundò, innov. Bull.* ac maximè non probata ſcientia devolutionis, ex traditis per *Corbul. de privat. ob non ſolut. can. limit.* 22. *num.* 14. *& ſeqq.*

Et ita concluſum.

SUMMARIUM.

279 *Feudi ob devolutionem conſuevit Camera, & omnes Principes Italiæ illum poſſeſſionem accipere.*

280 *Inveſtitura ad tenorem recurrendum eſt cùm agitur de devolutione feudi ob defectum lineæ.*

281 *Inveſtitura dicitur forma ſubſtantialis feudi, & numero* 308.

282 *Conceſſionem feudi mixtam quæ verba inveſtituræ efficiant, & quæ hæreditariam.*

283 *Verbum*, hæredibus, *in feudo, & emphyteuſi quando importet qualitatem hæreditariam, ſi junctum ſit, vel ſecus, verbo*, filiis, *& num.* 291. 296. 313. *&* 318.

284 *Fœmina, & extranei de jure communi feudorum excluduntur à feudis.*

285 *Fœminarum, & extraneorum excluſio à feudis ex quibus conjiciatur, & n.* 289. 295. *&* 298.

286 *Maſculis ſolis vocati cenſentur ad agnationis conſervationem ex onere injuncto cognominis, & armorum.*

287 *Inveſtituræ una pars declarat aliam.*

288 *Præparati natura dignoſcitur ex præparatoriis.*

Præparatoria præmitti ſolent ad majorem intellectum, ibid.

Præparatorium, & præparatum habent parem juris rationem, ibid.

290 *Feudi unde originem habuerint.*

292 *Verbum*, & ſucceſſoribus quibuſcunque, *quid operetur in inveſtitura, & nu.* 319.

293 *Facti minima mutatione univerſum jus variatur.*

294 *Feudum conceſſum ſub annuo cenſu an ſit proprium, vel improprium, ad finem excludendi fœminas, vel ſecus, & n.* 297. *&* 304.

299 *Fœminis ſervitium perſonale in feudo, requiſitum implere non poteſt.*

300 *Conceſſio ſi facta ſit affini, ob benemerita, an fundari debeat in benemeritis ſolùm, vel etiam in affinitate.*

300 *Feudi neceſſaria donatio nulla cauſa, vel ingratitudine eſt revocabilis.*

300 *Feudi conceſſio vaſſallo, qui Dominum à morte, vel ab hoſtibus liberaſſet, nulla cauſa poteſt revocari.*

303 *Fœminæ ubi exuberant merita paterna, poſſunt inveſtiri, excluſis agnatis, nedum in feudo paterno, ſed etiam in antiquo.*

305 *Fœminæ, ſi de conſuetudine admittantur ad feudi ſucceſſionem, non admittentur, cùm inveſtitura eſſet facta tantùm pro maſculis.*

306 *Fœmina non ſuccedit in feudo emptitio, ſi emptor ſit inveſtitus ſolùm pro maſculis.*

309 *Inveſtituræ forma omninò attendi debet, & recipi, quamvis in aliquo contineat aliquam improprietatem.*

310 *Emphyteuſis conceſſa*, pro ſe, filiis & deſcendentibus, vel pro ſe, filiis, & hæredibus, *an tranſeat ad fœminas, & nu.* 312.

311 *Copula*, &, *natura eſt ampliare, non reſtringere.*

315 *Proœmium obtinens in diſpoſitionibus rationem cauſæ finalis, & præſtans lumen ad repellendas ſubſequentes ambiguitates, dat intellectum toti diſpoſitioni.*

316 *Præfationibus certificatur perſona expreſſa in ſequenti diſpoſitione.*

317 *Clauſulæ in executivis inveſtituræ licèt non alterent diſpoſitionem principalem, illam tamen declarant.*

319 *Inveſtiturarum poſteriorum verba dubia recipiunt interpretationem à præcedentibus.*

320 *Argumentum è contrario ſenſu non admittitur, quando eſſet contra prohibitionem juris.*

321 *Dominus quando teneatur ex neceſſitate conſentire in alienatione feudi.*

322 *Vaſſallus poteſt feudum alienare ſine licentia, cùm ea data eſt ab initio.*

323 *Expreſſum dicitur quod ſequitur ex verbis expreſſis.*

324 *Princeps poteſt maximè ex bono publico habere infectum pro facto per viam fictionis, etiam in præjudicium vocatorum.*

325 *Princeps non poteſt in feudo præjudicare fœminis ad beneficium agnatorum, quæ do feudum eſt apertum pro fœminis, eiſque jus quæſitum.*

326 *Princeps ſine cauſa juſta, & expreſſa aliunde etiam probata non poteſt præjudicare vocatis.*

327 *Frater fratri ſuccedit in feudo novo conceſſo jure feudi antiqui, & quare.*

328 *Interpretatio ſumi debet, quæ ſit conſona juſtitiæ, & æquitati.*

329 *Actus geſtus præſumitur eo modo, quo fieri debuit; debetque accipi in meliorem partem.*

330 *Fœmina an, & quando præſumatur ſerviſſe in proprium.*

331 *Scientia probatur ex indiciis, præſumptionibus, ac conjecturis.*

332 *Contradictio, & lis ſubſequuta non poteſt elidere vim præcedentis obſervantiæ, quæ non indiget præſcriptione.*

334 *Actionis perpetuatio non ſuffragatur, concurrente deſertione.*

335 *Impugnationis actu pendente an, & quando poſſit impugnans & habens cauſam ab eo eodem ex actu juvari, & num.* 337.

336 *Animo in his, quæ conſiſtunt, non attenditur veritas, ſed opinio quamvis erronea.*

338 *Obſervantia ad effectum inducendi congruam interpretationem qualis eſſe debeat.*

339 *Scientia Papæ, & ejus Miniſtrorum neceſſaria non probatur mortuo Papa concedente, eaque qualis eſſe debeat.*

340 *Jura Cameræ Apoſtolicæ præſervantur illæſa ad incuriam officialium, nec cum illa poteſt conſiderari obſervantia.*

Secunda Deciſio Sacræ Rotæ Romanæ coram eodem Rever. Domino in eadem cauſa.

Veneris 1. Julii 1639.

DE anno 1519. Leo X. Civitatem Sarſinæ aliaque Caſtra, Terras, & Villas, de quibus agitur per Bonifacium IX. Paulum II. & Sixtum IV. illius Prædeceſſores Ordelaffis, ac Malateſtis militibus pro ſe ipſis, eorumque filiis, ac reſpectivè nepotibus maſculis legitimis, & naturalibus in Vicariatum concedi ſolita, cum Venerabilibus S. R. E. Cardinalibus matura deliberatione habita, & de eorum conſilio, ac unanimi conſenſu, prævia que ejuſdem Civitatis, ac Caſtrorum, Terrarum, & Villarum erectione in titulum Comitatus, Nobili viro Alberto Pio conceſſit in hæc verba. *Illa tibi, filiiſque tuis maſculis legitimis & naturalibus deſcendentibus, & hæredibus, ac ſucceſſoribus quibuſcunque.*

Defuncto poſtmodum ſine filiis maſculis Alberto, qui duas duntaxat fœminas reliquit, Clemens

mens VII. de anno 1531. prævia narrativa, quòd idem Albertus nullis ſuperſtitibus filiis maſculis legitimis, & naturalibus deceſſerat, & quòd Leonellus Pius erat frater germanus Alberti, & proximior maſculis Literas Leonis ad Alberti favorem emanatas, omniaque in eis contenta, nec non inde ſequuta quæcunque ipſi Leonello pro ſe, ejuſque filiis maſculis legitimis, & naturalibus deſcendentibus, ac hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque approbavit, & confirmavit ipſique ſuffragari debere decrevit, & nihilominus pro potiori cautela dict. Civitatem, Caſtra, Terras, & Villas de novo erexit in Comitatum, illaque eiſdem modo, & forma, quibus per præfatum Leonem conceſſa fuerunt, conceſſit: Ex Leonello natus eſt Albertus Junior, & ex iſto Rudolphus, qui poſtquam feudum iſtud de anno 1597. præcedente licentia, nec non ſubſequente etiam confirmatione ſan. mem. Clementis VIII. in Dominos de Aldobrandino alienavit, tandem ſine filiis maſculis, relicta dumtaxat fœmina, deceſſit.

His ſtantibus, cùm Camera Apoſtolica feudi iſtius devolutionem adverſus Excellent. D. Olym-
279 piam * Aldobrandinam, Roſſani Principiſſam prætendens, juxta ejuſdem Cameræ conſuetudinem illius poſſeſſionem cæperit, quam conſuetudinem tam ex juris diſpoſitione, quàm communi Curiarum, ac Principatuum Italiæ ſtilo bene defendit Colleg. Patav. *inter conſ.* Peregr. *lib.* 1. *conſ.* 2. *numero* 18. *& ſeqq.* prout etiam Octav. Zobol. *ibid. conſilio ſequent. per tot.* & præſertim *numero* 109. *verſ. ſed ex alio*; & cauſa Eminentiſſimo Domino meo Cardinali Camerario per S. D. N. de voto Rotæ commiſſa ſub die 20. Decembris præteriti dubitaverim, an feudum eſſet apertum, articuloque maturè diſcuſſo, eoque in duas inſpectiones diviſo reſolutum fuerit. Primò, feudum iſtud per extinctionem lineæ maſculinæ fuiſſe apertum Cameræ. Secundò, id eveniſſe propter defectum ejuſdem lineæ in Rudolpho de Piis; Hodie ſuſcepta ſuper eiſdem diſputatione, eaque quoad primam inſpectionem tantum per informantes adverſus Cameram controverſia, Domini articulo rurſus maturè diſcuſſo, perſtiterunt in reſolutis.

280 Etenim † cùm in hac materia præcipuè recurrendum ſit ad tenorem inveſtituræ, *capit.* 1. *in fin. de ſucceſſ. feud. capit.* 1. *§. denique*, ubi Bald. *qua fuit prima cauſ. benef. amit.* Pariſ. *conſilio* 1.
281 *numero* * 1. *& conſilio* 5. *in princip. volumine* 1. cùm inveſtitura dicatur forma ſubſtantialis feudi, Bald. *in l. quoties, numero* 3. Cod. *de ſuis, & legitim.* Ideòque verba illius dicantur vim contractus, & ſenſum contrahentium oſtendere, *eidem* Bald. *in prælud. feudal.* 4. *deciſ. numero* 46. *&* 47. pro dicta feudi apertione ob lineæ maſculinæ extinctionem Camera Apoſtolica fundat optimè intentionem ſuam in verbis illis inveſtiturarum, ibi, *Illa tibi, filiiſque tuis, maſculis legitimis, & hæredibus, & naturalibus deſcendentibus, & hæredibus, ac ſucceſſoribus quibuſcunque, &c.* quæ ut conſtituunt unicam periodum, ſeu orationem complexivam habentem ſuum principium, & finem ſub unius verbi terminatione, juxta doctrinam Bart. *in lib. Prætor, §. eriſque differentia, ante numer.* 1. *verſ. nam cum omnia, ff. de vi bon. rapt.* & notatur communiter per Scrib. *in l. Julius Paulus* 80. *& l. Lucius Titius* 81. *ff. de condition. & demonſtrat.* ſic
282 ad fœminarum, † extraneorumque excluſionem efficiunt conceſſionem mixtam, partim nempe ex pacto, & providentia, penſatis ſcilicèt prioribus verbis illis, *tibi, filiiſque tuis maſculis, legitimis, & naturalibus deſcendentibus*, Bartol. *in l. ut jurjurandi, §. ſi liberi, numero* 4. *ff. de oper. libert.* Camer. *in capit. Imperialem, præterea Ducatus, colum.* 7. *in fin. verſicul. ex quibus, de prohib. feud. alien.* Clar. *in §. feudum, quæſtion.* 9. *numero* 3. cum aliis per Giurb. *de ſucceſ. feud. prælud.* 4. *numero* 12. *&* 13. *Joſephus Vela*, qui noviſſimè plures cumulat *diſſertat.* 16. *numer.* 10. *&* Rot. *in Foroſempronien. emphyteuſis* 28. *Novembris* 1631. *coram Rever. P. D. meo Merlino*, & partim hæreditariam, ex adjectis verbis illis * *& hæredibus, ac ſucceſſori-* 283
bus quibuſcunque, ut præter relatos in deciſione comprobat *Joſephus Vela d. diſſertat.* 16. *num.* 12. *& ſequent.* maximè cùm verbum, *deſcendentibus*, cui mediante copula conjungitur verbum, *hæredibus*, nulla alia præcedat copula, ita ut juxta Grammaticalem conſtructionem difficillimè eadem duo verba disjungi poſſint, ſed cenſeri debeant duo adjectiva invicem copulata, & per modum relationis, ſeu qualificationis coæqualiter ordinata ad principale ſubſtantivum, *filiis*, prout hæc omnia fuerunt latè deducta in deciſione, quæ revidetur, & in fortioribus, quod in emphyteuſi verbum, *hæredibus*, præcedente etiam copula adjunctum verbo, *filiis*, ſtat adjectivè ad inducendam mixturam ex *Covarruv. var. libr.* 2. *capite* 18. *numero* 3. Pariſ. *conſilio* 48. *numero* 10. *libro* 4. Dec. *conſilio* 194. & ex Seraphin. *deciſ.* 604. *numero* 4. *&* 5. firmavit alias *Rota coram me in Romana Menſa Nummularia*, quæ eſt *deciſio* 663. *numero* 17. *parte* 2. *recent. & in Mutinen. devolutionis* 5. *Julii* 1621. Ita ut verus ſenſus, ac germanus intellectus prædictorum verborum ſit, ad feudum iſtud vocatos fuiſſe filios, ulterioreſque quoſcunque in infinitum deſcendentes, qui ſint maſculi, ac legitimi, ſimulque hæredes, ac ſucceſſores, vel univerſales vel particulares, proindè harum qualitatum ſimultaneus concurſus requiratur, juxta doctrinam Bald. *in l.* 1. *numero* 14. Cod. *de jur. emphyt. & in conſilio* 455. *ſub numero* 1. *volum.* 3. quam communiter ſequuntur *DD. Rota* ex relatis in deciſione, cui intellectui tanto magis inſiſtendum Dominis videbatur ex eo, quòd nedum eſt
conſentaneus † communibus regulis feudorum, 284
ſecundum quas extranei, fœminæque ab illis excluduntur, *capit.* 1. *§. hoc autem notandum, ubi Alvarot. Præpoſit.* & alii paſſim, *qui feud. dare poſſunt cap.* 1. *§. ſi clientulus, de alien. feud. & capite* 1. *de feud. March.* cum aliis per Mant. *de tacit. libr.* 23. *titul.* 8. *numero* 13. *& titul.* 14. *numero* 1. Peregrin. *conſilio* 22. *numero* 5. *volumine* 1. ſed corroboratur etiam pluribus conjecturis, & præſumptionibus, & quidem urgentioribus in deciſione ponderatis, quæ
contrahentium * mentem, ſenſum, ac intentio- 285
nem pro ſola deſcendentium maſculorum comprehenſione clarius oſtendunt, prout conjecturas, & adminicula ad aſſequendam concedentis voluntatem plurimum ſuffragari in fortioribus terminis, nempe in conceſſione facta, *pro ſe, & hæredibus quibuſcunque* tenuerunt Dec. *in capite in præſentia, numero* 150. *verſicul. ſecunda concluſio, de probat.* & alii in deciſione latius cumulati. Quibus conjecturis duas alias nec aſpernendas addi poſſe DD. cenſebant. Prima ſcilicèt deſumpta ex conceſſione Leonis in ea parte, in qua Alberto, illius poſteris S. R. E. Clavium inſignia, nec non propriæ Mediceæ familiæ pilarum ſtemmata indulget, ut ipſe Albertus, illiuſque poſteri claves, & pilas hujuſmodi inſpicientes, Principis concedentis, ac S. Sedis perpetuo memores debitam devotionem, & fidem erga dictam Sanct. Sedem, & familiam Mediceam ob receptum beneficium rependerent, quemadmodum prærogativa iſta ad feudi conceſſionem præparatoria ſolos Alberti poſteros, hoc eſt, deſcendentes illius maſculos, comprehendebat, ut in ſimili, quod ex

276 ex onere cognovimus , * & armorum injuncto
ſoli maſculi ad agnitionis conſervationem invi-
tati appareant , Fuſar. qui concordantes cumulat
de ſubſtitut. quæſtion. 449. *numero* 13. latè Marta
de ſucceſſ. parte 1. *quæſtione* 1. *artic.* 1. *&* 2. ſicappo-
ſitè feudalem ipſam conceſſionem ad extraneorum,
fœminarumque excloſionem poteſt interpretari;
287 Tom quia una para † inveſtituræ aliam declarat ,
juxta *textum in l. qui filiabus , ff. de leg.* 1. *Menochii
conſilio* 1. *numero* 186. *& conſilio* 11. *in principio*
præſertim cùm ratio illa gratæ recordationis , de-
votionis , ac fidei ob receptum beneficium , de
qua in priori inſignium prærogativa , poſterio-
rem feudalis beneficii conceſſionem reſpiciat ,
Tum etiam quia ex præparatoriis bene dignoſci-
tur natura præparati , cùm præparatoria præmitti
ſoleat ad majorem intellectum , juxta tradita per
288 *Doctor. in rubr. ff. de edend.* † & per Antonium Bard.
de tempor. util. cap. 16. *numero* 3. hincque præ-
paratoria, & præparatom dicantur habere parem
juris rationem , ut advertit Antonius Marſ. *de Eccle-*
289 *ſia. redit. capito* 24. *numero* 14. Secunda verò con-
jectura mixturæ ad excluſionem tàm fœminarum ,
quàm extraneorum , elici poteſt ex eo , quod cùm
bona, de quibus agitur , ſita eſſent in confinibus
Status Eccleſiaſtici , & ut liquet ex Hiſtoricis , fre-
quentiora inter finitimas illas provincias vigerent
diſſidia, tanto fortius invaleſcit ratio confidentiæ ,
quam ex deductis in deciſione viſus eſt haboiſſe Leo
in fidelitate , prudentia ac virtute Alberti , illiuſque
poſterorum , argumento *text. in libro ſecundo & ter-
tio C. de fund. limitroph. libro undecimo* ubi ex *Lam-
pridio* notat *Cujac.* Alexandrom agros limitaneos
militiboo donaſſe , ut eorum eſſent , ſi ipſorum hæ-
redes militarent, & ex hujuſmodi fundis in Impe-
rii † limine militibus conceſſis originem habuiſſe feu-
290 da , ut attentius inveſtiti militarent , ſua etiam ju-
ra defendenda , dixit in ſpecie Joann. Borcholten.
*in conſuetudin. feud. titulo de origine feudorum capite
ſecundo ſub numero* 11.

Ex quiboo , aliiſque latius in deciſione deductis
facilè evaneſcunt ea , quæ ipſi deciſioni tam coutra
præſatum mixturæ intellectum , quam conjecturas
objiciebantur.

Nam quantum attinet ad mixturam. Primò ,
opponitur , quod in illa firmanda deciſio nititur au-
ctoritate *Ludovici Sacca* , & aliorum Scribentium in
controverſia inter Sereniſſimum Ducem Parmæ , &
Marchionem Pallavicinum ſuper feudo Florentiolæ,
contra quos conſuluit longè præſtana auctoritate
Menochius in conſilio 378. Huic oppoſitioni fuit
tripliciter reſponſum , & Primò , non eſſe verum ,
quod deciſio ſe fundet principaliter in authoritate
Sacca , & aliorum , qui pro Sereniſſimo Duce Parmæ
ſcripſerunt , cùm reſpectu verborum, *& hæredibus*, in-
ducentium mixturam qualitatis hæreditariæ, verè ac
fundamentaliter * innitatur rationi , ac ſententiæ Bald.
291 *in dict. l.* 1. *numero decimo quarto* Cod. *de jure emphy-
teutic.* quam velut communem DD. tam veteres,
qoam recentiores , & Rota ipſa paſſim recipiont, ex
relatis in deciſione , auctoritas verò *Sacca*, & aliorum
prædictorum fuit allata , ut in individuo comproba-
retur, eandem quoqoe ſententiam, & mixturæ intelle-
ctum procedere , data etiam ſucceſſiva concomitan-
tia aliorum verborum , *& ſucceſſoribus quibuſcunque* ,
in quibus admiſſa virtute operandi intra terminos
292 ejuſdem intellectus , * juxta tradita per Sacc. *con-
ſilio tertio , numero quadrageſimo nono cum ſequent.* &
alios in deciſione relatos , oulla cadere poteſt diffi-
cultas , & nihilominus etiam in terminis eorundem
verborum , *& ſucceſſoribus quibuſcunque* non defi-
ciunt DD. & quidem Claſſici , nempe Ruin. *conſilio
trigeſimo nono , numero ſecundo & nono , libro primo.*
Brun. *conſilio* 65. *numero ſeptimo* Socin. junior *apud
eundem Brun. conſilio vigeſimo primo numero ſecun-
do.* quinimo & ipſe *Menochius conſilio* 999. *numero ſep-
timo , octavo , & ſequent.* & in terminis oon admodum
diſtantibus *Peregrinus conſilio ſecundo numero primo
libro quinto.* Secundò non admittebant Domini ,
qoòd Menoc. *dict. conſilio trecenteſimo ſeptuageſimo
octavo Sacca* , aliiſque prædictis adverſetur, quia licèt
in eadem cauſa tueatur partes Marchionis Pallavici-
ni, in hoc tamen aroculo, ut inevitabiles juris difficul-
tates declinaret , ſe continuit intra terminos verbo-
rum , *pro ſe , ſuiſque hæredibus , & ſucceſſoribus quibuſ-
cunque* , omiſſo verbo , *filiis*, adjecta etiam clauſula, *&
quibus dederit* , ut videre eſt ex *numero decimo ſexto &
trigeſimo ſecundo.* Undè cùm non inconſultè lon-
gè aberraverit à themate ; in quo *Sacca* , & alii ſcri-
pſerunt , prout notavit *Sacca conſilio tertio numero
trigeſimo primo , libro primo* , verius eſt , ipſum io eo-
dem juris articulo contrarium non conſuluiſſe , cum
vulgatum ſit, ex modica facti variatione jus totum va-
riari , *Fredericus de Sen. conſilio* 151. *in principio* , &
potius attendenda ſint quæ in prædicto articulo juris
mittendo * mixturam, tradidit appoſitè *in dicto conſi-* 293
lio 999. *numero ſeptimo & ſequent.* Tertiò , ac deni-
que reſpooſum fuit , quod quatenus etiam *Menochius*
contrarium conſuluiſſet , non ideò tamen Viri il-
lius , cæteroqui doctiſſimi , auctoritas , præſertim
in conſulendo , prævalere deberet numero tot Ju-
riſcouſultorom , inter quos Domini plures non
inferiori forſan auctoritate conſpicuos agnoſce-
bant.

Secundò objicitur , quod idem *Sacca* , & alii præ-
dicti loquuntur in feudo * proprio , & regulari , feu- 294
dum verò , de quo agitur , eſt improprium , & abuſi-
vum , & ſic ad fœminas tranſmiſſibile , cujus impro-
prietatis duo repetuntur argumenta , nempe cenſuali-
tas & merita Alberti ſpecialiter recenſita. Huic
objecto , in quo informantes pro Excellentiſſima D.
Principiſſa præcipuas vires effundebant ; Reſponſum
fuit. Primò , quod ſi *Sacca* , & alii prædicti loquun-
tur † in feudo proprio, ac regulari, cùm inter ipſorum 295
thema , & noſtrorum non poſſit aſſignari congrua ra-
tio diverſitatis , niſi illa , quæ in caſu noſtro propter
verbum , *maſculis* , fœminarum excluſionem fortius
convincit, utique fatendum eſt , feudum quoque
noſtrum eſſe proprium , ac regulare ; Et quam-
vis dicatur rationem diverſitatis in eo conſiſtere ,
quod * in caſu *Sacca* , ante verbum , *hæredibus*, defic e- 296
bat copula , &, quæ in noſtro caſu idem varbum præ-
cedit ; nihilominus animadvertebant Domini, ex hoc
nullam oriri rationem diverſitatis , cùm etiam in ter-
minis copulæ eandem mixturam pro abſolute firment
Doctores , & Rota in deciſione relati, quibus addeba-
tur Monach. *de recta feuderum interpretatione capi-
te trigeſimo ſexto , numero quinquageſimo ſecundo
& ſequent.* & in emphyteuſi admiſſum fuit per Ro-
ram tam apud Seraph. *dict. deciſione* 604. *numero
quarto & quinto* , quàm *coram me in dict. Mutinen. de-
volutionis* 5. *Julii* 1641. Secundò reſpondebatur ,
quod licèt ex deductis in deciſione, quæ adhuc placue-
runt , † ſatis conſtet , nos verſari in feudo proprio, ac 297
regulari , & ceſſare prorſus allegata argumenta im-
proprietatis , nihilominus quoad cenſualitatem repe-
tebant Domini , veriorem , magisque receptam eſſe
opinionem , quicquid aliqui ſenſerint , ex tenuiſſima
cenſus recognitione feudum non poſſe cenſeri im-
propriatom, quam ſententiam ſequota eſt *Rota in Me-
liten. feudi* 2. *Martii* 1635. *coram R. P. D. meo Mer-
lin.* relata in deciſione, cui non repugnant aliæ deci-
ſiones ex adverſo allegatæ in Brixien. *feudi* 16.
Maii 1583. *coram Bubalo , &* 4. *Julii* 1592. *coram
recor. mem. Hieronymo Cardin. Pamphilio* ; Cùm
illuc nedum Eccleſia inferior , & ſic minùs
indigena † ſervitio feudali , eſſet Domina directa , 298
inſuperque ageretur de feudo franco , conceſſo
fœlicea

ſcilicèt *cum* expreſſa facultate faciendi de feudo
quicqoid vaſſallus velit abſque aliqua Epiſcopi li-
centia, & ipſius ſurceſſorum aontradictione per
ſola verba, *pro ſe*, *ſuiſque hæredibus*, *ac ſucceſſori-
bus quibuſcunque*, ſed expreſsè ſupponatur, reſer-
vatum non fuiſſe aliquod ſervitium perſonale,
quod per fœmioam præſtari neqoiret; In caſu au-
tem noſtro ſervitium feudale reſervarum fuit non
ſolùm tacitè, dom non remiſſum apparet jura-
mentum, quod ideò reſervatum cenſetur ex alle-
299 gatis in prærerita, * & quidem ſub ea formalitata
ſervitii perſonalis, quod per fœmioas adimpleri
non poteſt, qoam impotentiam bene advertunt
Alexand. *conſilio* 30. *numero* 18. *verſ. ad tertium*,
libr. 1. *& Rota apud Veral. deciſ.* 16. *numero* 3.
part. 2. & innuit Bald. *conſil.* 330. *numero* 1. *verſic.
tertio*, *& numero* 2. *verſ. alii magni*, *lib.* 3. prout
taritam hujoſmodi reſervationem comprobat ob-
ſervantia ſubſequura circa ipſum juramentum
ſpecialirar injunctum, exactumque per ſa. mem.
Pium V. ac Clemantem VIII. ſed etiam expreſsè,
hoc ipſo ſcilicèt, quòd injuncta fuerunt onera
per alios Comites præſtari ſolita, nec non præ-
ſcripta fidelitas ſub pœna coducitatis, ut ponde-
ratum fuit in præterita; Quò verò ad merita Al-
berti in ſpecie recenſita, habitaque velut aon-
ceſſionis beneficio præponderantia, præter id,
quod animadvertebant Domini ancipitia indi-
300 cii aiſſe inveſtigare cauſam finalem * iſtius aon-
ceſſionis, an ſcilicèt verè fundata potiùs fuerit in
ſola Alberti benemarentia, an verò in affuſa Leo-
nis liberalitate erga affinem, quamvis aliaa bene-
meritum, ex traditis per Tiraquell. *in l. ſi unquam*,
in verbo donatione largitus, *numero* 44. Cod. *de re-
voc. donat.* & bena in his terminis Menoc. *conſi-
lio* 112. *numero* 42. *verſic. quia reſp.* nec ulterius
conſtet, Leonem fuiſſa informatum da valore
feudi, ut inde cognoſci poſſit, illud non exceſ-
ſiſſe condignam, & æquivalentem remuneratio-
nem, quæ æquivalentia ad effectum iſtum aſt ne-
ceſſaria, Bald. *in prælud. feud. numero* 9. *&* 10.
Neviſ. *apud Brun. conſilio* 12. *numero* 91. Curt.
301 ſen. *conſilio* 49. *numero* 6. † Conſideratum fuit,
quod ex adverſo deducta poſſent forſan admitti in
ea feudi aonceſſione, quæ velut potiùs neceſſaria
donatio; nulla cauſa, vel ingratitudina eſſet re-
vocabilis, ut ſi emanaſſet ex eo, quod feudatarios
302 à morte, * vel ab hoſtibus Dominum liberaſſet,
in quibus terminis loquitur Abb. ex adverſo al-
legatus *conſilio* 3. *numero* 5. *verſ. hiac dicit*, *vol.*
2. qui etiam loqoitur, non ad effectum com-
prehenſionis fœminarum, ſed admiſſionis, ob ra-
centiora demerita vaſſalli; oc proindè, ubi, ut hic,
propter ſolam infidelitatem feudum poteſt amit-
ti, nedum ex communi feudorum jure, ſed etiam
ex præcipua lege conceſſionis faria conſtat, meri-
ta non adeò ipſi beneficio præponderare, ut illius
naturam pro fœminarum, aut extraneorum aom-
prahenſione poſſint alterare; Et quod verè meri-
ta Alberti non fuerint per Clementem VII. opti-
mè de illis informatum habita pro adeò inſigni-
bus, qualia prædicantur; demonſtrat evidenter
inveſtitura ejuſdem Clementis VII. (da qua in-
feriùs in quinta conjectura) poſt Alberti obitum
303 potiùs † aonceſſo Leonello tranſverſali non com-
prehenſo, quam filiobus fœminis ipſius Alberti,
cùm tamen, ubi merita exuberant paterna, na-
dum in feudo patetoo, ſed etiam antiquo poſſint
fœminæ in præjudicium Agnatorum inveſtiri, ut
eſt caſus notabilis *in cap. unic.* ubi Bald. *quemad.
feud. ad fœmin. pert. gloſſ. in cap.* 1. *in verb. frater.
in fin. de in, qui feud. dar. poſſ.* quem caſum ple-
niori calamo explicat Ludov. Bolognin. *conſilio* 1.
numero 10. 11. & 12. Tertiò, ac denique fuit re-
ſponſum * cum deciſiona quod quando etiam ex 304
prædictis conſiderari poſſit aliqua improprietas,
non tamen attendenda eſſet ad effectum inclu-
dendi extraneos, & fœminas, quibus inveſtituræ
tenor juxta mixturæ intellectum reſiſtit, Alexand.
conſilio 30. *numero* 18. *verſic. præterea*, *lib.* 1. Purp.
conſilio 577. *numero* 10. *verſic. & omnis*, quem ſe-
quitur Montic. *de tacit. libr.* 23. *tit.* 15. *numero* 31.
ubi * quòd licèt alias fœminæ ex conſuetudine 305
admitterentur, nihilominus non admitterentur
contra tenorem inveſtituræ, veluti ſi maſculis tan-
tum fuerit conceſſum, *& numero* 53. ubi ex Al-
ciat. *conſilio* 10. *numero* 9. *in fin. libro* 3. *&* Zaſ.
conſilio 8. *numero* 30. *libro* 2. † loquitur de feudo 306
emptitio fœminis non deferendo, ſi pro maſcu-
lis fuerit emptor inveſtitus, idem Alciat. *conſilio*
49. *numero* 6. *verſic. ſed quid opus*, Clar. *in §. feu-
dum*, *quæſt.* 73. *numero* 6. *circa med. verſ. quam
tamen*, *& numero* 7. in *fin.* Peregr. *conſilio* 5. *nu-
mero* 4. *& conſilio* 9. *numero* 28. *volum.* 1. Brec.
qui alios refert *conſilio* 30. *numero* 8. *&* Surd. *con-
ſilio* 407. *numero* 32. & conferunt Curt. *de feud.
par.* 3. *lim.* 6. *numero* 6. Gabr. *eod. titul. concl.* 2.
numero 8. Veriſſimam enim eſſe in hac materia con-
cluſionem firmarunt † Domini, quòd data etiam 307
improprietate in aliquibus, adhuc remanet feudi
proprietas in aliis ex inveſtitura, vel de jure com-
petentibus, juxta *text. in cap.* 1. *de feud. non hab.
propr. natur. feud.* Aym. *conſilio* 472. *numero* 18.
Vegg. *conſ.* 19. *numero* 75. Neviz. *conſilio* 9. *nu-
mero* 27. Surd. *conſilio* 63. *numero* 29. *& conſilio*
502. *numero* 14. *verſ. dum autem*, Gabr. *conſilio*
84. *numero* 16. *cum ſeqq. libr.* 2. Roland. *conſilio*
90. *numero* 41. *lib.* 4. Bero. *conſilio* 65. *numero* 78.
libro 1. Menoc. *conſil.* 65. *numero* 68. *conſilio* 485.
numero 47. *& conſilio* 1155. pariter *numero* 47. *&
præſumpt.* 95. *numero* 2. *libro* 3. & communiter aſ-
ſerunt Feudiſtæ, nempè poſt alios Afflict. *in cap.
Imperialem*, *numero* 38. *de prohib. feud. alien. per
Feder.* Zaſ. *de feud. part.* 8. *numero* 37. Jo. Bar-
cholian. *de feud. cap.* 7. *numero* 65. *verſ. Cæte-
rum*, Roſentall. *de feud. cap.* 7. *concluſ.* 34. *numero*
7. ubi *gloſ. in lit. K.* infinitos cumulat, *& cap.*
2. *concluſ.* 54. *ubi gloſ. in lit. E.* Hubert. Giphan.
de jur. feud. cap. 12. *numero* 46. cum aliis per Scra-
der. *de feud. par.* 7. *cap.* 4. *numero* 5. & latiſſimè
per Giorb. *de feud. prælud.* 2. *numero* 48. & te-
nuit etiam Rota *in d. Melevitana feudi* 2. *Maii*
1635. † *coram R. P. D. meo Merlino.* Et ratio 308
eſt, quia cùm inveſtitura dicatur forma ſubſtan-
tialis feudi, Bald. *in d. l. quoties*, *numero* 3. *C.
de ſuis*, *& legitim.* omninò attendenda, ac reci-
pienda eſt, quamvis in aliquo contineat aliquam
improprietatem, Alciat. * *d. conſ.* 6. *numero* 8. *&* 309
conſilio 10. *numero* 9. *lib.* 3. Natt. *conſil.* 159. *nu-
mero* 16. Portius Imolen. *conſ.* 1. *n.* 27. Pereg. *d.
conſ.* 5. *n.* 1. *lib.* 1. Clar. *d. q.* 73. *nu.* 6.

Tertiò, ac denique adverſus † eundem mixturæ 310
intellectum afferebatur auctoritas Ladarch. *conſ.*
102. qui tenuit, emphyteuſim conceſſam, *pro ſe*,
filiis, *& deſcendentibus*, tranſire ad fœminas, ea
demùm ratione, quòd præcedens verbum, *filiis*,
non reſtringat ſubſequens verbum, * *deſcenden-* 311
tibus, cùm natura copulæ ſit ampliare, non autem
reſtringere, ut multis auctoritatibus, & rationi-
bus oſtendere conatur, & inter alia *numero* 4.
affert ſimile de * emphyteuſi conceſſa alicui, *pro* 312
ſe, *filiis*, *& hæredibus*, dicens, illam tranſire ad
fœminas ex eo, quòd verbum, *filiis* non reſtrin-
gat verbum, *hæredibus*, ſed facile fuit reſponſum,
quòd † quicquid ſit de emphyteuſi ex pacto, & 313
providentia, de qua ipſe loquitur; non afficiunt
ea, quæ affert *dict. numero* 4. quia Primò non pro-
cedunt in feudalibus, ut hic, propter peculia-

tem

rem naturam feudi, prout in ſpecie *Laderch.* nec
non *Menoch. conſilio* 187. idem tenentem decla-
rat *Monach. de exct. feud. interpetr. cap.* 36. *nu-
mera* 21. præſertim cùm nedum præcedat verbum,
filius, ſed olterius concurrat verbum, *maſculis*,
quòd clarius fœminas excludit ex allegatis in alia
deciſione, quibus addi poteſt *Joſeph Vela d. diſſert.*
36. *numero* 16. Secundò eadem non obſtant,
quia *Bald. in dict. conſilio* 455. *numero* 1. *lib.* 3. qui
aut mendosè, aut juxta antiquiores impreſſiones
per *Laderch* allegatur *in conſilio* 448. *eod. volum.*
3. contrarium probat, dum apertiſſimè ex verbo,
hæredibus, mixturam admittit, *Alexand.* verò,
Jaſ. & Gozad. per eundem *Laderch.* relati *d. num.*
4. nec non alii, qui poſſent ex adverſo allegari,
loquuntur retenta opinione *Bart. in l. Gallus, §.
etſi à parente, ff. de liber. & poſthum*, quæ com-
muniter eſt damnata, ut in ſpecie declarat *Seraph.*
allegata *deciſ.* 604. *numero* 4. *in fin. & numero* 5.
verſic. ſed opinio, quam ſequuta eſt *Rota in dict.
Roman. menſa nummularia, & Mutinen. devolu-
tionis coram me*; ſed quatenus præfata poſſent ap-
plicari ad excludendam mixturam, eſſent contra
communem, ac veriorem ſententiam, quam ſe-
quuntur Doctores in deciſione allegati, cum aliis
propemodum infinitis, qui poſſent in eandem cu-
mulari ſententiam, quam tandem pro coronide
addebant Domini, vel eſſe æquiori judicio reci-
piendam, vel ſane eliminandam eſſe conceſſionis
mixtæ qualitatem communi DD. conſenſu rece-
ptiſſimam.

Quantum attinet ad conjecturas, quæ ad magis
comprobandum ejuſdem mixturæ intellectum affe-
runtur in deciſione, & quæ ex ſuperius prænota-
tis pro fœminarum, extraneorumque exclusione
ſufficerent, quando etiam verſaremur in puris ter-
minis conceſſionis factæ, *pro ſe, hæredibus, ac ſuc-
ceſſoribus quibuſcunque*, quamvis illæ ſe ipſas adeò
bene tueantur, ut ex adverſo deducta etiam ſine
aliqua reſponſione verè labentur, nihilominus pla-
cuit Dominis contraria diſcutere, ut tantò magis
veritas eluceſcat.

Prima igitur deducebatur ex procemio inveſti-
turæ Leonis, in quo Papa committit hoc regi-
men Alberto, illiuſque poſteris, hoc eſt, deſcen-
dentibus maſculis, in quibus conſiderat ſollici-
tudinem, diligentiam, fidelitatem, ac prudentiam,
quæ, ut in extraneis minùs prævidentur, & in fœ-
minis plurimum deſiderari conſueverunt, ut in
terminis *Sac. conſilio* 3. *numero* 64. *volum.* 1. aliàs
conſil. 9. *in conſ. Acad. Illuſtr. volum.* 3. & bene
ad propoſitum *Verall. dict. deciſ.* 16. *num.* 1. & 2.
part. 2. ſic clarè innuunt, concedentem contempla-
tum fuiſſe prædictos deſcendentes maſculos dum-
taxat, in quibus qualitatum hujuſmodi perpe-
tuitatem ſperare poterat, * cùm filii paternas vir-
314 tutes ſoleant imitari, ex quibus videbatur etiam
Domini confidentia eorundem ex ſperatis hujuſ-
modi qualitatibus, velut cognitorum induſtriam
elegiſſe, ut bene in puncto *Menoch. conſil.* 54. *nu-
mero* 42. juncto *numero* 15. præſertim circa bo-
na, quæ, ut ſuperiùs in altera ex conjecturis no-
viter allatis dictum eſt, ſita erant in confinibus
ſtatus Eccleſiaſtici; Conjectura iſta impugnatur
ex eo, quod hic non prætenditur incluſio, ſeu
vocatio fœminarum in concurſu cum maſculis
deſcendentibus, ſed ſolummodò in eorum defe-
ctum, ac proinde ſtent ſimul, quod Leo voluerit
principaliter proſpicere poſteritati maſculinæ Al-
berti, juxta procemium, & quod nihilominùs
ex ſubſequuto tenore inveſtituræ voluerit defi-
ciente maſculina poſteritate, ultra ambitum proce-
mii, vocare fœminas, aut extraneos: Fuit re-
ſponſum, quod prædicta poſſent admitti, ſi ve-

rè ex ſubſequuto tenore inveſtituræ deprehende-
retur talis voluntas comprehendendi fœminas,
& extraneos, tunc enim recipi poſſet concluſio,
quod procemium non reſtringeret diſpoſitivam,
aut concluſionem ſibi clarè repugnantem, juxta
deducta per *Menoch. conſilio* 999. *numero* 23. Ve-
rùm in hac facti ſpecie ſubſequutus tenor inveſti-
turæ optimè convenit cum procemio, ab eoque
totalem recipit interpretationem, inducendo in
verbis diſpoſitivis mixturam, quæ ex ſui natu-
ra fœminas, extraneoſque, deficientibus etiam
maſculis, excludit: Etenim vulgati juris eſt,
quod procemium obtinens in diſpoſitionibus ratio-
nem cauſæ finalis, * & præſtans lumen ad repel- 315
lendas omnes ſubſequentes ambiguitates, *DD. in
l. fin. ff. de hæred. inſtit.* dat intellectum toti diſ-
poſitioni, *Bald. in l. regula, in princ. ff. de jur. &
fact. ignor. Curt. jun. conſilio* 185. *numero* 1. *Mo-
lin. de primog. Hiſp. lib.* 1. *cap.* 5. *numero* 3 *ver-
ſic. dixit etiam*, & quòd cauſa, nec non clauſulæ
procemii referantur ad omnia, *Alexand. conſilio*
204. *numer.* 9. *lib.* 6. ita ut tota diſpoſitio ad ejuſ-
dem procemii terminos reſtringatur. *Lap. alleg.* tot.
num. 24. *verſ. circa ſecundum, ubi Add. in verb.
exordio*, * & in proximioribus terminis, quòd ex 316
præfationibus certificetur perſona expreſſa in ſe-
quenti diſpoſitione *Rum. conſilio* 21. *numer.* 13. &
17. *vol.* 3.

Secundæ deſumptæ ex clauſulis executivis
ejuſdem inveſtituræ Leonis, quæ licèt non alte-
rent principalem diſpoſitionem, * ut objicitur, 317
illam tamen declarant, *Bald. in l. eam, quam, nu-
mero* 36. *Cod. de fideicom. Decian. conſilio* 423. *in
fin. Surd. conſilio* 402. *numero* 32. opponitur Pri-
mò, quòd ad evitandum abſurdum melioris condi-
tionis extraneorum, fœminarumque in concurſu
cum filiis, & ulterioribus deſcendentibus capi de-
bet interpretatio, ut verbum, *ſucceſſoribus*, quam-
vis impropriatum, ſtet potiùs complexivè ad deſi-
gnationem ſucceſſorum, nedum extraneorum, ſed
etiam ſanguinis, quàm adjectivè, ſeu qualificati-
vè ad deſcendentes maſculos pro inducenda mix-
tura. Reſponſum fuit Primò, quòd cùm pro evi-
tando hujuſmodi abſurdo habeamus viam magis
planam, ac clariorem ex conſentaneo ſenſu, ac
naturali interpretatione mixturæ, vanum eſt diſ-
torquere verba ad ſenſus improprios, ac vio-
lentos, ex traditis per *Mant. de tacit libro* 2. *tit.* 5.
numero 12. Secundò fuit ulterius conſideratum,
quod per hujuſmodi impropriationem non evita-
rentur omnia abſurda, adhuc enim remaneret in-
conveniens in deciſione tacitè ponderatum, quod
ſcilicet deſcendentes non poſſent obtinere hoc feu-
dum, niſi eſſent maſculi, & hæredes univerſales,
extranei autem, licèt fœminæ, poſſent, etiam ſi eſ-
ſent ſucceſſores ſingulares, aut in re certa inſtituti,
quod non eſt ferendum, ita *inter conſil. Academ. Illuſtr.
par.* 3. argumentantur *Scribentes conſ.* 41. *numero* 5.
verſic. primò deſumitur. conſilio 43. *numero* 17. *ver-
ſicul. & confirmatur, & conſilio* 44. *colum.* 5. *verſic.
convincatur.* Secundò, † quatenus in deciſione con-
ſideratur, quòd verbum, *filios*, & verbum, *hæredes*, 318
tribus vicibus ſimul conjunguntur, nulla copula in-
terpoſita, Dicitur ex adverſo, quod loco copulæ
adeſt virgula illi æquipollens; Verum interpretatio
iſta merè divinativa facilè evaneſcit, nedum quia de
hujuſmodi virgula nullibi conſtare poteſt, attento
ſtilo, quo Bullæ ſine hujuſmodi virgulis conſcri-
buntur, ſed quia tantò minus præſumenda, ubi, ut
hic, ex verborum natura, ac ſerie non requiritur, ad
tradita per *Honded. conſilio* 2. *numero* 12. & *ſeq. vo-
lum.* 2. Verùm quando etiam de illa conſtaret, ha-
beret vim copulæ, non ſeparationis inter diverſa
ſubſtantiva, ſed conjunctionis plurium qualitatum,

& ſic mixturæ, juxta notiſſimas regulas punctationis grammaticalis. Tertiò, ac tandem dum in deciſione ponderatum fuit: quod inveſtitura in ſui progreſſu nominando, *hæredes*, *ac ſucceſſores*, ſæpiùs omiſit dictionem illam univerſalem, *quoſcunque* inſinuatur ex adverſo, dictam univerſalem ſatis ſuppleri per relativam illam *præfatos*, ſed ſi eadem inveſtitura attentius conſideretur, conſtabit, quatuor vicibus nominatos fuiſſe, *hæredes*, *ac ſucceſſores*, ſine diſtinctione, nedum illa univerſali, *quibuſcunque*, ſed etiam relativa, *præfatos*.

Tertia deducta ex ſolito Summorum Pontificum Bonifacij IX. Pauli II. & Sixti IV. qui præcedentes conceſſiones fecerunt pro ſolis maſculis, elidi prætenditur, ex eo, quòd hujuſmodi conceſſiones haberent formam prorſus diverſam tam reſpectu comprehenſorum, quam officij; Verùm
319 facilè reſponſum fuit, * quòd cùm in pluribus, & quidem ſubſtantialibus inficiari non poſſit convenientia, bene poteſt ex illis inferri circa ea, quæ non reperiuntur expreſsè immutata, ex deductis in deciſione, ita ut ſi verba poſteriorum inveſtiturarum dubia remanent, optimam recipiant à præcedentibus interpretationem, ut bene etiam *Morot. conſilio 29. numero 7. Rot. deciſ. 555. nu. 11. pag. 2. recent.* hæcque tanto magis procedunt, cùm hic, prout etiam in aliis conjecturis, agatur de deſumenda interpretatione per viam præſumptionis ad perſuadendum, non abſolutæ probationis ad convincendum intellectum, qualis propemodum abſoluta probatio reſultaret, ſi daretur totalis convenientia.

Quarta conjectura, quæ depromitur ex pro-
320 hibitione alienationis, * velut adjecta ad enervandam, nec non declarandam vim dictionis, *quibuſcunque*, ne operetur extenſionem conceſſionis ad extraneos, ac fœminas; impugnatur Primum ex eo, quod dicta prohibitio tanquam qualificata, & limitata ex verbis illis, *niſi cum conſenſu*, arguat à contrario facultatem conceſſam ſub conſenſu ex neceſſitate præſtando, ad tradita in ſpecie per *Rimin. jun conſilio* 381. *numero* 26. *& ſeq.* Reſponſum fuit, Primò, argumentum à contrario ſen-
321 ſu non admitti, † ubi, ut hic, eſt contra prohibitionem juris communis, *l. 2. Cod. de condit. inſert.* & bene declarat *idem Rimin. jun. dict. conſilio* 381. *numero* 56. etenim quod in noſtro caſu d. argumentum à contrario ſenſu ſit contra prohibitionem juris communis feudorum, eſt indubitatum ex *capit. 1. de prohib. feud. alienat. per Feder. & capit. 1. de prohib feud. alien. per Lothar.* quæ irrequiſito, & non conſentiente Domino prohibent feudi alienationem, deducta autem per *Rimin. loco* præcitato *numero* 26. poſſent admitti, ubi non argueretur à contrario, ſed à vi temporis limitati, ut bene explicat *ipſe numero* 53. qui non eſt caſus noſter, quinimò licèt jura proximè allegata, quæ prohibent alienationem feudi habeant eadem
322 verba, * *niſi cum conſenſu*, nihilominus ex illorum diſpoſitione prætendi non poteſt, quod à contrario ſenſu permiſſa cenſeatur alienatio ſub conſenſu ex neceſſitate per Dominum præſtando, & hoc eſt in ſubſtantia id, quod firmant *Afflict. in cap. feudum ea lege, num. 10. verſic. illud dictum ſi de feud. fuer. contrav. inter Dom. & agnat. & Boſſ. de public. bon. num. 54. verſ. & ad conſ. Dec.* dum ex ponderatis in deciſione, aſſerunt, quod ubi prohibitio eſt negativè concepta, ut hic, ex verbis illis, *interdicta, &c.* non inducitur à contrario ſenſu in Domino neceſſitas præſtandi conſenſum, prout etiam tenuerunt in puncto *Jo. Franc. à Pont. conſilio 2. num. 7. & ſeq. libr. 1. Bardell. conſil.* 14. *num.* 56. *Manent. deciſio.* 3. *numero* 38. Secundò adverſus eandem conjecturam proponebatur hujuſmodi prohibitionem non repugnare feudo abſolutè hæreditario, ea demum ratione, quod etiam inveſtitus, *pro ſe, & quibus dederit*, vel, *hæredibus, ac ſucceſſoribus quibuſcunque*, & ſic de feudo abſolutè hæreditario, * non poſſit de feudo diſponere, 323
niſi cum licentia Domini, ex *Speculat.* aliiſque allegatis per *Rol. conſilio* 79. *numero* 9. *& ſeqq. libro* 2. reſponſum fuit, contrariam ſententiam, quod ſine licentia poſſit diſponere, præſtito jam velut ab initio conſenſu, eſſe magis communem, magiſque receptam, prout agnoſcit, relatiſque DD. firmat idem *Rol. dict. conſilio* 79. *numero* 25. *& ſeqq.* & præſertim *numero* 31. ubi quod ſententia per ipſum *ſub dict. numero nono*, ex *Speculat.* & aliis propoſita falſa eſt, & communiter reprobata ex *Caſſad. deciſio. 3. de locat.* & aliis per ipſum allegatis *ſub dict. numero* 25. *& ſeqq.* quam ſententiam præter relatos per *Roland.* ſequitur quoque idem *Rol. conſilio* 55. *numera* 37. *libr.* 3. *Decian. conſil.* 58. *num.* 59. *libro* 2. *Ruin. conſ.* 81. *nu.* 6. *& 7. lib.* 1. *Clar. in §. feudum, quæſt.* 31. *numero* 8. *& quæſt.* 83. *verſ. ſi verò ſit*, optimè *Dec. conſilio* 192. *numer.* 5. *verſic. non obſtat. Pariſ. conſilio* 14. *numero* 12. *lib.* 1. *Aym. conſilio* 84. *num.* 11. *& conſilio* 414. *numero* 6. *Rimin. jun. conſilio* 90. *numero* 27. *& conſilio* 383. *numero* 44. *Menoch. d. conſilio* 378. *numera* 32. *& conſilio* 1155. *numero* 45. *Mant. de tacit. d. libr.* 23. *tit.* 24. *numero* 6. *verſ. verùm. Schrader. de feud. pag.* 8. *capit.* 2. *nu.* 57. ubi quod hæc eſt verior, & communior opinio, prout alios etiam cumulat *Giurb. de feud. §. 2. gl. 3. num. 45. & Grat. diſcept.* 730. *num.* 54.

Quinta, & quidem urgentiſſimè deſumpta ex conceſſione, quam defuncto ſine maſculis Alberto, ſuperſtitibus ex eo dumtaxat fœminis, Clem. VII. fecit ad favorem Leonelli, contenditur ex duobus fundamentis poſſe declinari? Primum, quia non reſultat incapacitas fœminarum ex alterius admiſſione, niſi punctualiter juſtificetur, fœminas ex ipſa incapacitatis ratione non fuiſſe receptas, cùm alia admiſſionis alterius cauſa poſſit allegari, *Ludov. Bell. conſilio* 3. *num.* 159. Fuit reſponſum, ex ipſa Clementis inveſtitura abundè juſtificari, fœminarum excluſionem ex ſui incapacitate, hoc ipſo, quod pro admiſſione Leonelli conſideratus fuit obitus Alberti ſine maſculis, nec non ponderata proximitas dicti Leonelli cum eadem maſculinitatis qualitate, ex quibus ſequitur, idem eſſe, ac ſi ſecundum ex adverſo deducta expreſſiſſet Clemens, ſe feudum concedere tanquam devolutum ex defectu maſculorum, * vulgatiſſimi enim juris eſt, expreſſum id dici, quod ex verbis expreſſis ſequitur, *Aym. conſil.* 149. 324
num. 11. *Roland. conſil.* 27. *numer.* 35. *libro* 4. *Pariſ. conſ.* 66. *numero* 62. *libro* 3. & ſufficit conſtare de mente ſine ſubtilitatibus, ut benè conſiderat *Federic. de Sen. conſ.* 158. *in princip.* Alterum fundamentum deducitur ex eo, quod idem Clemens non videtur ſuppoſuiſſe devolutionem per lineam in maſculis finitam, ſed ſolummodo voluiſſe, quod in eadem linea, quamvis ad fœminarum favorem durante, comprehenderetur in illarum præjudicium Leonellus maſculus, licèt tranſverſalis, quæ voluntas colligitur ex eo, dum inveſtituram Leonis ad favorem Leonelli confirmavit, ipſique voluit ſuffragari, prout citra fœminarum injuriam videtur etiam facere potuiſſe, cùm Princeps, maximè ex bono * publico infectum pro facto habere poſ- 325
ſit per viam fictionis, etiam in præjudicium vocatorum ex traditis per *Roland. conſ.* 10. *numero* 1. *& ſeqq. libr.* 3. *Mantic. de tacit. lib.* 23. *titul.* 28. *numer.* 30. *&* 35. Quoad voluntatem fuit reſponſum, quod quemadmodum ex proximè deductis inficiari non poteſt, quin Clemens dictam devolutionem agnoverit, ita præſumendum eſt, ſuppoſita eadem devolu-

devolutione, voluiſſe procedere per viam novæ
conceſſionis, qualis propemodum ex eo reſultat,
quod Clemens anteriorem Leonis inveſtituram
ad favorem proximioris maſculi nedum confirma-
vit, *Rum. conſil. 35 numero 31. poſt med. & ſub nume-
ro 32. libro 1.* ſed pro potiori cautela prævia in Co-
mitatum erectione ſub eiſdem modo, & forma de
novo conceſſit, *Iſern. in tit. de vaſſall. decrepit. ætat.
numero 3. Rota apud Seraph. deciſ. 1432. numero 1. &
in Argentina Commoda 30. Martij 1615. coram Me.*
Quo vero ad poteſtatem licèt fruſtra inquirenda ſit,
ubi ex deductis deficit voluntas, nihilominus fuit
conſideratum, quod cùm Leonellus ut tranſverſa-
lis non eſſet comprehenſus in inveſtitura Alber-
326 ti, † ſi vere in illa comprehenſæ fuiſſent fœminæ,
non potuiſſet Clemens poſt apertum ipſis feudum,
& ſic jus quæſitum præjudicare, juxta allegata per
Surd. conſil. 440. numero 45. & ſeq. & latiſſime *Pere-
gr. de jur. fiſc. libro 1. titul. 3. numero 51.* & io jure
quæſito admittit *Roland. conſ. 3. n. 139. lib. 1. Man-
dell. conſil. 568. numero 9. Dec. conſ. 390. num. 2. verſ.
& non poteſt, Brun. conſil. 8. numero 26. Menoch. conſ.
975. numero 19. & ſeqq.* & conferunt quæ in fortiori-
327 bus cumulat * *Cephal. conſ. 23. num. 46. & ſeqq.* ubi
quod Princeps ſine cauſa, & quidem juſta, ac expreſ-
ſa, aliundeque etiam probata non poteſt præjudica-
re vocatis, quod de fœminis ſcribit etiam *Menoch.
conſ. 331. num. 67.* & confert *Seraph. deciſ. 188. num.
2. verſ. dato quod*, prout facit etiam reſolutio *in Bo-
non. bonorum emphyteoticorum 18. Aprilis 1597. co-
ram bon. men. Hieron. Cardin. Pamphilio*; Ex ad-
verſo autem deducta poſſent forſan admitti, vel ſi a-
geretur de primogenitura conſtituenda in feudo an-
tiquo, ſive paterno ad favorem unius ex comprehen-
ſis in præjudicium habentium jus coæquale com-
prehenſionis ante dictum jus quæſitum, prout in his
terminis loquitur *Roland. dict. conſ. 10. numero 1. &
ſeqq.* & præſertim *numero 18. verſ. nil non obſtant*;
Vel ſi ageretur de feudo novo conceſſo jure feudi an-
tiqui, in quo veluti in feudo per fictionem deſcen-
328 dente à communi parente, * aut ſtipite frater fratri
ſuccederet, prout ita procedunt tradita per *Mant.
dict. lib. 23. tit. 18. numero 30. & 35.* In noſtro autem
caſu agitur de conceſſione facta tranſverſali, nulla-
tenus comprehenſo, quæ fieri non poterat, vel niſi
ſuppoſita ex defectu maſculorum devolutione, vel
niſi cum ſumma fœminarum injuria poſt jus illis ple-
nè quæſitum, quæ injuria, ac injuſtitia cùm in ſupre-
mo Principe, præſertim erga perſonas ſibi affinitate
conjunctas non ſit præſumenda, ex *Alexandr. conſ.
3. numero 4 & 6. libr. 5.* & tradita per *Decian. conſil.
8. numero 42. & ſeqq. lib. 1.* ſatis juſtificat cauſam di-
ctæ conceſſionis ad defectum maſculorum, fœmina-
rumque incapacitatem eſſe referendam? Interpreta-
tio enim illa ſumenda eſt, quæ juſtitiæ, & æquitati ſit
329 conſona, * ut in ſimili *Rom. conſ. 16. nu. 3.* & actus
nedum geſtus præſumitur eo modo, quo fieri debuit,
330 *leg. Gallus, §. quidam rectè*, * *ff. de liber. & poſthum.*
ſed in meliorem partem ſemper accipi debet *leg. cum
creditor, ff de furt.* & in puncto *Cara. conſ. 137. num.
2. volum. 1.*

Sexta ex eo elicita, quòd Leonellus poſt con-
ceſſam ſibi à Clem. VIII. inveſtituram per 23. annos
in quietu, ac pacifica feudi iſtius poſſeſſione per-
manſerit, oppugnatur. Primò ex eo, quod fœminæ
jus proprium non probentur ſciviſſe, ex *Ramon. con-
ſil. 9. numero 21. & Ludov. Bell. dict. conſ. 2. numero*
331 *159.* Reſponſum fuit, * quod hujuſmodi ſcientia eſt
admodum veriſimilis ex qualitate, ac notorietate fa-
cti circa jus partis, cujus poſſeſſione filiæ remanſe-
runt privatæ, ex tradita in ſimili per *Ruin. conſil. 60.
nu. 17. lib. 1. Cephal. conſ. 508. numero 9. Aldobrand.
conſ. 19. numero 68. volum. 1. Roland. conſil. 19. num.
44. lib. 1. Honded. conſ. 55. numero 67. lib. 1. Seraph.
deciſ. 1459. numero 9.* junctis aliis per *Rot. dec. 406. nu-
mero 7. par. 1. recent. & apud Buratt. dec. 222. nu. 6.
& 7.* ſcientia enim ex judiciis, præſumptionibus, ac
conjecturis probatur, ex *Pariſ. conſ. 100. numero 88.
volum. 2. Cravett. conſ. 193. numero 7. Cephal. conſ. 314.
num. 15. Surd. conſ. 19. num. 36.* Secundò objicitur,
fœminas intra legitimum tempus contradixiſſe; * 332
Huic objecto fuit reſponſum cum deciſione, quod
ſubſequuta lis, & contradictio non potuit elidere
vim præcedentis obſervantiæ, quæ præſcriptione
non indigebat, *Ann. conſ. 201. num. 12. & conſ. 118.
num. 2. Bocc. dict. conſ. 101 num. 50. libr. 1. Rot. dec.
236. nu. 7. p. 1. diverſ.* maximè cùm poſtea ex lapſu
60. circiter annorum dicta lis remanſerit derelì- 333
cta, & conſequenter ex juris præſumptione fuerit
ab eadem contradictione receſſum, ad *l. reſcripto,
§. fin. in princ. ff. de muner. & honor.* tum aliis in deci-
ſione allegatis, ex quibus ceſſat nedum id, quod
tertio loco addebatur de perpetuata ad 40. annos
actione, * cùm perpetuatio concurrente deſertione 334
non ſuffragetur, *Felin. in cap. cauſam, quæ, el primo,
numero 28. in fin. de teſtib. Rimin. ſen. in l. 2. ſub nu-
mero 17. limit. 3. ubi etiam Curt. jun. numero 9. Cod.
de eden. Afflict. in prax. §. 2. cap. 15. num. 5. & 35.* ſed
illud etiam, quod quartò, ac tandem ſubjungebatur
de ceſſione jurium per earumdem fœminarum deſ-
cendentes facta ad favorem Dominorum de Aldo-
brandino quoniam veritas eſt in facto, quòd hujuſ-
modi deſcendentes nullam fecerunt ceſſionem, ſed
ſimpliciter feudi iſtius alienationi conſenſerunt, juri-
bus ſibi ſuper pretio, aliiſque bonis reſervatis, unde
in Dominos de Aldobrandino emptores nihil fuit tranſ-
latum, *Vinc. de Franch. deciſio 477. ſub numero 15.
Gabr. conſ. 41. numero 14. & ſeqq. lib. 2.* & firmavit
*Rota in Æſina Salviani coram R. P. D. Dunozetto im-
preſſ. apud Moderu. de maant. deciſ. 219. numero 7* ex
quibus rectò magis augetur vis ejuſdem deſertionis,
cum lite ſuper eodem pretio in Rota poſtmodum
introducta *coram Buratto*, Cedentes nec quidem
pro ſuo jure, & intereſſe comparuerint. Et quatenus
vera ceſſio aliqua interveniſſet, ex prædictis con-
ſtat, quòd illa tanquam nimis ſera, & diuturna præ-
ſcriptione evicta, non poteſt in ullo ſuffra-
gari.

Septimæ tandem, ac ultimæ conjecturæ ex eo de-
ſumptæ, quòd Authores Dominorum de Aldobran-
dino fœminarum comprehenſionem ſemper impu-
gnaverint, & pro illis excludendis diuturnam litem
ſubſtinuerint, opponitur, quod pendente actus im-
pugnatione, † poteſt impugnans, & ab illo cauſam 335
habens eodem ex actu juvari. Verùm oppoſitio iſta
facilè ceſſat, animadvertendo in primis, prædicta
non procedere, quando impugnatio verſatur circa
ſubſtantiam facti, quod eſt fundamentum juris
proprij, *capit. ex parte Decani, ubi DD.* & præſer-
tim *Jo. de Imol. de reſcript. Crot. conſilio 212. numero
octavo. verſ. non obſtat prima objectio, libro 2. Rot.
apud Seraph. deciſio. numero 1. & apud Baratt. deci-
ſio. 100. numero 14. & 15.* & in puncto comprobat
reſolutiones *coram Me in Romana domus 4. Fe-
bruarij 1615. & in alia Roman. de S. Petro 13. Fe-
bruarij ejuſdem anni*, allegatæ in deciſione, quæ re-
videtur; In his enim terminis intrat ſemper quan-
docunque neceſſitas ſtandi confeſſioni auctoris,
*Rot. apud Buratt. deciſio. 367. numero 3. & deciſ. 306.
numero 1. pag. 5. recent.* Quod autem impugnatio
verſatur hic circa ſubſtantiam facti, quod eſt funda-
mentum juris proprij, viſum fuit indubitatum ex eo,
dum Auctores Dominorum de Aldobrandino jus
proprium agnoſcunt ab inveſtitura Clem. VII. fun-
data in devolutione illius feudi ob incapacitatem
fœminarum. Indeque inferebant Domini, quod
aut hujuſmodi inveſtitura Clementis emanavit ex
juſta, ac legitima cauſa, ſcilicet ex vera devolutio-

ne ob non comprehenſionem fœminarum in inveſtitura Leonis, ſecundum deducta, & Camera habet intentum, aut verò emanavit ex falſa cauſa fundata in opinione Clementis erroneè opinantis, fœminas non fuiſſe comprehenſas, & adhuc haberet intentum, quia cùm Clemens Leonellum, à quo jus ſuum deducunt Domini Aldobrandini, inveſtiverit ſub eiſdem modo, & forma, quibus Leo ſuam fecerat conceſſionem præſumeretur contra fœminas habuiſſe mentem, ac intentionem limitatam ad terminos declarationis, qua licèt erroneè contra eaſdem fœminas inveſtituram Leonis fuiſſe interpretatus, *Soc. conſil.* 126. *ſub num.* 4. *libro* 3. *Decian. conſ.* 189. *num.* 6. *Corn. conſ.* 275. *numer.* 5. *ad fin.*
336 *lib.* 4. * In his enim quæ conſiſtunt in animo non attenditur veritas, ſed opinio, quamvis erronea, *Aym. conſ.* 88. *num.* 14. *in fin. Seraph. deciſio.* 534. *numero quarto, & deciſio.* 739. *numero ſeptimo*, & ſanè æquiſſimi videtur juris, ut Domini de Aldobrandino eam patiantur interpretationem, qua illorum Auctores geviſi ſunt, qui enim aſpernabitur, idem jus ſibi dici, quod ipſe aliis dixit, ſeu dici effecit, ut ad literam dicit *text. in lib.* 1. *ff. quod quiſque juris*, & concordat *text. in leg. ſi quis iniquum ff. eod. & cap. cùm omnes, de conſtitut.* quo etiam argumento in interpretatione conceſſionis feodalis utitur *Bald. in conſil.* 251. *ante med. verſic. ſi enim nobis, volum.* 5. Secundò fuit reſponſum, quod quatenus dari poſſet
337 hodie receſſus ab impugnatione, † ille nihil ſuffragaretur adverſus effectum jam ſequutum ex ipſa impugnatione, *Felin. cap. capitulum, numer.* 13. *verſ. demum, de reſcript.* qui effectus conſiſtit in obſervantia, & declaratione inveſtituræ jamdiu per impugnationem inducta, quæ venit attendenda, quamvis hodie detegeretur erronea, *cap. cùm dilectus, de conſuetud. Soc. conſil.* 145. *numero* 2. *libro* 1. *Decian. reſp.* 44. *nu.* 17. *lib.* 2. *Aym. conſil.* 294. *in* 21. *fundamento, verſic. amplius dico, Brec. dict. conſ.* 101. *num.* 49. *ad fin. lib.* 1.

Ex quibus cùm intellectus mixturæ tam ex ipſa inveſtitura, quam juris feudalis diſpoſitione, aliiſque undequaque conjecturis remaneat ſolide comprobatus, negari non poteſt, quin ad fœminarum, extraneorumque excluſionem Camera plene fundet intentionem pro devolutione ex obitu Rudulphi ſine filiis maſculis, juxta ſecundam partem deciſionis, quæ per Informantes contra Cameram in propoſitione iſta non impugnatur. Adeò ut ſi Excell. D. Principiſſa ad excludendam Cameram prætendat contrarium, teneatur id plenè, ac concludenter probare, citra aliquam dubietatem, quæ ipſi non ſuffragaretur, *Roland. conſil.* 48. *lib.* 1. *Menoch. conſ.* 443. *n.* 39. *Rimin. jun. conſ.* 153. *nu.* 28. *Anrigl. de feud. cent.* 1. *quaſt.* 27. *n.* 11. *Roſenb. eod. tract. cap.* 7. *concl.* 51. *num.* 6.

Nec obſtant ea, quæ pro fœminarum, extraneorumque comprehenſione repetebantur ex verbis inveſtiturarum ex conſuetudine Italiæ, ac tandem ex ultimo ſtatu feudalitatis.

Interdictum *unde vi non competit ei, qui ſua culpa cecidit à poſſeſſione*, *conſ.* 62. *n.* 34. *Et vide ver. agens remedio. Competit contra eum qui ſpoliavit, vel ſpoliari mandavit*, *ibid. n.* 34.

In eo debet probari ſpolium cum violentia, *ibid. n.* 35.

Interdicti *unde vi in judicio actor non poteſt obtinere contra ſingularem ſucceſſorem*, *ibid. n.* 32. *Maximè quando poſſidet cum titulo, & cauſam habet à bonæ fidei poſſeſſore*, *ibid. n.* 43.

INTERESSE, INTERUSURIUM.

Intereſſe *oritur ex mora contracta*, *conſ.* 25. *ſub n.* 51. *Debetur in Regno, etiam ratione lucri ceſſantis, ex mora regulari, & quare*, *ibid. n.* 52.

Intereſſe *partis pretii feudi*, *vide ver. feudum.*

Intereſſe *dotis non ſoluta an, & quando debeatur viro, qui ſuſtinet onera matrimonii etiam abſque interpellatione*, *conſ.* 37. *n.* 1. *& n.* 29. *& ſeq. Et intereſſe recompenſativum damni reſtaurativum*, *ibid. n.* 31. *Procedit in patre, non in extraneo promittente dotem, & quare*, *ibid. n.* 32.

Intereſſe *dotis non ſoluta non debetur marito, qui non adimplevit in faciendo cautelas promiſſas*, *ibid. n.* 33.

Intereſſe *pretii debetur venditori, ſi tamen emptori dederit ſcripturas conſignari promiſſas*, *ibid. n.* 34.

Intereſſe *alterius intereſſe an, & quando debeatur*, *conſ.* 59. *n.* 1. 6. *&* 10.

Intereſſe *tertiatum debetur cùm non acceſſoriè ſed principaliter debeantur tertia*, *ibid. n.* 3.

Intereſſe *an differat ab interuſurio, & de triplici intereſſe cauſali, momentaneo, & promiſcuo, ac ſucceſſivo*, *ibid. num.* 5.

Intereſſe *inter & interuſurium nulla datur differentia*, *ibid. n.* 8.

Intereſſe *recompenſativum cum fructibus juxta* l. curabit, C. de act. empt. *non dicitur uſura, neque acceſſio, ſed aquè principaliter compenſatio fructuum*, *ibid. n.* 9.

Intereſſe *pretii non ſoluti poteſt paciſci inter contrahentes & excedere fructuum rationem* *ibid. n.* 15.

Intereſſe *recompenſativum debetur non ut ſors, ſed ut uſura ratione pretii non ſoluti*, *ibid. n.* 16.

Intereſſe *rei venditæ data dilatione ad ſolvendum habita fide de pretio qua ratione debeatur*, *ibid. n.* 17.

Intereſſe *conventum an producat aliud intereſſe ſicut intereſſe tertiarum*, *ibid. n.* 18.

Intereſſe *alterius intereſſe non debetur in uno, eodemque debitore, & creditore*, *ibid. n.* 20.

Intereſſe *alterius intereſſe quamvis conventum non debetur reſciſſo contractu venditionis annuorum introituum, & quare*, *ibid. n.* 23.

Intereſſe, *vide ver. emptor, ver. ſtipulatio, ſeu promiſſio, ver. tertia, ver. uſura.*

Intereſſe *uxori*, *vide ver. uxor.*

Interuſurium *interuſurii an, & quando debeatur*, *conſ.* 59. *num.* 7.

INTERPRETATIO.

Interpretatio *eſt ſugienda, qua diceretur teſtatorem providiſſe in caſu ſuperfluo, & non neceſſario*, *conſ.* 63. *n.* 92. *Illa eſt facienda in dubio, qua minus hæres cenſeatur gravatus à teſtatore*, *ibid. n.* 92.

Interpretatio *capienda eſt quæ ſit benignior, & minus deroget juri communi*, *conſ.* 75. *n.* 106.

Interpretatio *ſumi illa debet, quæ ſit conſona juſtitia, & æquitati*, *conſ.* 75. *n.* 328.

INTERTENITUS.

Intertenitì, *vide ver. miles.*

INTERVENTUS.

Interveniens *in aliquo negotio non tenetur, niſi de dolo*; *conſ.* 58. *n.* 20.

Interventus, *vide ver. verba cum interventu.*

INVEN-

Index Conſultationum.

INVENTARIUM.

Inventarii *beneficium quid operetur*, *conſ.* 13 *ſub n.* 18. *Factum ab hærede illi prejudicat*, *ibid. n.* 16.

Inventarium *non relevat in feudo hereditario*, *conſ.* 23. *n.* 19. *An proſit in feudo ex pacto reſpectu primi acquirentis*, *ibid. n.* 30. & *n.* 32. *Prodeſt in feudo ex pacto, ut ſuccedens non teneatur ad onera defuncti*, *ib. n.* 25. *Et vide verb. ſucceſſor.*

Inventarium *an ſicut operatur in feudis mixtis, operatur etiam in feudis ex pacto*, *conſ.* 27. *n.* 20. 23. & 25. *Hodie non operatur in feudis & quare*, *ibid. n.* 24.

Inventarii *beneficium prodeſt hæredi, ne teneatur in ſolidum*, *conſ.* 31. *n.* 21. *Servat enim indemnem à bonis propriis*, *ibid. n.* 22.

Inventarium *plene probat contra ſcribentem*, *conſ.* 48. *num.* 64.

Inventarium *non facere, vel facere illud minus legitime paria ſunt*, *conſ.* 57. *n.* 7.

Inventarium *quando juvet reſpectu non citatorum*, *ibid. num.* 29.

Inventarii *ſolemnitatis in materia attenditur conſuetudo, etiam quod ſit contra jus*, *ibid. n.* 40.

Inventarium, *vide ver. hæres.*

INVESTITURA.

Inveſtituræ *dubium tenorem vim declarandi habet conſuetudo interpretativa privilegij conceſſionum factarum*, *conſ.* 3. *n.* 67. *Et quanto magis actus ſunt viciniores, tanto magis ejus ambiguitatem declarant*, *ibid. n.* 70. *In eis exprimi nunquam eſt ſolitum ſuccedere volentem habere fratres*, *ibid. n.* 71. *In iis quare apponatur clauſula*, ſuccedere volentem, *ibid. n.* 73.

Inveſtitura pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus, *facit feudum hereditarium*, *conſ.* 23. *n.* 39.

Inveſtitura *quando efficiat feudum ex pacto, vel hereditarium*, *conſ.* 24. *n.* 21.

Inveſtitura *feudi peti debet infra annum, quo elapſo agnatus non auditur*, *conſ.* 28. *n.* 20.

Inveſtitura *feudorum Germaniæ loquitur*, pro ſe, & hæredibus maſculis, *conſ.* 28. *n.* 15. *In Germania in dubio præſumitur ex pacto, etiam ſi dicatur in inveſtitura*, pro ſe, & hæredibus feudalibus, *ibid. n.* 59. & 60.

Inveſtitura, pro ſe & hæredibus, & ſucceſſoribus, *in hoc Regno an faciat feudum hereditarium*, *ibid. num.* 61. & 66.

Inveſtituræ *una pars declarat aliam*, *conſ.* 75. *numero* 46. & 287.

Inveſtitura, pro hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcunque *in ſtatu Mediolani non comprehendit extraneos, & quare ibid. n.* 149. & 150. *Et vide ver. decretum. Non comprehendit fœminas*, *ibid. nu.* 151. *Quos comprehendat*, *ibid. n.* 153.

Inveſtitura *prima attendenda eſt, & quid exprimi debeat, ut ab ea receſſum videatur in ſecunda*, *ibid. num.* 257. *Nova ſemper cenſetur conceſſa cum pactis, modis, & conditionibus contentis in prima, etiam quod expreſſe id non dicatur*, *ibid. n.* 258. *Ex nova ut non cenſeatur alterata antiqua ſufficit ſola & ſimplex mentio prioris*, *ibid. n.* 259.

Inveſtituræ *verba*, alios quoſcunque hæredes, *comprehendunt extraneos, & fœminas, & quare*, *ibid. n.* 263. *Ejus verba*, ut præfertur, *quid importent*, *ibid. num.* 272.

Inveſtituræ *ad tenorem eſt recurrendum cùm agitur de devolutione feudi ob defectum lineæ*, *ibid. n.* 280. *Dicitur forma ſubſtantialis feudi*, *ibid. n.* 281. & *n.* 308. *In ea quid operetur verbum*, & ſucceſſoribus quibuſcunque, *ibid. n.* 292. & 319. *Ejus forma omnino debet attendi, & recipi, quamvis in aliquo contineat aliquam improprietatem*, *ibid. n.* 309.

Inveſtiturarum *poſteriorum verba dubia recipiunt interpretationem à præcedentibus*, *ibid. n.* 318.

Inveſtitura, *vide ver. conceſſio, ver. verba inveſtituræ.*

JOANNES.

D. Jo. Angelus Barrilius *Dux Caivani laudatur*, *conſ.* 37. *ſub numero* 48.

Jo. Baptiſta Melior *laudatur*, *conſ.* 11. *ſub num.* 28. *conſ.* 16. *ſub num.* 20.

D. Jo. Baptiſta Valenzuela *laudatur*, *conſ.* 22. *ſub nu.* 45. *conſ.* 31. *ſub n.* 24. *vide ver. Valenzuela.*

Jo. Camillus Cacacius *laudatur*, *conſ.* 63. *ſub nu.* 77. *Ejus allegationes*, *ibid. à n.* 78.

D. Johannes Enriquez *memoratur, & ejus officia recenſentur*, *conſ.* 2. *n.* 48

Jo. Franc. Reg. de Ponte, dec. 7. *explicatur & expladitur*, *conſ.* 34. *n.* 49. *Contra ejus* conſ. 61. *uti judicavit S. C.* *conſ.* 61. *ſub n.* 47. & 49.

D. Jo. Franc. Reg. Sanfelicius *laudatur*, *conſ.* 28. *n.* 100.

Jo. Koppen *optimus Germanus*, *conſ.* 23. *ſub n.* 42.

Joh. Reg. Montoya *laudatur*, *conſ.* 54. *ſub n.* 38.

Jo. Petrus Fontanella *unde oriundus*, *conſ.* 44. *n.* 38.

Jo. Thomas de Marinis in tit. de jure Francorum *explicatur*, *conſ.* 3. *n.* 43.

Jo. Thomas Minadous, *vide ver. Minadous.*

JUDEX.

Judex *ſi velit, quod examinandus, aut delinquens cum aliquo non alloquatur, non inhibet ne alloquatur, & quare*, *conſ.* 1. *n.* 13. *Quid agere tunc debeat, & ante datas depoſitiones vel poſt*, *ibid. n.* 24. *Quando hoc practicetur*, *ibid. n.* 25.

Judices *hodie de facto non obſervant diſpoſitionem* l. cos. C. de modo mulctarum, *ibid. n.* 41.

Judices *in ſumma adminiſtratione conſtituti, & habentes merum imperium an poſſint citare ſub pœna omnium bonorum in cauſis arduis*, *ibid. n.* 50.

Judices *ſuperiores debent attendere principaliter ad veritatem potius, quam ad ſubtilitatem, & poſſunt moveri ad judicandum ex confeſſione facta coram ipſis*, *conſ.* 6. *n.* 80. & 82.

Judex *an, & quando minorando pœnam videatur ſuper infamia diſpenſaſſe*, *ibid. n.* 209.

Judex *poſt irrogatam infamiam per ſententiam ab eo latam, non poteſt cum ea amplius diſpenſare, nec infamiam remittere, vel limitare in ſua ſententia, cùm ipſo facto eſt orogata*, *ibid. n.* 210. & 211.

Judex *criminalis non poteſt cognoſcere de cauſa civili*, *ibid. n.* 252. *Quando poſſit*, *ibid. n.* 253.

Judex *civilis an, & quando poſſit cognoſcere de cauſa criminali*, *ibid. n.* 254.

Judicis *incompetentiæ exceptio quando opponi debeat, ut proceſſus ſit invalidus*, *ibid. n.* 255.

Judicis *laici proceſſus in cauſa ſpirituali ut ſit validus, vel impediatur, debet excipi*, *ibid. n.* 256.

Judex *non poteſt procedere in judicio particulari, quando ex illius determinatione aperiret animum ſuum, & pareret prejudicium in judicio univerſali*, *conſ.* 7. *n.* 15. *Et vide ver. judicium.*

Judicis *factum eſt factum partis*, *conſ.* 27. *n.* 54. & *conſ.* 28. *num.* 88.

Judex *propitiis auribus audire non debet creditorem qui poſt recuſatam ſine cauſa ſolutionem, quam debitor congruo loco, & tempore obtulerat, imputare velit debitori, cur eam pecuniam non obſignaverit*, *conſ.* 37. *ſub num.* 19.

Judex *qui fuit facilis in dando tenutam juris ordine non ſervato, debet etiam eſſe facilis in revocando, citata tamen parte*, *conſ.* 47. *n.* 8.

Judex *ſecundarum cauſarum deputari non poteſt, niſi ab eo, qui poteſt cognoſcere de primis*, *conſ.* 48. *n.* 30.

Judex *inferior non cognoſcit ſi bene, vel male ſuperior condemnavit poſt ſententiam, & quare eidem remittatur condemnatus*, *ibid. n.* 43.

Judicis *factum quantumvis ordinarij tatum non eſt quod ad ejus officium non pertineat*, *conſ.* 50. *n.* 56.

Judex *ex officio poteſt cogere fratres ad diviſionem bonorum, ut laici teneantur pro rata bonorum ad collectas*, *conſ.* 55. *n.* 14. & 15.

Judex *quando cogat ad diviſionem*, *ibid. n.* 23.

Judex *debet confirmare poſſeſſorem in illa re, de cujus*

poſſeſſione conſtat, conſ. 63. n. 72. & 73. Quando poſſit provvedere ad ſequeſtrum duobus litigantibus, ne partes veniant ad arma, ibid. n. 72. Vel inhibere parti, ne lite pendente in poſſeſſionem accedat, ibid. n. 74.
Judex, *vide ver. pœna.*
Judex *in judicio nunciationis novi operis, vide ver. nunciatio.*
Judex *ſecularis, vide ver. matrimonium.*
Judicis *contemptus, vide ver. dolus.*

JUDICIUM.

Judicium *particulare ſilere debet pendente judicio univerſali, conſ. 7. n. 3 & 7.*
Judicio *pendente inter petitorem & poſſeſſorem hereditatis, an poſſit unus ex illis agere contra debitores hæreditarios, ibid. n. 5. Quid inter duos litigantes de hæreditate, an poſſint creditores agere, ib. n. 7. Quid ſi unus ex collitigantibus in judicio univerſali, vult judicium particulare intentare, ibid. n. 8.*
Judicium *rei-vendicationis, & petitionis hæreditatis ſuper eadem re concurrere non poſſunt, nec in uno, eodemque libello proponi, & quare, ibid. n. 12. 13. & 14.*
Judicium *primum quando eſt præjudiciale ad ſecundum Judex debet procedere ad expeditionem primi, ibidem num. 16.*
Judicio *in petitorio, & poſſeſſorio ſuper eadem re obſtat exceptio ordinis, ibid. n. 17.*
Judicium *petitorium, & poſſeſſorium, ſi proponatur poſſeſſorium debet determinari, & ſilere petitorium, ibid. n. 18. An poſſit contrarium mandari de Principis poteſtate, ibid. n. 19.*
Judicium *univerſale facit ſilere judicium particulare, quamvis prius intentatum, ibid. n. 20.*
Judicium *ſuper interpretatione rei, de qua ſolvi debet gabella, an ſit civile, vel criminale, ſpectatur initium, conſ. 18. n. 4. & 5. Dicitur criminale, quando pœna applicatur Fiſco ad vindictam criminis, quando verò non ad vindictam principaliter, ſed Fiſcus vult magis rem incorporatam conſequi, quam ulciſci, dicitur civile, ibid. n. 5. & 6.*
Eo in judicio probari debet, fraudem fuiſſe commiſſam, ibid. n. 7.
Judicium *ſummarium differt ab ordinario circa illius abbreviationem, non circa ſolemnitates, conſ. 47. n. 14.*
Judicium *rei-vendicationis quoad executionem non dicitur individuum, & proinde quilibet in ſua juriſdictione eſt conveniendus, conſ. 55. n. 21.*
Judicium *ſummarium differt ab ordinario circa illius abbreviationem, non circa ſolemnitates, conſ. 62. n. 26.*
Judicium, *vide ver. exceptio, ver. laicus.*
Judicium *finium regundorum, vide ver. probatio.*
Judicium *petitionis hæreditatis, vide ver. petitio.*

JULIUS CÆSAR.

Jul. Cæſ. Minad. *laudatur, conſ. 16. ſub n. 20.*
Jul. Cæſ. de Rubeis *laudatur, conſ. 74. n. 46.*

JURAMENTUM, JURANS.

Juramentum *habet vim ſpecialis hypothecæ, conſult. 26. num. 12.*
Juramentum *nihil operatur data enormiſſima læſione, conſ. 45. num. 18.*
Eique etiam major poteſt contravenire nulla petita habilitatione, & quamvis ſpecialiter renunciaſſet enormiſſimæ læſioni, ibid. num. 19.
Juramentum *excludit ſimulationem, conſ. 46. n. 43.*
Juramentum *in litem an, & quando deferri poſſit fideicommiſſario non conficienti inventarium, conſ. 63. n. 57.*
Juramentum *fidelitatis non poteſt per fœminam explicari, conſ. 75. n. 93.*
Juramenti *fidelitatis forma, ibid. n. 94.*
Juramentum *præſtitum incontinenti poſt Pontificis aſſumptionem non ligat, ibid. n. 210.*
Juramentum *minoris, vide ver. reſtitutio.*
Jurans *regulariter non poteſt ſeipſum abſolvere à juramento, & quare, ibid. n. 206. Quid in Pontifice, ibid. num. 207.*
Jurans *in materia diſpenſabili ſi non habet ſuperiorem, quamvis ipſe ſit inferior Papa, poteſt ipſemet ſecum diſpenſare, ibid. n. 208.*
Juramentum *fidelitatis in feudo cenſetur reſervatum, cùm non fuit remiſſum, ibid. n. 270.*

JURISDICTIO.

Juriſdictio *omnis, etiam Portulania, quibus verbis conceſſa intelligatur, conſ. 2. n. 11.*
Juriſdictionis *omnem defectum ſupplet præſentia Proregis in Collat. Conſil. conſ. 6. n. 257.*
Juriſdictio *omnis, & publica poteſtas penes Principem reſidet, à quo fluit, & refluit tanquam flumina ad mare, ibid. n. 258.*
Juriſdictionis *exercitium magis antiquum eſt præferendum, conſ. 22. n. 41.*
Juriſdictionem *cum meru, & mixto imperio, & Regalibus, qui Regum communicarint Baronibus in Regno Neapol. concedendo ea in feudum, conſ. 41. n. 9.*
Juriſdictionem *exercens in uno actu, illam retinet in omnibus, maxime in juriſdictionalibus, conſ. 48. n. 12.*
Eam ſi exerceat aliquis in aliquo loco per tempus longum, præſumitur ex hoc ſcientia vicinorum, ibid. n. 20.
Sufficit, quod vicinus potuerit ſcire, ibid. n. 21.
Juriſdictiones *ſunt diſtincta, civilis à criminali in M. C. V. Neapol. ibid. ſub n. 59.*

JUS.

Jure *Francorum, an Longobardorum in dubio vivatur in Regno, conſ. 2. n. 2.*
Jus *Longobardorum à quibus introductum in Regno Neap. & quando, at quo ſub Rege in deſuetudinem cœpit abire, conſ. 3. n. 3. 8. & 37.*
Jura *Longobarda an, quandoque & quo reſpectu potuerint dici communia, ibid. n. 13. & 16. Non eſt commune, ſed ſpeciale in Regno, ibid. n. 15. & 21. Quo reſpectu dicatur commune, & ubi ſervetur, ibid. n. 42. Contraria conſuetudine in totum ſunt abolita, & abierunt in deſuetudinem, n. 30.*
Juris *communis appellatio ad jus Romanorum referri debet, quod vocatur commune, non ad Longobardum, & quare, ibid. n. 14. & 15.*
Jus *Francorum quibus temporibus cœperit, diminutionem feudorum prohibuerit, ac primogenitura legem ſtatuerit, ibid. num. 17. Eo jure vivebat major pars Regni Neap. tempore Rogerij Regis, ibid. n. 18. Dicitur ſpeciale reſpectu juris communis Romanorum, ib. n. 19. An probari debeat tanquam ſpeciale ab eo qui ſecundum illud aliquem allegat vixiſſe, ibid. n. 32. & 35.*
Jus *Romanorum dicitur commune reſpectu omnium gentium, ibid. n. 21.*
Jus *Longobardorum non ſervatur ubilibet, debet probari tanquam jus ſpeciale, ibid. n. 36.*
Jure *Francorum vivitur in omnibus feudis conceſſis à tempore Caroli Primi, uſque nunc, ib. ſub n. 45.*
Jure *Francorum vivi an in aliquo feudo probetur, ſi ita vivi probetur in feudis vicinis in Provincia, Comitatu, vel Baronia, de qua eſt feudum, ib. n. 65. & 68.*
Jure *Francorum mos vivendi probatur in aliquo de familia, ſi tota familia ita vivat, ibid. n. 98.*
Jus *Francorum quot modis probetur, ibid. n. 104.*
Juris *dubij probabile æquiparatur dubio facti, conſ. 6. num. 44.*
Juri *protomiſeos locus non eſt, niſi poſt perfectam venditionem, ac traditam poſſeſſionem, conſ. 28. n. 6. & n. 21. Non competit facta promiſſione de vendendo, ibid. numero 22.*
Jus *protomiſeos non habet locum in venditione nulla, ibid. n. 17. Quando habet locum in rebus de novo quæſitis, ibid. n. 25.*
Jus *protomiſeos in vita alienantis competit tantum in fructibus feudi ex pacto, ibid. n. 43.*
Jus *protomiſeos, vide ver. agnatus, ver. prælatio.*
Jus *congrui, vide ver. revocatio.*
Juribus *incorporalibus attenditur quaſi poſſeſſio, conſ. 48. n. 47. Acquiritur in illis per unicum actum, ib. n. 48.*

Jus

Jus *dicitur eſſe de antiquo, quando excedit centum annos, conſ. 50. n. 44.*
Jus *habens in re, vel ad rem in aliquo beneficio poteſt ei renunciare, nedum verbis expreſſis, ſed etiam tacitis etiam in feudo, conſ. 62. n. 38. & 40.*
Jus *naturale, vide ver. parcendum.*
Jus *primogenituræ, vide ver. primogenitura.*
Jus *revocandi, vide ver. revocatio*
Jus *Romanorum, vide ver. juris communis.*
Juris *ignorantia, vide ver. ignorantia juris.*

L.

LABOR, LABORANS.

LAbor *juſtus, atque honeſtus præmiis, & ſplendore decoratur, conſ. 38. n. 36.*
Laborans *debet habere mercedem ſecundum qualitatem laboris, conſ. 41. n. 54.*
Ex labore non ſolvitur relevium, ibid. n. 55.

LÆSA, LÆSIO.

Læſæ *Majeſtatis crimen, vide ver. Majeſtas.*
Læſio, *vel damnum minoris, Fiſci, vel Eccleſiæ relinquitur arbitrio Judicis cùm à lege definitum non reperitur, conſ. 5. à n. 19.*
Læſio *non eſt neceſſaria, ultra dimidiam, ad invalidandum contractum, quando quis induxit venditorem ad vendendum minùs juſto pretio, conſ. 35. nu. 18. Nec quando dolus dedit cauſam contractui, ibid num. 19. Vel cùm dolus eſt ex propoſito, ſed ſufficit qualibet læſio, ibid. num. 25.*
Læſus *enormiſſimè dicitur qui pro minori quantitate cedit rem majorem, ſaltem ad duplum, ibid. n. 30.*
Læſio *enormis, vel enormiſſima non comprehenditur ſub generalibus clauſulis renunciationis. ibid. n. 36. & n. 56. Tanto magis præſumitur, quanto clauſulæ ſunt magis generales, ibid. n. 39.*
Præſumitur ex dolo, ibid.
Læſio *enormiſſima arguit dolum re ipſa. ibid. n. 40. Quando dicatur enormis & quando enormiſſima, ibid. num. 46. & 47. & n. 84. & ſeq.*
Læſio *cùm adſunt enormiſſima, contractus non reſcinditur, nec ſuſtinetur, ſed eſt ipſo jure nullus, ibi. n. 48. & 49. & n. 52.*
Non obſtante juramento, ib. n. 50. & 51. Et conventus condemnatur ad reſtitutionem fructuum perceptorum & qui percipi potuerunt, nedum à die litis mota, ſed etiam à die facta alienationis, abſque electione condemnati, ibid. n. 52. Si tamen læſio ſit multum exceſſiva, nedum ultra dimidiam ſimpliciter, ſed ultra beſſem juſti pretij, ibid. n. 53. Et vide ver. emptor.
Læſio *enormiſſima non poteſt remitti ſub quacunque verborum generalitate, ibid. n. 56. Ea cum datur, dicitur interveniſſe dolus re ipſa, qui dolo ex propoſito æquiparatur, ibid. ſub n. 58.*
Læſo *faciliùs ſuccurritur cùm res eſt majorum, & in qua cadit affectio, ibid. n. 61.*
Læſio *conſideratur eo ipſo, quod alienantur bona perventa à majoribus, ibid. n. 63. Augetur ex commoditate data emptori ſolvendi creditoribus in exiguis ſummis, ibid. num. 64.*
Læſionis *in judicio quando actor bene probavit ſuam intentionem, obtinere debet, licèt ex probationibus conventi ejus probatio obſcuretur, & quare, ib. n. 112.*
Læſionem *quando inducat ceſſio litis dubiæ, ib. n. 115.*
Læſione *in enormiſſima adeſt dolus ex propoſito, & re ipſa, conſ. 45. ſub n. 19. & n. 33. Non indiget reſtitutione in integrum, & quare, ibid. n. 21.*
Læſio *enormis quando dicatur, ibid. n. 22.*
Læſio *ultra dimidiam, ſeu ultra ſextam conſideratur in contractibus correſpectivis, non in illis, in quibus unus tantùm obligatur, veluti in donatione, fidejuſſione, & ſimilibus, ibid. n. 26. Quomodo conſideretur in gratuitis, ibid. num. 27.*
Læſio *regulariter probari debet, niſi notoria ſit, & cùm dubitatur, debet impartiri terminus ad illam probandam, ibid. n. 30.*
Læſio, *vide ver. reſciſſio contractus, ver. venditor.*
Læſio *enormiſſima, vide ver. juramentum.*

LAICUS.

Laicus *quando ſimul cum clerico convenitur, an debeat convenire coram judice Eccleſiaſtico, conſ. 51. n. 1. & n. 11. Sive judicium ſit dividuum, ſive individuum, ibid. n. 4. Niſi tamen judicium ſit civile, ibid. n. 9. Etiam ſi plures ſint Laici, quàm Clerici ratione connexitatis ib. n. 5. Quod non procedit in criminalibus, in quibus quilibet convenitur coram Judice ſuo, ibid. n. 6. Quod ſervatur Neapol. & quid Mediolani, ib. n. 7. 8 & n. 20. Quid in Sac. Conſ. ib. n. 16. An debeant omnes conventi coram Eccleſiaſtico, ſi plures heredes ſint, vel fratres, & debitores, & judicium ſit reivendicationis, & ſic individuum, ib. n. 10. & n. 13. & n. 21. Quid ſit individuitas quæ patiatur diviſionem, ibid. n. 12*
Et quid reſpectu executionis ſententiæ contra plures heredes, ibid. n. 22. Et vide ver. cauſa individua.

LEGATUM, LEGATARIUS.

Legatum *particulare quamvis importet verbum* lego, *tamen ſi eſt adjectum univerſalitatis bonorum, nullo alio herede inſtituto importat heredis inſtitutionem, conſ. 10. num. 14.*
Legatarij *loco habetur inſtitutus in re particulari alio dato heredi univerſali, ibid. n. 32.*
Legatum *ab inſtituto relictum quando cenſeatur repetitum à ſubſtituto, ibid. n. 39. Et quando tunc unicum cenſeri debeat legatum ibid.*
Legata *cenſentur relicta ab herede univerſali, non à particulari, ſive legatario, ibid. n. 41.*
Legati *heredi à ſemetipſo an, & quando poſſit, ib. n. 52. Poteſt ad effectum retinendi, licèt non ad effectum agendi, ibid.*
Legata, *quæ in teſtamentis abſque die, vel conditione relicta ſunt, debentur ab adita hereditate, ibid. n. 69.*
Legati *purè relicti dies cedit à die mortis teſtatoris, ibid.*
Legatum *factum in teſtamento non præſumitur fuiſſe ademptum in codicillis, ibid. n. 71.*
Legataria, *quæ vult, ne res feudalis ſit penès heredem, debet ſentire incommodum deductionis relevij ſoluti, conſ. 13. n. 28.*
Legatum *pro dote quid differat à legato pro maritagio, conſ. 17. n. 5. & 6.*
Legatum *factum perſonis certis debetur, etiam quod reperiantur maritata, ibid. à n. 7. Quid ſi ſuit factum perſonis incertis, ibid. & n. 8. & 11.*
Legare *certæ perſonæ, vel incertæ ex futuro eventu certificandæ paria ſunt, ibid. n. 9.*
Legatum *factum pro nubendis conſanguineis incertis comprehendit maritatas, vel maritandas poſt mortem teſtatoris, ibid. n. 12. & n. 13.*
Legatum *relictum filiæ ſi nupſerit, debetur etiam ſi nupta ſit, ibid. n. 14*
Legatum *factum cum taxatione quantitatis non diminuitur per adjectionem cauſæ, ibid. n. 16.*
Legati *cauſa per matrimonium non dicitur finita, id eſt, extincta, ſed tantum finita, id eſt, adimpleta, ibid. n. 17.*
Legati *omne quamvis annuum, & perpetuum, ſi tamen heredi nominatim relinquatur, finitur cum illius heredis perſona, conſ. 23. n. 52.*
Legato *facto Eccleſiæ in perpetuum, ſi onus ſolvendi impoſitum ſit certo heredi finitur cum perſona heredis ſcripti, nec extenditur ad alios ſucceſſores, ibid. n. 2.*
Legati *debitum incipit in perſona heredis, non teſtatoris, conſ. 24. n. 28.*
Non videtur ſimpliciter, & propriè debitum, nec venit ſub ſtatuto loquente de debito, ibid.
Legatum *factum ſub conditione matrimonij carnalis debetur quamvis legatarius ingrediatur Monaſterium, conſ. 63. n. 24. Etiam ſi legatum ſit factum pro puella maritanda per carnale conjugium, ibid. n. 25. Et vide ver. ſucceſſio.*
Legatum *factum filiæ, ſi viro nobilitati ſuæ non inferiori nupſerit, debetur, ſi Religionem ingrediatur, ib. n. 34.*

Index Conſultationum.

Legatum factum Eccleſia an, & quando debeatur, non obſtante ſecundo teſtamento, conſ. 71. n. 1. & n. 16. Maxime ſi id ſit nullum, & invalidum, ibid. n. 17. Vel in ſecundo non ſit expreſsè revocatum legatum pium, ibid. n. 18. & n. 54.

Legata, vel fideicommiſſa nutu relinqui non poſſunt, etiam ſi ad interrogationem Notarij teſtator nutu reſpondeat, ibid. n. 19. & 20. An valeant ſi teſtator ſit habilis ad loquendum, & poſſit loqui articulatè, vel ſi Notario ſcribenti annuat humeris, & capite, ibid. à num. 20. ad 25.

Legata pia non veniunt in generali revocatione, & quare, ibid. n. 55. & n. 57. & 58. & n. 65. & 66. Habent cauſam derogatoriam à lege, ibid. n. 62.

Legatarius metu pœna non poteſt cogi ad matrimonium contrahendum, conſ. 72. n. 2. Poteſt invitari ſpe lucri, & quare, ib. n. 3. Neque tenetur procurare diſpenſationem, ſi requiratur à Summo Pontifice, cùm teſtator dixit, ut nubat cum perſona conjuncta, ibid. n. 4. & 5.

Legatum debetur, quamvis non ſit ſervata conditio nubendi in certa familia, ibid. n. 13. Etiam ſtante prohibitione nubendi in Italia, ibid. n. 14. Vel ſi legataria Monaſterium ingrediatur, ibid. n. 15. Maxime ſi legatum excedat paragium, vel legitimam, ibid. n. 23. Et perſona, cum qua contrahi jubetur, eſſet indigna, & quare, ibid. n. 25.

Legatum in eo, quod eſt intra legitimam dicitur purum, nec admittit conditionem, ibid. ſub n. 23.

Legatum ſub conditione nubendi cum aliqua perſona an videatur relictum, ut ſufficiat tam pro uxore, quàm pro viro, ibid n. 40.

Legatum relictum alicui ſub conditione, quod nubat remanet in poſſe heredis, qui nondum ſolvit cum legataria nubere recuſet, ibid. ſub n. 55.

Legatum relictum fratribus minoribus, ut faciant anniverſaria, & quod ſi ipſi non fecerint, intelligitur factum majori Eccleſia, remanet penès heredem, & non acquiritur Eccleſia, ſi fratres minores non capiunt relictum, & quare, ibid. n. 56.

Legatum ſive lucrum quod debetur viro, cum quo nubere juſſa eſt puella, debetur in vim fideicommiſſi ſi conditio non imputetur, ibid. n. 57.

Legatum ſi fiat mercatoribus, & artificibus, debetur mercatori, vel artifici, quamvis artifex non ſit mercator, & è contra, conſ. 75. n. 126.

Legatum, vide ver. fœmina maritata.

Legatum pium, vide ver. teſtamentum, vel legatum ad pias.

Legato pro annuo, vide ver. hypotheca.

LEGITIMA.

Legitima an ſit pars bonorum, vel hereditatis, conſ. 10. num. 10.

Legitima reſpectu bonorum feudalium eſt tertia totius hereditatis, conſ. 13. ſub num. 14.

Legitimæ deductio ſit ipſo jure in die mortis, nec moram admittit implementi, conſ. 25. n 61.

Legitimæ nullum poteſt apponi onus, vel conditio, conſ. 72. num. 24.

Legitima vide ver. filius.

LEX.

Lex ſi diſponat in certo caſu cum ratione, non attenditur ratio, ſed diſpoſitio, & ideo non habet locum niſi in caſu expreſſo, neque ſit extenſio ex identitate rationis, maxime ſi ſit correctoria, & exorbitans, conſ. 1. n. 7.

Lex ſtatutum, aut Princeps quoties cunque præcipit aliquid alicui, quod ejus reſpiciat favorem, dicitur conſulere non præcipere, & ideo contraveniens non peccat, ibid. n. 33. & 34.

Lex factum attendit, non ſententiam, conſ. 6. n. 162. & num. 177.

Legum correctio cùm inducitur, non ſit extenſio, conſ. 10. num. 9.

Lex Julia de reſiduis an procedat in Præceptore, conſ. 33. n. 19. Ejus pœna eſt pecuniaria, & tertiæ partis ejus, quod converſum eſt in proprios uſus, ibid. n. 21.

Legis ceſſante ratione, ſive tacita, ſive conjecturata, ceſſat legis diſpoſitio, conſ. 48. n. 28.

Legis una pars declarat aliam, conſ. 75. n. 45.

LIBELLUS.

Libellus per quem quis petit, ſententiam pro ſe latam declarari nullam non admittitur, & quare, conſ. 22. n. 4.

Libellus quomodo requiratur in omnibus cauſis ſummariis, conſ. 47. n. 3.

Libellus, vide ver. ſpolium.

LIBER.

Liber Eccleſia, vel Monaſterij an ſit publicus, conſ. 50. num. 26.

Liber feudalis, in quo deſcribuntur introitus ſpectantes ad feudum, probat plenè in antiquis, conſ. 48. nu. 65. Maxime antecedentibus aliis conjecturis, ibid.

Libri Gabellariorum, & Exactorum collectarum, vide ver. gabellariorum libri.

Libri Monaſterij an, & quando probent, conſ. 22. ſub num. 12.

LIBERI.

Liberorum à favore ad pias cauſas valet argumentum, conſ. 71. n. 57.

Liberorum appellatione propriè maſculi, & fœmina continentur, conſ. 57. n. 14.

LIBERTAS.

Libertas amittitur, vide ver. pœna, ver. ſervus.

LIBERTINUS.

Libertinus, vide ver. ingenuus.

LIBERTUS.

Liberti jus qui habet, non videtur alienaſſe ſervum, conſ. 28. num. 12.

LICENTIA.

Licentia ædificandi, vide ver. ædificandi licentia.

Licentia conceſſa à Capitulo limitata de diſponendo de bonis paternis, & maternis non extenditur ad bona fratris, etiamſi illa habuerit à communi patre, & quare, conſ. 19. n. 21.

LICITATIO.

Licitatio nova an, & quando admittatur in venditione temporali, ſeu locatione legitime facta ſub haſta, ac perfecto contractu in rebus Fiſci, minoris, Univerſitatis, vel Eccleſia, conſ. 5. n. à n. 1. & à n. 13. & ſub n. 25. Et vide ver. addictio, ver. Fiſcus.
Maximè dato dolo in primo licitatore, ibid. n. 26.

Licitatio animoſa non eſt admittenda, conſ. 27. n. 4.

LIMITATIO.

Limitatio debet probari per illum, qui eam aſſerit, conſ. num. 38.

LINEA.

Linea de filio in matrem non continuatur, & quare, conſ. 19. n. 9. & n. 11.

Linea quotuplicitèr conſideretur, & an dicatur collateralis ex parte fratris, ibid. n. 10.

Linea vide ver. Parentum in ſucceſſione.

LIQUIDATIO, LIQUIDUM.

Liquidum dicitur, quod venit liquidandum de proximo, conſ. 30. n. 11.

Liquidum dicitur fieri incontinenti, quæ poteſt fieri intra duos menſes, ibid. n. 12.

Liquidum non dicitur creditum, de quo pendet lis, ibid. num. 14.

Liquidatio inſtrumenti an ſit cauſa criminalis, quia pœna applicatur Fiſco, conſ. 48. n. 7. & nu. 9. & à nu. 57. & n. 63.

Liquidatio inſtrumenti ſit coram Judicibus civilibus M. C. V. & in Civitate Cava, ac in omnibus Curiis, ubi adeſt diſtinctio juriſdictionum, ibid. n. 58.

Liquidatio, vide ver. pœna liquidationis.

LIS.

Lis, vide ver. contradictio.

Litis dubius eventus ſi vendatur, non eſt in conſideratione, quamvis in illa obtineatur, & quare, conſ. 35. n. 113. & ſeq. Ejus ceſſio quando læſionem inducat, vide ver.

ver. læſio, & ver. ſententia.
Lites afferre ſolent rancores, & odia inter conſanguineos, conſ. 46. n. 38.
Litis conſortes quando plures dici poſſint, conſult. 55. numero 24.
Lite pendente quis eſt manutenendus in poſſeſſione, in qua reperitur, conſ. 68. n. 15.

LITERÆ, CAMBII.

Literas Cambij ſcribens an liberetur poſt acceptationem ſequutam, conſ. 42. à n. 2. & n. 4. Præſertim in Regno Neap. ibid. n. 3. & in Civitate Janua, ibid. n. 5.
Hodie in Regno ſi creditor, cui eſt facienda ſolutio, elapſo termino per quatuor dies omittat exactionem, & non fecerit debitam proteſtationem adverſus acceptantem, ſcribens liberatur, ibid. n. 6.
Eas ſi acceptet ſimpliciter Procurator an intelligatur acceptaſſe procuratorio nomine, ibid. n. 8. Quod cujus reſpectu procedat, ibid. ſub n. 11. & n. 20.
Acceptans an, & quando teneatur mortuo ſcribente, ibid. nn. 9. & n. 10. & 11. Quid ſi res non ſit integra, ibid. n. 14. Et quando dicatur integra, ibid. n. 15. Tenetur cùm ſcribens decoxit poſt acceptationem, ibid. n. 13. & n. 17. Vel mutavit ſtatum, ibid. n. 16. Acceptans cum eſt debitor ſcribentis dicitur principaliter, aliàs obligatur, ut fidejuſſor, licet non habeat beneficium excuſſionis, ibid. ſub n. 17. Cum ſunt acceptatæ ſolutio omnino facienda eſt per acceptantem, nec poteſt ampliùs revocari per ſcribentem, ibid. ſub n. 19. Quando poſſit revocari, ibid. ſub n. 22. Reſpectu ſcribentis ſunt diſpoſitivæ, & quotieſcunque ſolutio non ſequitur, remanet obligatus ibid. n. 21.
Literæ Cambij dicuntur diſpoſitivæ quotieſcunque ſcribens dat ordinem ei, cui diriguntur, ut ſolvat, ibid. ſub n. 21. Et vide ver. pagarete.
Literæ promittentes obſervare privilegia quomodo intelligi debeant, conſ. 66. n. 45.

LOCATIO, LOCATOR.

Locator ſi rem locatam vendidit tenetur ad intereſſe, pro quo datur conductori retentio, conſ. 26. n. 4. Quamvis intereſſe non ſit liquidum, ibid. n. 9 & 10.
Locationi tenetur ſtare emptor cum pacto de retrovendendo, ibid. n. 14. & n. 16.
Locatio facta per plures annos habetur pro unica, licèt ſolutio ſit promiſſa quolibet anno, & diſtributio cenſetur facta ratione commodioris ſolutionis, conſ. 40. numero 46.
Locatio, vide ver. conductor, ver. remiſſio, ver. vectigal.
Locator, vide ver. venditor, vel locator.

LOCUMTENENS.

Locumtenens Regiæ Cameræ præcedit Regentem M.C.V. conſ. 43. n. 22.
Locumtenens, vide ver. Præfec S. C.

LOCUS.

Locus in ſcriptura privata an, & quando requiratur, & debeat apponi, conſ. 69. n. 12. 13. & 14.

LONGOBARDI.

Longobardi quibus, & quot annis Italiam aggreſſi, ea, & Regno Neap. potiti fuerint, quiſque eos vicerit, & qua occaſione, conſ. 3. n. 4. & 5. Quomodo in Italia, & quibus titulis in illa revocati fuerint dominatu, ib. n. 6.
Longobardorum jus, vide ver. jus Longobardorum.

LUCRUM.

Lucrum quò de captando, vide ver. damnum.

LUPANARIA.

Lupanaria permittuntur ad evitanda majora mala, conſ. 35. n. 78.

M.

MAGISTRATUS.

Magiſtratus dignitas refulget ex præcedentiis, conſ. 43. num. 1.

MAG. CUR. VIC.

M.C.V. cum recipit ſcripturas præſentatas Curia pro Tribunali ſedente à debitore citato, vel ejus procuratore ſemper interponit decretum, viſa ſcripturis extra bancam providebitur, & qua de cauſa, aut ordine, conſ. 69. n. 6.

MAJESTAS.

Majeſtatis læſæ crimen committit in primo capite tractans cum exulibus, & contumacibus, ut tempore adventus hoſtium S. M. adverſus eam ſumant arma, conſ. 6. n. 89. Is, cujus opera factus eſt, ut fideles Regis à fidelitate devient, ibid. num. 96.
Qui cùm audiviſſet tractatus factos contra Principem, ejus Regnum, & ſtatum, aut contra propriam Patriam non revelavit, ibid. n. 97. Sciens tractatum contra propriam Civitatem, & non revelans, ibid. n. 10?. & num. 110. Eadem pœna punitur, ac ſi contra Patriam faceret ibid. n. 103.
Quid ſi habitet tantùm in Civitate, & conjurantes ſint ſcientis fratres, ibid. n. 109. Ejus criminis cau...us punitur ut particeps ſi non revelet, ibid. n. 104. Quid ſi ſciens tale delictum non poſſit probare id, quod revelat, ibid. nn. 105. & 107. Præſertim in Regno, ibid. num. 108.
Majeſtatis læſæ in crimine punitur affectus, etiam non ſequuto effectu ibid. n. 112. & n. 119. Incurritur ex ſolo conſilio, & tractatu occidendi Poteſtatem, ibid. n. 114. Committitur ad finem ut habeat locum pœna ſolo conſilio, ordinatione, & deliberatione, abſque alia executione, ibid. n. 115. Ob ſolam literarum tranſmiſſionem ad hoſtem, quamvis ea non pervenerint, exemplo relato, ibid. n. 119.
Majeſtatis læſæ crimen, & felonia probatur per confeſſionem, ib. n. 121. Ejus in delicta proceditur per præſumptiones, & conjecturas, ibid. n. 122. In eo procedi an poſſit ad torturam, etiam abſque indiciis, ibid. n. 123. Eaque leviora an ſufficiant, ibid. n. 124. In eo ſola ſuſpicio facit caſum, ibid. n. 132. In illo recipiuntur teſtes, etiam aliàs non admittendi, ibid. n. 134.
Non admittitur pœnitentia, ſed pœna ſtatim incurritur, & quare, ibid. n. 138. Ejus criminis 31. ſpecialia recenſentur, & pœna, ibid. n. 136. & n. 140.
Committens crimen læſæ Majeſtatis non ſolum amittit jura Civitatis, & ſpecialia Regni, ſed etiam beneficium juris communis, quo in Civitate eadem, & Regno uti non poteſt, ibid. n. 141. Eſt inhabilis ad ſuccedendum tam ex teſtamento, quam ab inteſtato, abſque ullo Judicis miniſterio, ibid. n. 142. & n. 144. In eo attenditur factum, & non ſententia, ibid. n. 143. & n. 172. & 174. Confeſſo in crimine læſæ Majeſtatis obſtat exceptio inhabilitatis ad ſuccedendum, & ſi per ſententiam fuerit abſolutus, ibid. n. 161. Reſpectu tamen ſuccefforis immediate, & quare, n. 164. Non verò Fiſci, quia hujus reſpectu requiritur ſententia declaratoria, n. 163. Quid reſpectu tam bonorum acquiſitorum, quam in ſpe acquirendorum, ibid. n. 170. & 179.
Majeſtatis læſæ reus non ſuccedit, ſed venientes ab inteſtato, aut vocati per fideicommiſſum, ibid. n. 176. Quando poſſit declarari inhabilis ad ſuccedendum, quamvis fuerit abſolutus, ibid. n. 178. Ejus delicti pœna poteſt minorari variis ex cauſis, ibid. n. 182. Ob id quomodo penitus Nicolaus Orgemuncius, ibid. n. 183.
Majeſtatis læſæ crimen committens qui receptat punitur deportatione, & publicatione bonorum, ibid. n. 217. Mulier quæ condemnatur ut rea criminis læſæ Majeſtatis an, & quando amittat bona, & dotem ſalvis juribus mariti, ibid. n. 218. Et vide ver. uxor.
Majeſtatis læſæ criminis cognitio cui competat in Regno, & an, & quomodo Sac. Conſ. poſſit de Rebellium inhabilitate ad ſuccedendum cognoſcere, ibid. n. 250.
Majeſtas, vide ver. conatus, ver. proditio.
Majeſtatis læſæ reus, vide ver. pœna ver. rebellis.

MAJOR.

Majores appellantur ultra tritavum, & à tritavo infrà parentes, conſ. 27. n. 33.

MAJORATUS.

Majoratus cui relinquitur, is efficitur caput familiæ, conſ. 9. n. 40. Per eum honor, & dignitas familiæ conſervatur

Index Conſultationum.

ſervatur, ibid. Quid ſit, quidque importet explicatur, conſ. 10. n. 53. & ſub n. 54.

Majoratus *dicitur perpetuus eo ipſo, quod conſtituitur, ib. n. 56 Vadunt in infinitum de gradu in gradum, ibid. Dicitur ſucceſſio perpetua, ibid. In eo qualitatem hæreditariam ex quibus adeſſe probetur, ibid. ſub n. 58. An & quomodo deferatur titulo hæreditario, ibid. n. 59. In illo verbum,* hæres, *quomodo accipi debeat, ibid. & ſub n. 62. An, & quando Majoratus inſtitutori qui primus ſuccedit dicatur inſtitutoris hæres, ibid. n. 60. & n. 62. Cæteri in eo ſuccedunt primo inſtitutori, ibid. n. 61. Ejus, & fideicommiſſi convenientia, ibid. ſub n. 60.*

Majoratus *non conſtituitur in quota bonorum, vel re particulari, alio dato hærede univerſali, qui ſuccedit non tanquam hæres, ſed tanquam legatarius ſuccedit, ibid. num. 67.*

Majoratus *poſſeſſor cùm non appellat an, & quando poſſit appellare, vel proſequi appellationem ejus ſucceſſor, conſ. 52. n. 3. 4. & 5.*

Majoratus *fructus hypothecari poſſunt pro medietate in reſtitutionem dotis, ejuſque conſervationis, ibidem numero 84.*

Majoratus, *vide ver. facultas erigendi, ver. feudum, ver. fideicommiſſum, ver. privilegium.*

MAJUS.

Majus *dignum trahit ad ſe minus dignum, conſ. 55. numero 2.*

MALA FIDES.

Mala fides *nocet ſucceſſori, conſ. 35. n. 99.*

MANDATUM, MANDATARIUS.

Mandatum *quod quis non alloquatur, niſi cum certis perſonis an, & quando ſit ipſo jure nullum, quod practicari nequeat, & obſervari, & quam impoſſibilitatem id contineat, conſ. 1. n. 13. & n. 22. & quare n. 29.*

Mandato *Superioris non obediens propter aliquam ſuam particularem cauſam non dicitur contemnere, nec peccat, ibid. n. 67.*

Mandatum *contra legem non ligat, nec ei parere quis cogitur, ibid. n. 67.*

Mandatu, *ne aliqua contrahat matrimonium, fieri ſolent ad evitanda ſcandala, quæ niſi ſequantur, aut intereſſe Fiſci pœna exigi nequit, ibid. n. 69.*

Mandatum, *ne mulier contrahat matrimonium inconſulto Principe ſub pœna fieri non poteſt, ibid. n. 71. & quare, ibid. n. 72. 83. & 84. Qua ratione & quomodo juſtificari poſſit, ibid. à n. 86. ad 92. Ubi ſi fiat pro adjuvando puellæ voluntatem, vel eam explicando, num. 103. Et vide ver. puella.*

Mandatum *ad vendendum factum procuratori cenſetur revocatum cùm principalis vendidit, conſ. 21. num. 27. Et in quolibet actu, ubi contraria demonſtratur voluntas, ibidem.*

Mandati *fines diligenter ſervandi ſunt, conſ. 21. n. 1.*

Mandatarius *non debet eſſe in lucro, nec in damno, ibid. num. 2. & n. 18.*

Mandatum *acceptatum poteſt recuſari re integra, ſecus ſi integra non ſit, ibid. n. 3.*

Mandatarius *acceptans mandatum ſi illud non implevit tenetur ad intereſſe, ibid. n. 4. Præſertim in mercatoribus, ibid. ſub n. 5. Niſi abſque ſua culpa implere mandatum non potuiſſe oſtenderit, ibid. n. 5. Aut alius mandatum impleverit, aut nihil mandantis interfuiſſet, mandatum non impleri, ib. Tenetur etiam ratione lucri ceſſantis, ſi mandatum ſuſceptum non impleverit, ib. n. 6. Tenebitur tamen mandans actione mandati contraria ad ſtandum damno, quod evenit ratione mandati dati, ibidem.*

Mandatarius *ad quid cogere poſſit mandantem, ibid. n. 7. & num. 10.*

Mandatum *de emendo mercatores cùm accipiunt quis ſit eorum mos refertur, ibid.*

Mandatum *recipit interpretationem à ſolito more, ibid. num. 9.*

Mandanti *actionem an, & quando mandatarius emens acquirat, ibid. n. 14. & 15. Emptum à mandatario cenſetur virtute mandati præcedentis emptum, quamvis nomine proprio emptio facta ſit, ibid. n. 16.*

Mandati *proxima ſervans, obſervare mandatum intelligitur, ibid. n. 19.*

Mandatum *extinguitur morte principalis mandantis, non obſtante ignorantia mandatarii, conſ. 42. n. 7.*

Mandatum, *vide ver. caſus fortuiti, ver. contemptus, ver. inhibitio, ver. mercator, ver. pœna, ver. præceptum.*

MANIFESTUM.

Manifeſtum *quid dicatur, conſ. 6. n. 47.*

Manifeſtum *dicitur quod comprehenditur ex conjecturis, quæ eliciuntur ex verbis diſponentis, conſ. 10. ſub numero 3.*

Manifeſtum, *vide ver. notorium.*

MARCELLUS.

D. Marcellus Marcianus *laudatur, conſ. 16. ſub n. 102*

MARCHIO.

Marchio *Vaſti, & Piſcariæ quæ habuerit in remunerationem ſervitiorum, conſ. 36. n. 39. Servitia quæ* Indicus, *& alij* de Avalos *præſtiterint Regibus Aragoniis in Regno recenſentur, conſ. 38. n. 41. & n. 47.*

MARITAGIUM.

Maritagium, *vide ver. fœmina, ver. legatum.*

MARITATA.

Maritata, *vide ver. fœmina, ver. legatum.*

MARITUS.

Maritus *ſi rem, quam uxori donavit, vendat, aut obliget, revocatur donatio conſ. 11. ſub n. 20.*

Maritus *eſt dominus fructuum dotis, conſ. 54. n. 41. Poteſt de illis ad libitum diſponere, ſi ſuperſint pro ſuſtentatione familiæ, ibid. n. 42.*

Maritus *non debet ætate antecedere uxorem, niſi annis decem, & ad plus viginti, & ſi antecedat dicitur adeſſe diſparitas, conſ. 72. n. 44 & n. 63.*

Maritus, *vide ver. mora.*

Maritus *fructus dotis, vide ver. dos, ver. intereſſe.*

MASCULINITAS. MASCULUS.

Maſculinitatis *qualitas, vide ver. donatio, & ver. qualitas.*

Maſculus *major præſumitur potuiſſe conſulere peritiores, eique propterea incumbit onus probandi, non potuiſſe, conſ. 57. n. 21.*

Maſculi *ſi ſint vocati in inveſtitura ſucceſſores præferuntur fœminis, ipſis verò deficientibus fœminæ non ſunt excluſæ conſ. 75. n. 170.*

Maſculinitatis *facta mentione in inveſtitura maſculi ſolum includuntur fœminis excluſis, ibid. n. 247.*

Maſculi *ſoli vocati cenſentur ad agnationis conſervationem ex onere injuncto cognominis, & armorum, ib. n. 286.*

MATER.

Mater *an poſſit fidejubere, etiam pro excarcerando filio, conſ. 6. n. 245. Quid cum diſpenſatione Collateralis Conſilij, ibid. n. 247.*

Matris *in ſucceſſione an inſpiciatur perſona mediata, quæ ſcilicet mediante ei ſucceditur, an verò immediata, conſ. 19. à n. 1.*

Mater *filio decedenti ſuccedit cum alio filio ſuperſtite. ibid. num. 7.*

Mater *non habet filios in poteſtate, conſ. 51. n. 3.*

Mater, *quæ per tranſitum ad ſecunda vota renunciavit tutelæ an, & quando effecta vidua tutelam poſſit reaſſumere, ib. à n. 35. Per tranſitum ad ſecunda vota amittit tutelam in pœnam, ib. n. 39. & n. 47. Et Judex eam non poteſt decernere tutricem, ib. n. 40. Sed ſolum Princeps, ib. n. 41. Secundò nubens præſumitur exoſa erga filios primi matrimonij, ib. n. 142. Deponens tutelam, quia intendebat ad ſecunda vota convolare, recuperat tutelam ſi non nubat, & quare, ibid. n. 46. & 48.*

Mater *non tenetur filio uxorem ducenti donare propter nuptias, conſ. 54. n. 1. Poteſt tamen ſe obligare pro filio ex cauſa dotis, & pro antefato, ibid. n. 3. & 4. Niſi tamen ſe obliget ad id cum viro, quo caſu juvatur Velleiano, ibid. n. 5. Eo caſu nec pro dote filiæ tenet obligatio, ibid. num. 6. An poſſit alienare feudum dotale*

dotale pro dotanda communi filia, *ibidem.*

MATRICULA.

Matricula *probat, quem eſſe de numero illorum, qui debent matriculari, conſ. 50. n. 37.*

MATRIMONIUM.

Matrimonium *abſque verbis contrahi non poteſt. conſ. 1. num. 36.*

Matrimonium *cùm non eſt inhibitum non dicitur inhibitum omne id, per quod pervenitur ad illud, ibid. num. 37.*

Matrimonii *libertas an, & quomodo impediri poteſt, aut coarctari, ib. n. 68.*

Matrimonii *contrahendi libera facultas nec per indirectum prohiberi poteſt, ib. n. 72. Princeps vel Judex ſecularis non poteſt ſe intromittere in prohibendo liberam matrimonii facultatem, nec poteſt aliquid circa id ſtatuere, aut pœnam imponere, ibid. n. 73. n. 79. & n. 84. Statuta laicorum, quæ pœnam imponunt retrahendo à libertate matrimonii contrahendi ob metum pœnæ, quæ vel diminuit patrimonium, vel famam, non ſunt ſervanda, ib. n. 74. & 76.*

Matrimonii *libertatem pœnæ impedientes rejiciendæ ſunt nec exigi poſſunt, quamvis eſſet appoſitum juramentum, n. 75. & 77.*

Matrimonium *contractum contra mandatum pœnale Principis, aut Judicis ſecularis valet, & pœna exigi non poteſt, ib. n. 80. Et vide ver. pœnæ exactio.*

Matrimonium *ut liberè contrahatur ſe interponit Præſes Provinciæ, ib. n. 90.*

Matrimonium *an ſit cauſa finalis donationis à patre factæ filio contemplatione matrimonii, conſ. 25. n. 71.*

Matrimonii *finis eſt liberos procreare, conſ. 46. nu. 12.*

Matrimonium *qui contemplatur videtur cogitaſſe de filiis, ibid.*

Matrimonio *de carnali, quod voluerit teſtator, non de ſpirituali ex quibus deprehendatur, conſ. 63. n. 4. & n. 32. & n. 98.*

Matrimonium *à carnali ad ſpirituale validè ducitur argumentum, ib. n. 43.*

Matrimonium *ad contrahendum cùm poteſt aliquis invitari ſub ſpe lucri, lucrum non debet eſſe magnum, & quare, conſ. 72. n. 20. 21. 22.*

Matrimonium *vide ver. feudatarius, ver. mandatum, verb. præceptum, verb. prohibita alloqui, verb. ſtatutum.*

MEDIOLANUM.

Mediolani *Conſtitutiones, vide ver. conſtitutiones, verb. ſtatutum.*

MEMORIA.

Memoria *facilè elabuntur in iis, circa quæ homines non conſueverunt multum ſollicitari, conſ. 4. ſub nu. 36.*

MENDACIUM.

Mendacium, *vide ver. dolus geminatus.*

MENDICANS.

Mendicans, *vide ver. religioſus.*

MENS.

Mens, *vide ver. ſanæ mentis.*

Mens *concedentis, vide ver. præmium.*

MENSURA.

Menſurarum *jura non veniunt in conceſſione feudi facta ſimpliciter, conſ. 2. nu. 3.*

MENTIRI.

Mentiri *quenquam arbitrari non debemus, ſi pluribus reminiſcentibus rem, quam audiverunt, vel viderunt, non eodem modo, aut iiſdem verbis eadem res fuerit iudicata, conſ. 4. ſub n. 36.*

MERCATOR.

Mercatorum *conſuetudini ſtandum eſt inter eos, conſ. 21. num. 8.*

Mercatori *qui aliquid committit emendum, vel vendendum tenetur ſtare ſtilo mercatorum, & fidem adhibere libris, & aliis omnibus, prout inter mercatores negotiari ſolet, conſ. 21. num. 17.*

Mercator, *vide ver. mandatum.*

MERCES.

Mercedis *remiſſio ſi ſit reſtricta in aliquibus caſibus non operatur excluſionem aliorum caſuum, & quare, conſ. 40. n. 4.*

Mercedis *remiſſioni ſi in contractu locationis fuit conventa in uno, vel duobus caſibus, an, & quando, cenſeatur renunciatum in aliis, ibid. nu. 12. & 13.*

MERX.

Mercium *introductio in Civitatem, ut admittatur quis uſus, & is an valeat, conſ. 62. n. 12. & 13. Et vide ver. cuſtodes Portarum.*

MERITA.

Merita *probantur ex ſola Principis aſſertione, etiam in tertii præjudicium, ſi de illis commemoratio ſpecialis expreſſa ſit, conſ. 38. n. 6. & 7.*

Merita *quotupliciter diſtinguantur, ibid. n. 28.*

METUS.

Metus *reverentialis ſolus an, & quando ſufficiat ad invalidandum actum, vel requiratur etiam læſio, conſ. 54. n. 7. & 8. Et qualis debeat eſſe læſio, ibid à n. 21. & à n. 27. Quid in contractu inito cum uxore, ibid. n. 13. vel cum filio, n. 14.*

Metus *levis ſufficit ad invalidandam donationem, ibid. num. 12.*

Metus *major præſumitur in uxore, quàm in filio, ibid. ſub num. 14. Maximè cùm vir eſt in dignitate conſtitutus, & Regens, ibid. nu. 15.*

Metus *eſt difficilis probationis, probatur ex conjecturis, ibi. n. 22. Non purgatur per contractum poſtea ſequutum, aut geminatum ab uxore, vel filio vivo marito, vel patre, ibid. n. 25. Adeſſe ſemper præſumitur, dum durat eadem cauſa metus, ib. Non purgatur nec juramento, aut clauſulis, ibidem. Omnes contractus ſubſequuti, etiam ex intervallo contractum metu factum non confirmant, ibid. n. 26. Durat in uxore, etiam marito abſente, ibid. n. 27. Quamvis adſit mariti procurator, ibid. n. 28. Præſertim ſi procurator ſit valde amicus, & intrinſecus mariti, ibid. n. 29.*

MILES.

